BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
F
35
NAPOLI

39 F 35 35

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
OPERUM
TOMUS SECUNDUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
OPERA,

CUM INTEGRIS & EMENDATIORIBUS COMMENTARIIS

SERVII, PHILARGYRII, PIERII.

Accedunt

FULVII URSINI, GEORGII FABRICII, FRANCISCI NANSII, JOH. MUSONII, TANAQUILLI FABRI, Et Aliorum, ac praecipue

NICOLAI HEINSII

NOTAE NUNC PRIMUM EDITAE:

Quibus & ſuas in omne opus Animadverſiones, & Variantes in SERVIUM *Lectiones addidit*

PETRUS BURMANNUS.

Poſt cujus obitum interruptam Editionis curam ſuſcepit & adornavit

PETRUS BURMANNUS JUNIOR.

Cum indicibus abſolutiſſimis & figuris elegantiſſimis.

TOMUS II.



NAPOLI
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III

AMSTELAEDAMI,
Sumptibus JACOBI WETSTENII.
M. D. CCXLVI.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS

AENEIDOS

LIBER PRIMUS.

MAURI SERVII HONORATI GRAMMATICI, IN VIRGILII AENEIDOS LIBR. I. COMMENTARIUS.

[1] IN exponendis auctoribus haec conſideranda ſunt: Poëtae vita: Titulus operis: Qualitas carminis: Scribentis intentio: Numerus librorum: Ordo librorum: [2] Explanatio. Virgilii haec [3] vita eſt: Ortus fuit Patre Virgilio, matre Maja. Fuit civis Mantuanus, quae civitas eſt Venetiae. Diverſis in locis operam [4] literis dedit: nam & Cremonae, & Mediolani, & Neapoli ſtuduit. Adeo autem verecundiſſimus fuit, ut ex moribus cognomen acciperet: nam dictus eſt Parthenias: omni vita probatus. Uno tantum morbo laborabat: nam impatiens libidinis fuit. Primum ab [5] Virgilio hoc diſtichon factum eſt in Baliſtam, latronem:

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus,
Nocte [6] die tutum carpe, viator, iter.

Scripſit etiam [7] [ſeptem ſive] octo libros hos: [8] *Cirinam*, *Aetnam*, *Culicem*, [9] *Priapeïa*, [10] *Catalecton*,

VARIAE LECTIONES IN SERVIO.

1 Haec deſunt multis editionibus, ſed in Steph. & recentioribus leguntur. 2 Explanatio Virgilii. Haec vita V. Reg. 3 vita eſt, Patre Virgilio, matre Maja fuit V. L. R. patre figulo Voſ. Steph. & V. a m. pr. matre vero Maja al. 4 deeſt Voſ. 5 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. 6 *dieque tuum* V. 7 deſunt al. 8 *Cerena* L. *Cerina* Voſ. R. *Ciriniam* Steph. Heinſius volebat *Cirin*. 9 *Priapeiam* al. *Priapeam* Steph. 10 Catelepton V.

Eon, *Epigrammata*, *Copam*, *Diras*. Poſtea, ortis bellis civilibus, inter Antonium & Auguſtum, Auguſtus victor Cremonenſium agros, [11] quia pro Antonio ſenſerant, dedit militibus ſuis. Qui cum non ſufficerent, his addidit agros [12] Mantuanis ſublatos; non propter civium culpam; ſed propter vicinitatem Cremonenſium. Unde [13] ipſe in Bucolicis Ecl. IX. 28. *Mantua, vae miſerae nimium vicina Cremonae.* Amiſſis [14] agris Romam venit: & uſus patrocinio Pollionis & Maecenatis, ſolus agrum, quem amiſerat, [15] recipere meruit. Tunc ei propoſuit Pollio, ut carmen Bucolicum ſcriberet, quod eum conſtat triennio ſcripſiſſe, & emendaſſe. Item propoſuit Maecenas Georgica, quae ſcripſit, emendavitque ſeptem annis. Poſtea ab Auguſto [16] Aeneidem propoſitam ſcripſit, annis undecim; ſed nec emendavit, [17] [nec edidit.] Unde eam moriens praecepit incendi. Auguſtus vero, ne tantum opus periret, Tuccam & [18] Varum hac lege juſſit emendare, ut ſuperflua demerent; nihil adderent tamen. Unde & ſemiplenos ejus invenimus verſiculos, ut: *Hic currus* [19] *fuit:* & aliquos detractos, ut in Principio: nam ab *Armis* non coepit; ſed ſic:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen, & egreſſus ſilvis vicina coëgi,
Ut quamvis avido parerent arva colono:
Gratum opus agricolis. At nunc horrentia Martis.

Et in ſecundo 566. hos verſus conſtat eſſe detractos: *Aut ignibus aegra dedere. Jamque adeo ſuper unus eram &c.* [20] [uſque ad] *Cum mihi ſe non ante:* [21] [quos inveniemus, cum pervenerimus ad eum locum, de quo detracti ſunt.] [22] [Periit autem Tarenti, in Apuliae civitate: nam dum Metapontum cupit videre, valetudinem ex ſolis ardore contraxit. Sepultus autem Neapoli, in cujus tumulo, ab ipſo compoſitum, eſt tale diſtichon:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope. Cecini paſcua, rura, duces.

Titulus eſt AENEIS, derivativum nomen ab *Aenea*, ut a *Theſeo Theſeis:* Sic Juvenalis I. Sat. 2. *Vexatus toties rauci Theſëide Codri.* Qualitas carminis patet: nam eſt metrum Heroicum, & actus mixtus; ubi & Poëta loquitur, & alios inducit loquentes. Eſt autem Heroicum, quod conſtat ex divinis humaniſque perſonis, continens vera cum fictis: nam Aeneam ad Italiam veniſſe manifeſtum eſt. Venerem vero locutam [23] cum Jove, [24] miſſumve Mercurium, conſtat eſſe compoſitum. Eſt autem ſtylus grandiloquus, qui conſtat [25] alto ſermone, magniſque ſententiis. Scimus enim tria eſſe genera dicendi, Humile, Medium, Grandiloquum.

Intentio Virgilii haec eſt, Homerum imitari, & Auguſtum laudare a parentibus: namque eſt filius [26] Atiae, quae nata eſt de Julia, ſorore Caeſaris: Julius autem Caeſar ab Julo [27] filio Aeneae, originem ducit, ut confirmat ipſe Virgilius [28] dicens: I. 288. *A magno* [29] *demiſſum nomen Iulo.*

De numero librorum nulla hic quaeſtio eſt, licet in aliis inveniatur Auctoribus. Nam Plautum alii [30] dicunt XX. & unam [31] fabulam ſcripſiſſe: alii XL. alii C. Ordo quoque manifeſtus eſt; licet quidam ſuperflue [32] dicant Secundum Primum eſſe, Tertium Secundum, [33] & Primum Tertium: ideo, quia [34] primo Ilium concidit; poſt erravit Aeneas; inde ad Didonis regna pervenit: neſcientes hanc eſſe artem Poëticam, ut a mediis incipientes per narrationem [35] prima reddamus, & nonnunquam futura [36] praeoccupemus, ut per vaticinationem: quod [37] etiam Horatius ſic [38] praecipit in Arte poëtica, dicens: ỷ. 43.

Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici
Pleraque differat, & praeſens in tempus omittat.

Unde conſtat perite feciſſe Virgilium. Sola ſupereſt Explanatio, quae in ſequenti expoſitione probabitur. Haec, quantum ad Aeneidem pertinet, dixiſſe ſufficiat: nam Bucolicorum & Georgicorum alia ratio eſt. Sciendum praeterea eſt, [39] quod ſicut nunc dicturi thema proponimus; ita veteres incipiebant [40] carmen a titulo carminis ſui, ut puta: *Arma virumque cano.* Lucanus: *Bella per Emathios.* Statius: *Fraternas acies alternaque regna profanis.*

11 qui Steph. al. 12 Mantuanorum V. al. Mantuanos L. Voſ. R. 13 & ipſe V. ille al. 14 ergo agris L. V. R. Voſ. 15 deeſt V. R. L. Voſ. Steph. 16 rogatus Aeneidem Steph. 17 deſunt R. 18 Varrum al. 19 *finis* V. 20 integri verſus leguntur in V. L. Voſ. R. Steph. 21 haec Fuldenſi debentur. 22 haec deſunt omnibus Mſ. & Steph. ſed leguntur in al. 23 eſſe Fuld. 24 miſſum ut V. 25 altero Fuld. ſed alto Salmaſius tuetur ad Vopiſc. Probum cap. 11. 26 Acciae V. Actiae L. Steph. Satiae R. 27 deeſt V. L. R. 28 deeſt omnibus Mſ. & Steph. 29 *dimiſſum* V. Voſ. 30 deeſt V. 31 fabulas Fuld. Steph. 32 dicunt Fuld. ſecundum librum Steph. ſecundum nunc pr. V. 33 etiam primum Steph. 34 a primo V. primum Steph. 35 ad prima redeamus Fuld. 36 praeoccupemus per V. L. 37 & Fuld. 38 praecepit V. Voſ. 39 qui ſicut V. 40 carmina titulo carminis ſui Fuld.

ILLE *ego, qui quondam gracili modulatus avena*
Carmen, & egreſſus ſilvis, vicina coëgi,
Ut

VARIORUM.

ILLE EGO. Priores quatuor verſus ſine dubio Virgilii ſunt, ſed (ut interpretes ajunt) a Tucca & Vario ſublati: qui recte an ſecus fecerint, alio fortaſſe loco dicemus. FABRIC. Valde digladiatur pro hiſce quatuor verſibus Pierius, cum tamen ex ſuis codicibus nullum nuncupet teſtem, de vetuſtioribus loquor, in quo legantur. Ex noſtris certe nec Mediceus ille, qui unus inſtar multorum habet, nec Menteliani duo, nec caeteri agnoſcunt, quos complures evolvi, praeter unum, qui munus ad me pervenit a viro doctiſſimo Carolo Sprotio Aquiſgranenſi, in quo legebantur ante argumenta Aeneidos illa, quorum initium, *Primus habet Libyam* &c. addita inſcriptione, *Hi quatuor verſus praeponuntur Aeneidi.* Legebantur quoque pari modo in uno Hamburgenſi, & olim in Montalbanio, ſed poſtea eraſi, ita tamen, ut veſtigia priſcae ſcripturae nonnulla etiamnum apparerent. Legebantur & in tribus Moreti, & in Schefferi chartaceo & Veneto. ſed codices hi ab ipſo contextu Maronis verſus iſtos nonnihil ſeparatos exhibebant. Paullo vetuſtiores tamen, uti jam diximus, haud agnoſcunt. Et ſane Maroniana majeſtate indignos eſſe ſtipes oportet ſit, qui non pervideat. Naſonem in illo verſu, *Arma virumque cano*, divinae Aeneidos agnoviſſe initium, ſatis manifeſtum eſt. apud quem II. Triſt. 533. haec habes,

Et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor
Tranſtulit in Tyrios arma virumque toros.

Perſius quoque id ipſum confirmat agens de Virgilio Sat. I. 110.

Arma virum, nonne hoc ſpinoſum?

& Martialis VIII. 56.

Protinus Italiam concepit, & arma virumque.

quibus ſi mihi objectat Pierius auctoritatem neſcio quorum homuncionum ex plebe Grammatica, quod facit, nae ille magno conatu nugas egerit magnas. Confirmandae meae ſententiae, addo, & alium Naſonis locum ex lib. I. Amor. XV. 25.

Tityrus & ſegetes Aeneiaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

ubi trina Maronis Poëmatum initia conjunxit. Auſonius in Epigrammatis

Arma virumque docens, atque arma virumque peritus
Non duxi uxorem, ſed magis arma domum.

exſtat locus Epigr. CXXXVII. nam totum non vacat deſcribere: qui cum ex Graeco, quod Anthologiae lib. I. cap. 17. exſtat, & ad Iliados initium adludit, ſit expreſſum, non aliud Aeneidos principium agnoviſſe Auſonium pro re tam certa & indubitata habeo, quam id quod nos Maroni nunc adſerimus. Graecum Epigramma audi.

Μῆνιν τ' οὐλομένην γαμετὴν ὁ τάλας γεγάμηκα,
Καὶ παρὰ τῆς τέχνης, μῆνιν ἀρξάμενος·
Ὦ μ' ἐγὼ πολύμηνις ἔχων διχόλωτον ἀνάγκην,
Τέχνης γραμματικῆς καὶ γαμετῆς μαχίμης.

denique Martialis idem in Apophoretis lib. XIV. 185.

Accipe facundi Culicem, ſtudioſe, Maronis,
Ne nucibus poſitis arma virumque legas.

Sidonius quoque, & ipſe Virgilius apud Fulgentium in continentia ſua manifeſte. *Denique tale dicendi exordium ſumſimus.* ARMA VIRUMQUE CANO. & deinde, *an non ab armis inciperem.* & ibidem plura ad rem. HEINS. Verſus hos olim non agnitos Virgilianos, aut certe non Aeneidos libris praepoſitos, oſtendit praecipue Sergius in Donatum pag. 1831. & 1838. ubi primum Aeneidos verſum vocat, *Arma virumque cano.* Priſcianus quoque in partitionibus XII. verſuum Aeneidos principalium incipit pag. 1215. ab *Arma virumque cano.* verum tamen eſt, eumdem Grammaticum in libris ſuis aliquoties horum verſuum meminiſſe. inter recentiores de his etiam egerunt Matius lib. I. Opin. 4. Steph. diſſert. de Criticis pag. 52. abjudicat etiam Maroni Marklandus ad Statii V. Silv. III. 8. Naſutus quoque Heumannus in Poeciles Tom. II. lib. III. p. 378. jactat ſe odoratum fuiſſe, quatuor hos verſus in Bavii vel Maevii officina fabricatos; ſed odore contentus, nihil argumentorum profert. Praeterea medio jam aevo ejusdem ſententiae fuiſſe, vel certe illos non reperiſſe in codice ſuo, quo utebatur, oſtendit Theodoricus Engelhuſius, cujus Chronicon edidit vir Illuſtris Leibnitius tom. II. Rer. Brunſv. qui pag. 1013. inquit, Libri Aeneidos ſic incipiunt, *Arma virumque cano.* Contra defendere tentavit hos verſus Dominicus Marius ad

Ut quamvis avido parerent arva colono,
Gratum opus agricolis: At nunc horrentia Martis

VARIORUM.

Ovid. I. Amor. xv. 25. ſed ipſa Ovidii verba, quibus uſus Heinſius ad eos rejiciendos, debuiſſent eum meliora docere. Segraeus etiam Virgilii eſſe cenſet, & quia videbat aliquid ſcabri ſubeſſe, putat *Ille ego*, ut cohaereat cum reliquis, eſſe poſitum pro *Ille ego ſum*, (ut plene ſaepe occurrit. vid. Drack. ad Sil. IX. 128. vel *ille ego* abrupte. ut Sil. X. 290.) ut ita *at nunc* reſponderet. Catroeus Virgilii eſſe cenſet, ſed reciſos a Vario & Tucca. Nos eorum ſententiae accedimus, qui, cujuſcumque ſint, eſſe ſeparandos ab ipſo principio Aeneidos, nec etiam ingenio Virgilii, aut rationi Epici carminis convenire, quod ab ipſo argumento, quod ſibi ſumſit Poëta, incipere debet, cenſent. ellipſis vero *ille ego*, pro *ille ego ſum* dura & inepta eſt. quum debuiſſent corrigere *ille ego, qui* &c. *Et nunc horrentia.* nam *at* turbat ſenſum, ut recte etiam Marklandus animadvertit. Idem vir doctus culpat *vicina arva*, & rogat an *ſilvis*, an Mantuae vicina? ſed horum forte conſtare poſſet ratio; nam ut in quarta Ecloga dixit, *ſi canimus ſilvas*, id eſt Bucolicum carmen, ita in Georgicis, libris proximis Bucolico Carmini, *arvorum cultus* cecinit. poſt *ſilvas* ergo *arva* ceciniſſe ſe ait. ſed durior hic quoque vocis *vicina* uſus, fateor, quare antiquos quidem concedamus, ſed non Virgilianos. BURM.

GRACILI. Quum in Ecloga nona ſublimi ſtylo efferatur Maro, cur hic *gracili* dicat diſquirit Caſtelvetrius Oper. Critic. p. 155. forte quicumque auctor horum verſuum fuit, etiam *Culicem* a juvene carmen editum reſpexit, nam ita incipit:

Luſimus, Octavi, gracili modulante Thalia &c.

deinde per *ſilvas* intellexit Bucolica, per *vicina arva* Georgica, quae poſt Eclogas ſcripſit. vide Barth. IX. Adv. 3. Jo. Guil. Capoferreus, initio animadverſionum in Ovidii Metamorphoſes hos verſus pro Virgilianis habens, reprehendit J. C. Scaligerum in Hypercritico cap. VII. p. 794. carpentem in Ovidii primis verſibus conjunctas voces *animus mutatus*, quia *mus* vel *mu' mutatus* facit κακέμφατον, & defendere tentat his Virgilianis *ſilvis vicina*, quia *vis vi* ſonum malum efficeret concurſu ſimilium ſyllabarum. ſed & caſtigator & defenſor eodem numero habendi mihi videntur. BURM.

UT QUAMVIS AVIDO. Hic turbatior videtur ordo verborum, qui ita videtur conſtruendus: coëgi vicina arva, ut parerent colono, quamvis avido, id eſt licet ſit avidiſſimus frugum terrae. Stephanus diſſert. de Criticis pag. 76. quum Corradi & Aug. Dathi & aliorum interpretationes produxiſſet, tandem eodem modo eſſe verba haec capienda ſtatuit. ita & Tibullus I. IX. 59.

Et poſſum media quamvis obrepere nocte.

id eſt quamvis ſit media nox. & ita ſaepe alii: vide ad Val. Flac. VIII. 113. etiam omiſſo τῷ *quamvis* ponunt adjectivum eo ſenſu. ut Stat. II. Theb. 520.

Damnatis avidum pecus abſtinet herbis.

id eſt, licet ſit avidiſſimum, nec ibi opus eſt legere *damnatiſque. coëgi* ut *parerent arva*, an eleganter ſit dictum dubito. *cogere* autem verbum ſatis accommodatum eſt agricolis, qui *imperant terrae*, eam *domant* &c. ut ſaepe in his libris. ita Plinius lib. XXXIII. 4. *coguntur montes eſſe fertiles.* & ita apud Philoſtr. in vita Apollon. I. 21. λάχανα ἠναγκασμένα, quae cura coguntur matureſcere. ſic lib. II. Georg. 10. *nullis hominum cogentibus.* & 61. *cogendae in ſulcum, ac multa mercede domandae.* BURM.

P. VIR-

Digitized by Google



Digitized by Google



P. VIRGILII MARONIS
Aeneidos.
LIBER PRIMUS.

ARMA, virumque cano, Trojae qui primus ab oris
Ita-

MAURI SERVII HONORATI GRAMMATICI, IN VIRGILII AENEIDOS LIB. I. COMMENT.

1. ARMA VIRUMQUE, &c. [a] Multi varie diſſe-runt, cur ab *armis* Virgilius coeperit; omnes ta-

VARIORUM.

1. ARMA VIRUMQUE CANO. Segraeus, qui quatuor illos verſus tueri conatur, ex his verbis argumentum capit, ſuffragantem ſibi Speronium laudans. Nimirum contendit, non potuiſſe Poëtam incipere a voce *Arma*, ſimpliciter poſita, ſine epitheto

a Hic requiritur, cur ab *armis* Virg. coeperit. Alii per *arma*, omiſſis reliquis Dan. multi varie dixerunt Fabr. & al.

Italiam, fato profugus, Lavinia venit

Li-

SERVII.

men [2] in hoc aſſentire manifeſtum eſt: [3] Cum enim conſtet aliunde eum ſumpſiſſe principium, ſicut in [4] praemiſſa ejus vita monſtratum eſt: qua cauſſa illi, ab eo primi poſiti, quatuor verſus detracti ſunt: ſcilicet, ut cauſſa operis obtineret principium. Per *arma* autem bellum ſignificat, & eſt tropus Metonymia: nam *arma*, quibus in bello utimur, [5] pro *bello* poſuit: ſicut *toga*, qua in pace utimur, pro *pace* ponitur: ut Cicero: *Cedant arma togae*: id eſt, bellum paci. [6] [Per ſua enim arma ad regalem honorem pervenit. Ideo *arma* praepoſuit *viro*; ſed tribus modis; primo, quod fuerant victricia; ſecundo, quod divina; tertio, quod ſemper *armis virum* ſubjungit, ut XI. 747. *Arma virumque ferens*. Et VIII. Aen. 441. *Arma acri facienda viro.*] ARMA VIRUMQUE. Figura uſitata eſt, ut non eo ordine reſpondeamus, quo propoſuimus: nam prius de erroribus Aeneae [7] dicit: poſt de bello. Hac autem figura etiam in proſa [8] utimur. [9] Sic Cicero in Verrinis lib. II. 2. *Nam ſine ullo* [10] *ſumptu noſtro* [11] *copiis, tunicis, frumentoque ſuppeditato, maximos exercitus noſtros veſtivit, aluit, armavit.* [12] [Nonnulli autem Hyperbaton putant, ut ſit ſenſus talis: *Arma virumque cano, genus unde Latinum, Albanique patres, atque altae moenia Romae:* mox illa revoces: *Trojae qui primus ab oris.* Sic enim cauſſa operis declaratur, cur agentibus fatis in Latium venerit. Alii ideo *arma* hoc loco proprie dicta accipiunt; primo, quod fuerint victricia, ſecundo, quod divina; tertio, quod ſemper armis virum ſubjungat, ut: *Arma virumque ferens*. Et: *Arma acri facienda viro.* Et eſt poëticum principium profeſſivum: *Arma virumque cano:* invocativum: *Muſa mihi cauſſas memora:* narrativum: *Urbs antiqua fuit.* Et profeſſivum quatuor modis ſumſit, a Duce: *Arma virumque cano:* ab itinere: *Trojae qui primus ab oris:* a bello: *Multa quoque & bello paſſus:* a generis ſucceſſu: *Genus unde Latinum.*] VIRUM. Quem non dicit; ſed circumſtantiis oſtendit Aeneam. [13] [Et bene addidit poſt *arma*, *virum*; quia *arma* poſſunt & aliarum artium inſtrumenta dici, ut I. 177. *Cerealiaque arma.*] CANO polyſemus ſermo eſt: aliquando laudo, ut VII. 698. *Regemque canebant:* aliquando divino, ut VI. 76. *Ipſa canas oro:* aliquando canto, ut in hoc loco: nam proprie canto ſignificat, quia cantanda ſunt carmina. TROJAE. *Troja* regio Aſiae; *Ilium*, [14] civitas eſt *Trojae*. Plerumque tamen uſurpant poetae, & [15] pro civitate, vel regionem, vel provinciam ponunt, [16] Juvenalis X. Sat. 266. *Et flammis Aſiam ferroque cadentem.* [Probus ait *Trojam*, *Grajos*, & *Ajax*, non debere per unam *i* ſcribi.] QUI PRIMUS. [17] [*Primus*, non ante quem nemo, ſed poſt quem nullus: vel hic *primus*, princeps, vel optimus.] Quaerunt multi cur Aeneam primum ad Italiam veniſſe dicat, cum paulo poſt dixerit Antenorem ante adventum Aeneae fundaſſe civitatem. Conſtat quidem, [18] ſed habita temporum ratione peritiſſime Virgilius [19] dixit. Namque [20] illo tempore, quo Aeneas ad Italiam venit, finis erat Italiae uſque ad Rubiconem fluvium. Cujus rei meminit Lucanus I. 215. *Et Gallica certus Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.* Unde apparet Antenorem non ad Italiam veniſſe, ſed ad Galliam Ciſalpinam, in qua Venetia eſt. Poſtea [21] vero promotis uſque ad Alpes Italiae finibus, novitas creavit errorem. Plerique tamen quaeſtionem hanc volunt ex ſequentibus ſolvi; ut videatur ob hoc addidiſſe Virgilius ad *Lavina littora*, ne ſignificaret Antenorem. Melior tamen eſt ſuperior expoſitio. [*Primus* ergo non ante quem nemo, ſed poſt quem nullus, ut I. Georg. 12. *Tuque o, cui prima furentem Fundit equum, magna tellus percuſſa tridenti.* Et I. Ecl. 45. *Hic mihi reſponſum primus dedit:* vel laudative *primus:* ut VI. Aen. 811. *Primus qui legibus urbem Fundabit, Curibus parvis.* AB ORIS. [22] Speciem pro genere: nam *oras* terras generaliter debemus accipere: ſane praepoſitionem mutavit, nam *ex oris* melius potuit.]

VARIORUM.

pitheto adjecto, aut ſubſtantivo aliquo, quum *arma*

2 in hanc ſentire R. Voſ. V. in hoc ſentire L. in hanc ſententiam ire Steph. in hanc ſententiam aſſentire al. 3 cum eum conſtat al. ſumpſiſſe L. R. V. Voſ. Steph. & al. 4 narratione monſtratum eſt, intelligamus tamen per arma bellum ſignificaſſe: & eſt tropus Metonymia Fuld. 5 pro *bella* R. 6 deſunt R. L. V. Voſ. Steph. & al. 7 dixit Dan. Steph. 8 utimur, ὕστερον πρότερον Fabric. utimur. ſcilicet hyſteron proteron Baſil. al. 9 ſicut V. 10 *ſumpto noſtro* R. L. 11 *Copiis* R. L. Fabr. al. & ita hodie in Cicerone legitur. ita & *Coria & Cilicia* conjungit lib. I. in Verr. 38. *copiae* poſſunt etiam de annona & alimentis capi. ut pro Dejotar. V. *exercitum copiis & tectis ſuſtentare.* vid. Ryck. ad Tacit. II. Hiſt. 32. & Comment. ad Caeſ. lib. I. de Bel. Gal. 31. BURM. 12 haec ex Fuldenſi Cod. addita. 13 & haec debentur Fuld. Cod. & ita deinceps in duobus prioribus libris, quae leguntur uncis incluſa, non adjectâ notâ, intelligi debent ex Fuldenſi codice inſerta eſſe. 14 civitas eſt Aſiae Steph. Fabr. civitas Aſiae R. L. Voſ. eadem habet Schol. Stat. ad II. Achil. 272. 15 pro urbe Fabr. & al. 16 ut Juvenalis V. L. Voſ. 17 deſunt R. L. Voſ. 18 quod habita Fabr. al. 19 dixerit Fabr. al. 20 eo tempore Voſ. 21 deeſt Voſ. 22 ſpeciem pro genere poſuit Dan.

Digitized by Google

Litora. Multum ille & terris jactatus & alto

Vi

SERVII.

2. ITALIAM. Ars quidem hoc exigit, ut nominibus provinciarum [23] praepoſitionem addamus, civitatum nunquam; tamen plerumque [24] hoc perverſo ordine [25] lectum eſt; nam ecce hoc loco detraxit provinciae praepoſitionem, dicens *Italiam venit*, [26] [pro, ad Italiam.] Tullius in Verrinis: *Ea die Verres ad* [27] *Meſſanam venit*, [28] pro, *Meſſanam venit*, [29] [Meſſana autem civitas eſt.] [Sed hic ſchema utuntur.] Sane ſciendum eſt uſurpari ab auctoribus, ut vel addant, vel detrahant praepoſitiones: namque ait Virgilius XI. 686. *Sylvis te Thyrrhene* [30] *feras*: pro, in ſylvis. Ut ergo illo loco detraxit praepoſitionem, ſic hic provinciae: & eſt figura. *Italia* autem pars Europae eſt. Italus enim, rex Siculorum, profectus [31] de Sicilia, venit ad loca, quae ſunt juxta Tyberim, & ex nomine ſuo appellavit Italiam. Ibi autem habitaſſe Siculos, ubi eſt Laurolavinium, manifeſtum eſt: ſicut ipſe alio loco dicit VII. 795. [32] *Siculi vetereſque Sicani.* [33]. Item VIII. 328. *Et gentes venere Sicanae Saepius.* [34] [Sane *Italiam i* contra naturam producta eſt, cum ſit natura brevis; in hoc vero nomine *i* contra naturam producitur.] FATO PROFUGUS. [35] *Fato* ad utrumque pertinet, & quod fugit, & quod ad Italiam venit. Et bene addidit *Fato*, ne videatur aut cauſa criminis patriam deſeruiſſe, aut novi imperii cupiditate. PROFUGUS. [36] [Vagus, id eſt, porro fugatus ab Ilio, qui & extorris dicitur.] *Profugus* autem proprie dicitur, qui procul a ſedibus ſuis vagatur: quaſi *porro fugatus*. Multi tamen ita [37] definiunt, ut *profugos* eos dicant, qui excluſi neceſſitate de ſuis ſedibus adhuc vagantur, & [38] ſimul atque invenerint ſedes, non dicantur *profugi*, ſed *exules*. Sed utrumque falſum eſt: nam & *Profugus* [39] lectus eſt, qui jam ſedes locavit, ut in Lucano IV. 9. *Profugique a gente vetuſta Gallorum Celtae miſcentes nomen Iberis.* Et [40] exul, qui adhuc vagatur, ut in Salluſtio, fragm. incert. *Qui nullo certo exilio vagabantur:* adeo *exilium* eſt ipſa vagatio. [Quidam hic *Profugus* participium volunt. Sane non ocioſe fato profugum dicit Aeneam; verum ex diſciplina Hetruſcorum: eſt enim in libro, qui inſcribitur, Terrae ruris Hetruriae, ſcriptum vocibus Tagae: *Eum, qui genus a perjuris duceret, fato extorrem & profugum eſſe debere.* Porro a Laomedonte perjuro genus ducit Aeneas; ſiquidem alibi ait I. Georg. 501. *Jampridem ſanguine noſtro Laomedonteae luimus perjuria Trojae.*] LAVINAQUE VENIT LITTORA. Haec civitas tria habuit nomina: Nam primum *Lavinum* dicta eſt a Lavino, Latini fratre: poſtea *Laurentum*, a lauro inventa a Latino; dum adepto imperio poſt mortem fratris civitatem augeret: [41] poſt *Lavinium* a Lavinia, uxore Aeneae. Ergo *Lavina* [42] legendum eſt, non *Lavinia*: quia poſt adventum Aeneae [43] *Lavinium* nomen accepit. [44] Et aut *Lavinum* debuit dicere, ſicut [45] dixit; aut *Laurentum*: quamvis quidam [46] ſuperfluo eſſe [47] Prolepſim velint. [Sane bene addidit *Lavina*, ut oſtenderet ad quam partem Italiae veniſſet Aeneas: quia & multi alii eo tempore ad Italiam venerant; ut Capys, qui Capuam: [48] Polites, qui Politorium, condiderunt.]

3. LITTORA. [49] Laurolavinium conſtat [50] VIII. miliaribus a mari [51] remotam. Nec nos debet fallere,

VARIORUM.

ma debeant de bellis capi; ſed abſolute *arma* ita poni negat: debuiſſe autem dici *Martis arma*, quia *arma* omnis generis inſtrumenta, artium quarumcumque & rerum ſignificant, ut notat Servius ad I. Georg. 160. I. Aen. 123. & alibi ſaepe. & hic, ut *Cupidinis arma*, *Cerealia arma* dicuntur, etiam debere dici *Martis arma*. Quae obſervatio mihi ridicula & falſa videtur, quum pro ſubjecta materia *arma* debeant ſemper capi, ſive accedat epitheton, ſive omittatur. nam quum proprius & uſitatiſſimus in bellis ſit *armorum* uſus, & inde ad inſtrumenta aliarum rerum ſit tranſlatus, ridiculum foret, ſi *arma* ſimpliciter poſita aliquis ſumeret pro Cerealibus

23 praepoſitiones V. R. L. Voſ. 24 deeſt L. R. Voſ. V. Steph. 25 legitur, ut eſt *Italiam venit* Dan. 26 deſunt R. L. V. Voſ. Steph. 27 *Menſanam* V. 28 deſunt Baſil. 29 deſunt R. L. V. Voſ. Steph. Dan. al. 30 *feras agitare putaſti* V. L. R. Voſ. 31 a Sicilia Dan. 32 ibi legitur, *Rutuli v. Sicani.* 33 deeſt L. R. Voſ. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Fabricio & Dan. deſunt tantum ultima, *in hoc* &c. 35 Fatum Steph. Dan. Fabr. & al. 36 deſunt R. L. Voſ. Steph. Fabr. al. 37 diſſiniunt V. Baſil. diſiniunt R. 38 ſimul ac Steph. Dan. Fabr. al. ſi invenerint R. 39 lectus eſt, omnes noſtri. lectum eſt Fuld. Maſvicius dedit, dictum eſt. 40 exules q. a. vagantur Fabric. & al. 41 poſtea R. L. Voſ. Steph. Fabr. al. 42 dicendum Dan. legenda R. 43 dictum eſt Lavinium Dan. 44 ergo aut Steph. Dan. Fabr. 45 dixi, aut *Laurentinum* L. 46 ſuperflue Fabr. al. ſuperfluos R. 47 prolemſin L. R. Voſ. 48 *Polites* legendum & *Politorium*, ut apparet ex nota Servii ad lib. v. 564. 49 atqui Laur. Fabr. 50 XV. legit Holſten. ad Cluverii Ital. Antiq. pag. 174. 51 remotum L. Dan. Steph. Fabr. al.

Digitized by Google

Vi ſuperûm, ſaevae memorem Junonis ob iram:

Mul-

SERVII.

lere, quia dixit *Lavina littora.* *Litus* enim dicitur terra [52] quoque mari vicina: ſicut ipſe Virgilius in quarto 212. *Cui litus arandum:* cum per naturam litus arari non poſſit. [53] Ergo ſciendum litus & terram dici poſſe. [Fabius Maximus Annalium primo: *Tum Aeneas aegre patiebatur in eum devenisse agrum, macerrimum, litoroſiſſimumque.*] MULTUM ILLE. Colliſio eſt: & *ille*, hoc loco abundat: eſt enim interpoſita particula propter metri neceſſitatem, [54] [ut ſtet verſus:] nam ſi detrahas *Ille*, ſtat ſenſus, [55] [ſed non verſus.] QUI PRIMUS enim ad omnia poſſumus trahere. [56] Sic alio loco v. 457. *Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.* Eſt autem Archaiſmos: [aut certe *ille*, quia haec particula more antiquo, aut nobilitati, aut magnitudini dabatur, ut x. 701. *At velut ille canum.* Et XII. 5. *Saucius ille.*] ET TERRIS JACTATUS. Fatigatus eſt enim apud Thraciam monſtro illo, [57] quo de tumulo Polydori ſanguis emanavit: apud Cretam peſtilentia; apud Strophadas inſulas Harpyiis: tempeſtate vero, & in primo, & in tertio. [58] [Et proprie locutus eſt:] *jactamur* [59] enim in mari fluctibus; fatigamur in terris: & bene [60] duorum elementorum mala uno ſermone [61] complexus eſt. ET ALTO, modo mari: [quia navigans, Scyllam & Polyphemum effugit: perditus etiam eſt Orontes: amiſſus Palinurus & Miſenus.] *Altum* tamen ſciendum eſt, quod & ſuperiorem, [62] [ut inf. 297. *Maja genitum demittit ab alto:*] & inferiorem altitudinem ſignificat: namque menſurae nomen eſt altitudo.

4. VI SUPERUM. Violentia deorum, ſecundum Homerum, qui dicit a Junone rogatos eſſe deos in odium Trojanorum: quod & Virgilius tetigit dicens VI. 63. *Vos quoque Pergameae jam fas eſt parcere genti, Diique, Deaeque omnes.* Latenter autem defendit hac ratione Trojanos, quod non ſuo merito eos inſequebantur numina, ſed Junonis [63] impulſu. [Multi *Vi ſuperum*, poſſe accipi dicunt Irim, Aeolum, Juturnam, Junonem; ſed melius judicant, vi, quam ſuperi habent.] SAEVAE. Cum a juvando dicta ſit Juno, quaerunt multi, cur eam dixerit *ſaevam:* & putant temporale eſſe epitheton, quaſi [64] *ſaevam* contra Trojanos: neſcientes, quod *ſaevam* dicebant veteres *magnam*, [65] ut Ennius: *Induta fuit ſaeva ſtola:* [66] [id eſt, magna.] Item Virgilius, cum ubique [67] pium inducit Aeneam, ait. XII. 107. *Maternis ſaevus in armis Aeneas:* id eſt, magnus. MEMOREM JUNONIS OB IRAM. Conſtat multa in auctoribus inveniri per contrarium ſignificantia, pro activis paſſiva, ut XI. 660. *Pictis bellantur Amazones armis:* pro, bellant. Pro paſſivis activa, ut I. Georg. 185. *Populatque ingentem farris acervum:* [68] [pro, populatur.] Et haec varietas, vel potius contrarietas, invenitur etiam in aliis partibus orationis; ut ſit pronomen pro adverbio, ut eſt VIII. 423. *Hoc tunc* [69] *ignipotens caelo deſcendit ab alto:* pro, huc. Et in participio, ut inf. 121. *Et qua vectus Abas:* pro qua vehebatur. Et in nomine, ut: *Memorem Junonis ob iram:* non [70] quae meminerat, ſed quae in memoria erat: [71] [nam ira non meminit.] De his autem haec tantum, quae lecta ſunt, ponimus, nec ad eorum exemplum alia formamus. [Sane *memor* apud veteres non tantum dicebatur ὁ μεμνημένος, ſed & ὁ μνήμων. Et hoc per confuſionem verbi & nominis: nam *memorem*, eſt verbi ſignificatio, cum nunc ſit nomen.]

VARIORUM.

libus &c. armis, ſi nihil praecederet aut ſequeretur, quod illa intelligi oſtenderet. ſed in initio Poëmatis *Arma virumque canens* quis legens alia *arma* intelligeret, quam bellica? deinde quot loca veterum non eſſent vexanda, ubi *arma* abſolute pro bellis ponuntur. ut cum Horat. dicat I. Ep. XIX. 7. de Ennio, *numquam niſi potus ad arma Proſiluit dicenda*, quis non bella cecini ſſe eum ſtatim credet?

52 quaecumque Fabr. quaeque Steph. Dan. al. 53 ſcire debemus litus e. t. dici R. Voſ. L. Steph. Dan. 54 deſunt L. R. Voſ. V. Steph. Dan. 55 deſunt iiſdem. Q. p. e. a. o. p. trahere iidem. ſed Fuld. qui ſane primus. ſed non Stat. verſus Baſ. quae omittit illa, Qui primus &c. 56 ſicut alio Fabr. al. 57 quod e R. L. ſed recte alii, quo de. & tamen Fabr. & al. quod e ediderunt. 58 deſunt L. R. Voſ. V. Steph. Dan. 59 autem in maris fluctibus Dan. nam jactamur Fabr. 60 duum Fuld. 61 concluſit Fuld. Fabric. & al. 62 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 63 impulſu, id eſt vi quam s. habent Dan. 64 *ſaeva* L. R. V. Voſ. *ſaevam* contra Tr. Fabr. al. 65 ſic Ennius L. R. Vol. V. 66 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. 67 deeſt Voſ. 68 deeſt praepoſitio Voſ. 69 eſt hoc, *Tunc pater ignip.* Dan. Steph. 70 quod m. ſed quod Dan. 71 deſunt L. R. Voſ. V. Steph. Dan. & Danieli reliquum etiam; ſed tamen ultima, nam *memorem* &c. habet. poſita ſunt, nec a. e. e. a. formata Fuld. ad eorum exempla R. L. Voſ. V.

Multa quoque & bello paſſus, dum conderet urbem,

In-

SERVII.

5. MULTA QUOQUE ET. BELLO PASSUS. [72] [Hoc ad poſteriores VII. pertinet libros. QUOQUE ET. Duas conjunctiones ſeparatas naturaliter nemo conjungit; ſed hoc plerumque a poëtis cauſa metri fit. Ergo hic una vacat: ſicut alio loco v. Aen. 467. *Dixitque: & praelia voce diremit.* [Salluſtius: *Tyrannumque & Cinnam.*] BELLO PASSUS. Contra Turnum [73] [quod geſſit] DUM CONDERET URBEM. Tres hic ſunt ſignificationes: aut enim Trojam dicit, quam, ut primum venit in Italiam, fecit Aeneas: de qua ait VII. 154. *Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cingit.* Et alio loco Mercurius IX. 644. *Nec te Troja capit.* [74] Trojam autem dicit, quam primum fecit Aeneas, ut & Livius in primo, & Cato in Originibus, teſtantur. Dum enim haec fieret, ab agreſtibus, [75] ob vulneratum regium cervum, mota ſunt bella: aut Laurolavinium. Et ſignificat *Dum*, donec: tamdiu enim dimicavit, quamdiu [76] ad tempus faciendae civitatis veniret: id eſt, donec Turnus occumberet: aut Romam [77] ſignificat: & eſt ſenſus [78] modo: *dum conderet urbem:* aut Trojam, aut Laurolavinium, aut [79] Romam.

VARIORUM.

det? Alcaeus *inter arma canebat Liberum* &c. Horat. I. Od. 32. id eſt inter bella. cur non addidit *Martis arma*, quum Bacchum nominet? ſic quemadmodum *inire bella* paſſim occurrit, ſic *inire arma* dixit Stat. X. Theb. 9. ubi videndae notae Barthii. Silius incipit Poëma ſuum, *ordior arma.* Cur non & ille, *ordior Martis arma* maluit? Flor. III. 12. dixit *arma ſociorum* quibus bella intelligit. quibus mox variandae orationis gratia ſubdit, *bella ſervilia.* IV. II. 73. *rurſus arma & partes.* ſed deſino, ne pueros docere videar. praeterea non per ſe *arma* hic ſunt conſideranda, ſed juncta *viro. Arma virumque cano*, ex ſollemni & ſexcentis apud veteres locis uſitata formula, ubi his duobus omnis vel civitatis, vel regni, vel unius hominis excellentia & robur abſolvitur. ut apud Livium, Silium Italicum, Statium & alios paſſim reperies: Livius VIII. 5. *Florentiſſimum Latium armis viriſque.* cap. 13. *Peditum armis viriſque expugnandum.* cap. 25. *Arma viroſque ad bellum polliceri.* vid. & IX. 31. 38. XXIII. 30. & centies alibi. Silius I. 132. IV. II. VI. 6. VII. 8. ubi egregie de Fabiis,

In ſeſe cuncta arma viroſque gerebat.

ut hic de Aenea Virgilius. idem lib. XVII. 516. ubi Hannibalem omnibus opponit, qui,

Si concidat unus,
Nequidquam fore Agenoreis cuncta, arma viroſque.

Valer. Flac. IV. 8.

Sic arma viros ſocioſve miniſtrat.

ubi nihil opus *viro* cum Heinſio legere. Stat. V. Theb. 305.

Inſula dives agris, opibuſque, armiſque viriſque.

ſimilia jam viri docti protulere in obſervat. Miſc. Critic. Vol. VI. 343. ſed tempus eſt operoſae, in re tam manifeſta, probationi modum imponere. de ſimili fere formula *equis viriſque* agemus ad lib. VIII. 3. BURM.

Ibid. PRIMUS. Et hic admodum laborant Interpretes, quo ſenſu *primus* Aeneas potuerit dici in Italiam veniſſe, quum ante illum Antenor adpulerit. Barthius ad Gratii Cyneget. 437. & ad Claudian. I. in Ruf. 298. exponit *primum* auctoritate, aequitate & fortitudine principem; quam ſententiam aliis etiam placuiſſe patet ex Auctore de Orig. Gent. Rom. cap. I. & ejus Commentatoribus. & inter diverſas etiam a Servio refertur. qui & ad Lib. XII. Aen. 33. *primum* explicat, non ante quem nemo, ſed poſt quem nullus. vid. & ad I. Ecl. 45. nec alienus ab hac ſententia videtur Pierius, qui ad IX. Aen. 244. pro *in primis*, capit. vid. & Serv. mox ad ℣. 28. & II. Aen. 263. ſed & Servius dicit Antenorem non veniſſe in Italiam, ſed in Galliam, quae Rubicone fluvio ab Italia dividebatur. cui reclamat vir eruditus in Ephemeridibus, quae ſub titulo, *Nouvelles de la Repub. des Lettres*, prodiere Ann. 1702. Januar. pag. 41. & ineptum cenſet, quia Galli demum ſub Tarquinio in Italiam venerunt, nec Antenoris tempore ea regio Gallia vocaretur. Ideoque ille ſtatuit [illegible], *Italiam Lavinaque litora*, id eſt, eam partem Italiae, ubi poſtea Lavinium fuit, quod a Scaligero videtur habere. Sed ita ſimul ſtatuendum foret,

72 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. 73 deſunt R. V. quod contra Turnum L. omiſſo *geſſit*, quod gloſſator adſcripſerat. 74 aut Trojam dicit q. p. f. Æ. & ut Livius V. ut & Livius Fabr. 75 propter V. L. R. Voſ. 76 deeſt Steph. Dan. Fabr. al. 77 deeſt L. R. V. Voſ. Steph. Dan. 78 dummodo, *dum* R. L. Steph. dummodo conderet Voſ. 79 Romam ſignificat Voſ. L. R.

Inferretque deos Latio. Genus unde Latinum,

Al-

SERVII.

6. INFERRETQUE DEOS LATIO. *Latium* duplex eſt, unum a Tyberi uſque ad Fundos: aliud inde uſque ad Vulturnum [80] [fluvium. Denique ipſe dixit: *Vetereſque Latini*: ideo, quia ſcit eſſe etiam novos, id eſt, a Fundis uſque ad Vulturnum.] *Latium* autem dictum eſt, quod illic Saturnus latuerit. [Saufejus *Latium* dictum ait, quod ibi latuerunt incolae, qui quoniam in cavis montium vel occultis, caventes ſibi a feris belluis, vel a valentioribus, vel a tempeſtatibus, habitaverint, [81] Caſci vocati ſunt, quos poſteri Aborigines nominaverunt: quoniam aliis ortos eſſe recognoſcebant, ex quibus Latinos etiam dictos.] [82] [*Inferretque deos.* Penates, vel ſuam genituram.] LATIO. Hoc eſt in Latium. Et eſt figura uſitata apud Virgilium: quod enim per accuſativum cum praepoſitione dicimus, ille per dativum ponit ſine praepoſitione: ſicut alibi v. 451. *It clamor coelo*, pro ad coelum. [Deos vero utrum Penates, ut III. 172. *Talibus attonitus viſis & voce Deorum.* An ſe & Aſcanium, & poſteros ſuos, de quibus dictum eſt IX. 642. *Diis genite, & geniture Deos.*] GENUS UNDE LATINUM. Si jam fuerunt Latini, & jam Latium dicebatur, contrarium eſt, quod dicit Latinos ab Aenea originem ducere. Prima eſt jucunda abſolutio; ut *unde* non referas ad perſonam, ſed ad locum: namque *unde* adverbium eſt de loco, non deductio a perſona. Tamen Cato in Originibus dicit, cujus auctoritatem [83] Salluſtius ſequitur in bello Catilinario: [84] *Prima Italiam tenuiſſe quoſdam, qui appellabantur Aborigines: hos poſtea adventu Aeneae Phrygibus junctos, Latinos uno nomine nuncupatos.* Ergo deſcendunt Latini non tantum a Trojanis, ſed etiam ab Aboriginibus. Eſt autem vera expoſitio haec: novimus enim, quod victi victorum nomen accipiunt: potuit ergo, victore Aenea, perire nomen Latinum; ſed volens ſibi favorem Latii conciliare, nomen Latinum non ſolum illis non ſuſtulit, ſed etiam Trojanis impoſuit. Merito ergo illi tribuit, quod in ipſo fuerat, ut poſſet perire: unde & ipſe inducit in XII. libro ỿ. 823. rogantem Junonem, ne pereat nomen Latinum. Item in execratione Didonis legimus IV. 619. *Nec cum ſe ſub leges pacis iniquae Tradiderit.* Iniqua enim pax eſt, in qua nomen amittit ille, qui vicit, reſervat victus. [Sed veteres *unde* etiam ad perſonam adplicabant, ita ut ad omne genus & ad omnem numerum jungerent: ut hoc loco: *Genus unde Latinum*, maſculino generi, & numero ſingulari junxit; alibi genus femininum & numerum pluralem referret VII. 71. *Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde eſt*: ſicut *hinc* particulam ſumſit loco adverbii Terentius, cum vetuſte ad perſonam tranſtulerit Adelph. III. III. 7. *Sed eccum Syrum incedere video: hinc jam ſcibo, quid fiet.*]

VARIORUM.

foret, Italiam jam tum dictam eam regionem, ad quam venit Antenor, fuiſſe, quod probandum fuiſſet: aliter de Antenore nullam poſtea mentionem factam oportuit, quaſi ille etiam advenerit in Italiam. Nec ſatis manifeſtum eſſe putem, an illa pars ſuperior Italiae ad Alpes, jam tum Italia dicta fuerit. Quum olim unaquaeque regio nomine populorum, qui tenebant, ſignificaretur, ut Euganea, Umbria, Etruria & ita porro. ſed quum agri illorum a Gallis eſſent inſeſſi, Gallia dici coepta eſt omnis ſuperior Italia, ab Alpibus ad Rubiconem, & hoc nomen diu etiam permanſit, nec Livius fere aliter appellare conſuevit. Producere ergo debuiſſet vir doctus ſcriptores, qui Alpibus & Rubicone terminatam regionem, Italiae nomine ſignaverunt antiquo illo aevo. immo contra inferiorem partem a Siculo freto, ad ea loca, quae tenuere Sicani, & ubi regnabat Turnus, Italiam olim dictam fuiſſe, ait Servius ad ỿ. 534. h. l. ſed verius illi mihi videntur cenſere, qui Italiam duplici modo dictam eſſe putant, vel in genere, & ita Alpibus finitam, vel ex juriſdictione, quae Rubicone fluvio terminabatur. vid. Manut. ad Cicer. VII. ad Famil. Ep. 16. ita ut ſi quis ex Tranſalpinis regionibus iter inſtitueret, ille in Italiam ire dicebatur, licet re vera in Galliam Ciſalpinam deſtinaſſet tendere. Si quis vero ex urbe Roma verſus Alpes proficiſceretur, ille

in

80 deſunt Voſ. L. V. Steph. Dan. Fabr. (qui tamen, ad Vulturnum fluvium, habet.) al. Vulturnium Fuld. ceterum Beroaldum & Landinum culpare *Servium*, ſed defendere Camertem ad Solin. cap. VII. & Scoppam Collect. 22. notavit Nanſius.
81 Caſſei Fuld. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 cap. VI, ubi vide Putſchii notas. 84 *primum Italos quoſdam, qui appellantur* &c. Fuld.

Albanique patres, atque altae moenia Romae.

Mu-

SERVII.

7. Albanique patres. *Albam* ab Aſcanio conditam conſtat, ſed a quo incertum eſt, utrum a Creüſae, an Laviniae, filio: de qua re [85] etiam Livius dubitat. Hanc autem cum evertiſſet [86] Tullus Hoſtilius, omnes nobiles familias Romam tranſtulit. Et ſciendum, bene hunc ordinem [87] ſemper ſervare Virgilium, ut ante dicat Latium, inde Albam, poſt Romam: quod & hoc loco fecit: & in v. libro [88] ut ẏ. 598. *Priſcos docuit celebrare Latinos.* Et deinde ẏ. 600. *Albani docuere ſuos, nunc maxima porro Accepit Roma, & patrium ſervavit honorem.* Item in vii. libro 602. *Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus urbes Albanae coluere ſacrum: nunc maxima rerum Roma colit.* Altae moenia Romae. Aut propter gloriam, aut propter aedificia ingentia: aut quia in montibus [89] eſt poſita.

VARIORUM.

in Galliam proficiſci dicebatur, licet cis Alpes conſiſteret. Et ex Strabone & aliis Cluverius lib. 1. Ital. cap. 1. docuit perſpicue, Italiae nomen olim ſoli inferiori parti Latio, Auſoniae &c. fuiſſe proprium, ſed poſtea ad Ciſalpinam etiam Galliam prolatum; nec Gallos antea Italorum nomine veniſſe, niſi poſtquam a Romanis in jus civitatis fuerint adſumpti. & ita Cicero in ſecunda Agraria Legem Rulli carpens, exagitat eum, quod non definiverit nec nominaverit regionem, in qua agros emendos & dividendos volebat: & fingens eum reſpondere, *Definio*, inquit cap. 25. *Italiam*, oſtendit hoc vagum & incertum eſſe, quam partem Italiae intelligat. in communi ergo ſermone Italia totus ille tractus a freto ad Alpes intelligebatur, quando nulla ratio partium habetur. aliter ſi pars quaedam diverſa a Gallia Ciſalpina indicabatur. ſic Hannibal dicitur vulgo in Italiam deſcendiſſe, ſuperatis Alpibus, qui tamen prius in Galliam venit. quare credibilius eſt Virgilium Italiam intellexiſſe inferiorem partem a Tiberi fluvio, non ut diſtinguat a Gallia, quod nomen nondum in uſu, ſed ab Etruſcis, Umbris, Venetis, qui ſinguli ſuis nominibus regiones ſuas inſigniverunt, nulla Galliae vel Italiae ratione habita: & ita Aeneas primus ex Trojanis in Italiam venit, Antenor in Euganeos, & Venetos. & ideo non male illi, qui ideo *Lavinaque litora* addidiſſe cenſent: & ita mox ẏ. 13. de Carthagine dicit, *Italiam contra Tiberinaque oſtia* ſitam fuiſſe. Servius etiam ad iii. Aen. 10. nonnullos eſſe ait, qui *primus* conjungunt cum *Trojae ab oris*; ſed & hoc Antenori conveniret: licet enim in Henetos primum abierit, & inde ſecum illos ducens venerit ad Padi oſtia, & Aeneas etiam per Thraciam, Siciliam, Africam & alias regiones oberrans moras traxerit, tandem demum in Italiam pervenerunt. Cerda latius vim ſuam exſerere τὸ *primus* credebat, & omnia illa, *ab oris Trojae, in Italiam, Lavinaque litora, profugus fato, jactatus terra & alto, vi ſuperum, ob iram Junonis*, ſoli Aeneae convenire, ideoque recte *primum* dici. Barlandus Antenorem & alios caſu, ſed Aeneam fatorum deſtinatione in Italiam veniſſe notat, ideoque *primum* recte dicit. eligat Lector quid velit. ego deſino moleſtus eſſe. BURM.

2. Lavinaque venit litora. Cum in vetuſtis codicibus *Lavinia venit* ſcribatur, teſte Hermolao Barbaro, ad Plinii iii. cap. 5. quaerit anxie Pierius, ubinam gentium deliteſcat codex ille pervetuſtus, in quo legatur, *Lavinia venit litora.* Ubi tunc temporis latuerit, cum caſtigationes in Maronem adornabat Pierius, non dixerim. Nunc in Medicea adſervatur bibliotheca Quamquam in aliis etiam membranis, id Hermolaus inveniſſe potuit, cum in Florentina Juntarum editione hoc ipſum expreſſum appareat. Certe in uno codice Balth. Moreti *Laviniaque*, proxime verum: in uno Eccleſiae Hamburgenſis *Lavina venit.* nec iſti lectioni ego dubitem ſubſcribere, quamvis a Cenſorino, & A. Gellio vulgatam agnoſci meminerim: & a Macrobio v. Satur. 2. & a Donato de Barbariſmo, & Mario Victorino Artis Gramm. lib. iii. & a Priſciano lib. viii. etiam a Diomede. Quinctilianus quoque lib. xi. 3. *Lavinaque litora*, non *Lavinia* citat. *Lavinia* vero *litora*, quemadmodum apud Lucanum ix. 991. *Lavinia ſedes*, & *Lavinia ſceptra* apud Silium lib. i. 44

Sceptraque fundavit victor Lavinia Teucris.

Auctor quoque de origine Urbis Romae citat *Lavinia litora*, cap. ix. *Ab eo Laviniam, Anii ſacerdotis Apollinis filiam, in matrimonium adſcitam,*

85 deeſt Steph. Dan. 86 Tullius V. R. L. Voſ. 87 deeſt V. R. L. Voſ. Steph. Dan. 88 deeſt Steph. Dan. Fabr. al. De Latii diſcrimine novi & veteris vid. ad vii. 38. 89 Collocata eſt Steph. Dan. Fabr. al.

Muſa, mihi cauſſas memora, quo numine laeſo,

Quid-

SERVII.

8. MUSA MIHI CAUSAS MEMORA. [*Mibi*, longa hic; alibi brevis, ut II. 149. *Mihique haec edisſere vera roganti.* Sane] in tres partes dividunt Poëtae carmen ſuum, proponunt, invocant, narrant. [90] [Plerumque tamen duas res faciunt,] [91] & ipſam propoſitionem miſcent invocationi, quod in utroque opere Homerus fecit; [92] [namque hoc melius eſt.] [93] [Ut in Odyſſea: Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον. Et in Iliade: Μῆνιν ἄειδε, Θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.] Lucanus tamen [94] ipſum ordinem [95] pervertit: primo enim propoſuit; [96] inde narravit; poſtea invocavit, ut eſt I. 63. *Nec ſi te pectore vates* [97] *Accipio.*] [98] Sane obſervandum [99] eſt, ut non in omnibus [1] carminibus numen aliquod invocetur, niſi cum aliquid ultra humanam poſſibilitatem requirimus. Hinc in Arte poëtica Horatius 191. *Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit.* Bene ergo invocat Virgilius: non enim poterat per ſe iram numinis noſſe. Item in nono libro ℣. 764. niſi addidiſſet: *Juno vires animumque* [2] *miniſtrat*: quis crederet Turnum evaſiſſe de caſtris? [3] [Et hic *Muſa* non addidit: Μῆνιν ἄειδε θεὰ, ſed: *Muſa mihi cauſas memora*, pro, adeſto, & memores.] [Sane *Muſas* multi VIIII. multi VIII. multi VII. dixerunt. His Numa aediculam aeneam brevem fecerat; quam poſtea de coelo tactam & in aede Honoris & Virtutis conlocatam Fulvius Nobilior in aedem Herculis tranſtulit: unde Aedis Herculis Muſarum appellatur. Has alii Virgines perhibent: nam ideo eis & porcam ſacrificari ajunt, quod multum pariat: alii eis etiam filios dant Orpheum, Linum, Sirenas. Alii has octo, ut Athenis viſuntur; alii quatuor dicunt: alias Boeotias, alias Atticas, alias Siculas. Has Muſas Siculus Epicharmus non multas, ſed ὁμονοούσας dicit.] QUO NUMINE LAESO. *Quo*, in quo, in qua cauſa. Et eſt ſeptimus caſus, & communis elocutio. Dicimus enim, *quo te laeſi.* Eſt & alia expoſitio: namque Juno multa habet numina: eſt [4] Curetis, quae utitur curru, & haſta, [5] ut ℣. 16. *Hic illius arma, Hic currus fuit.* [6] Eſt Lucina, quae partubus praeeſt, ut [7] Terentius And. III. I. 15. *Juno Lucina, fer opem.* Eſt regina, ut ℣. 46. *Quae divum incedo regina.* Sunt & alia ejus [8] numina. Merito ergo dubitat, [9] quod ejus laeſerit numen Aeneas. Alii tamen dicunt ſeparandum eſſe; ut de odio Junonis non dubitet; quaerat autem [10] quod aliud numen, id eſt, quem Deum, laeſerit. QUO NUMINE. Ideo trahitur in ambiguitatem, & requirit, in quo Junonis numen laeſit Aeneas, quia in ipſum certa non erant odia, ſed in gentem, propter cauſſas paulo poſt dicendas. [Alii *numen*, voluntatem accipiunt. LAESIT autem dicendo, ipſo verbo oſtendit, etiam ſi fuiſſet, leviſſimam culpam fuiſſe: non enim dixit violato, aut injuriam paſſo.]

VARIORUM.

tam, ex cujus nomine LAVINIA LITORA *appellata.* & apud noſtrum ipſum IV. Aen. 236.

Nec prolem Auſoniam, & Lavinia reſpicit arva.

ſunt autem familiares admodum Maroni ejusmodi epexegeſes. lib. III. 272.

Effugimus Ithacae ſcopulos, Laërtia regna.

Lib. VI. 154.

Lucos Stygios, regna invia vivis. HEINS. quem & conſule ad Claudian. Bell. Gildon. ℣. 139. *Lavinus* vero an *Lavinius* deſcribi debeat, vide Commentatores ad Livii lib. VIII. 3. ubi ex Faſtis Capitolinis Sigonius probat ultimum, quod ſatis etiam ab Heinſio probatum puto. apud Gellium lib. X. cap. 16. ubi vulgo legitur *Lavinaque*, in Edd. Ald. Gryph. Vincent. & forte aliis, legitur, *Lavinia venit.* *Venire* vero *devenire*, & *pervenire* paſſim a Virgilio ſine praepoſitione *in*, vel *ad* poni ſolet. vid. ad II. Aen. 781. & adde quae Barth. adduxit ad Claudian. Bell. Get. 73. BURM.

3. ILLE ET TERRIS. *Et* deerat Hamburg. primo & tertio Rottend. Bigotiano, & excerptis noſtris. Ellipſim hic eſſe verbi *eſt* notat Donatus ad Terent. Eun. I. 1. 5. imitatum haec Silium lib. VIII. 474.

Tum pius Aeneas, terris jactatus & undis.

notaverat jam Barlandus. BURM.

4. VI SUPERUM ET. Scripti, *ſuperum, ſaevae*, non *& ſaevae*, & mox *impulerat*, quod ex Romano

90 deſunt Dan. 91 ſed ipſam Dan. 92 deſunt Dan. 93 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. ad *Lucanum*. Danieli ad *Sane.* 94 deeſt Steph. 95 vertit L. R. Voſ. Steph. 96 deinde Steph. Fabr. al. 97 *accipiam* Fabric. al. 98 ſed tamen Dan. 99 eſt in omnibus carminibus, ne numen Fabr. 1 deeſt Dan. 2 *miniſtret* R. Voſ. V. 3 deſunt ad *quo numine* R. L. Voſ. V. Steph. Ed. Baſil. & al. 4 Curretis R. Curitis L. & Fuld. 5 ut eſt V. L. Voſ. Steph. 6 eſt & Lucina Dan. 7 deeſt L. R. V. Voſ. 8 nomina Fuld. Baſil. Commelin. Fabr. & al. 9 in quo ejus Fabr. & al. 10 quod aliud numen eſt laeſum L. R. Voſ. V. Steph. Dan. ſit laeſum Baſil.

Quidve dolens Regina Deûm, tot volvere caſus
In-

SERVII.

9. [QUIDVE DOLENS. **Bene** Philoſophice dubitavit. Dicunt enim quidam **ad** deos nihil pertinere.] TOT VOLVERE CASUS. **Id eſt**, **c**aſibus volvi. Et eſt figura Hypallage, quae fit quotieſcumque per contrarium verba intelliguntur. **Sic alibi** III. 61. *Dare claſſibus* '' *auſtros:* cum ventis naves demus, non navibus ventos. Item IV. 22. *Animumque labantem Impulit:* hoc eſt, impellendo fecit labantem.

VARIORUM.

no profert Pierius. HEINS. Catroeus etiam abjecit copulam. multi vero haec imitati fuere, ut Val. Flac. III. 27. de Cybele, *Tantae non immemor irae.* etiam Livius IX. 29. dixit *memorem Deorum iram.* ubi plura Cl. Drakenb. & videbis vanum eſſe diſcrimen inter *iras*, & *iram:* quem & conſule ad illa Silii Ital. XIII. 71.

Pone, Anchiſiade, memores iraſque metuſque.

& ad Liv. VIII. 30. & IX. 1. *Saeva* Juno etiam, ut proprio quodam epitheto frequenter inſignitur. vid. Ovid. IX. Metam. 199. Sil. Ital. II. 478. Stat. I. Theb. IV. VII. 156. 196. & ſaepe alibi. & *ſaeviſſima* noſtro lib. II. Aen. 612. BURM.

5. QUOQUE ET. De hoc pleonaſmo vide Donatum ad Terent. Hecyr. V. I. 7. & Scriver. ad Macrob. I. Saturn. 7. vide Georg. I. 438. Rupert. ad Flor. III. XVIII. 6. & alios. BURM.

6. UNDE. *Inde* Zulich. a m. pr.

8. MUSA. Hinc puto auſpicaturum fuiſſe Poëtam Aeneidos poëma, ſi contigiſſet ad id aetatis pervenire, ut emendatum pro ſuo ederet. ſed interim ne quis malus fur ſibi adſcriberet, & alieno labore partam gloriam in ſe transmoveret, voluit haec carmina adjungere, quae verum teſtarentur auctorem. Itaque ſatis humile eſſet principium ex praecepto Horatii, & Homerum ſequeretur in ipſo ſtatim operis initio, quem ſibi in toto Aeneide imitandum propoſuit. Ille enim invocatione tum Iliadis, tum Odyſſeae docet breviſſime, quid in toto poëmate ſit cantaturus. Ego ita ſentio, nolim tamen pro hac ſententia ita pugnare, ut pro aris ac focis. liberum per me unicuique judicium eſt. Jo. MUSONIUS.

Ibid. QUO NUMINE LAESO. Gaſpar Scioppius in Paradoxis literarum, quae ſub Paſchaſii Grouppi circumferuntur nomine, contendit legendum eſſe, *quo numine laeſa*, allatis pluribus exemplis, per quae liqueat ac manifeſtum ſit, jam olim Servianis temporibus codices Maronianos naevis inquinatos fuiſſe. ſed locum hunc a temeraria hominis audaciſſimi caſtigatione vindicat egregie Joh. Frid. Gronovius Obſerv. lib. I. cap. 9. ubi docet, *quo* ſumendum pro quo negotio, qua re, qua cauſſa, quomodo & Servius fere capiebat locum. *dicimus enim*, inquit, *quo te laeſi.* poſſit tamen & ſimpliciter capi, ut infra h. l. ỷ. 674. *ne quo ſe numine mutet*. HEINS. Ex Gronovii interpretatione profecerunt Catroeus & Heumannus lib. II. Poeciles Tom. II. p. 378. quorum hic legit, *quo nomine laeſa.* alter magnifice ſe efferens, ideo non audet accedere huic correctioni, quia, quum Juno pluribus rebus praeſideat, & ita diverſa *numina* videatur poſſidere, credit tandem Poëtam rogare, qua parte divinitatis Junonis laeſa ſit, & id in verſione exprimat, *par quel endroit Enée avoit offenſé Junon.* ſed exempla vellet ſibi dari. Age videamus, an ſubvenire poſſimus. Quum Juno ſit Dea divitiarum, regnorum, conjugiorum, partus &c. rogat Poëta, quodnam numen Junonis laeſerit Aeneas, id eſt in quam ejus vim, potentiam, divinitatem peccaverit. & ita millies *numen* a Diis ipſis diverſum ſtatuunt Poëtae. ſic *numen Junonis*, id eſt ejus vis &c. ut inf. 48. ubi a Junone diſtinguitur. & 447. verſ. 133. *numen* Aeoli, ubi vide Ruaeum. *numina* Cupidinis, quam ante *potentiam* ſuam Venus dixerat ỷ. 666. ubi vide Servium. lib. II. 183. *pro numine laeſo*, Minervae ſcilicet ablato Palladio. *nullius numinis irae* IV. Georg. 453. ſic Auſon. Epitaph. Heroid. XXVI. *Laeſi numina Latoidum.* quo loco Virgilium reſpexiſſe docent ſequentia,

Pro facinus! tantaene animis coeleſtibus irae.

ſic Aſtraea *magni numinis dea* dicitur Senecae in Octavia 397. quare ſimpliciſſimum mihi videtur, haec conjunctim capere, *quo numine laeſo*, qua parte potentiae ejus laeſa. ut etiam jam olim expoſuit Barlandus, propter quam ſuarum poteſtatum laeſa eſt Juno. nam ſi *quo* ſeparatim capiamus, pro qua re, obſcurior & ambigua eſt locutio, nec facilitati Virgilii reſpondens. Gronovius etiam olim hoc promſit ad Senec. Thyeſt. 1081. & ita Gloſſa Regii Codicis exponebat, *quo*, pro *in quo.* quod

11 deeſt Voſ.

Inſignem pietate virum, tot adire labores
Inpulerit. Tantaene animis coeleſtibus irae!
Urbs antiqua fuit (Tyrii tenuere coloni)

Car-

SERVII.

10. INSIGNEM PIETATE VIRUM. Quia patrem & deos penates [12] de incendio Trojae liberavit. Et hic oſtendit merito ſe invocaſſe Muſam: nam ſi juſtus eſt Aeneas, cur odio deorum laborat?

11. TANTAENE ANIMIS COELESTIBUS IRAE! Hic jam non de qualitate iracundiae, ſed de quantitate quaerit: nimia etenim ira eſt, quae pietatis non habet conſiderationem. Et hoc quidem ſecundum Stoicos dicit; ſed miratur, cur tantum: nam Epicurei dicunt Deos humana [13] penitus non curare. TANTAENE. Quaſi exclamatio eſt mirantis. [14] [Cum ex ipſa narratione ſententiam trahentes, noſtram perſonam interponimus, ut XII. 503. *Tanton' placuit concurrere motu.* Nonnulli [15] *tantaene* legunt, ut interrogatio ſit potius, quam exclamatio. Reſponſio Muſae vel Deae.] ANIMIS COELESTIBUS. Diis ſuperis; [16] [qui omnibus perturbationibus carere conſueverunt:] nam apud inferos [17] conſtat eſſe iracundiam, ubi ſunt Furiae [18] [& Irae, Erinnys, Alecto, & Megaera.] [*Animis* vero, τοῖς [19] θυμοῖς.]

12. URBS ANTIQUA FUIT. *Urbs* [20] dicitur ab orbe, quod antiquae civitates in orbem fiebant: vel ab [21] *urvo*, parte aratri, quo muri deſignabantur. Et ANTIQUA autem, & FUIT bene dixit: namque & ante [22] LXX. annos urbis Romae condita erat: & eam deleverat [23] Aemilianus Scipio: quae autem nunc eſt, poſtea a Romanis eſt condita: unde *antiquam* accipe & ad comparationem iſtius, quae nunc eſt, & Roma antiquiorem. [24] [*Antiqua.* Id eſt, nobilis. *Fuit*, pro erat.] TYRII TENUERE COLONI. Deeſt *Quam*, [25] [vel, ut alii volunt, *Hanc.*] Amant namque antiqui [26] per Epexegeſin indicare, quod nos interpoſito pronomine exprimimus. [27] Ut alibi inf. 530. *Eſt locus, Heſperiam Graji cognomine dicunt*, deeſt *quem. Coloni* autem dicuntur cultores advenae; [28] & hos de Tyro conſtat veniſſe, qui Carthaginem condiderunt. [29] [Sane veteres Colonias ita definiunt.] Colonia eſt coetus eorum hominum, qui univerſi deducti ſunt in locum certum aedificiis munitum, [30] [quem certo jure obtinerent.] [31] Alii: Colonia eſt, quae Graece ἀποικία vocatur: dicta autem eſt a colendo; eſt autem pars civium aut ſociorum miſſa, ubi Rempub. habeant ex conſenſu ſuae civitatis, aut publico ejus populi, unde profecta eſt, conſilio. Hae autem coloniae ſunt, quae ex conſenſu publico, non ex ſeceſſione ſunt conditae.]

VARIORUM.

quod ſi jam demus, tamen *numine laeſo*, eodem rediret. τῷ *laeſo* vero reſpondet *aeternum vulnus* ℣. 36. hinc etiam uni Deo vel Deae *numina* plurali numero centies dant Poëtae. vide Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. I. 93. & alios: & quae diximus ad II. Aen. 154. BURM.

9. QUIDVE DOLENS. *Quidve deûm Regina dolens* H.mb. pr.

11. INPULERIT. Corradus rarum eſſe notat huic verbo jungere infinitivum *volvere* & *adire*, & quaſi Virgilio peculiare: ut lib. II. 55. & 520. nec ſibi apud oratores lectum: ſed eos dicere *impellere ad facinus*, vel *ad faciendum.* Adde & Ciceronem dicere, *ut faceret* Val. Flac. I. 673. etiam, *conſurgere in iras Impulit.* Ovid. II. Amor. XII. 21.

Femina Trojanos iterum nova bella movere
Impulit.

& ita ſaepe Poëtae. BURM.

12. FUIT. Catroeus capit pro everſa, diruta eſt, ut II. 325. *fuit Ilium.* quod & Servius dicit. & Naſcimbaenus, & Barlandus notaverant jam antea. ſed quum jam tempore Virgilii reſtituta a Cae-

ſare

12 de Troja ſuſtulit R. L. V. Voſ. de Troja liberavit Steph. Baſil. 13 deeſt V. 14 deſunt Voſ. L. R. Steph. Fabr. al. 15 tantae en Dan. 16 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. al. 17 eſſe iram conſtat Dan. 18 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. 19 ὅμοις Fuld. 20 dicta V. 21 *urbo* L. Steph. Dan. *orbe* Voſ. *urbe* R. vid. ad I. Georg. 170. 22 LX. Dan. vid. inf. ad ℣. 267. 23 Scipio Aemilius ante Aemilianus Fuld. Aemilius Scipio L. R. Voſ Steph. Dan. Fabr. al. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. Baſil. antiqua, alii nobilis Dan. Fabr. 25 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. Fabr. al. 26 κατ' ἐπεξήγησιν Fabr. 27 *eſt locus*, ut alibi, *Heſperiam* Dan. item, *eſt locus*, *Italiam* L. R. Voſ. V. Steph. Fabr. 28 qui de Tyro venerunt, & Carth. Dan. 29 deſunt omnibus, praeter Fuldenſ. in L. R. V. Voſ. Steph. & aliis, deſunt ad ℣. 17. 30 deſunt itidem; ſed ex Fuldenſi petita. 31 alii colonia pars civium, aut publico ejus populi, unde profecta eſt, conſilio: hae coloniae ſunt, quod conſenſu publico, non ſeceſſione ſunt conditae Dan. Fabr.

Carthago, Italiam contra Tiberinaque longe
Oſtia, dives opum, ſtudiiſque aſperrima belli:
Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Poſthabita coluiſſe Samo. Hîc illius arma,

Hîc

SERVII.

13. ITALIAM CONTRA. Conſtat tria latera habere Italiam. Superi maris, Inferi, & Alpium: unde [32] tollendi erroris cauſſa adjecit: *contra Tyberina oſtia*, quae in Infero mari ſunt, [33] [ſed enim non tam *contra* ſitu, quam animis.] [*Oſtiam* vero ideo veteres conſecratam eſſe voluerunt, ſicut Tyberim; ut, ſi quid bello navali ageretur, id auſpicato fieret ex maritima & effata urbe, ut ubique conjunctum Auſpici: ut *Tiberis*, cum colonia eſſet. Aut certe ideo *Italiam contra*, quaſi de aemula dictum accipiamus; ut non tantum ſitu, quantum & animis contra. LONGE. [34] Porro, valde, Salluſtius: *Longe alia mihi mens eſt, Patres conſcripti:* [aut certe maxime, vel praecipue; ut ſit: Carthago praecipue poſita contra Tyberina oſtia. Cicero pro Rabirio: *Et cum univerſo Pop. Romano, tum vero Equeſtri ordini longe chariſſimus.* TIBERINA autem pro *Tiberis* dixit. Quidam ſane ita volunt jungi, non *longe oſtia*; ſed *longe dives*, valde.]

14. DIVES OPUM. Modo tantum *dives* dicimus; antiqui adjungebant cujus rei, ut IX. 26. *Dives equum, dives pictai veſtis & auri:* jungentes tantum genitivo caſui. STUDIISQUE ASPERRIMA BELLI. Cauſſam oſtendit mirabilem, dicens hos eſſe & bellicoſos & divites, cum otioſa ſemper ſit opulentia. Jure ergo hanc diligit Juno, & vult orbis regna ſortiri. [35] [Quae res odia ejus in Trojanos exagitat, &] bene *ſtudiis*, non *ſtudio*, quia [36] *ter* rebellavit contra populum Romanum.

15. FERTUR. Dicitur. Et ingenti arte Virgilius utitur, ne [37] in rebus fabuloſis aperte utatur poëtarum licentia, quaſi opinionem ſequitur: & per tranſitum poëtico utitur more: [vel certe *fertur*, creditur. MAGIS. Pro, valde.]

16. POSTHABITA. Non contempta; ſed in ſecundis habita: namque in [38] ſuperiore verſu dixit *magis omnibus*; ut etiam [39] originali loco ſervetur affectio. COLUISSE SAMO. [40] [Deeſt etiam, ut eſſet, *poſthabita etiam Samo.*] Sic Juvenalis XVI. 6. *Et Samia genitrix, quae delectatur arena.* [41] [*Coluiſſe* autem, quia veteres *colere* dicebant, etiam cum major minorem diligeret, ut III. Ecl. 61. *Ille colit terras.* Plautus in Poenulo V. IV. 14. *Jupiter, qui genus colis aliſque hominum.*] HIC ILLIUS ARMA. Figura creberrima, adverbium pro adverbio poſuit, praeſentis loci pro abſentis: debuit enim dicere, [42] *illic* [43] [ſicut habemus in ſuperioribus.] ARMA. Inſtructam armis Junonem [44] alio loco teſtatur ipſe, ut II. 614. *Ferro accincta vocat.*

VARIORUM.

ſare Carthago eſſet, Poëta ſe de antiqua & priore loqui oſtendit, quia novae origo recens & omnibus nota erat. *fuit* ergo pro olim fuit. & Carthago *novam* urbem notat. Unde toties hoc libro & IV. *nova* dicitur. ſic & infr. *Trojam antiquam* dixit ℣. 375. quae ut lib. II. 325. *fuit Ilium.* & ita reſpectu Poëtae, *antiqua* recte poteſt dici. BURM.

13. CARTHAGO. *Karthago* Mediceus. alii nonnulli *Cartago*, ſine aſpiratione. omnes *Tiberina*, & *Tiberis* alibi per ſimplex ἰῶτα. recte Stephani Byzantini epitome, Θύμβρος ὃς καὶ Τίβερις, hinc *Tiberius.* *Hoſtia* quoque, non *Oſtia* idem Mediceus. ſed aliter Feſtus & caeteri ſcripti. HEINS. *Karthago* etiam Leidenſis, Zulichemienſis, ſecundi Rottendorphius & Mentelius, & Moretanus unus, & Oudartii codex. *longe* vero hic de ſpatio & intervallo inter Tiberina oſtia & Carthaginem debet capi,

32 tollens cauſſam erroris Dan. 33 deſunt R. L. V. Voſ. ſed enim tamen c. s. quantum & animis Dan. Fabr. 34 deeſt L. R. Voſ. V. Steph. Dan. Fab. al. 35 deſunt L. R. Voſ. V. Steph. Dan. Fabr. al. 36 tertio Fuld. ter bellavit L. & Ed. Maſvicii. perperam. Florus lib. II. 15. *ſeditque ſententia quoquo modo rebellandum.* non alienus ſum a Fuldenſi, *tertio rebellavit.* nam *rebellare* eſt iterum bellare, ut bis victi Carthaginienſes rebellaverunt. vid. ad Ovid. IX. Met. 81. & ita *rebelles* noſter lib. XII. 185. & *rebellatio*, de qua ad Suet. Calig. LI. egimus. BURM. 37 ne rebus Voſ. Dan. Steph. 38 ſuperiori Steph. 39 Samo originali Steph. 40 deſunt L. R. Voſ. 41 deſunt L. R. Voſ. Steph. *coluiſſe* dicitur cum major &c. Dan. Fabr. vid. Donat. ad Terent. Adel. III. II. 54. & V. VIII. 4. 42 illic arma Dan. 43 deſunt R. V. Voſ. L. Steph. Dan. illic arma Dan. 44 in alio R. Voſ. L. V. Fabr. al.

Hîc currus fuit: hoc regnum dea gentibus eſſe,
Si qua fata ſinant, jam tum tenditque fovetque.

Pro-

SERVII.

17. CURRUS. Aut vere currum, quo ſecundum Homerum [45] in bello utimur: aut thenſam ſignificat, qua Deorum ſimulachra portantur. Thenſa autem cum aſpiratione ſcribitur, [46] ἀπὸ τοῦ θείου, id eſt, a re divina. [Aut certe illud, *currus*, quod ait III. Georg. 533. *Ductos alta ad donaria currus.* Habere enim Junonem currus certum eſt. Sic autem eſſe etiam in ſacris Tiburtibus conſtat, ubi ſic precantur: *Juno curulis, tuo curru clypeoque tuere meos curiae vernulas ſane.*] HIC ILLIUS ARMA, HIC CURRUS FUIT. Quotieſcumque nomina ſingularis & pluralis numeri connectuntur, reſpondemus viciniori: ut ecce hoc loco, *currui*, non *armis* reſpondit. Eadem & in diverſis generibus eſt obſervatio; ut magis vicino, ſive maſculinum ſit, ſive foemininum, reſpondeamus: ut puta: *vir & mulier magna ad me venit.* Si autem [47] plurali numero velimus uti, ad maſculinum tranſeamus neceſſe eſt, ut: [48] *vir & mulier magni ad me venerunt.* [49] [Sane *fuit*, pro fuerat] GENTIBUS. Pro, gentium, dativum pro genitivo.

18. SI QUA FATA SINANT. *Qua* vacat: & eſt metri cauſa poſitum, ut: [50] *ubique gentium, locorum, terrarum*, & reliqua, ut v. 467. *Dixitque, & praelia voce diremit.* JAM TUM. [51] Ex quo conſtituta eſt a Tyriis colonis. TENDITQUE FOVETQUE. [52] [Tanquam imbecillam:] figurate [53] dixit: Non jam regnum fovet, ſed tendit, & fovet, ut regnum eſſe poſſit. [54] [Et bene *Tendit*, tanquam [55] contra verum; *fovet* autem tanquam imbecillam, adverſus Trojanorum conatus.]

VARIORUM.

capi, ut mox ℣. 31. *arcebat longe.* Chariſ. lib. II. Inſt. Gr. p. 182. pro praecipue, maxime, capit. BURM.

15. QUAM. *Hanc* Bigotii. *fertur terram* Sprotianus pro varia lectione. *una* Parrhaſ. BURM.

Ibid. MAGIS. *Valde* explicat Servius & Gloſſatores in Mſſ. ſed *magis omnibus*, id eſt magis quam omnes. & ita *magis* poni ab Horatio docuit Bentlejus ad I. Od. 25. & II. 12. & eſſe *magis* comparativum, & idem quod *majus* contendit Valla I. Eleg. 12. ſic apud Curt. IV. III. 19. ediderunt Modius, Junta, Ald. Gryph. & alii. *magis obſeſſis ſolatium, quam auxilium*, pro quo *majus* nunc ſuppoſuerunt. quod jam monueram ad Quinctil. XI. 3. in principio. etiam numero ſingulari pro plurali videtur poſuiſſe Statius IV. Silv. VI. 9. *Quis magis anſer Exta ferat*, pro majora exta, majus jecur. BURM.

17. CURRUS. De curru Junonis vid. ad Val. Flac. V. 184. currum etiam tribuit Statius lib. XII. Theb. 298. BURM.

18. SI QUA FATA SINANT. *Sinunt* Mediceus a manu prima, & princeps Moretanus. ſed aliter Cariſius. HEINS. *Sinent* editi quidam. *ſi quae* Zulichemius. ut IV. Georg. 7. *ſi quem numina laeva ſinunt.* ubi vide. ſed *ſi qua* recte. vid. inf. Serv. ad XI. Aen. 293. ubi bene explicat, & metri cauſſa pronomen hoc vacare ſaepe notat. ut & infr. 181. 681. & alibi. an vero ſit ablativi, an nominativi, vel accuſativi caſus, ſyllabae modus oſtendit. ut II. Aen. 94. & 600. VII. 559. eſt accuſativi. in proſa vero ambiguum ſaepe eſt. ut apud Cicer. pro Arch. VI. *Quaere argumenta, ſi qua potes.* ubi non opus eſt ablativo capere, ut Heumannus fecit. vid. Bentlej. ad Horat. II. Sat. VI. 10. pro *fovetque* habent *favetque* Bigotianus, Zulichem. & alter Rottendorf. ſed Heumannus in Tom. II. Poeciles pag. 379. contendit, *vovetque* eſſe legendum, & ὑστερολογίαν eſſe. Egregie vero! Junoni ſcilicet aſperae & iracundae, armis & curru inſtructae, ſufficerent vota, quae & inertes viri & mulieres imbelles ſuſcipiunt. Juno vero bellicoſa etiam inducitur ab Horatio III. Od. IV. in bello contra Gigantas. quare *tendit* eſt hic, urguet, inſtat, & *fovet*, id eſt tuetur, defendit, ut centies

apud

45 in coelo Fabr. Baſil. & alii. forte non male. vid. ad Valer. Flac. v. 184. & hic Cerdam. 46 ἀπὸ τῶν θεῶν Fuld. 47 in plurali Fabric. 48 viri & mulieres magni Voſ. 49 deſunt ad *Gentibus* Dan. ad ℣. 22. L. R. V. Voſ. Steph. Fabr. al. 50 ut, *que*, *tandem*, *gentium* &c. L. R. Voſ. Steph. *qua tandem* Dan. Fabr. al. ego Mſſ. recte hic dare credo; nam exemplum *dixitque &*, probat *que* vacare. quod & ſupr. ad ℣. 5. adduxit, ubi *quoque &* dixit. & infr. ad ℣. 27. & 608. etiam *que* vacare notat Servius. ut & v. 169. de *tandem*, quod vacat vid. inf. ad ℣. 369. BURM. 51 ex quo conſiſtit, id eſt a V. R. Voſ. Steph. conſtitit L. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Baſil. 53 deeſt R. Voſ. V. 54 deſunt Dan. 55 forte, contra fatum, vel vetitum.

Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces.
Hinc populum, late regem, belloque ſuperbum,

Ven-

SERVII.

19. [Progeniem. Vel Romanos, vel, ut quidam volunt, Scipionem, qui Carthaginem diruit.] DUCI. Ductum iri: infinitivi modi [56] verbum a paſſivo, tempus praeſens pro futuro [57] poſuit, & verbum pro verbo, [58] [ut ſupra oſtenſum eſt.]

20. AUDIERAT. A Jove, aut a Fatis: non enim omnia numina habent divinandi facultatem: denique ne ipſe quidem Apollo ſua ſponte divinat, ut eſt III. 251. *Quae Phoebo Pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo Praedixit*. Et perite *audierat*: in Ennio enim inducitur Juppiter, promittens Romanis excidium Carthaginis. [Ergo bene *audierat*, quaſi de incertis rebus; ut & timeret, & ſperaret omnia pro ſua voluntate poſſe mutari.] TYRIAS ARCES. Carthaginem dicit, quam Tyrii condiderunt. [59] [Arces dictae ab eo, quod eſt *arceo*, quod inde hoſtes arcentur, hoc eſt, prohibentur.] [Et *arces* genus teli, quod hujus miniſterio ſagittae arceant hoſtem. Sane per confuſionem verbi & nominis dictum eſt: nam *arces* eſt verbum, *arceo*, *arces*, cum non ſit nomen.] [60] OLIM. Nunc quandoque. Tria enim tempora ſignificat: praeteritum, ut XII. 210. *Olim arbos, nunc artificis manus aere decoro Incluſit*: praeſens, ut V. 125. *Tumidis quod fluctibus olim Tunditur*: futurum, ut IV. 627. *Nunc olim quocumque dabunt ſe tempore vires*.

21. HINC POPULUM LATE REGEM. [61] Scilicet a Romanis. [62] [Aut Romanos laudat] aut eorum imperium, dicendo *populum regem*. [63] [LATE REGEM. Pro, late regnaturum: nomen pro participio.] [Quidam hic democratias intelligunt, Et, *Hinc populum late regem belloque ſuperbum &c.* In Probi adjuncta ſunt: & adnotandum, hi duo ſi eximantur, nihilominus ſenſus erit integer; ſed Virgilius amat aliud agens exire in laudes Pop. Romani.] SUPERBUM. Id eſt, nobilem, ut III. 2. *Ceciditque ſuperbum Ilium*: [eminens, glorioſum.]

VARIORUM.

apud noſtrum & alios. vide inf. h. l. ỳ. 282. & deſumtam Metaphoram ab animalibus, quae fovent pullos & catulos, ut ad robur perducantur, docent notae Heinſii ad IV. Georg. 43. & hic Servius fovet. ut *imbecillam* explicat. pro *tendit* erat *intendit* in Pugetiano, qualis varietas & apud Horat. III. Od. IV. 51. in Crucquii codice, & apud noſtrum lib. VIII. 704. utriuſque verbi uſus eſt obvius, ubi magna vi & conatu aliquid tentamus perficere. vid. Heinſ. ad XI. Met. 533. ad Claudian. I. in Eutrop. 16. Liv. VIII. 15. *ſenatu minus in Praetura tendente*. ubi etiam *intendente* in Ed. Romana erat, docente Cl. Drakenborchio, qui alio loco ſe de hoc verbo acturum promiſit, ideoque plura proferre deſino. *intendere* illuſtravit Heinſius ad Valer. Flac. VII. 114. addunt aliquando *intendere curas*, *animum* &c. ſed ſaepe ex gloſſis illas voces additas docet Modius ad Curt. III. I. 10. & 20. Juſtin. XIII. 6. *ad nuptias Cleopatrae intendit*. oblitus ſum monere in Parrhaſiano etiam *intenditque* fuiſſe ſcriptum, ſed eraſae prioris ſyllabae veſtigia ſupererant. BURM.

19. A SANGUINE. Moreti primus carebat praepoſitione, & habebat *Trojano ſanguine duci*. ſed vulgatam Cariſius & Priſcianus exhibent. HEINS. Deerat etiam Leidenſi: eodem modo & lib. IV. 191.

Veniſſe Aenean, Trojano a ſanguine cretum.

in aliis legitur ſine praepoſitione. vide & ibid. 230. & V. 45. ſic & a *ſtirpe*, & *ſtirpe* IV. Georg. 322. quod praetulit Heinſius. Quinctilianus tamen lib. IX. 3. hoc in loco ſervat praepoſitionem, ut & Donatus ad Terent. Hecyr. I. II. 3. qui *audierat* explicat intellexerat, ſenſerat. vid. Florid. Sabin. Lect. Subſec. II. 22. BURM.

20. VERTERET. Vid. ad Ovid. Nuc. 16. & XIII. Met. 169. *everteret* etiam Menagius primus & alter Mentelii. eadem varietas lib. II. 653. & apud alios. vide Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 411. *averterat* tertius Rottendorphius. ſed perperam. *quum verteret* Pugetian. BURM.

21. HINC. *Hic* Commentator Crucquianus Horatii Epod. 5.

Ibid. LATE REGEM. Ita quidam apud Horat.

56 deeſt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 57 deeſt Dan. 58 deſunt Dan. 59 deſunt ad *olim* L. R. Voſ. Steph. ſed / Dan. ad *&* *Arces*. 60 OLIM, quandoque V. L. R. Voſ. Steph. OLIM aliquando Dan. 61 deeſt L. R. Voſ. Steph. Fabr. 62 deſunt omnibus, qui tantum habent, Laudat autem eorum &c. & Fabr. & al. habent, Laudat autem eorum populum, dicendo *late regem*. 63 deſunt L. R. Voſ. Steph. Baſil.

Digitized by Google

Venturum excidio Libyae: ſic volvere Parcas.
Id metuens, veteriſque memor Saturnia belli,

Pri-

SERVII.

22. VENTURUM EXCIDIO. Ad excidium: nota figura, [futurum, ut, III. 158. *Idem venturos tollemus ad aſtra nepotes.*] LIBYAE. Carthaginis. Et provinciam pro civitate poſuit. Dicta autem *Libya*, [64] vel quod [65] inde *Libs* flat, hoc eſt Africus: vel ut Varro ait, quaſi [66] *Λειπία τοῦ ὕειν*, egens pluviae. [67] Sic Salluſtius Jug. cap. XVII. *Coelo terraque penuria aquarum.* VOLVERE PARCAS. A filo traxit volvere, [aut a libro:] una enim loquitur, altera ſcribit, [68] tertia fila deducit. Et dictae ſunt Parcae *κατὰ ἀντίφρασιν*: quod [69] nulli parcant: ſicut *lucus* a non lucendo; *bellum* a nulla re bella. [70] [Parcarum nomina, Clotho, Lacheſis, Atropos.]

23. ID METUENS. [71] [Id timens, hoc eſt, excidium Carthaginis:] de futuro enim timor eſt; odium, de [72] praeteritis: metuebat ergo gravius Carthagini; Odium autem habebat, propter cauſas ſequentes. Et eſt de utroque exemplum inf. 361. *Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.* VETERIS BELLI. Quantum ad Virgilium pertinet, antiqui: ſi ad Junonem referas, diu, [73] [per decennium,] geſti. [74] Tunc autem ad perſonam referendum eſt, cum ipſa loquitur: quod ſi nulla perſona ſit, ad poëtam refertur. Nunc ergo *Veteris*, ex perſona poëtae intelligendum eſt. Sic ipſe [75] alibi 709. *Mirantur dona Aeneae: mirantur Iulum, Flagranteſque dei vultus:* partem ad ſe retulit, partem ad Tyrios, qui Deum eſſe neſciebant. SATURNIA. Antonomaſia eſt, non epitheton: quae ſit, quotiens pro proprio nomine ponitur, quod poteſt eſſe cum proprio nomine [76] [& epitheton dici.] [*Saturnia* autem nomen quaſi ad crudelitatem aptum poſuit. Virgilius enim ubicumque Jovi vel Junoni Saturni nomen adjungit, cauſas eis crudelitatis adnectit, ut IV. 372. *Nec Saturnius haec oculis pater aſpicit aequis.* Alibi XII. 830. *Es germana Jovis Saturnique altera proles: Irarum tantos volvis ſub pectore fluctus.*]

VARIORUM.

rat. III. Od. 17. *late Tyrannum* capiunt. ſed vid. ad Petron. cap. LXXXII. & ad Lucan. VII. 419. BURM.

22. VENTURUM EXCIDIO. Ad excidium explicat Servius. ut ita *It clamor caelo*, quo exemplo ſaepe uti ſolet. & ita ℣. 6. *inferret Latio* exponit. Bargaeus in Epiſtola edita inter Illuſtrium virorum epiſtolas a Bruto pag. 85. capit in ablativo, & explicat *per excidium*, & conſtruit, populum late regem excidio Libyae, id eſt, per ruinam Carthaginis late regnaturum: ſed *venire* centies quum ponatur pro *eſſe*, ut ipſe Servius I. Georg. 29. docet, cui bono tam longe quaeſitae, & ſubtiles ſaepius expoſitiones, quam verae. in notis Servii aliquid deeſſe ſuſpicor. exemplum enim ex lib. III. 158. non eſt accommodatum ad explicandam locutionem *venire excidio*, pro *ad excidium*. ſed ex Fuldenſi reponendum, *nota figura venturum*, id eſt, *futurum*, quod neglectum aliis repoſui: & Servius ad laudatum locum docet, efficacius & praeſentius eſſe *venturum*, quam *futurum*. ſi ablativus ſit, explicari deberet per ſubintellectam praepoſitionem *cum excidio*. ut lib. II. 193.

Ultra Aſiam magno Pelopea ad moenia bello
Venturam.

ſed quid tricamur? dativum eſſe planum eſt. Curt. IV. V. 6. *ſe ad ipſum vocare deſineret. namque illius exitio venturum.* inde & apparet *Libyae* hic in genitivo caſu poſitum. unde & *Libyes* in Edit. Venet. & quia verbum *venire* tam de amico, quam hoſtili animo ſumitur, recte auxilio, ſubſidio *venire* dicitur: ut apud Tacit. IV. Ann. 59. apud Liv. IX. 43. *maturavit collegae venire auxilio.* ubi videtur eſſe duplex dativus. Sic Val. Flac. VII. 224. *ſola tuae venio juventae.* ubi vide notas. BURM.

23. ID METUENS. Referri poteſt ad praecedentia, ſcilicet *audierat excidium* Libyae, ut inf. ℣. 61. *hoc metuens* praecedentibus jungi debet. alii conjungunt cum ſequenti *arcebat*, longo hyperbato. BURM.

Ibid.

64 deeſt Dan. 65 inficie Libis R. L'b's Voſ. L. 66 *λειπῦσα τοῦ ὕειν* Steph. Fabr. al. 67 unde & Sal. Steph. unde Sall. Fabr. al. Manutius ad Salluſtium dicit, in Servio deeſſe copulam, *ut caelo terra penuria* eſſet. in omnibus tamen copulam reperi. BURM. 68 alia R. L. V. Voſ. 69 minime parcant, quarum nomina C. L. A. Dan. omiſſis aliis. 70 deſunt L. R. Voſ. 71 deſunt Baſil. id timens, de futuro enim L. R. Voſ. Steph. Bis idem. Archaiſmos ſane. de futuro &c. Fuld. 72 de praeſenti Fabr. Baſil. Maſvic. & al. 73 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. Fabr. al. 74 ſane tunc ad Fuld. 75 in alio loco V. L. R. Voſ. 76 poteſt & epitheton Fabr. al. deſunt L.

Prima quod ad Trojam pro caris geſſerat Argis.
Nec dum etiam cauſſae irarum, ſaevique dolores
Ex-

SERVII.

24. PRIMA. Atqui Hercules prior contra Trojanos pugnavit: unde [77] modo *Prima*, princeps accipiendum eſt: nam plerumque poeta ſignificationem [78] nominis dat participiis, vel contra, ut: *Volventibus annis:* ſignificat enim volubilibus. Hac licentia & in hoc nomine uſus eſt, ut [79] *Prima* pro principe poneret. [80] [PRIMA. Inter primos; alii pro olim; alii *prima*, ſimpliciter: poſtea enim alii Dii intereſſe coeperunt. Alii *prima*, non ordine, ſed voluntate, aliter II. 263. *primusſque Machaon:* ibi in primis intelligitur.] AD TROJAM. *Ad* & *apud*, accuſativae ſunt praepoſitiones. Sed *apud* ſemper in loco ſignificat, *Ad*, & in loco, & ad locum, [81] ut inf. 64. *Ad quem tum Juno ſupplex his vocibus uſa eſt.* Ex Cicero Act. I. in Verr. 8. *Decem fiſcos ad ſenatorem quendam relictos.* Item: *Ad Marcum Leccam te habitare velle dixiſti.* CHARIS ARGIS. Illic enim eam coli omnibus notum eſt. *Argos* autem in numero ſingulari generis neutri eſt, ut Horatius I. Od. 7. *Aptum dicet equis Argos diteſque Mycenas.* In plurali [82] vero maſculini, ut, *hi Argi.* Caeterum derivatio nominis *Argivos* facit, non *Argos.*

25. [83] [NEC DUM ETIAM. Adverbium temporis: quaſi antehac.] CAUSAE IRARUM. Nunc de praeteritis loquitur; [nonnulli tamen pro cauſſa & dolore dictum accipiunt. SAEVI autem DOLORES, quod ſaevire faciant.] ALTA MENTE. Secreta, recondita. REPOSTUM autem, [84] ſyncopa eſt: unam enim de medio ſyllabam tulit. Sed cum omnes ſermones aut integri ſint, aut pathos habeant, hi, qui pathos habent, ita ut lecti ſunt, debent poni, quod etiam Maro [85] fecit: nam & *repoſtus*, & *porgite*, de Ennio tranſtulit; integris autem & ipſis utimur, & eorum exemplo aliis.

VARIORUM.

Ibid. VETERISQUE. Iterum quaerunt Interpretes, an ex Poëtae, an Junonis perſona *vetus* dicatur. ſed *vetus* & *antiquus* ſaepe de re praeterita, ſive nuper, ſive aliquanto diutius ante acciderit, dicitur. vide ad Valer. Flac. VIII. 9. & ad Ovid. III. Triſt. XII. I. neque tam vetus erat, ut non meminiſſet Dea cauſſarum irae & dolorum ſuorum. BURM.

24. ARGIS. *Agris* Mediceus a manu prima. *geſſerit* etiam Moreti quartus.

25. CAUSSAE. *Cauſſa* an *cauſa* ſcribendum, erudite diſputat Maleſpina ad Cicer. XV. ad Att. Ep. 25. *necdum jam* fragmentum Moreti.

Ibib. SAEVIQUE DOLORES. Scilicet varias ob cauſſas, ob ſpretam a Paride formam, & praelatam Venerem, ob Jovis amores vagos, & frequentem cum pellicibus conſuetudinem. Vir doctus hic figuram ἐν διὰ δυοῖν vult, & eſſe *iras & ſaevos dolores*, pro cauſſas irarum & ſaevorum dolorum. in quibus an figura illa locum habeat vehementer dubito, & exemplum requiro ſimile. nam deberet tunc reſolvi, in irarum dolorificarum, ut ita dicam, quemadmodum eſt in *pateris & auro*, pro pateris aureis. ſed primo Poëta generatim memorat cauſſas irarum, & dolores ſaevos, quos conceperat Juno. deinde per ſpecies exſequitur, *Judicium Paridis* &c. *Dolores* vero κατ' ἐξοχὴν ſunt, qui proprie tangunt mulieres, a maritis alienis amoribus laeſas, & ſpretae formae memores: ut ipſa Juno apud Ovid. VI. Faſt. 43.

Cauſſa duplex irae: rapto Ganymede dolebam,
Forma quoque Idaeo judice victa mea eſt.

ubi Virgiliana haec ante oculos habuit Naſo, ut recte Corradus. & mox ad ỳ. 28. adduxit ideo Pierius. & iterum II. Triſt. 388. de Medea,

Concitus a laeſo fecit amore dolor.

& ita millies apud Ovidium & alios Poëtas. etiam Macrobius lib. V. 16. huc reſpiciens ait, *Deam ſpecie victam Paride judicante doluiſſe*, &c. Quod vero in Pierii Codicibus legatur *labores*, factum eſt ex ſollemni illa harum vocum confuſione, cujus ſexcenta exempla adferri poſſent. unico defungar, ubi librarii ex hoc Virgilii loco debuiſſent veram

77 deeſt V. 78 nominum Voſ. R. L. 79 primum Voſ. R. L. 80 deſunt omnibus Mſſ. ſed Dan. & Fabr. Alii, *prima* ſimpliciter, poſtea enim alii Dii intereſſe coeperunt: alii de aq. . . . proprie *prima* inter primos. Heinſ. volebat, *aliaeque Deae*. deinde in altero Ciceronis loco, *ad Marcum Leccam* non reperi in Cicerone: ſed in Catil. I. cap. 8. legitur. *quod vitandae ſuſpicionis cauſſa apud M. Lepidum te habitare velle dixiſti.* an Servius in ſuo codice ita legerit neſcio. hodie nihil varietatis notari video. BURM. 81 *in loco*, ut Dan. Steph. 82 numero Voſ. R. L. V. Dan. 83 deſunt omnibus fere, ſed, Adv. t. quod ſignificat ante hunc, Dan. Fabr. 84 Syncope V. L. R. Voſ. 85 facit Steph. Dan. Fabr. al.

Exciderant animo. Manet alta mente repoſtum
Judicium Paridis, ſpretaeque injuria formae;
Et genus inviſum, & rapti Ganymedis honores.

His

SERVII.

27. JUDICIUM PARIDIS. [86] In quo pro Venere Paris Alexander contra Junonem Minervamque judicavit. Nota fabula eſt, de malo aureo, quod conjecit Diſcordia inter Junonem, & Minervam, & Venerem, in domo Pelei, quando conſecraverant nuptias illius connubiumque Dii, illa, non [87] admiſſa introire, jactavit malum, in quo ſcriptum erat: ***Hoc eſt donum Deae pulcherrimae.*** Illis litigantibus inter ſe, Jupiter miſit eas ad Paridem. Judicaturus ille de forma earum, [88] Venerem praecellere in forma judicavit his duabus, & reliquis: qua ex cauſſa Juno iras commovit in Trojanos. Sed hoc dicunt, quod Paris in [89] ſomno vidit. [Et bene *judicium Paridis*, non favor; ne revera videatur offenſa. Sic enim agit Poëta, ut & Juno cauſas iraſcendi habeat, & tamen in Aenea nulla ſit culpa.] SPRETAEQUE INJURIA FORMAE. Epexegeſis eſt. Hoc enim fuit judicium Paridis. Et QUE particula vacat, [90] ut alibi ℣. 467. *Dixitque, & praelia voce diremit.* Licet [91] nonnulli ſeparent, dicentes aliud eſſe: numquam [92] enim conjunctio ponitur, niſi inter duas res. Et *ſpretae formae* referunt ad [93] Antigonem, Laomedontis filiam, quam a Junone propter formae arrogantiam in ciconiam conſtat eſſe converſam.

28. ET GENUS INVISUM. Propter [94] Dardanum, Jovis & Electrae pellicis, filiae Atlantis, filium. [95] [Electra, pellex fuit Jovis, ex qua Dardanus natus eſt,] [96] a quo Trojani ducunt originem. RAPTI. Stuprati, [97] corrupti, [98] ut eſt: *Rapta Garamantide Nympha.* IV. 198. [99] Item *Raptas ſine more Sabinas*, VIII. 635. [1] [Vel: Rapta raptoris mortem vel nuptias optet:] [2] [vel certe quod ad coelum raptus ſit a Jove per aquilam, ut v. 255. *Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.*] GANYMEDIS HONORES. [3] Trois, regis Trojanorum, filii. *Honores* autem dixit, vel propter miniſterium poculorum, ad quod [4] receptus eſt, remota Hebe, Junonis filia, [5] quae Jovi bibere miniſtrabat: vel ob hoc, quod inter ſydera collocatus, Aquarii nomen accepit. [6] Et non ob hoc tantum iraſcitur Juno, quod raptus ſit, ut pocula miniſtraret; ſed quod violatus ſit, ut divinos honores conſequeretur: [aut *honores*, propter formam, ut inf. 591. *Et laetos oculis afflarat honores.* Sane hic Ganymedes Latine Catamitus dicitur: Licet Theodatus, qui Iliacas res perſcripſit, hunc fuiſſe Belim dicat, & Laomedonti praedixiſſe, tum perituram & civitatem & regnum Trojanorum, cum de monte Meotio ſponte fuiſſet ſaxum delapſum: quod cum eveniſſet, poſtea Ilium eſt direptum.]

VARIORUM.

ram manum Poëtae agnoſcere. Ovid. II. Art. 235.

Nox, & hiems, longaeque viae, ſaevique labores,
Mollibus his caſtris & labor omnis ineſt.

ita multi ſcripti & editi: ſed emendatiora exemplaria, *ſaevique dolores*, ne moleſte iteretur mox *labor.* Senec. Herc. Fur. 28. *ſaevus dolor Aeterna bella pace ſublata geret.* ſaevitiae vero ſaepe accuſatur

86 nota fabula, Paridem pro Venere contra Junonem Minervamque judicaſſe, reliquis ad *Spretaeque* omiſſis L. Voſ. R. Steph. & Fuld. qui addit, judicaſſe de forma, & bene judicium &c. In quo pro Venere Paris Aleaander contra Junonem Minervamque judicavit Baſil. & praeterea nihil. Dan. & Fabr. his omiſſis incipiunt a *nota fabula* &c. 87 dimiſſa Dan. 88 qui Venerem Dan. 89 ſomnio Dan. 90 ſicut illo loco Voſ. R. L. V. 91 multi L. R. V. Voſ. 92 deeſt V. 93 Antigonam Steph. Dan. Fabr. al. 94 Dardanum Electrae vel filiae Atl. filium R. Dardanum Pelicis filium, quod & uxor Jovis fuit Dan. Dard. Electrae pellicis filium, a quo &c. Fabr. al. D. E. pellicis f. a quo origo Trojana eſt Fuld. 95 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. Dan. Fabr. 96 a quo origo T. deducitur L. R. Voſ. Steph. 97 deeſt L. R. V. Voſ. Steph. Baſil. al. 98 alibi L. R. V. Voſ. 99 *& raptas* Dan. 1 haec ex declamationum argumentis deſumta huc non pertinent, ſed in Fuld. a quodam ſciolo inſerta. 2 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. Baſil. al. in Dan. & Fab. leguntur; ſed ibi, per aquilam, quae Jovis *armiger* dicitur, ſequentibus omiſſis. BURM. 3 Troi L. V. Voſ. R. 4 habitus eſt L. R. Voſſ. forte, adhibitus eſt. 5 quod exhibuit dis V. L. Voſ. quod exhibuit, aliter quae Jovi miniſtrabat dis vel R. ſed vulgata firmatur loco Ciceronis 1. Tuſc. 26. *Ganymedem a diis raptum ait propter formam, ut Jovi bibere miniſtraret.* ubi vide Davies. BURM. 6 Ergo iraſcitur Juno, quod non ob hoc tantum raptus ſit, ut divinos honores conſequeretur, ut pocula miniſtraret, ſed &c. Fuld. omnia vero haec ad ℣. 33. deſunt mſ. noſtris. & Steph. & Ed. al. ſed Dan. & Fab. habent Et. n. o. h. t. i. Juno, ſed quod v. ſ. u. d. h. conſequeretur, ſequentibus omiſſis.

Digitized by Google

His adcenſa ſuper, jactatos aequore toto
Troas, reliquias Danaûm atque inmitis Achilli,

Ar-

SERVII.

29. HIS ACCENSA SUPER &c. His ſuper; aut de his; aut ſuper metum, quem de Carthagine habuit, his quoque accenſa.

30. TROAS. [7] Bona oeconomia oſtendit totum genus Trojanorum inviſum fuiſſe Junoni: [quia illaturus eſt, Minervam, ob unius hominis delictum, etiam eos, quos amaverat, perdidiſſe:] *Unius ob noxam.*] RELLIQUIAS. Ut ſtet verſus geminavit *l*: Nam in proſa *reliquias* dicimus. [*Relliquias* autem *Danaum*, dupliciter; & a Trojanis, & a Graecis dici poſſunt, ut XII. Aen. 51. *Et noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.*] ATQUE IMMITIS ACHILLI. Bene ſecundum Homerum [8] ſegregat ducem a populo. Sic Aeneas in ſecundo, poſt omnium caſum, Priami ſeparavit interitum, ut II. 506. *Forſitan & Priami fuerint quae fata requiras. Immitem* autem dixit, [9] [qui in Patrocli ultionem,] & circa extinctum Hectorem crudelis fuit. [Aut ideo intulit Achillem praecipue, quod Aeneas cum Achille congreſſus ſit, & ut in v. 804. ait, Neptuni beneficio liberatus. Sane] *Achilli*, propter ὁμοιοτέλευτον detraxit *s* litteram, quae plerumque pro ſibilo habetur; non ſolum neceſſitatis, ſed etiam euphoniae cauſſa: [nam alibi ipſe ait XII. Aen. 352. *Nec equis aſpirat Achillis*:] ut Salluſtius: [10] *A principio urbis, ab bellum Perſi Macedonicum*: pro *Perſis*: detrahitur autem *ſ* tertiae declinationis genitivo. [Sane apud Sigeum Achillis ſtatua fuiſſe dicitur, quae in ima, id eſt, extima auris parte, elenchum more foemineo habuerit. Hic apud Cretam inſulam Pemptus vocatus eſt, ut veteres auctores tradunt.]

VARIORUM.

tur Juno. vide Ovid. V. Met. 546. & ſeqq. Nonius Marcel. in *excidere* hic etiam *dolores* habet. *exciderent* etiam unus Leidenſis. BURM.

27. SPRETAEQUE INJURIA FORMAE. Ad Antigonae fabulam refert etiam Raphael Regius ad Ovid. VI. Met. 93. & Cerda. ſed obſcurior haec fabula, quam ut hinc reperatur cauſſa odii. denique non formam, ſed copias jactaſſe, & ſe illis Junonem aequaſſe, dicit Serv. ad II. Georg. 320. ut docui ad Ovidii locum. praeterea aperta Ovidii imitatio lib. VI. Faſt. 43. de Junonis ſpreta a Paride forma agi docet. BURM.

28. RAPTI. Quia in coelum receptus Ganymedes. male Nonius pudicitiam interpretatur. HEINS. Alii *rapti honores* conjungunt, quia Hebae ereptus honos Jovi cyathos miſcendi, & datus Ganymedi. durum hoc, nec verum puto. nec *raptos honores* pro pudicitia erepta, ut Nonius, poſſe dici, ſed *pudorem* eo ſenſu dici oſtendit Corradus. quare melius interpreteris *honores*; ſcilicet, quod a cyathis Jovi fuit: junge vero *Ganymedis rapti*, ſcilicet a Jove. vid. Valer. Flac. II. 414. ubi *raptus* & ſimul *honores* Ganymedis egregie deſcribuntur: & omnes fere uno ore *raptum* dicunt. adde Ovid. X. Met. 155. ubi ex Strabone XIII. pag. 587. notat Regius locum, ubi raptus fuit, ἁρπάγιον, vel ἁρπαγεῖον, dictum. BURM.

29. HIS ACCENSA SUPER. Multi codices diſtinguunt, *his accenſa, ſuper jactatos* &c. ut ſit, *ſuper aequore*. ſed rectius meo judicio, *ſuper his accenſa*, id eſt propter haec, ut *ſuper* cauſſam notet. ut lib. II. 349. *Incipio ſuper his.* ubi Servius quia jam audebant. Nonius *ſuper* vehementer, valde, hic explicat. *ſuper* pro *de* utitur etiam Suetonius Caeſ. V. & XX. & alibi. vid. infr. h. l. ℣. 750 & II. 348. & hic Corradum, qui *ſuper* explicat etiam *propter*. ut X. 42. *nil ſuper imperio moveor*. BURM.

30. ACHILLIS. *Achilli* Mediceus aliique ex praeſtantioribus, quomodo Cariſius lib. I. a Marone ſcriptum contendit. nec aliter apud Diomedem exſtat libro II. aut apud Priſcianum lib. VI. & XVII. aut apud Probum in Catholico, aut apud Cledonium, aut apud Donatum de Barbariſmo invenias. apud Terent. Andr. Act. II. Sc. II. *etiam puerum inde abiens conveni Chremi*. ita enim legit Donatus, non *Chremis*. mox idem codex Mediceus, *Ajacis Oili*, non *Oilei*, ſed mendoſe. adcantur quae notamus ad Ecl. VIII. 70. ad illa, *ſocios mutavit Ulixi*. Apud Priſcian. Perieg. vetuſtiſſima exemplaria, *ſapientis Ulixi*. τὸ *atque* deler

[7] deſunt L. R. Voſ. Steph. al. bona Oec. o. t. g. i. f. J. non ſicut illud, *unius ob noxam* Dan. Fab. reliquis omiſſis, quae debentur Fuldenſi. [8] ſegregat duces L. V. R. Voſ. ſegregavit Dan. Fabr. Steph. al. [9] deſunt omnibus mſ. & Steph. qui natum habent, dixit etiam circa extinctum crudelem. [10] fragm. lib. I. Hiſt. ſed ibi ex Priſciano legitur, *a primordio urbis*;

Arcebat longe Latio: multoſque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantae molis erat Romanam condere gentem.
Vix e conſpectu Siculae telluris in altum
Vela dabant laeti, & ſpumas ſalis aere ruebant;

Quum

SERVII.

31. [11] [ARCEBAT. Prohibebat: aliquando ſignificat & continet. Ennius: *Qui fulmine claro Omnia per ſonitus arcet:* id eſt, continet.]

32. ACTI FATIS. [12] [Si fatis, nulla Junonis invidia eſt:] ſi odio Junonis [13] fatigabantur, quomodo [14] dicit *acti fatis?* Sed hoc ipſum Junonis odium fatale eſt. Laborat enim Virgilius nihil Trojanorum meritis, ſed [15] omnia fatis adſcribere. Eſt & alter ſenſus: nam *fatum* voluntatem legimus, ut VIII. 292. *Fatis Junonis iniquae:* id eſt, voluntate: ut hic intelligamus, agebantur fatis Junonis, id eſt, voluntate. [16] [Vel *fatis*, pro, malis, ut III. 182. *Nate Iliacis exercite fatis.*] MARIA OMNIA CIRCUM. In fine accentum ponimus contra morem Latinum; ſed corruptio hoc facit: namque praepoſitio poſtpoſita, [17] correpta eſt ſine dubio.

33. MOLIS. Difficultatis. [18] [In ſequentibus proprie inf. 421. *Miratur molem Aeneas, magalia quondam.*] ROMANAM CONDERE GENTEM. Latenter oſtendit hinc odium Junonis Aeneam pertuliſſe, quod Romanae gentis auctor [19] exiſtebat.

34. VIX. Hoc loco mox, [20] vel ſignificat ſtatim. E CONSPECTU. Ut adhuc de Sicilia [21] poſſent videri. [Et ut Homerus omiſit initia belli Trojani, ſic hic non ab initio coepit erroris.]

35. LAETI. [22] Vel alacres, vel veloces, ut II. 417. *Et laetus Eois Eurus equis,* [23] [vel feſtinantes,] [24] ut III. Georg. 320. *Et virgea laetus Pabula.* [25] [Et alibi VII. Aen. 427. *Et armari pubem, portiſque moveri Laetus in arma jube:*] id eſt, [26] feſtinus, [27] cum omni intentione. Vel re vera *laeti:* quamquam incongruum ſit, poſt Anchiſae mortem; ſed & interitus ſenum minus [28] doletur, & magis laetos intelligendum eſt, ut ſit [29] Junoni cauſa majoris iracundiae: ſic enim & in [30] ſeptimo libro iraſcitur, ubi 288. *Laetum Aenean Siculo proſpexit ab uſque* [31] *Pachynno:* [vel *laeti*, *πρόθυμοι*, ut II. 394. *Omniſque juventus Laeta f.*] SALIS. Maris: ſecundum Homerum: [*εἰς ἅλα δῖαν.*] *Salem* autem, quo utimur, ſingulari numero tantum dicimus: cum jocos ſignificamus, pluralem numerum tantum ponimus, [32] ſecundum Lucanum, qui ait II. 368. *Non ſoliti luſere ſales.* Aliquando [33] autem etiam urbanitatem [34] per ſingularem numerum ſignificamus: ut Terentius Eun. III. I. 10. *Qui habet ſalem, quod in te eſt:* id eſt, quae res in te eſt: Maſculini enim generis eſt, non neutri: & neutra triptota ſunt, nec ab hoc accuſativo nominativus eſſe poteſt [35] *hoc ſale.*

VARIORUM.

let Giſan. ad Lucret. de verſibus Heroicis in *Ecthlipſi.* HEINS. Vide inf. 221. & alibi ſaepe. & quae ad Ovid. I. Art. Amat. 743. notavit Heinſius.

34. VIX. Donatus conjungit, *vix laeti*, dabant vela. propter ſcilicet mortem Anchiſae.

35. SALIS. Deerat Mediceo a manu prima, ut ſit hiatus. ſed praeſtat vulgata. BURM.

Ibid. AERE. Male de remis capit Catroeus,

quum

11 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 12 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fab. al. 13 deeſt Steph. Dan. Fab. al. 14 deeſt Steph. Dan. Fab. al. 15 omne L. 16 deſunt L. Voſ. R. Steph. Baſ. 17 corrupta L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 18 deſunt L. R. Voſ. V. Steph. Fabr. al. in ſe q * entibus Dan. Heinſiua ſequentia ♈. 61. *molemque & montes inſuper altos Impoſuit*, reſpici credebat. 19 exſtabat, omnes praeter Dan. 20 & ſtatim ſig. Dan. Steph. Fabr. ſed non habet has duas vocu'as Baſ. 21 poſſint Dan. 22 a'acres & veloces R. Voſ. Dan. vel alacrea & veloces Steph. 23 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. 24 item L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. 25 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. 26 Feſtina Commel. 27 cum intentione L. R. Voſ. V. Steph. & cum Dan. & cum omoi int. Fabr. al. 28 dolet Voſ. Fabr. al. forte recte. Martial. II. 14. *ſi qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit, Sed quod tu facies, hoc mihi, Paete dolet.* & ita Terentius, Cicero & alii. BURM. 29 deeſt L. R. Voſ. Steph. Dan. 30 deeſt Steph. Dan. Fabr. 31 *Pachino* L. Voſ. R. 32 Graeca deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. mox, ut Lucanus, *Non* R. L. Voſ. V. Dan. 33 autem etiam L. aliq. etiam R. Voſ. autem & Fabr. Baſ. etiam & Steph. aliquando urbanitatem Dan. 34 ſingulari numero Fuld. 35 *hoc ſalem* R. L. Voſ. *hoc ſal* V.

Digitized by Google

Quum Juno, aeternum ſervans ſub pectore volnus,
Haec ſecum: Mene incepto deſiſtere victam,
Nec poſſe Italiâ Teucrorum avertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallasne exurere claſſem

40 Ar-

SERVII.

36. [36] [SUB PECTORE. Pro, in pectore.] VULNUS. De praeterito *dolorem* dixit; de futuro *metum*. Ad utrumque *vulnus* retulit.

37. HAEC SECUM. [37] Subaudimus, locuta eſt: deeſt enim. Et hoc fictum eſt, ut [38] ſuperius diximus: unde enim hoc ſciret poëta? Bene autem impatientiam doloris oſtendit detrahendo ei ſolatia. [Quia vehementer affectus eſt ſine conſcio, ut II. 93. *Et caſum inſontis mecum indignabar amici.* Et inf. 222. *Crudelia ſecum fata Lyci.*] Et in quarto ſolam inducit Didonem IV. 534. *En quid ago?* [e contrario XI. 822. *Quicum partiri curas.*] MENE. *Ne*, non vacat: ſignificat [39] enim ergo, & eſt conjunctio rationalis. INCEPTO DESISTERE. Tolerabilius enim eſt non inchoare, quam incepta deſerere: [40] [ut Terentius Eun. I. I. 6. *Verum ſi incipias, neque pertendas naviter.* Et *mene* ſic habet Emphaſim, ut: *Aſt ego, quae divum incedo regina.* VICTAM. Ut in VII. *Vincor ab Aenea.* Et victam ſe pronuntiat, velut victam; alii iratam tradunt.]

38. NEC POSSE ITALIA TEUCRORUM AVERTERE REGEM. Sic & in VII. 310. *Vincor ab Aenea.* Et detraxit more ſuo praepoſitionem provinciae: non enim dixit, de *Italia*, ſed, *Italia*. [TEUCRORUM. Quia Teucer & Scamandrus Creta profecti Trojam venerunt: [41] & facta eſcenſione a Dardano hoſpitio accepti de advenis cives facti, [42] quia Batiam, Teucri filiam, Dardanus ſibi junxit, [43] [& populares ſuos ſocero cognomines fecit.] [AVERTERE REGEM. Id eſt, perpetuum regem, hoc eſt, nihil amiſit, rex eſt: & mire Aeneam noluit nominare. Honorantur enim minores a majoribus, ſi ſuo nomine fuerint nominati, ut: *Aeole, namque tibi.* Contra contumelia eſt, ſi majores a minoribus ſuo nomine nominentur, ut v. 781. *Junonis gravis ira.* Et XI. 322. *Pacem te poſcimus omnes, Turne:* non enim dixit Trojanos, ſed unum hominem Trojanum.]

39. QUIPPE VETOR FATIS. Re vera, inquit, fata me prohibent. Ergo Iuno ignorat vim fatorum. Sed hoc non poſſumus dicere: quia ſuperius lectum eſt: *Si qua fata ſinant.* Et [44] [*Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci*] *Audierat.* Hoc ergo eſt: [45] omnes res hominum aut ex noſtra voluntate deſcendunt; ut ſedere, ſurgere: aut ex fati neceſſitate; ut naſci, mori: aut ex Deorum voluntate; ut navigare, vel honoribus frui. Nunc de navigatione agitur: & bene invidioſe, quaſi etiam hujus rei poteſtatem ei poſſint fata detrahere. Eſt & alter latens ſenſus; ut ſperet ſe reginam contra exulum fata poſſe aliquid, ſi Minerva, numen inferius, valuit contra fata victorum. PALLASNE. Minerva, ἀπὸ τοῦ [46] πάλλειν τὸ δόρυ, id eſt, ab haſtae concuſſione: vel quod Pallantem [47] Giganta [48] occiderit. [Sane oportune hic Ajacis naufragium ad exemplum adfert, cum de naufragio Aeneae cogitet, & cum bellum meditatur, belli exemplum adfert VII. 304. *Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit.*] [49] [*Ne* autem, conjunctio expletiva videtur, an aliter?] [EXURERE. *Exuri* dicitur, de quo nihil ſupereſt, ut X. 36. *Quid memorem exuſtas Erycino in litore claſſes.*] CLASSEM. Ad invidiam poſuit, ut pro una navi claſſem dicat. Sic Venus inf. 252. *Navibus infandum amiſſis:* quum Orontis ſolum periiſſet: aut re vera unam navem ſignificat, ut Horatius III. Od. II. *Me vel extremos Numidarum in agros Claſſe releget.* *Claſſis* enim dicta eſt ἀπὸ τῶν κάλων, id eſt, a lignis: unde & *calones* dicti, [50] qui ligna militibus deportant, & καλοπόδια.

40. [AR-

36 deſunt R. L. Voſ. Steph. Fab. al. 37 ſubaudi Fabr. al. deeſt *locuta eſt*, & hoc Dan. 38 ſupra L. R. V. Voſ. 39 autem Dan. 40 deſunt ad ℣. 39. L. V. Vol. R. Steph. Baſil. in Terentii loco alii legunt, *ſi incipies, neque perficies gnaviter:* alii, *pertendes.* quod poſſet defendi ex iis, quae dixi ſupra ad ℣. 18. ſed vide Comm. ad Terentium. BURM. 41 quos hoſpitio excepit Dardanus, de advenisque &c. Dan. Fabr. 42 Abatiamque Dan. Fabr. 43 deſunt Dan. Fab. 44 deſunt L. R. Voſ. 45 omnis res h. a. e. n. v. deſcendit V. L. R. Voſ. 46 πάλλω Steph. Dan. 47 Gigantem L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 48 occidit Dan. 49 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. ne conjunctio Dan. 50 milites qui ligna deportant Dan.

Argivûm, atque ipſos potuit ſubmergere ponto,
Unius ob noxam & furias Ajacis Oïlei?

Ipſa,

SERVII.

40. [51] [ARGIVUM. Quaſi & illud contra fata. Et *Argivum*, pro, *Argivorum*, videtur accuſativi ſingularis ſpecies pro genitivo plurali.] [51] [Et bene *Argivum*, quos ipſa Juno amat, ut ſupra: *Pro charis geſſerat Argis.*] POTUIT. Ad illud refertur, quod ſuperius dixit: *Nec poſſe* [52] [*Italia Teucri.*] Et invidioſe potentiam Minervae exaggerat, quae uno tempore potuit & exurere & ſubmergere.]

41. UNIUS OB NOXAM. In iſtis ſermonibus, *unius*, *illius*, *ipſius*, naturaliter media producitur ſyllaba; ſed, cum opus eſt, corripitur [53] [hac excuſatione:] quotiens vocalem longam vocalis ſequitur, [54] ſuperiori vires detrahit, ut eſt III. 211. *Inſulae Ionio in magno.* Et V. 261. *Sub Ilio alto.* Et ob hoc [55] mutant accentum: in Latino enim ſermone cum penultima corripitur, antepenultima habet accentum, ut hoc loco: *Unius ob noxam.* Et contra inf. 252. *Navibus infandum amiſſis unius ob iram Prodimur.* NOXAM. Pro, *noxiam.* Et hoc intereſt inter *noxam* & *noxiam*; quod *noxia* culpa eſt, [56] [id eſt, peccatum;] *noxa* [57] autem, poena. [58] [Quidam *noxa*, quae nocuit; *noxia*, id quod nocitum accipiunt. [59] Sane latenter tangit Hiſtoriam. Dicitur Minerva, [60] tantum ob vitiatam Caſſandram in templo ſuo, ſolius Ajacis poena non fuiſſe contenta, ut poſtea per oraculum de ejus regno quotannis unam nobilem puellam juſſerit Ilium ſibi [61] ad ſacrificium mitti; & quod eſt [62] amplius, de ea tribu, de qua Ajax fuerat; ſicut [63] Anneus Placidus refert.] ET FURIAS. Amorem, ut in Bucolicis X. Ecl. 38. *Seu quicunque furor.* [64] [Alii ſic accipiunt, quod illum in furore deliquiſſe dicat, Trojanos ſcientes.] OILEI. Id eſt, *Oilei filii*: & hoc non vacat: nam & duo Ajaces fuerunt: & ambo [65] furuerunt, [ſed ira armorum Telamonius; hic amore, quo Caſſandram in templo Minervae, capto Ilio, ſtupravit.] Et eſt Graeca figura, [66] τ πατέρως, ſi dicamus, *Aeneas Anchiſae*, & ſubaudiamus, *filius*. Hac autem figura utimur circa patres, & maritos tantum, ut Virgilius VI. 36. *Deiphobe Glauci*, id eſt, filia. Et III. 319. *Hectoris Andromache*, id eſt, uxor. [67] Sane hic Ajax, Oilei *filius*, [a multis hiſtoricis Graecis, tertiam manum dicitur poſt tergum habuiſſe; quod ideo eſt fictum, quia ſic celeriter utebatur in praelio manibus, ut tertiam habere putaretur.]

VARIORUM.

quum de roſtris, quae aerata erant, ſit intelligendum. vid. X. 214. ubi aliter vertit, atque hoc in loco. v. Cerdae notas. BURM.

36. SUB PECTORE. *In pectore* Zulichemius. quod ex gloſſa ortum. ita enim Servius interpretatur. vid. ad Valer. Flac. VI. 603. aut illud *in* ex alio ordine, quo Dorvil. Cod. ponit, *ſervans aeternum*, ortum. BURM.

38. NEC POSSE. Donatus legit, *non poſſe*, ſenſu eodem, affectu vehementiori. FABRIC. *Nec poſſum* Rottend. ſec. *non poſſe* Pugetianus. qui & *avertere gentem* habebat, ut & Odart. a m. ſec. & Parthaſ. a m. pr. *Claſſem* pro diverſa lectione Zulichem. vid. ad Ovid. XIII. Met. 659. ubi eſt ſimilis diverſitas. hic iteratum ex ſequenti verſu. BURM.

40. IPSOS. Cl. Dorvilius ἐπιβάτας intelligebat ex Homer. Iliad. Ξ 47.

Πρὶν πυρὶ νῆας ἐνιπρῆσαι, κτεῖναι δὲ ϗ αὐτούς.

& ita Iliad. Λ 525. & Φ 521. vide Euſtath. ad Il. Λ ✝. 4. & ita Veget. de R. Militari III. 7. *Ipſi equique natando tranſeunt.* Haec vir egregius. hinc male *ipſo* in Codice Graeviano. *Argivum potuit, atque ipſos*, tertius Moreti. ſed tunc, ut ſtet verſus, *mergere* legendum. in uno Leidenſi erat *ſubvergere ponto*, ſed ſuperſcriptum, vel *ſubmergere*. BURM.

41. NOXAM. Hunc locum Beroaldus lacerat, ve-

51 deſunt L. V. R. 52 deſunt omnibus, praeter Fuldenſi. 53 deſunt Dan. 54 jus detrahitur L. res detr. R. V. ſuperior detr. Voſ. ei Superiori vires detr. Fabr. al. priori vires detr. Fuld. vid. inf. ad ✝. 451. 55 mutat Dan. 56 deſunt L. R. Voſ. 57 vero edidit Maſvic. 58 deſunt L. R. Voſ. Steph. 59 Hiſtoria autem eſt. dicitur Dan. Fab. 60 tamen tantum Dan. Fabr. 61 ac Dan. Fab. 62 majus Dan. Fabr. 63 Ennius refert Dan. Fabr. ſ. ſicut Ennius latius refert. 64 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. alii, quod, Dan. Fab. 65 perierunt, ſed iram habuit: qui Caſſandram ſtupravit in templo Minervae, hic amore Dan. furuerunt illum &c. ſed ira Telamonius, hic amore L. R. Voſ. Fabr. al. & Steph. niſi quod perierunt, habet. furierunt etiam Fuld. 66 hoc ſolus Maſvicius habet. deinde, ut ſi dicamus Baſil. 67 Conjecimus in Catalogo Argonautarum poſſe legi, *ſane hic Ajax, Oilei filius, qui a multis* &c.

Ipſa, Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem,
Disjecitque rates, evertitque aequora ventis:

Il-

SERVII.

42. IPSA. Bene *ipſa:* dulcis eſt enim propria manu quaeſita vindicta. Unde plus dolet Juno alienis ſe viribus [68] niti, ut Aeoli: vel inferorum, ſicut ipſa VII. 312. *Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta movebo.* RAPIDUM. Velocem: ut eſt II. Georg. 321. *Cum rapidus ſol Nondum hyemem contingit equis, jam praeterit aeſtas.* Item I. Georg. 92. *Rapidive potentia ſolis.* [Sed cum Varro Divinarum V. quatuor Diis fulmina adſignet, inter quos & Minervae, quaeritur, cur Minerva Jovis fulmen miſerit? Antiqui Jovis ſolius putaverunt eſſe fulmen, nec id unum eſſe, ut teſtantur Hetruſci libri de Fulguratura: in quibus duodecim genera fulminum ſcripta ſunt: [69] ita, ut Jovis, Junonis, Minervae, ſic quoque aliorum: nam de Junonis fulmine Accius ait: *Praefervido fulgore ardor injectus Junonis dextra ingenti incidit.* Quare [70] non poſuit Minervam miſiſſe fulmen ſuum? ſed [71] nonnulli dicunt habere quidem Minervam, ut Jovem & Junonem, fulmen, ſed non tantum valere, ut vindictam ſuam poſſit implere, niſi uſa eſſet Jovis fulmine: unde merito queritur Juno, Minervam, cum de numero minorum ſit, qui fulmen habeant, uſam tamen Jovis fulmine.] JACULATA. In libris [72] Etruſcorum lectum eſt: [73] jactus fulminum *manubias* dici: & certa eſſe numina poſſidentia fulminum [74] jactus; ut Jovem, Junonem, Minervam, ſicut ſupra dictum eſt: unde cavendum ne hoc aliis numinibus demus. Et *jaculata*, pro, jaculans, participium paſſivum pro activo poſuit. E NUBIBUS. Secundum Phyſicos, qui dicunt colliſione nubium fulmen creari [Et indignatur Juno, quod cum nubes ſuae ſint, pariter eis Minerva, ac Jovis fulmine uſa ſit, cum ſibi neutrum poſſit.]

43. DISJECITQUE. [75] [Quidam volunt fulminum genera quatuor eſſe: unum, quod dicitur disjiciens, idemque fragoſum; alterum transfigens; tertium corripiens, quartum infigens: [76] [quas omnes ſpecies more ſuo in unius fulguris deſcriptione attigit, dicens] primum: *Disjecitque rates.* Secundum: *Illum exſpirantem.* Tertium: *Turbine corripuit.* Quartum: *Scopuloque infixit acuto.*] RATES. Abuſive, naves: nam proprie *rates* ſunt connexae invicem trabes: [77] [quae σχέδια Graecis dicta ſunt.] Varro ad Ciceronem: *Ratis, dicta navis longa propter remos: quod hi ſupra aquam ſublati dextra & ſiniſtra duas rates efficere videntur.* [78] *Rates* enim, unde hoc tranſlatum, ubi plures mali vel trabes juncti aqua ducuntur. Hinc naviculae cum remis [79] *ratianiae* dicuntur.]

VARIORUM.

verum Franciſcus Floridus Sabinus in libro de Juris civilis interpretibus non minus illius verba obſervavit. Servium defendit Jacobus Nicol. Miſc. Epiph. lib. VI. 2. & de his vocibus copioſe diſputat. NANSIUS. Vide ad Gratii Cyneg. 439. & alibi.

Ibid. ET FURIAS. *Furiis* Cod. Pierii. quod poſſet defendi, quia ſaepe diverſi caſus ſolent conjungi. vid. inf. Pier. ad ỳ. 323. & Eclog. V. 5. II. Georg. 414. Horat. I. Sat. V. 26.

Aut ob avaritiam, aut miſera ambitione laborat

Juvenal. IX. 128.

Vivendum eſt recte, cum propter plurima, tunc his

Praecipue cauſſis. & plura in promtu ſunt exempla apud Tacitum & alios. BURM.

Ibid. AJACIS OILEI. Servius Oilei filii interpretatur. ſed & *Ajax Oileus* pro *Oilides*, ſaepe dicitur. ut Ovidio XII. Met. 622. vide quae diximus ad Gratii Cyneg. 103. *Oili* Mediceus. BURM.

42. E NUBIBUS. *E navibus* tertius Rottendorf. & Menag. a m. pr.

43. DIS-

68 uti Fabr. al. 69 ita ut * Jovis Fuld. 70 tum poſuit Fuld. 71 nulli Fuld. 72 eſt ruſticorum lectum R. L. V. Etruſticorum V. eſt & ruſticorum Voſ. 73 jactum V. Voſ. 74 jactus, inter quos etiam Minerva eſt, ſicut ſupra dictum eſt. cavendum ergo, ne confuſione hoc aliis numinibus demus Fuld. jactus ut Jovem, Vulcanum, Minervam: cavendum ergo eſt, ne aliis hoc n. demus L. R. Voſ. unde cav. e. n. a. haec numinibus demus Steph. Baſil. & Fabr. qui *haec* omiſit. unde c. e. n. a. haec numina demus Dan. ne aliis haec demus Barth. ad Stat. VIII. Theb. 501. 75 deſunt ad *Rates* L. R. Voſ. Baſil. al. fulminum genera ſunt quatuor Dan. 76 quos omnes hic attigit Dan. quae omnia Fabr. ſed deſunt ad 48. L. R. Voſ. Steph. al. praeter notam ad *Rates*. 77 deſunt Dan. & MSS. ratis Fuld. 78 ſunt juncti aqua * duc. Dan. ſunt juncti aqua duc. Fabr. 79 *ratiariae* legendum puto. & ita *ratiarius* occurrit in l. 30. ff. de Pignerat. act. & fuiſſe corpus *ratiariorum* docet inſcriptio Gudiana p. CCXXIII. 2. ubi vitio ſculptoris *Ratiariarius* pro *ratiarius*. Cl. etiam Dorvillius ita legendum ſibi videri me monuit. BURM.

Illum exſpirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto.
Aſt ego, quae divom incedo regina, Joviſque
Et ſoror & conjux, una cum gente tot annos

Bella

SERVII.

44. ILLUM. Auctorem ſcilicet criminis. EXSPIRANTEM FLAMMAS. Non animam dicit flammas; ſed cum anima fulminis [80] flammas evomentem. Et ut ſuperius pleno nomini [81] adjecit *opum*, id eſt, *dives opum:* ſic hic verbo: cum enim plenum ſit *Exſpirat*, addidit *Flammas:* ut alio loco: [82] *Animas:* ut XI. 883. *Confixi exſpirant animas:* [83] [alii *exſpirantem*, anhelantem accipiunt.] [Probus & *tempore* legit, ut ipſe IX. 588. *Liquefacto tempora plumbo*. Sed qui legunt *pectore*, de Accio tranſlatum affirmant, qui ait in Clytemneſtra, de Ajace: *In pectore fulmen inchoatum, flammam oſtentabat Jovis.* Qui *tempore* legunt, de typica hiſtoria tractum dicunt: nam [84] Ardeae, in templo Caſtoris & Pollucis, [85] laeva intrantibus poſt fores Capaneos pictus eſt, fulmen per utraque tempora trajectus: & ſingulare nomen pro plurali. Totius autem Italiae curioſiſſimum fuiſſe Virgilium, multifariam apparet.]

45. TURBINE. Volubilitate ventorum. SCOPULO. Saxo eminenti. [86] *Scopulus* autem aut a ſpeculando dictus: [87] [nam σκόπελος, ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν·] aut a [88] tegumento navium, [ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν [89] τὰς ναῦς.] Contigerunt autem iſta circa [90] Caphareum, montem Euboeae. [INFIXIT. [91] Cornutus ait, *inflixit* verius, ut ſit vehementius.]

46. AST EGO. Nunc comparat ſingula. Et ne leve eſſet, quod dixerat, *Ego*, addidit: [92] DIVUM REGINA. Sic Salluſtius: [93] *Vos autem*, hoc eſt, populus Romanus. [94] [DIVUM pro Divorum, ſicut *Argivum.*] INCEDO. [95] *Incedere*, proprie eſt nobilium perſonarum: [96] [hoc eſt, cum aliqua dignitate ambulare, ut I. Aen. 496. *Regina ad templum forma pulcherrima Dido Inceſſit*. Et V. 68. *Aut jaculo incedit melior*. Salluſtius Jug. XXXI. *Incedunt per ora veſtra magnifici.*]

47. JOVISQUE ET SOROR ET CONJUX. Phyſici Jovem aetherem, id eſt, ignem volunt intelligi; Junonem vero aërem: & quoniam tenuitate [97] [haec elementa] paria ſunt, dixerunt ea eſſe germana. Sed [98] quia Juno, hoc eſt, aër, ſubjectus eſt igni, [99] [id eſt, Jovi,] jure [1] ſuperpoſito elemento [2] mariti nomen traditum eſt. *Jovem* autem a *juvando* dixerunt: nulla enim res ſic fovet omnia, [3] quemadmodum calor: [4] [unde & Ζεὺς, *Jupiter*, ἀπὸ τοῦ ζεῖν, id eſt, a fervore, dicitur.] TOT ANNOS. [5] [Pro, tot annis.] Licenter in iſtis [6] locutionibus, & accuſativo utimur & ablativo. Dicimus enim &: *tota nocte legi:* &: *totam noctem legi.* Honeſtior tamen elocutio eſt per accuſativum. [Sane, *tot annos*, continuationem ſignificat; *tot annis*, intervallum.]

VARIORUM.

43. DISJECITQUE. *Dejecitque* Bigotii, Leidenſis, Hamburgenſis primus. male. diſſipavit enim, antea ſimul navigantes. inf. ỳ. 70. *disjicere corpora ponto.* & ỳ. 120. *disjecta claſſis.* & alibi haec verba confuſa apparent. vid. ad Ovid. XII. Metam. 108. & ſupr. I. Georg. 283. & quotieſcumque fere alterutrum verbum occurrit. BURM.

Ibid. EVERTIT. Male Gyphanius Indic. Lucret. in *verrentes*, legit hic *everris*. HEINS.

44. EXSPIRANTEM. *Spirantem* Mentelianus prior. HEINS. *Transfixo corpore* Sprotianus & Menagii alter. *tempore* in nullo inveni.

45. INFIXIT. Ita meliores noſtri. Pierianos cave audias, in quibus *inflixit*. Naſo Ibide:

Viſcera ſic aliquis ſcopulus tua figat, ut olim
Merſa ſub Euboïco Graja fuere ſinu.

Thyeſtes apud Ennium:

Ipſe ſummeis ſaxeis fixus aſpereis

Evi-

80 flammam evomentem Steph. Fabr. al. 81 adjecit aliud L. 82 deeſt Fabr. al. 83 deſunt omnibus praeter Dan. & a *Probus*, reliqua debentur Fuld. 84 Ardea Fuld. 85 in Laeva Fuld. 86 ſcopulus aut a V. dictus eſt V. L. R. Voſ. 87 deſunt L. R. Voſ. Steph. 88 tegimento L. R. Voſ. 89 deſunt L. R. Voſ. Steph. 90 fereum montem L. Cafereum R. Voſ. forte recte pro *Capherum*. vid. ad XI. 260. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. Baſil. 92 deorum regina L. R. Voſ. V. 93 *nos* Dan. 94 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ſed Dan. deeſt *Argivum*. 95 *incedo* R. 96 deſunt L. R. Voſ. Steph. 97 deſunt Dan. 98 quoniam Dan. 99 deſunt Dan. 1 praepoſito Dan. deeſt Baſil. 2 mariti * traditum eſt Fuld. 3 quomodo Dan. 4 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. Dan. 5 deſunt L. R. Voſ. Steph. 6 elocutionibus L. R. Voſ. V.

Bella gero. Et quiſquam numen Junonis adoret
Praeterea, aut ſupplex aris inponat honorem?
Talia flammato ſecum Dea corde volutans,

Nim-

SERVII.

48. ET QUISQUAM. [7] Non Trojanorum, ſed omnium generaliter. [JUNONIS. Pro, meum, nomen pro pronomine.]

49. PRAETEREA. Poſtea, ut IV. Georg. 502. [8] *Praeterea vidit: nec portitor orci Amplius objectam paſſus tranſire paludem.* [9] [SUPPLEX ARIS IMPONAT. Breviter utrumque dixit: aut enim ſuſcipiuntur vota precibus: aut honore redduntur. Et oſtendere vult, non ſolum non ſibi ſupplicandum, ſed nec ſimplici veneratione dignam futuram.]

50. TALIA FLAMMATO. Quod ſuperius intermiſerat, nunc [10] reddidit: nam dixerat ſuperius 37. *Haec ſecum:* & modo ait: [11] SECUM VOLUTANS, id eſt, cogitans. [Multi ſane *talia volutans*, *talia revolutans*, accipiunt.]

VARIORUM.

Eviſceratus, latere pendens, ſaxa ſpargens tabo. Seneca Epigrammatis:

Ille tuus quondam magnus, tua gloria, civis
Infigar ſcopulo: Corduba, ſolve comas.

plura Gronovius Obſerv. IV. cap. 8. & nos ad Faſtor. Naſonis lib. III. 599. HEINS. *Inflixit* edit. Juntina.

46. INCEDO. Vide quae profert Gevartius lib. II. Electorum cap. 6. unde alii ſua ſumſerunt. Catroeus capit de ordine & dignitate, qua Juno cetera numina praecedit. male. de peculiari dearum inceſſu capiendum. ut & de Veneris inf. ỳ. 405. *divom* Gudianus. BURM.

47. TOT ANNOS. *Annis* Hamburgenſis prior, & Zulichemius. ſed male. vid. Servium, & quae diximus ad Ovid. I. Art. 647. & alibi. Cicer. pro Arch. 4. & I. Catil. 7. Milon. 24. p. l. Manil. 22. & neſcio quot aliis locis, ubi fere ſemper variant codices. Graecos etiam accuſativum praeferre notat Beza ad Matth. Euang. IV. 2. BURM.

48. ADORET. *Adorat* & verſu proximo *imponet*, non *imponat* Mediceus, quomodo & in optimo Vaticano ſcribi Pierius teſtatur, & nos in priore Voſſiano invenimus. nec aliter ſcribendum eſſe jam ad Naſonem monui, pluribuſque exemplis confirmavi Amor. III. Eleg. VIII. I. Gudianus, & Mentelianus uterque & alii complures ex vetuſtis, *adorat*, & *imponit*. id & Moretani quatuòr confirmant, niſi quod, *impendit honorem*, in ſecundo, in altero Menteliano ab emendatoria manu, *imponit odorem*. Idem cum quatuor aliis, *aut quiſquam numen*. Voſſianus prior *haud*, non *&*. plures ſcripturae varietates Pierius congeſſit. *Adoret* perperam a Diomede Grammatico agnoſcitur. etiam ab Auguſtino de Re Grammatica, qui tamen & prolato verſu proximo *imponet* illic agnoſcit, quod Gudianus a manu ſecunda exhibebat. HEINS. Quinctilianus lib. IX. 2. *adoret* habet, ubi etiam quidam codices *nomen*, pro *numen*. *Adorat* & *imponet* Franc. *adorat* & *imponit* Parrhaſ. Regius & Edd. quaedam. *adoret* & *imponat* Junt. Ald. *& quiſquam* eaedem Edd. & Serv. ad IV. Georg. 502. ubi & *adoret* & *adorat* variant in codicibus. *En quiſquam* Ed. Mediol. mihi *adoret* & *imponat* magis placet. non enim loquitur, ut aliis in locis, de praeterito aut praeſenti, ſed de futuro contemptu, in quem ventura eſt, niſi numen ſuum laeſum vindicet. alia res eſt in illis, quae adducit Heinſius ad Ovid. III. Amor. III. 33. & III. VIII. I. *Quiſquam* autem contemptim pronuntiari, & cum ſtomacho docet Paſſer. ad Prop. II. XXV. I. p. 392. ubi etiam variat modus verbi, *Cur quiſquam faciem Dominae jam credat amori.* ubi *credit* alii codices. & eod. libro El. XIX. 63.

An quiſquam in mediis perſolvit vota procellis?

ubi & Heinſius ex ſuo codice *aut quiſquam*. ſed *perſolvit* omnes. Paſſeratius vero p. 348. utriuſque modi exempla adducit, & *quiſquam* eſſe pro *nemo* ait. nimirum interrogatio habet vim negativam, ut centies. Eligat vero lector quodcumque placuerit. diverſa vero eſſe *adorare* & *aris imponere honorem*, quia preces ſemper fierent ante ſacrificium, docet hic Corradus multis egregie. BURM.

50. TA-

7 generaliter dicit omnium hominum Dan. 8 *& multa volentem dicere praeterea* Fabr. al. 9 deſunt L. R. Voſ. Steph. Baſil. ſed Dan. & Fab. habent ultima, *oſtendit non* &c. 10 reddit Dan. Steph. Fabr. 11 deeſt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al.

Nimborum in patriam, loca foeta furentibus auſtris,
Aeoliam venit. Hîc vaſto rex Aeolus antro
Luctantis ventos tempeſtateſque ſonoras

Im-

SERVII.

51. NIMBORUM. [12] *Nimbi* nunc ventos ſignificant: plerumque nubes [13] vel pluvias. Ergo prout locus fuerit, [14] intelligamus. [15] Proprie tamen *nimbi* vocantur repentinae & praecipites pluviae: [16] nam pluvias dicimus lentas & juges. [Et figurate: PATRIAM, LOCA, unum enim varietas ipſa ſignificat.] LOCA FOETA. Nunc plena; [17] ut alio loco II. 238. *Foeta armis.* Sciendum eſt, etiam *foetam* dici & gravidam, & partu liberatam, ut VIII. 630. *Fecerat & viridi foetam Mavortis in antro.* [18] Enixam autem eam fuiſſe lac, quod pueris praebebatur, illo loco oſtendit: Item foetam, gravidam I. Ecl. 50. *Non inſueta graveis tentabunt pabula foetas.* Ergo quia *foeta*, medius ſermo eſt, bene hoc loco [19] epitheto diſcrevit, dicens: *Graves foetas:* ut *bonum facinus*, & *malum facinus* dicimus: & *bonum venenum*, & *malum venenum*. AUSTRIS. Figura eſt celebrata apud Virgilium: & eſt ſpecies pro genere. Legerat apud Ennium: *Furentibus ventis*: ſed quaſi aſperum fugit, & poſuit *Auſtris*, pro ventis.

52. AEOLIAM VENIT. [20] [Pro, *in Aeoliam*: ut ſup. ℣. 2. *Italiam fato.*] Novem [21] autem inſulae, quae ſunt [22] poſt fretum Siciliae, appellantur Aeoliae, ab Aeolo rege, Hippotae filio; licet & habeant propria nomina: unde [23] & Virgilius ait VIII. 417. *Aeoliam Liparem.* Poëtae quidem fingunt hunc regem eſſe ventorum. [Hippotae, ſive Jovis, ſive Neptuni filium, qui, cum immineret bellum, quo Tyrrhenus, Lypari frater, Peloponeſſum vaſtare propoſuiſſet, miſſus ab Agamemnone ut freta tueretur, pervenit ad Lyparum, qui ſupradictas inſulas regebat imperio; factaque amicitia, Cyanam filiam ejus in matrimonium ſumpſit, & Strongulam inſulam, in qua maneret, accepit.] [24] Sed, ut Varro dicit, rex fuit inſularum maxime, ex quarum nebulis, & fumo Vulcaniae inſulae, praedicens futura flabra ventorum, ab imperitis viſus eſt ventos ſua poteſtate [25] retinere. HIC. Illic, ut ſuperius: [26] [*Hic illius arma*,] *hic currus fuit.* VASTO ANTRO. Phyſica ratione hoc fingit poëta: naturale enim eſt, ut loca concava plena ſint ventis. [27] [Sane *vaſto* pro deſolato veteres ponebant, [Ennius Iſigenia: *Quae nunc abs te viduae & vaſtae virgines ſunt.* Ponebant & pro magno, Clodius Commentariorum: *vaſta*, *inania*, *magna*.]

53. LUCTANTES. Elaborantes egredi; [28] [vel inter ſe ſaevientes.] SONORAS. [29] Graviſonas: & eſt tempeſtatis epitheton. Ordo autem talis eſt: Aeolus ventos & tempeſtates ſonoras vaſto antro premit. [30] [Quidam *ſonoras*, ſemper ſtrepentes tradunt, ut XII. 139. *Fluminibuſque ſonoris*: nam *ſonorum*, eſt quidquid ſine intermiſſione ſonum ſervat; *ſonans* vero, quod ad tempus auditur.] [Male autem quidam accipiunt *ſonoras* pro *ſonantes*; cum ſit proprium *ſonoras*, ut Homer. Il. A. 157. Θάλασσά τε ἠχήεσσα. Aliud enim eſt [31] *ἠχοῦσα*, *ſonans*.]

VARIORUM.

50. TALIA FLAMMATO. Imitatur haec Stat. I. Theb. 249.

Flammato verſans inopinum corde dolorem
Talia Juno refert.

ubi Lutatius hunc Virgilii locum adducit. antea dixerat *incenſum*, nunc, quod plus eſt, *flammato corde*, ut recte Donatus. BURM.

51. FOETA. *Plena* Leid. unus ex interpretatione. Barlandus *foeta furentibus*. per alliterationem auribus magis placere putat. BURM.

53. Lu-

12 nimbus n. v. ſignificat Dan. nimbi enim Commel. 13 & pluvias L. R. Voſ. Steph. Fabr. 14 intelligendum eſt Steph. Fab. al. 15 nam proprie Dan. 16 Pluvias vero Dan. 17 veluti eſt alio Dan. 18 nixam L. enixam eam f. Dan. 19 epitheton diſcrevit L. R. epitheta duo diſcrevit Fuld. 20 deſunt L. R. Voſ. Steph. in Aeoliam dextaxit Fuld. 21 deeſt L. R. Voſ. Steph. & al. 22 circa fretum Ciliciae vocantur Dan. vid. Dempſter. Etrur. Regal. II. 19. pag. 153. prope fretum Cluver. Sicil. Ant. lib. II. cap. 14. pag. 412. 23 deeſt Steph. 24 ſed ut Varro dixit Steph. Dan. Varro autem dicit, hunc inſularum regem fuiſſe Fuld. rex fuit inſularum, ex quarum nebulis, & maxime fumo &c. Cluverius. 25 regere V. ſed eadem locutione utitur ad ℣. 71. 26 deſunt L. R. Voſ. Steph. & al. 27 deſunt L. R. Voſ Steph. al. ad ℣. 54. ſed Daniel & Fabr. ponebant, & etiam pro magno &c. 28 deſunt L. R. Voſ. ſaevientes, venientes * Dan. 29 Graves ſonis L. R. Voſ. V. 30 deſunt L. R. Voſ. Steph. 31 ἠχοῦσα & ſonantes * Fuld.

Digitized by Google

Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum clauſtra fremunt. Celſa ſedet Aeolus arce
Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat iras.

Ni

SERVII.

54. Ac VINCLIS ET CARCERE FRENAT. Translatio eſt, per poëticam licentiam facta. *Carcer* autem eſt, undecumque prohibemur exire, dictus quaſi *arcer*, ab *arcendo*. Locum autem, in quo ſervantur noxii, *carcerem* dicimus, numero tantum ſingulari: unde vero [32] emittuntur quadrigae, *carceres* dicimus, numero tantum plurali; licet ſingularem plerumque uſurpet poëta, ut eſt v. 145. *Ruuntque effuſi carcere currus.* [33] [Alii vinclis carceris tradunt, ut II. 627. *Quam ferro excisam crebriſque bipennibus inſtant.*]

55. ILLI INDIGNANTES. Hic aperte oſtendit, quid ſit *luctantes*. MAGNO CUM MURMURE MONTIS. Non circum montis [34] clauſtra, ſed cum magno montis murmure [35] [*fremebant*: & eſt major ſenſus:] ſic fremebant, ut etiam antra poſſent ſonare. [Sic dixit Pacuvius: *Murmur maris*: quia ventos murmur ſequitur, ut ipſe alibi inf. 124. *Magno miſceri murmure Pontum.*] [36] [CUM MURMURE. Fremebant; quod ventos murmur ſequitur: nam & *murmur*, maris dicitur.]

56. [37] [CIRCUM FREMUNT. Quidam hoc loco *fremunt*, id eſt, imperia recuſant intelligunt, ut [38] apud Caſſium in Annalium ſecundo: *Ne quis regnum occuparet, ſi plebs noſtra fremere imperia coepiſſet*: [39] [id eſt, recuſare.] Ita & hic oſtendit ventos imperia recuſantes. Nonnunquam *fremere*, velle ſignificat, ut VII. 460. *Arma amens fremit.*] CELSA ARCE. Secundum quod ſuperius diximus, venti enim melius deprehenduntur ex alto. SEDET. Non otiatur, ſed curat: [eſt enim curantis & ſollicitis *ſedere*.] [40] [Apud antiquos enim SEDET conſiderat ſignificabat,] [41] ut alio loco ait IX. 4. *Ipſe Turnus ſacrata valle ſedebat.*

57. MOLLITQUE ANIMOS. Ventos ait: ἀπὸ τῶν ἀνέμων: [42] ut ipſe ait alibi VIII. 403. *Quantum ignes animaeque valent.* Et Horatius IV. Od. 12. *Impellunt animae lintea Thraciae.* [43] *Mollit* autem ideo dixit, ut per tranſitum oſtenderet, [44] vitia naturae nulla ratione mutari, ſed mitigari aliquatenus poſſe.

VARIORUM.

53. LUCTANTIS. *Luctatos* Gudianus. *ſonoram tempeſtatem* dixit & Val. Flac. I. 667. BURM.

54. AC VINCLIS. *Et vinclis* Nonius in *premere*, & duo Moretani & Leidenſ.

55. MAGNO. *Vaſto* Oudart. & Leid. codex, repetitum ex ꝟ. 246. ubi vide. ſed *magno* inf. 124. III. 160. & v. 369. dubium vero an conjungenda, *cum murmure montis*, an *circum montis clauſtra*, an *fremunt cum murmure*. ſic & ꝟ. 146. confundi *vaſtas*, & *magnas* videmus. BURM.

56. CIRCA CLAUSTRA. Repone, *circum clauſtra* ex ſcriptis omnibus. Carilius *circum*, *circa*, *circiter hoc differunt*, *quod circum loci eſt*, circum theatrum, *circa temporis*, circa Calendas, *circiter numeri*, circiter horas decem, *& ſi aliter inveniantur*, *licentia dictum videtur*. HEINS. *Circum caſtra* Hamburgenſis ſecundus. *ferunt* Menagii primus. *fremere* vero active, ut Servius hic, occurrit apud Valer. Flac. v. 520.

Ibid. SEDET. Lutatius ad Stat. I. Theb. 102. *Curat* explicat. *ſceptra tenet* Dorvillian. Ovid. IX. Epiſt. 53.

Solio ſedet Agrius alto:

& ita ille ſaepius. verbum *ſedet* eſt regiae majeſtatis. BURM.

57. MOLLITQUE. *Molliſque* unus Heinſii.

58. Ni

32 erumpunt vel emittuntur L. erumpunt quadrigae Voſ. Steph. Dan. Fabr. 33 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ultima debentur Fuld. 34 Claſtra V. in R. turbata verba, & priori notae immixta hoc modo, unde emittuntur, circum montes clauſtra, ſed cum magno murmure montis erumpunt, quadrigae &c. deinde ad hunc verſum: MAGNO cum murmure montis non fremebant, & major &c. 35 deſunt Fabr. Baſil. al. 36 deſunt R. Voſ. L. 37 deſunt R. Voſ. L. Steph. Baſil. 38 a. Coſſ. Fuld. 39 deſunt Dan. 40 deſunt Baſil. 41 ut eſt, *ipſe* Dan. 42 veluti eſt Dan. ut ipſe alibi L. R. Voſ. ut alibi Steph. Fabr. al. *ignis* Maſvic. 43 mollit autem mitigat ſignificat, omiſſis reliquis Dan. 44 & vitia Fuld.

Ni faciat, maria ac terras coelumque profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per auras.
Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris,
Hoc metuens: molemque & montis inſuper altos
Inpoſuit, regemque dedit, qui foedere certo

Et

SERVII.

58. MARIA AC TERRAS COELUMQUE PROFUNDUM. Atqui quatuor elementa ſunt: terra, [45] aqua, aër, & aether. Sed hoc loco rite praetermiſit aetherem: quia venti non turbant ſuperiora, ut ait Lucanus II. 273. *Pacem ſumma tenent:* ſed aut terras, aut maria, aut aërem. Nam *coelum* hoc loco pro aëre poſuit, ut Lucretius IV. 153. *In hoc coelo, qui dicitur aër.* [46] [*Profundum* autem & *ſublime* dicitur, ut *ſupremum, altum. Pro ſupreme Jupiter.* Poſtremum poteſt & ad maria & ad terras referri. Quidam *profundum*, in profundum accipiunt; alii pro, funditus: & ſicut hic *profundum*, in altitudinem, ſic alibi *faſtigia*, de infima parte II. Georg. 288. *Forſitan & ſcrobibus quae ſint faſtigia quaeras.*]

59. FERANT. Auferant. Et eſt aphaereſis. RAPIDI. Veloces, ut ſupra ỷ. 42. VERRANTQUE. *Verrere*, eſt trahere: a rete, quod [47] verriculum dicitur. Eſt autem principalitas verbi, *verro, verris*, praeteritum *verſi:* unde & fit participium, *verſus:* hinc Virgilius inf. 478. *Et verſa pulvis inſcribitur haſta:* id eſt, tracta. [48] [Sed archaiſmos: *nam noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt.*]

60. [SPELUNCIS ATRIS. Vel tenebroſis, vel magnis.]

61. HOC METUENS. [Providens, cavens, aut] timens. Ergo Juppiter timet, non ſibi, ſed elementis, ne turbentur eruptione ventorum: ut ſi bellorum tempore dicas virum fortem timere, non ſibi, ſed liberis ſuis. MOLEMQUE ET MONTES. Id eſt, molem montis. Et eſt figura [49] endyadis, [50] ut una res in duas dividatur, metri cauſa interpoſita conjunctione, [51] ut alibi II. Georg. 142. *Pateris libamus & auro:* id eſt, pateris aureis.

62. FOEDERE. Modo lege: alias pace, [52] quae fit inter dimicantes. *Foedus* autem dictum vel a foecialibus, id eſt, ſacerdotibus, [53] [qui olim foedales dicebantur,] per quos fiebant foedera: vel [54] a porca foede lacerata, hoc eſt, lapidibus caeſa, ut ipſe alibi VIII. 641. *Et caeſa jungebant foedera porca.*

VARIORUM.

58. NI FACIAT. Verbum *ni*, pro eo quod eſt *ne*, veteres uſurpaſſe teſtis eſt Apronianus in Virgilium eo verſu. *Ni faciant* &c. Beroald. ad Plin. XXXII. 2. NANSIUS. *Ni faciant* Priſcian. & ita Mediceus. male. vid. Paſſerat. ad Prop. III. XI. 4. p. 478. & nos ad Ovid. I. Ep. 105. *Ni* autem pro *ne* poſitum docet Serv. & Pierius ad III. Aen. 686. Paſſer. ad Propert. p. 273. Noris. ad Cenotaph. Piſana. p. 474. Morhof. de Patavin. Livii p. 38. & Cortius diſſ. I. cap. III. §. 6. de uſu Orthographiae Latinae. BURM.

59. RAPIDI. *Rabidi* Moretanus ſecundus. HEINS. *Vertantque* Menag. pr. & Ed. Venet. *verſantque* Vratiſl. *Traherentque* Oudart. *traerentque* Leid. unus. *ruerentque* Hugenianus: *per aures* Junt. Ed. BURM.

60. ABDIDIT. *Addidit* Bigotii, Zulichem. & Hamburgenſis primus, qui &, *addidit imis.* pro varia lectione.

61. HOC METUENS. *Id metuens* Leidenſis, Hugenianus & alter Rottendorphius: quod arreptum ex ỷ. 23.

Ibid. MONTES. *Montis* Mentelianus uterque, aliique vetuſtiores multi. quod ſemel monuiſſe ſufficiat,

45 mare V. L. R. Voſ. Fabr. al. 46 deſunt V. L. R. Voſ. Fuld. Steph. ad ỷ. 59. *Profunde autem* de ſublimi Fabr. & ſublime d. & in pr. ut Fuld. de ſublimi dicit, & *mare profundum*, ut ſummum; ultimum Dan. vide ad Valer. Flac. VII. 375. 47 everriculum Dan. & ita Non. Marcel. mox idem Dan. unde eſt participium. 48 deſunt L. V. R. Steph. al. neque certe huc pertinent, & ex aliis locis, ubi *vis* per virtutem explicatur, tranſlatum videtur. ut inf. 271. & II. 452. ubi ex Salluſtio haec verba adducuntur. BURM. 49 deeſt L. V. R. Voſ. 50 cum v. r. i. d. dividitur Dan. 51 ut alio loco L. R. Voſ. 52 quod fit Dan. 53 deſunt aliis omnibus, ſed Dan. dedit; foecialibus, qui olim foediles dicebantur, id eſt ſacerdotes. 54 a porca fede L. Voſ. Steph. a porca foeda R. a porca foede; hoc eſt lapidiis * occiſa Dan.

Digitized by Google

Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.
Ad quem tum Juno ſupplex his vocibus uſa eſt:
Aeole, (namque tibi divom pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus & tollere vento)

Gens

SERVII.

63. ET PREMERE, ET LAXAS SCIRET DARE. Permanſit in tranſlatione, [55] [ut: *Vinclis & carcere fraenat.*] JUSSUS autem ob hoc poſuit, quia ſuo nihil facit imperio: nam tolle hoc, & major eſt omnibus diis; ſi ad ejus voluntatem poſſint elementa confundi, ut, ipſe Aeolus inf. 77. *Mihi juſſa capeſſere fas eſt.* [56] Simul ventorum oſtenditur vis, quibus parum [57] fuerat montem ſuperponi, niſi & regem [58] acciperent, qui ipſe quoque alieno pareret imperio. [Alii *juſſus*, ita intelligunt, non cum juberetur, tunc hoc faceret, alioquin Junoni obſequi non poſſet; ſed ita adminiſtrare, ut etiam juſſus erat, ſecundum deſiderium temporum.]

64. AD QUEM. Pro, apud quem: [59] [ut ſupra ỳ. 24.]

65. AEOLE. Rhetoricum eſt, in omni petitione hoc obſervare; ut poſſit [60] praeſtare qui petitur; [61] ut ſit poſſibilitas: [62] ut res ſit juſta, quae petitur: ut habeat modum petitio: ut ſequatur [63] remuneratio. Et ſciendum eſt, ſecundum hunc ordinem omnes petitiones formare Virgilium, ut in hoc loco poſſibilitas eſt: *Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.* Juſta [64] petitio eſt: *Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor*: omne enim [65] quod contra inimicos petimus, juſtum eſt. Modus petitionis: [66] [*Incute vim ventis:*] *& disjice corpora ponto.* Remuneratio: *Sunt mihi bis ſeptem praeſtanti corpore Nymphae.* [67] AEOLE, NAMQUE TIBI &c. Ordo ipſe eſt: *Aeole, incute vim ventis:* [68] & eſt figura parentheſis. Inter parentheſim & eclipſim hoc intereſt; [69] quod parentheſis eſt, quotiens remota de medio ſententia integer ſermo perdurat: [70] [ſic a Graeco dicta, quod interponatur, id eſt, παρεντίθεται:] plenum namque eſt: *Aeole, incute vim ventis.* Item inf. 644. *Aeneas rapidum ad naves praemittit Achatem.* Eclipſis autem eſt, quotiens, remotis interpoſitis, deeſt aliquid, [71] [ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν] ut eſt: [72] *Quos ego?* deeſt enim, affligam. [ABOLE. Sane Antiqui, quotiens a minoribus beneficium petebant, a nomine incipiebant; & erat honoratius, ſi nomen ipſius ante praeferrent.] DIVUM PATER ATQUE HOMINUM REX. [73] [Jupiter:] [74] & eſt Periphraſis, id eſt, circumlocutio: [75] [πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. *Pater* autem Virgilio ad eminentiam ponitur, ut: *Pater Aeneas:* &: *Pater Apenninus.*]

66. ET MULCERE DEDIT FLUCTUS, ET TOLLERE VENTO. Aliud pendet ex alio: nam qui poteſt *mulcere*, poteſt & *tollere*, [76] [id eſt, erigere in tempeſtatem:] [77] [*mulcere* autem, [78] *delinire.* Hinc *mulſum*, quod dulcedine animos noſtros permulceat; alii *mulcere*, mitigare, mollire, vel fovere.]

VARIORUM.

ciat, ne in his quiſquiliis aſſidui haereamus. HEINS.

63. ET LAXAS. *Lapſas* Bigotii, Leidenſ. & Hamburgenſis primus. *juſſus dare ſciret* iidem.

65. REX. Deerat Mediceo a manu prima.

66. ET MULCERE. *Emulcere* celeberrimi Medi Cod. cujus ſpecimen nobis miſerat vir humaniſſimus, ſed nolui hunc occupatiſſimo imponere laborem, ut totius libri varias lectiones excerperet, & tranſmittendi ad me codicem occaſio deerat. ſed verbum hoc caret auctoritate. & ſaepe ita in primis literis erratum fuit. BURM.

Ibid. VENTO. Donato placuit *ventos:* & eodem modo citat Helenius ſupra illud Horatii 1. Od. 3. *Quo non arbiter Adriae major: tollere ſeu ponere vult freta.* FABRIC. *Tollere vento* Nonius Mar-

55 deſunt omnibus. 56 ſimul & Fabr. al. 57 fuit Dan. 58 ceperunt V. 59 deſunt Dan. 60 praeſtari quod Dan. Steph. Fabr. al. praeſtare qui petitur L. petitus R. turbat Fuld. in quo praeſtare qui petitur, ut ſit petitio juſta, nec plus aut minus quam debeat petat, ut ſit poſſibilis, ut res juſta ſit, quae petitur, ut habeat &c. 61 id eſt ut Dan. 62 & res Dan. 63 renumeratio V. 64 petitione V. 65 qui V. 66 deſunt L. Voſ. R. 67 *Aeole incute vim ventis*, ordo ipſe eſt L. R. Voſ. Steph. ordo eſt, Aeole inc. &c. Fabr. al. 68 dicitur autem figura L. R. Voſ. V. 69 quia Fabr. & al. 70 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. Dan. 71 deſunt iiſdem. 72 *quos ego poſt mihi non ſimili poena* L. R. *quos mihi n. ſ. poena* al. *quos ego non ſimili poena* V. 73 deeſt L. R. Voſ. 74 circumlocutio eſt, id eſt periphraſis L. R. Voſ. 75 deſunt L. R. Voſ. Steph. 76 deſunt Dan. 77 deſunt L. R. Voſ. 78 declinare Fuld.

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor,
Ilium in Italiam portans, victoſque Penates:

In-

SERVII.

67. GENS. Sermo hic, & nationem ſignificat, & familiam; ſed nunc ad utrumque poteſt referri: nam aut ad familiam Aeneae; aut ad Trojanam gentem refertur. TYRRHENUM. *Tyrrhenum mare* dictum eſt, vel quod Tuſciam alluit, id eſt, *Tyrrhenuam*: [79] [*Tyrrhenum* a Tyrrheno quodam, qui ſummerſus erat in mari, quod Tuſciam alluit, cujus filius Tuſcus fuit, a quo Tuſcia. Forte autem receſſit Tyrrhenus a fratre ſuo Lydo, quaerens aliam terram, dimiſit ſuam regnumque [80] fratri. ſed praevenit ſubmerſio illius, evaſit vero filius ejus, habitavit in Tuſcia. [*Tyrrhenus* enim cum fratre Lydo regnum ea indulgentia tenuit, ut ingens frequentia populi his contingeret, quae cauſa ſummam rerum fecit inopiam, nullo patriam relinquente, aut volente peregrinari: quia tanta bonitas erat in regibus; conſilium igitur habuerunt, ut partiti turbam, quam alere non poterant, alternis diebus abſtinerent a cibis, luſibuſque [81] vacarent: atque hac laſcivia excogitaverunt talorum teſſerarumque jactus, pilaeque luſum, & tibiae modulationem, & concentum ſymphoniae, tubarumque, quibus [82] avocati cives, facilius tolerarent jejunium. Noviſſimo tamen, quia vincebat neceſſitas, nec ulla conſilia famem relevarent: ſortiti ſunt, uter ex fratribus cum parte populi abiret, in quas ſors terras dediſſet: cum *Tyrrhenus*, ſorte juſſus, diſcederet, in mari, quod *Tyrrhenum* ab eo vocatur, periit. Cujus filius Tuſcus cum populo evaſit in regionem Tuſciam, quae ab eo nomen accepit.] Vel certe a *Tyrrhenis*, nautis, qui ſe in hoc mare [83] praecipitaverunt. Namque hoc habet fabula: Dormientem in litore Liberum Patrem puerum nautas abſtuliſſe Tyrrhenos: qui, quum [84] evigilaſſet in navi, *quo duceretur* interrogavit: reſponderunt illi, *quo* [85] *volueris*. Liber ait: *ad Naxum* [86] *inſulam tendite*, ſibi ſacratam. [86 *] At illi coeperunt alio vela deflectere: quamobrem iratum numen Tigres ſibi ſacratas juſſit videri, quo terrore illi ſe in fluctus [87] dantes praecipites, mari nomen dederunt. [88] [Alii dicunt, quod ſtuprum Libero Patri inferre temptaverint, ac propterea hoc pertulerint.] [89] [MIHI NAVIGAT. Id eſt, in meum dolorem.] NAVIGAT AEQUOR. [90] [Τὴν θάλασσαν πλεῖ.] Figura Graeca eſt: nos enim dicimus, *per aequor navigat*. Similiter etiam alio loco XII. 197. *Terram, mare, ſydera juro:* cum Latinitas exigat, ut addatur praepoſitio [91] *per*. Et non vacat, quod *Tyrrhenum* addidit: videtur [92] enim dicere jam eis Italiam eſſe vicinam.

68. ILIUM IN ITALIAM PORTANS. [93] Id eſt, res Ilienſes. Et invidioſe dicit *Ilium*, quaſi ipſam cernat civitatem, quum Trojanos aſpexerit. [94] [Et bene *Ilium*, hoc eſt, quam fata ſtare noluerint.] VICTOSQUE PENATES. [95] [A Graecis. Bene *victos* addit, ne timeat Aeolus Penates laedere.] Tacite occurrit quaeſtioni: portat quidem & deos, ſed *victos*, & contemnendos, ne facere contra invictos nollet.

VARIORUM.

Marcellus bis agnoſcit, & Priſcianus libro XVI. & Macrobius lib. V. cum melioribus ſcriptis. perperam *ventos* editiones nonnullae, etiam ex caſtigatioribus, hic obtrudunt nobis, & codices manu exarati nonnulli. HEINS. Recte. *fluctus* enim *tollet vento* Lucan. V. 99.

Jam te tollente furebat
Pontus. inf. 103. *fluctus ad ſidera tollit*. Horat. I. Od. III. 14.

Quo non arbiter Adriae
Major, tollere, ſeu ponere vult freta.

qui

79 deſunt omnibus praeter Fuld. ſed Maſvicius ex initio notae in Dan. Ed. quam totam omiſit, decerpſit: *vel a Tyrrheno quodam*. reliqua ad *vel certe* debentur Fuldenſi. nos reduximus illa. 80 fratri reliquit Heinſius ſupplet. 81 bacarentur Fuld. 82 advocati Fuld. vid. Muncker. ad Hygin. Fab. CCLXXIV. 83 praecipites dederunt Fabr. 84 perrectus V. experrectus L. R. Voſ. Steph. al. 85 *vellet* Dan. 86 *inſulam tendite* Fabr. ſed omiſit *ſibi ſacratam*, at, *tendite* non habent L. R. Voſ. Steph. Dan. & al. 86 * Et coeperunt alio loco vela L. R. Voſ. V. ſed cum alio vela defl. iratum n. t. a. s. viſibus eorum objecit, q. t. &c. Steph. Fabr. & al. tigrides etiam Fab. & al. 87 dedere praecipites, reliquis ad *Navigat aequor* Mſſ. & Ed. al. omiſſis. Brouckhuſius ad Propert. III. XV. 25. ſuſpicatur hic mutilatum Servium, & deeſſe potiſſimam partem fabulae, qua fuiſſe verſos Nautas in Delphinas narrabatur. 88 deſunt L. R. Voſ. Steph. 89 deſunt L. R. Voſ. V. Steph. Dan. 90 deſunt L. R. Voſ. V. Steph. Dan. 91 deeſt L. R. Voſ. V. Steph. Dan. 92 deeſt L. 93 id eſt, Ilienſia. Ryckius notavit. ſed Steph. Ed. quam contulit, cum reliquis res Ilienſes habet: non diſplicet tamen, ut urbs ponatur pro civibus. vid. ad II. Aen. 265. BURM. 94 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 95 deſunt L. R. Voſ. Steph. *audis* contulit Fabr.

Digitized by Google

Incute vim ventis, ſubmerſaſque obrue puppes:

Aut age diverſos: & disjice corpora ponto.

Sunt

SERVII.

69. INCUTE VIM VENTIS. Duplex ſenſus eſt: *incute* enim, [96] ſi injice ſignificat, [97] & *ventis*, dativus eſt caſus: [hoc eſt, parva eſt eorum; etiam tu eis da magnam vim:] ſi autem, [98] fac, ſeptimus caſus eſt: & erit ſenſus: [99] fac vim Trojanis per ventos, [hoc eſt, per ventos vim in Trojanos incute. Ennius: *Dictis Romanis incutit iram.*] SUBMERSASQUE OBRUE PUPPES. Ordo eſt in ſenſu [1] confuſus: ante enim eſt, ut obruantur fluctibus, & ſic ſubmergantur; [id eſt, obrue, ut ſubmergas.] Tota autem Junonis petitio in ſequentibus explanatur.

70. AUT AGE DIVERSOS. [2] [Hoc eſt, diſparge illos per diverſa, ne ad Italiam veniant: [duobus enim generibus deletur exercitus, aut internecione, aut diſperſione.] [ET DISJICE CORPORA. Hic mutavit conjunctionem: nam dicendum erat: *Aut disjice corpora.*] CORPORA PONTO. Tam virorum quam navium: ut ipſe alio loco, quum de navibus loqueretur v. 683. *Et toto deſcendit corpore peſtis.* Sciendum ſane [3] eſt, artem hanc eſſe petitionis, [4] ut, minora impetrare cupientes, majora poſcamus: quod nunc etiam Juno facit: ſcit namque ſe fatis obſtare non poſſe; ſed hoc [5] agit, ut eos [6] arceat ab Italia.

VARIORUM.

qui locus male ſollicitos habet quoſdam, quia ventus quidem tollit freta, ſed non ponit: licet vero poſſit dici *ponere freta*, quia ceſſans cauſſam dat ponendi, ut hic *mulcere* & *tollere* eidem datur Aeolo; malo tamen ibi explicare, ſupplendo τὸ *ſe.* ut ſit, ſeu velit tollere ſe, ſeu ponere freta. nam & mare *ſe tollere* dicitur VII. Aeneid. 539. & Val. Flac. II. 629.

Quanto fremitu ſe ſuſtulit Aegan.

& de ventis Lucan. VI. 265.

Se tollentibus Euris.

qui & lib. IX. 795. *tollere* abſolute poſuit. vide quae dixi ad Gratii Cyneg. 311. *ventos* tamen habet & Commentator Crucquianus ad Horat. d. l. ſed Latinius *vento* puto. ut Aeolus dicatur a Jove accepiſſe poteſtatem mulcendi fluctus, & tollendi vento, ſive per ventum; imperat enim ventis, & illis vim incutiebat, ut ſe tollerent, vel ut ponerent. & ita lib. III. 69. *placataque venti Dant maria*, id eſt jam remittentes vim & flatum. in noſtro recte *tollere fluctus*. ut Val. Flac. I. 601. Boreas Aeolo dicit, *nec mihi libertas imis freta tollere harenis.* ubi ventus loquitur, quo tolluntur freta. & II. 508. *Orion flatu equorum tollit mare.* & alibi ſaepius. BURM.

68. ILIUM IN ITALIAM. *Ilion Italiam* Hugenianus, Montalban. Leidenſis, Hamburgenſes duo, Menagii alter & Ed. Venet. in *Italia* Leid. & ita in Servii textu habet V. ſed imitatio Ovidii vulgatam firmat. ille enim Ep. VII. 51.

Ilion in Tyriam transfer felicius urbem.

urbem pro Trojanis. ut Lucan. III. 340. *Et poſt tranſlatas exutae Phocidis arces.* & ita lib. VIII. 36. Maro *Trojanam ex hoſtibus urbem Qui revehis.* de victis penatibus vid. lib. VIII. 12. & ad Ovid. I. Ep. I. 28. BURM.

69. SUBMERSASQUE. Ὑπαλλαγή. ſic lib. VI. 742. *infectum eluitur ſcelus*, ſignificat ita eluitur, ut pro infecto ſit. ille locus a nemine uſque adhuc recte explicitus fuit. FABR. Vide Donat ad Terent. Andr. II. I. 28. *ſubmerſas obrue* Venetus.

70. AGE DIVERSAS. *Diverſos* omnes noſtri codices, ſi Moretanum quartum excipis, recentioris notae librum, quo modo & Pieriani conſtanter, ut ad Trojanos referatur. apud Diomedem tamen *diverſas* circumfertur in Arte Grammatica, & apud Donatum in Andr. Terentii, a quibus diſſentire non auſim. Eugraphius in Andr. Terentii ſcriptis accedit. poſſis & *diverſis* legere, *age diverſis corpora. diſſice* etiam iidem noſtri, non *disjice.* quod tamen *diſſice* ſcribendum autumant viri docti, quanquam vetuſtiſſimis exemplaribus aſſentientibus, in eo falluntur. Natus quippe hic ſcribendi uſus ex eo eſt, quod veteres librarii concurrentibus duabus literis *i*, unam tantum exhibebant, ut in antiquis marmoribus ac vetuſtis membranis paſſim eſt obſervare. lib. VII. 339. *Diſſice compoſitam pacem*, ex Mſ. Gifanius, quem vide in Lucret. in *vitalia & propria.* HEINS. *Diverſas* Schol. Lucan. IV.

96 deeſt Fabr. al. 97 deeſt L. R. Voſ. 98 ſic addas, Fabr. al. 99 fac vim ventis, id eſt cum ventis Fabr. al. 1 deeſt R. 2 deſunt L. R. Voſ. Steph. ad CORPORA. 3 eſt, hanc rem petitionis L. 4 ne Dan. Fabr. vid. Donat. ad Terent. Andr. II. I. 28. ubi hunc locum adducit. 5 ſit Fabr. 6 arceret V. Voſ.

Sunt mihi bis ſeptem praeſtanti corpore Nymphae,
Quarum, quae forma pulcherrima, Deïopeam
Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo:

Omnis

SERVII.

71. SUNT MIHI BIS SEPTEM. Non ſine ratione Juno inducitur Nymphas ſua poteſtate retinere: ipſa eſt enim aër, de quo nubes creantur, unde eſt v. 20. *Atque in nubem cogitur aër.* Ex nubibus aquae, quas Nymphas eſſe non dubium eſt. Ideo autem Nympham Aeolo pollicetur: quia ventorum rex eſt, qui aquae motu creantur. Bene ergo ei aqua jungitur, origo ventorum. Sane notant Virgilium Critici, quia marito [7] promittit uxorem: quod excuſat regia licentia, juxta Salluſtium, qui ait in Jug. LXXX. *Denas alii, alii plures habent; ſed reges eo amplius.* [Vel certe quod ex priore conjuge improbos filios Aeolus habuerit; vel quod haec, quam promittit, immortalis eſt. Alii volunt, Junonem per iram oblitam Aeolum uxorem & filios habere; quod exinde aſſerunt: quia Aeolus ad haec nihil ei reſponderit: & bene Juno ſic pollicetur, quaſi Aeolo beneficium ante [8] conceſſerit. Econtra Aeolus, non ad praeſens, ſed ad praeteritum reſpondit: *Tu mihi quodcunque hoc regni eſt.*] PRAESTANTI CORPORE NYMPHAE. Bene etiam laudat iſtas, ut major ſit in Deiopeia pulchritudinis gloria. Laudabilius eſt enim ſuperare laudatos, ut ipſe ad majorem victoris Aeneae gloriam laudat & Turnum [9] victum. Harum autem quatuordecim nomina, ut quidam volunt, in Georgicis invenimus. [10] [*Praeſtanti* autem *corpore*, pro, praeſtantis corporis, ablativum pro genitivo.]

72. [QUARUM QUAE FORMA. Dicimus & per ſe, *quarum quae pulcherrima*: & plus ornavit inferendo *forma pulcherrima*.]

73. CONNUBIO JUNGAM S. [11] [Deeſt, eam. Et] *connubium*, eſt jus legitimi matrimonii. Et bene *Connubio jungam* dicit, ut hanc ab aliis ſegregaret, quae a regibus ſine lege habentur: ſolent enim reges inter plures uni praecipuum dare nomen uxoris. [12] In *connubio*, *Nu* brevem poſuit, cum naturaliter longa ſit: *nubo* enim, [13] unde habet originem, longa eſt. Sed eſt tropus Syſtole; qui fit, quotienscumque longa corripitur ſyllaba, [14] propter metri neceſſitatem. [15] [Statius quoque corripuit: *Connubialia pandunt Antra ſinus.*] Ipſe alio loco longam poſuit, ut eſt III. 319. *Hectoris Andromache Pyrrhin connubia ſervas?* Item IV. 214. *Cuique loci leges dedimus, connubia noſtra Reppulit.* Et IV. 316. *Per connubia noſtra.* Et ✝. 535. [16] *Nomadumque petam connubia* [17] *ſupplex.* Sciendum tamen eſt, quod plerumque in compoſitione, vel derivatione, principalitatis natura corrumpitur. CONNUBIO JUNGAM STABILI, PROPRIAMQUE DICABO. Multa in unum contulit verſum, quae Juno promittit: dicendo enim *Connubio*, oſtendit [18] legitimam: dicendo *Stabili*, longam promittit concordiam, id eſt, quae divortio careat: dicendo *Propriam*, adulterii removet ſuſpicionem. Quod autem adjecit *Dicabo*, obſequentem eam fore [19] demonſtrat. In uſu enim eſt, ut dicamus: *ſacerdos dicatus eſt numini*, hoc eſt: ad obſequium datus eſt. [20] [Igitur totus cum dictione pronunciandus eſt.] Alii *dicabo* dabo accipiunt. Terentius Phorm. I. II. 12. *Jam hanc operam tibi dico.* Id eſt, do, ſicuti ab eo, quod eſt *dico*, participium a paſſivo *dictus* facit, ut eſt VI. 138. *Junoni infernae dictus ſacer:* quamvis alibi lectum ſit v. 60. *Templis ſibi ferre dicatis. Propriam dicabo* autem deeſt, tibi, [21] eam. [*Propriam* autem poſſumus, vel firmam, vel perpetuam accipere, ut VII. Ecl. 31. *Si proprium hoc fuerit.* Terentius And. IV. 3. *Nihilne eſſe cuiquam proprium.* Et v. 5. *Quod voluptates eorum propriae ſunt.* Et III. 85. *Da propriam, Thymbraee, domum.*]

VARIORUM.

IV. 457. *disſice* duo Moreti. *corpora diſſice* Oudart. Reg. pro gloſſa *divide. diſcute* alter Hamb.

Ibid. PONTO. *Vento* primus Moreti & Leidenſis a manu

7 promiſit Voſ. 8 non conceſſerit Commel. & Maſv. 9 deeſt L. R. Voſ. Steph. 10 deſunt L. R. Voſ. Steph. Baſil. 11 deſunt R. L. Voſ. Steph. & aliis: & forte Foldenſis librarius inſeruit ex Donato ad Ter. Phorm. Prolog. ✝. 3. BURM. 12 & Voſ. R. L. Dan. 13 ut habet Dan. 14 metri cauſa Dan. 15 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 16 *Numadumque* L. Voſ. Dan. Steph. al. 17 *ſimplex* Voſ. 18 legitimum Steph. Dan. 19 monſtrabat Dan. 20 deſunt L. R. Voſ. V. Steph. Baſ. ad *Meritis* ✝. 74. Dan. tantum ad *alii*. 21 deeſt Fab. Dan.

Digitized by Google

Omnis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus haec contra: Tuus, o regina, quid optes

Ex-

SERVII.

74. OMNES ANNOS. Bene, quia Dea eſt: non enim uſque ad ſenectutem] MERITIS. Praeſtitis: ut alibi IV. 334. *Nec te, regina, negabo Promeritam*: id eſt, praeſtitiſſe. Et alterum pendet ex altero, meritum enim non niſi ex praeſtantis deſcendit beneficio.

75. [PULCHRA PROLE. Bene poſtremum addidit, propter quod matrimonium contrahitur, pulcherrimos filios.] [22] [Et mire hoc Juno Lucina promittit, quaſi non ob libidinem offerat.] [23] Notanda tamen figura: frequenter enim hac utitur: nam quod nos per genitivum ſingularem dicimus, antiqui per ſeptimum dicebant, ut hoc loco: *parentem pulchra prole*, id eſt, pulchrae prolis. Et ſimpliciter intelligendum eſt: errant namque, qui dicunt ideo *pulchra* dixiſſe, propter [24] Canacem & Macareum, in ſe invicem turpiſſimos fratres: illi enim alterius [25] Aeoli filii fuiſſe narrantur.

76. AEOLUS HAEC. [26] Subaudis, dixit: quod ex poſterioribus intelligitur, ut ſupra notavimus. REGINA. Inferioris perſonae reverentia eſt, majorem meritis appellare, non nomine; contra, majoris eſt, minorem nomine tantum vocare: qui ordo non niſi per indignationem corrumpitur: ut in duodecimo, [27] Sages in extremis rebus, Turnum, non regem vocat, ut XII. 652. *Ruitque implorans nomine Turnum*. Et alibi de Ariſtaeo IV Georg. 356. *Et te crudelem nomine dicit*. [28] [OPTES. Optare non tantum eligere ſignificat, ut alibi III. 109. *Optavitque locum regno*: ſed etiam velle, ut hoc loco: *quid optes*, quid velis. Lucilius in VI. *Quid ipſum facere optes?* id eſt, velis: Alii *quid optes*, quid petas. Sane ſervavit ordinem: nam qui promittit, ſtatim a primo polliceri debet; poſt, ſi qua vult, addat; ut auditor expectatione non pendeat.]

VARIORUM.

a manu prima. eadem diverſitas lib. VII. Aen. 528. & apud Lucan. V. 570.

72. DEIOPEAM. *Deiopea* tam Pieriani, quam noſtri pari conſtantia, uno Menagiano excepto, qui lectiones nonnumquam optimas praeſtat. illi & hoc loco auſcultandum. praeſertim cum & Venetus & Morotanus quartus aſſentiantur. Ni mavis cum Mediceo, *quae formam pulcherrima Deiopea*: certe τὸ *formam pulcherrima* placet impenſe, familiari Graeciſmo, quamquam hoc ipſo libro ỳ. 496. occurret, *forma pulcherrima Dido*. & lib. V. 570. *Formaque ante omnes pulcher Iulus*. ibi tamen idem Mediceus a manu prima *formamque*. ſed Marius Victorinus hic agnoſcit in libello de metris *Deiopeam*. Apud Marium Plotium *Deiopeia* extat. neuter horum *formam pulcherrima* prae ſe fert, ne Donatus quidem in prologum Phormionis Terentiani. qui tamen *Deiopeiam* exhibet, uti & Macrobius Saturn. V. cap. 4. HEINS. *Quae eſt forma* Hamburgenſis prior. *quae forma eſt* Bigotii & Zulichemii *Deiopeia*. multi etiam *Diopeam* Bigotii & Hugenii. *Diopea* Francianus. *Deiopeiam* Donat. ad Terent. Phorm. Prol. 3. ſed ille, quia dicit deeſſe eam, *Deiopeia* legiſſe videtur. vid. ad IV. Georg. 343. BURM.

73. PROPRIAM. Vid. Nann. IV. Miſc. 8. NANSIUS. Et Salmaſ. Exerc. Plin. p. 176.

75. PARENTEM. *Beatum* Bigotii.

76. HAEC CONTRA. *Econtra* Menagius prior, alter Hamburgenſis & ſecundus Rottendorphius. Zulichemii & Leidenſis & alius. ſed hae ſordes ſeculi inficeti, ſatis jam elutae a viris doctis. & centies in Servii commentariis pro *contra* a Librariis ſuppoſitum fuit. BURM.

Ibid. QUID OPTES. *Quod* etiam nonnulli codices ab Heinſio inſpecti. *quod optas* duo Hamburgenſes & Ed. Venet. & ita ſaepe variant codices. vid. ad Ovid. II. Art. 707. X. Met. 372. & alibi. Ecl. II. 2. *nec quid ſperaret, habebat*. confirmat vulgatam infra Servius ad ỳ. 425. *quid optem* Serv. ad XII. 652. *explorare labos* Zulichem. BURM.

78. QUOD-

22 deſunt Fabr. al. 23 ubi connubii finem oſtendit. notanda figura &c. Fab. al. priora omittunt L. Voſ. R. V. Steph. & incipiunt: notant, notanda figura, freq. enim hac. ſed Dan. mire &c. offerat; frequenter autem hac utitur fig. 24 Canacem Voſ. R. 25 Aeolo V. filii fuerunt, vel fuiſſe narrantur L. Voſ. R. contra adſerere Ovidium in Epiſtola Canaces notavit Nanſius in margine. 26 deeſt Dan. ſubaudi Fabr. al. 27 Saces edidit Maſvicius contra omnes codices & editos. vid. ad XII. Aen. 652. 28 haec omnia ex Fuldenſ. ſed Fabr. & Dan. tantum habent; *optare* hic velle ſignificat. alias eligere, ut *optavitque locum regno*. MSſ. vero & Edd. al. ignorant omnia.

Digitized by Google

Explorare labor: mihi juſſa capeſſere fas eſt.
Tu mihi, quodcumque hoc regni, tu ſceptra Jovemque
Concilias: tu das epulis adcumbere divom,
Nimborumque facis tempeſtatumque potentem.
Haec ubi dicta, cavum converſa cuſpide montem
In-

SERVII.

77. [EXPLORARE. [29] Deliberare: ſuperius namque multa popoſcerat Juno. Hoc ergo dicit: Tuum eſt, deliberare quid velis, [30] [aut certe aperire vel penſare, quale ſit deſiderium. Alii *explorare*, Jovis animum; aut certe *explorare*, explanare; aut certe ſtatuere, an aequum ſit, quod petis: tuus enim hic labor eſt.] MIHI JUSSA CAPESSERE FAS EST. [31] [*Capeſſere*, eſt ſaepe capere:] figura eſt [32] litotes, quae fit, quotieſcumque [33] minus dicimus, & plus ſignificamus, per contrarium intelligentes, ut hoc loco: [34] nam non ait: *licet mihi implere, quae praecipis*; ſed, *nefas eſt non implere, quae juſſeris*. Item alibi VII. 261. *Munera nec ſperno*, id eſt, libenter [35] accipio. [36] [E contrario autem, nefas mihi facere non juſſa.] [Hoc ſecundum ea, quae aliter dicuntur, aliter audiuntur, dictum eſt. MIHI. Sane ultima ſyllaba produci debet: quia hoc caſu omnia vel nomina, vel pronomina, vel participia, in ultima ſyllaba produci debent.]

78. TU MIHI QUODCUMQUE HOC REGNI. [Hoc ad illud reſpondet: *Namque tibi divum pater atque hominum rex.*] Redit ad phyſicam rationem: nam motus aëris, id eſt, Junonis, ventos creat, quibus Aeolus praeeſt. Dicendo autem, *quodcumque*, aut verecunde [37] ait, ne videatur arrogans: [aut quia ipſe rex ſub alieno imperio eſt:] aut latenter pene jocatur poëta: quis enim poſſit ventos, id eſt, rem inanem, tenere? [*Quodcumque* ergo, quod *clauſo regnorum carcere regno*, nec in mea manu eſt, niſi juſſo ventos emittere.] JOVEMQUE CONCILIAS. Hyſteron proteron in ſenſu eſt: non enim Juppiter conciliatur Aeolo; ſed Aeolus Jovi, quaſi ſuperiori. Conciliantur autem novi, reconciliantur antiqui.

79. TU DAS EPULIS ACCUMBERE DIVUM. Hoc eſt, Tu me deum facis: duplici enim ratione divinos honores meremur, dearum conjugio, & convivio deorum. Unde & in Bucolicis IV. 63. legimus: *Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.* ACCUMBERE [38] jacere, more antiquo. [Sane *epulis accumbere*, ſecundum temporis conſuetudinem dixit: nam olim ſedentes veſcebantur, ſicut ipſe meminit VIII. 176. *Gramineoque viros locat ipſe ſedili.* Et VII. 176. *Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis:* & apud Homerum ſedentes Dii epulantur.]

80. [39] [NIMBORUMQUE. Nubium, ut III. 587. *Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.*]

81. HAEC UBI DICTA. Et ab Junone, & ab Aeolo. [40] [Et, *dicta*, ſi nomen eſt, dedit; ſi participium, deeſt ſunt: vel: *haec ubi dicta*, pro, poſtquam, adverbium locale pro temporali.] CAVUM. Ordo eſt. Converſa cuſpide cavum montem in latus impulit. Et alibi II. Aen. 51. *In latus, inque feri curvam compagibus alvum, Contorſit.* [Alii *in latus*, pro, latus accipiunt. Ennius: *Nam me gravis impetus Orci Percutit in latus:* & bene *in latus*] quaſi in rem, quae facile cedit ictui.

VARIORUM.

78. QUODCUMQUE HOC REGNI. Non *regnum*, quia genitivus ille contemtam & vilem rem notat: obſervante Donato ad Terent. Hecyr. IV. IV. 21. & ad Phorm. II. II. 24. ſed & in *quodcumque* vilitas exprimitur. vid. ad Val. Flac. III. 342. & V. 240. BURM.

80. POTENTEM. *Parentem* alter Hamburgenſis.

81. CAVUM MONTEM. Id eſt antrum; ſive ejus clauſtra in latus impellens, aperuit antrum, portam in

29 deeſt Fabr. al. deliberare. & eſt infinitum. alii explorare Jovis animum Dan. & nihil praeterea. namque ante multa Fabr. al. 30 haec ex Fuldenſi ad MIHI. 31 deſunt L. R. Voſ. Steph. 32 Liptotes Steph. Dan. al. & ita ſaepe alias in locis 33 minus & plus ſignif. L. minus dicimus pluſque Baſil. 34 nam cum dicit non ſe poſſe implere, quae Juno praecipiat, nefas tamen putat non implere praecepta. item alibi *Munera* &c. Dan. 35 accepto Fabr. 36 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 37 agit Fabr. Baſil. 38 deeſt Fabr. 39 deſunt L. R. Voſ. Steph. Baſil. 40 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Inpulit in latus: ac venti, velut agmine facto,
Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuere mari, totumque a ſedibus imis
Una Euruſque Notuſque ruunt, creberque procellis
Africus, & vaſtos volvunt ad litora fluctus.
Inſequitur clamorque virûm ſtridorque rudentum.

Eri-

SERVII.

82. AGMINE. Vel impetu, vel [41] multitudine: *Agmen* enim ſermo polyſemus eſt: [42] nam impetum ſignificat, ut II. 212. *Illi agmine* [43] *certo Laocoonta petunt*: Multitudinem, [44] ut VI. 572. *Vocat agmina ſaeva ſororum* [45] [nam non multitudinem ſignificat (cum tres ſint filiae Plutonis: Alecto, Tiſiphone, Megaera, quae Parcae, & Eumenides dicuntur) ſed impetum:] Etiam exercitum incedentem *agmen* vocamus.

83. QUA DATA. [46] [Et in XI. 292. *Coëant in foedera dextrae Qua datur. Qua* ergo, quoniam: vel *qua data*, ad votum ventorum videtur retuliſſe.] PORTA. Omnis exitus vel introitus, *porta* dicitur, quaſi qua poteſt vel importari vel exportari aliquid: [aut ideo *porta*, quia *agmine* dixerat: nam *porta* proprie aut urbis, aut caſtrorum eſt.] TURBINE. Vi ventorum. Et ſciendum eſt, quod *turbo*, quando appellativum eſt, [47] *turbinis* facit: [48] ſed ſi ſit nomen proprium, *turbonis* facit: Horatius II. Sat. III. *Turbonis in armis*.

84. [INCUBUERE MARI. Tria dicit elementa turbata, *Terras turbine perflant: Incubuere mari*: & rurſum: *Intonuere poli*. His ergo enumeratis recte adjecit: *Intentant omnia mortem*.]

85. UNA EURUSQUE, NOTUSQUE ET AFRICUS. Cardinales quatuor venti ſunt, de quibus nunc tres ponit; paullo poſt unum, quem omiſerat, reddidit, ut ỹ. 102. *Stridens Aquilone procella*. [49] [Bene hos modo tres ventos inferiores tantum nominavit, qui a ſedibus imis mare commovent; Zephyrum & Aquilonem tacuit: Zephyrum, qui ad Italiam ducit, Aquilonem, qui deſuper flat. Ideo Homerus de eo Odyſſ. E. 296. Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης, μέγα κῦμα κυλίνδων. RUUNT autem, modo eruunt.] PROCELLIS. *Procella* eſt vis [50] ventorum cum pluvia, dicta *procella* ab eo, quod omnia [51] percellat.

87. INSEQUITUR CLAMORQUE VIRUM. Sequitur, quia praeceſſerat ventorum ſonus, quem & ipſum clamorem poſſumus dicere. STRIDORQUE RUDENTUM. [52] Proprie: nam in funibus ſtridor eſt. [53] [Pacuvius in Teucro: *Armamentûm ſtridor, & rudentum ſibilus*.]

VARIORUM.

in latus impellens. ita *rupem cavatam* inf. ỹ. 310. Servius ſpeluncam reddit. *impellere* vero proprie de majori vi, qua janua convellitur. vid. Val. Flac. I. 273. & 609. Ovid. I. Am. VI. 51. & ad Petron. cap. XVI. BURM.

82. AC VENTI. *At* Hamburgenſis alter. & ita Hugenii & Montalbanius. & ita Heinſius in ora codicis ſui conjecerat. *agmine* Francianus. *facto* a manu ſecunda.

85. RUUNT Imitatur Silius lib. IX. 492. ut Cl. Drakenborchius notat: etiam ſuſpectum verbum poſſet eſſe, quia modo praeceſſit. *ruere* vero quartum caſum regere pluribus probavit Heinſ. ad lib. VIII. 63. BURM.

86. AFRICUS. *Affricus* duo Menagii, Hamb. & Sprotianus. *Affricos* Rottend. *crebriſque pr.* Mead. Cod.

Ibid. VOLVUNT AD LITORA. *Ad ſidera* Bigotii. *tollunt ad ſidera* Hugenianus, pro diverſa lo-

41 ſimilitudine Voſ. 42 id eſt πολλὰ σημαῖνον. nam Fabr. al. 43 *facto* Steph. 44 ut hoc Dan. 45 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. ſed mirum cur *agmina* dixit, cum tres ſint, niſi forte etiam impetum voluit ſimul deſignare Fuld. 46 id eſt percuſſio Dan. percuſſa Fabr. deſunt vero L. Voſ. R. Steph. ad *porta*. deinde cum appellativum L. quidquid appellativum R. 47 *turbinis* facere R. Voſ. 48 ſi autem ſit Dan. ſi nomen Fab. al. 49 deſunt omnibus, praeter Dan. & Fuldenſ. qui quaedam addit. 50 venti V. L. Voſ. R. 51 procellat V. percellat, hoc eſt moveat Dan. id eſt concutiat. Fabr. al. vid. Brouckh. ad Propert. III. VI. 3. 52 proprie enim in Dan. Fabr. 53 ſtridor autem eſt ſibilus Dan. Cl. Drakenb. ad Sil. XVII. 257. in Pacuvio tentabat, *rudentiſibulus*.

Digitized by Google

Eripiunt ſubito nubes coelumque diemque
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus aether:
Praeſentemque viris intentant omnia mortem.
Extemplo Aeneae ſolvuntur frigore membra.

In-

SERVII.

88. [54] [ERIPIUNT. Id eſt, abſtollunt. Accius in Clytemneſtra: *Deum regnator nocte caeca coelum e conſpectu abſtulit.*]

89. TEUCRORUM EX OCULIS. [Bene *Teucrorum*, quibus tempeſtas immiſſa erat:] [55] nunquam enim totum coelum nubibus tegitur, ſed illa pars, contra quam flaverint venti. [56] Quod autem dixit *diem eripi*, ad videntium oculos retulit, non ad naturam: [57] [nam dies adhuc erat.] NOX INCUBAT. *Nox* dicta, [58] quod oculis noceat. *Incubat* autem ideo dixit, quod alienum tempus invaſit: nam *incubare* proprie dicitur per vim rem alienam [59] velle tenere. [Aut certe *nox incubat*, ut nihil intervalli eſſet inter tenebras & mare, aut tempeſtates, ut in Georgicis I. 328. *Ipſe pater media nimborum in nocte corusca Fulmina molitur dextra.*]

90. POLI. Axes, id eſt, extremae partes coeli, [60] [ſuper quibus coelum vertitur, id eſt, πολῖται: unde *vertices* Latine, Graece πόλοι dicuntur: duo enim ſunt, Notios & Boreos, a quibus totum coelum contonuiſſe ſignificat.] AETHER. *Aetherem* hoc loco pro *aëre* poſuit: nubes enim, unde & fulmina, *aëris* ſunt, non *aetheris*: & frequenter Virgilius duo iſta confundit.

91. INTENTANT. Minantur, [61] ingerunt. OMNIA autem ad ſuperiora retulit.

92. EXTEMPLO. Illico, [62] ſtatim. Et eſt augurum ſermo. [63] *Templum* enim dicitur locus manu [64] auguris deſignatus in aëre, poſt quem factum illico captantur auguria. AENEAE. Servavit [65] τὸ πρέπον, ut Aeneam ultimum territum dicat. [66] FRIGORE. Timore. Et eſt reciproca tranſlatio: nam & *timor* pro *frigore*, & *frigus* pro *timore* ponitur, ut in Terentio Hecyr. III. I. 41. *Uxorem tuam pavitare ajunt:* Non *timere*, ſed *laborare frigoribus*: utrumque enim in unum exitum cadit, ſicut & de calore & de frigore, *urere* dicimus, ut eſt I. Georg. 93. *Aut Boreae penetrabile frigus adurat.* [67] [Nam & Graeci φρικτὰ dicunt, quae ſunt timenda, ut Homerus Iliad. I. 164. Δῶρα μὲν οἷα τέ᾽ ὀνοστά. Livius in Odiſſia: *Igitur demum Ulyxi cor frixit prae pavore.* Reprehenditur ſane hoc loco Virgilius, quod improprie hos verſus Homeri tranſtulerit Odyſſ. E. 406. Καὶ τότ᾽ Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ, Ὀχθήσας δ᾽ ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. Nam frigore ſoluta membra longe aliud eſt, quam λύτο γούνατα: & DUPLICES T. A. S. P. * I. molle, cum illud magis altum, & heroicae perſonae, πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. Praeterea quis interdiu manus ad ſydera tollit: aut quis ad coelum manum tendens, non aliud precatur potius quam dicit. O TERQUE QUATERQUE BEATI. Et ille intra ſe, ne exaudiant ſocii, & timidiores deſpondeant animo: hic vero vociferatur.]

VARIORUM.

lectione. ſed interpolatus locus ex ỳ. 103. Commentator Crucquianus ad Horat. lib. III. Od. 3. citat, *Incubuit pelago, & vaſtos volvunt ad litora fluctus.* BURM.

87. INSEQUITUR CLAMORQUE VIRUM. *It coelo clamorque virûm*, apud Priſcianum libro VII. ſed aliter ſcripti & Eutyches Grammaticus. HEINS. In hoc verſu ſtudio literam caninam eſſe in ſingulis verbis, ut horrorem exprimeret, obſervarunt Pontanus, & Corradus. & modo ỳ. 83. & infr.

54 haec deſunt omnibus, praeter Dan. & Fabr. 55 namque V. 56 diem autem eripi Dan. 57 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. 58 quia Dan. mox, quia alienum V. 59 velle retinere Fabr. al. *velle* deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. *ſuper* &c. uſque ad *duo* deſunt etiam Dan. 61 deeſt omnibus praeter Dan. 62 deeſt omnibus praeter Dan. eadem fere habet Schol. Stat. ad II. Achil. ỳ. 89. 63 *templo* L. Voſ. 64 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. 65 dignitatem, τὸ Voſ. Steph. Dan. 66 ex Homero Odyſ. E. 306. eſt de Ulyſſe, τότ᾽ Ὀδυσσῆος &c. Fabr. al. 67 haec ex Fuldenſi, ſed quae interpolavit Maſvic. dans poſt γούνατα, cum hoc molle, illud magis altum &c. Homeri illa δῶρα &c. huc nihil facere recte notabat Cl. Dorvillius.

Digitized by Google

Ingemit, &, duplicis tendens ad ſidera palmas,
Talia voce refert: O terque quaterque beati!
Quîs ante ora patrum Trojae ſub moenibus altis
Contigit oppetere! o Danaûm fortiſſime gentis

Ty-

SERVII.

93. INGEMIT. Non propter mortem ingemit: ſequitur enim: *O terque quaterque beati.* Sed propter mortis genus: grave enim eſt, ſecundum Homerum, perire naufragio: quia anima ignea eſt, & extingui videtur in mari, id eſt, elemento contrario, ut VI. 670. *Igneus eſt ollis vigor.* DUPLICES. Duas, ſecundum morem antiquum: nam *duplices*, duas dicebant, ut hoc loco: & *binos*, *duos*: & *utroſque* pro *utrumque*, ut Cicero: *Binos habebam, jubeo promi utroſque.* Item Salluſtius, cum de duobus loqueretur I. Catil. XXX. *Hi utrique ad urbem imperatores erant.* [PALMAS. Manus explicitas.]

94. [68] [TALIA VOCE REFERT. Profert. *Re* abundat; alibi *refert*, reſpondet, ut initio IV. Aeneid. 20. *Anna refert.*] [In conſuetudine, ſic dicimus: *ille mihi retulit.*] O TERQUE QUATERQUE. Hoc eſt, ſaepius. [69] *Finitus* numerus pro infinito: [70] [& ſic erupit in vocem cum dolore Hom. Od. E. 306. Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο Τροίῃ ἐν εὐρείῃ, χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντες. Ex Homero eſt de Ulyſſe: Et hoc principium quidam acephalon dicunt, cum intelligi debeat, multa eum intra ſe cogitaſſe, poſtremo in haec erupiſſe.]

95. QUIS. Et *quis* & *quibus* [71] unum ſignificant: ſecundum artem enim ſic dicimus: Ab eo enim, quod eſt a *qui* [72] in *bus*, ab eo quod eſt a *quo*, in *is* mittit, ſed a tertia declinatione in uſu [73] eſt dativus & ablativus plurales, licet antiqui omnibus uſi ſint caſibus. Cato in Originibus ait: *Si ques ſunt populi.* Et declinavit *ques*, *quium*: ut *puppes puppium.* MOENIBUS ALTIS. Propter Pergama, quae altiſſima [74] fuerunt: ex quibus omnia alta aedificia, *Pergama* vocantur, ſicut Aeſchylus dicit.

96. OPPETERE. Ore terram petere, id eſt, mori, [75] [exſpirare, vel occumbere.] Poſſumus autem ſic uti hoc ſermone, & ut per ſe [76] plenus ſit, & recipiat adjectionem. Ergo dicimus & *oppetit*, & *mortem oppetit*, ſicut & *exſpirat*, & [77] *animam exſpirat*: FORTISSIME GENTIS. Atqui [78] in artibus legimus ſuperlativum gradum non niſi genitivo plurali jungi: conſtat quidem; ſed *gens* nomen eſt enuntiatione ſingulare, intellectu plurale. Bene ergo junxit: in gente enim plures ſunt, ut alibi inf. 344. Ipſe: *ditiſſimus agri Phoenicum:* non enim unus eſt ager Phoenicum. Item Salluſtius Rom. Hiſt. I. *Romani generis diſertiſſimus.* [Aut ſuperlativo pro comparativo uſus videtur, quaſi fortiſſimis comparandus; non, ut vulgo creditur, praeferendus.] Sane quaeritur, cur Diomedem fortiſſimum dixerit, cum poſt Achillem atque Ajacem ipſe ſit tertius? unde etiam Salluſtius ait fragm. incert. *Primum Graecorum Achillem.* Multi dicunt ideo *fortiſſimum*, quia, juxta Homerum, & Venerem vulneravit & Martem. Alii ad gentem referunt, quod Achilles Theſſalus fuit, Ajax Graecus, Diomedes Danaus. Multi ad excuſationem Aeneae volunt fortiſſimum dictum: a quo [79] conſtat eum eſſe percuſſum, [80] [ut Juvenalis XV. Sat. 66. *Vel quo Tydides percuſſit pondere coxam Aeneae.*]

VARIORUM.

infr. 296. 422. 572. II. Aen. 5. 655. IV. 178. & alibi idem factum videbis. vid. ad Phaedr. II. 5. BURM.

88. ERIPIUNT. *Arripiunt* Hamburgenſis prior. pro *abripiunt* credo.

90. ET CREBRIS. *Et* deeſt Sprotiano & Hamburgenſi priori, & Ed. Venet. ſed habet Schol. Horat. I. Od. 34. pro *aether* erat *aër* in MſT. Graevii.

91. MOR-

68 deſunt omnibus praeter Dan. ultima; *in conſuetudine* ex Fuldenſi ſunt. 69 contra Beroaldum Servium defendit Sabinus Subſec. Lect. II. 10. NANSIUS. 70 Ex Homero eſt de Ulyſſe ſic Fabr. & al. reliqua Fuldenſi debentur. 71 idem L. 72 qui, *bus* Steph. Dan. Fabr. 73 ſunt L. Voſ. Steph. Dan. Fab. al. 74 fuerant R. Voſ. L. 75 deſunt omnibus praeter Dan. ſed Fab. & al. pro iis habent, Etymologia eſt, non autem compoſitio. 76 plenum L. 77 animum Voſ. 78 ut in ar. l. ſuperlativum gradum n. n. g. p. jungi conſtat quidem: Fabr. al. 79 conſtat eſſe ſuperatum Fabr. male. vid. ad IV. Aen. 228. 80 ut Juvenalis dicit Dan. Fabr. ſed ipſa Poetae verba non habent: reliquis haec deſunt.

Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuiſſe, tuaque animam hanc effundere dextra?
Saevus ubi Aeacidae telo jacet Hector, ubi ingens
Sarpedon: ubi tot Simoïs correpta ſub undis

Scu-

SERVII.

97. TYDIDE. Vocativus Graecus, ſi enim Latine diceret, [81] *Tydida* debuit ponere. Omnia enim patronymica, quae in *Des* exeunt, apud Latinos primae ſunt declinationis, ut: *Saevus ubi Aeacidae telo jacet Hector.* [82] [Tydides, Diomedes, Tydei & [83] Deiphyles Adraſti filiae filius, qui poſt captum Ilium ad Italiam venit, quod plenius in XI. libro habes. Eo tempore ſtatua, cum in templo Apollinis Delphici ſtaret, vi quadam divina ad Corcyram migravit, viſa eſt muros Corcyraeorum defendere: nam ejus comminatione hoſtibus fugatis, Corcyra bello exempta eſt.]

98. [84] [NON POTUISSE. Quaſi ſemper voluerit.] ANIMAM HANC. Quaſi cum dolore *hanc animam* dixit; acſi diceret [85] infelicem, quae ad [86] labores nata eſt. EFFUNDERE. Secundum eos, qui dicunt ſanguinem eſſe animam, ut ipſe IX. 349. *Purpuream vomit ille animam.* Nam alio loco [87] aliorum opinionem ſequitur, qui dicunt ſpiritum eſſe animam: [88] unde eſt IV. 705. *Atque in ventos vita receſſit.*

99. SAEVUS. Magnus, [89] [ut ſuperius [90] diximus.] [91] [Vel fortis, vel bellicoſus; ut eſt XI. 910. *Et ſaevum Aenean agnovit Turnus in armis.* Vel adverſus hoſtes *ſaevus*, & eſt epitheton ad tempus: nam incongruum erat ab Aenea *ſaevum Hectorem* dici: aut *ſaevus*, quod adverſum Antenorem & Aeneam & Helenum ſentiens, Helenam non permiſerit reddi. Ideo *ſaevus Hector*, quia Aeneas pius. Quod autem ait AEACIDAE TELO, vult oſtendere feliciorem Hectorem, cui contigerit ab Achille perire, quod ipſe optaverit ei congreſſus, ſicut in V. Neptunus Veneri loquitur.] Et bene [92] elegit cum quibus periiſſe debuerit: ipſe enim & fortis eſt & numinum proles: [93] recte ergo his jungitur, in quibus talia fuerunt.

100. SARPEDON. Et [94] in ultima poſſumus accentum ponere, & in penultima: nam Homerus & *Sarpedonis* declinavit, & *Sarpedontis*: unde & varius accentus eſt: [95] *Sarpedonis* enim in antepenultima habet accentum; [96] *Sarpedontis*, in penultima. [97] Sed *Sarpedontis* uſurpavit. Naturalis autem declinatio eſt, *Sarpedon*, *Sarpedonis*, ut *Memnon*, *Memnonis*, *Simon*, *Simonis*; ſi autem genitivum in *dontis* miſerit, a circumflexo venit: qui eſt in ultima ſyllaba nominativi, ut [98] *Demophoōn*, *Demophoontis*: *Laocoōn*, *Laocoontis*: ſic ergo & *Sarpedōn Sarpedontis*. Eſt autem *Sarpedon*, Jovis filius & [99] Laodamiae, [ut alio loco X. 470. *Quin occidit una Sarpedon mea progenies*,] occiſus a Patroclo [93] * [Menaecii filio, armis Achillis induto. Hujus interitum Juppiter proſecutus dicitur imbre ſanguineo.] SIMOIS. Nomen hoc integrum ad nos tranſiit, unde [94] * ſuo eſt accentu proferendum: nam ſi eſſet Latinum, in antepenultima haberet accentum: quia ſecunda a fine brevis eſt. [95] * [Et hic flumen Trojae eſt.] [Sane bene feciſſe videtur *Simois* mentionem, ut ibi videatur pati ſe optaviſſe, ubi genitus eſt, ut alibi inf. 617. *Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſae Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam?*] SUB UNDIS. Et *ſub undis* legimus, & *ſub undas*. Sed ſi *ſub undas*, *correpta* intellige; ſi *ſub undis*, *volvit*. Varia ergo diſtinctio eſt. [96] * [CORREPTA. Rapta.]

VARIORUM.

91. MORTEM. *Montem* Mediceus a manu prima.

92. Ex-

81 o Tydida L. Voſ. R. Steph. al. 82 deſunt omnibus, praeter Fuld. 83 Deipſeles Fuld. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 85 deeſt omnibus, praeter Fuldenſ. 86 laborem L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 87 licet alias aliorum Dan. 88 ut eſt Dan. 89 deſunt Dan. 90 dictum eſt Steph. 91 deſunt ad *Et bene* L. Voſ. R. Fab. ſed deſunt a *vel adverſus*, & reliqua Fuldenſi debentur. 92 legit Fuld. 93 certe ergo Fuld. 94 in ultima ſyllaba, & in penultima poſſumus accentum ponere Dan. 95 nam ſi *Sarpedonis* dicas, antep. Dan. *Sarpedonis* autem Steph. 96 Sarpedontis penultima L. Voſ. R. Steph. Sarp. penultima habebit. ſed in hoc uſurpavit *Sarpedon*, *onis* enim debuit dicere, ut *Memnon* &c. Dan. 97 ſi *Sarpedontis* R. ſed *Sarpedonis* Voſ. 98 Demophōn demophōntis & ita ſeqq. Steph. Dan. 99 Laodamiae, occiſus a Patroclo, reliquis omiſſis L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 93 * Menaecis Dan. 94 * ſuo accentu profertur Dan. 95 * deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 96 * deſunt iiſdem.

Scuta virûm galeaſque & fortia corpora volvit.
Talia jactanti ſtridens aquilone procella
Velum adverſa ferit, fluctuſque ad ſidera tollit.
Franguntur remi: tum prora avertit, & undis

Dat

SERVII.

101. Fortia corpora. Hoc eſt, virorum fortium [97] * corpora: nulla enim eſt in mortuis fortitudo. [98] * [Et ex Homero tractum eſt Iliad. M. 22. Καὶ Σιμόεις ὅτι πολλὰ βοάγρια, καὶ τρυφάλειαι Κάππεσον ἐν κονίῃσι, καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν.]

102. Talia jactanti. Inaniter loquenti, ut alibi x. 95. *Atque irrita jurgia jactat*. Et ix. 322. *Voces dum jactat inanes:* [99] * [Id eſt, inertes.] Aquilone. Ab Aquilone. [Ecce hic reddidit ventum, quem tranſierat: & a generali tempeſtate ad ſpeciem tranſit.]

103. Adversa. Contraria: quia ad Italiam navigantibus ventus Aquilo contrarius eſt.

104. Franguntur remi. Vel gubernacula: vel, quod [1] melius eſt revera remi. Antiqui enim velis remiſque navigabant, ut v. 15. *Validiſque incumbere remis: Obliquatque* [2] *ſinus in ventos.* [3] [Et de omnibus navibus hoc dicitur, non Aeneae tantum.] Tum proram avertit. [4] [Alii *Prora* legi tradunt, ut ſit:] *Avertit*, pro, avertitur. Eſt figura creberrima: poteſt namque pro activi verbi ſignificatione [5] paſſivum poni, ut eſt xi. 660. *Et pictis bellantur Amazones armis*: pro, bellant. Nec nos debet movere, quod *bellor* non facit: natura enim hoc prohibuit: nam [6] compone hoc verbum, & invenitur activum: facit enim [7] *debellor:* & contra pro paſſivi verbi ſignificatione activum ponitur, ut eſt hoc loco *avertit*, pro, *avertitur:* & ii. 229. *Inſinuat pavor:* pro, *inſinuatur:* & ii. 7. *Nox humida coelo Praecipitat*, pro, *praecipitatur*. Sed haec verba tantummodo pro ſe invicem ponuntur, quae & activa eſſe poſſunt & paſſiva; ut eſt *averto* & *avertor*, *praecipito* & *praecipitor*. Ergo non poſſumus [8] dicere, quod quidam artigraphus, declinationes activi verbi & paſſivi pro ſe invicem [9] poni: nam & neutralis verbi declinatio activa eſt, & communis deponentiſve paſſiva: & aliud eſt eſſe activum verbum, & aliud [10] habere verbi activi declinationem.

VARIORUM.

92. Extemplo. *Extimplo* Mentelius prior & nonnulli alii, hic & aliis locis.

93. Duplicis tendens. *Tendens geminas* Bigotianus.

95. Quis ante ora patrum. *Quis ante ora deûm* prior Hamburg. *quis* Francianus. *quis* pro quibus ſemper ſcribendum docet Brouckh. ad Propert. ii. x. 47. BURM.

96. Oppetere! o. Deeſt *o* Ed. Venet. de verbo *oppetere* vid. ad Val. Flac. i. 554. BURM.

Ibid. Fortissime gentis Tydide. Vide Schott. ii. Obſerv. cap. 15.

97. Tydide. *Tytide* male alios ſcribere notat Corradus. & ita Parrhaſ. Mentelius alter & unus Moreti.

Ibid. Campis. *Flammis* Hamburgenſis prior. quod ſatis poſſet vindicari. & ita librarii has voces permutaverunt apud Claudian. i. de Laud. Stilic. i. 187.

Aegra caput mediis erexit Graecia campis.

ubi codex Voſſianus *flammis*, quod & de ſuo teſtatur Schottus ii. Obſ. 55. ſpeciem huic lectioni dat, quod numquam propior morti fuerit, quam in incendio illo Trojae. ut ipſe *Iliacos cineres & flammam* obteſtatur lib. ii. 431. ſed Diomedis Hiſtoriae melius *campi* congruunt, ut & Hectoris & Sarpedonis, qui ante haloſin occubuerunt. BURM.

98. Tuaque animam hanc effundere dextra. *Animamque tua hac effundere dextra* Moretanus primus. HEINS. *Tuaque hanc animam* Parrhaſ. *tua hanc animam* Bigotii. ſed Donatus ad Terent. Adelph. iii. ii. 14. & Hecyr. iv. iv. 94. vulgatam vindicat lectionem. vid. ad Ovid. vi. Met. 539.

97 * deeſt Dan. 98 * deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 99 * deſunt omnibus, nec unde habeat Maſvic. indicavit. ſed in L. erat contra, *jactat inertes*, id eſt *inanes*. 1 verius Dan. 2 *obliquata ſinus in ventum* V. Danieli deerant, ut *validiſque* &c. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. & hoc de navi Aeneae, an de omnibus dixit? Fuld. 4 deſunt L. Voſ. R. Steph. 5 paſſiva L. 6 componere verſum, & invenitur, ubi activum ponitur, ut eſt *avertit* &c. omiſſis mediis Fuld. 7 *debello* Voſ. Steph. *debello & debellor* Fabr. Baſil. & contra paſſivi L. 8 diſcere Dan. 9 ponam, & L. ponit: nam Voſ. 10 deeſt Baſ.

Digitized by Google

Dat latus. Inſequitur cumulo praeruptus aquae mons.
Hi ſummo in fluctu pendent: his unda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit. Furit aeſtus arenis.
Tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet:

Saxa

SERVII.

105. DAT LATUS. Inclinatur. CUMULO. [11] [Exuberante fluctu,] altitudine, [12] [id eſt, cum cumulo.] PRAERUPTUS. In altum levatus.

106. [13] [HI. Pro, Illi, [vel alii: & bene dicticiis, *bis* pro illis, vel aliis.] DEHISCENS. Valde hiſcens. *De* enim augentis eſt, ut in Terent. Heaut. IV. VI. 21. *Deamo te, Syre.*

107. APERIT. Oſtendit, ut Salluſtius lib. V. Hiſt. *Caput aperire ſolitus*, id eſt, nudare, oſtendere: [ſic alibi IV. 206. *Viſa aperire procul montes*: ſane aliter hic *aperit*, aliter *oſtium aperit*.] ARENIS. Et ab arenis, & cum arenis: id eſt, [14] vel ab imo movebatur mare; vel cum ipſis arenis, ut in tempeſtate ſolet.

108. TRIS. Latinum eſt: Genitivus enim pluralis, quotiens in *ium* exit, accuſativum pluralem [15] [in *is* mittit,] ut *puppium*, *puppis*: quotiens in *um* exit, in *es* mittit, ut *patrum*, *patres*. SAXA LATENTIA. [16] Modo propter tempeſtatem; [vel, ut quidam tradunt, tranquillo mari: nam quemadmodum latent, quae nomen habent.] Haec autem ſaxa [17] inter Africam, Siciliam & Sardiniam, & Italiam ſunt, quae *ſaxa* ob hoc Itali *aras* vocant, quod ibi Afri & Romani foedus inierunt, [18] [& fines imperii ſui illic eſſe voluerunt:] unde etiam Dido IV. 628. *Littora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor*. Quae *arae*, a Siſenna, *propitiae* [19] vocantur. [Alii dicunt Graecos haec ſaxa βωμοὺς appellare. Quidam inſulam fuiſſe hunc locum tradunt, quae ſubito peſſum ierit, in cujus reliquias ſaxa haec extare, in quibus ajunt Poenorum Sacerdotes rem divinam facere ſolitos. Has *aras* alii *Neptunias* vocant, ſicut Claudius Quadrigarius I. Annalium: *Apud aras, quae vocabantur Neptuniae*. Varro de Ora maritima lib. I. *Ut faciunt ii, qui ab Sardinia Siciliam, aut contra petunt. Nam ſi utramque ex conſpectu amiſerunt, ſciunt periculoſe ſe navigare, ac verentur in pelago latente inſulam, quem locum vocant aras.*] [20] [TORQUET. Jacit, immittit, ut IX. 671. *Torquet* [21] *aquoſam hyemem*. Inde & *torquet*, *jacit* dicimus. Alibi, *Torquet*, deflectit, ut V. 738. *Torquet medios nox humida currus*. [22] [Alibi regit & frenat, ut XII. 180. *Cuncta tuo qui bella pater ſub numine torques*. Alibi ſuſtinet, & fert. IV. 482. *Axem humero torquet ſtellis fulgentibus aptum.*]

VARIORUM.

539. de elegantia τῶν *non potuiſſe* vid. ad Prop. II. XIII. 31. Paſſer. pag. 308. BURM.

99. UBI INGENS. Giphanius Indice Lucretiano in *uti*, legit, *ut ingens*, cum in ſcriptis nonnullis inveniſſet *& ingens*. HEINS. *Sarpedo* Medic. a m. pr.

100. SUB UNDIS. Servii diſcrimen, *ſub undas* conjungentis cum *correpta*, & *ſub undis* cum *volvit*, inane eſſe docet locus lib. VIII. Aen. 538. ubi:

Quam multa ſub undas
Scuta virum, galeas, & fortia corpora volves.

ubi *rapta* vel *correpta* non additur. vid. ad Ovid. V. Met. 370. BURM.

101. CORPORA. *Pectora* Oudarti codex, ſecundus Hamburgenſis & Leidenſ. unus. ideo vero *fortia*, quia *ſcuta* & *galeas* cum corporibus volvit, quae & in morte ſervarunt.

103. ADVERSA. Ita codices omnes: Juntina tamen Ed. *averſa. fluctumque* Sprotii, Rottendorphius primus, Hamburgenſis prior, Hugenianus & Leidenſis alter, cum Mediceo a manu prima. & ita edidit Maittaire. ſed *tollere fluctus* jam dixit ỳ. 66. & mox *motos componere fluctus* ỳ. 135. quare parum intereſt, quum mox etiam ſingulari numero ỳ. 116. ſed forte ita variaverit Poeta, ut ubi de toto mari moto *fluctus*, ubi de illa parte, quae magiſtrum abſorpſit, *fluctum* diceret. BURM.

104. PRO-

11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. id eſt altitudine cum cumulo. & mox, elevatus Baſil. 13 deſunt Voſ. R. Steph. Fabr. al. 14 vel imo Voſ. vel ab initio L. 15 deſunt R. in *eis* mittit ut *p. puppeis* Fabr. al. 16 deeſt omnibus praeter Fuldenſ. 17 inter Africam & Sardiniam ſunt, quae ſ. &c. L. R. Voſ. & Italiam. Ideo autem Itali Dan. 18 deſunt Dan. qui pro iis habet; alii *Neptunias* vocant. ut Claudius dixit, unde & Dido &c. Dan. 19 vocantur aut dicuntur R. 20 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 21 *Aquoſa* Dan. Fab. 22 haec ex Fuldenſi addita. vid. ad IV. 269.

Digitized by Google

Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, aras.
Dorſum inmane mari ſummo. Tris Eurus ab alto
In brevia & Syrtis urguet, miſerabile viſu,

Inli-

SERVII.

109. Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras. Ordo eſt, quae ſaxa, latentia in mediis fluctibus, Itali aras vocant: [pro quibus hunc ordinem eſſe ait: *Tris Notus abreptas mediis fluctibus in ſaxa latentia torquet:* Alii *mediis fluctibus aras* legunt, ut ſit ordo: *Saxa vocant Itali aras, quae mediis fluctibus*, ut deſit, *Sunt. Italos* autem aliqui, non qui in Italia nati ſint, ſed, qui Latine loquantur, accipiunt.]

110. Dorsum immane. Eminens, altum, [23] [ſecundum Homerum,] [24] [vel certe eminens planities, aut ſuperficies durior: [25] [aut ſic ait hic Poëta *dorſum* de ſaxo, ut Homerus Νῶτα θαλάσσης: & alibi ipſe x. 303. *Dorſo dum pendet iniquo.* Quidam *immane*] pro malo accipiunt poſitum, propter naufragia, quae ibi ſolent fieri: nam *manum, bonum* dicunt; ergo quod bono contrarium [26] *immane:* non enim poteſt pro magno accipi. Alibi vi. 19. *Poſuitque immania templa:* quia non facile apparent haec ſaxa, niſi cum mare ventis movetur. *Dorſum* autem hoc loco non abſurde ait: quia Graece arae ipſae Ἰταλοὶ νῶτα dicuntur, ut Sinnius [27] Capito tradidit, ſecundum Homerum.] Mari summo. Vel in ſummo, vel in placido.

111. In brevia et syrtes. Id eſt, in brevia Syrtium: ut ſup. 61. *Molemque & montes. Brevia* autem vadoſa dicit, [28] per quae vadi pedibus poteſt. [Vadis. Vada, τὰ βράχεα. Varro de Ora maritima lib. i. *Si ab aqua ſumma non alte eſt terra, dicitur vadus:* & multi ſic legunt: *Iliditque vadis, atque aggere cingit harenae.*] Et Syrtes. Syrtium ſinus duo ſunt, *pares natura, impares magnitudine*, ut Salluſtius dicit Jug. lxxviii.

VARIORUM.

104. Prora avertit. *Proram* Mediceus & Gudianus cum duobus aut tribus aliis. *proram vertit* in Sprotiano. quod arridet; ſed *prora avertit*, non eſt mutandum, ut pluribus oſtendi Aeneid. ii. 207. Et ſane Servius pro *prora avertitur* poſitum eſſe fidem facit. vide Voſſ. Analog. iii. 3. & Juret. ad Symmach. lib. iv. Epiſt. 66. HEINS. *Proram avertit* Ed. Mediol. Dan. & aliae. *advertit* etiam Menag. Bigot. & Hugen. & Moreti tertius. in Leidenſi fuerat *prora advertit*. ſed *d* litera eraſa. *prora avertit*, eſt pro *ſe avertit*. vid. Serv. inf. ad ẏ. 402. ſic & *tollere* ẏ. 66. *extendere* ii. Georg. 287. & ita paſſim. & ita *vertere*, *convertere* & ſimilia, de quibus vid. Cl. Drakenb. ad Sil. ix. 645. *ſi proram avertit* legendum, procella intelligenda erit, quae an *dare latus* etiam dici poſſit, diſquirit Corradus. cujus tamen explicatio dura, & ſine exemplo eſt. BURM.

105. Praeruptus. *Proruptus aquae mons* alter Hamburg. haud placet, quamquam de voce *prorupsus* ſaepius corrupta ad Claudian. ii de Laud. Stil. 462. egimus. infra hoc libro ẏ. 247. *It mare proruptum* cum ſcriptis codicibus non paucis. HEINS. Vid. ad Val. Flac. iv. 507. & inf. ad ẏ. 247.

108. Abreptas. *Adreptas* Menagii prior, & Hamburgenſis alter, duo Moretani & Oudartii & Dorvillii. ad *ſaxa* Sprotii. *latentia ducit* prior Hamburgenſis.

109. Mediis quae in fluctibus aras. *Mediiſque* Mediceus, cum duobus notae recentis. Montalbanius, *mediis quae fluctibus*. cui & quatuor alii ſubſcribunt. nec diſplicet, ſed vulgatam ſcripturam Beda de tropis S. Scripturae tuetur, ubi monet conſtructionem eſſe, *Tris abreptas naves notus in ſaxa torquet, quae ſaxa in mediis fluctibus latentia Itali aras vocant.* Cariſio id ſublegit Beda, apud quem etiam vulgata ſcriptura exſtat Inſtit. Gramm. lib. iv. ut & apud Diomedem lib. ii. qui pari modo id interpretantur, ut & Quinctilianus viii. 2. & Donatus in Arte Grammatica. *Aras* ita capit Auſonius Epiſt. ii. 13.

Deſertus vacuis ſoliſque exerceor aris.

ſic

23 deſunt Dan. Fab. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. uſque ad *Mari.* 25 deſunt D. apud quem poſt *durior* ſequitur; alii pro malo &c. & ita Fabr. 26 *Immane* dicitur, de hoc loco non abſurde &c. Dan. Fabr. omiſſis mediis. 27 deeſt Dan. Fab. 28 per quae poſſumus vadere Voſ. Steph. Dan. per quae poſſumus, al. per qui vadi pedibus poteſt, vadere L. per quae poſ. vadere, vel per quae vadi pedibus poteſt R. per quae pedibus poſſumus vadere Fabr. al.

Inliditque vadis, atque aggere cingit arenae.
Unam, quae Lycios fidumque vehebat Oronten,
Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus

115 In

SERVII.

113. LYCIOS. Hi Trojae ad auxilium venerant, qui, mortuo rege Pandaro, Aeneam ſecuti ſunt; unde & in ſecundo ait 796. *Comitum turbam affluxiſſe novorum Invenio.* FIDUM. Fidelem: utrumque nomen idem ſignificat; [29] [quamvis quidam velint *fidum amicum*, *fidelem ſervum* dici. [30] [Et ſic pronuntiandum, ut dolorem afferat talis ſocii amiſſio.]

114. IPSIUS ANTE OCULOS. Ad majorem dolorem: unde alibi II. 5. *Quaeque ipſe miſerrima vidi.* Item ibid. 538. *Qui nati coram me cernere lethum Feciſti.* INGENS PONTUS. [31] Magna pars ponti. Et eſt tropus Synecdoche. [32] [Ut Salluſtius in Jugurthino cap. 67. *Ubi ſigna & ſcuta erant, praeſidium hoſtium:* per *ſcuta* intelligendum caetera arma: [33] & ideo IX. 370. *Terentum ſcutati omnes*, pro armati.] A VERTICE. Aut a puppi, quae vertex navis eſt: aut ab Aquilone, qui flat a mundi vertice, hoc eſt, a ſeptentrione: ut ipſe alibi I. Georg. 242. *Hic vertex nobis ſemper ſublimis.* [34] [Quidam *verticem* hic procellam accipiunt.]

VARIORUM.

ſic veteres libri. HEINS. *Mediis in fluctibus* notaverat ex Montalbano Heinſius, & ita prior Hamburgenſis. *mediiſque fluctibus* erat in tertio Menteliano.

110. DORSUM. Ruaeus inſulas intelligebat. ſed ego ipſa ſaxa puto, quae in mari ſummo, non profundo, latebant, & ibi dorſum longum faciebant.

111. MISERABILE. *Mirabile* Pugetii, Regius, Hamburgenſis prior & ſecundus Menagii, & tertius Mentelius a manu ſecunda.

112. ILLIDIT. *Illuditque* vitioſe Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. 3. *impellitque* Hamburgenſis.

113. ORONTEM. *Oronten* Mentelianus primus & tertius & prior Rottendorphianus. quomodo Ecl. I. *Oaxen*, non *Oaxem* meliora exemplaria. *Oronten* certe hoc loco veram eſſe ſcripturam Chariſius libr. I. monet. ſic ſemper in vetuſtiſſimis libris *Aenean*, non *Aeneam* toto hoc opere exarari animadvertas. quod ſemel monuiſſe ſuffecerit. neque aliter in optimis Naſonis exemplaribus ſcriptum offendi. infra hoc libro ℣. 558. & 570. *Aceſten* habes non *Aceſtim*, ſic exhibentibus caſtigatioris notae membranis, & ℣. 644. *Achaten*, quod & idem Chariſius ibidem aſtruit. lib. IV. *Iarban.* lib. V. *Gyan.* lib. X. *Oroden.* Phocas Grammaticus de nominibus in *as* vel *es* deſinentibus, ut, Orontes, Oreſtes, Pylades, Herodes: *ſimiliter apud nos ejusdem declinationis.* ut Antas, Antae, Menas, Menae. *quae & ſingularem in* n *potius, quam in* m *ſyllabam terminant*, ut Aenean, Anchiſen, Lyſian; *ſimili ratione patronymica nomina declinantur*, ut Priamides Priamidae, Pelides Pelidae, *hunc* Priamiden Peliden. HEINS. *Orontem* Zulichemius. hinc *Oronten* Regius. librarii codicum duorum Ovidianorum memoria verſum tenebant, quum lib. XIV. Metam. 24. dabant,

Una tamen quae nos, fidumque vehebat Ulixen.

quum alii conſtanter *ipſumque* exhibeant. ſed & hic quoque Pugetianus, *ipſumque vehebat Orontem.* *Orontem* etiam lib. VI. 334. agnoſcunt codices. BURM.

114. A VERTICE PONTUS IN PUPPIM FERIT. *Ingens pontus* ponitur, pro magna copia aquae, ut ita *aequor*, *mare*, dicunt in tempeſtatibus, de undis, quae navem fere operiunt. ſic hoc exprimit Val. Flac. IV. 666. *magno puppim procul aequore veſtit.* ubi vide adnotata. Brodaeus II. Miſc. I. *verticem* Gubernatoris intelligit. Ruaeus explicat undam, a prora in puppim ſubverſam navem, & proram poſſe dici verticem, quia licet puppis ſit altior, prora tamen facilius tolli poteſt impetu fluctuum. ita etiam explicabat Cl. Drakenb. ad Sil. XVII.

29 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 114. 30 deſunt etiam Dan. 31 unda. & eſt Tropus Dan. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 33 & ideo apud *Terentum* Fab. & ideo *Terentum* Baſil. quae vera lectio: & hinc iterum patet ignorantia Maſvicii, qui quum illud *apud* vidiſſet in Fabr. Ed. nobis dedit, *& ideo apud Terentium, ſcutati omnes.* quod fruſtra quaeras in Terentio. tanti eſt editiones veteres conſulere. BURM. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. ad *Magiſter.* ſed Dan. primam notam ad ℣. 115. poſuit.

In puppim ferit. Excutitur, pronuſque magiſter
Volvitur in caput. Aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat aequore vortex.

Ad-

SERVII.

115. IN PUPPIM. Pro, puppim, addidit praepoſitionem. [PRONUS. Πρηνής: nonnulli ſane *pronum*, adverbialiter legunt.] MAGISTER. Leucaſpis, ut in ſexto libro 334. [35] *Leucaſpim, & Lyciae ductorem claſſis Orontem.*

116. TER. Saepius, finitus numerus pro infinito, [36] crebros enim fluctus facit Aquilo, ut Salluſtius fragm. inc. *Crebritate fluctuum, ut* [37] *Aquilone ſolet:* [vel certe quod Graeci [38] τρικυμίας appellant, ut Salluſtius fragm. inc. *triplici fluctu.*] IBIDEM. *Ibidem*, & *ubinam*, multi dubitant ubi debeat eſſe accentus: quia *ubi* & *ibi* naturaliter breves ſunt; ſed ratione finalitatis plerumque producuntur in verſu: neſcientes hanc eſſe rationem, quia pronuntiationis cauſſa contra uſum Latinum ſyllabis ultimis, quibus particulae [39] adjunguntur, accentus tribuitur: ut [40] *muſaque*, *illene*, *hujuſce:* ſic ergo & *ibidem.*

117. [41] [TORQUET AGENS CIRCUM. Ingyrum circumagit. VORTEX. *Vortex* dicitur circumacta in ſe unda, & quae quaſi ſorbere videatur:] [quod de Charybdi legitur III. 421. *Atque imo barathri ter gurgite vaſtos Sorbet in abruptum fluctus.* De quo ait Salluſtius, *Charybdis, mare verticuloſum.*]

VARIORUM.

XVII. 256. ſed hoc non facile aliis perſuadebitur. melius alii *ab alto*, ὑψόθεν, explicant. vid. Guel. ad II. Georg. 310. ſed ubi nos aliter explicuimus illa *a vertice.* & hic quoque putem, ſimul etiam fluctum ultimam partem navis, id eſt puppim verberaſſe indicari, non proram. nam *a vertice* pro retro poni docuit ad Stat. VII. Theb. 118. Scholiaſtes Barthii. & ita XI. Aen. 577. *a vertice pendere* dicitur, quod in tergo pendet. & Gloſſa Regii codicis *a puppi* explicat. & ita inf. 403. avertenti Veneri comae divinum a vertice odorem ſpiravere, id eſt a tergo, in quod comae fluentes diffuſae erant. potuit itaque fluctus ſe tollens ſupra navem in puppim inſiluiſſe, ita ut a curſu ſuo averteretur, & retro primum cedens, deinde ter navim torquens fluctus in fundum egit. nam notandum non dici, *puppim ferit.* ſed *in puppim*, Graecorum exemplo, qui ἐπὶ πρύμναν, de nave retro eunte uti ſolent. ut ἐπὶ πρύμναν ἐλαύνειν Polyaen. Strateg. III. X. §. ult. & hinc tranſlatione ſumpta Euripid. Androm. 1120. χωρεῖ πρύμναν, pro retro cedit. & Lucan. III. 545. *in puppim rediere rates.* Potuit ergo fluctus ille inhibere curſum navis, & repleta puppi aqua, ita erecta fuiſſe prora, ut quaſi reſupinata tota navis puppi inſiſtere videretur, & excuſſus gubernator ſede vel ſtatione ſua, ceciderit vel in mare, ut quidam, vel, ut alii, pronus in navem. quamvis prius malim, quia *excuti* magis proprie dicitur de illo, qui e navi dejicitur in mare. ut apud Curtium IV. IV. 8. & alios. ut & aurigam, & equitem, quum in terram projiciuntur, *excuti* dici notum eſt. noſter de Palinuro lib. V. 857. dicit, *projecit in undas Praecipitem*, quod idem eſt, quod hic *pronus in caput volvitur*, ut vidimus ad Phaedr. V. Fab. 7. excutiant doctiores hunc locum, & lubenter, ſi meliora attulerint, cedam. BURM.

116. AST ILLAM. *Aſt iſtam* Hugenianus. *at illam* Francian.

117. CIRCUM ET. *Et* deeſt Hamburgenſi priori & Leidenſi.

Ibid. VORTEX. Mediceus, & hic & alibi ſemper, quoties ea vox hac ſignificatione offertur, *vertex.* ſubſcribit & Mentelianus alter. Adi adnotata Aeneid. VII. 567. ſed Cariſius libr. I. *vertex a vertendo dicitur, vortex a vorando, & vult Plinius verticem immanem vim habere impetus*, ut ingens a vertice pontus. *verticem vero circumactionem undae eſſe*, ut, & *rapidus vorat aequore vortex.* HEINS. Vid. ad VII. Aen. 31. & I. Georg. 481. & nos ad Rutil. Itin. I. 346. Barlandus quoque hic *vorticem* ſcribendum docet. quia dicitur a *vorando.* inepte. BURM.

118. VA-

35 *Leucaſpin* & L. Voſ. R. Steph. 36 crebro Fuld. 37 *Aquilone ſonet* L. Voſ. R. *Aquilo ſolet* Steph. Dan. Fabr. al. 38 *Tridulam* Fuld. 39 adjungantur R. 40 *Muſaque* R. *muſa* Voſ. 41 deſunt L. R. Voſ. Steph. ultima Fuldenſi debentur: & in Salluſtii loco legendum *verticoſum*, ut ad fragmenta ex incertis libris ex Plinii loco probat Colerus.

Adparent rari nantes in gurgite vaſto;
Arma virûm, tabulaeque, & Troïa gaza per undas.
Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatae,

Et

SERVII.

118. APPARENT. Aliud eſt *parere*, & aliud *apparere: parere*, enim eſt obedire, ut inf. 689. *Paret amor dictis.* *Apparere* autem, videri, ut I. Georg. 404. *Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus.* Et haec obſervatio diligenter cuſtodiri debet; licet eam auctores metri cauſſa, [42] [vel clauſulae] plerumque corrumpant. RARI. Vel propter maris magnitudinem; vel quia una perierat navis: [vel *rari* de multis, ut oſtendat ſtatim alios plures periiſſe; & quomodo apparent, ſi ſup. 89. *Ponto nox incubat atra?* aut quia, *Crebris micat ignibus aether:* aut quia ante ipſius oculos hoc evenit.] NANTES. Prima verbi [43] poſitio eſt, *no, nas, nat:* unde eſt IV. 59. *Nare per aeſtatem liquidam:* & prima ſyllaba naturaliter longa eſt: licet *Natare*, *na* brevis ſit in eadem ſignificatione. IN GURGITE VASTO. Tapinoſis eſt, id eſt, rei magnae humilis [44] expoſitio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem ſermonis epitheto ſublevat, ut hoc loco: nam *vaſto* addidit. Item cum de equo loqueretur, ait II. 19. *Cavernas ingentes.*

119. ARMA VIRUM. Bene addidit *virum*, [45] [id eſt, virorum:] arma enim dicuntur cunctarum artium inſtrumenta, ut inf. 177. *Cerealiaque arma.* Item V. 15. *Colligere arma jubet.* Et alio loco I. Georg. 160. *Dicendum & quae ſint duris agreſtibus arma.* TROIA Differentia in hoc ſermone eſt, & in ſenſu, & in ſyllabis: nam cum provinciam dicimus [46] [nam *Troja* provincia, *Ilium* ipſa civitas] & principale nomen eſt, [47] brevis eſt *Tro:* quando [48] [autem non eſt principale, &] derivatio eſt, longa eſt *Tro*, ut inf. 596. *Troïus Aeneas.* GAZA. Perſicus ſermo eſt, & ſignificat divitias: [49] [unde *Gaza*, urbs in Palaeſtina dicitur, quod in ea Cambyſes rex Perſarum, cum Aegyptiis bellum inferret, divitias ſuas condidit:] [50] eſt autem generis foeminini, ut V. 40. *Et gaza laetus agreſti.* [51] [Quo exemplo apparet quoque ſuperfluo quaeri a multis, quemadmodum potuerit aurum natare, neſcientibus, *Gazas*, id eſt, opes, dici omne, quod poſſidemus:] [52] [aut certe hyperbole tempeſtatis, ut etiam ponderoſa ferri potuerint. PER UNDAS. *Per*, quidam nolunt: Et *Troïa* poſſeſſivum, a. i. a c. e. ſ. ſ. e. o. i. n.]

120. JAM VALIDAM, &c. VICIT HYEMS. Zeugma eſt ab inferioribus: quod fit & a ſuperioribus, & a medio: plerumque & ad utrumque reſpondet, ut III. 359. *Trojugena, interpres divum, qui numina Phoebi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſydera ſentis.* Ecce hoc loco *Sentis*, & ante dicta & ſequentia concludit. *Ilionei*, Antiptoſis eſt, pro genitivo enim dativum poſuit: nam conſtat hujuſmodi Graeca nomina dativum ſingularem in *ei* diphthongum mittere, [53] ut *Orphei:* nam [54] illa ſolutio eſt, cum *Orpheï* ſeparatim dicimus: [55] nam modo *Ilionei* poſſumus dicere [56] adſtrictum eſſe genitivum, ut ipſe ſit, qui & dativus: [57] quod ſi forte contingat, non regula [58] [mutatur; ſed Antipto-

42 deſunt L. clauſulaeve Fabr. al. 43 propoſitio Dan. 44 expoſitio: tamen epitheto ſublevat. nam addidit *vaſto* Dan. *prudentior* &c. Fuldenſ. 45 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. a. 46 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 47 & *brevia*; & mox, & longa L. R. & brevia Voſ. & Baſil. 48 deſunt Dan. 49 deſunt L. Voſ. R. 50 & eſt generis iidem. 51 deſunt Dan. qui pro illis dedit, Etenim aurum & argentum ſunt *Gazae*, ſed omnes opes. quae & Fabr. habet in quibus deſideratur particula negativa, & forte legendum, *aurum & argentum non ſolae ſunt Gazae, ſed omnes opes.* praeterea in antiquis Servii editionibus & Fabricii & Baſil. legitur, *quaeri a multis. . . . neſcientes. Gazas* &c. quod ἀνακόλουθον non ferentes librarii mutaſſe videntur in *neſcientibus* ut τῷ *multis* reſponderet. ſed ſolent ita ſcriptores nominativo iſto uti, quaſi abſolute poſito. Juſtin. XI. 10. *Augebat Tyriis animos. . . turpe ducentes.* Gell. VII. 3. *libitum forte nobis eſt reprehenſiones ejus quaſdam attingere, majore venia reprehenſuri.* ubi Jac. Gron. *reprehenſuris* reponi mallebat. Terent. Hec. III. 1. 6. *nam nos omnes quibus eſt alicunde objectus labos, omne tempus lucro eſt.* pro *nobis omnibus.* vid. ibi Donatum. & plura notavi ſimilia ad Phaedr. III. Fab. ult. & Arntzen ad Aurel. Victor. Caeſ. 20. & alii plurimi. Quin & contra ablativum ponunt, ubi nominativum requirerent Grammatici, ut obſervavit Voſſius ſaepe ad Juſtinum. vid. notas ad lib. II. 3. non vero haec negligentiae adſcribo, ut Ritterſ. & Cort. ad Plin. X. Ep. 34. ſed potius conſuetudini & elegantiae, ut Magnus Gronovius de ſimili ἀνακολουθίᾳ ad Livii lib. II. 12. facere amat. BURM. 52 deſunt omnibus. & ex Fuldenſi codice petita. 53 ut *Orphei Calliopeia* Fabr. quod ex Ecl. IV. 57. additum eſt. 54 illa ſolutio, ut *Orphei* ſepar. Fuld. 55 nec modo poſſumus dicere L. R. Voſ. Steph. Fab. al. 56 ſtrictum Fuld. 57 quod etſi R. Voſ. Steph. Fab. al. 58 deſunt Dan. ad *Hæret.* ſed habet, antiptoſis fit, non regula.

Et qua vectus Abas, & qua grandaevus Aletes,
Vicit hiems. Laxis laterum conpagibus omnes

Ad-

SERVII.

tiptoſis fit, qua plerumque utuntur Poëtae, ut inf. 573. *Urbem quam ſtatuo veſtra eſt*, pro, urbs. Et] x. 361. *Haeret pede pes*: pro, pedi.

121. Vectus. Qua [59] vehebatur ſignificat. Et pro praeſenti participio, quod non habemus, praeteritum poſuit. In Latino enim ſermone a paſſivo verbo praeſens participium non eſt, neque ab activo verbo praeteritum; ſed quod uno ſermone explicare non poſſumus, aut circumlocutione oſtendimus: aut [60] [ſi hoc nolumus] participium pro participio ponimus; ſed uſurpative; ut hoc loco factum eſt. [Abas. *Abantes* aliquot tradunt; hic unus, Aeneae comes; alter, quem in Troja Diomedes occidit; tertius eſt Argivus, cujus tertio libro ℣. 286. clypeum Apollini conſecraſſe dicit Aeneam.]

122. Vicit hyems. *Hyems*, duas res ſignificat; aut tempus; aut vim venti, [61] [per quam oritur tempeſtas.] [62] Ergo pro loco intelligendum eſt. [63] [Accius: *Unde eſtis nautae huc hyeme delati*. Sic & Varro.] Laxis. Pro, *laxatis*, nomen pro participio.]

VARIORUM.

118. Vasto. *Summo* Hugenianus pro varia lectione.

119. Arma virum. Vondelius de Armamentis navium capit, aſt ego de ſcutis capio, quae ſola poterant ſupernatare. lignea enim corio inducta fuiſſe notum eſt. Catroeus remos vertit. addita vox *virum* utramque expoſitionem damnat. vid. & inf. 183. BURM.

Ibid. Troia. *Troïca* Zulichem. & alii, cum Edd. Vett. male. vid. & inf. 249. & Heinſ. ad Ovid. 1. Ep. 28. qui obſervat nuſquam *Troïcus* apud Virgilium occurrere. BURM.

120. Jam validam Ilionei navem. *Navim* primus Moretanus cum quarto. ſic & *navi* pro *nave* non ſemel apud noſtrum occurrit alibi. inf. ℣. 184. *Navim in conſpectu nullam*. vid. Aeneid. x. 660. ſic *claſſim* vetuſtus codex infr. ℣. 517. apud Perſium Satyr. v. 102. plerique libri vetuſti, *Navim ſi poſcat*. *Navim* dici non poſſe Cariſius libro 1. de Analogia contendit, qui hoc & inf. 184. exemplum non praeteriſſet, cum *clavim* ex Tibullo dici obſervet. multa quoque ad rem Priſcianus libr. vii. ubi tamen Maronis locum non tangit. HEINS.

Ibid. Fortis Achatae. Chariſius mutata declinatione *Achati*. FABRIC. *Achati* agnoſcit Chariſius Inſt. Gram. lib. 1. Herculi *pro* Herculis, *&* Ulixi pro Ulixis; inquit, *dici coeptum eſt*, *Plinius eodem libro ſexto*. mox *itaque hujus* Euripidi, Chryſi *dici debere cenſere*, ut fortis Achati, & acris Oronti. Ita Priſcianus libr. vi. obſervat, Ciceronem in *Arateis* Booti *pro* Bootae *dixiſſe*. vide lib. xi. ℣. 242. annotata. pari modo lib. v. 301. invenio in vetuſto codice exaratum, *comites ſenioris Achati*. & ſic apud Avienum in deſcript. Orbis terrarum paſſim *Booti* pro *Bootis* opinor ſcribi debere, ut eſt inſignis ille antiquitatis aemulator. *Diocli Caryſtii* ſcripta exemplaria Plinii lib. xxvi. cap. 4. ubi vide Gronovium. Perſius Satyr. iv. 3. ubi Socratem alloquitur, *magni pupille Pericli*. in codicibus veterrimis A. Gellii *Euripidi* & *Sophocli* frequenter. *Oreſti* lib. iii. cap. 10. & libr. viii. cap. 5. & libr. iv. cap. 11. *Empedocli* ter quater lib. ii. cap. 5. *Hierocli* lib. x. cap. 17. *Theodecti* libr. xv. cap. 1. & xvii. cap. 16. *Mithridati*. Idem tamen *Demoſthenis* caſu ſecundo frequenter. *Moſi* ſeu *Moyſi* frequenter apud D. Hieron. in verſione praefationis Euſebianae in Chronicon: nam in ipſo Chronico *Moſis* vulgato more extulit ut plurimum. HEINS. Vide ſupr. ℣. 30. iii. Georg. 91. & alibi ſaepe: *qua fortis Achates* Hamburg. prior. & Sprotian. qui &, *invalidam Ilionei*, habebat. BURM.

121. Aletes. Ita omiſſa adſpiratione membranae omnes, & recte. niſi quod in Gudiano *Alaetes*. ſed *Aletes* a verbo ἀλάομαι, unde & ἀλητεύω, quod nomen homini errabundo ad prima conveniens. ſic apud Homer. Odyſ. Ξ. 124. Ἄνδρες ἀλῆται ψεύδοντ'. pari modo & libro ix. apud noſtrum bis ℣. 246. & 307. corrigendum. Apud Aruſianum Meſſium plus vice ſimplici, *Alites* ſcriptum exhibetur. ſic apud Graecos Ἀλήτης non Ἀλήθης:

Co-

59 videbatur Dan. vitioſe. 60 deſunt Dan. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 ergo & ſic hoc loco Fabr. Danieli vero deſunt ad *Laxis*. 63 deſunt L. R. Voſ. Steph. & al. ad *imber* ℣. 123.

Digitized by Google

Adcipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt.
Interea magno miſceri murmure pontum,
Emiſſamque hiemem ſenſit Neptunus, & imis
Stagna refuſa vadis: graviter commotus, & alto
Proſpiciens, ſumma placidum caput extulit unda.

Dis-

SERVII.

123. Accipiunt imbrem. *Imber*, dicitur humor omnis: [64] [veteres enim omnem aquam *imbrem* dicebant:] ut Lucretius I. 716. *Ex igni, terra, atque anima naſcuntur & imbri:* id eſt, humore. [Ennius *imbrem*, pro aqua marina: *Ratibuſque fremebat Imber Neptuni.*] Fatiscunt. Abundanter aperiuntur. *Fatim* enim abundanter dicimus, unde & *adfatim. Hiſcere* autem, aperire, [65] [verbum frequentativum ab *biare*.]

125. [66] [Emissam hyemem. Hic apertius tempeſtatem declarat ex Graeco: nam & illi χειμῶνα tempeſtatem dicunt: & bene veteres noſtri *hyemem anni* dicebant, ne *tempeſtas* poſſet intelligi.] Imis. Bene in imo voluit eſſe Neptunum, ut jam factam cognoſceret tempeſtatem, non incipientem vetaret.

126. Stagna. *Stagnum*, dicitur aqua ſtans, ſed nunc profunda maris ſignificat, ab eo, quod non niſi nimia tempeſtate turbantur. Ergo *ſtagna*, & *imis vadis refuſa*, aliud pendet ex alio: quia immobilis aqua in imo maris tantummodo eſt, [quam tunc ab imo motu dicit eſſe turbatam.] [Graviter commotus. Oportune Neptunum ait commotum, cum maria turbantur: quia plerumque Poëtae Neptunum pro mari ponunt.] Et alto prospiciens. Aut e mari erigens caput, aut mari providens. [67] [Quidam *alto*, *coelo* accipiunt; quia ait: *Jam coelum terramque.*]

127. Placidum caput. Quaerunt multi quemadmodum *placidum* [68] *caput*, ſi graviter commotus? quaſi non poſſit fieri, ut iraſcatur ventis, propitius ſit Trojanis: [69] [epitheta enim alia naturalia ſunt, alia ad tempus: & *placidum*, ut naturale Neptuni eſt, ita *graviter* ad tempus, ob factam tempeſtatem.] Uno autem epitheto more ſuo habitum futurae orationis oſtendit, ut alibi uno ſermone VII. 292. *Tunc quaſſans caput.*

VARIORUM.

Corinthi rex ille ex proſapia Herculis: unde Παῖδες Ἀλάτα apud Pindarum Olymp. XIII. 17. pro Corinthiis, ubi de Alete hoc rege plura Scholiaſtes. meminit ejus quoque Pauſanias, & Vellej. Paterculus, & Euſebius in Chronico. Apud Statium quoque Thebaid. II. 178. id nomen reſtituendum. HEINS. *Alethes* multi ſcripti & editi. *Alaetes* Leidenſis.

122. Vicit. *Vincit* unus Heinſii. *laterum laxis* Hamburgenſis prior.

124. Pontum. Heinſius malebat *pontus*. vid. ad I. Georg. 383. & II. Aen. 401. ſed *pontum miſceri ſenſit* jungenda. vid. I. Georg. 25. BURM.

125. Emissamque. *Immiſſamque* Bigotius & Regius. *immenſamque* Zulichemius, & unus Leidenſis, ſuperſcripto *i* ut ſit *immiſſamque*. paſſim vero hae voces commutantur. vid. ad Ovid. V. Met. 338. & Claud. II. in Rufin. 376. & III. Georg. 371. & apud Lucanum ſaepiſſime. ut VI. 291. VII. 524. & utrumque ſaepe poteſt locum habere. ut hic *emiſſam* ab Aeolo, *immiſſam* navibus Trojanis, aut mari. Cl. vero Marklandus ad Stat. V. Silv. II. 113. *biemem ut ſenſit*. ſed in Virgilio verſatus centum loca poſſet producere, ubi ſine talibus copulis & fulcris oratio procedit. vid. ad Ecl. II. 66. *ſentit* Zulichemianus & Dorvillii. vulgata eſt apud Schol. Statii I. Theb. 370. BURM.

126. Stagna. *Stanna* Leidenſis.

Ibid. Et alto. *Ab alto* Leidenſis. imitatur haec Sil. Ital. VII. 254.

128. Dis-

64 deſunt L. Voſ. R. Steph. deinde *procreſcere & imbri* legitur in Lucretio. 65 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. legendum vero, *hiſcere autem aperiri*, cenſet recte Brouckh. ad Tibul. I. VI. 31. 66 deſunt iisdem ad *imis*. Daniel habet priora ad *& bene*. ſed, aperte declarat. deinde χειμῶνα a tempeſtate dicunt. 67 id eſt, conſulens Fabr. 68 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Disjectam Aeneae toto videt aequore claſſem:
Fluctibus oppreſſos Troas, coelique ruina.
Nec latuere doli fratrem Junonis & irae.
Eurum ad ſe Zephyrumque vocat. Dehinc talia fatur:
Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri?
Jam coelum terramque meo ſine numine, venti,

Mi-

SERVII.

128. [DISJECTAM AENEAE TOTO VIDET AEQUORE CLASSEM. Hic oſtendit Aeolum omnia Junonis praecepta compleſſe. Nam: *ſubmerſaſque obrue puppes*, in Orontis ſociorumque ejus interitu: *Aut age diverſas, & disjice corpora Ponto. Disjectam Aeneae toto videt aequore claſſem.*]

129. COELIQUE RUINA. Id eſt, tonitribus, quorum ſonus ſimilis eſt ruinis.

130. NEC LATUERE DOLI FRATREM JUNONIS, ET IRAE. Aut *doli Junonis*: aut *fratrem Junonis*: gemina ergo diſtinctio eſt, [70] [quod & ipſa Saturni eſt filia.]

131. [71] [EURUM AD SE ZEPHYRUMQUE VOCAT. Pars pro toto: [72] [per hos enim omnes intelligendi ſunt:] iſti enim ſunt cardinales. [73] [*Ad ſe* autem & hic ait. Cur tamen *Zephyrus*, qui ad Italiam ducit, quem Poëta ſupra tacuit, nunc vocatur? ira in hoc Neptuni exprimitur, ſi etiam eum objurgat, qui non adfuerit.]

132. GENERIS FIDUCIA VESTRI. [74] *Aſtraeus* enim, unus de Titanibus, qui contra Deos arma ſumpſerunt, cum Aurora concubuit: unde nati ſunt venti ſecundum Heſiodum Theog. 378. [75] [Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τίκε καρτεροθύμους, Ἀργέστην, Ζέφυρον, Βορέην τ' αἰψηροκέλευθον, Καὶ Νότον, ἐν φιλότητι θεὰ θεῷ εὐνηθεῖσα.] Et hoc loco *fiduciam* pro *confidentia* poſuit; quum *fiducia* [76] in bonis rebus ſit, *confidentia* in malis.

133. JAM COELUM TERRAMQUE. Aut ordo eſt: Auſi eſtis ſine meo numine tantas moles tollere, & coelum terraſque turbare? aut certe illud eſt, quod tria haec numina, licet diviſa imperia teneant, videntur tamen invicem regni totius habere poteſtatem: ſicut & ipſa elementa, quae retinent, phyſica inter ſe quadam ratione junguntur. [Sic in Georg. I. 258. *Temporibuſque parem diverſis quattuor annum.*] [77] Quod & ipſorum numinum ſceptra ſignificant. Juppiter enim trifido utitur fulmine: Neptunus, tridente: Pluton, tricipiti Cerbero: [78] Multi autem quaerunt, cur modo Neptunus hic de alienis conqueratur elementis. [Aut certe *terram* pro mari poſuit, ab eo quod continet, id quod continetur: quia ipſe dicitur Ἐνοσίχθων & Ἐννοσίγαιος, id eſt, movens terram: Et *coelum* pro aëre: conſtat enim terram cum aqua in aëre libratam. MEO SINE NUMINE. Hoc eſt: *Et laxas ſciret dare juſſus habenas.* NUMINE VENTI. Diſtingue *Numine*, ut *Venti*, convicium ſit.]

VARIORUM.

128. DISJECTAM. *Dejectam toto Aeneae* Bigotianus. *disjectamque Aeneae* Leidenſ. *diſectam* Cod. Graevii. vid. ſup. ℣. 43. *vidit* tertius Mentelii. *navem* Zulich. a manu prima.

129. RUINA. *Ruinam* Ed. Juntina. ſed *ruina* praeſtat, & recte explicat Servius. vid. ad Phaedr. IV 17. BURM.

132. VESTRI. *Noſtri* Sprotianus & Hamburgenſis pro varia lectione. & ita citat Lutatius ad Statii II. Theb. 4. *fiduciam* hic recte explicat Servius. vid. ad Valer. Flac. III. 669. mox, *jam terram coelumque* Parrhaſ. BURM.

134. ET

70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. vid. Steph. diſſ. de Critic. p. 91. 71 deſunt R. ad ℣. 136. pars pro toto, deſunt L. Fabr. al. 72 deſunt Dan. Fabr. intellige L. Voſ. Steph. al. ſunt omnes Cardinales Voſ. 73 deſunt L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. ad 132. 74 *Aſtraeus* Dan. *Aſtreus* mſ. & Edd. ſed *Aſtraeus* rectum eſt. vid. Schol. Stat. II. Theb. 4. BURM. 75 Graeca deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 76 in bonis ſit c. in malis L. V. R. Voſ. Steph. 77 ipſorum etiam num. Fuld. 78 multi enim L. R. Voſ. Steph.

Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. Sed motos praeſtat conponere fluctus.
Poſt mihi non ſimili poena commiſſa luetis.
Maturate fugam, regique haec dicite veſtro:
Non illi imperium pelagi ſaevumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum. Tenet ille inmania ſaxa,

Ve-

SERVII.

135. QUOS EGO. Deficit hoc loco ſermo: & congrue,[79] quaſi irati, & turbatae mentis.[80] [Subauditur *quos ego ulciſcar*: ergo ἀποσιώπησις eſt; hoc eſt, ut ad alium ſenſum tranſeat,[81] [ideo abruptum & pendentem reliquit,] ut alibi IX. 427. *Me, me, adſum.* Similiter IV. 76. *Incipit effari, mediaque in voce reſiſtit.*[82] [Et neceſſario poſt tale ſchema, SED, conjunctionem ſequi, ut V. 195. *Quamquam ó; ſed:*] Terentius Andr. I. I. 137. *Quem quidem ego, ſi ſenſero? ſed quid opus eſt verbis:* His enim affectibus tantum ſermonis defectio congruit. SED MOTOS PRAESTAT COMPONERE FLUCTUS. Prudenter[83] ait: plus eſt enim innocentibus ſuccurrere, quam nocentium delicta punire. PRAESTAT. Melius eſt, ut III. 429. *Praeſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni.* Et notandus ſermo: nam & per ſe plenus eſt, & tam accuſativo jungitur, quam ſeptimo. Dicimus enim & *praeſtat illum*, &[84] *praeſtat illo.* [*Commiſſa* autem hic pro peccatis.]

136. POST MIHI NON SIMILI POENA COMMISSA LUETIS. Aut *non ſimili poena*, id eſt, non ea, qua Trojanos affeciſtis: aut certe *Mihi non*[85] *ſimili*, id eſt, non tam vehementer irato:[86] [aut pro *non impune* poſt hac: nunc enim nullam poenam ſentiunt, niſi forte objurgationis. LUETIS. Perſolvetis. Et hic ſermo a pecunia deſcendit: antiquorum enim poenae omnes pecuniariae fuerant.

137. MATURATE FUGAM. Cum maturitate, id eſt, cum tranquillitate diſcedite. Quo modo dicimus: *Matura iracundiam tuam*, id eſt,[87] mitiga: perniciosum enim Trojanis eſt, ſi[88] maturent fugam, hoc eſt, ſi accelerent. [Ergo *fugam* hic tantum diſceſſum accipiendum.]

138. SAEVUM. Vel magnum[89] [& potentem,][90] [ut ſuperius:] vel vere ſaevum in ventos, quia minatur. [TRIDENTEM. Ideo *Tridens* Neptuno adſignatur, quia mare a quibuſdam dicitur tertia pars mundi:[91] vel quia tria genera aquarum ſunt, maris, fluminum, fluviorum: quibus omnibus Neptunum praeeſſe nonnulli dicunt.]

139. SED MIHI SORTE DATUM.[92] [*Sorte* ideo ait: quia Juppiter, & Neptunus, & Dis pater, Saturni & Opis filii, cum de mundi[93] poſſeſſione certamen iniſſent, placuit ut imperium ſorte dividerent; ita effectum eſt, ut coelum Juppiter; maria Neptunus; Dis pater inferos ſortirentur.] SORTE. Ac ſi diceret, potuiſſe ſe etiam coelum tenere; [nec ſine ſuo arbitrio poſſe quemquam in ſuo regno habere poteſtatem:] Aeolum vero beneficio etiam carceris regna meruiſſe. IMMANIA. Aſpera: *Manum* enim antiqui bonum dicebant: unde & *mane* dicitur.[94] [Quid enim melius:] &[95] inde per Antiphraſim *manes*[96] inferi[97] vocati,[98] quia non ſunt boni.

VARIORUM.

134. ET TANTAS. *Audetis & tantas* Menag. prior.

135. QUOS

79 nam qui iraſcitur perturbatae mentis eſt Dan. quaſi iratae Fab. al. 80 deſunt L. Voſ. R. Steph. 81 deſunt Dan. Fab. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. 83 agit Commel. 84 ad XI. Aen. 438. videtur tertium caſum, & *praeſto illi* praeferre. niſi hic ita legendum eſt. BURM. 85 *ſimili poena luetis*, quamvis nullam poenam ſ. n. f. ob. Dan. 86 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 87 mitigare R. 88 maturarent R. Voſ. qui & accelerarent. forte, niſi maturent f. h. e. niſi accelerent. Servii explicationem contra Beroaldum defendere Sabinum lib. II. Succ. Lect. II. Nanſius notaverat. BURM. 89 deſunt omnibus: eſt enim ex Fuldenſ. 90 deſunt Fabr. al. 91 vide Munk. ad Fulgent. I. 3. pag. 37. diſtinguit Servius hic, neſcio quo auctore, *flumina* a *fluvile*, ſed ego vel fontium, vel ſtagnorum, vel ſimile quid diverſum a fluminibus requiri puto. BURM. 92 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 93 poſitione Dan. Fabr. *poſſeſſione* emendabat Demſter. in Etrur. Regali lib. I. 4. pag. 13. & ita edidit Commelinus. ſed una tantum editione uſus videtur Demſterus, ut ſaepe alii, qui emendant illa, quae in antiquis editionibus ſana ſunt. BURM. 94 deſunt Dan. quod enim Fuld. 95 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 96 deeſt Dan. 97 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 98 quod non ſint Dan.

Veſtras, Eure, domos. Illa ſe jactet in aula
Aeolus, & clauſo ventorum carcere regnet.
Sic ait, & dicto citius tumida aequora placat:
Conlectaſque fugat nubes, ſolemque reducit.
Cymothoë, ſimul & Triton adnixus, acuto

De-

SERVII.

140. VESTRAS, EURE, DOMOS. Iraſcentium eſt uti proprio nomine, ut Terentius Andr. I. II. 25. *Ego te in piſtrinum, Dave, dedam.* Aut quaſi contra principem tempeſtatis iraſcitur, quem primum conſtat egreſſum: [quia ſupra: *Una Eurusque Notusque ruunt.*] Quod autem dixit SAXA IMMANIA, VESTRAS [99] DOMOS: de Pſeudolo Plauti tractum eſt, ubi ait: [1] *Niſi forte carcerem tu aliquando effregiſti, veſtram domum.* [Et figurate *ſaxa, domos:* vario enim ſignificatu idem oſtenditur.] [2] [JACTET, pro glorietur: veluti I. Georg. 102. *Nullo tantum ſe Moeſia cultu Jactet:* & hoc ex accidenti ſumptum: nam *jactare* ad glorioſum [3] pertinet: quoniam qui ſunt in aliqua re glorioſiſſima, motu quodam & inceſſu corpus ſuum jactant.] AULA. Irriſio [4] eſt: ſequitur enim CARCERE: & nihil tam contrarium, ſi ſimpliciter intelligamus.

141. CLAUSO. Quia ventos [5] emittere non ipſius poteſtatis eſt, ſed jubentis. [Et hoc eſt, *foedere certo:* &: *Dare juſſus habenas.* VENTORUM. Non otioſe, ſed per exprobrationem, poterat enim dicere *veſtro*, ſed ut ſupra: *Meo ſine numine venti.*] CARCERE REGNET. Licet *carcer* ſit, tamen regnum eſt Aeoli: haec enim pro affectu poſſidentis intelligenda ſunt: ut alibi, cum de rure loqueretur I. Ecl. 70. *Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.* [6] [Et alibi IV. Georg. 132. *Regum aequabat opes animo.*] [Et bene regnum Aeoli cuſtodiam carceris dixit.]

142. DICTO CITIUS. Non antequam diceret: dixit enim: *Sic ait*; ſed citius quam dici poteſt. PLACAT. Sub poëtica licentia phyſicam quoque tangit rationem. Mare enim dicitur eſſe Neptunus, quem ſuperius dixit graviter commotum; quia tempeſtas erat. Nunc autem ait *placat*, quia jam ſedari coeperant maria.

143. COLLECTAS. Aut nunc collegit ac fugavit; aut ante a ventis collecta, fugavit, id eſt, reſolvit. [Colligere enim nubes dicitur coelum: ut IX. Ecl. 60. *Aut, ſi nox pluviam ne colligat ante veremur.*] [7] [SOLEMQUE REDUCIT. Per *Solem* ſerenitas intelligenda, quod ſuperius 89. dixit. *Eripiunt ſubito nubes coelumque diemque.* [Quis enim ignorat diem conſtare per Solem? & conſequens erat, ut fugatis nubibus Sol rediret.]

144. CYMOTHOE &c. Nomina deorum [8] marinorum plerumque de cauſſis [9] ficta ab elementis, quae numina dici voluere majores, ut: *Cymothoë*, id eſt, curſus fluctuum, [10] *ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα.* TRITON. [11] Deus marinus, Neptuni & Salatiae deae marinae filius, ab aqua ſalſa dictae. ADNIXUS. Antiquum eſt, ut *connixus*, quibus hodie non utimur. Dicimus enim *adniſus* & *conniſus:* [12] [ſed & multa alia uſus contra antiquitatem vindicavit. Illi enim *parſi* dicebant, nos dicimus *peperci*. Item nos dicimus *ſuſcepi*; illi autem *ſuccepi*, ut inf. 175. *Succepitque ignem foliis.*] [13] [ADNIXUS. Zeugma eſt, *adnixi* enim debuit dicere, ut paulo poſt 399. *Haud aliter, puppeſque tuae, pubeſque tuorum, Aut portum tenet:* Ergo [14] *adnixus* ad Tritonem tantum pertinet, qui Cymothoën juvat; aliis non videtur zeugma eſſe, quod *adnixus* non *connixus.*] [15] Ordo tamen eſt: Cymothoë ſimul ac Triton acuto

99 domos, ſaxa figurate *domos* dicit, de Dan. Steph. de Pſeudolo Plauti tranſlatum Fuld. hodie illa non leguntur in Pſeudolo, ſed alium locum ex Act. IV. VII. 76 *An ille unquam expugnavit carcerem, patriam tuam*, adſcripſerat Narſius, quem & ipſe adduxeram olim ad Val. Flac. I. 584. BURM. 1 niſi *carcerem* al. *effregeritis* Steph. Dan. Fabr. al. *niſi f. c.* al. *effregiſtis* L. R. Voſ. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Aula.* ſed Dan. ad *quoniam.* 3 non pertinet Dan. 4 eſt, quia ſequitur *carcere* Dan. 5 dimittere non ipſius eſt, ſed jubentis L. Voſ. R. Steph. al. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 7 deſunt iisdem & Fabr. al. 8 deeſt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 9 ſunt facta Fabr. al. 10 ὑπὸ Dan. 11 ſimilis deus Dan. 12 deſunt Dan. habet Faber. ſed ponit poſt *abreptas* n. 15. 13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad 145. Dan. ad *Ordo.* 14 *Obnixus* Dan. Fabr. 15 DETRUDUNT SCOPULO ab an. . . . ſcilicet in quas *Tris* &c. Dan. & etiam Faber. ſed ſine lacuna, ab ann. ſcilicet in quas *Tris Notus abreptas.*

Detrudunt navis ſcopulo. Levat ipſe tridenti:
Et vaſtas aperit Syrtis, & temperat aequor:
Atque rotis ſummas levibus perlabitur undas.
Ac, veluti magno in populo quum ſaepe coorta eſt

Se-

SERVII.

cuto detrudunt naves ſcopulo, ab aris, in quas *tris Notus abreptas in ſaxa latentia torquet.*]

145. LEVAT. Leves ac navigabiles facit, ut inf. 330. *Noſtrumque leves quaecumque laborem.* [16][Alii *levat*, laxat, ut: II. Aen. 146. *Atque arta levari Vincla jubet Priamus.*] [TRIDENTI. Autem pro, *tridente*, dativum pro ablativo.]

146. [17][APERIT. Ideo, quia, arenarum congerie impediente, praecluſae ad navigandum erant. Caeterum bis idem. Ergo immiſſo in eas mari aptas ad navigandum fecit. Sic Salluſtius fragm. incert. *Sed ubi tempore anni, mare claſſibus patefactum eſt.* TEMPERAT. Tranquillum facit. ATQUE ROTIS. Bene non moratur in deſcriptione currus, ut citius liberetur Aeneas.] Et ſcire debemus, prudenter Poëtam pro cauſſis vel tendere, vel corripere orationem: ut hoc loco periclitantibus Trojanis, tota celeritate dicit eſſe ſubventum: contra in V. libro, ubi nullum periculum eſt, latius deſcribit placantem maria Neptunum. Item in II. 322. quando imminet periculum, uno verſu ait: *Quo res ſumma loco, Panthu? quam prendimus arcem?* APERIT, oſtendit. TEMPERAT. Tranquillat, ſerenat.]

147. PERLABITUR UNDAS. Figura eſt: quod enim nos modo dicimus per praepoſitionem nomini copulatam [18] ſequente verbo, antiqui verſo ordine, praepoſitionem detractam nomini jungebant verbo, ita tamen, ut eſſet una pars orationis: & faciebant honeſtam elocutionem. Nos dicimus: *Per undas labitur:* illi dicebant: *Perlabitur undas.* Item, *per forum curro*, & *percurro forum.* Notandum plane quod plerumque accuſativum regit caſum, plerumque ad ablativum tranſit.

148. AC VELUTI MAGNO IN POPULO. Virgilius tempeſtati populi motum comparat. Tullius populo tempeſtatem, pro Milone cap. II. *Equidem caeteras tempeſtates & procellas in illis dumtaxat fluctibus concionum.* [Ita & Homerus ſeditioni tempeſtatem Iliad. B. 144. Κινήθη δ' ἀγορὴ, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης.] Ideo autem *magno* addidit, quia ubi frequens eſt populus, ibi & crebra ſeditio. [19][Et quidam *populum* totam civitatem, *vulgum* vero plebem ſignificari putant.] [20][SAEPE autem, ut fieri ſolet.]

VARIORUM.

135. QUOS EGO. *Quis* Bigotii a m. pr.

138. IMPERIUM PELAGI. *Pelagi imperium* Parrhaſ. in Leidenſi etiam uno pro varia lectione, *magnumque tridentem:* ex gloſſa. recte vero Neptunus, qui *dux ventorum* dicitur Stat. III. Theb. 433. & ideo invito Neptuno ſi Aeolus tempeſtates movet, ab eo in ordinem cogi debet. vide, quae ad Ovid. III. Amor. XVI. 27. diximus. BURM.

140. DOMOS. *Domus* Mentelii prior, Rottendorphius tertius. *ſe jactat* alter Hamburgenſis & Oudartii: & mox *regnat* alter Menagii & Hugenianus. *ſe jactare* explicuimus ad Ovid. IV. Triſt. III. 53. BURM.

142. DICTO CITIUS. *Citius dicto* Hamburgenſis prior. *timida* alter Menagii.

144. CYMOTHOE. *Cymothee* Francianus & excerpta noſtra. *Cymothe* duo libri.

145. LEVAT IPSE. *Levat atque* Hamburgenſis prior. *levat* erigit interpretatur Nonius. *levat ille* Dorvillii.

146. VASTAS. *Magnas* Cod. Graevii. vid. ſup. 55. *aperit* pro mitigat & placat capit Nonius. rectius navigabiles facit, ut Servius. ut *aperire pelagus* Val. Flacc. I. 7. & alii paſſim de illis, qui primi navigare inſtituerunt. & in Virgilii fere ſenſum lib. VII. Argon. 541. *Liberne freto jam vultus aperto, Utque prius totum ſileat mare?* BURM.

148. Ac,

16 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed hic ſequuntur illa, quae ad ℣. 146. *& ſcire* debemus, habet Servius. 17 deſunt L. V. R. Steph. Fab. al. ad ℣. 147. Dan. vero hic habet APERIT, oſtendit TEMPERAT &c. Fuldenſis vero poſt *Aeneas*, habet omiſſis mediis. at in V. ubi nullum periculum eſt, plenius & latius, & placantem maria Neptunum. ſic etiam in orationibus, quas pro cauſſis vel extendit vel contrahit, ut in ſec. libr. quando &c. 18 ſequenti L. R. Fuld. ſequentem Voſ. 19 ut quidam Fuld. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Digitized by Google

Seditio, ſaevitque animis ignobile volgus;
Jamque faces & ſaxa volant; furor arma miniſtrat:
Tum, pietate gravem ac meritis ſi forte virum quem

Con-

SERVII.

149. [SEDITIO. [21] *Seditio* eſt, ſicut Cicero ait, in de R. Publica: *diſſenſio civium.* Quod ſeorſim eunt alii ad alios, *ſeditio* dicitur.] ANIMIS IGNOBILE VULGUS. *Ignobile*, id eſt, ſtultum: ut contra nobilem animum, [22] prudentium dicimus. Ideo [23] etiam paulo poſt ait: *Arrectis auribus.* Sumſit enim tranſlationem ab animalibus, [24] [quae utique ſtultiora ſunt, [25] [ut Terentius And. V. IV. 30. *Arrige aures, Pamphile.*] VULGUS. Et [26] maſculini generis & neutri lectum: generis neutri hoc loco; alibi maſculini, ut I. Aen. 100. *In vulgum ambiguas.* Et hoc eſt artis, ut maſculino utamur: quia omnia nomina Latina in *us* exeuntia, [27] ſi neutra fuerint, tertiae declinationis ſunt, ut *pecus pecoris*; ſi autem ſecundae fuerint declinationis, [28] maſculina ſunt; *vulgi* [29] autem facit, non *vulgeris*, ut, *docti*, *clari*, *boni.* Uſurpatum tamen eſt neutrum genus, propter unum Graecum nomen, id eſt, *pelagus:* quamvis enim *pelagi* faciat, neutri tamen eſt generis.

150. [JAMQUE FACES ET SAXA VOLANT. Multi non *volant*, ſed *volunt*, inveniſſe ſe dicunt. Sed Cornutus, *verendum*, ait, *ne praepoſterum ſit faces velle, & ſic ſaxa; cum alibi maturius, & ex ordine dictum ſit: Arma velit poſcatque ſimul, rapiatque juventus.*] FUROR ARMA MINISTRAT. Sic alibi VII. 508. *Rimanti telum ira facit.* [30] [Sane ſumma velocitate ſenſus explicitus.]

151. GRAVEM. Venerabilem: unde & contemptibiles, leves dicimus: [vel pietate gravem, cujus illis auctoritas ob pietatem eſt gravis:] & bene ſervat circa hunc rhetoricam diffinitionem, cui dat & juſtitiam & peritiam dicendi, ut: *Tum pietate gravem:* &c: *Ille regit dictis animos.* Orator enim ita diffinitur: *Vir bonus, dicendi peritus.* QUEM. Id eſt, aliquem.

VARIORUM.

148. AC, VELUTI. *Magno* rectum & ſonorum. contra illos, qui epitheton ad ſeditionem referunt, & genus mutant. *Ac veluti magna in populo cum ſaepe coorta eſt Seditio.* FABRIC. *Et veluti* Sprotii & Bigotii, Moreti ſecundus & Montalbani. *populo in magno* Oudartii & Puget. *in magno populo* alius Heinſii, & Leid. unus. *in populo magno* Zulichem. *magna* Moreti ſec. & Montalb. fruſtra. vulgata ſola eſt ſana. & ita ſaepe ſcriptores alii. Florus I. 26. *Quum, ut in magno & in dies majore populo, interim pernicioſi cives exiſterent.* Horat. I. Sat. VI. 79.

Veſtem ſervoſque ſequentes
In magno ut populo, ſi qui vidiſſet.

ubi vide Bentlej. notas. *veluti magno populo* Hugenianus. *cum forte coorta* alter Hamburg. *Cohorta* Graevianus, Francianus & excerpta noſtra. *coacta* Oudartii. BURM.

149. SAEVITQUE. *Fervetque* Scholiaſtes Horatii Crucquian. lib. I. Od. I.

150. JAMQUE FACES ET SAXA VOLANT Freinſhemius ad illa Flori lib. III. cap. 21. *ſudeſque & ſaxa undique a moenibus ac tela jacerentur*, contendit ſcribi oportere, *Jamque ſudes & ſaxa volant.* quomodo noſter Aeneid. VII. 56. & Statius Theb. V. 362. *ſaxa ſudeſque ſubjectant trepidae.* ſed idem Statius Theb. VI. 536.

Hic mixta Lapitharum caede rotantur
Saxa, faces, aliique iterum crateres.

Lucan. lib. VIII. ℣. 512. de Praelio Pharſalico.

Inde ſagittae
Inde faces & ſaxa volant.

Valer. Flacc. lib. III. 95.

Hinc manus infelix clamore impellere magno,
Saxa faceſque atras.

Senec. Herc. Oetaeo 320:

Saxa jamdudum & faces
In te ferentur.

& poſtea, 871.

Saxa & incenſas faces
Jaculetur orbis.

HEINS:

21 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. diſſenſio civium ſecundum Ciceronem Dan. Fabr. 22 prudentem Fabr. quem ſequitur Maſvic. 23 autem Dan. unde etiam Fab. al. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *vulgus*. 25 deſunt etiam Dan. 26 Maſculi & neutri invenitur, ſed generis Dan. 27 ſi neutrius generis fuerint Dan. 28 Maſculina ſunt, ut *vulgus vulgi*, quomodo *doctus* uſurpatum &c. Dan. 29 ergo Fuld. 30 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad ℣. 155. Dan. ad 151.

Conſpexere, ſilent; adrectiſque auribus adſtant:
Iſte regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora poſtquam
Proſpiciens genitor, coeloque invectus aperto
Flectit equos, curruque volans dat lora ſecundo.

De-

SERVII.

152. ARRECTIS AURIBUS. Tranſlatio a mutis animalibus, quibus aures mobiles ſunt. An aures pro audiendi ſenſu poſuit, ſecutus Terentium, qui ait: *Arrige aures, Pamphile.* [31] [Quia imperito & ſtulto populo ſermonem facit, recte *arrectis auribus* dicit: & eſt proprium animalium.]

155. GENITOR. Venerabilis, ut VIII. 540. *Tybri pater.* Ergo hoc nomen & ad verum patrem pertinet, & ad honorem refertur. [Sane veteres omnes Deos *patres* dicebant.] CAELOQUE INVECTUS APERTO. Non per coelum vectus, ſed coelo jam ſereno vectus per maria.

156. [FLECTIT. [32] Quidam *flectit*, pro, regit accipiunt, ut interdum *torquet* in eodem ſignificatu ponit XII. 180. *Qui numine torques.*] CURRU. Non, ut quidam putant, pro, *currui* poſuit; nec eſt Apocope; ſed ratio artis antiquae: quia omnis nominativus pluralis regit genitivum ſingularem; & iſoſyllabus eſſe debet, ut *hae muſae, hujus muſae:* [33] *hi docti, hujus docti.* Item a genitivo ſingulari dativus regitur ſingularis, ut iſoſyllabus ſit: ut *hujus docti, huic docto.* Inde ergo eſt XII. 511. *Curruque abſciſſa duorum Suſpendit capita.* Et I. Georg. 208. *Libra die:* ne, [34] ſi *diei* feciſſet, major eſſet nominativo plurali. SECUNDO. Trojanis obſequenti: & tractus eſt ſermo a ſequentibus ſervis, id eſt, pediſſequis, [35] ſecundis. Unde & *ſecundam fortunam* dicimus, quod ſecundum nos eſt, id eſt, prope nos, [36] [a ſequendo.] [37] [Vel a ſimilitudine venti tractum eſt propitii, qui flat a tergo, ut III. 130. *Proſequitur ſurgens a puppi ventus euntes.*]

VARIORUM.

HEINS. *Jam faſces & ſaxa* Bigotii a manu prima. *jamque faces & tecta* ſecundus Hamburgenſis. & *tela* Zulichemius a manu prima.

151. GRAVEM AC MERITIS. *Gravem populi* alter Hamburgenſis.

152. AURIBUS ADSTANT. *Abſtant* in Montalbanio, quod non eſt de nihilo. *longius abſtare*, opponit τῷ *propius ſtare* Horatius in Arte Poëtica ỹ. 362. HEINS. *Erectiſque* Zulichemius & Leidenſ. pro diverſa lectione. *arreptiſque* quatuor.

154. CUNCTUS. *Omnis* ſecundus Moreti. ſed *cunctus* eſt apud Lutat. ad Stat. V. Theb. 709. *cecidit furor* Pugetianus. *pelagi cunctus* Bigot. BURM.

Ibid. AEQUORA. Heumannus Poeciles Tom. II. lib. III. pag. 369. *aequore* legit, quia ſupra 126. dixit *alto proſpiciens*. ſed non moramur talia contra ſcriptos & editos, unde nulla commodior ſententia exſurgit: revera enim jam Neptunus curru perlapſus undas, non proſpicit ex aequore, ſed ex curru proſpexit maria jam pacata. eodem modo ut I. Georg. 393.

Nec minus ex imbri ſoles & aperta ſerena
Proſpicere.

& paſſim apud Maronem, ex alto loco *proſpicere aliquid* occurrit, ut mox 181. *aſpiciens*, erat in Sprotiano. dubito etiam an recte interpretetur Servius *Genitorem*, quum ita dicantur dii rerum, quibus praeſunt. vid. ad Ovid. XI. Met. 202. ſic neque facile mutarem in Silio III. 126. *Bellorum genitor*, ut Mars ibi dicitur. & ita Neptunum *genitorem vocat* Sil. Ital XVIII. 286. magis conveniret Servii interpretatio ad ỹ. 237. ubi Venus Jovem *genitoris* nomine compellat. ut vero hic Servius producit locum Maronis *Thybri pater*, ita potuiſſet magis adpoſite laudare ex lib. VIII. 73. *Tuque, o Thybri, tuo genitor cum flumine ſancto.* & X. 221. iterum *Thybri pater* habet. *Jovem* vero *patrem* vocari nemo ignorat. Lucanus etiam ſimpliciter II. 59. *ſaeve parens.* BURM.

155 Cog-

31 deſunt etiam Dan. & Baſil. ſed habet Fabr. 32 torquet vel regit Dan. Fab. reliqua ignorant. ut & al. 33 *hic docti* L. 34 ſi *curru* & *diei* Fabr. 35 deeſt Dan. 36 deſunt L. V. R. Steph. 37 deſunt omnibus praeter Fabr. Baſil. & al.

Digitized by Google

Defeſſi Aeneadae, quae proxima, litora curſu
Contendunt petere, & Libyae vertuntur ad oras.
Eſt in ſeceſſu longo locus. Inſula portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.

Hinc

SERVII.

157. DEFESSI AENEADAE. Nunc Trojani, aliquando Romani, ut VIII. 648. *Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.* [38] [PROXIMA LITORA. Quia poſt periculum non eligitur litus, ſed quodcunque occurrerit occupatur.] CURSU. Aut ſecundum quod ſuperius diximus: *Proxima curſu*, id eſt, *curſui.* Aut contendunt curſu petere. Et eſt ſeptimus caſus. [Ut hic *curſu* de navibus, ita *iter* III. 507. *Unde iter Italiam*: & in V. 2. *Certus iter.* [39] Stationes etiam navium dicebant, quod eſt animalibus terreſtribus proprium.]

158. VERTUNTUR. [40] Scilicet a propoſito itinere; hoc eſt, ab Italia.

159. EST IN SECESSU LONGO. Topotheſia eſt, id eſt, fictus ſecundum poëticam licentiam locus. Ne autem [41] videretur penitus a veritate diſcedere, Hiſpanienſis Carthaginis [42] portum deſcripſit. [43] Caeterum hunc locum nuſquam in Africa eſſe conſtat, nec incongrue propter nominis ſimilitudinem poſuit: nam Topographia eſt rei verae deſcriptio. [44] [Hoc tamen ad Homeri imitationem feciſſe Virgilius videtur, qui portum Ithacae ſic deſcripſit Odyſſ. N. 96. Φόρκυνος δὲ τίς ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος Ἐν δήμῳ Ἰθάκης, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ Ἀκταὶ ἀποῤῥῶγες λιμένος ποτιπεπτηυῖαι, Αἵτ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα Ἔκτοθεν· ἔντοσθεν δὲ ἄνευ δεσμοῖο μένουσι Νῆες ἐΰσσελμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται. Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη, Ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον, ἠεροειδὲς, Ἱρὸν Νυμφάων, αἱ Νηϊάδες καλέονται. Ἐν δὲ κρητῆρές τε, καὶ ἀμφιφορῆες ἔασιν Λάϊνοι. Ἔνθα δ' ἔπειτα τιθαιβώσσουσι μέλισσαι.] SECESSU. Sinu ſecreto. LOCUS autem, ſubaudis, *quem*, ut ſuperius I. 12. *Urbs antiqua fuit.* Et ſciendum eſt, [45] quotiens praemittimus nomen cujuſlibet generis, & interpoſito pronomine ſequitur nomen alterius generis, [46] medium illud pronomen proprii nominis genus ſequitur, ut Salluſtius Catil. LV. *Eſt in carcere locus, quod Tullianum appellatur.* Ecce proprio junxit, non appellativo: *Tullianum* enim proprium eſt; *carcer*, appellativum. Si autem utraque nomina appellativa fuerint, licenter cui volumus reſpondemus. INSULA PORTUM EFFICIT. [47] [Hoc enim ſolummodo portus, quod illi inſula antepoſita eſt. Quem locum ſubaudimus, vel, in quo inſula portum efficit.]

161. INQUE SINUS SCINDIT SESE UNDA REDUCTOS. [48] [Dividit ſe unda in ſinus reductos,] id eſt, replicabiles. [*Inque ſinus* autem antiqua eſt locutio. Sic ipſe alibi IX. 288. *Inque ſalutatam linquo.* Cajus Memmius de Triumpho [49] Luculli IIII. *Inque luxurioſiſſimis Aſiae opidis conſediſſe*: & mox: *Inque Gallograeciam redierunt.*] GEMINI. Pares, ſimiles: [50] interdum & duos ſignificat, [51] [ut, *gemini fratres.*] MINANTUR. Eminent, ut IV. 88. *Minaſque Murorum ingentes.* Item II. 628. *Illa uſque minatur.* [52] [Et ita eſt, [53] ut, quae eminent, minari videantur.]

VARIORUM.

155. COELOQUE. *Coelo invectus* primus Moreti.

156. FLECTIT. *Flexit* tertius Mentelius a manu ſecunda. *flectat* Leidenſ. a manu prima.

157. AENEADAE. *Aeridae* Leidenſ. unus. *quae litora proxima* alter Hamb.

159. EST IN SECESSU. Vid. Macrob. V. Sat. 3. NANSIUS.

160. EFFICIT. Caeſar lib. III. Bel. Civ. 112. *haec inſula objecta Alexandriae portum efficit.* URSIN. *Objectum* Menag. alter.

Ibid. OMNIS. *Amnis* Hamburgenſis primus a manu ſecunda, & *ab alto ſcinditur* ſecundus.

161. SCIN-

38 deſunt L. V. R. Steph. al. 39 ſaltationes Fuld. 40 deeſt Steph. 41 videatur L. R. Voſ. Dan. 42 portus putatur eſſe Dan. portum deſcribit L. portum putatur deſcripſiſſe Fuld. 43 non eſt enim hic locus in Africa, ſed propter &c. Dan. 44 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 45 quia quoties R. L. Voſ. 46 melius Fuld. 47 deſunt L. R. Voſ. Steph. ultima, quem &c. habet Dan. Fabr. 48 deſunt R. Baſil. 49 Luciliano Fuld. lege, Luculliano. 50 alioqui Dan. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. 53 uſque eminente minari videatur * Dan. Fabr.

Digitized by Google

Hinc atque hinc vaſtae rupes, geminique minantur
In coelum ſcopuli: quorum ſub vertice late
Aequora tuta ſilent. Tum ſilvis ſcaena coruſcis
Deſuper, horrentique atrum nemus inminet umbra.
Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum:
Intus aquae dulces, vivoque ſedilia ſaxo;
Nympharum domus. Hîc feſſas non vincula navis
Ulla tenent: unco non adligat anchora morſu.

Huc

SERVII.

163. SUB VERTICE. Hoc eſt, circa radices montis, quae ad rectam lineam [54] ſuſpiciunt cacumen, id eſt, verticem.

164. [55] [AEQUORA TUTA SILENT. Tempeſtate defenſa, ideo ſilent.] TUM SYLVIS SCENA CORUSCIS. *Sylvis coruſcis*; hoc eſt, ſylvarum coruſcarum: id eſt, criſpantium, ut Juvenalis III. Sat. 254. *Longa coruſcat* [56] *Sarraco veniente abies.* Et poſuit ſeptimum pro genitivo, ut ſuperius: *Pulchra prole:* pro, prolis. [57] [CORUSCIS. Tremulis, vel umbrantibus, accipiunt.] SCENA. Id eſt, inumbratio. Et dicta ſcena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. Apud antiquos enim [60] theatralis ſcena parietem non habebat; ſed de frondibus umbracula quaerebant. [61] [Poſtea tabulata componere coeperunt in modum parietis.] [62] [*Scena* autem pars theatri adverſa ſpectantibus, in qua ſunt regia.

165. DESUPER. Pro, ſupra, praepoſitione contra rationem adjecta.] HORRENTI. *Horror* plerumque ad odium pertinet; plerumque ad venerationem, ut hoc loco: ſic Lucanus III. 411. *Arboribus ſuus horror ineſt.* [63] [Et v. 37. *Horridus in jaculis.*] ATRUM NEMUS. Tropus eſt: per atrum enim nigrum oſtendit, per nigrum umbroſum, per umbroſum denſum, id eſt, frondibus plenum.

167. VIVO. Naturali, ut III. 688. *Vivo praetervehor oſtia ſaxo.*

168. NYMPHARUM DOMUS. Aut verum dicit, & eſt hiſtoria: aut ad laudem pertinet loci. Talis inquit locus eſt, ut domus credatur eſſe Nympharum. HIC. Pro, illic, more ſuo.

169. [ANCHORA MORSU. Anchora dens ferreus eſt, ex Graeca Etymologia, quod quaſi hominis manus comprehendat ſcopulos, vel arenas. Nam manus Graece χεὶρ dicitur.] *Anchora morſu.* [64] Dente. Hoc nomen cum in Graeco, unde originem ducit, aſpirationem non habeat, in Latino aſpiratur; quod eſt contrarium: nam magis Graecorum eſt aſpiratio. Sed hoc in paucis nominibus invenitur. MORSU autem de anchoris bene dixit: cum alio loco inveniamus VI. 3. *Tum dente tenaci Anchora fundabat naves.*

VARIORUM.

161. SCINDIT SESE. *Seſe ſcidit unda* Sprotianus. nihil muta. vid. IV. Georg. 420. & Comment. Crucquianum Horatii lib. II. Od. 14. BURM.

Ibid. REDUCTOS. *Replicabiles* Servius, *replicatos* Ruaeus hic & IV. Georg. 420. quos ego non capio, & vellem planius expoſuiſſent. *reducti* ſinus ſunt, ut fere Turnebus, retro a mari verſus terram recedentes, & ſe terrae inſinuantes, ut *reducta vallis* Horat. I. Od. 17. BURM.

162. VASTAE. *Vaſtes* Mediceus. *rupes vaſtae* Pugetianus. *gemini* vero pro duobus Servius. & ſic Claud. III. Conſ. Honor. 153. *geminos fratres* non eodem partu editos, ſed duos dixit. *geminas turres* Lucan. III. 456. ſed tamen aliquam ſimilitudinem ſignificari hac voce notat Servius ad II. Aen. 203. & ſaepe alibi. *minantur* vero eſt eminent. vid. Serv. ad II. 628. & IV. 88. vid. ad Valer. Flac. III. 178. BURM.

163. LATE. *Lato* alter Rottendorphius.

164. SCE-

54 ſuſcipiunt L. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. 56 *ſarra conveniente* L. Voſ. R. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. 60 Theatri Dan. 61 deſunt Dan. 62 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Horrenti* ℣. 165. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 64 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. deinde, ἄγκυρα adſpirationem Fab. al.

Huc ſeptem Aeneas collectis navibus omni
Ex numero ſubit: ac magno telluris amore
Egreſſi optata potiuntur Troës arena,
Et ſale tabentis artus in litore ponunt.
Ac primum ſilici ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.

Tum

SERVII.

170. [HUC SEPTEM AENEAS COLLECTIS NAVIBUS OMNI. Quidam volunt hoc loco quaeſtionem naſci: Si favet Neptunus Trojanis, cur cum omnibus navibus ad Africam non pervenit Aeneas? Sed Neptunus, poſtquam ſenſit tempeſtatem commotam, potuit de periculo liberare Trojanos: ante facta vero mutare non potuit. Nam & Orontis navem cum omnibus ſociis ejus conſtat periiſſe: & ſimul libri oeconomia periſſet, ſi Aeneas cum omnibus navibus perveniſſet. Volunt autem ſeptem naves ita interim colligi, ut una Aeneas, ut tres de ſaxis a Cymothoë & Tritone, tres de Syrtibus, Neptuno Syrtes navigabiles faciente, liberatae ſint: reliquae tantum diſperſae ſunt, quas paulo poſt legimus ad Africae litus adpulſas. Novam tamen rem Naevius Bello Punico dicit, unam navem habuiſſe Aeneam, quam Mercurius fecerit.]

171. TELLURIS AMORE. Cujuſcumque [65] terrae poſt pericula: unde & ſuperius dixit: *Quae proxima littora curſu Contendunt.* Et paulo poſt infert: *Optata potiuntur Troës arena.* [Nam revera haec optata non erat eis, qui ad Italiam feſtinant. Et *arena* aut pro terra poſita eſt; aut & *arena* grata potuit eſſe poſt mare.] *Tellurem* autem pro terra poſuit, quum *Tellurem* ipſam deam dicamus: *terram* elementum; ut plerumque Vulcanum pro igne ponimus; Cererem pro frumento; Liberum pro vino.

172. ARENA. Quaeritur, habeat necne nomen hoc aſpirationem: & Varro ſic definit: *Si ab ariditate dicitur, non habet: ſi ab haerendo, ut in fabricis videmus, habet.* Melior tamen eſt [66] ſuperior etymologia.

173. SALE TABENTEIS. [67] [Id eſt, aut multa madefactos aſpergine, aut qui apud ſentinam laboraverint: nam ſupra ait 122. *Omnes accipiunt inimicum imbrem.* Sane marina aqua dicitur exeſſe & extenuare, ut caetera, ſic corpus humanum.] [68] [IN LITORE. Pro, in litus, ut VIII. Aeneid. 616. *Arma ſub adverſa poſuit radiantia quercu*, pro ſub adverſam quercum.]

174. AC PRIMUM SILICIS SCINTILLAM EXCUDIT ACHATES. Bene adjecit ſpeciem, quia in lapidibus certis invenitur ignis. [69] EXCUDIT autem eſt, feriendo efficit; quia *cudere* eſt ferire, unde & *incus* dicitur: quod illic aliquid cudamus, id eſt, feriamus, [70] [vel feriendo percudamus.] ACHATES. Alluſit ad nomen: nam *Achates* lapidis ſpecies eſt. Bene ergo ipſum dicit ignem [71] excudiſſe. [72] [Unde & Achatem [73] ejus comitem dixit. Lectum eſt enim in Naturali hiſtoria Plinii, quod ſi quis hunc lapidem in anulo habuerit, [74] [ad cuſtodiam ejus proficiat,] & [75] gratioſior eſſe videatur: vel ideo Achates Aeneae comes dicitur, quia ſollicitudo comes eſt regibus: ἄχος enim cura dicitur & ſollicitudo.]

175. SUCCEPIT. Pro, *ſuſcepit*, ut [76] diximus ſupra ỷ. 144.

176. [77] [NUTRIMENTA. Cicero de Oratore:

Et

65 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 66 deeſt Voſ. 67 Madefactos aſpergine L. Voſ. R. Mad. dicit aſpergine Dan. reliqua debentur Fuldenſi qui etiam elicit *ſupra* * 1. *multa* &c. 68 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 69 excudit, feriendo Dan. ejicit L. & R. ejecit Voſ. Steph. & ita Priſcian. pag. 889. Ed. Putſch. 70 deſunt Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. cudamus, id eſt fer. procudamus L. 71 excuſſiſſe L. R. Voſ. 72 deſunt Dan. ad ỷ. 175. 73 ei Steph. 74 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fab. al. 75 gratioſior ſit L. eſt R. Voſ. cetera deſunt iiſdem. hoc autem nuſquam legi apud Plinium, ſed de Jaſpide dici docet Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 92. BURM. 76 dictum eſt Fuld. 77 legitur in Oratore cap. XIII. *ſed quod educata hujus nutrimentis eloquentia, ipſa ſe poſtea colorat & roborat.* forte *educta* ſcripſerat Cicero, ut pro *educata* Terentius & alii paſſim utuntur hoc verbo. debentur vero haec Fuldenſi. BURM.

Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma

Ex-

SERVII.

Et qui deducta hujus nutrimenta eloquentia ipſa ſe poſtea toleravit.] RAPUITQUE IN FOMITE FLAMMAM. Pene [78] ſoloecophanes eſt: nam cum mutationem [79] verbum ſignificet, ablativo uſus eſt: ſed hoc ſolvit, [80] aut antiqua circa communes praepoſitiones licentia, ut eſt I. Georg. 441. *Conditus in nubem.* Et contra II. 401. *Nota conduntur in alvo.* Item inf. 295. *Saeva ſedens ſuper arma.* Et VI. 203. *Gemina ſuper arbore ſidunt.* Cicero: *Quod ille in capite ab hoſtium duce acceperat.* [81] Item: *Et ſi fortes fueritis in eo,* [82] *quem nemo ſit auſus defendere.* Aut RAPUIT, raptim fecit flammam in fomite, id eſt, celeriter. [83] [Et mire *rapuit:* opus eſt enim velocitate ad tale miniſterium. Sane *fomites* ſunt aſſulae, [84] quae arboribus cadurit, quando inciduntur, quod foveant ignem. Clodius ſcribit, Commentariorum IIII. [85] *Se ex arboribus fomenta excidiſſe* *. Item alio loco, *Aſſulae ambuſtae, ligna excavata a fungis nomine accepto.*

177. CEREREM. Metonymia, pro frumento.] CORRUPTAM UNDIS. [86] Aqua emollitam. CEREALIAQUE ARMA. Fugiens vilia, ad generalitatem [87] tranſiit, [*Arma* enim generaliter omnium rerum inſtrumenta dicuntur; ubi reponuntur, *armaria* dicta ſunt: Ergo hic propter carminis dignitatem refugiens vilia, rem vilem, quae ad omnia inſtrumenta pertinet, id eſt, *arma*,] auxit honeſtate ſermonis, ut alibi, ne lucernam diceret, ait I. Georg. 391. *Teſta cum ardente videret Scintillare oleum.* Et ſciendum eſt, judice Euphonia, dici *Cerealia*, vel *Cerialia: Typhoëa*, vel *Typhoia: Caeſareanus* vel *Caeſarianus.* In his ergo licentia derivationis eſt.

VARIORUM.

164. SCENA. *Scaena* Mediceus aliique praeſtantiores: quomodo & in ſaxis vetuſtis paſſim, quamvis a σκηνὴ deducitur. HEINS. *Stat ſilvis umbra* Hamburgenſis primus.

165. IMMINET. *Eminet* Pugetianus.

166. FRONTE. *Fronde* Graevianus.

168. NAVES. *Navis* Priſcianus legebat, quod & ſcriptorum nonnulli confirmant. HEINS. *Hinc feſſas* Menagius primus.

169. ANCHORA. *Aequora* alter Rottendorphius.

171. SUBIT. *Subiit* Parrhaſ. *& magno* Bigot. Moret. quart. *at magno* tert. Mentel.

172. POTIUNTUR TROES. *Troës potiuntur* fragm. Moreti, Voſſian. & Dorvillian.

174. SILICIS. *Silici* cum ſcriptis melioribus, Mediceo videlicet & Menteliano priore & Gudiano. quod utique longe elegantius vulgato. protulit & ex vetuſto Donati commentariorum codice, & ex Aruſiano Meſſio Pierius. Aruſianum audi. *Excudit huic.* Virgil. Aen. I. *Silici ſcintillas excudit Achates. Excuſſus hac re.* Virgil. Aen. VII. *quin etiam patria excuſſos. Adde exemplum ex* Georg. I. 133. *Ut ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.* Etſi τὸ *venis* tam ad *abſtruſum*, quam ad *excuderet* illic poteſt referri. Perperam. Priſcianus libr. X. *Silicis* agnoſcit, & Eutyches libro II. quorum codices opinor eſſe mendoſos. male etiam in nonnullis codicibus *excuſſit.* *Excudit* agnoſcit & interpretatur Priſcianus, prolatis eam in rem Servii verbis. ſic apud Avienum deſcriptione orbis 1223.

Pars gentis rutilos Phoebi quae ſpectat in ortus
Saxa habitat; ſaxis excudit narciſſiten: mox 1321.
Nec minus & baccas alii, prope marmora curvis
Excudunt conchis.

ſic & verſu 1311. apud eundem ſcribe,

Pars ſubit abrupti ſola ceſpitis, aurea ut illic
Terrarum in latebris excudant caute metalla.

nam ita liber manu exaratus, quo Mediolani uſus ſum. Sidonius lib. II. Ep. 9. *Vapor undae ferventis aſpergine flammatis ſilicibus excuditur.* apud Columellam lib. VIII. cap. 5. *magis edendis quam excudendis oris utiles ſunt.* ita vetus codex S. Germani: ſic & Plinius ſaepe in epiſtolis. ut autem *hic ſilici excudere*, ita apud Perſ. Satyr. IV. *Seriolae veteri metuens deradere limum.* ita elegantius vetuſtus codex Bibliothecae Leidenſis, quam *veteris*,

vel

78 Solyzophanis L. R. 79 verbi Fuld. 80 deeſt Dan. 81 item in principio libri tertii Verrinarum Fabr. eſt in lib. I. princ. ut nunc numerantur. 82 *ſupra* * *quendam nemo* Fuld. 83 deſunt L. R. Voſ. Steph. ad *corruptam* ỳ. 177. Dan. & Fabr. ad *ſane.* 84 quae ab a. c. q. caeduntur Salmaſ. Ex. Plin. p. 127. quod a. a. c. quando incenduntur Fabr. vid. & Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 326. 85 *fomenta taleae excisae ex arboribus* Fuld. *ſe ex arboribus fomenta* &c. Fabr. *fomenta exc.* * Dan. deinde, item alibi. 86 undis emollitam Dan. 87 tranſit propter carm. dignitatem, & rem vilem auxit &c. R. L. Voſ. Steph. al. tranſit, quae ad omnia inſtrumenta pertinent, id eſt arma propter carminis dignitatem, & rem &c. Fabr.

Expediunt feſſi rerum; frugeſque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

180 Ac-

SERVII.

178. Expediunt. Adhibent, vel parant. [Nigidius de hominum Naturalibus IIII. *Omnis enim ars materia inventa, circa quam verſetur, ferramenta, vaſa, inſtrumentum, armamenta* [88] *quae f. q. primum comparat, per quae opera ſua efficere poſſit.*] Fessi rerum. Hoc eſt, penuria fatigati, [id eſt, eſurientes, quod fere labores fames ſubſequitur.] Et fessus generale eſt: [89] dicimus enim & *feſſus animo*, [90] [incertus conſilii,] ut VIII. 232. *Ter feſſus valle reſedit:* & *feſſus corpore*, [91] quod magis eſt proprium. Et *feſſus rerum* a fortuna venientium, ut hoc loco. Epitheta enim nunquam vacant: ſed aut ad augmentum, aut ad diminutionem, aut ad diſcretionem ponuntur. Fruges. Generaliter omnes *fruges* dicuntur: & errant qui diſcernunt *frumenta* a *frugibus*: nam Cicero ait III. Verr. 7. *Olei & frugum minutarum*: quum de leguminibus diceret, ut oſtenderet etiam *frumenta fruges* vocari. *Frugum* autem nomen tractum eſt a *frumine*, id eſt, [92] eminente ſub mento gutturis parte. Receptas. Liberatas [93] [de periculo,] ut VI. 111. *Medioque ex hoſte recepi*, [id eſt, liberavi.]

179. Et torrere parant flammis et frangere saxo. Multi [94] Hyſteron proteron putant, non reſpicientes ſuperiora: quia dixit *undis* Cererem eſſe corruptam, quam neceſſe fuerat ante ſiccari. [95] Qui tamen etiam contra hoc illo ſe tuentur exemplo I. Georg. 267. *Nunc torrete igni fruges, nunc frangite ſaxo.* Et volunt etiam hic Hyſteron proteron eſſe, quod falſum eſt: nam & [96] hodie ſiccari ante fruges, & ſic frangi videmus. Et quia apud majores noſtros molarum uſus non erat, frumenta torrebant, & ea in pilas miſſa [97] pinſebant: & hoc erat genus molendi: unde & pinſores dicti ſunt, qui nunc piſtores vocantur. Pinſere autem dici Perſius probat, ut I. Sat. 72. [98] *A tergo quem nulla ciconia pinſit.* [Quidam ne ὕστερον πρότερον ſit, alios torrere, alios frangere, accipiunt. Accius Troadibus: [99] *Nocturna ſaxo fruges franges torridas.* Sane his verſibus: *Tum Cererem corruptam undis.* Et: *torrere parant flammis & frangere ſaxo*, jus Pontificum latenter attingit. Flamines autem farinam fermentatam contingere non licebat. Cum autem dicit, *Cererem corruptam undis, Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo*; quid aliud oſtendit, quam mox eos ſine fermento panem coxiſſe, qui omnes fruges corruptas protulerant? non autem exſpectaſſe eos fermentum, docet illo verſu: *Tum victu revocant vires.*]

VARIORUM.

vel *veterem*, quod alii agnoſcunt. HEINS. *At primum* Excerpta noſtra & Edit. Juntina. *Hinc* unus Heinſii. *excuſſit* Ed. Venet. *Excudere ex coralliis varia geſtamina* Solinus cap. II. ut recte Salmaſius caſtigat pag. 90. *ſilicis* etiam Dorvillian. vid. Heinſ. ad Ovid. III. Amor. v. 34. BURM.

175. Suscepit. *Succepit* alter Mentelianus & Ed. Mediol. vid. Serv. ſupr. ad ꝟ. 144. *& arida* prior Menagianus.

176. In fomite. *Ex fomite* Oudartii, & Leidenſ. & Hamburgenſis prior. pro varia lectione. *a fomite* primus Moreti. *flammas* Leidenſis a manu ſecunda, Parrhaſ. & Excerpta noſtra. Virgilium hic imitatum Theocrit. Idyl. XXII. 33. & auctorem Hymni in Mercur. ꝟ. 110. cenſebat Cl. Dorvillius. BURM.

177. Corruptam. *Correptam* Excerpta noſtra.

178. Fessi rerum. Vid. ad Valer. Flacc. III. 369.

Ibid. Fruges. Vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 208.

179. Et torrere. *Extorrere* Zulichemius & Hamburgenſis prior. vid. I. Georg. 267. non eſſe Hyſteron proteron oſtendit etiam Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 232.

181. La-

88 forte, quae faber quamprimum. Maſvic. edidit *f. q.* ſed Fuldenſ. *f. q.* cui tota haec nota debetur, praeterquam quod prima verba: *adhibent vel parant*, etiam Dan. & Fabr. habeant. 89 omnes enim feſſi animo, ut L. dicimus enim & feſſus rerum a fortuna R. media alia manu erant in margine. 90 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 91 hoc magis eſt Voſ. 92 ab eminente Steph. Fabr. ſub mento deeſt Dan. 93 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fab. al. male vero, *recepit & liberavit* iidem & al. habent. ſed L. *recepi & liberavi.* ſed (id eſt liberavit) deſunt Fabr. & al. 94 Hyſteroproteron L. iſteroproteron Voſ. R. & ita mox iterum, niſi quod R. Hyſteroproteron. 95 qui tamen contra hoc illo utuntur Dan. 96 hodieque Voſ. L. R. 97 pinſabant R. pinſibant L. 98 at ego quem L. 99 *nocturnam* * *ſaxo* Fuld.

Aeneas ſcopulum interea conſcendit, & omnem
Proſpectum late pelago petit; Anthea ſi quem
Jactatum vento videat, Phrygiaſque biremis,
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caïci.

Na-

SERVII.

180. AENEAS. Merita perſonarum vilibus officiis intereſſe non debent: quod bene obſervat ubique Virgilius, ut in hoc loco. Item in ſexto, cum diverſis officiis Trojanos diceret occupatos, ait ℣. 9. *At pius Aeneas arces quibus altus Apollo Praeſidet.* Niſi cum cauſſa pietatis [1] intervenerit, ut ad ſepeliendum ſocios miſcendo ſe operi alios hortetur VI. 185. *Nec non Aeneas opera inter talia primus Hortatur ſocios, paribuſque accingitur armis.* SCOPULUM. Id eſt, ſpeculam. Et quando ſpeculationem ſignificamus, generis eſt foeminini: ut III. 239. *Specula Miſenus ab alta.* *Speculum* autem, in quo nos intuemur, generis eſt neutri, ut Juvenalis II. Sat. 103. *Speculum civilis ſarcina belli:* [2] [quod Graece ἔνοπτρον.]

181. LATE PETIT. In quantum poteſt. PELAGO. In pelagus, ut I. 6. *Inferretque deos Latio.* ANTEA SI QUEM. [3] Aut ordo eſt: Aſcendit ſcopulum requiſiturus Antea, Capyn, Caïcum, ſi quem videat. [4] Et eſt uſus hoc genere [5] locutionis, quo & Terentius, qui dixit Andr. I. I. 28. *Quod plerique omnes faciunt.* [6] [Atqui nihil tam contrarium: *Omnes* enim generale eſt: *Plerique* ſpeciale. Ordo ergo eſt: *Quod omnes*] *faciunt adoleſcentuli, ut animum ad aliquod ſtudium adjungant, plerique equos alere, plerique canes.* Aut certe *quem* vacat, ut ſuperius ad ℣. 18. diximus, iſtas particulas frequenter vacare, ut ipſe Virgilius X. 861: *Rhoebe diu, res ſi qua diu mortalibus ulla eſt:* nemo dicit, *ſi qua ulla*, ſed, *ſi ulla.* Vacat ergo *qua.* Item in Lucillio: *Ecquem Pamphilum quaeris: quem* vacat: nam de uno loquebatur. [7] [Ergo *ſi quem videat*, pro *ſi videat*, poſuit; cui contrarium ponebant veteres *nullum: Si quem vidiſti; nullum vidi*, pro non vidi. Sane legitur & *ſi qua*, ut ſit, ſi qua ratione.]

182. PHRYGIAS. Trojanas: Troja enim Phrygiae provincia eſt: dicta autem ab Aeſopi filia, Phrygia nomine. [Et veriſimile eſt, Aeneam de omni illa provincia ſocios habere potuiſſe. In ſecundo enim ait ℣. 799. *Undique convenere, animis opibuſque parati.*] BIREMES. Naves habentes remorum ordinem geminum, ut alibi V. 119. *Triplici pubes quam Dardana verſu* [8] *Impellunt.* [Quidam tamen *biremes* ad ſuum tempus volunt dixiſſe Virgilium, negantes Trojis temporibus biremes fuiſſe. Varro enim ait, poſt aliquot annos inventas biremes.]

183. IN PUPPIBUS ARMA CAICI. Quia navigantium militum mos eſt, in puppibus arma religare: alibi X. 80. *Pacem orare manu, praefigere puppibus arma.* [9] [Fiebatque ſigni gratia: aut *arma* pro navalibus armamentis, ut V. 15. *Colligere arma jubet.*]

VARIORUM.

181. LATE PELAGO. *Pelago late* ſecundus Moreti & unus Heinſii, & Dorvill.

Ibid. ANTHEA. *Antea*, a proprio Ἀντεύς. aliter enim numerus non conſtat, ut Horat. Epod. XI. I. *Petti, nihil me, ſicut antea, juvat.* in ſequenti dictione diverſitas inter veteres. Servius legit, *ſi quem*, aitque eſſe vetus παρέλκον, quo utantur Lucilius & Terentius. ex Chariſio conſtat, quoſdam legere, *ſi quâ*, pro, ſi quo in loco. ego a Servio nolui hoc loco diſcedere. FABRIC. *Anthea* libri potiores, addita aſpiratione, ab ἀνθεῖν Ἀνθεύς. & ſic Chariſius agnoſcit. Adi notas libr. XII. 442. Praeter hoc, *ſi qua*, non *ſi quem* in nonnullis. ſed noſtri omnes eunt in contraria, excepto Gudiano, quamquam Cariſius teſtatur in nonnullis exemplaribus, *ſi qua* ſua tempeſtate fuiſſe lectum HEINS. Vide ad Ovid. I. Amor. XIII. 39. & infr. II. Aeneid. 81. *ſi qua* Serv. ad X. 792. quod praefert Corradus. *ſi quam ſororem* dixit inf. 326. BURM.

183. CAYCI. *Caici*, non *Cayci* codices noſtri. a

Caico,

1 intervenit Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. 2 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 3 deeſt Dan. Fabr. 4 & hoc ſit ut honeſtior fuerit locutio, ut Terentius, qui Dan. 5 elocutionis R. Voſ. L. Steph. Fab. al. 6 deſunt Dan. 7 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ad *Biremes.* Dan. & Fab. ad 182. 8 *impulit* Fuld. & Maſv. 9 militum eſt puppibus Fab. Dan. Baſil. eſt mos puppibus L. R. Voſ. Steph.

Navem in conſpectu nullam. Tris litore cervos
Proſpicit errantis: hos tota armenta ſequuntur
A tergo, & longum per vallis paſcitur agmen.
Conſtitit hîc, arcumque manu celeriſque ſagittas

SERVII.

184. Cervos. *Cervi* dicti ſunt *ἀπὸ τῶν κεράτων*, id eſt, a cornibus. Sciendum autem eſt, etiam Latina nomina Graecam plerumque etymologiam recipere. [10] [Sed cervi non ſunt in ea parte Africae, id eſt, in provincia proconſulari, ad quam venit Aeneas:] aut fictum ergo eſt ſecundum poëticum morem: aut ob hoc dictum, quia heroicis temporibus ubique omnia naſcebantur per ſe, ut IV. Ecl. 39. *Omnis feret omnia tellus.* [Aut poſſunt tunc fuiſſe; ſed, ut multis aliis locis, variae mutationes factae: licet quidam *cervos* pro quacumque fera dictos accipiant: quia poſt ait 215. *Implentur veteris Bacchi pinguiſque ferinae.* Nam male quidam eos de vicinis inſulis transfretaſſe tradunt, & ideo *errantes*, quod in ignotis locis eſſent.] Prospicit errantes. Paſcentes, ut ipſe II. Ecl. 21. *Mille meae Siculis errant in montibus agnae:* re vera enim, dum paſcuntur, vagantur. [11] Et in ſeptimo 491. de *cervo: Errabat ſylvis* [12] [Et alibi, cum de columbis diceret VI. 199. *Paſcentes illae tantum prodire volando.*]

185. Tota. [13] Inter *totum* & *omne* hoc intereſt; quod *totum* dicimus unius corporis plenitudinem; *omne* de univerſis dicimus: ut puta: *Totum auditorium habet ſcholaſticos*, hoc eſt, plenum eſt auditorium ſcholaſticis: *omne auditorium habet ſcholaſticos*, id eſt, omnia auditoria. Uſurpant tamen poëtae, & iſta confundunt, ut hoc loco *tota* pro omnibus poſuit, ut eſt II. 750. *Omnemque reverti Per Trojam.* Statius I. Th. 81. *Et totos in poenam ordire nepotes*, id eſt, omnes. Plerique derivationem [14] ducunt ab eo, quod eſt *tot*, *totus*: ut ab eo, quod eſt *quot*, *quotus*. Sed illud notandum, quod in derivatione mutat plerumque naturam: nam cum *tot*, naturaliter brevis ſit, *totus* producitur, *quotus* vero ſecundum originem ſuam brevis [15] *remanet.* [Armenta. Videtur nove de cervis dixiſſe, cum *armenta* proprie boum ſint, vel equorum, vel caeterorum, quibus in armis utimur.]

186. Agmen. *Agmen* proprie dicitur ordinata multitudo, ut eſt ambulantis exercitus: neque enim in [16] uno loco ſtans, *agmen* vocatur: aut ſi inventum fuerit, [17] uſurpatum eſt: unde bene adjecit Longum, ut incedentium oſtenderet ſignificationem.

187. Constitit. *Con* ſecundum naturam brevis eſt ſemper, excepto quum *f* litera, vel *ſ* ſequitur: tunc enim tantum producitur, ſicut [18] in *ſyllaba*, *inſula*, *infula.* [19] [Hic. Pro, tunc, aut pro ibi.]

VARIORUM.

Caico, Myſiae flumine. Eſt enim ſolemne Poëtis mutuari virorum nomina a montibus fluviiſque, quorum plenus inter alios eſt Silius Italicus. *Caici* etiam Probus in Grammatica hic agnoſcit, & Marius Victorinus de metris; nam apud Diomedem *Cayci*. HEINS.

184. Navem. *Navim* Editio Juntarum, quomodo & Mentelianus prior, Gudianus, primus Moretanus cum aliis quatuor aut quinque noſtrorum. diximus ℣. 120. nec ineleganter Hamburgenſis Eccleſiae alter, *Navium in conſpectu nullam*, qualia non pauca apud Maronem occurrunt. HEINS.

185. Prospicit. *Aſpicit* Pugetianus.

Ibid. Hos tota. Ita Schol. Statii ad I. Theb. 81. ſic hemiſtichium idem eſt lib. XII. 219.

10 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 11 alii dicunt, quod Cervi non ſunt in ea parte Africae, ſed fictum eſſe ajunt. Quidam cervos pro quacunque fera accipiunt. nam cervi non ſunt &c. Dan. Fabr. ſed cervi non ſunt in provincia proconſulari L. Voſ. R. Steph. al. nunc Proconſulari Fuld. 12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 13 *Totum* differt ab *omni*. *Totum* eſt unius corporis plenitudo, ut *totum auditorium*, id eſt integrum auditorium. *omne* de univerſis dicitur, ut *omne auditorium*, id eſt univerſa auditoria. Ergo hic *tota* omnia ſignificat, & contra *omne* aliquando pro toto ponitur, ut *omnemque* &c. Fabr. al. vide Barth. ad Stat. III. Theb. 309. 14 dicunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 15 permanet Fuld. mox forte, quibus in armis utimur. 16 in uno ſtant Voſ. 17 uſurpativum Fabr. 18 *in* ſyllaba, ut *inſula*, *infula* L. Voſ. R. Fabr. al. recte credo: nam exempla, quae dat, hoc oſtendunt in ſyllaba *in*, non *con*. *Infula* Fab. 19 deſunt L. R. Voſ. Steph.

Conripuit; fidus quae tela gerebat Achates;
Ductoreſque ipſos primum, capita alta ferentis
Cornibus arboreis, ſternit; tum volgus: & omnem
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius abſiſtit, quam ſeptem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerum cum navibus aequet.
Hinc

SERVII.

188. CONRIPUIT. Aut de pharetra *corripuit*, ut eſt VI. 290. *Corripit hic ſubita trepidus formidine ferrum*. Aut [20] *corripuit* ab [21] Achate: [& quomodo ab Achate, quem apud ignem occupatum dixit?] ſed eum ſecutum eſſe per ſilentium intelligamus, ut illo loco VI. 34. *Ni jam praemiſſus Achates Afforet*. Item VII. 123. *Nunc repeto, Anchiſes fatorum arcana reliquit*. GEREBAT. Aut tunc: aut quae gerere conſueverat.

190. CORNIBUS ARBOREIS. Aut ſubaudi *cum*, ut illo loco IV. Georg. 484. *Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis*: id eſt, cum vento: aut certe ſecundum ſupradictam figuram, *Cornibus arboreis*, pro *cornuum arboreorum*: Melius tamen eſt, ut CUM [22] ſubaudias. TUM VULGUS. Bene *vulgus*, ductoribus interemptis. [Ennius: *Avium vulgus*, & *haſtarum*, id eſt, multitudinem & haſtarum & avium.]

191. MISCET. Perturbat, [23] [circumagit, inſequitur.] FRONDEA pro frondoſa poſuit. [24] Plerumque enim, dum varietati declinationis ſtudent poëtae, mutant proprietatem: nam *frondeum* eſt totum de frondibus, [25] ut *torus*; *Frondoſus* vero eſt [26] lucus, qui frondes habet: licet enim abundet frondibus, non tamen eſt de frondibus totus, [27] ut *ſaxeus* & *ſaxoſus*. [TURBAM. Multitudinem. Cicero in Verrinis: *Videt in turba Verrem*. Plautus in Amphitruone Act. I. Sc. I. *Deinde utrique Imperatores in medium exeunt extra turbam ordinum*.] QUAM SEPTEM. Bene definivit numerum: [28] neceſſitatis enim eſt haec venatio, non voluptatis, in qua plura requiruntur. [Nec enim conveniebat, ſociis diverſis modis laborantibus, voluptati operam dare.] VICTOR. Hoc loco poſiti effector, ut eſt III. Georg. 114. *Atque rotis inſiſtere victor*.

193. FUNDAT HUMI. Per humum. Et eſt adverbialiter poſitum, ut II. 380. *Preſſit humi nitens*: id eſt, per humum. CUM NAVIBUS. [29] Cacephaton in ſermone: quod fit, ſi particulam *Cum n* litera ſequatur. [30] [Notandum ſane eſt, quod non omnia perſequitur, neque enim indicat, quo delati ſint cervi.]

VARIORUM.

Qui nemori imperitet, quem tota armenta ſequantur.

Corradus ait alios legere *tot armenta*, pro multa. vel conjicit *totus*, quod non capio, & ſuſpicor operarum lapſum eſſe. BURM.

186. ET LONGUM. *Et* deeſt Bigotiano. *& valles per longum* Menagius prior.

188. QUAE TELA. *Quae & tela* Menagianus prior.

193. FUNDAT HUMI. *Humo* Mediceus, Gudianus, Moretanus primus, & prior Mentelianus, ſed a manu ſecunda. & Rottend. primus, & alii duo aut tres, cum Moreti fragmento. quod & ipſum Nonius Marcellus in *fundere* agnoſcit, & Donatus de Barbariſmo, quamquam noſter lib. V. 77.

Libans Carcheſia Baccho
Fundit humi. HEINS.

Vide ad Ovid. IV. Met. 121. & Val. Flac. I. 710. ubi Carrio *humo* defendit. *fundit* & *aequat* Hamburgenſis prior. nonnulli, *fundit* & *aequet*, aut *fundat* & *aequat*. *aequat* mihi placet cum Diomede, ut apud Phaedr. I. 8. *abſtuleris & mercedem*

20 *corripit* Fuldenſ. deeſt omnibus aliis. 21 Achate, ut eum ſecutum &c. omnes. nam media debentur Fuldenſi. 22 ſubaudiatur Dan. 23 deſunt Dan. 24 ſaepe Dan. 25 ut *truncus* Fabr. 26 locus, licet enim abundet L. R. Voſſ. Steph. al. locus qui fr. h. licet enim locus, qui frondes habet, abundet Dan. 27 ut *ſaxoſus*, *ſaxeus* Dan. ut, deeſt Fabr. 28 neceſſitas enim eſt hic ven. Baſil. 29 Cacenfaton L. R. 30 deſunt L. R. Voſſ. Steph.

Hinc portum petit, & ſocios partitur in omnis.
Vina, bonus quae deinde cadis onerarat Aceſtes
Litore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros,
Dividit, & dictis maerentia pectora mulcet:
O ſocii, (neque enim ignari ſumus ante malorum)

O

SERVII.

194. HINC. Pro, inde, vel poſt. Abutitur enim [31] adverbio, more ſuo. PARTITUR. Salluſtius ait: *Provincias inter ſe partiverant:* nam & *partio* & *partior* dicimus: [32] [& eſt verbum de his, quae, cum utramque recipiant declinationem, pro [33] noſtra tamen voluntate, activae ſunt ſignificationis: ut, *punio*, *punior*; *fabrico*, *fabricor*; [34] *labo*, *labor*: quamquam tentaverit. [35] Probus facere differentiam inter activam paſſivamque ſignificationem, ut dicamus: *tondeo alterum*, *tondeor ab altero*; ſed hoc in aliis verbis dicere non poſſumus, ut *fabrico*, *fabricor*, *paſco*, *paſcor*: nam legimus I. Ec. 55. *Florem depaſta ſalicti*: & III. Georg. 314. *Paſcuntur vero dumos.* Sunt autem alia verba, quae activae ſignificationis declinationiſque ſunt, ut *caedo*: ſunt, quae paſſivae, ut *caedor*. Invenimus tamen activam declinationem habere paſſivam ſignificationem, ut, *vapulo*; & contra, declinationem paſſivam activam habere ſignificationem, ut *loquor*. Haec [36] ergo caute ab aequalibus ſegreganda ſunt verbis.]

195. VINA BONUS QUAE DEINDE CADIS ONERARAT ACESTES. [37] Ordo eſt: Deinde vina heros dividit, quae bonus Aceſtes Trinacrio litore cadis oneravit, & abeuntibus dederat. [BONUS autem hic largus vel liberalis. Sane etiam Aeneam bonum pro laude appellat, ut in v. 770. *Quos bonus Aeneas dictis ſolatur amicis.* *Bonum* etiam pro forti dicit Salluſtius fragm. incert. *Sane bonus ea tempeſtate contra pericula & ambitionem.* Item Catilin. cap. XXXIII. *Sed libertatem, quam nemo bonus niſi cum anima ſimul amittit.*] BONUS. Bonus civis, & bonus largitor. DEINDE. Una ſyllaba tollitur, metri cauſa.

196. TRINACRIO. Graecum eſt, [38] propter tria ἄκρα, id eſt, promontoria, Lilybaeum, Pachynum, Pelorum. Latine autem *Triquetra* dicitur. [Sane Philoſtephanus περὶ τῆς νήσου, ſine *r* litera *Trinaciam* appellat: Ὅτι Τρίνακος αὐτῆς πρῶτος ἐβασίλευσεν.] HEROS. Vir fortis, ſemideus, plus ab homine habens, ut ait Heſiodus [39] Ἔργ. 158. [Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι.]

197. [DICTIS MOERENTIA. Bene ante epulas & hortatur ſocios & ſolatur.]

198. O SOCII. Ordo eſt: O ſocii, revocate animos. Bene autem *ſocios* dixit, ut ſe eis [40] exaequaret. [Quidam *ſocios*, pro, remiges accipiunt; ſed illi *ſocii navales* appellantur.] IGNARI. Pro, immemores. Et eſt Acyrologia. *Ignarus* enim eſt, qui ignorat: *immemor* vero, qui oblitus eſt. ANTE MALORUM. Τρῶν [41] [id eſt, antiquorum malorum,] ut alibi II. Georg. 157. *Caeli ſubterlabentia ſigna.* [42] [*Ante* enim hic ad ſolam pertinet conjunctionem, & plenitudinem verſus.] [Et totus hic locus de Naevio belli Punici lib. tranſlatus eſt.]

VARIORUM.

dem poſtulas, ubi vid. *meritum cum navibus* primus Moreti. BURM.

Ibid. NUMERUM CUM. Barlandus Cacephaton ponit in repetitione *um*, non in *m*, ſequente *n*.

195. VINA, BONUS. *Deinde bonus quae vina*, habet Hugenianus. & ita Ruaeus volebat legi, ſed trajectionem potius obſervandam eſſe monet Heumannus. *litore Tenario* Zulichemius. ſed *c* erat ſuperſcriptum. *abeuntibus illis* Bigotii.

198. O

31 adverbiis L. Voſ. R. 32 deſunt Dan. ad ℣. 195. 33 noſtra vol. ac. tamen ſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 34 *labero*, *laberor* Baſil. *lavo lavor* Voſ. Steph. 35 in Catholico pag. 1483. 36 deeſt L. ergo ab eqtib. ſegr. L. ab illis caute ſegreganda R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 37 ordo eſt, vina deinde partitur, quae Aceſtes dedit L. Voſ. R. Steph. Dan. Baſil. reliqua vero ignorant ad ℣. 196. Edd. vero multae *dederat*, habent. 38 quod tria ἄκρα habeat Dan. promunctoria Voſ. R. promuntoria L. 39 Graeca deſunt L. R. Voſ. 40 aequaret Fab. al. 41 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 42 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. ſed Fabr. habet: ultima vero Fuldenſis.

O paſſi graviora; dabit deus his quoque finem.
Vos & Scyllaeam rabiem penituſque ſonantis
Adceſtis ſcopulos: vos & Cyclopia ſaxa
Experti. Revocate animos, maeſtumque timorem

Mit-

SERVII.

199. O PASSI GRA. Arte magna utitur: vult enim eos meminiſſe graviſſimorum, ut praeſentia facilius tolerent. Et bene graviora dicit eſſe transacta, [ut de praeſenti eos naufragio conſoletur, &] ut futura oſtendat eſſe leviora. HIS QUOQUE. Scilicet ſicut & gravioribus.

200. [VOS. Vos certe eſtis.] SCYLLAEAM RABIEM. [43] Exempla pro negotiorum qualitate ſumere debemus: ut hoc loco, in marinis periculis ponit peractae tempeſtatis exempla. [RABIEM autem ſecundum antiquos dictam nonnulli adſerunt: nam *rabiam* dici adfirmant.] PENITUSQUE SONANTES Ac. SCO. [44] Id eſt, valde: & aut *valde ſonantes*; aut *valde acceſſiſtis*: juxta. Et bene ait *acceſſiſtis*: non enim paſſi ſunt haec pericula; ſed his fuere vicini. [*Acceſtis* autem, pro *acceſſiſtis* dictum per ſyncopen: quae fit, cum de media parte verbi ſyllaba ſubducitur.]

201. CYCLOPEA. Aut quae Cyclops in Ulyſſem jecit: aut certe Siciliam dixit, [45] [quae plurimis locis ſaxoſa promontoria habet,] in qua Cyclopes [46] habitaverunt, ut ipſe III. 643. *Centum alii curva haec habitant ad littora vulgo Infandi Cyclopes.* Poſſumus tamen & Aetnam accipere, [47] [quae propria Cyclopum fuit:] nam & ipſe in tertio ait ỳ. 583. *Nocte illa tecti ſylvis immania monſtra Perferimus.* [48] [Quidam tamen haec ſaxa inter Catanam & Tauromenium, in modum metarum, ſitu naturali dicunt eſſe, quae *Cyclopea* appellantur, quorum medium, & eminentiſſimum Galate dicitur.]

202. [REVOCATE ANIMOS. [50] Quos remiſiſtis, reſumite, hoc eſt, animo praeſenti eſtote.] MOESTUMQUE TIMOREM. Quod moeſtos & ſollicitos faciat: ut, *mors pallida*, & *triſtis ſenectus*.

VARIORUM.

198. O SOCII. Vide Macrob. V. Sat. II. NANSIUS.

Ibid. NEQUE ENIM IGNARI. *Neque ignari* Moreti ſec. *ſumus ante malorum ignari* Zulichem. *ſumus ignari* Voſſ. & *paſſi* Rottendorphius primus.

200. ET SCYLLAEAM. *Ad Scyllaeam* Rottendorphius primus. male. vid. ad lib. III. 292.

201. SCOPULOS. *Sonantis acceſtis ſcopulis* primus Moretanus.

Ibid. ET CYCLOPEA SAXA. Giſanius Indice Lucretiano ait ſe inveniſſe, *Cycopleïa ſaxa*, in omnibus ſcriptis, idque approbat. ego malim *Cyclopia*: nam a Κυκλώπειος *Cyclopius* & *Cyclopeus* deducitur; ſed in altero tertia ſyllaba corripitur, in altero producitur. Silius Ital. lib. XIV. 514.

Fleverunt freta, fleverunt Cyclopia ſaxa.

& mox 530. —— *Vultus in ira*
Semper & ad caedes Cyclopia mente libido.

& ỳ. 33.

Poſt dirum Antiphatae ſceptrum & Cyclopia regna.

Apud Claudian. I. de Rapt. Proſ. 98. *Cyclopia tela*, quibus locis pari modo peccatur, ſed libri vetuſtiores *Cyclopia* illic. hoc loco nonnulli *Cyclopeia* proxime verum. ſic *Conopium* & *Conopeum* a Κωνωπεῖον. apud Propertium lib. III. El. IX. 45. lege,

Foedaque Tarpejo Conopia tendere ſaxo.

& apud Horat. Ep. IX.

Sol adſpicit Conopium.

Producitur apud Juvenal. Sat. VI. 80.

Ut teſtudineo tibi, Lentule, Conopeo.

ſic quae Graecis Αἰγιαλεῖα antiquitus dicta Peloponneſus in Plinii vetuſtis codicibus & Chronici Euſebiani, nunc *Aegialia*, nunc *Aegialea*. *Cydonia* cornua & *Cydonea* apud Poëtas. ſic ab Ἀντιοχεῖα *Antiochia* & *Antiochea* Priſcian. Periegeſi.

Hic etenim Antiochus nomen dedit Antiocheae.

Venantius Fortunatus,

Urbs vel Alexandri, aut Antiocheus ager.

ab Ἀλεξάνδρεια, *Alexandria*, & *Alexandrea*, quae vox

43 deſunt L. Voſ. R. Steph. 44 id eſt valde, aut valde ſonantes acceſſiſtis, id eſt juxta. & bene &c. L. R. Voſ. id eſt *valde ſonantes aut valde acceſſiſtis*. id eſt juxta. & bene Steph. Dan. id eſt *valde ſonantes acceſtis* pro *acceſſiſtis*, aut valde acceſſiſtis, id eſt &c. Baſil. & Fabr. niſi quod ille, pro acceſſiſtis per Synecdochen, pro Syncopen habeat. 45 deſunt L. R. Voſ. Steph. 46 habuerunt Fab. 47 deſunt L. R. Voſ. Steph. 48 deſunt eiſdem. Tauroenium Fuld. 50 id eſt reſumite, reliquis omiſſis quae Fuldenſi debentur Dan. Fabr. ſed ignorant hanc notam Mſſ. & Edd. aliae.

Digitized by Google

Mittite. Forſan & haec olim meminiſſe juvabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum,
Tendimus in Latium: ſedes ubi fata quietas
Oſtendunt. Illic fas regna reſurgere Trojae.

Du-

SERVII.

203. MITTITE. Pro, omittite. [Et bene, qui praemiſerat *revocate*, addit *mittite*.] Eſt autem tropus Aphaereſis, quomodo *temnere* pro *contemnere*. FORSAN. *Forſan*, [51] *forſis*, *fortaſſis*, *forſitan*, *forte*, *fors*, omnia haec unum ſignificant, ſed varie pro metri ratione ponuntur: [52] [ut XI. 50. *Fors & vota facit*: & II. Aen. 506. *Forſitan & Priami fuerint quae fata requiras*.] [Dicitur tamen & *fortaſſe*, ut Terentius Eun. V. IX. 31. *Tu fortaſſe quae hic facta ſunt neſcis*.] OLIM. Modo temporis futuri eſt. MEMINISSE. *Memini* & genitivum regit & accuſativum. Dicimus enim & *memini malorum*, & *memini mala*, & juſta ratione: nam memoriae oblivio contraria [53] eſt. Et *obliviſcor* ſimiliter & genitivum regit & accuſativum, ut *Obliviſcere caedis, atque incendiorum*: & : *Obliviſcor injurias* [54] *tuas, o Clodi*. Sic Tullius Cicero. JUVABIT. [Sicut: *Num priorum meminiſſe juvat*,] [55] & multi *juvabit*, non delectabit, ſed uſus erit, tradunt; eſt autem futuri temporis. Sane hujus verbi praeteritum perfectum anomalum eſt: nam cum primae conjugationis verba tempore perfecto, aut in *avi* exeant, ut *amavi*: aut in *ui* ſolutam, ut *tonui*: [56] hoc verbum *juvat*, neque *juvavi*, neque *juvui*, ſed *juvi*, ut Lucanus IX. 200. *Juvit ſumpta ducem, juvit dimiſſa poteſtas.*

204. PER VARIOS CASUS. Argumentum [57] a compenſatione, [& bene dicendo *caſus*, & *diſcrimina* praeterita attenuat, neque enim ait *pericula*. RERUM autem poteſt ſalvo ſenſu omitti.] SEDES UBI FATA QUIETAS. Non vacat, quod adjecit *quietas*: habuit enim [58] ſedes & in Thracia, ſed portentoſas; & in Creta, ſed peſtilentes; & ideo non quietas. [*Fata* autem quidam hic Deorum reſponſa accipiunt.]

206. ILLIC FAS REGNA RESURGERE TROJAE. Figura etiam ante dicta, qua per contrarium aliquid intelligimus. Dicendo enim *illic fas*, oſtendit alibi nefas, ut occurreret cogitationi ſociorum, ne fatigati tot malis quaſcumque requirerent ſedes; quod etiam in quinto factum eſt, navibus incenſis. [59] [Bene autem *regna Trojae* dixit, non *Trojam*, quam amiſerant.]

VARIORUM.

vox apud Horatium & Propertium occurrit penultima producta: ita enim ſcribendum etiam apud A. Gellium in optimis exemplaribus lib. XV. cap. 7. *Laodicia*, *Antiochia*, *Apamia*, pro *Laodicea* &c. in Chronico Euſebiano Olymp. CXIX. Κασσανδρεῖα. *Caſſandria* & *Caſſandrea*. Ἀκαδήμεια, *Academia* & *Academea*. Laurea Tullius apud Plin.

Atque Academeae celebratam nomine villam.

non *Academiae*, quod nunc legitur. in veteri nummo Octaviani Auguſti, CAESAREA AUGUSTA & ALEXANDREA in numiſmate argenteo. ſic & *Heraclea* & *Mantinea*. Memnon *Tithoneus* Feſto Avieno deſcriptione Orbis, qui aliis *Tithonius* eſt, *Atlantius* & *Atlanteus* apud eumdem 395.

Nunc tibi & Europae fabor latus. haec ubi terras
Intrat Atlantei vis aequoris, accipit ortum.

ita ſcribendum, ubi nunc legitur *Intrant Atlanti*. vide Voſſ. Artis Gramm. II. 33. Catullus *Dionius* dixit a *Diona*, ut *albulus columbulus Dionius*; ſic a Diana *Dianius* apud Ovid. V. Faſt. 141.

Exagitant & Lar & turba Diania fures.

HEINS.

51 deeſt L. R. Voſ. Steph. *forſit* vel *forſet* Fabr. ſed alii *forſan*, quod in textu eſt, non repetunt. *Fortaſſe*, *fors*, ut *Fors & vota facit* Dan. ſed omnia haec &c. & *fors* unum ſignif. L. R. Voſ. Steph. Fab. & al. 52 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. ad *olim*. 53 eſt, & *obliviſcor injuriam* &c. Voſſ. omiſſis reliquis. alii Ciceronis nomen praeponunt. alii, ut Fabr. bis eadem dant, ut *obliviſcor incendiorum*, & *obliviſcor injurias has*. Item Cicero *obliviſcere caedis* &c. ut *obliviſcor inj. t. o. i. tuas*, item. Cicero *obliviſcor injurias tuas, o Clodi*. Baſil. v. Cl. Drak. ad Liv. V. V. §. 8. 54 *tuas Clodia* L. R. *tuas velodia* Voſ. vid. ad II. Aen 148. 55 Futuri temporis eſt. Hujus autem verbi &c. L. Voſ. R. Steph. al. alii non delectabit. ſed uſus erit tradunt. Eſt autem f. t. Dan. Fabr. qui *autem* ignorat. 56 hoc verbum neque *juvavi*, neque *ivi*, ſed *juvi* L. Voſ. neque in *avi* facit, neque in *vi*. ſed *uvi*, ut *juvi* Steph. Dan. 57 per comparationem Fuld. 58 ſedes & in Thracia & in Creta, ſed non quietas L. R. Voſ. Steph. ultima, Fata &c. deſunt. 59 deſunt L. R. Voſ. Steph.

Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis.
Talia voce refert: curiſque ingentibus aeger
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.
Illi ſe praedae accingunt, dapibuſque futuris:
Tergora deripiunt coſtis, & viſcera nudant.

Pars

SERVII.

207. DURATE. Duri eſtote ad ſuſtinendos labores. Sic Horatius I. Od. 14. [60] *Vix durare poſſunt imperioſius aequor*. VOSMET. *Met*, πάρελκον eſt. Sciendum autem eſt, has particulas *met*, [61] *piam*, *pte*, *te*, ut *egomet*, *quiſpiam*, *ſuopte*, *tute*, & ſimilia, ornatus cauſſa poni. [62] Sunt enim adverbia: quicquid enim ab illis ſeptem receſſerit partibus, adverbium ſit neceſſe eſt. Item quemadmodum probamus adverbia eſſe, quia dicimus *docte facio*, [63] [*docte feci*,] *docte feciſti*; & mutato verbo remanet adverbium: ergo, [64] ſi ſic & in iſtis [65] particulis invenimus, ut *egomet*, [66] *noſmet*, ut mutatis caſibus, vel perſonis, [67] eaedem permaneant, adverbia ſine dubio ſunt. Nulla enim alia pars orationis hoc admittit. Notandum ſane, quod hae particulae plerumque [68] vim & naturam ſuam habent, non ſyllabarum: Nam cum *Te* & *Met* longae ſint, *tutemet* dactylus invenitur: nec poſſumus harum partium naturam diſcutere: quia ſub regulis non ſunt.

208. VOCE REFERT. Pleonaſmos eſt, qui fit, quotiens adduntur ſuperflua, ut alibi IV. 359. *Vocemque his auribus hauſi*. Terentius Adelp. III. 2. *His oculis egomet vidi*. CURIS. *Cura* ab eo dicta, quod cor urat. Denique paulo poſt ait: *Premit altum corde dolorem*. AEGER. *Aeger* eſt & triſtis, & male valens; *aegrotus* autem, ſive *aegrotans*, [69] tantummodo male valens.

209. SPEM. Laetitiam, [70] [ut IV. 477. *Spem fronte ſerenat*:] & eſt crebra apud Virgilium figura, quae fit, quoties ſignificatur ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur; nam ſpem laetitia ſequitur: ſpes vero vultu non videtur, ſed laetitia. Haec autem figura & verſa vice fit: ut intelligamus ab eo, quod ſequitur, id quod praecedit: ut V. Aen. 70. *Meritaeque expectent praemia palmae*. *Palmam* pro virtute poſuit, [71] quae praemium meretur, id eſt, palmam.

210. PRAEDAE. Ad praedam, ut ſup. 6. *Inferretque deos Latio*. ACCINGUNT. Studioſe parant, ut alibi II. 235. *Accingunt operi*. *Accinctos* enim induſtrios dicimus, ut Horatius I. Sat. V. 5. [72] *Altius ac nos praecincti ſumus*. Sicut contra negligentes, *diſcinctos* vocamus, ut VIII. 724. *Diſcinctos Mulciber Afros*. [73] [Et Horatius Epod. I. *Quod aut avarus, ut Chremes, terra premam; Diſcinctus aut perdam, ut nepos*: ut Graece εὔζωνοι, expediti dicuntur.] DAPIBUSQUE FUTURIS. Ambitioſe dixit, quod ſint cervi dapes futurae.

211. TERGORA. [74] *Tergus*, *tergoris*; unde & *tergora*, corium ſignificat; *tergum*; vero *tergi*, ut *templum templi*, dorſum ſignificat, ut Salluſtius fragm. incert. *Scilicet quia tergis abſtinetur*. *Tergus* vero *tergora*. [75] [Sed hoc a veteribus confundebatur, ut inf. 368. *Taurino quantum poſſent circumdare tergo*.] [Item in IX. 763. *Ingerit haſtas In tergus*. Quidam mox detracta coria *pelles*, diu ſubacta autem & jam medicata *coria* appellanda tradunt.] VISCERA NUDANT. *Viſcera* non tantum inteſtina dicimus, ſed quicquid ſub corio eſt, ut: *In Albano Latinis viſceratio dabatur*, id eſt, caro. Eſt autem [76] nominativus *hoc viſcus*, *hujus viſce-*

60 *ſic durare* L. 61 *piam*, *te* ut *e. q. tute* L. R. Voſ. Steph. Dan. *piam pte*, ut *e. q. ſuopte*, *tute met*. Fabr. al. 62 ſunt autem L. Voſ. R. Dan. 63 deſunt L. 64 ſic ſic L. ergo ſic Baſil. 65 partibus L. 66 *voſmet* L. 67 cum eadem particula remaneat Fabr. al. eadem permaneant L. R. Voſ. Steph. Dan. 68 ſuam vim & naturam Fabr. al. plerumque ſuam naturam h. L. Voſ. R. Steph. Dan. 69 tantum male Dan. tantummodo valens Voſ. 70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. *ſerenat* ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. nam &c. Dan. 71 deſunt L. Voſ. R. quae primum meretur, & palmam mox accipit Steph. Dan. quae praemium meretur & palmam L. Voſ. R. 72 *Altius at nunc praecinctis unum* L. *Altius at nunc praecincti* Voſ. *Altius ac non unum praecinctis* R. *Altius canos praecingitis* Fuld. mox *diſtinctos* bis habet L. 73 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 74 *Tergus tergoris* corium ſignificat, *tergum* vero *tergi* dorſum ſignificat, ut Dan. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 nominativus ſingularis L. Voſ. R. Steph.

Pars in fruſta ſecant, veribuſque trementia figunt:
Litore aëna locant alii, flammaſque miniſtrant.
Tum victu revocant vires: fuſique per herbam
Inplentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinae.

Poſt-

SERVII.

ſceris, ut Lucretius I. 837. *Viſcus gigni* [77] *ſanguenque creari. Sanguen* autem ideo dixit, quia [78] *ſanguinis* facit, ut *carmen carminis*. Si enim *ſanguis* diceret, par [79] eſſet nominativus genitivo, ut *anguis*, *pinguis*.

212. [Pars in frusta secant. Figurate, ut IV. 405. *Pars grandia trudunt*.] Veribus. [80] [A nominativo *veru*.] Ecce, nomen de his, quae [81] numero ſingulari indeclinabilia ſunt, ut *veru*, *cornu*, *genu*. Trementia. Palpitantia adhuc.

213. Litore. Pro, in litore. Ahena locant. Quibus utebantur non ad elixandas carnes, ſed ad ſe lavandos. Heroicis enim temporibus carne non veſcebantur elixa. Huic autem nomini majores aſpirationem dabant, nam [82] *ahena* dicebant. [83] [Sane *aëna* abſolute dixit, [84] [ſicut Graece χάλκεια,] ut VII. 463. *Coſtis undantis aëni*: Et VI. 218. *Aëna undantia flammis*: quidam autem *aënum* ſpeciem vaſis; non utique *aënei* tradunt, ut, Nevius: *aëneus*, *plumbeus*.]

214. Tum victu. [85] *Tum*, id eſt, vel poſtquam ſe laverunt; vel poſtquam cibum paraverunt. Victu. Cibo: unde & *convictores* dicimus, ut Horatius I Sat. VI. 49. *Non quia* [86] *ſim tibi Mecaenas convictor*. Nam *convivae*, [87] a *convivio* dicuntur. [Revocant vires. Bene cibo dixit vires reductas, quia ſupra dixerat: *Feſſi rerum*, hoc eſt, fame & labore fatigati.] Fusi. Polyſemus ſermo eſt: ſignificat enim & [88] diſcumbentes, [ut hoc loco, & fugatos & occiſos: Sane juxta temporis ſui morem hoc loco diſcumbentes inducit: nam olim ſedentes veſci conſueverant, ut ipſe meminit VIII. 176. *Gramineoque viros locat ipſe ſedili*: Et VII. 176. *Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis*.]

215. Implentur. *Impleor* duos caſus regit: dicimus enim, *impleor illius rei*, ut Cicero III. Verr. 12. *Squaloris plenus ac pulveris*. Et Terentius Eun. I. II. 25. *Plenus rimarum ſum*. Et *impleor illa re*, ut hoc loco: & alibi V. 311. *Plenamque ſagittis Threiciis*. Et Juvenalis I. Sat. 32. *Lectica* [89] *Mathonis Plena ipſo*. Ferina. *Feras* dicimus, aut quod omni corpore feruntur; aut quod naturali utuntur libertate, & pro deſiderio ſuo feruntur. [90] [Sane veteres] prope omnes quadrupedes *feras* dicebant, ut II. 51. *Inque feri curvam compagibus alvum Contorſit*. [Et XI. 571. *Armentalis equae mammis & lacte ferino*.]

VARIORUM.

HEINS. *Cyclopea* Nonius in *experiri*. *Cyclopeia* Ed. Mediol. Dorvill. & Ed. Venet. perpetua eſt illa variatio in his derivatis. ſic *Caucaſeus* & *Caucaſius* V. Ecl. 42. *Elyſeus* & *Elyſius* I. Georg 38. *Romulius* & *Romuleus* Serv. ad III. Georg. 503. ſed an *Cyclopeus* poſſet penultima brevi efferri, dubito. licet *Pelopeus* ita putet poni a Senec. Thyeſt. 641. Gronovius. BURM.

202. Animos. *Animum* ſecundus Moretanus.

207. Durate. *Durare* & *ſervare* unus Heinſii.

209. Altum corde. *Alto corde* Rottendorphianus primus & alter Hamburgenſis. HEINS. Et Pugetianus. & Leidenſ. unus. ſic Ovidius II. Met. 622. *gemitus alto de corde petitos*. vid. ad Liv. IX. VII. 3. BURM.

210. Illi se. *Accingunt ſeſe praedae* Pugetianus.

Ibid.

77 *ſanguinemque*, bis L. 78 quia *ſanguen*, *ſanguinis* L. 79 eſſet genitivus L. Voſ. R. 80 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 81 in numero L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 82 *haena* L. R. *henea* Voſ. 83 deſunt R. L. Voſ. Steph. al ad ℣. 214. 84 deſunt Dan. Fabr. χάλκεια Fuld. 85 poſtquam ſe laverunt L. R. Voſ. Steph. al. & deſunt reliqua. 86 *ſum* Dan. Steph. Fabr. *Maecenas tibi ſim* in Horatio legitur. 87 forte, *a convivendo*. ut notum eſt ex Cicerone de Seneƈt 13. 88 diſcumbentes, nam olim ſedentes veſci conſueverant, reliquis omiſſis ad ℣. 215. Fabr. qui addit, & fugatos & occiſos. ſed L. R. Voſ. Steph. & al. habent, diſcumbentes, ut hoc loco, & fugatos & occiſos, reliqua debentur Fuldenſi. 89 *Albonis* L. *lecticam Albonis* Voſ. R. infr. ad ℣. 460. melius genitivo jungi ait. vide quae diximus ad Quinctil. de inſt. Orat. IX. 3. pag. 799. BURM. 90 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ad ℣. 216. Dan. & Fabr. omittunt, *ſane veteres*. & deinde non habent, *Et armentalis &c.*

Poſtquam exemta fames epulis, menſaeque remotae,
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt;
Spemque metumque inter dubii: ſeu vivere credant,
Sive extrema pati, nec jam exaudire vocatos.

220 Prae-

SERVII.

216. POSTQUAM EXEMPTA FAMES. Caute in moeſtitia cibis famem exemptam dicit, id eſt, fugatam, [91] non ad affluentiam quaeſitam. [92] [Homerus Iliad. A. 469. *Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.*] MENSAEQUE REMOTAE. Quia apud majores ipſas apponebant menſas pro diſcis: unde eſt VIII. 283. *Et menſae grata ſecundae.* Duas enim habebant menſas; unam carnis, alteram pomorum. [Sane aliquando inducit luxurioſas epulas inf. 723. *Poſtquam prima quies epulis, menſaeque remotae.*] AMISSOS. Non re vera, ſed ut illo tempore putabant.

218. [SPEMQUE METUMQUE. *Spes* bonorum, *metus* malorum; & ideo ſubjunxit: *Seu vivere credant, Sive extrema pati.* Et hoc loco *ſeu*, pro utrumne. Et quidam commodius diſtingui putant: *Spemque metumque inter*, & ſic ſubjungunt: *Dubii ſeu vivere credant.*]

219. EXAUDIRE VOCATOS. Aut ſubaudimus deos, & quaſi conqueſtio eſt, quod non [93] flectantur precibus. [94] [Aut quod illi mortui ſint: aut a pereuntibus vocatos, non exaudire.] Aut certe hoc dicit: non ſolum periſſe eos, ſed nec ſepulturam habere ad quam vocentur. Novimus enim quod mortuorum umbrae ad ſepulchra vocabantur, ut eſt III. 303. *Maneſque vocabat Hectoreum ad tumulum.* Et eſt figura, ab eo quod praecedit, id quod ſequitur: quia poſt facta ſepulchra manes vocantur, [ut in tertio 67. *Animamque ſepulcro Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.* Poſt nomen enim defuncti tertio vocatum, dicebatur *vale, vale, vale*: Aut certe in ea parte ſitos, ut nec vocati exaudiant: quia fuit & alius mos, ut eos, qui in aliena terra periſſent, vocarent, ut eſt: *Et magna manes ter voce vocavi.*]

VARIORUM.

Ibid. DIRIPIUNT. *Deripiunt*, non *diripiunt* bene codex ſecundus ex Rottendorphianis. Monitum Aeneid. X. 473. & ita Giſanius Ind. Lucret. in *deripere.* caeteri, quod mireris, mendoſe *diripiunt.* etiam Nonius in *Tergora.* HEINS. Diſtinguere mallem *praedae accingunt, dapibuſque futuris tergora deripiunt coſtis* &c. ut tergora dapibus, id eſt, ut inde dapes parentur, deripiant. BURM.

212. VERIBUSQUE. Vid. ad lib. V. 103.

213. FLAMMASQUE. *Flammiſque* Hugenianus. quod dictum eſſet, ut *velis miniſtrare* & ſimilia. vid. lib. VI. Aen. 302. & quae diximus ad Valer. Flac. III. 38. *litoreque aena* Montalbani. BURM.

214. VIRES. *Animos* Sprotianus: ex ỷ. 202. repetitum. *per herbas* unus Heinſii. *renovant* Voſſian.

215. PINGUISQUE FERINAE. In ſecundo Moretano ſubjungitur proxime *munere*, addita gloſſa, *Hemiſtichium.* ut ſit unus ex iis verſibus, quos imperfectos Maro reliquit. *τὸ munere* occupat locum integri verſus.

—— pinguiſque ferinae
Munere.

ſed nihil eſt mutandum: amat nimirum caſus ſecundos Maro: ſic XII. 280. *Nec veterum memini laetorve malorum.* Appoſite Statius III. Theb. 472.

Addere conſilium volucreſque implere futuri.

Achill. II. 247.

Mittitur Haemoniam, magni qui Pelea facti
Impleat.

quod minime mutandum. Livius lib. XXV. *brevi tempore totam Siciliam implevit nominis ſui.* Producit hunc Maronianum locum Aruſianus Meſſius, ubi *implere* cum ſecundo nonnunquam caſu conjungi docet. producit & Cariſius & Nonius Marcellus eam in rem. apud Lucret. V. 1161. *Ararum compleverit urbes.* apud Plautum Menaech. I. V. 3. *implevit me flagitii & formidinis.* HEINS. *Farinae* Rottendorf. primus: *ferinae* ſcilicet carnis. vid.

91 non affluentiam L. Voſ. non adfluentia R. 92 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 93 flectuntur Dan. 94 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ſed Dan. & Fabr. habent priora aut quod illi mortui ſint. reliqua adſuta ex Fuldenſi. ſed *pereuntibus* ſuſpectum eſt. forte *a praetereuntibus*, qui ſolebant tumulos praetereuntes manes vocare Turneb. XXVI. Adv. 23. explicat, illos non vivere, quia mortuis nullus audiendi ſenſus eſt. unde Nanſius explicabat, ut non poſſint exaudire, licet vocatos: quo refert proverbium *inclamare Hylam.* BURM.

Praecipue pius Aeneas, nunc acris Oronti,
Nunc Amyci caſum gemit, & crudelia ſecum
Fata Lyci, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
Et jam finis erat: quum Juppiter aethere ſummo

De-

SERVII.

220. PRAECIPUE PIUS. [95] Praeter omnes, quaſi aliis magis pius: [ACRIS. Fortis, alias velocis. Quidam *acrem*, in unamquamque rem vegetum ac nimium tradunt.] ORONTI. Pro, *Orontis*, ut ſup. 30. *Immitis Achilli.* [Vitavit ὁμοιοτέλευτον.]

221. [NUNC AMYCI. [96] In Quinto 374. hujus meminit: nam *Amycus* & *Lycus* cum *Oronte* videntur periiſſe.] SECUM. Propter ſocios, ut ſupra: *Spem vultu ſimulat.*

222. [FORTEMQUE GYAN, FORT, &c. ut merito requirantur ac deſiderentur.]

223. [ET JAM FINIS ERAT. [97] [Vel epularum, vel famis, vel malorum.] Ex quo Jupiter in caelo ita conſtitit, ut Libyam reſpiceret; vel certe finis] fabularum, vel diei: ſequitur namque paulo poſt: *Aeneas per noctem plurima volvens.* Et ſciendum eſt, Virgilium non ſemper dicere ortum vel occaſum diei; ſed aut intellectui relinquere, ut hoc loco: aut negotiis tempora ſignificare: eſt autem poëtica [98] καλλωπισμία, non omnia exprimere: unde Horatius in Arte poëtica 133. *Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres.* Quamvis plerique de tranſlatione Graecitatis hoc [99] aſſerant dictum. Homerus ſane iſta contemnens, tempora univerſa deſcribit. CUM JUPPITER AETHERE SUMMO DESPICIENS. *Oeconomiam* iſtam ſecundum matheſin videtur ordinaſſe Virgilius: nam [89] * Jove in altitudine ſua poſito cum Venere, [90] * ſignificatur, quod per mulierem aliqua foelicitas poſſit evenire. Ergo quoniam Aeneas in partem regni [91] * admittetur a Didone per occaſionem conjugii: idcirco [92] * haec poëta praemiſit. Sane & illud animadvertendum, quod peritiſſime dixit, triſtiorem Venerem [93] * fuiſſe cum Jove; ex quo ſignificat exitum uxoris infelicem futurum: nam utique ſe Dido interemit. Quod autem Mercurium facit [94] * a Jove defluentem ad occaſum deſcendere, id eſt, ad ima terrarum: oſtendit [95] * amicitias quidem fore, ſed minime diuturno tempore [96] * permanere. Illud etiam [97] * Mathematici dicunt: Venere [98] * in Virgine poſita miſericordem foeminam naſci; atque ideo Virgilius fingit, in habitu virginis venatricis Venerem occurriſſe filio: quod & miſericordem poſtea reginam probavit Aeneas, & in venatione cum ea permixtus eſt. AETHERE SUMMO. Qui ſummus eſt: & proprium, [99.] * [& perpetuum] aetheri epitheton dedit: quia omnibus ſuperior eſt.]

VARIORUM.

vid. ad Petron. cap. LVI. Valer. Flac. III. 569. *captaque dapes auxiſſe ferina.* BURM.

216. EXEMPTA. *Excepta* Zulichemii a manu prima. *epulis exempta fames* Oudarti. *exſtincta fames* Hamburgenſis prior.

217. REQUIRUNT. Exquiſitae elegantiae verbum. ut enim quaerimus abſentes, quos deſideramus vehementer, & non invenire dolemus; (vid. ad Ovid. II. Met. 239.) ita *requirere* eſt, ut explicat Aſconius ad Divinat. Ciceronis cap. ult. *ſentire amiſſum.* ut *nihil requiret* eſt, non ſentiet ſibi deeſſe aliquid, ex rebus, quas numquam habuit. & hinc Hottomannus explicat recte illa pro L. Manil. cap. II. *quibus amiſſis & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis.* & cap. XXII. *urbes jam locupletes ac copioſae requiruntur.* praeterea iteratos queſtus & doloris teſtes vocis particulam illam *re* in compoſitis indicare notavimus ad illa Valerii Flac. II. 145. *votis quem tu fletuque requiris.* Sil. XV. 283. *Haec, atque his paria aeterno*

ſer-

95 praeter omnes quaſi plus L. Voſ. ſed, pius R. & Fuldenſ. inter omnes Steph. Dan. 96 ſed ille diverſus ab hoc Amyco fuit. 97 vel fabularum vel diei. namque &c. L. Voſ. Steph. Fabr. al. vel diei, tantum R. fabularum vel diei Dan. reliqua ex Fuldenſi. 98 *Callopiſcia* L. *Callopiſtia* R. Voſ. Καλλωπιστία, id eſt exornationis ratione non omnia exprimere Fabr. Corradus non intellexiſſe verſum Horatii Servium putat, aut haec addita a ſciolo & delenda eſſe. quae inter *exprimere* & *Homerus* interponuntur. 99 aſſenſerant L. 89 * Jupiter l. a. ſ. poſito. vide de his Steph. in differt. de Criticis p. 95. 90 * ſignificat R. 91 * admittatur Fabr. al. 92 * poëtica L. hoc poëtice Fabr. al. 93 * eſſe Voſ. 94 * Jove deſpiciente ad L. 95 * inimicitias Dan. 96 * deeſt L. 97 * lectum eſt, & Mathematici d. Fabr. al. 98 * in virginem R. Voſ. 99 * deeſt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al.

Deſpiciens mare velivolum terraſque jacentis,
Litoraque, & latos populos, ſic vertice coeli
Conſtitit, & Libyae defixit lumina regnis.

At-

SERVII.

224. DESPICIENS. Deorſum aſpiciens, ſicut *ſuſpiciens* ſurſum aſpiciens. Notandum ſane, quia, ſi *diſpiciens* dixerimus, diligenter inquirens ſignificamus, ſicut *deduco* & *diduco*: nam *deduco* eſt proſequor: *diduco* vero, divido. VELIVOLUM. Duas res ſignificat, & quod velis volatur, id eſt, tranſeatur, ut hoc loco, & quod velis volat, ut Ennius: *Naves velivolas:* [1] quod & proprie dixit: & eſt iſta reciproca [2] metaphora navium & avium. Legimus enim III. 520. *Et velorum pandimus alas:* & contra de apibus IV. Georg. 59. *Nare per aeſtatem liquidam:* quum natatus navium ſit, alae vero avium. Et ſciendum eſt, eſſe reciprocas tranſlationes [3] & partis unius. JACENTES. Aut in longum expoſitas, aut proprium epitheton eſt terrarum: [4] nam cum caetera elementa mobilia ſint, ſola terra ſtabilis eſt; unde & [5] *bruta* dicitur. [6] [Alibi: *Tantum campo jacet.*] [7] [Aut *jacentes*, inferius poſitas: ſunt enim omnium infimae elementorum.]

225. LATOS POPULOS. Cum *populos* numero plurali dicimus, urbes ſignificamus: cum vero *populum*, unius multitudinem civitatis intelligimus: [8] [ut ſup. 21. *Populum late regem belloque ſuperbum:* de Romano enim intellexit.] [9] SIC. Id eſt, ut iſta conſpiceret.

226. ET LIBYAE DEFIXIT LUMINA REGNIS. [10] Pulchra prooeconomia eſt, id eſt, diſpoſitio carminis. Vituperabile enim fuerat, ſi ex abrupto tranſitum faceret, quod in nono fecit ỿ. 1. *Atque ea diverſa penitus dum parte geruntur:* quae res tamen excuſatur uno ſermone: *Atque ea*, id eſt, [11] eodem tempore, quod eſt interpoſitum. Nunc vero bene tranſiit, quia inducit Jovem, & de rebus humanis cogitantem, & Africam reſpicientem, ad quam venere Trojani. Unde honeſtus color eſt, ut Venus adeat Jovem, timens ne Romana fata Carthagini [12] concedat: felix enim eventus ſequitur loca, quae reſpexerit Juppiter: unde in ſecundo ait 690. *Aſpice nos: hoc tantum.* Et alibi X. 473. *Atque oculos Rutulorum rejicit arvis:* ubi erat futura victoria.

VARIORUM.

ſermone requirunt. & hoc *longus* ille ſermo ſignificat, ſaepe de eadem re iteratus inter Aeneae ſocios. ut in alia re Ovid. II. ex Pont. IV. II. *Saepe citae longis viſae ſermonibus horae*. hic vero triſtes & lamentabiles erant ſermones, qui aliter poſt caenam erant laeti & alacres, de variis rebus lubentiam teſtantes, ut inf. 725. poſt coenam Didonis: & ut Auguſtus convivas ad *communes ſermones & hilaritatem provocare* ſolebat, teſte Sueton. cap. LXXIV. vid. ad Petron. cap. XXXIX. BURM.

218. CREDANT. *Credunt* Mentelianus prior. ſed Reg. Leid. & alii, & Ed. Junt. & aliae diſtinguunt poſt *inter: Dubii ſ. v. L. ſeu extrema* unus Heinſii & Parrhaſ. ſeu *jam exaudire* Pugetianus. haec vero materiam longi ſermonis continent. BURM.

220. ORONTI. *Orontei* Catroeus edidit. *Orontis* plures Mſſ. & Ed. Venet. vid. ſupr. ỿ. 30. & alibi.

221. CASUM. *Caſus* Leidenſis & Sprotianus. *Amici* nonnulli. *tunc Anthei* Hamburgenſis prior.

222. LYCI. Atqui ille memoratur etiam lib. IX. 556. quem eumdem eſſe credit Corradus.

Ibid. CLOANTHUM. Libri caſtigatiores aſpirationem non agnoſcunt in hoc nomine, quotiescumque apud Maronem occurrit, occurrit autem frequenter. HEINS. *Cloantum* Leidenſis. *Giam* multi. *Gian* Leidenſis.

223. JUP-

1 qui & L. Voſ. R. Steph. *naves velivolas* recte dici, ſed explicationem maris, quod *velis volatur* eſſe ineptam, nec reperiri in Mſ. ſuo teſtatur Corradus. 2 tranſlatio L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. eſt recipr. Metaphora Dan. 3 eſſe & partis L. Voſ. R. 4 nam caetera e. m. ſunt Baſil. & Fabr. qui *nam* omittit: cum c. e. m. ſunt Steph. & Dan. 5 *brutae* L. *bruta* dicuntur Steph. Dan. Fabr. male: de ſola enim terra, non feris agitur: & forte reſpicit Horatium, qui *brutam tellurem* dixit I. Od. 34. ubi vide Scholiaſten. BURM. 6 haec ex Fuldenſi. ſed legendum, *tantum campi* jacet ex III. Georg. 343. 7 deſunt L. R. Voſ. Steph. 8 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 9 quid eſt *ſic?* id L. R. Voſ. 10 deeſt L. R. Dan. vide Steph. diſſ. de Criticis p. 98. 11 eo tempore Dan. in Voſſiano hic erunt quaedam omiſſa & turbata admodum. 12 concedant Steph. Dan. Fab. quod praeſtat, id eſt, ne vincantur fata Romana a Carthaginienſibus, de quo egi ad Ovid. I. Ep. 28. ubi locus ex Val. Flac. I. 553. adductus hoc confirmat, *magnis Aſiam concedere fatis.* BURM.

Digitized by Google

Atque illum talis jactantem pectore curas
Triſtior, & lacrimis oculos ſuffuſa nitentis,
Adloquitur Venus: O qui res hominumque deûmque
Aeternis regis imperiis, & fulmine terres,

Quid

SERVII.

227. TALES. De rebus humanis. JACTANTEM PECTORE CURAS. Nunc ſecundum Stoicos loquitur, qui deos dicunt humana curare: interdum ſecundum Epicureos, poëtica utens licentia: [13] [unde illud VIII. Ecl. 35. *Nec curare deum credis mortalia quemquam.*]

228. TRISTIOR. Comparativum pro poſitivo poſuit. Quando enim *triſtis eſt Venus*, ut nunc *triſtior* diceretur? [Sic Salluſtius fragm. incert. *Ipſum mare Ponticum dulcius quam caetera.* An modo triſtior, cum & ante propter Aeneam ſoleret triſtis eſſe, Triſtior pro laetitia Venus dicetur.] OCULOS SUFFUSA NITENTES. [14] Nitidos oculos lachrymis perfuſos habens. Et eſt figura, quae fit, quotiens participio praeteriti temporis a paſſivo, jungimus caſum accuſativum, ut: *Dejectus animum, moeſta vultum.* Dicendo autem *nitentes*, expreſſit nimiam etiam in lachrymis pulchritudinem; ſicut de Euryalo 5. 343. *Lachrymaeque decorae.*

229. [O QUI RES HOMINUMQUE, &c. Graviter coepit: non enim ait, o genitor, & eſt tota orationis intentio, injuſte vexari a Junone Trojanos.]

230. [AETERNIS REGIS IMPERIIS. Haec commemoratio potentiae Jovis, quaſi ad invidiam poſita eſt; hoc eſt, qui omne potes, contra te flecteris, &c] [15] ſuperflue volunt quidam REGIS ad deos referri, TERRES ad homines: neſcientes [16] majoris eſſe poteſtatis, idem poſſe circa deos, quod circa homines. ET FULMINE TERRES. Non ſine cauſa adjecit TERRES. Eſt enim fulmen, quod terreat, [17] eſt quod afflet; ut II. 649. *Fulminis adflavis ventis.* eſt quod puniat, ut IV. 25. *Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras:* peremptorii autem fulminis late patet ſignificatio: eſt, quod [18] praeſagit, [19] [ut I. Ecl. 17. *De coelo tactas memini praedicere quercus.*] [Poëtarum autem conſuetudo eſt, proprie ſemper, cum Jovem nominarunt, & fulmen adjungere, ut XII. 200. *Audiat haec genitor, qui foedera fulmine ſancit.* Et ante IV. 208. *Genitor cum fulmina torques.*]

VARIORUM.

223. JUPPITER. Duplici litera ſcribitur antiqua conſuetudine. ut in nummo argenteo Neronis JUPPITER CUSTOS. & antiquo auctoris incerti epigrammate.

Juppiter aſtra, fretum Neptunus, tartara Pluto;
Regna paterna tenent, tres tria, quiſque ſuum.

FABRIC.

224. DESPICIENS. *Reſpiciens* Bigotii. *diſpiciens* primus Moreti & Leidenſis. a manu prima. *proſpiciens* Zulichemii & Pugetianus. ſed *deſpiciens* Macrob. VI. Sat. 5. *latentes* Hamburgenſis.

Ibid. VELIVOLUM. Mare *velivolum* dixit, mutuatus a Livio Andronico ex Helena Tragoedia, unde etiam ſumpſit Lucretius. ſed Livii verſus ita apud Macrobium legitur lib. VI. 5.

Tu qui permenſus ponti maria alta velivola.

Lucret. lib. V. 144.

Tum mare velivolum florebat propter odores.

URSIN.

225. SIC. Αὔτως Homerus. NANSIUS. Pro ſic temere, ut Horat. II. Od. XI. 14. forte, ſine certo conſilio eas in primis terras inſpiciendi. vid. Donat. ad Terent. Andr. I. II. 4. BURM.

226. REGNIS. *Terris* Pugetianus.

228. TRISTIOR, ET LACRIMIS OCULOS. *Triſtior atque oculos lacrimis ſuffuſa*, Priſcianus libr. III. & Alcuinus in Grammatica. ſed pro vulgata ſtant Conſentius & Macrob. IV. Saturn. I. HEINS. *Offuſa* citat Servius inf. ad ℣. 482. tales lacrimas Stat. II. Theb. 234. *honeſtos imbres* vocavit.

229. ALLOQUITUR VENUS. Mediceus & alii vetuſtiores *Adloquitur* paſſim exhibent. & ſane in numiſmatis antiquis Neronis, Trajani, Hadriani ac ali-

13 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 14 deeſt L. 15 ſuperfluo L. R. Voſ. Steph. Dan. Fab. al. 16 quia m. poteſtatis eſt L. Voſ. R. id poſſe L. 17 eſt quod afflet, eſt, quod puniat, cujus rei late patet ſignificatio Poëtarum &c. Fuld. 18 praeſaget L. R. Voſ. 19 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan.

Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troës potuere? quibus, tot funera paſſis,
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,
Hinc fore ductores, revocato a ſanguine Teucri,

Qui

SERVII.

231. MEUS. Subaudi filius, [quaſi per me tibi conjunctus, & ſic ſubaudis filium,] ut *Ajacis Oilei*, [20] ut ſupra dictum eſt: IN TE. Modo, contra te, alibi *pro* ſignificat, ut inf. 304. [21] *Quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.* Id eſt, pro Teucris.

232. QUID TROES POTUERE. [Hoc eſt, qui Grajis pares non fuerunt, in te aliquid poſſunt. Et eſt] Argumentum ab impoſſibili, ut alibi inf. 529. *Non ea vis animo.* Et eſt validius quam a voluntate: plus enim eſt non poſſe, quam nolle. TROES autem nominativus erit *Tros*. Et haec breviter ſci: enda regula eſt, quia omnia nomina monoſyllaba Graeca, quae in Latinum ſermonem tranſeunt, tertiae [22] tantum ſunt declinationis, & tam Latine, quam Graece declinari poſſunt, ut *Tros Trois*, & *Troos*, *Pan Panis*, & *Panos*, ut VIII. 344. *Arcadici dictum Panos de more Lycaei.*

233. OB ITALIAM. Ne ad Italiam [23] perveniant, toto orbe pelluntur. [24] [Atqui in Africa ſunt; ſed ſi diligenter requiras, etiam inde pelluntur:] ait namque inf. 540. *Hoſpitio prohibemur arenae.* [25] [Sane multi *Ob Italiam*, juxta Italiam antiquo more dictum accipiunt, ut ſit: pars orbis clauditur, quae circa Italiam eſt: *ob* enim veteres pro *juxta* ponebant. Plautus in Milite: *Nunc ſcio mihi ob oculos caliginem obſtitiſſe*: poteſt etiam *ob*, *ante* intelligi; aut *ob*, *propter*, Terentius Adelph. V. IX. 4. *Quodnam ob factum*: aut *ob*, *circum*, ut XII. 865. *Turni ſe peſtis ob ora*: quaſi circa Italiam errent, & in eam pervenire non poſſint: ſignificat *ob* & *contra*, ut: *Obſtat & obloquitur.*]

234. CERTE HINC ROMANOS. Atqui nuſquam hoc legimus, ſed per ſilentium intelligimus, ut ſuperius de Junone, *audierat.* [26] [OLIM FORE. Aut *olim fore*, & futuri temporis eſt; aut *olim pollicitus*] VOLVENTIBUS. Volubilibus. Et eſt participium pro nomine. *Volvens* enim eſt, qui volvit: *volubilis* autem qui [27] volvitur. Anni autem volvuntur, [28] non volvunt, ut eſt II. Georg. 402. *Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.* [29] [Alii, quod deficit lingua Latina participio praeſenti paſſivo, praeſens activum poſitum volunt, ut I. Georg. 163. *Volventia plauſtra*: & I. Georg. 74. *Siliqua quaſſante legumen*: quae quaſſetur.]

235. FORE. Futuros eſſe. Et eſt de verbis defectivis. REVOCATO. Dicendo *Revocato*, oſtendit Italiam, unde Dardanus fuerat. A SANGUINE TEUCRI. Teucrum pro Dardano poſuit. Dardanus enim de Italia profectus eſt; Teucer de Creta: [30] [Et hic uſurpavit:] quia ſolent poëtae nomina de vicinis provinciis, vel perſonis uſurpare, ut I. Georg. 89. *Domitus Pollucis habenis Cyllarus*: cum Caſtor equorum domitor fuerit. Item IV. Georg. 15. *Et manibus Progne pectus ſignata cruentis*; pro Philomela. Item *Didonem* dicit *Sidoniam*, cum ſit Tyria, a loci vicinitate. Item VI. Ecl. 74. *Quid loquar aut Scillam Niſi?* quum Phorci fuerit. Et ſciendum, inter fabulam, & argumentum, [31] & hiſtoriam, hoc intereſſe: quod fabula eſt dicta res contra naturam, ſive facta, ſive non facta; ut de Paſiphaë: [32] Hiſtoria eſt quicquid ſecundum naturam dicitur, ſive factum, ſive non factum; ut de Phaedra. [33] [Argumentum, ut ſic diffiniam, eſt res ficta, quae tamen fieri poteſt, ut ſunt argumenta Comoediarum.]

VARIORUM.

aliorum frequenter invenias ADLOCUTIO. nuſquam ALLOCUTIO. praeterea malim, *hominumque deo-*

20 ut ante diximus R. Voſ. L. Steph. Fab. al. ſed deſunt Dan. 21 *benignam Accipit* Fabr. *benignam a. i. T. a. mentemque benignam* Steph. 22 deeſt Dan. 23 veniant Voſ. 24 deſunt Voſ. 25 haec ex Fuldenſi. ſed Dan. & Fabr. hoc modo; *Juxta* Italiam antiquo more dictum accipiunt. *Ob* enim veteres pro juxta ponebant. aut *ob* propter. Terentius *Quodnam ob factum*. aut *ob*, circum, ut *Turni ſe peſtis ob ora*. quaſi circa. aut *ob* contra, ut *obſtat* & *obloquitur*. reliqui Mſſ. & Edd. haec ignorant. 26 *olim fore* & eſt futurum Dan. Fabr. 27 volvitur habiliter Dan. 28 qui non Voſ. 29 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 30 deſunt iiſdem. 31 hoc eſt hiſtoriam L. Voſ. R. Steph. Dan. 32 hiſtoria eſt argumentum Fuld. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus. Quae te, Genitor, ſententia vertit?
Hoc equidem occaſum Trojae triſtiſque ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos
Inſequitur. Quem das finem, Rex magne, laborum?

An-

SERVII.

236. OMNI DITIONE. Melius *Omni*, quam *omnis*: ut ſignificet, omni poteſtate, [14] pace, legibus, bello.

237. POLLICITUS. Pollicemur ſponte, promittimus rogati. QUAE TE GENITOR SENTENTIA VERTIT? [15] [*Quae*, pro, *cujus*, aut qualis. Et] verecunde agit Venus: nec enim conveniebat, ut aperte contra uxorem ageret [16] [apud maritum:] unde & ſimiliter reſpondet Jupiter: *Neque me ſententia vertit*.

238. HOC. Hac re, [17] [propter hoc, quod ſciret Aeneae ſocios imperaturos.

239. FATIS CONTRARIA FATA. Utrum fatis bonis in praeſentibus.] REPENDENS. Compenſans. Et eſt tranſlatio a pecunia, [18] [quae appendebatur.]

240. EADEM. Similis, qualis ab initio fuit; ut oſtendat nec longitudinem temporis prodeſſe Trojanis.

241. FINEM. Ac ſi diceret, non regnum quaerimus; ſed finem laborum.

VARIORUM.

deorumque. HEINS. Idem obiter, ut jam ab aliis obſervatum, monuit Cl. Bentlejus ad Horat. I. Od. XII. 14. & vitium hoc ex compendio ſcripturae *deûm* pro *deorum* provenit, idque clarum eſt infr. 332.

Ignari hominumque locorumque.

ubi *locumque* in ſcriptis. vid. lib. II. 745. BURM.

230. FULMINE TERRES. Servius hic quatuor ponit fulminum genera. ſed libr. II. 649. tria tantum, & Plinius lib. II. cap. 51. plura tradit, ſed tria tantum deſcribit. Imitatus Ariſtotelem III. Meteor. NANSIUS. Vid. Diſſert. de Jove Fulgerat. cap. IV.

231. MEUS. Ut II. Aen. 511. *non ſi ipſe meus nunc adforet Hector*. *quod* Diomedes. ſed *quid* Nonius in *committere*. BURM.

233. CUNCTUS. Hic pro totus, ut ita *cuncta Graecia* Cicer. pro Archia cap. 3. quod mutari non debet. *cuncta Cyclas* Sil. Ital. IV. 247. vid. Heinſ. ad Claud. Bell. Get. 372. *cluditur* etiam Gudianus. BURM.

234. CERTE HINC ROMANOS. Τὸ *hinc* abeſt a ſecundo Moretano. HEINS. *Certe in Romanis* Zulichemius a manu prima. *certe hic* Venetus.

235. REVOCATO SANGUINE. Ita primus Moretanus, Gudianus & Mentelianus prior, cum aliis nonnullis, omiſſo τοῦ *a*: male: nam Priſcianus citat ter quaterque hos verſus, ut nunc leguntur, *certe hinc*, & *a ſanguine*. HEINS. *Revocato ſanguine* Juntina editio. & codices Francianus, Dorvil. Leidenſ. & in Parrhaſiano praepoſitio deleta erat. ſic inf. 626. *a ſtirpe* & *ſtirpe* alii. vide ſupra ad ℣. 17. & alibi. BURM.

236 DITIONE. *Dicione* omnes vetuſtiores. HEINS.

237. QUAE TE. Verecundiam hic Veneris laudat Servius: quam non obſervaſſe Dianam apud Homer. Iliad. Φ. 512. notabat Cl. Dorvillius.

238. OCCASUM. *Caſus* Bigotianus. *caſum* Codex Graevianus, Oudartii quartus, Moretanus, & Leidenſ. unus. ſed ſequitur *tot caſibus*.

239. CONTRARIA FATA. Vid. ad lib. IX. 136.

242. E-

14 id eſt pace L. Voſ. R. Steph. poteſtate. ut omni poteſtate, pace &c. Fabr. al. ut om. pot ſit, pace &c. Baſil. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. pro eas * qualis Dan. *quae* pro eas aut qualis Fabr. 16 deſunt R. 17 deſunt R. L. Voſ. Steph. ad *rependens*. 18 deſunt iisdem & Dan. & al.

Digitized by Google

Antenor potuit, mediis elapſus Achivis,
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi:

245 Un-

SERVII.

242. ANTENOR POTUIT. [39] [Capto Ilio Menelaus, memor ſe & Ulyxen beneficio Antenoris ſervatos, cum repetentes Helenam ab eo eſſent ſuſcepti, ac pene a Paride aliiſque juvenibus interempti eſſent, parem gratiam reddens inviolatum dimiſit; qui cum uxore Theano & filiis Helicaone & Polidamante, ceteriſque ſociis in Illyricum pervenit, & bello exceptus ab Euganeis & rege [40] Veleſo, victor urbem Patavium condidit: id enim reſponſi acceperat, eo loco condere urbem, quo ſagittis avem petiſſet: ideo ex avis petitae auſpicio, [41] Patavium nominatum. Hi autem duo Trojam prodidiſſe dicuntur ſecundum Livium: quod & Virgilius per tranſitum tangit, ubi ait inf. 488. *Se quoque principibus permixtum agnovit* [42] *Achivis.*] Non ſine cauſa Antenoris poſuit exemplum, quum multi Trojanorum evaſerint periculum: ut Capys, qui Campaniam tenuit; ut Helenus, qui Macedoniam: ut alii, qui Sardiniam ſecundum Salluſtium; ſed propter hoc, ne forte illud occurreret, jure hunc vexari, tanquam proditorem patriae. Elegit ergo ſimilem perſonam: [43] Et excuſat Horatius, dicens Carm. ſecul. 41. *Ardentem ſine fraude Trojam:* hoc eſt, ſine proditione: quae quidem excuſatio non vacat: nemo enim excuſat niſi rem plenam ſuſpicionis. Siſenna tamen dicit ſolum Antenorem prodidiſſe: quem ſi velimus ſequi, augemus exemplum. Si regnat proditor, cur pius vagatur? Ob hoc autem creditur Antenor Graecis patriam prodidiſſe, quia, [44] [ſicut ſuperius dictum eſt, & auctor reddendae Helenae,] & legatos, [45] qui propter Helenam venerant, ſuſcepit hoſpitio, & Ulyxem [46] mendici habitu agnitum, non prodidit. [POTUIT. Plus eſt, quod dixit *potuit*, non [47] meruit. [48] [ELAPSUS. Invidioſe noluit dicere dimiſſus, ſed *elapſus*.] ACHIVIS, ab Achaeo Jovis & Pithiae [49] filio.]

243. ILLYRICOS PENETRARE SINUS. Antenor non Illyricum, neque Liburniam, ſed Venetiam tenuit: ideo autem Virgilius dicit, *Illyricos ſinus*, quod inde venit quidam [50] Henetus rex, qui Venetiam tenuit; a cujus nomine Henetiam dictam, poſteri Venetiam nominaverunt. TUTUS. Ideo tutus, quia Rheti Vindelici ipſi ſunt Liburni, ſaeviſſimi admodum populi, contra quos miſſus eſt Druſus. Hi autem ab Amazonibus originem ducunt, ut etiam Horatius IV. Od. 4. dicit: *Quibus Mos* [51] *unde ductus, per omne Tempus Amazonia ſecuri Dextras obarmet, quaerere diſtuli.* Hoc ergo nunc ad augmentum pertinet, quod [52] tutus etiam inter ſaevos populos fuerit.

244. FONTEM TIMAVI. Amant poëtae rem unius ſermonis circumlocutionibus dicere, ut pro *Troja*, dicant *urbem Trojanam*, pro [53] *Buthroto*, *arcem Buthroti:* ſic & modo pro *Timavo*, ait *fontem Timavi.* Et paulo poſt, *urbem Patavi*, id eſt, *Patavium.* [54] [SUPERARE. Nauticus ſermo. Lucilius: *Promontorium remis ſuperamus Minervae.*]

VARIORUM.

242. ELAPSUS. *Delapſus* alter Hamburgenſis & Francianus. cur vero Antenoris potius, quam Heleni aut Capyos exemplum elegerit Virgilius, diſquirit erudite Corradus. & falli Servium, qui ait Livium proditores patriae feciſſe Aenean & Antenorem. vide & Glareanum ad Livii I. I. Corradus etiam forte Livium Andronicum a Servio intelligi conjicit. BURM.

243. PENETRARE. Servius accuſatur a Corrado,

39 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 40 Veleb * victor Dan. 41 Petavium Dan. nominatum * cui aeternitatem Helicaon ne victor rediret, gladio peremit. ſed hic non ſine cauſa &c. Fuld. 42 deeſt R. Voſ. 43 hic interſeruntur. Hi enim duo &c. uſque *Achivis* in L. R. Voſ. Steph. al. quae repetunt iterum Dan. Fabr. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 45 ob hoc venientes ſuſcipiebas Fuld. 46 in Mendici L. Voſ. R. Steph. Fab. al. cognitum etiam Steph. Fabr. 47 metuit Dan. 48 deſunt Dan. 49 deeſt Fuld. 50 Benetus, & mox Benetiam L. Enetus Voſ. Aenetus & Aenetiam Dan. vid. Cluver. Ital. pag. 129. 51 *inde deductus* Fabr. al. *unde deductus* apud Horatium legitur. *de* abſorptum a praecedentis *unde* ultima ſyllaba. 52 tutus eſt e. i. ſ. populos L. R. Voſ. Steph. ſed Daniel tutus eſt, e. i. ſ. p. erat Dan. forte, etiamſi i. ſ. p. erat. 53 *Buthrotio* R. Steph. & *Buthrotia* Voſ. qui & *urbem Buthroti.* & ita legitur III. Aen. 293. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Unde per ora novem vaſto cum murmure montis
It mare proruptum, & pelago premit arva ſonanti.

Hîc

SERVII.

245. UNDE PER ORA NOVEM. Multi ſeptem eſſe dicunt: quod ſi incerta fides eſt, finitus eſt numerus pro infinito. VASTO CUM MURMURE MONTIS. Tanta vi exit in mare, ut etiam [55] reſonet vicinus mons. Et ſic dictum eſt, ut ſuperius 55. *Illi indignantes magno cum murmure montis Circum clauſtra fremunt.* [56] [Et PER ORA TIMAVI. Uſque ad initium fontis, hoc eſt, uſque ad montem: *Timavus* autem in Hiſtria eſt, inter Aquilejam & [57] Tergeſtum.

246. MARE. It quaſi proruptum mare.] Amat Poëta rem hiſtoriae carmini ſuo conjungere. Varro enim hunc fluvium ab incolis [58] mare dicit nominari. PRORUPTUM. [59] Id eſt, effuſum fluens. Et [60] melius *proruptum*, quam *praeruptum* [61] legere. Bene autem [62] definit, [63] quid eſt largus fons, ſolutum mare. PELAGO. Aquarum abundantia. PREMIT. Populatur, vaſtat: [64] [in illis enim locis acceſſus maris fit.] [Sane multi, *It mare proruptum*, &, *Pelago premit arva ſonanti*, hoc intelligi volunt: quod tanta eſt in illis locis acceſſa, quae dicitur maris, ut per ora Timavi, id eſt, uſque ad initium fontis, mare [65] aſcendat. Unde ait: *It mare proruptum, & pelago premit arva*: id eſt, aqua maris premat arva, hoc eſt, litora vicina cooperiat. Conſtat autem & in illo loco [66] acceſſa maris uſque ad montem pervenire, & per omne litus Venetiarum mare certis horis & accedere per infinitum, & recedere.]

VARIORUM.

do, quia Antenor negatur Illyricum aut Liburniam tenuiſſe, quum in Venetiam appulerit. ſed immerito: non enim dicit *tenuiſſe*, id eſt ibi ſedes poſuiſſe, & ditione tenuiſſe, ſed *penetraſſe*, id eſt tranſiſſe ſinus Illyricos & regna Liburnorum. ut centies *penetrare* ſolet ſumi. ſi dixiſſet *penetravit ad Illyricos ſinus*, ut lib. VII. 207. IX. 10. & alibi, ibi ſubſtitiſſe indicaret. ſed hic eſt, iter facere per Illyricos ſinus. ſic Flor. III. 4. *penetrare Rhodopen & Caucaſum* dixit. Suet. Caeſ. LII. *Nave Thalamego paene Aethiopia tenus Aegyptum penetravit*. qui utrumque & tranſire, & pervenire jungit, & LVIII. *per ſtationes hoſtium penetravit ad ſuos*. aliud ergo eſt *penetrare locum*, id eſt iter facere per locum, aliud *penetrare ad* vel *in locum*. BURM.

Ibid. TUTUS. Vid. Auctor. de Orig. Gent. Rom. cap. I.

244. TIMAVI. Vid. Alciat. Parerg. X. 10. & Luiſin. Parerg. II. 8. NANSIUS. De Timavo diſſertationem peculiarem ſcripſit Paulus Pincius, quae nunc legitur Tom. VI. Theſauri Italiae, & de qua egi in praefatione pag. 13. ubi de controverſia illa, an Patavino agro, an Iſtriae ſit adſcribendus Timavus, auctores laudavi, qui poſſunt reſpici. BURM.

245. UNDE PER ORA. Haec de Timavo παρέκβασις non admodum εὔκαιρος videtur, quemadmodum nec illa apud Homerum tranſlatio, qua Penelope utitur in Odyſ. Δ. 708. quod Euſtathius quoque interpres animadvertit. URSIN.

Ibid. VASTO. *Magno* Parrhaſ. ex ỷ. 55. tranſlatum. *cum vaſto* alter Hamburgenſis.

246. IT MARE PRORUPTUM. In editis ſcriptiſque non paucis perperam *praeruptum mare* circumferri ſupra monuimus ỷ. 104. pluribuſque ſententiam noſtram adſtruximus notis ad Claudianum II. Stil. 462. *proruptus nimbus*. apud Avienum Fab. XVI. HEINS. *Praeruptum* citat Senec. Quaeſt. nat. III. cap. I. *praereptum* Ed. Venet. *in mare proruptum* Moret pr. & Francian. ſed *proruptum* recte ſervatur. vid. ad Valer. Fl. IV. 507. & Drakenb. ad Sil. III. 51. Catroeus hic nimis magnifice Virgilium de Timavo, torrente potius, quam fluvio locutum credit, ſi diſtinctio vulgata ſervetur, ideoque de Timavo finem dicendi Poëtam facere credit ỷ. 244. & poſt *Timavi* majore diſtinctione poſita, reliqua *Unde per ora novem* non de Timavo, ſed ipſo ſinu Adriatico, in quem novem flumina

55 vicinus mons perſonet. ſuperius *Illi* Dan. non placet Corrado interpretatio Servii, qui non vicinum, ſed illum montem, per quem exit fluvius, intelligit, & ut murmur fiat in ipſo monte. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Amat*. 57 Tergiſtum Dan. Steph. 58 matrem maris, volebat Cluver. lib. I. Ital. pag. 194. ſed male. nam adhuc in Germania & vicinis locis majores aquas & lacus maria, *Zeen* vocare ſolent. ut *Bodenzee* &c. 59 aut idem effuſum Fuld. 60 melius eſt Steph. Fabr. al. 61 deeſt Dan. 62 definiit L. Voſ. R. definivit Steph. Fabr. al. 63 quod l. f. ſit ſolutum mare Fabr. al. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. maris * it Dan. 65 aſcendit Fuld. 66 acceſſam Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 204.

Hîc tamen ille urbem Patavî, ſedeſque locavit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troïa. Nunc placida conpoſtus pace quieſcit.

Nos,

SERVII.

247. [67] HIC. Pro illic. TAMEN. Id eſt, etiam in loco difficili. URBEM PATAVI. Hoc eſt, *Patavium.* [68] *Patavium* autem dictum, vel a *Padi* vicinitate: quaſi *Padavium*: vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, [69] [quaſi *Petavium*;] quod [70] captato augurio dicitur [71] condita, vel quod avem telo petiſſe dicitur [72] Antenor, & eo loco condidiſſe civitatem. [Alii a palude *Patina*, quae vicina civitati fuiſſe dicitur, *Patavium* dictam putant. Sane *Patavi* minorem nominativo genitivum fecit, cum genitivus nunquam pauciores ſyllabas nominativo ſuo habere debeat: *Patavium* enim *Patavii* facit.] SEDESQUE LOCAVIT. Ex votis ſuis facit invidiam, dicens id conceſſum Antenori, quod ipſa [73] deſideret.

248. ET GENTI NOMEN DEDIT. Hoc eſt, quod ne victori quidem [74] concederetur Aeneae: quod ſcimus a Junone eſſe [75] profectum. [Sicut in XII. 824. ait: *Nunc Troas fieri jubeas Teucroſque vocari:* Et Jupiter ait 835. *Commixti corpore* [76] *tanto:*] contra quam oblique loquitur, propter conſiderationem mariti: [77] [ut ait 823. *Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos, Neu Troas fieri jubeas.*] Hi autem primis temporibus ab *Antenore* dicti ſunt *Antenoridae*; [ipſum vero quidam dicunt [78] Hectora ſe appellaſſe: aut certe *nomen* nobilitatem, vel dignitatem, ut II. 89. *Et nos aliquod nomenque decuſque Geſſimus.*] ARMAQUE FIXIT. [Quaſi non neceſſaria conſecravit. *Figere* enim conſecrare hic debemus accipere, ut III. 287. *Poſtibus adverſis figo:*] [79] hoc eſt, ſecurus eſt; quia ſolent [80] miſſi militia ſive gladiatura, quibuslibet templis arma ſuſpendere, ut Horatius I. Epiſt. I. 4. *Vejanius armis Herculis ad poſtem fixis:* [81] [& V. 360. *Danais de poſte refixum.*] COMPOSTUS. [82] [Pro, *compoſitus.*] Syncope eſt: detraxit enim de medio ſyllabam, ut VIII. 274. *Et pocula porgite dextris.*

VARIORUM.

mina exeunt, & per quorum oſtia diviſum mare redit cum magno ſonore montium; & ferit terram fluctibus: illum vero eſſe locum, ubi Antenor poſuit urbem & ſedem, a Pado nimirum uſque ad Aquilejam, & intimum ſinum Adriaticum, qui ibi finitur, & ita redit a terra & novem fluminibus repulſus. ſed haec omnia dura & coacta, quum aperte *unde* ad praecedens *Timavi* referri debeat. nec Timavus tam parvus rivus eſt, licet ſit brevis curſus, ut Cluverius, qui egregie & operoſe de hoc fluvio egit lib. I. Ital. Antiq. cap. 19. Nam maris aeſtu intumeſcente, ejus aquae marinis admixtae ingentem dant ſonitum, & velut mugitu ſaxei montis per complura ora prorumpit aeſtus, nec poteſt contineri alveo Timavi, ſed adjacentia prata longe lateque inundat, ut oculatus teſtis adfirmat, & haec Virgilii verba exponit. *magnum* etiam ideo Timavum dici Ecl. VIII. 6. oſtendit: quare hic *mare* & *pelagus* debet capi, vel de ipſo mari per aeſtum intrante in novem ora Timavi, vel ipſe fluvius debet intelligi, *mare* dictus a Poëta, ut Servius, Turnebus, Guellius, & alii capiunt, quia maris ſpeciem tunc refert, & illa verba *pelago ſonanti*, de ingenti illa copia aquarum, quae maris imaginem praeſentat, explicanda. & hinc puto Auſonium Carm. XIV. de Burdigala vocare Timavum *aequoreum amnem.* & ita noſter de Benaco IV. Georg. 160.

Fluctibus & fremitu adſurgens, Benace, marino.

ubi vide Fabricium. ſic Silius Ital. V. 5. *effigiem in pelagi lacus.* & ita capiunt quidam illa Lucani III. 235.

67 HIC TAMEN hoc eſt L. Voſ. R. hoc eſt etiam in hoc loco Steph. Dan. hoc eſt, in hoc loco Fab. hoc eſt & in h. l. Baſil. 68 Patavum a. d. v. a. poſt vocem quaſi Patavium Fuld. a Padi vicinitate, vel ſicut ſupra dictum eſt * alii a palude palma, quae vicina civitatis eſt. quaſi Padavium Dan. 69 id eſt a volando Fab. deſunt L. Voſ. R. 70 capto aug. L. Voſ. R. 71 conditum Dan. Fabr. al. 72 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 73 deſiderat L. Voſ. R. Steph. Dan. 74 conceditur L. concedetur R. 75 perfectum L. Voſ. R. 76 *tantum* contra quae Fuld. 77 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 78 haec ora * ap. Fuld. 79 & hoc ſignificat ſecurus Fuld. 80 dimiſſi L. amiſſi R. amiſſa Voſ. Steph. Dan. omiſſa Fabr. al. ego priorem lectionem veram puto: paſſim enim *dimiſſi* milites dicuntur. 81 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 82 deſunt L. V. Voſ. Steph. Fab.

Digitized by Google

Nos, tua progenies, coeli quibus adnuis arcem,
Navibus (infandum) amiſſis, unius ob iram
Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris.

Hic

SERVII.

250. NOS TUA PROGENIES. [83] Sic loquitur, quaſi una ſit de Trojanis: [nam aliter ſenſus non procedit;] [84] [aut quaſi patiatur & ipſa, quod & filius, & bene:] [85] *tua progenies*, propter Antenorem. Eſt autem Epexegeſis, ut ſup. 46. *Aſt ego, quae divum incedo regina.* ANNUIS. [86] [Licet ipſa dea ſit, tamen ſub perſona Aeneae ſe poſuit: bene autem *Annuis*:] quia nutu ſemper promittit aliquid Juppiter, [ut IX. 106. *Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.*]

251. NAVIBUS AMISSIS. [87] [Cur, cum una navis perierit, ait *navibus*, aut invidioſe dixit & exaggerat; aut quia adhuc aliae deſunt; aut quia eas periſſe non ignorat Aeneas.] INFANDUM. Pro *infanda* poſuit, ut in VI. 21. [88] *Miſerum ſeptena quotannis.* Item VII. 399. *Torvumque repente Clamat*, pro *torve.* Et eſt figura, quae fit, quotiens nomen pro adverbio ponitur, magis autem poëtica eſt: in proſa aut rara, aut nunquam. Tamen hoc loco *infandum*, poteſt eſſe etiam interjectio dolentis. UNIUS. [Cautius, quam ſi dixiſſet Junonis, &] hic *unius* produxit [89] penultimam.

252. PRODIMUR. Multa quidem hic ſermo ſignificat; ſed modo *porro damur*: ſcilicet ab Italia [90] prohibemur. Et ſciendum eſt, omnium auctorum eſſe conſuetudinem, [91] res dubie poſitas in ſequentibus explanare & plenius dicere, ut hoc loco: nam [92] quid ſit *prodimur*, oſtendit, dicens: ATQUE ITALIS LONGE DISJUNGIMUR ORIS. [LONGE. Maxime: non enim longe erant ab Italia, cum tempeſtate disjecti ſunt.]

VARIORUM.

235. de Indo, *quaque ferens rapidum pontum.* ubi vide. & recte Servius explicavit, it *quaſi* proruptum mare, ut Virgilium ſaepe loqui notavit idem Servius & alii, per ellipſin τοῦ *veluti* vel *quaſi*. ut mox ỷ. 329. 384. & alibi. atque ita omnia plana ſatis eſſe puto. Vulpius vero, qui nuper edidit triumviros Amoris, ad Catulli Carm. LXV. I. 2. jungit *it proruptum* pro ad prorumpendum mare, & magnifice admodum ſe in hac explicatione jactat. ſed utinam explicaſſet hanc phraſim *prorumpere mare*. nam fluvium *in mare* dici poſſe *prorumpere* equidem concedo, ut de Tiberino noſter ait lib. VII. 32. ſed *fluvius it ad prorumpendum mare*, nec lectum nec auditum puto, nec quid ſignificet novi. nam tunc ſenſus deberet eſſe, fluvium non ſe prorumpere, ſed evomere ipſum mare, in quod cum impetu illabitur: niſi velit intelligi praepoſitionem *it ad prorumpendum in mare.* quod ſi voluiſſet Virgilius, quomodo addere potuit, *& pelago premit arva ſonanti*, quod de inundatione ſumendum Cluverius oſtendit. ſi enim prorumpit in mare, non exundat, ſed aquas exonerat in mare. lib. III. Aen. 572. *atram prorumpit in aethera nubem*, dixit quidem audaci & poëtica locutione, ut Servius notat, nec poſſe nos dicere *prorumpo illam rem*, ſed nubes *prorumpit*. Aetna vero poteſt dici *prorumpere nubem*, id eſt eructari, evomere fumoſam & atram nubem, quia ex ſuis viſceribus & cratere in coelum nubem emittit. non vero fluvius prorumpit, aut evomit mare, niſi capias eo ſenſu quo dixi, *mare*, pro ingenti copia aquae ipſius fluvii. *mare proruptum* vero eſt pro prorumpente ſe. ut ita *proruptus ſanguis* apud Stat. II. Theb. 626. pro erumpente, ubi male etiam *praeruptum* legitur. ſed ſatis de his, pro modo notarum. BURM.

247. URBEM. *Urbes* Zulichemianus. *ſedemque* Excerpta noſtra. *hic ille*, Antenor ſcilicet, Cerda. de *Patavi*, vide Noriſ. ad Cenot. Piſan. diſſ. IV. cap. II. §. 2. *Patavi urbem* Dorvil. BURM.

249. TROIA. *Troica* Zulichemius, Hamburg. primus & Menagii alter, qui etiam *cum placida c. p. quievit.* vid. ſupr. 119. dubium autem an obierit. nam & ſepultum Antenorem quidam volunt

83 ſic loquitur q. patitur e. i. q. e. ſ. e. b. Tua progenies propter Antenorem. eſt autem Epex. Dan. 84 deſunt L. V. Voſ. Steph. Fab. 85 quod autem dixit *tua progenies* Epex. eſt L. R. Voſ. Steph. al. ſed Fabr. addit, *tua prog.* propter Antenorem, eſt &c. 86 deſunt L. V. Voſ. Steph. al. ut & ult. ut *annuit*, quae nec Dan. nec Fabr. habent. 87 deſunt L. R. Voſ. cur c. u. n. p. hoc dixit? invidioſe d. & ex. Dan. Fab. cetera debentur Fuldenſi. 88 mutabili, *miſerum* R. quod non capio. 89 pene ultimam R. 90 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 91 ut res dubie R. ut res d. p. planius in ſeq. dicant, ut h. l. ſequitur *atque* Fuld. dubio poſitas L. Voſ. 92 quid eſt L. R. Steph. quidem Voſ. quid eſt prodimur? Fabr. al.

Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?
Olli ſubridens hominum ſator atque deorum,
Vultu, quo coelum tempeſtateſque ſerenat,
Oſcula libavit natae. Dehinc talia fatur.

Par-

SERVII.

253. HIC. Id eſt, talis, ut IX. 481. *Hunc* [93] *ego te, Euryale, aſpicio*: id eſt, talem. [PIETATIS. Superius, *in te committere* ait, ut peccato Aeneam & Trojanos excuſet. [94] Hic plus addit, non ſolum eos non eſſe malos, ſed etiam pios eſſe.] HONOS. Cum ſecundum artem dicamus *honor*, [95] *arbor*, *lepor*, plerumque poëtae *r* in *s* mutant cauſſa metri: *Os* enim longa eſt: *Or* brevis. Hoc quidem habet ratio; [96] ſed ecce, hic ſine metri neceſſitate *honos* dixit. Item Salluſtius pene ubique *labos* poſuit, quem nulla neceſſitas [97] coëgit. Melius tamen eſt ſervire regulae. SIC NOS IN SCEPTRA REPONIS. [98] *Reponis in ſceptra*, aut ad imperia reſervas: id eſt, reſtituis in regna, quae amiſimus. SIC. Hoc eſt, per naufragia: aut certe antiqua eſt licentia communium praepoſitionum: [99] [*in ſceptra*, pro, in ſceptris.]

254. OLLI. Modo [1] *tunc*, propter ſequentia: pronomen enim non debet poni cum nomine; ſed pro ipſo nomine: [2] nullus enim dicit, *illi natae*. Alias tamen, *Olli*, illi ſignificat, ut X. 745. *Olli dura quies oculos: & ferreus urget Somnus*. SUBRIDENS. Laetum oſtendit Jovem, & talem, qualis eſſe ſolet, quum facit ſerenum: [Riſus enim ex laetitia oritur.] Poëtarum enim eſt elementorum habitum dare numinibus, ut ſupra de Neptuno dictum eſt. [Ennius: *Jupiter hic riſit, tempeſtateſque ſerenae Riſerunt omnes riſu Jovis omnipotentis*. Aut caeteri [3] ſic intelligunt Junonis [4] dolorem oblique accuſari a Venere, ut eſt: *Quae te, genitor, ſententia vertit*: Et: *Unius ob iram Prodimur*: ſicut alibi IV. 128. *Atque dolis riſit Cytherea repertis*.]

255. [VULTU QUO COELUM. Oſtendit, ſicut dictum eſt, cur ſubriſerit Jupiter.] SERENAT. [5] Hoc verbum de his eſt, quae carent prima poſitione: quod fit in his, quae in noſtra non ſunt poteſtate, ut *tono*, *fulmino*, *pluo*: haec enim non poſſumus dicere, [6] niſi forte, perſona [7] induatur ejus, qui poteſt: ut ſi tale aliquid Jupiter dicat.

256. OSCULA LIBAVIT NATAE. Leviter tetigit. Et ſciendum *oſculum*, religionis eſſe; *ſuavium* voluptatis: [quamvis quidam *oſculum* filiis dari, uxori *baſium*, ſcorto *ſuavium* dicant. Sane multi nolunt ita intelligi, ut ſummum oſculum filiae dederit, id eſt, non preſſum, ſed ſumma labella contingens: ſed ita ajunt: tum hilaris Jupiter vultus natae libavit, id eſt, contigit; ſcilicet ut nos ſolemus, cum blandimentis quibuſdam ſiniſtram maxillam contingere liberorum, ac deinde ad os noſtrum dextram referre. Ergo *libavit* merito: quia partem vultus, non totos contigerat; ut *oſcula* dixerit, quaſi *minora* & *teneriora* filiae *ora*; ut *ora* diminutive *oſcula*: nam *ora vultus* dici, ut II. Aen. I. *Intentique ora tenebant*: & III. 490. *Sic ora ferebat*: Ipſe diminutive *oſcula* dixit minores & teneros vultus:] [8] [ut alibi IV. 434. *Summaque per galeam delibans oſcula fatur*. Et Terentius Eun. III. II. 3. *O Thais mea, meum ſuavium*.]

VARIORUM.

lunt ex his verbis excudere. ſed malim de ſedibus quietis, in quibus ab erroribus quieſcit, capere. vid. ad Val. Fl. V. 296. ad Rutil. I. 161. & inf. ad III. Aen. 387. BURM.

251. INFANDUM. *Infande* Zulichem. & Sprotianus. *amiſſis infandum* Dorvillian.

252. ATQUE ITALIS. *Adque* Juntina editio. an non *aque*? vid. IV. Georg. 347. certe *disjungere* cum praepoſitione Terentius, Cicero & alii ſolent ponere, niſi inter res, quae disjunguntur, aliquid medium, quod faciat disjunctionem, ponant. ſic I-

taliā

93 *ego te aſpicio* L. *ego Euryale* V. R. 94 Hic oſtendit Trojanos non ſolum non malos, ſed pios Dan. & Fab. ſed in Dan. Ed. non ſolum malos, vitio operarum: priora debentur Fuld. & abſunt Mſ. & Ed. al. 95 deeſt Steph. 96 ſed in hoc loco etiam ſine L. Voſ. Steph. Fabr. ſed hic ſine Dan. 97 cogit R. 98 deeſt R. L. Voſ. in Dan. erat tantum, id eſt reſtituis i. e. q. amiſimus quae deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 99 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. al. 1 deeſt Voſ. 2 & nullus dicit Dan. nullus hoc dicit R. nullus e. dicit *natae* Voſ. 3 ſic intelligent * Junonis Fuld. 4 dolor Fuld. 5 verba quae prima poſitione carent R. pluo Jupiter dicat Voſ. amiſſis reliquis. hoc enim Fabr. al. 6 niſi ſit tale, aliter ut Jupiter dicat Dan. 7 inducatur L. R. Fabr. al. 8 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. ſed Fuld. caret exemplo Terentii.

Parce metu, Cytherea. Manent inmota tuorum
Fata tibi. Cernes urbem & promiſſa Lavini
Moenia, ſublimemque feres ad ſidera coeli
Ma-

SERVII.

257. PARCE METU. Quotiens in cauſſis arguimur, ante nos purgare debemus, & ſic ad actionem deſcendere, quod & hoc loco Jupiter facit, ante enim objecta purgat, & ſic venit ad promiſſionem. Et eſt *parce metu* elocutio uſualis, id eſt, dimitte metum: quomodo dicimus, *parce verbis*, *parce injuriis*. [Alii *metu*, pro, *metui* accipiunt, ablativum pro dativo: aut certe ideo metum aufert, ut animo ſecuriore poſſit audire, ut inf. 561. *Solvite corde metum, Teucri.*] CYTHEREA. Omnia, quae apud Graecos ει diphthongum habent, apud Latinos in *e* productum convertuntur, ut Κυθέρεια, *Cytherea*: [9] [Αἰνείας, Aeneas:] Μήδεια, *Medea*. Omnia autem, quae dicit Jupiter, ad ſolutionem pertinent antedictorum. [10] Ideo autem nunc dicit, *Parce metu*: quia ſuperius dixerat *Triſtior*. MANENT IMMOTA. Quia dixerat: *Quae te, genitor, ſententia vertit?* Et ſimul per tranſitum dogma Stoicorum oſtendit: *Nulla ratione poſſe fata mutari.*] Sane ſervat & hic ordinem, ſicut [10] * in templi oratione, ut ſtatim promittat quod praeſtaturus eſt, ne auditor ſit exſpectatione ſuſpenſus.] TUORUM. Trojanorum, vel Romanorum.

258. FATA TIBI. Non propter te: Fati enim immobilis ratio eſt. Sed aut vacat *Tibi*, ut Cicer. II. Catil. 5. *Qui mihi accubantes in conviviis*. Aut certe tuta ſunt tibi fata, non tamen propter te. CERNES URBEM. [11] Aut Romam ſignificat: quia cum proprietatem detrahimus, quod magnum eſt ſignificamus, ut ſi dicas: *legi Oratorem*, nec addas quem, intelligo Ciceronem: Et ne longa ſit exſpectatio, adjecit, *Et promiſſa Lavini Moenia*, [12] [aut certe detrahe *&*, ſicut multi, & Epexegeſim facis: [13] [*Cernes urbem*, id eſt, *promiſſa Lavini moenia*.] [14] [Videtur autem figurate dictum, *urbem* & *moenia*, quia diverſis idem ſignificavit.]

259. SUBLIMEMQUE FERES AD SYDERA COELI. Propter illud: *Coeli quibus annuis arcem*. Aeneas ſecundum quoſdam in Numicium cecidit fluvium; [15] ſecundum Ovidium in coelum raptus eſt; [16] appellatus tamen eſt, *Jupiter indiges*: [17] [Aeneas enim poſt errores [18] VII. annorum, cum ad Italiam perveniſſet, [&, ſicut hiſtoria habet, cognito quod Veneris filius, Troja profugus, fatis juvantibus ad Italiam veniſſet, & ab Latino ſuſceptus eſſet, filiam ejus Laviniam duxit uxorem, quo dolore] Turnus rex Rutulorum, [19] qui ante Laviniam ſperabat uxorem, & Latino & Aeneae bellum indixit; ſed primo praelio Latinus eſt interemptus; ſecundo vero Aeneas Turnum occidit. Ipſe vero, ut quidam dicunt, cum Mezentium, ut quidam vero, Meſapum fugeret, in [20] Numicium fluvium cecidit; ut vero [21] Livius refert, in coelum raptus eſt, cujus corpus [22] cum, [victis a ſe Rutilis & Mezentio] Aſcanius requiſitum non inveniſſet, in Deorum numerum credidit relatum. [23] [Itaque ei templum condidit & *Jovem indigetem* appellavit.] [Bene autem addidit *feres*, ut gratius eſſet quod per ipſam fieret.]

VARIORUM.

taliâ disjungi poſſent dici, conſiſtentes, in regione vicina Italiae, quae Italia media disjungitur. ab Illyrico exempli gratia, aut alia regione trans Italiam. ſic Aeneas medio mari & aliis terris disjungitur Italia, cujus nec fines tangere datur. contra Ita-

9 Χορείας Choreas L. deſunt Steph. al. 10 nunc dicit L. Voſ. R. 10 * corrupta haec ſunt, reſpicit vero locum inf. ℣. 562. ubi ſimilia adnotantur, de Didone poſt Ilionei orationem, dicente, ſolvite corde metum, Teucri. forte legendum, *in Didonis oratione*. 11 aut moenia Lavini aut Romam Fabr. al. Alii dicunt Romam vel ipſam Lavinium, multi & Epexegeſin faciunt *cernes urbem*, id eſt *promiſſa Lavini moenia*. Videtur &c. Dan. 12 deſunt Voſ. 13 deſunt Steph. al. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 15 non legi hoc in Ovidii XIV. Met. Fab. 15. Heinſius notarat, ideoque volebat *ſecundum Livium*. ut in Fuldenſi *Livius* legitur poſtea. ſed quum Ovidius dicat luſtratum undis Numicii Aeneam, *factum Deum*, inde facile colligi poteſt in caelum raptum. ut Calliſto, *facta Dea eſt* II. Met. 520. quam Jupiter *raptam caelo impoſuit* ℣. 506. ita Romulus raptus in caelum, Deus Quirinus factus. Livius vero lib. I. cap. 2. nihil ait, unde raptum in caelum colligi poteſt. tantum *ſitus eſt, quemcumque eum dici jus faſque eſt, ſuper Numicium flumen. Jovem indigetem appellant.* BURM. 16 appellatuſque eſt Jup. Steph. 17 haec deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ad ℣. 260. 18 IV. annorum Dan. 19 cauſſa Laviniae Latino &c. Dan. 20 Numicum Dan. Fabr. 21 Ovidius Dan. Fabr. 22 cum poſt victos Rutulos Aſcanius quaeſivit, & non inveniret, Dan. Fabr. 23 deſunt Dan. Fabr. al. ad ℣. 260.

Magnanimum Aenean: neque me ſententia vertit.
Hic (tibi fabor enim, quando haec te cura remordet,
Longius & volvens fatorum arcana movebo)
Bellum ingens geret Italiâ, populoſque feroces
Contundet; moreſque viris & moenia ponet:

Ter-

SERVII.

260. MAGNANIMUM. *Magnus* & *parvus*, quoniam menſurae ſunt, ad animum, non niſi *καταχρηστικῶς* adhibentur. [Et bene hoc addidit, quaſi dicat: quem tu miſerum dicis, nos magnanimum, ſummum. NEQUE ME SENTENTIA VERTIT. Ad illud: *Quae te, genitor, ſententia vertit.*]

261. HIC. Id eſt, Aeneas. Et eſt ordo: Hic bellum ingens geret Italia. [24] [Alii *Hic*, pro, poſt haec quae dixi, accipiunt; ut ſit loci adverbium, pro temporis.] TIBI FABOR ENIM. Hoc loco excuſat quaeſtionem futuram, quare Veneri dolenti quae vera ſunt dicat; [25] & aliter loquatur cunctis praeſentibus Diis: dicet enim in decimo 8. *Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.* [Et ideo *Tibi*, quod nulli alii, id eſt, Tibi ſoli.] QUANDO. Siquidem, [26] quoniam. REMORDET. Sollicitat, Terentius: *Par pari referto, quod eam* [27] *remordeat.*

262. ARCANA. Secreta. Unde & *arca*, & *arx* [28] dictae, quaſi res ſecretae, [29] [a quibus omnes arceantur.]

263. ITALIA. [30] [In Italia,] & detraxit praepoſitionem more ſuo, [31] ſic alibi IV. 36. *Non Libyae, non ante Tyro deſpectus Hiarbas:* id eſt, in Tyro: nam ſi adverbialiter [32] vellet, *Tyri* diceret. POPULOSQUE FEROCES CONTUNDET. Incongruum fuerat in conſolatione, [33] dolenti bella praedicere: ob hoc ergo etiam victoriam pollicetur.

264. MORESQUE VIRIS ET MOENIA PONET. Hyſteron proteron in ſenſu: ante enim civitas, poſt jura conduntur. Leges autem, etiam *mores* dici non dubium eſt.

VARIORUM.

Italia disjungitur a Gallia Varo, a Germania Alpibus &c. ita porro, ubi fines proximi ponuntur. Britannia, Africa disjungitur Italia, tot mediis interjacentibus. ita apud Valer. Flac. II. 562. *quamvis longis disjungimur oris.* quia multae terrae inter nos interjacentes ſunt. pro *oris arvis* Leidenſ. unus & Hamburgenſis prior pro varia lectione. BURM.

253. IN SCEPTRA. *In regna* pro varia lectione in Hamburgenſi ſecundo & Oudartiano.

255. TEMPESTATESQUE. *Tempeſtatemque* Bigotianus.

256. OSCULA LIBAVIT. Vide haec explicantem Salmaſium ad Vopiſci Probum capite ultimo.

258. URBEM ET PROMISSA. Alii copulam omittunt, ut ſequentia ſint *ἐπεξήγησις*, *urbem*, *moenia* Lavinii. FABRIC.

259. FERES AD SIDERA. Alluſit ad vaticinium Ennianum.

Unus erit, quem tu tolles in caerula coeli.

Hoc Virgilius ad Aeneam retulit, Ovidius ad Romulum. verſus ex Ennio citatur a Varrone. FABRIC.

260. VERTIT. *Vertet* Rottendorphianus primus & ſecundus Moretanus. HEINS.

261. HIC. *Hinc* Sprotii & alter Rottendorphius. antiquae editiones fere jungunt *hic tibi*, & parentheſin a *fabor* inchoant. in Graeviano erat, *Hinc (Tibi fabor enim) quando* &c. *quando te haec* Menagii alter. BURM.

262. ET VOLVENS. *Evolvens* Hamburgenſis prior & Pariſ. a manu prima, Dorvill. & Ed. Venet. *ac volvens* Parrhaſ. vid. Waddel. Anim. Crit. p. 10.

Ibid. MOVEBO. Ita omnes ſcripti. P. Daniel. edidit tamen *monebo*, quem deinceps multae editiones

24 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. ibi pro poſt hoc, quod dixit Dan. 25 ſed aliter loquatur L. R. Voſ. ſed al. loquetur Steph. Dan. dicit ſed al. loquetur Fab. al. ſed in Fuldenſi erat; dicat, & ideo *Tibi* quod nulli alii, id eſt tibi ſoli: Nam aliter loquitur &c. 26 deeſt L. Voſ. R. Steph. 27 *remordet* L. ſed apud Terent. Eun. III. 1. 55. legitur *mordeat.* vid. Victor. & Manut. ad Cicer. 1. ad Famil. Ep. 9. 28 dicta L. Steph. Dan. Fab. al. quaſi res ſecreta L. Dan. Fab. al. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. ſecreta, a quibus Fabr. 30 deſunt L. 31 ſic & illo loco L. R. Voſ. Steph. ſic illo loco Fabr. al. et alibi Dan. 32 vellet dicere Fabr. al. 33 adjecta vox *doleati* ex Fuldenſi.

Tertia dum Latio regnantem viderit aeſtas,
Ternaque tranſierint Rutulis hiberna ſubactis.
At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iülo
Additur (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)

Tri-

SERVII.

265. TERTIA DUM LATIO &c. [34] [Rhetorice, ne breve eſſet, ſi triennium diceret, tempora diviſit in [35] ſpecies.] Ordo autem eſt longiſſimus: nam aliter non procedit: *Sublimemque feres ad ſydera coeli Magnanimum Aeneam. Tertia dum Latio regnantem viderit aeſtas* [Ergo videtur ſic tacite mortem Aeneae ſignificaſſe.] [36] [DUM autem pro donec, ut ſupr. 5. *Dum conderet urbem:* id eſt, donec. Quidam ideo bis annos ternos memoraſſe tradunt, ut tres annos ſolum Aeneam regnaturum ſignificaret; quod cum Latino alios tres annos regnaſſe dicitur.]

267. AT PUER ASCANIUS. Prudenter exitum Aeneae & oſtendit, & tacuit, dicendo filium poſtea regnaturum. [Aut quia major cura Veneri de nepote, ut in X. 47. *Liceat ſupereſſe nepotem.* Et iterum ibi: *Hunc tegere.*] CUI NUNC COGNOMEN IULO ADDITUR. [Licet ſuperius hiſtoria ſit narrata, tamen etiam] [37] ſecundum Catonem hiſtoriae hoc habet fides: Aeneam cum patre ad Italiam veniſſe, & propter invaſos agros, contra Latinum Turnumque pugnaſſe; in quo proelio periit Latinus. Turnum poſtea ad Mezentium confugiſſe, ejuſque fretum auxilio bella renovaſſe, quibus Aeneas Turnuſque pariter rapti ſunt. Migraſſe poſtea in Aſcanium & Mezentium bella; ſed eos ſingulari certamine dimicaſſe. Et occiſo Mezentio, Aſcanium, [38] *Iulum* coeptum vocari, [vel quaſi *Juloni:* id eſt, ſagittandi peritum, vel] a prima barbae lanugine, [quam ἴουλον Graeci dicunt,] quae ei tempore victoriae naſcebatur. Sciendum eſt autem hunc primo *Aſcanium* dictum, a Phrygiae flumine *Aſcanio*, ut III. Georg. 269. *Tranſque ſonantem Aſcanium.* Deinde *Ilum* dictum a rege *Ilo*, unde & *Ilium.* Poſtea *Iulum*, occiſo Mezentio: de quibus nominibus hoc loco dicit: AT PUER ASCANIUS, CUI NUNC COGNOMEN IULO ADDITUR, ILUS ERAT. Ab hac autem hiſtoria [39] ita diſcedit Virgilius, ut aliquibus locis oſtendat, non ſe per ignorantiam, ſed per artem poëticam hoc feciſſe, ut illo loco VI. 718. *Quo magis Italia mecum laetere reperta:* ecce ἀμφιβόλως dixit: oſtendit tamen Anchiſem ad Italiam perveniſſe. Sic autem omnia contra hanc hiſtoriam ficta ſunt, ut illud, ubi dicitur Aeneas vidiſſe Carthaginem; cum eam conſtet ante LXX. annos urbis Romae conditam. Inter excidium vero Trojae & ortum urbis Romae, anni inveniuntur CCCLX. COGNOMEN IULO. Si proprie loqueretur, *agnomen* diceret, [40] [non *cognomen*,] ſed magis ad familiam reſpexit: quia omnis gens Julia inde originem ducit. Dicimus autem, & *nomen mihi eſt Cicero:* ut Terentius in Prologo. *Hecyra eſt huic nomen fabulae:* & *Ciceronis*, ut Salluſtius I. Hiſtor. *Cui nomen* [41] *oblivionis condiderant:* & *Ciceroni*, ut IX. 593. *Cui Romulo cognomen erat:* & *Ciceronem*, ut III. 18. *Aeneadaſque meo nomen de nomine fingo.* Melius tamen eſt dativo uti.

268. [42] [ILUS ERAT. Deeſt qui: debuit autem dicere, *qui Ilus erat.* ILIA. Pro Ilienſibus, ut Plautus: *Hector Ilius*, pro, Ilienſis. [Et Amph. Prolog. 98. *Amphitryo, natus Argis, ex Argo patre*, id eſt, Argivo.]

VARIORUM.

nes ſequutae. *docebo* Pugetianus. ſed Guellius recte vindicavit *movebo*. BURM.

264. MORESQUE. *Morteſque* Zulichemius. *moenia condet* Oudartius & Hamburgenſis prior pro varia lectione. Gloſſatoris ſine dubio. vide ad Ovid. III.

34 deſunt Voſ. Dan. 35 ſpeciem Steph. Fabr. al. hic interjicit Fabr. *Dum* pro &c. ad *dicitur*. Ordo autem &c. *Dum* pro donec non probat Corradus. ſed tunc *cum* eſſe dicendum, id eſt, illo triennio quo regnabit, leges dabit. vid. ad Phaedr. III. 10. *cum* & *dum* ſaepe, etiam apud Virgilium confundi oſtendit Servius inf. ad ℣. 697. non alienus ſum a Corradi ſententia. BURM. 36 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 37 ſecundum Catonis hiſtoriam hoc Fabr. al. 38 ſicut I. Caeſar ſcribit Julum c. v. vel quaſi &c. uſque *quae tempore* Fuld. 39 deeſt Voſ. 40 deſunt Dan. & non cog. L. Voſ. R. 41 non de homine, ſed de fluvio hic agi oſtendi ad Sueton. Grammat. cap. X. mox *cui Remulo* L. Voſ. R. 42 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fab. al. ad MAGNOS ℣. 169.

Triginta magnos volvendis menſibus orbis
Imperio explebit, regnumque ab ſede Lavini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam.

Hic

SERVII.

269. TRIGINTA. Quod XXX. tantum annos regnavit. Vel quod Cato ait: XXX. *annis expletis eum Albam condidiſſe.*] MAGNOS ORBES. Tria ſunt genera annorum: aut enim Lunaris annus eſt, XXX. dierum: aut Solſtitialis, XII. menſium: aut ſecundum Tullium Magnus, qui tenet XII. millia [43] quingentos quinquaginta quatuor annos, ut in Hortenſio: [44] *Et horum annorum, quos in Faſtis habemus, magnus* XII. *millia* quingentos LIV. *annos complectitur.* Hoc ergo loco *magnum* dicit comparatione Lunaris anni, [45] [qui eſt XXX. dierum,] ut alibi III. 284. *Interea magnum Sol circumvolvitur annum. Annus* autem dictus quaſi *anus,* [46] unde anulus, quod in ſe redeat, ut eſt II. Georg. 402. *Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.* Vel ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, id eſt, ab innovatione. VOLVENDIS. Volubilibus. [47] [vel quia volvuntur,] ut ſupra.

270. A SEDE LAVINI TRANSFERET. Verum eſt: vitans enim novercalem invidiam, [48] [quod timore Aſcanii Lavinia poſt Aeneae mortem ad Tyrum, paternum paſtorem, gravida confugit [49] ad ſylvas: [nam ibi etiam Sylvium peperiſſe dicitur,] deſeruit Lavinium, & Albam Longam condidit, dictam ab omine porcae albae repertae: vel ſitu civitatis, vel prolixitate collis, [ad quam cum de Lavinio Dii penates tranſlati, nocte proxima Lavinium rediſſent, atque eos denuo Albam Aſcanius tranſtuliſſet, & illi iterum rediſſent Lavinium, eos manere paſſus eſt, datis qui ſacris praeeſſent, agroque eis adſignato, quo ſe alerent. VI. [50] Modo virtute, τὴν δύναμιν alibi τὴν βίαν, ut eſt III. 55. *Auro vi potitur*: alias pro magna copia. Cicero in Deorum natura II. 39. *Infinitamque vim marmoris.* Salluſtius fragm. incert. *Magna vis hominum convenerat agris pulſa, aut civitate ejecta:* & eſt ſermo diverſa ſignificans, pro ut ſe locus obtulerit.]

VARIORUM.

III. Met. 13. & Cerdam ad lib. VIII. 52. vulgatam etiam habet Commentator Crucquianus Horatii ad Carm. ſeculare. *ponet* vero tam *moenibus*, quam *moribus*, id eſt legibus convenit. Lucan. II. 12. *ſive nihil poſitum eſt.* vid. ad X. Aen. 623. BURM.

266. TRANSIERINT. *Tranſierant* quartus Moretanus. male: *dum* pro donec requirit ſubjunctivum. vide ad Phaedr. III. fab. 10. ſupr. ỳ. 265. *cum* alter Hamburgicus. BURM.

267. COGNOMEN IULO ADDITUR. Livius IV. 26. *Eidem & Penno cognomen additur.* vide Donat. ad Terentii Prolog. Hecyr. I. 1. & Gronovium ad Livii librum I. 1. & 3. *Iulus* Excerpta noſtra, & hoc defendi poteſt ex illis, quae diximus ad Ovid. V. Faſt. 595. ſed *Iulo* firmat Rufin. de Schem. Lex. p. 33. Britannus in Miſcell. obſer. vol. I. Tom. I. pag. 56. & 82. Parentheſim inchoat a (*cui nunc*) & omnia illa inepte a Jove Veneri dici, quaſi illa ignoraret nomen nepotis ſui. ſed hoc debuit Jupiter memorare, ut non ab Aenea, ſed ab Iulo gentem Juliam deſcenſuram oſtenderet, continua ſerie ex regibus Albanis, non Latinis. primus vero Albae rex Aſcanius fuit. hujus regnum jam firmum fore vaticinatur, & gentis Juleae originem hinc deduci. vide etiam, quae ibi adnotavit vir doctus. BURM.

269. ORBES. Ita pro anno etiam in Epigrammate veteri pag. 4. Edit. Pithoei,

Vota Faventinus bis deni ſuſcipit orbis.

id eſt vicennalia. ita *magnus orbis* II. Georg. 338. & confudiſſe has voces librarios videbis ad Ovid. lib. I. Faſt. I. BURM.

270. A SEDE. *Ab ſede* Mediceus & Gudianus cum primo Moretano & Menagiano altero. dictum lib. III. 687. HEINS. *A ſede Latini* etiam Sprotianus & Parrhaſ.

271. MULTA VI. Catroeus de valide munita & opulenta urbe capit. male. eſt enim magno impetu, animi ardore, ſpernens Lavinium, & in nova condenda & munienda urbe totus & omnibus viribus intentus. Georg. I. 169.

In

43 ita omnes Codd. ſed Fuldenſis ſolus nongentos utroque loco. 44 deeſt L. Voſ. R. Fabr. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. & alibi iidem. 46 id eſt anulus L. R. Voſ. Steph. Dan. Fab. al. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 48 deſunt L. Voſ. 49 ad Silvas, ibique Sylvium peperit, & Albam condidit, ab omine &c. Dan. Fab. qui dictam ab omine. 50 nunc virtute Fabr. non virtute Baſil. quae, ut & L. R. Voſ. Steph. Dan. addunt, nam multa ſignificat: reliqua deſunt.

Digitized by Google

Hic jam ter centum totos regnabitur annos
Gente ſub Hectorea; donec regina ſacerdos

Mar-

SERVII.

272. HINC JAM. Praeterea. [Si autem *hic jam*, in hoc ſcilicet loco.] TERCENTUM. Quomodo ccc. annos dicit, cum eam quadringentis [51] regnaſſe conſtet ſub Albanis regibus? ſed cum praeſcriptione [52] ait: tercentum ſcilicet uſque ad ortum urbis Romae: namque ait: *Donec regina ſacerdos Marte gravis*. Et conſtat in regno Romuli [53] [& Numae,] & [54] Tulli Hoſtilii, qui evertit Albam, centum annos, quibus pariter [55] Roma & Alba regnaverunt, eſſe conſumptos. TOTOS. Id eſt, [56] [ſine fine,] ſine intermiſſione. [REGNABITUR. Impenſonalibus uſus eſt, quia de multis dicit, ut I. Ecl. 12. *Uſque adeo turbatur agris*.] GENTE SUB HECTOREA. [57] [Id eſt, Trojana. Sed quidam reprehendunt, quod *Hectorea* & non *Aeneia*; mos eſt poëtis nomina ex vicinis uſurpare, quia conjunctus genere Hectori Aſcanius, ut eſt III. 344. *Et pater Aeneas, & avunculus excitat Hector.* Alii tradunt, cum Hectoris progenies nulla in Italia fuerit, ideo *Sub Hectorea* poſitum, ut ſignificaret ſub forti, ut in quinto 190. *Hectorei ſocii*. Sed & aliis rebus alia dant nomina, ut pios Aeneadas appellari: ut timidos Phrygas, ut nobiles Dardanidas, ut perjuros Laomedontiadas. Caeterum ubi veram originem ſignificat inf. 284. *domus Aſſaraci* ponit: Ex quo Capys, ex Capy Anchiſes, ex Anchiſe Aeneas.]

273. DONEC REGINA SACERDOS. Hiſtoria hoc habet: Amulius & Numitor fratres fuerunt, [58] [filii Procae.] Amulius autem fratrem imperio pepulit, & filium ejus necavit: filiam vero [59] ejus Iliam, Veſtae ſacerdotem fecit, ut ſpem ſobolis auferret, a qua ſe puniri poſſe cognoverat. [60] Haec, ut multi dicunt, cum peteret aquas ad ſacra, repentino occurſu lupi turbata, refugit in ſpeluncam, [61] in qua a Marte compreſſa eſt, unde nati ſunt Remus & Romus. [Sed Amulius, timens ne de ſtirpe fratris Numitoris aliquid procreatum adoleviſſet quod avum forſitan vindicaret, *pueros* cum matre praecipitari juſſit in Tyberim] Tum, ut quidam dicunt, Iliam ſibi Anien fecit uxorem: ut alii, inter quos Horatius, Tyberis, unde ait I. Od. 2. *Uxorius amnis*. Pueri vero expoſiti ad vicinam [62] ripam ſunt, ad quos vagientes lupa de vicinis montibus venit & ubera praeſtitit; ſed cum eos [63] Fauſtulus paſtor ejus loci animadvertiſſet nutriri a fera: & picum parramque circumvolitare; ſuſpicatus divinae originis ſobolem, ad Accam Laurentiam uxorem, quae ante meretrix [64] fuerat, pueros detulit, quae ſuſceptos aluit. Hi poſtea avum ſuum Numitorem occiſo Amulio in regna revocarunt: quibus, dum [65] cum avo anguſtum Albae videretur [66] imperium, receſſerunt: & captatis auguriis urbem condiderunt. Sed Remus prior ſex vultures vidit; Romus poſtea XII. quae res bellum creavit, in quo extinctus eſt Remus, & a Romi nomine Romani ſunt appellati: Ut autem pro Romo, Romulus diceretur, blandimenti [67] genere factum eſt, quod gaudet diminutione. [68] Quod autem a lupa aliti dicuntur, fabuloſum figmentum eſt ad celandam auctorum Romani generis turpitudinem: nec incongrue fictum eſt: nam & meretrices *lupas* vocamus: unde & *lupanaria*. Et conſtat hoc animal in tutela eſſe Martis: [69] [ut alibi IX. 566. *Martius a ſtabulis rapuit lupus*.] [Sed de origine & conditore Urbis, diverſa a diverſis traduntur. Clinias refert Telemachi filiam Romen nomine, Aeneae nuptam fuiſſe, ex cujus vocabulo Romam appellatam. [70] [Cato in Originibus] dicit Latinum ex Ulixe & Circe editum de nomine ſororis ſuae

mor-

51 regnare Voſ. 52 hoc dicit, tercentum enim Dan. ſed cum p. L. excluſione ſcriptione ait Voſ. 53 deeſt Voſ. 54 Tulli & Oſtilii Dan. 55 Romae & Albae L. Romae & Alba R. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fab. al. ſed Daniel caret ſine intermiſſione. 57 Trojana. ſed debuit dicere *Aeneia*. diximus ſuperius nomina Poëtas ex vicino uſurpare L. Voſ. (qui non habet Poëtas) R. Steph. Fab. al. reliqua ex Fuldenſi ſunt ad ÿ. 273. 58 deſunt L. Voſ. R. mox regno pepulit Steph. Fuld. Dan. 59 deeſt L. Voſ. R. filiam quoque ejus Dan. 60 haec cum peteret Dan. Hanc, ut multi dicunt, Mars compreſſit. unde nati L. Voſ. R. Steph. 61 in ea Fabr. & mox Remus & Romulus, quos cum Matre Am. p. i. e. T. Hanc &c. Dan. 62 ripam delati ſunt Dan. hos Fauſtulus reperit paſtor, cujus uxor erat nuper meretrix Acca Laurentia, (Lerentia R.) quae ſuceptos aluit pueros L. Voſ. R. Steph. 63 Fauſtus Dan. 64 fuerat detulit, quae eos aluit Dan. & ſuſceptos aluit Fabr. 65 cum eo L. Voſ. R. Steph. cum alio Dan. 66 regnum Dan. 67 gratia Dan. 68 ſed a lupo ideo dicuntur alti, propter turpitudinem, nec incongruenter: nam meretrices. Dan. alti etiam L. R. Voſ. ſed quod a Lupa alti dicuntur fabulae hoc ad c. a. R. g. o. fingunt Fuld. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 70 pro his lacuna eſt. . . . . in Fuld.

Digitized by Google

Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus

Ro-

SERVII.

mortuae Romen civitatem appellaſſe. Artejus adſerit Romam ante adventum Evandri diu Valentiam vocitatam: ſed poſt Graeco nomine Romen vocitatam. Alii a filia Evandri ita dictam; alii a fatidica, quae praedixiſſet Evandro, his eum locis oportere conſidere Heraclides ait Romen, nobilem captivam Trojanam, huc appuliſſe, & taedio maris ſuaſiſſe ſedem, ex cujus nomine Urbem vocatam. Eratoſthenes Aſcanii, Aeneae filii, Romulum parentem urbis refert. Naevius & Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt. Sibylla ita dicit, Ῥωμαῖοι, Ῥώμου παῖδες.] REGINA. Regis filia: abuſive ait more poëtico, ut alibi VI. 28. *Magnum reginae ſed enim miſeratus amorem:* id eſt, regis filiae [71] Ariadnes. [SACERDOS. Quia ab Amulio Veſtae virgo eſſe juſſa eſt, ne ei propter edendam ſobolem facultas eſſet viro jungi.]

274. MARTE GRAVIS. Gravida, ut I. Ecl. 50. *Non inſueta graves tentabunt pabula foetas.*

275. INDE. [72] Poſt, vel deinde vel tunc, adverbium loci pro temporis. FULVO TEGMINE. Id eſt, pelle lupae; qua utebatur more paſtorum. Sed hoc multi reprehendunt, cur nutricis tegmine uſus ſit, qui ratione gemina refutantur: vel falſitate fabulae, vel exemplo Jovis, qui caprae nutricis [73] [ſuae Amaltheae] utitur pelle: [unde Graece Αἰγιαλὸς appellatur. Sane *tegmine*, multi antique dictum aſſerunt, quia *tegumentum* dici debere affirmant.] LAETUS. [74] [Virtute alacer: [vel quia avo regnum reddiderat; vel quia ipſe novam urbem & novum condebat imperium.]

VARIORUM.

In ſilvis magna vi flexa domatur.
III. Georg. 220.
Illi alternantes multa vi praelia miſcent.
& IV. 174.
Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt.
ubi etiam *multa*, in uno codice, ſicut IX. Aen. 724. & ut hic Zulichemius, *magna vi. vi multa* Oudartii. vid. Suet. Tiber. I. *muniet urbem* ſecundus Hamburgenſis. BURM.

272. HIC JAM TERCENTUM. Malim diviſis vocibus legere *ter centum*. *Tercentos* Montalb. & Venetus. *treſcentum* fragm. Moreti. *Trecentum* Ed. Com. imperite. *Hinc* etiam ex Menteliano, Moreti fragm. & quatuor aliis notavit Heinſius. *Hoc* ſec. Hamburg. & Parrhaſ. Quia vero notante Servio *regnabitur* hic abſolute ponitur, ut *turbatur*, hoc vix procedere poſſit & congruere praepoſitioni *ſub*, quae melius ſubjectis, quam regibus conveniret. quare forte ſcripſerit: *haec* (ſcil. Alba) *regnabitur gente ſub Hectorea*. & tunc ut ſaepe, *ſub* pro *ab*, vel ut abundans praepoſitio, deberet capi; & ita Horatius, Ovidius & alii *regnatur Phalanto*, *Cyro*, & ſimilia dixiſſe notum eſt. & hoc videtur firmari poſſe ex illis lib. VI. 770. de Sylvio Aenea;

Si umquam regnandam acceperit Albam.

noſter lib. III. 14. *terra regnata Lycurgo*. Plinius VI. cap. 20. *Gens Pandae*, *ſola Indorum regnata feminis*. Silius I. 293.

Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen.

v. 7.

Quae vada, Faunigenae regnata antiquitus Auno.

& ita paſſim alii. Pugetianus codex *dominabitur* habebat, quod librarius ex lib. III. 97. repetiit. Catroeus *ſub* explicat per *poſt*, & Hectoream gentem dici a matre Aſcanii Creuſa, quae ſoror fuit Hectoris. & explicat hoc modo, Sylvium poſtumum ex Lavinia poſt mortem Aſcanii accepiſſe regnum. Iulum autem Aſcanii filium adeptum Pontificatum, & ex hoc deſcendiſſe gentem Juliam. & ita poſt gentem Hectoream, id eſt poſt mortem Aſcanii, regnaſſe reges a Sylvio oriundos; quae ex diverſis ſententiis de Iulo & Dionyſio Halic. illuſtrare conatur. ſed certum eſt Virgilium, priorem Iulum, qui idem eſt, qui Aſcanius, non ſecundum Iulum facere auctorem gentis Juliae. ſed utitur hic epitheto *Hectoreae*, pro Trojanae. ut moris

71 neſcio unde *Ariadnes* habeat Maſvic. quum in omnibus ſit *Paſiphaes*, vel *Paſiphaae*. niſi ita Ryckius ex Servio ad lib. VI. 28. correxerit, & recte, ut puto. ſed ſi *Paſiphaes* eſſet vera lectio, tunc legendum eſſet, *regis uxori*, non *filiae*: nam ſolis filia dicitur fuiſſe: quare error potius ſit Servii, vel quicumque interpolavit. BURM. 72 deinde reliqua abſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Emiſit* ℣. 276. virtute alacri Fabr.

Digitized by Google

Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet
Moenia, Romanoſque ſuo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Im-

SERVII.

276. ROMULUS. Bene Romulum ſolum ait, diſſimulans de parricidio.] EXCIPIET GENTEM. Remo ſcilicet interempto, poſt cujus mortem natam conſtat peſtilentiam: unde conſulta oracula dixerunt, placandos eſſe manes fratris extincti; ob quam rem ſella curulis cum ſceptro & corona, & caeteris regni inſignibus, ſemper [75] juxta ſancientem aliquid Romulum ponebatur, [76] ut pariter imperare viderentur: unde eſt: *Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt.*

277. ROMANOSQUE SUO DE NOMINE. Perite: non ait Romam, ſed Romanos: Urbis enim illius verum nomen nemo vel in ſacris enuntiat. Denique tribunus plebis quidam, [Valerius Soranus,] ut ait Varro, [& multi alii] quia hoc nomen auſus eſſet enuntiare, [ut quidam dicunt, raptus a Senatu, &] in crucem levatus [77] eſt: [ut alii, metu ſupplicii fugit, & in Sicilia comprehenſus a Praetore, praecepto Senatus occiſus eſt.] Hoc autem Urbis nomen ne Hyginus quidem, cum de ſitu urbis loqueretur, expreſſit.

278. NEC METAS RERUM, NEC TEMPORA PONO. *Metas*, ad terras retulit; *Tempora*, ad annos: [78] Lavinio enim & Albae finem ſtatuit; Romanis aeternitatem: [quia ſubjunxit: *Imperium ſine fine dedi.* Lavinio triennium, Albae trecentos.]

VARIORUM.

ris eſt ipſi & aliis Poëtis, longius aliquando repetere epitheta. ſic & gentem *Hectoream* pro Romana dixit Silius II. 342. qui *Rhoeteam*, *Dardanam* &c. ſaepe appellat, & libr. XIV. 205. *Hectoreum Aceſtem* pro Trojano noſter infr. V. 190. *Hectoreos ſocios* dixit pro Trojanis. ſic Virgilius lib. VI. 398. *Amphryſiam vatem* dicit, quae nihil cum Amphryſo commune habuit, ſed quia Apollinis erat vates, ita vocat. ſic Propert. III. XI. 7. *Cadmeam Tyron* appellat. ubi videndus Brouckhuſius. in Lucano, Statio & aliis ſimilia occurrunt. Jam vero, non aliter hoc epitheton *Hectorea* Catroeus poſſet tueri: nam aeque longe petitum eſſet ita vocare gentem a ſorore Hectoris & avunculo Iuli, quam ab illuſtri aliquo Heroë, qui gentem Trojanam maxime illuſtravit. Hanc gentem jam Hectoream regnaturam dicit, uſque ad Romulum, qui *Mavortia* condet moenia & *Romanos* deinde dicet, non *Trojanos* aut *Hectoreos*. BURM.

274. DABIT. Pro *det* poſitum notat Donatus ad Terent. Hecyr. I. II. 31. ſed indicativo jungi ex ſolo Livio innumeris exemplis docuit Celeb. Drakenb. ad lib. I. VII. §. 14. Horat. I. Od. 9. *donec canities abeſt*. *partu geminam* ſecundus Hamburgenſis. BURM.

275. TEGMINE. Male de veſte capiunt Cerda & Catroeus. de exuviis, quibus caput ſuum & humeros tegebant Heroës, capiendum, ut ita Hercules in exuviis Leonis. & infr. 325. *maculoſae tegmine lyncis*. ita galeae *tegmina* VII. Aen. 632. & 742. & paſſim. aliquando & pro clypeo ponit noſter V. ad Flor. III. XX. 6. Statius etiam lib. IX. Theb. 486. *Excuſſumque manu tegmen*. & Clypeum a tegendo nomen apud Graecos accepiſſe ſaepe docet Servius. vid. ad II. 389. VII. 286. VIII. 447. Male vero Corradus huc refert illud, *ſub pellibus hiemare*, quod de tentoriis dici ſatis notum eſt. plura etiam de veſte Romuli adfert, & tamen etiam de exuviis animalium addit alia. *nutrices* Mediceus vitioſe. BURM.

Ibid. LAETUS. *Lectus* Vratiſl.

276. EXCIPIET. *Accipiet* Hamburgenſis primus. ſed *excipiet* gentem, eſt Hectoreae genti ſuccedet, ut ita paſſim ſumitur. Mavortia enim urbs nova, a Romulo Martis filio condita, ubi ille imperare incipiet, & de ſuo nomine dicet Romanos. *ducis* alter Hamb.

278. METAS. *Metam* Bigotianus: ſed Silius VII. 478. haec reſpiciens,

Hic regna, & nullae regnis per ſecula metae.

BURM.

280. NUNC

75 juxta ſancientem Romulum R. 76 ut aliquid imperare viderentur R. videretur Steph Dan. Fabr. al. 77 eſt, quod ne Hyginus R. Voſ. L. Steph. Dan. Fabr. al. nec H. quidem Fabr. al. Iginus Dan. al. Iginius Steph. 78 Lavinio triennium, Albae trecentos ſtatuit. Romanis tribuit aet. Fuld. finem inſtituit, R. tribuit aet. Fabr. al. tribuit deeſt L. R. Voſ. Steph. Dan.

Imperium ſine fine dedi. Quin aſpera Juno,
Quae mare nunc terraſque metu coelumque fatigat,
Conſilia in melius referet, mecumque fovebit
Romanos rerum dominos, gentemque togatam.
Sic placitum. Veniet luſtris labentibus aetas,
Quum domus Aſſaraci Phthiam claraſque Mycenas

Ser-

SERVII.

279. QUIN. Quinetiam: minus enim eſt *etiam*: nam plenum eſt: *quinetiam*, ut IV. 309. *Quinetiam hyberno moliris ſydere claſſem.* [ASPERA JUNO. Vel quam tu *aſperam* dicis: vel certe, ut & ego fateor. Et] tolerabilius hoc Jupiter dicit, [79] [ut criminaretur uxorem: marito enim magis congruit, quam alii.]

280. QUAE MARE NUNC TERRASQUE METU, COELUMQUE FATIGAT. [*Metu* ſcilicet, quem de Carthagine habet,] [80] ut ſupra: *Id metuens*: [vel metu, quo Trojanos ferret & Venerem: nam dicit: *Parce metu, Cytherea.*] MARE autem TERRAS COELUMQUE FATIGAT alibi [81] [oſtendit dicendo VII. 301.] *Abſumptae in Teucros vires coelique mariſque.* [FATIGAT vero pro exercet, ſollicitat, commovet.]

281. CONSILIA IN MELIUS REFERET. [Εἰς τὸ κρεῖττον. Et eſt Latinior elocutio. Salluſtius fragm. incert. *Ad mutandum modo in melius ſervitium*:] quia bello Punico ſecundo, ut ait Ennius, placata Juno [82] coepit favere Romanis. [MECUMQUE FOVEBIT. Id eſt, eadem quae ego ſentiens, eadem quae ego volens; vel, ut quidam volunt, mecum in Capitolio conſtituta.]

282. GENTEMQUE TOGATAM. Bene *gentem*: quia & ſexus omnis & conditio *toga* utebatur; ſed ſervi nec colobia, nec calceos habebant. *Togas* autem etiam foeminas habuiſſe, [83] cycladum & recini uſus oſtendit. *Recinus* autem [84] dicitur ab eo, quod poſt tergum reicitur, quod vulgo [85] *Mavorte* dicunt.

283. SIC PLACITUM. Vel fatis, vel mihi: nam imperſonale eſt. LUSTRIS. Quinquenniis. Et bene Olympiadibus computat tempora; [86] [quod magis ad Jovem pertinet:] quia nondum [87] erant, vel Roma, vel Conſules. *Luſtrum* autem dictum, quod poſt quinquennium unaquaeque civitas luſtrabatur. [88] [Unde Romae *ambiluſtrum*; quod non licebat, niſi ambos Cenſores poſt quinquennium luſtrare civitatem. AETAS. Juxta veteres, *aetas* hic pro tempore poſita eſt; alibi pro modo annorum, ut eſt IV. Ecl. 37. *Ubi jam firmata virum te fecerit aetas*: & III. Georg. 60. *Aetas Lucinam juſtoſque pati hymenaeos.*]

284. DOMUS ASSARACI. [89] Trojani, id eſt, familia Trojana: [90] [& eſt a parte totum:] Nam Aſſaracus Capyn genuit, Capys Anchiſem: unde Aeneas auctor Romani generis: ex quibus [91] Mummius, qui Achajam vicit. PHTHIAM. Achillis patriam, [ut XI. 266. *Ipſe Mycenaeus magnorum ductor Achivum.*] MYCENAS. Agamemnonis patriam, ut VI. 819. *Agamemnoniaſque Mycenas.*

VARIORUM.

280. NUNC TERRASQUE. *Quae terraſque* quidam codices. vid. ad Lib. III. 361.

281. FOVEBIT. *Juvabit* ſecundus Moreti. eadem varietas apud Ovid. II. Faſt. 42. vid. ad Val. Flac. I. 376. & ſupr. ℣. 28. deinde *Progeniem rerum dominos* Bigotianus. ſed *Romanos* firmat Sueton. in Auguſt. XL. per *togatam gentem* intellexiſſe Senatum Catroeus putat, quia ejus auctoritas,

tem-

79 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 80 ut ſupra, id eſt *metuens* Steph. Fabr. reliqua deſunt omnibus. 81 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. ut alibi Fabr. alibi Steph. 82 coeperit Fuld. 83 Cycladium L. Voſ. 84 dicitur quod poſt Dan. 85 *Maſorte* L. Voſ. vulgum *aſorte* R. ſed *Maſors Maſorteum*, vel *Mavortium*, & *Maſortiolum* inter veſtes muliebres, & operimentum capitum, etiam monachis uſitatum, mediae aetatis fuiſſe, poſt Salmaſium, docet Cangius in Lexico Mediae Latinitatis. BURM. 86 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 87 erat Baſil. 88 deſunt L. R. Voſ. Steph. ad ℣. 284. 89 deeſt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 90 deſunt iiſdem. 91 Nummius Fuld. Corradus refert ad M. Fulvium Ambraciotam, qui ad Argos Amphilochium caſtra poſuit, & deinde Argos Peloponneſi venit, & res Graeciae compoſuit. varie autem aeſtuat circa Argos duplices.

Digitized by Google

Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.
Naſcetur pulchra Trojanus origine Caeſar,
(Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris;)
Julius, a magno demiſſum nomen Iülo.
Hunc tu olim coelo, ſpoliis Orientis onuſtum,

Ad-

SERVII.

285. NASCETUR. Ad illud reſpondet: *Certe hinc Romanos olim.* Et omnis Poëtae intentio, ut in qualitate carminis diximus, ad laudem tendit Auguſti: ſicut & in ſexti catalogo, & in clypei deſcriptione. Haec autem Jovis allocutio, partim objecta purgat, partim aliqua pollicetur. PULCHRA. Alluſit propter Venerem. [92] TROJANUS. Ac ſi diceret: etiam Caeſar Trojanus eſt. CAESAR. [93] Hic eſt, qui dictus eſt Cajus Julius Caeſar, & Cajus praenomen eſt, Julius ab Iulo: Caeſar, vel quod caeſo matris ventre natus eſt; vel quod avus ejus in Africa manu propria occidit elephantum, qui *Caeſar* dicitur Poenorum lingua. [Hic ſane Cajus Julius Caeſar, quatuor & ſexaginta victis Galliarum civitatibus, cum a Senatu petiſſet Conſulatum & Triumphum, nec impetraſſet, adverſante Gn. Pompejo Magno, ejuſque amicis, qui Caeſaris proceſſibus invidebant, bellum civile geſſit in Farſalia: quo Pompejus victus Alexandriae occiditur. Caeſar Romam, compoſitis rebus, & Alexandria debellata, reverſus, in Curia Pompejana a Caſſio & Bruto, aliiſque Pompejanis occiſus eſt. Cujus haeres Auguſtus, cum intraſſet urbem, coegit a Senatu interfectores Caeſaris, parricidas & hoſtes judicari, eumque in Deorum numerum referri, & Divum appellari.]

287. IMPERIUM OCEANO, FAMAM QUI TERMINET ASTRIS. Aut ad laudem dictum eſt; aut certe eſt ſecundum hiſtoriam. Re vera enim & Britannos, qui in Oceano ſunt, vicit: & poſt mortem ejus, cum ludi funebres ab Auguſto, ejus adoptivo filio, darentur, [94] ſtella medio die viſa eſt, quae in ipſius honorem apparuiſſe diceretur: unde eſt IX. Ecl. 47. *Ecce Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum.* A MAGNO. Sicut Alexander, ſicut Pompejus. [Graeci enim omne magnificum *Magnum*, ut: *Mater magna*, & *Dii magni.*]

288. OLIM. [95] Modo futuri temporis eſt. CAELO. In coelum. SPOLIIS ORIENTIS. Victo Pharnace, Mithridatis filio, qui re vera in Oriente fuit. Caeterum Aegyptus, in qua Ptolemaeum vicit, in auſtrali eſt plaga.

289. HONUSTUM. Inter *honuſtum* & *oneratum* hoc intereſt, quod *oneratus* eſt qualicumque preſſus pondere; *honuſtus* vero, cui honus ipſum [96] honori eſt; ut, ſi quis [97] ſpolia de hoſtibus ferat. Sed *oneratus* aſpirationem non habet, quia ab *onero* venit: *honuſtus* vero, [98] quia etiam ab *honore* deſcendit, retinet aſpirationem. [Alii *honeſtum* legunt. Veteres enim *honeſtum* pro ſpecioſo ponebant, ut X. 133. *Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum.*]

VARIORUM.

tempore reipublicae, maxime valuit, & fines tunc imperii protulit: ſed hoc Caeſarem & Auguſtum offenderet, ſub quorum imperiis latiſſimum fuit imperium ℣. 287. & denique Auguſtum de populo intellexiſſe ex Suetonii loco adparet: in concione enim hunc verſum pronuntiavit. BURM.

283. PLACITUM. *Placitum eſt* Leidenſ. male. de quo ad Lucan. II. 5. videbimus.

285. SERVITIO. *Imperio* Parrhaſ.

Ibid. VICTIS. *Cunctis* Hamb. prior. *& victis* Menagii, & Hamb. alter.

287. TERMINET. *Terminat* Oudartii, & duo Leidenſes a manu prima. *& famam* ſecundus Hamburgenſis. *fama*, deleta litera *m* Regius.

288. DEMISSUM. *Dimiſſum* plerique codices. praeter Mentelianum primum, & ſecundum Hamburgenſem, & Zulichemium.

289. ORIENTIS. Hoc repugnare videtur Catroei ſententiae, qui annum u. c. 729. hic reſpici putat, & ad Georgica bis terve de oriente, non niſi an-

92 unde & Venus aurea nuncupatur Fabr. 93 Cajus Julius Caeſar, qui in Curia Pompejana a Caſſio & Bruto aliiſque Pompejanis occiſus eſt Romae, interfecto Pompejo ab eo apud Alexandriam. Hic eſt &c. Fabr. & Dan. ſed pro, Hic eſt, habet, Cajus praenomen &c. Hic eſt qui dicitur Gajus J. C. & Gajus Fuld. 94 ejus ſtella Commel. cujus ſtella Dan. 95 modo futuri eſt L. R. Voſ. Steph. *Olim* futurum tempus Dan. 96 honoris L. Voſ. R. 97 hoſtium ſpolia L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 98 quia ab honore venit Dan.

Adcipies ſecura. Vocabitur hic quoque votis.
Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula bellis.

Cana

SERVII.

.290. ACCIPIES SECURA. [Quare *ſecura?* aut quia nunc ſollicita; Aut] quia poſt mortem Caeſar meruit Aram, Faſtigium, Flaminem, ut Cicero in Philippicis. HIC QUOQUE. Poteſt intelligi, [ſicut ego, ſicut tu,] ſicut Romulus; ſed melius, ſicut Aeneas, de quo ſuperius ait: *Sublimemque feres ad ſydera coeli* [99] [*Magnanimum Aeneam.*] *Quoque* autem, ſemper ad ſimilitudinem [1] ponitur, ut XVII. I. *Tu quoque littoribus noſtris:* [2] [nam ideo in Bucolicis dicitur I. 7. *Namque erit ille mihi ſemper deus:* & in Georg. III. 16. *In medio mihi Caeſar erit.*] VOTIS. Vel ad vota, vel, *votis vocabitur.*

291. [3] [ASPERA. Id eſt, iniqua.] TUM. Id eſt, Caeſare conſecrato, cum Auguſtus regnare coeperit, clauſo Jani templo, pax erit per orbem. [4] Conſtat autem templum hoc ter eſſe clauſum. Primum regnante Numa: [5] item, poſt bellum Punicum ſecundum: tertio poſt bella Actiaca, quae confecit Auguſtus; quo tempore pax quidem fuit, quantum ad [6] exteras pertinet gentes: ſed bella flagravere civilia, quod & ipſe per tranſitum tangit; dicens, FUROR IMPIUS INTUS. Hujus autem aperiendi vel claudendi [7] templi ratio varia eſt: alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo eſſet, ut vinceretur, calidam aquam ex eo loco erupiſſe, quae fugavit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat conſtitutum, [8] quaſi ad ſpem priſtini auxilii. Alii dicunt Tatium & Romulum, [9] facto foedere, hoc templum aedificaſſe; unde & Janus ipſe duas facies habet; quaſi ut oſtendat duorum regum coitionem: vel, quod ad bellum ituri debent de pace cogitare. Eſt alia melior ratio: quod ad praelium ituri optent [10] reverſionem.

VARIORUM.

anno 734. poſſe mentionem fieri docet: niſi Aegyptum intelligat, quam primo Caeſar ſubegit, & de illa ſpoliis onuſtus triumphavit: ſed hanc conceſſit Cleopatrae, qua victa Auguſtus demum provinciam fecit. Cerda, qui de Julio Caeſare capit, de bello Pharſalico aut Pontico intelligit. ſed ſequentia de pace & ſeculo quaſi aureo reducto, ad Auguſtum referenda docent. & illa *ſpolia* Orientis, de *ſignis* a Parthis receptis poſſumus interpretari. quae anno 734. reſtituta, & Armeniam vindicatam, eique regem impoſitum docet Maſſon. in vita Horatii ad illum annum: praecipue *ſpolia* dixiſſe potuit, quia & Parthos arma ſua tradidiſſe dicit Ovidius V. Faſt. 293. ubi vide. & ad Auguſtum haec refert Schol. Horat. I. Od. 2. Corradus ad Aegyptum & ſimul Pharnacem refert. omnis illa aeſtuatio inde orta, quod Aegyptum *Orientis* nomine deſignari poſſe non credant, unde miratur Barthius Statium VI. Theb. 279. *Auroram* dici Aegyptum. ſed licet de Parthis malim interpretari, tamen ſi quis Aegyptum etiam ſub *Orientis* appellatione comprehendere velit, inveniet apud Valeſium ad Euſeb. Conſtantinum II. cap. 67. quibus defendere poſſit. BURM.

290. ACCIPIES. Vetuſtum *aſpicies*. FABRIC. *Aſpicies* Bigotianus, Dorvill. unus Moreti & Oudartii. ut ſupr. 258. *cernes*. ſed *accipies* agnoſcit Scholiaſtes Crucquianus Horatii II. Od. 10. & I. Od. 2. & firmatur ex lib. I. Georg. 28. BURM.

291. MITESCENT. *Miteſcunt* Hamburgenſis alter. forte legendum, *Aſpera quum poſitis* &c. *Remo cum fratre Q. jura dabunt*. id eſt quum finita erunt omnia bella, Auguſtus pacem dabit imperio. & ſub Remo & Romulo fraternas inter cives & principes urbis diſcordias intelligere videtur, quibus compoſitis & factionibus omnibus extinctis, Fides & Veſta, tamquam Deae praeſides & auſpices, & Concordia regnabunt. ut enim in bellis civilibus fratres diverſarum partium inter ſe ſaeviebant, ut & alii vinculo ſanguinis proximi; ita has exitiales diſcordias ſub Romuli & Remi nomine deſignare videtur. quamquam fateor non ſatis me haec intelligere. ſed abſurdum eſt, Agrippam ſociare Auguſto, quum potius Tiberium debuiſſet, qui hoc an-

99 deerant R. L. in Voſſ. erant duae literae S. C. 1 ponit L. Voſ. R. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 3 deſunt iisdem. 4 qui quoniam * claudebatur. Conſtat Dan. 5 deinde Fabr. al. 6 externas Voſ. 7 deeſt Fabr. al. 8 quam ſpem L. Voſ. R. quaſi omittit Maſv. ſecutus Commel. 9 facto jam foedere Fabr. 10 everſionem Baſil.

Digitized by Google

Cana Fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus

Jura

SERVII.

292. CANA FIDES ET VESTA. Subaudis, erit. *Canam* autem *fidem* dixit, vel, quod in canis hominibus invenitur: vel, quod eſ albo panno involuta manu [11] ſacrificabatur; per quod oſtenditur fidem debere eſſe ſecretam: unde & Horatius I. Od. 55. *Et albo rara fides colitur* [12] *velata panno.* [13] *Veſtam* vero Religionem: quia nullum ſacrificium ſine igne eſt: [14] unde & ipſa, & Janus, in omnibus ſacrificiis invocantur. *Veſta* autem dicta vel ἀπὸ τῆς Ἑστίας: ut digammos ſit adjecta: [15] ſicut ἕρ, ver: Ἑστὸς, Venetus: vel, quod variis veſtita ſit rebus. Ipſa enim eſſe dicitur Terra, quam ignem habere non dubium eſt: ut ex Aetna, [16] Vulcanoque, [& aliis locis ardentibus,] datur intelligi. REMO CUM FRATRE QUIRINUS JURA DABUNT. [17] [Hic diſſimulat de parricidio, quod & jungit eos, & quia non Romulum, ſed Quirinum appellat, & cetera, ut ſuperius dictum eſt [ut non potuerit parricidium facere, qui meruit Deus fieri. An, ſicut] multi ſic intelligere volunt, ut ſuperius diximus, quia poſt peſtilentiam, ad placandos fratris manes, geminis omnibus uſus eſt Romulus: unde [18] [ait: *Jura dabunt:*] Et: *Viden' ut geminae ſtent vertice criſtae?* Sed hoc eſſe non poteſt, quia [19] aut iteratio eſt antedictorum, aut ordo praepoſterus, ſi poſt dictum Caeſarem, Romulum repetit. Conſtat praeterea Jani templum [20] patuiſſe ſub Romulo: [21] [quia bellis nunquam vacavit.] Alii volunt [22] per hos Romanos intelligi. Vera [23] tamen hoc habet ratio: *Quirinum* Auguſtum eſſe, *Remum* vero pro Agrippa poſitum, qui [24] filiam Auguſti duxit uxorem: & cum eo pariter [25] bellum tractavit: unde eſt VIII. 682. *Parte alia Diis & ventis Agrippa ſecundis.* Nam adulans populus Romanus [26] Octaviano, [27] tria ei obtulit nomina: utrum vellet Quirinus, an Caeſar, an Auguſtus, vocari. Ille, ne unum eligendo partem laederet, quae aliud offerre cupiebat, diverſo tempore omnibus uſus eſt. Et primo Quirinus dictus eſt, inde Caeſar, poſtea, quod & obtinuit, Auguſtus, ſicut & Suetonius probat, & in Georgicis oſtendit Virgilius. Nam cum de Gangaridum victoria diceret, qui juxta Gangem ſunt, quique ab Auguſto victi ſunt, ait III. Georg. 27. *Victoriſque arma Quirini.* Ut autem [28] pro Agrippa Remum poneret, poëtico uſus eſt more: nam nomen ex vicino ſumſit. [29] Ergo dicit: Cum coeperit Julius Caeſar coelum tenere, patratis omnibus bellis, jura dabunt Auguſtus & Agrippa. Romulus autem ideo [30] *Quirinus* dictus eſt, vel quod *haſta* utebatur, quae Sabinorum lingua *curis* dicitur: *Haſta* enim, id eſt, *curis*, [31] telum eſt cum longiore ferro: unde & *ſecuris*, quaſi *ſemicuris:* vel [32] a κοίρανος, qui Graece rex dicitur: [33] Conſtat autem Graecos fuiſſe Romanos: vel [34] certe propter generis nobilitatem: Mars enim cum ſaevit, *Gradivus* dicitur: cum tranquillus eſt, *Quirinus.* Denique in Urbe duo ejus templa ſunt: unum *Quirini* intra [35] urbem, quaſi cuſtodis, [36] ſed tranquilli: aliud in [37] Appia via extra urbem prope portam, quaſi bellatoris, [38] id eſt, *Gradivi.*

VARIORUM.

anno cum Auguſto in Orientem profectus, Armeniae ſubactae titulum reportavit. ſed repugnat titulus *fratris*, quem hic Remo dat Maro. ſed & ille Agrippae obſtat. nam error eſt Taubmanni, qui ſororem Auguſti dicit nuptam fuiſſe Agrippae. neque etiam inter Auguſtum & Agrippam odium illud fuit, quod nunc ceſſaturum canit. ſed *leve* tantum *frigus* Suet. Aug. cap. LXVI. BURM.

293. FER-

11 ſacrificatur L. Voſ. & a m. ſec. R. Schol. Lucani ad lib. III. 314. haec deſcribens dat, *ſacrificabant antiqui, oſtendentes fidem ſecretam eſſe debere.* 12 VELATAQUE Dan. in Horatio legitur *colit velata.* 13 invocatur Veſta ſignificat religionem Fabr. 14 ipſaſque in omnibus invocatur Dan. ut & ipſa Fuld. invocatur Voſ. 15 ſicut *veſper, veſtis, ver, Venetus.* L. ſicut eſt *res. ver. Senetus, Venetus* Voſ. ſicut *ter. ver. venetus venetus* R. 16 Veſuvioque Fabr. temeraria correctio: intelligit enim Vulcanum in inſula Aeolia cognomine, montem ignivomum vid. lib. VIII. 422. ita tamen & Voſſius de Idolol. II. 65. ſed vide Cluverii Siciliam lib. II. 14. p. 406. BURM. 17 deſunt ad *multi* L. R. Voſ. Steph. al. 18 deſunt. &c, unde eſt, *viden'* L. Voſ. R. Steph. 19 deeſt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 20 ſit non fuit * patuiſſe Dan. ſit non fuit, ſi tamen fuit Fuld. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 22 per hoc & revera intelligi: Quirinum Dan. 23 tamen habet Voſ. veruntamen hoc Fuld. 24 ſororem L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 25 bella R. Voſ. L. Steph. Fabr. al. 26 Octavio L. Voſ. R. 27 tria obtulit L. Voſ. R. 28 Agrippa pro Romum Voſ. 29 hoc ergo L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 30 deeſt Voſ. 31 telum longum eſt, unde & L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 32 a Chirano quod Gr. L. dicitur, unde & Homerus *εἷς κοί-* [illegible] Fabr. al. dicitur vel propter g. nob. Dan. omiſſis reliquis. 33 conſtat enim Voſ. 34 deeſt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 35 deeſt L. 36 & tranquilli L. Voſ. Steph. Dan. Fab. al. 37 Apia Voſ. 38 vel Gradivi Dan. Fabr. al.

Digitized by Google

Jura dabunt: dirae ferro & compagibus artis
Claudentur belli portae. Furor inpius intus
Saeva ſedens ſuper arma, & centum vinctus aënis
Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
Haec ait: & Maja genitum demittit ab alto;

Ut

SERVII.

293. DIRAE. Cum apertae ſunt, [39] [hoc eſt, abominandae, alias *dirae*, magnae IX. 185. *An ſua cuique Deus fit dira cupido.* Et VIII. 348. *Jam tum relligio pavidos terrebat agreſtes Dira loci:* Et XII. 845. *Dicuntur geminae peſtes, cognomine Dirae.*] COMPAGIBUS. [40] *Ambages* & *compages* antiqui tantum dicebant: poſteritas admiſit ut etiam *compago* dicatur; ſed non, quia varius eſſe poteſt nominativus, debet etiam declinatio mutari: quemadmodum nec in iſtis nominibus, *arbor*, *arbos*; *vomer*, *vomis:* nam & *vomeris*, & *arboris* tantum facit. Ergo *compages*, *compagis*: quoniam *compago* uſurpatum eſt: *compaginis* [41] enim nemo penitus dicit. [42] [Ovidius tamen in primo Metamorphoſeon 711. ait. *Atque ita diſparibus calamis compagine cerae:* a genitivo *compaginis*.]

294. [43] [BELLI PORTAE. Jani gemini, quae bello aperiebantur, pace claudebantur.] [Ideo autem Janus belli tempore patefiebat, ut ejuſdem conſpectus per bellum pateret, in cujus poteſtate eſſet exitus reditusque: id enim ipſa ſignificat ejus effigies, praebentis ſe euntibus & redeuntibus ducem. Hunc autem olim Numa Pompilius fecit, cujus portas regni tempore clauſit.] FUROR IMPIUS INTUS. Ut ſuperius diximus, propter bella civilia, quae geſta ſunt contra Brutum & Caſſium ab Auguſto in [44] Philippis: contra Sextum Pompejum [45] in Sicilia. Aut [46] [ſicut quidam tradunt: *Furor impius intus*, non in aede Jani, ſed in alia, in foro Auguſti introëuntibus ad ſiniſtram fuit Bellum pictum, & Furor ſedens ſupra arma, [47] catenis revinctus eo habitu, quo poëta dixit.]

295. SAEVA SEDENS SUPER ARMA. Secundum antiquam licentiam. Sciendum tamen eſt hodie *in*, & *ſub*, tantum communes eſſe praepoſitiones: caeterum *ſuper* & *ſubter* jam accuſativae ſunt, ſicut *clam* & *poſt*, quae antea communes fuerunt: nunc in his mutata natura eſt. [Ergo *ſuper* pro ſupra: & nunc haec praepoſitio accuſativo ſervit; ubi vero *de* ſignificat, ablativo.] AHENIS NODIS. Non centum nodis, ſed catenis, quas circumlocutione ſignificavit: quia ſunt catenae nodi plures. [48] [Quidam *aeneis* pro ferreis tradunt, ut VII. Aen. 743. *Micat aeneus enſis:* & V. Aen. 274. *Aenea quem obliquum rota tranſit.*

297. ET MAJA GENITUM. Mercurium. Et eſt Periphraſis. Cicero in libro de Deorum natura, plures dicit eſſe [49] Mercurios; ſed in deorum ratione, fabulae ſequendae ſunt: nam veritas ignoratur. Simul alluſit poëta: quia per caduceatores, id eſt, internuntios, pax ſolet fieri. [Vel quod Deo opus erat: ut hoſtes Poeni auctori Romani nominis placarentur Aeneae. Quidam ſane quatuor Mercurios dicunt: unum Jovis & Majae filium; alterum [50] Coeli & Diei: tertium Liberi & Proſerpinae: quartum Cyllenis, a quo Argus occiſus eſt, quem ipſum, ob hanc cauſam Graecia profugum, Aegyptiis literas demonſtraſſe perhibent.]

VARIORUM.

293. FERRO ET. Copula deeſt Bigotiano. *artis* vero non *arctis* ſcribendum eſſe jam conſtat inter eruditos. vid. Brouckh. ad Tibul. I. V. 53. *Belli* *fo-*

39 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. aliis; & partim Dan. partim Fuldenſi debentur. 40 *compages compagis* antiqui L. quod praeferrem, non enim de *ambage* voce diverſae originis hic agere volui, ſed de ſola *compage*: de flexione vero *compaginis* a *compago*, vide quae diximus ad Ovidii d. l. BURM. 41 autem Dan. Fabr. 42 deſunt omnibus, praeter Fabr. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad FUROR. 44 Philippicis Commelin. 45 ab Auguſto in L. Voſ. R. Steph. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Alii *Furor* Dan. Fabr. 47 Aeneis vinctus Dan. Fabr. arma devinctus Commel. & Emmen. de hac pictura forte intelligendus Plinius lib. XXXV. cap. 4. *Divus Auguſtus in foro ſuo, celeberrima in parte, poſuit tabulas duas, quae belli faciem pictam habent & triumphum.* BURM. 48 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 49 Deos Mercurios Voſ. 50 Coeli Fuld.

Digitized by Google

Ut terrae, utque novae pateant Carthaginis arces
Hoſpitio Teucris: ne fati neſcia Dido
Finibus arceret. Volat ille per aëra magnum
Remigio alarum: ac Libyae citus adſtitit oris.
Et jam juſſa facit: ponuntque ferocia Poeni

Cor-

SERVII.

298. Ut terrae. Propter illud, quod ſequitur 540. *Hoſpitio prohibemur arenae.* Pateant. Propter illud ſupr. 233. *Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.*

299. Hospitio. Ad hoſpitium. [Nonnulli ſane *pateant*, pacatae ſint accipiunt, ut Salluſtius fragm. incert. *Simul immanis hominum vis multis e locis, invaſere patentes tum, & pacis modo effuſas.* Hic enim habitus pacis. Et in Catilina cap. 10. *Cuncta maria terraeque patebant.* Sic enim contra, cum dicitur, *Clauſa omnia*, bellum ſignificatur, ut ipſe VIII. 385. *Quae moenia clauſis Ferrum acuant portis.*] Ne fati nescia Dido. Non fui: nam ſi ſciret exitum ſuum, multo magis vitaret; ſed *fati* dixit, voluntatis Jovis, [51] ut eſt VIII. 292. *Fatis Junonis iniquae.* Aut certe fati Trojanorum, qui non ſponte, [52] [ſed neceſſitate] ad Africam venerant: quod utique ignorabat Dido. Illo enim tempore invadendarum terrarum cauſſa fuerat navigatio, ut Salluſtius in fragm. inc. meminit: facili tum mutatione ſedium: quod etiam excuſant Trojani inf. 527. *Non nos aut ferro Libycos populare penates Venimus.* Ergo hoc agitur, ut [53] diſcat Dido eos ad Italiam tendere. Quomodo ergo ſe jungit Aeneae; ſed furoris illud eſt, non conſilii: nam nec ſacerdotibus [54] [haec dicentibus] credidit. Unde eſt IV. 65. *Quid vota furentem: Quid delubra juvant?*

300. [Volat ille per aera. Similis hic feſtinatio Mercurii eſt, ut ſupra Neptuni: in Quarto 439. *Et talaria nectit, Et virgam capit:* & plus moratur.]

301. Remigio alarum. Tranſlatio reciproca, [55] [ut ſupra diximus:] nam alibi III. 520. *velorum pandimus alas.* Citus. [56] [Pro cito, adverbium temporis in nomen deflexum. [57] [Et bene hoc de Mercurio:] cum enim alia *ſigna* tarde ad ortus ſuos recurrant, Mercurius octavo decimo die in ortu ſuo invenitur. Poeni. [58] Ἀντίστοιχον eſt, quaſi Phoeni.

VARIORUM.

fores & *portam* etiam Valer. Flac. III. 60. & 353. dixit. BURM.

294. Impius intus. Offendere poſſet hoc ὁμοιοτέλευτον. ſed ita & *domus intus* lib. II. 483. & *ſpiritus intus* VI. 726. inf. 325. *filius orſus. impius* dicitur Furor ob bella civilia, quae proprie impia: ut vulgo notum. alia *pia* & *juſta* vocari ſolent, furor vero ut numen hic conſiderandum. ut poſt alios notavit etiam Heumannus Tom. II. Poecil. lib. IV. cap. 3. vid. inf. ad ℣. 348. BURM.

995. Saeva. *Scева* Francianus & Parrhaſ. *ſuper* pro *ſupra.* vid. ad Nemeſ. III. Ecl. 5. & inf. IV. 702. & VI. 203. BURM.

297. Dimittit. *Demittit* plerique codices. Gudianus & primus Rottendorphianus, uterque Voſſianus, quatuor Moretani, cum tribus aliis *dimittit.* HEINS. *Majae* ſecundus Moretanus *Maja* & *demittit* vindicat Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. 2. *demiſit* Ald. & Junt.

298. Atque novae. In antiquis, *ut terrae, utque novae.* FABRIC. *Atque* Menagii alter, & alius Heinſii, cum Excerptis noſtris. vid. infr. ℣. 660.

300. Aera magnum. *Aethera* Leid. & al. *aëra multum* Ed. Venet.

301. Ac Libyae. Deeſt copula prim. Moreti.

302. Et jam. *Omnia juſſa* Oudartii. *At jam juſſa gerit* Hamburgenſis primus: *ponunt ferocia* Francianus.

306. Al-

51 ſicut, Fatis L. Voſ. R. Steph al. 52 ſed neceſſario Fuld. deſunt Dan. 53 dicat L. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. 55 deſunt Commel. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. 57 deſunt Dan. Fabr. 58 ἀντίστοιχον Steph. Dan. ἀντίστοιχον eſt q. Foeni Voſ. R. L.

Corda, volente deo. In primis regina quietum
Adcipit in Teucros animum, mentemque benignam.
At pius Aeneas, per noctem plurima volvens,
Ut primum lux alma data eſt, exire, locoſque
Explorare novos, quas vento acceſſerit oras:

Qui

SERVII.

303. VOLENTE DEO. Vel Jove. Vel Mercurio. IN PRIMIS. Praecipue.

304. IN TEUCROS. Pro [59] Teucris, ut ſupra 231. diximus: [60] [alibi, *in Teucros*, adverſum Teucros, ut VII. 301. *Abſumptae in Teucros vires*. [61] [QUIETUM ANIMUM. Id eſt, benevolentiae plenum.]

305. [AT PIUS AENEAS. . . . * filium Aeneas ſacrorum omnium docetur, ex cujus perſona latenter quae ad ceremonias veteres pertinent ſaepe monſtrantur. Hic ergo Deus, apicis, quod inſigne Flaminum fuit, de quo loco ſuo [62] in II. & X. libro dictum eſt. Vult oſtendere igitur Flamini extra medium pomerium poſt Solis occaſum apicem ponere non licere. Aeneas ergo hic ad Carthaginis litus adpulſus, oſtenditur ſine apice fuiſſe, id eſt, nudo capite: nam cum ait: *At pius Aeneas per noctem plurima volvens, Ut primum:* &c. manifeſte longius ab urbe intelligitur: unde animadvertendum eſt extra pomerium fuiſſe: nam in ſubſequentibus oſtenditur, eum extra pomerium fuiſſe, cum ait Venus inf. 401. *Et qua te ducit via dirige greſſum:* nam & augurium ei in finibus pomerii oſtenſum eſt, quod & ipſum Aeneam reſpondentem ſignatius declarat ſine apice fuiſſe, timentem enim ne piaculum incurreret, ſi cum Solis [63] occaſu nudo capite, id eſt, ſine apice, [64] inveniretur, ita loquentem fecit inf. 372. *Et vacet annales noſtrorum audire laborum, Ante diem clauſo componet veſper Olympo*; Verebatur enim Solis occaſum. Nudo autem capite ibi fuiſſe oſtenditur, ubi ait inf. 588. *Reſtitit Aeneas claraque in luce refulſit. Os humeroſque deo ſimilis: namque ipſa decoram Caeſariem*, &c. Neque enim *Caeſariem* dicere debuiſſet, niſi quia nudo capite incedebat Aeneas. Sed haec Virgilio, & his ſimilia ſufficiunt ad indicandum omnium diſciplinarum ſcientiam narrantem aliud ponere, neque propoſitum habet talia plenius exſequi.] PER NOCTEM. Decet enim pro cunctis regem eſſe ſollicitum: [65] [ut apud Homerum Iliad. B. 24. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλεν. [Et bene *per noctem*, ne a ſociis, quos ipſe conſolatus erat, videretur per diem maerens.]

306. ALMA. *Lux alma* dicta, quod alat univerſa: unde *alma Ceres*, quod nos alat: nam Phyſici dicunt omnia per diem creſcere. Quomodo igitur Virgilius ait II. Georg. 202. *Exigua tantum gelidus ros nocte reponet?* ſed [66] hoc pro miraculo poſitum eſt, [67] ut etiam Plinius ſentit. LOCOS. Et *locos*, & *loca*, dicimus, cum in numero ſingulari *locus* tantum dicamus. Simile eſt & *jocus*, nam & [68] *joca*, & *jocos*, ut [69] Salluſtius in Jugurth. *Joca atque ſeria cum humillimis* [70] *exercere*. Et [71] Cicero Phil. II. 4. *Quam multa joca ſolent eſſe in epiſtolis*. Et Perſ. VI. 5. *Tum juvenes agitare* [72] *jocos*.

307. QUAS VENTO ACCESSERIT ORAS. [Sine praepoſitione, Salluſtius fragm. incert. *Genua patrum advolvuntur*.] Superius [73] diximus figuram fieri, cum praepoſitio detracta nomini, verbo copulatur, & plerumque eam ſuam retinere naturam, plerumque convertere. Hoc igitur ſciendum eſt, quod, cum caſum ſuum retinet, Hyſterologia eſt, ut hoc loco: cum autem mutat, figura eſt, ut VI. 2. *Cumarum adlabitur oris*. *Oris* enim pro *oras* poſuit. Plerumque tamen etiam ſuperfluas ponunt praepoſitiones.

VARIORUM.

306. ALMA. *Alta* ſecundus Moretanus. deinde,

lo-

59 in Teucris Dan. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 61 deſunt Dan. etiam. 62 in quarto libro Fuld. 63 occaſum Fuld. 64 inveniret Fuld. forte, ſi eum ſol occaſus (vel ſolis) n. c. i. e. ſ. a. inveniret. 65 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. al. ad ℣. 306. 66 hoc miraculo Fabr. 67 & amplius ſentit Voſ. Steph. Dan. 68 joca facit & L. Voſ. R. Steph. Fabr. 69 deeſt L. Voſ. R. Steph. 70 *agere* Salluſt. Jug. cap. XCVI. *exercerent* Fabr. 71 deeſt L. Voſ. R. Steph. 72 *loco)* L. 73 dictum Fuld.

Digitized by Google

Qui teneant (nam inculta videt) hominesne, feraene,
Quaerere conſtituit, ſociiſque exacta referre.
Claſſem in convexo nemorum, ſub rupe cavata,
Arboribus clauſam circum atque horrentibus umbris
Occulit. Ipſe uno graditur comitatus Achate;
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Cui

SERVII.

308. QUI TENEANT. Jure dubitat, cum omnia cernat inculta. Ordo autem eſt: *Qui teneant, hominesne feraene*. Media per parentheſin dicta ſunt. EXACTA. Exquiſita. [Et oſtendit providum regem per ſe curantem commoda ſociorum.]

310. IN CONVEXO NEMORUM. Prooeconomia eſt ad cauſſam pertinens: non enim [74] tenebitur ab Afris, [75] ut Ilionei, [76] [& qui cum ipſo supervenerant.] CONVEXO autem, curvo: unde etiam convexum coelum [77] dicimus. Sane ſubaudimus *Loco*, ut alibi: *Caſtrorum & campi medio:* id eſt, ſpatio. [78] [*Nemorum* autem, modo ſylva: Intereſt autem inter *nemus* & *ſylvam* & *lucum: lucus* enim eſt arborum multitudo cum religione; *nemus* vero, compoſita multitudo arborum; *ſylva*, diffuſa & inculta.] SUB RUPE CAVATA. Periphraſis eſt ſpeluncae.

311. ARBORIBUS, ATQUE HORRENTIBUS UMBRIS. Umbris arborum, quo modo ſup. 61. *Molemque & montes:* aut certe arboribus & umbris ſpeluncae. [Et bene oſtendit omnia curvis adlata navibus non. . . . . quae venerant cum Aenea. Claſſem autem occulit & clauſit.] OCCULIT. Pro, occuluit, id eſt abſcondit & clauſit.

312. COMITATUS ACHATE. [Bene oſtendit Aeneam eſſe fortiſſimum, nec quidquam timere, dicendo, *uno graditur comitatus Achate*;] [79] Diximus quaeri, cur Achates Aeneae ſit comes: variae quidem dicuntur, melius tamen hoc fingitur, ut tractum nomen ſit a Graeca etymologia: ἄχος enim dicitur ſollicitudo, quae regum ſemper eſt comes.

313. BINA. Si ad utrumque referas, bene dixit *bina:* ſi ad Aeneam tantum, antiquus mos eſt, ut ſupra diximus, *bina*, pro duobus [80] poni: ſicut interdum *duplices*. LATO FERRO. Id eſt, lati ferri, [81] ut ſup. 75. *Pulchra prole:* id eſt, pulchrae prolis.

VARIORUM.

locoſque quaerere conſtituit quos vento acc. o. Qui teneant &c. *Explorare* Menagius prior. vide Macrob. v. Sat. 4.

307. NOVOS. *Locos* Rufinian. de Schem. Lex. p. 34. ſed ille forte *novoſque expl. locos* voluit. *acceſſerat* Leidenſ.

308. VIDET. *Vident* Mediceus. male. v. Erythr. in *& haſta*, & *tela*, ubi ſyllabas breves produci docet per caeſuram. *feraeve* Parrhaſ.

310. CONVEXO. *Convexu* Zulichemius, Oudartii, Leidenſis a manu ſecunda & Excerpta noſtra.

311. CLAUSAM CIRCUM. *Circum clauſam* Parrhaſ. *arboreis* etiam Leid.

312. ACHATE. Mediceus *Acatae*, fortaſſis pro *Achata*. ſed *Achate* hic loci ſelectum a Marone, Priſcianus duobus locis aſſeverat pag. 711. & 768. HEINS. *Atque uno* Hamburgenſis prior & Pugetianus.

313. LATO. *Lati ferri* Hamburgenſis prior pro varia lectione. quod ex Servio derivatum eſt. ſed & IV. 131. *lato venabula ferro*.

314. TU-

74 pertinebitur Voſ. 75 ut naves Ilionei Baſil. 76 deſunt L. R. Voſ. Steph. 77 dicitur L. R. Voſ. Dan. 78 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 79 & dictum eſt quaeri Fuld. 80 poſuit Dan. ſicut *duplices* L. R. Voſ. ſicut & *duplices* Steph. ſicut, *Et duplices tendens ad ſidera palmas* Fabr. al. 81 ut *pulchra prole*, ſeqq. omiſſis L. R. Voſ. Steph. *pulchra faciat te prole parentem*, id eſt pulchrae prolis Fabr.

Cui mater media ſeſe tulit obvia ſilva,
Virginis os habitumque gerens, & virginis arma
Spartanae: vel qualis equos Threïſſa fatigat

Har-

SERVII.

314. MEDIA SESE TULIT OBVIA SYLVA. Quam Graeci ὕλην vocant, poëtae nominant *ſylvam*, id eſt, elementorum congeriem, unde cuncta procreantur. Et multi volunt Aeneam [82] in horoſcopo Virginem, & ibi etiam Venerem, habuiſſe. Bene ergo in media ſylva virginis habitu ei Venerem poëta facit occurrere: quia, ut ſupra 223. diximus, Venere in Virgine conſtitutam, & miſericordes procreantur foeminae, & viri per [83] mulieres felices ſunt futuri, ut probamus in Aenea: [quoniam miſericordia Didonis ſervatur.]

315. VIRGINIS OS HABITUMQUE GERENS. Vultum & amictum. [84] [*Habitus* apud veteres dicebatur, tam corporis, quam eorum, quae praeter corpus ſunt: & bene *gerens*, non *habens*, quod geri putantur aliena.]

316. SPARTANAE. Lacaenae. Sparta enim civitas eſt [85] Laconiae, ubi ſunt puellae venatrices. Redditur autem cauſa, [86] cur virgo ſit in ſylvis, [87] ſcilicet propter venatum. THREISSA. [88] Thracia: & eſt ſolutio: nam *Threſſa* facit, ſicut v. 285. *Creſſa genus Pholoe*. Veniunt autem [89] ab eo, quod eſt [90] *Cres*, & *Thres*. Ut autem *Creïſſa* non faciat, [91] illud eſt, [92] quia *Creſſa* per *e* [93] ſimpliciter ſcribitur, nec poteſt recipere ſolutionem. *Threïſſa* [94] autem *ei* diphthongum habet, unde & reſolvitur. FATIGAT. Suo [95] ſcilicet curſu. [Sane quidam *fatigat*, pro fatigavit accipiunt, praeſens pro praeterito, ſicut & *praevertitur* pro praeverſa eſt.]

VARIORUM.

314. TULIT. *Obtulit* Menagius uterque, Sprotii, Hamburgenſis ſecundus, Dorvill. Zulichemius, Moreti duo & Oudartii. ſed Nonius in *ferre* ex lib. XI. 779. *tulit*, oſtentat, interpretatur. vid. inf. ỳ. 389. offendit vero repetitio τῦ *ob*, in *obtulis obvia*. & Ecl. VI. 57.

Si quae forte ferant oculis ſeſe obvia noſtris.

vid. & XII. 860. Steph. diſſert. de criticis p. 81. *ſeſe obtulit obvia* defendit. BURM.

315. GERENS. *Ferens* Sprotii & Hamburgenſis prior.

316. VEL QUALIS EQUOS THREISSA. *Qualis cervos* Bigotianus, repugnante metro, & notum Amazonas equeſtri exercitatione celebres fuiſſe. Doctiſſimus vero Marcklandus ad Statii V. Silv. II. 118. non patitur, *Spartanae virginis* habitu hic Venerem viſam occurrere Aeneae: nec Servii, aut ulla MſT. auctoritate movetur, quia illa nihil probant, niſi mendae vetuſtatem. ſic ſolent audaces ſaepe Critici tractare antiquos auctores, & ſua nobis pro Poëtarum verbis obtrudere. addit ipſa Veneris reſponſione hoc firmari, quia mox ỳ. 336. dicit hunc morem eſſe Virginibus Tyriis, ideoque hic legi debere, *Virginis Sarranae*. ſed ſi ita dediſſet Maro, ab accurata illa carminis ſui oeconomia diſceſſiſſet. Aeneas tempeſtate in ignotam regionem ejectus ignorabat etiam nunc, quae gens, qui homines hanc tenerent, nec de Tyriis colonis in Africa quidquam audiverat aut ſomniaverat. Quare venatricis habitu ſibi obviam Venerem admirans, debebat eam comparare habitui gentis ſibi notae, & antea viſae; recte ergo duas has ſpecies *Spartanae* & *Threïſſae* virginum ſibi fingit, quas utraſque noverat & viderat Aeneas. Helena Lacaena rapta a Paride ſecum duxerat quaſdam comites & virgines, quae illi miniſtrarent; & Helenam ipſam ſine dubio venatum exeuntem ſaepe viderat. Guellius etiam ad ỳ. 337. *ex purpureo cothurno*, conjeciſſe eam Spartanam eſſe judicat. Thraces vero non modo vicini, ſed ſocii & foederati fuerant Trojanis, ut ex Rheſo & aliis, qui auxilio venerunt Trojanis, patet. & jam Aeneas lib. III. narravit, ſe in Thraciam adpuliſſe, & moras ibi feciſſe: & ỳ. 15. dicit fuiſſe; *Hoſpitium antiquum Trojae ſocioſque penates*. Quin & Patri Anchiſae cum Thracio Ciſſeo fuiſſe magnum uſum, & amoris pignus & monumenta ipſi Ciſſea dediſſe

nar-

82 horoſcopum in Virgine, ibi etiam Venerem h. Fuld. in horoſcopo virginem habuiſſe L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 83 mulierem L. R. 84 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 85 Laconicae L. Voſ. R. 86 ſi Virgo, cur ſit in Silvis L. 87 id eſt Fabr. al. 88 Treicia Voſ. 89 ab eo verbo Fabr. al. 90 Thraes & Cres L. Thraes & Cres Voſ. R. 91 illud quod eſt Voſ. 92 quod L. R. Voſ. Steph. Dan. 93 deeſt L. Voſ. R. Steph. Fab. al. 94 vero per *ei* d. unde L. per *ei* d. unde Voſ. R. 95 deeſt Dan.

Harpalyce, volucremque fuga praevertitur Hebrum.
Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum

Ve-

SERVII.

317. HARPALYCE. [96] [Quidam a patre [97] Harpalico, qui rex Amymnaeorum, Thraciae gentis, fuit, [98] [ita nutritam dicunt, ut ipſe Camillam a Metabo facit.] Haec, patre [99] [propter ferociam a civibus] pulſo, ac poſtea occiſo, fugit in ſylvas, & venatibus latrociniiſque vivendo ita efferata eſt; & hujus velocitatis & exercitii facta eſt, ut ſubito ad vicina ſtabula coacta inopia decurreret, & rapto pecorum foetu inſequentes etiam equites in celeritate vitaret; ſed quodam tempore poſitis ad inſidias cervorum plagis, capta & occiſa eſt: cujus mortem nobilitavit eorum exitus, qui eam occiderunt: ſtatim enim in vicinia orta contentio eſt, cujus fuiſſet haedus, quem Harpalyce rapuerat, ita ut gravi certamine non ſine plurimis mortibus dimicaretur. Poſtea conſuetudo ſervata eſt, ut ad tumulum virginis populi convenirent, & propter expiationem per imaginem pugnae concurrerent.] Haec eſt, quae [1] patrem ſenem a Getis, ut alii volunt, a Myrmidonibus, captum, collecta multitudine aſſeritur liberaſſe celerius, quam de foemina credi poteſt. Unde & flumina dicitur celeritate tranſire. VOLUCREM HEBRUM. Multum [2] quidem laudis flumini epitheto addidit; [3] [ſed falſum eſt: nam eſt quietiſſimus, etiam cum [4] [per hyemem] creſcit. Eſt autem in Thracia ante [5] muros Cypſalae civitatis, [6] [de locis ſuperis Thraciae veniens;] dictus autem ab *Hebro*, Hemi & Rhodopes filio.] PRAEVERTITUR. Id eſt, tranſit. Dicimus autem & *praevertit*, & *praevertitur*, nova ratione: nam paſſiva declinatione utimur in activa ſignificatione, ut hoc loco: [7] [*Cum ipſi praeimus enim tunc praevertimur*.] Cum autem activa declinatio eſt, paſſivam habet ſignificationem, ut *ille me praevertit*. [Alii *praevertitur*, ſic poſitum volunt, ut XI. 660. *Bellantur Amazones armis*: pro praevertit & bellant.]

318. NAMQUE. Ut oſtendatur eſſe venatrix. [8] [DE MORE. Venantum.] HABILEM. Aptum ſexui. Unuſquiſque enim arcum habet pro viribus ſuis. [VENATRIX. Similis venatrici, id eſt, quaſi venatrix, ut XI. 648. *At medias inter caedes exultat Amazon*.] COMAS DIFFUNDERE. Ut diffunderentur. Graeca autem figura eſt. Sic alibi VI. 248. *Argenti magnum dat ferre talentum*. [Et ſup. 79. *Tu das epulis accumbere Divum*:] [9] [unde, *Da bibere* uſus obtinuit, quod facere non debemus, ne duo verba [10] jungantur, niſi in poëmate.]

VARIORUM.

narrat lib. V. 336. Quod vero Venus reſpondeat *virginibus Tyriis mos eſt* &c. ingenium excellens Poëtae indicat, qui longos & inutiles ſermones recidens, Venerem inducit, ſtatim in initio ſermonis dubitationem omnem Aeneae unica hac voce *Tyriis*, eximentem, dum docet quae gens, qui homines has terras habitent, & quas vento acceſſerit oras. maneat ergo *Spartanae*, quam lectionem & agnoſcunt omnes codices & editiones, quas vidi, & Lutatius ad Stat. I. Theb. 264. & hinc etiam poſtea ℣. 498. ubi Aeneas miratur omnia novae urbis opera; & deinde inceſſum Didonis comparat Dianae in Eurotae ripis aut alibi choros exercenti. in Poëtis excutiendis non haerere ſemper in ſingulis verbis fas eſt, ſed Poëticum ſpiritum, ingenium & omnem carminis ordinem excutere & admirari oportet, quod quam paucis datum ſit, manifeſtum eſt. negligunt hodie Poëſin, & ad carmen pangendum vix ſe adplicant, & tamen Poëtas explicare & tractare audent. BURM.

317. HARPALYCE. *Arpalyce* Francianus, Graevian. & nonnulli alii. *Thraiſſa* Parrhaſ. Dorvil.

Ibid. VOLUCREMQUE FUGA PRAEVERTITUR HEBRUM. Vir Ampliſſimus Johannes Rutgerſius, Avunculus meus, Venuſinis ad Horatium lectionibus, nondum luce donatis, cap. VI. caſtigabat *praevertitur Eurum*, ac ſimile mendum Horatiano loco lib. I. Od. 25. inſidere opinabatur, & pa-

ri

96 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Haec eſt*. 97 Arpalico, qui rex Amymoniorum Dan. Fabr. 98 deſunt Dan. Fabr. ſed ſunt ex Fuldenſi. 99 deſunt Dan. Fabr. qui pulſo occiſoque: & ſequebantur haec, eratque nimiae velocitatis e * quidam hunc patrem a Getis, ut alii dicunt, a Myrmidonibus captum, collecta &c. Dan. reliqua debentur Fuldenſi. 1 patrem ſuum Baſil. 2 autem epitheton fluminis ejus addidit laudi L. R. Voſ. Steph. al. 3 deſunt iidem. 4 deſunt Dan. Fabr. 5 muros Cypſalae * ſatis de locis &c. Fuld. 6 deſunt Dan. Fabr. 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 8 deſunt omnibus praeter Fuld. 9 deſunt Dan. 10 jungamus L. R. Voſ. Fuld.

Venatrix, dederatque comam diffundere ventis;
Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentis.
Ac prior, Heus, inquit, juvenes, monſtrate mearum

Vi-

SERVII.

320. NUDA GENU. Nudum genu habens, ut ſi dicas: *bonus animum*: & eſt Graeca figura; ſed non ea, quam diximus fieri per participium praeteriti temporis, & caſum accuſativum: haec enim per nomen fit; quamvis ad unam ſignificationem recurrant. SINUS COLLECTA. Ut ſup. 229. *Oculos ſuffuſa* [11] *nitentes*.

321. AC PRIOR. Paulo poſt ſequitur, [12] INQUIT. HEUS. *Heus* nunc adverbium vocantis eſt; alias interjectio dolentis eſt, ut VII. 116. *Heus, etiam menſas conſumimus! inquit Iulus*.

VARIORUM.

ri modo corrigebat,

Aridas frondes hiemis ſodali
Dedicat Euro.

nec dubito quin vere. certe Silius Italicus, qui Maronem perpetuo ſibi imitandum proponit lib. III. 292.

His mille alipedes turmae, velocior Euris,
Et doctus virgae ſonipes in caſtra ruebant.

idem lib. IV. 6. de Fama,

—— diros canit improba motus,
Et gliſcit greſſu, volucrique citatior Euro
Terrificis quatit attonitas rumoribus arces.

& lib. X. 10. —— *velocior inde,*

Haemonio Borea, pennaque citatior ibat,
Quae redit in pugnas fugientis arundine Parthi.

Nonius Marc. tamen *Hebrum* hoc Maronis loco agnoſcit, ut & Priſcianus libr. VIII. HEINS. Grave & moleſtum eſſe arbitror, licet manibus nullum eſſe ſenſum credamus, poſt fata debita ingenii & eruditionis laude fraudari. inventa a prioribus laudare, illuſtrare, & etiam ampliare licet, & honeſtum eſt, ſi gloria inventionis ad auctores referatur. Inter recentiores literatores Huetius primus fuiſſe videtur, qui hujus loci emendationem, quaſi excogitaſſet, jactavit in Huetianis §. LXIV. Felicem hujus conjecturae deinde praedicarunt Ruaeus, Catrocus, Clericus, & Heumannus Tom. II. Poecil. lib. III. pag. 379. quum plane conſtet, Janum Rutgerſium hanc dudum ipſi laudem praeripuiſſe. ſed contendet quis, Venuſinas lectiones Huetio non viſas. Neſcio quid ille legerit, nec ne, ſed potuiſſe inſpicere patet, quia biennio ante ejus mortem, quae in An. 1721. incidit, prodierunt. ſed non viderit proditas a Rutgerſio notas An. 1719. Potuit habere, & habuiſſe credo, Editionem Horatii, quae Pariſiis An. 1613. Typis Stephanianis prodiit, & ſubjectas Rutgerſii notas exhibet, in quibus jam illa emendatio legitur. & in editione D. Heinſii 1636. jam illa Rutgerſii emendatio laudata fuit. Rutgerſius vero, ut decet virum candidum, profitetur, ſe eam conjecturam debere Claudio, filio Florentis Chriſtiani. Jam vero obviam & facilem eſſe *Ebri* in *Euri* mutationem, non modo ex perpetua librariorum literarum *b* & *u* confuſione, quae in MſT. fere eodem ductu conſpiciuntur, ſed ex ipſa *Euri* & *Hebri* permutatione in ſcriptis, obviam eſſe apparet. unde etiam mediocriter in Criticis verſato talis emendatio incidere poteſt. ſic, ut a Graecis incipiam, oſtendit mihi Cl. Dorvillius in plus decem codicibus ſe apud Theocritum Idyll. VII. 113. & ejus Scholiaſten, reperiſſe Εὖρον pro Ἕβρον. Celeberrimus Perizonius ad Aeliani V. Var. Hiſt. II. apud Ptolemaeum Hephaeſtionem vitioſe legi *Rhodopen poni ὑπὲρ Εὖρον*, pro Ἕβρον docuit. apud Latinos ſcriptores idem ſaepe accidit. ſic in Claudiani lib. I. in Eutrop. 504. vulgo legitur, *quo palluit Eurus*. in Oxonienſi vero codice legitur, *Ebrus*. ut ad ipſum Poëtam, ſi vires & annos Deus dederit, oſtendemus. ſed & ipſe Servius docere potuiſſet, nullum hic Hebro locum eſſe, qui fluvius eſt quietiſſimus, etiam per hiemem, quod & Commentator Horatii vetus ad Horat. I. Epiſt. III. 3. confirmat. & hinc *arenoſus* dicitur Ovid. III. Faſt. 737. & hinc noſter Maro lib. IV. Georg. 524. dicit Hebrum *portaſſe* caput Orphei: quod verbum indicat quietum fluctum, unde idem verbum in eadem fabula ponit Silius lib. XI. 482. ſed vel unicum hoc in hanc emendationem inducere potuerat viros doctos, quod Poëtae velocem curſum toties comparent ventis, & in primis Euro. ut adducta jam ab aliis loca perſuadere poſſunt. ſic Maro

XII.

11 deeſt L. R. Voſ. 12 *Heus inquit* Steph. Dan. Fab. el.

Vidiſtis ſi quam hic errantem forte ſororum,
Succinctam pharetra & maculoſae tegmine lyncis,
Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.
Sic Venus; & Veneris contra ſic filius orſus:

Nul-

SERVII.

322. [13] VIDISTIS. Plerumque duo diverſa in unum exitum cadunt, licet contraria ſignificent, ut hoc loco: *Vidiſtis* enim, etiam ad vocem pertinet, quod etiam ex Aeneae reſponſione colligitur. ERRANTEM. Inveſtigantem: [quia venatores cum veſtigant, quaſi videntur errare. SORORUM. Non tanquam nota ſit illis ſoror, ſed ut eſt in conſuetudine.]

323. SUCCINCTAM. Inſtructam: vel, ut alii dicunt, in cingulo habentem pharetram [14] & pellem. MACULOSAE LYNCIS. [15] [Epitheta tribus modis ponuntur, aut laudandi, aut demonſtrandi, aut vituperandi: hic *maculoſae* demonſtrandi eſt.] Lyncus, rex Scythiae fuit, qui miſſum a Cerere Triptolemum, ut hominibus frumenta monſtraret, ſuſceptum hoſpitio, ut in ſe [16] [inventi frumenti] gloria tanta migraret, interimere cogitavit: ob quam rem irata Ceres eum convertit in *lyncem*, feram varii coloris, ut ipſe variae mentis exſtiterat. [17] [Erit autem nominativus, *haec lynx*, ut *Pan*, *Tros*, quae in genitivo una ſyllaba creſcunt.]

324. [18] [SPUMANTIS. Id eſt, ſpumoſi, participium loco nominis poſitum. CURSUM CLAMORE PREMENTEM. Inſequentem, [19] [ut ipſe alibi III. Georg. 413. *Ingentem clamore premes ad retia cervum.*]

325. ORSUS. [20] Nunc, coepit: alias finiit, ut XII. 806. *Sic Juppiter orſus.* Sed illic proprie poſuit, & hic uſurpatum eſt: praeteritum enim participium eſt.

VARIORUM.

XII. 733. *fugit ocior Euro*, quae imitatur Statius VI. Theb. 521. *volat ocior Euro.* Ovid. II. Met. 160.

Praetereant ortos iisdem de partibus Euros.

ſed haec ſufficiant. vidi in Novis literariis, quae vernacula lingua Lipſiae prodire ſolent, ad Ann. 1731. pag. 430. virum doctum Jo. Henr. Komayerum programma propoſuiſſe, ubi Rutgerſii famam contra Huetium, gloriantem a ſe primum proditam hanc emendationem tuetur. ſed de qua non viſa judicare non licet. Si quis *Hebrum* ſervare pertinaciter velit, ille debuiſſet ea ſpecie defendere, qua dixi Poëtis licere fluviis etiam tardis, celerem curſum dare, ad Valer. Flac. V. 180. ubi de Hebro id factum etiam oſtendimus. & Cl. Dorvillius notaverat etiam Phaedrum in prologo lib. III. 59. *Hebro impetum* dediſſe, quem tenuit Orpheus dulci mora. BURM.

319. COMAS. *Comam* ex ſcriptis repone, quod magis Poëticum. HEINS. Vide ad Ovid. IV. Met. 7. *defundere* Sprotius & Rottend. primus. *diſpergere* Leidenſis unus. ſed hoc gloſſatoris eſſe patet ex Regio codice, ubi ſuperſcriptum hoc verbum erat. uno verbo extulit hoc Lucianus in Philopſeud. pag. 339. Ed. Graev. de Statua Pelichi. *ἀνεμωμένου τὸ πώγωνος τὰς τρίχας ἐνίας.* quae Bourdelotius pag. 834. vertit, *vulſis quibuſdam barbae pilis.* inepte. rectius alii, *cujus quidam barbae pili agitantur*, ſcil. a vento. BURM.

321. AC PRIOR. *Et prior* Zulich. *ac prius*; Hamb. prior & Montalb. *at prior* Menag. pr. Dorvilian. *ſi quam hortantem* Zulich. *ſi quem* Leidenſis.

323. PHARETRA. *Pharetram* in Priſciano legitur libro XVII. pag. 1081. qui addit, *ſed melius in quibuſdam codicibus ſine* m Pharetra *ablativus invenitur, quidam tamen Lyncis curſum a communi accipiunt.* *Pharetram* etiam Hamburgenſi uni pro diverſa lectione adſcriptum. in primo Menteliano *maculoſo tegmine*, ſed aliter Priſcianus & ſcripti caeteri, cum Nonio Marcello. ſi *τῷ pharetram* admittimus, etiam *tegmina* erit ſcribendum, quod Gudianus a manu prima prae ſe ferebat. HEINS. *Pharetram* ſecundus Hamburgenſis. ſed ego cum Corrado etiam *pharetra* praeferrem, quia *ſuccinctam* praecedit. & ita mox 357. *fugam patriaque* ex-

13 haec nota legitur ad ✝. 324. *clamore prementem* in L. R. Voſ. Steph. Dan. Fab. & al. 14 deſunt Dan. & plerique L. Voſ. R. ut plerique Fuld. 15 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 16 deſunt L. R. Voſ. Steph. 17 deſunt Dan. 18 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. ad ✝. 325. 19 deſunt etiam Dan. 20 incoepit, alias finit Dan.

Nulla tuarum audita mihi neque viſa ſororum,
O (quam te memorem?) virgo. Namque haud tibi voltus
Mortalis, nec vox hominem ſonat. O, dea certe;
An Phoebi ſoror, an Nympharum ſanguinis una?
Sis felix, noſtrumque leves quaecumque laborem:

Et

SERVII.

326. AUDITA NEQUE VISA. Hinc probatur, quia ſuperius haec interrogaverit Venus. [Sane quidam *Audita*, ad illud reſponſum: *Clamore prementem*: ad *vidiſtis ſi quam; neque viſa*, reſponderit.]

327. O QUAM TE. Quae dea ſit dubitat: nam deam eſſe confidit: [21] [O, dubitativa, alias [22] *optativa*, [23] [ut I. Georg. 18. *Adſis, o Tegeaee, favens.*]

328. NEC VOX HOMINEM SONAT. Graeca figura eſt. O DEA CERTE. [Hic *o* diſtinguendum, ut poſt inferat, *dea certe*, confirmans opinionem ſuam, &] eſt concluſio ſyllogiſmi, qui conſtat ex propoſitione, adſumptione, concluſione: nam ſi nec vox nec vultus [24] mortales ſunt, reſtat, ut dea ſit.

329. AN PHOEBI SOROR. Diana: nam venatrix eſt. Bene autem ſuſpicatur pro loco & qualitate habitus [25] perſonaeque. [Perite autem poëta dicendo, *An Phoebi ſoror*, videtur de nomine Apollinis dubitare. Conſtat enim hunc Deum a diverſis gentibus vel civitatibus, diverſis nominibus appellari, ſecundum genera beneficiorum, quae vario divinitatis genere praeſtare conſuevit: cui Deo ſagittas datas volunt, quia ut vis morbi, ita hoc telum ſit occultum. Hunc tamen Deum & ad [26] liberum cuſtodiam, & ad divinitatem, & ad res urbanas, quae placidae ſunt, & ad bella pertinere longinqua: cui laurum ideo conſecratam, quia haec arbor ſuffimentis purgationibuſque adhibeatur; ut oſtendatur, nullum templum ejus niſi purum ingredi debere. Cautum enim eſt, ne Sacerdos ejus domum ingrediatur, in qua ante quintam diem funus fuerit. Quidam tamen *An*, pro *ſive* antique dictum volunt: nonnulli conjunctionem mutatam adſerunt, pro, *Aut Phoebi* [27] *ſoror, aut Nympharum ſanguinis una.* Alii autem conjunctionem disjunctivam volunt, ut Salluſtius: *Perrexere in Hiſpaniam, an Sardiniam.*] AN NYMPHARUM SANGUINIS. Id eſt, Generis.

330. SIS FOELIX. Propitia: [hoc eſt, felicitatem praeſtes: vel *foelix* mihi.] *Foelix* enim dicitur & qui habet foelicitatem, & qui facit eſſe foelicem, ut in Bucolicis v. Ecl. 65. *Sis, bonus, o, foelixque tuis.* Unde [28] & contra Juno in VII. 309. dicit: *Quae potui infoelix*, id eſt, adverſa Trojanis. LEVES. Levem facias, ut ſupr. 145. *Levat ipſe tridenti.* QUAECUMQUE. Seu Diana, ſeu Nympha. QUO SUB COELO. Aut ſub qua parte coeli, aut ſecundum Epicureos [29] dixit, qui plures eſſe volunt coelos: [30] ut Cicero in Hortenſio.

VARIORUM.

excedere, non *patriam* praefero; ne ſimili ſono exeant voces junctae. *aut maculoſae* Menagianus prior. vulgata eſt apud Non. in *maculoſus*. BURM.

325. ET VENERIS. *Et* ſcripti noſtri omnes & Pieriani. HEINS. *At* Serv. ad IX. Aen. 656. & Edd. Ald. & Junt. vid. ad Sil. Ital. III. 170. *ſic filius inquit* ſecundus Hamburgenſis, quod ſonum meliorem facit. ſed vide ſupra 294. forte, *inſit.* vid. ad lib. IX. 423. 3URM.

326. AUDITA MIHI. *Mihi eſt* Francianus. prover-

21 deſunt L. Voſ. R. Steph. 22 vocativa Dan. Fabr. qui ſubjicit locum ex Homer. Odyſ. Z. 148. [illegible] &c. qui & in al. legitur. 23 deſunt Dan. 24 mortalis eſt Steph. Fabr. al. 25 perſonaque Voſ. 26 uberum Fuldenſ. ex notata varietate ad I. Georg. 99. ſed neutrum placet. forte *nemorum* vel *pecorum*. ſi *librum* pro *librorum* quis vellet legere, & intelligere libros Sibyllinos ſub Apollinis Palatini cuſtodia poſitos, forte non abſurde hallucinaretur. praeterea ad *divinationem* malim, quam *divinitatem*: niſi pro *divinatione* vocem cap[illegible]at quis. nam Augurioram & Oraculorum deus. BURM. 27 deeſt Fuldenſ. 28 e contrario II. Aen. 245. & *monſtrum infelix*. & III. 246. *infelix vates*. Et alibi Juno. Fuld. 29 deeſt Commelin. 30 deſunt Dan. ſed Mſ. & Edd. habent. Voſſius vero de vitiis Sermonis lib. II. cap. 16. ad ſequentem notam pertinere putat, & legit, Epicureos, qui plures eſſe volunt coelos. TANDEM. hoc loco vacat, ad ornatum autem pertinet, ut Cicero in Hortenſio. *Aut tandem* &c. quem vider[illegible] eſt operae pretium. BURM.

Et quo ſub coelo tandem, quibus orbis in oris
Jactemur, doceas. Ignari hominumque locorumque
Erramus, vento huc & vaſtis fluctibus acti.
Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra.
Tum Venus: Haud equidem tali me dignor honore:
Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram,

Pur-

SERVII.

331. TANDEM. Hoc loco vacat *Tandem.* [31] Et ſciendum multas particulas ad ornatum pertinere tantummodo, ut puta, *enim*, *dum*, *gentium*, *locorum*, *terrarum*: ut Cicero in Hortenſio: *Aut tandem doceas quod vix quoiquam contigit*: Aut *tandem*, pro expletiva particula eſt.

332. HOMINUMQUE, LOCORUMQUE. Hypermetrus verſus: [38] unam enim plus habet ſyllabam: qui quotiens fit, debet ſequens verſus a vocali incipere: ut hoc loco: item IV. 558. *Omnia Mercurio ſimilis vocemque coloremque, Et crines flavos.* Niſi [39] fortaſſis ſynaereſis fiat in fine, id eſt, vocalium colliſio, ut eſt I. Ecl. 33. *Nec cura peculi.* [40] Hic enim non eſt neceſſe, ut ſequens verſus a vocali incipiat.

334. HOSTIA DEXTRA. *Hoſtiae*, dicuntur ſacrificia, quae ab his fiunt, qui in hoſtem pergunt: *Victimae* vero, ſacrificia, quae poſt victoriam fiunt. Sed haec licenter confundit auctoritas.

335. [41] [EQUIDEM. Nunc, ego quidem ſignificat, alias expletiva particula eſt.] TALI ME DIGNOR HONORE. Id eſt, ſacrificio. Et aut vult ſe probare non numen, ſed virginem Tyriam: [aut ideo non amplectitur ſacrificium, ut diutius lateat:] aut certe quia Paphiae Veneri, quae Cypri colitur, thure tantum ſacrificatur & floribus: [qui ait infr. 416. *Ubi templum illi centumque Sabaeo Thure calent arae, ſertiſque recentibus halant.*] DIGNOR. Dignam me judico, ut III. 475. *Conjugio, Anchiſa, Veneris dignate ſuperbo*: id eſt, digne habite.

VARIORUM.

verbialem vero locutionem ad illa Ciceronis in Catil. I. 9. *cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis*, notat Heumannus.

327. O QUAM. O *quid te* Ed. Venet.

Ibid. VULTUS. *Voltus* Gudianus. *cultus* ſecundus Hamburgenſis. *hominum ſonat* Mentelius primus. Rottendorphius tertius, Leidenſis, & ita Gudianus a manu prima. *neque vox* unus Moreti. vulgata eſt apud Donat. ad Terent. Adel. V. VI. 3. & Macrob. V. 4. & Senec. Epiſt. CXV. *Vultus* vero & *vox* conjungi ſolent. vid. ad Ovid. XI. Met. 636. & Valer. Flac. VII. 32. BURM.

329. AN PHOEBI SOROR, AN. *Aut*, *aut* Oudartii & Bigotii.

330. QUAECUMQUE. *Quemcumque* Hamburgenſis ſecundus & Parrhaſ. qui & ſeq. verſu, *& quo ſub tandem coelo.*

332. JACTEMUR. *Jactamur* Leidenſ. vid. ad Ecl. II. 56.

Ibid. LOCORUM. *Locumque* Zulichemius. *locorum* ſecundus Hamburgenſis, Leidenſis & Francianus. vid. ſupr. ỳ. 229. BURM.

333. VENTO HUC VASTIS ET. *Huc & vaſtis* Mentel. Menag. pr. Sprot. Heinſii unus, Francian. & Parrhaſ. & ita ab Heinſio editum.

335. HAUD EQUIDEM TALI ME DIGNOR HONORE. Scilicet hoſtia, nam ſine ſanguine Veneri ſacrificabatur, ut Acro ad Horat. I. Od. 19. hunc verſum adducens docet. & Lutatius ad Stat. V. Theb. 159. & hic Servius & alii. vid. ad Petron. cap. CXXXIII. BURM.

Ibid. TUNC. *Tum* ex ſcriptis Heinſius repoſuit.

336. PHARETRAM. *Pharetras* Bigot. & Excerpta noſtra.

337. PUR-

31 ad ornatum autem pertinet, aut *tandem* doceas quod vix qq. * contigit, aut *tandem* pro expletiva particula eſt. Et ſciendum &c. Dan. Fabr. *tandem*, *enim*, *dum*. *gentium*, *locorum*, *terrarum* ſignificatio poſita ad ornatum pertinet. *aut Q. doceas*, *quia vix hoc quoque contigit*, aut &c. Fuld. ultima, ut *Cicero*, &c. deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 38 unam plus ſyllabam, quae Voſ. una enim abundat ſyllaba Fabr. al. 39 forte, ſinizeſis fiat in fine, id eſt L. Voſ. R. ſed hae duae habent, *ſinexeſis*. niſi fortaſſis fiat in fine vocalium colliſio Commel. v. inf. 353. 40 hinc Voſ. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem:
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit urbe profecta,

Ger-

SERVII.

337. PURPUREO. Aut pulchro, [42] aut roſei coloris. SURAS VINCIRE COTHURNO. *Cothurni* ſunt calceamenta [43] etiam venatoria, crura quoque vincientia: quorum quivis utrique aptus eſt pedi. Ideo & numero uſus eſt ſingulari.

338. PUNICA REGNA VIDES. [Ad illud: *Et quo ſub coelo tandem.* Et quidam *Vides*, pro, viſurus es, accipiunt: nam quemadmodum in media ſylva urbem videt & Tyrios?] Hic attentum facit Aeneam. TYRIOS. Nihil intereſt, utrum Tyrios an Sidonios dicat: [44] nomina, ut diximus ſupr. 235. de vicino mutuantur. ET AGENORIS URBEM. Quam fecerunt Agenoridae. [45] *Agenor* autem Neptuni filius, rex Libyae & Phoenicis: de cujus genere Dido originem duxit. Et ſic dictum eſt, ut VI. 2. *Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris:* id eſt, ad Cumas, quas fecerunt hi, qui de Chalcide venerant, civitate Euboeae.

339. SED FINES LIBYCI. [46] Antedicta dubia eſſe potuerunt, [47] [nunc aperte regionem oſtendit, dicendo LIBYCOS FINES. Tyrii enim & alibi eſſe potuerunt.] INTRACTABILE. Inſuperabile, aſperum, ſaevum. [48] [Ergo amovit ſuſpicionem, ne putaret ſe in Tyrum veniſſe.]

340. [49] [DIDO. *Dido* vero nomine *Eliſa* ante dicta eſt, ſed poſt interitum a Poenis *Dido* appellata, id eſt, *virago*, Punica lingua: quod, cum a ſuis civibus cogeretur cuidam de Afris regibus nubere, & prioris mariti amore teneretur, forti ſe animo, & interfecerit, & in pyram injecerit, quam ſe ad expiandos prioris mariti manes extruxiſſe fingebat.]

VARIORUM.

337. PURPUREO. *Purporeo* Ment. pr. & Reg. qui etiam *que* abjecit. *altae* Gudian. *aptare* Servius citat ad VII. Ecl. 32. cothurnis vero venantes muniviſſe pedes Caſaub. ad Strab. lib. XVII. p. 831. cenſet ob ſerpentum copiam; quare & agricolae muniebant ocreis pedes in Africa. BURM.

338. TYRIOS. *Tyros* Excerpt. noſtra. *urbes* Mediceus.

339. SED FINES LIBYCI. *Sunt fines* Bigotianus. *Libyci fines* Dorvill. Catroeus reddidit litoralem oram & finitimam Carthaginem Libyae. ſed ipſam Carthaginis regionem deſignat, & urbem diſtinguit a regione, in qua Tyrii poſuerant coloniam. nam *fines* non ſemper terminos & vicinitatem alterius gentis notant: ſed ipſam regionem totam, quam habet populus aliquis. quod obvium probare non eſt opus. vid. Gronov. ad Livii libr. XXXII. 5. *Finibus* vero, qui regionem notant, jungit *genus intractabile*, nota figura, qua terra pro incolis, & contra ſaepe occurrit. vide ad Ovid. III. Amor. x. 20. & IV. Met. 668. *genus inſuperabile* quart. Moret. quod in Leidenſi & Regio erat pro Gloſſa. *intractabile ferro* Oudartii Cod. eadem varietas lib. IV. Aen. 40. BURM.

340. IMPERIUM REGIT. Vide quae notavimus ad

42 aut ruſſati, aut roſei c. Fuld. pulchro aut roſati coloris L. Voſ. R. 43 deeſt L. Voſ. R. Steph. 44 ut diximus enim, nomina L. Voſ. R. nomina enim ut diximus Steph. Fabr. al. 45 Agenor autem rex Phoenicis fuit. & ſic &c. L. Voſ. Steph. Ag. a. r. fenicis fuit, vel ex Poenicis. & ſic R. fuit. ſic alibi *Et tandem* Baſil. Agenor a. rex Phoenicis fuit. de cujus Fabr. De variis circa Agenorem & ejus filios Mythologorum ſententiis, quorum quidam filios Agenoris faciunt Cadmum, Phoenicem & Cilicem, alii Cilicem Neptuni filium, Europam vero Phoenicis filiam fecerunt, alii ſororem, vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 402. Servius, ſi ſincerus eſt hic, Agenora Neptuni filium & Libyae regem facit, quod ſi verum fuerit, ille Phoeniciae Rex fuiſſe non poteſt, ſed ejus filius Phoenix ab eo miſſus ad Europam quaerendam, in Phoeniciam conceſſit. aliunde ergo miſſus a patre, & alibi, quam in Phoenicia rapta fuit Europa, quia filiis Agenoris prohibitis domum redire, Phoenix petiit Phoeniciam. ut Servius tradit ad III. Aen. 88. vide Salmaſ. pag. 867. Agenor Beli frater, Neptuni & Libyae filius dicitur. ſed quis Fabulas in concordiam redocat? BURM. 45 Antedictam terram nunc aperte o. d. L. *fines.* Amovit autem ſuſpicionem, ne p. a. in Tyrum veniſſe. INTRACTABILE Dan. aperte regione Fuldenſ. regionem edidit Commelin. 47 deſunt R. Voſ. quod accidit quia duae periodi in *potuerunt* exeunt. 48 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 49 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. Schegkius ad Vellej. Paterc. lib. I. cap. 6. a Fr. Modio hanc notam ſe accepiſſe ſcribit: Boeclerus vero longe aliter ex P. Danielis editione adfert. BURM.

Germanum fugiens. Longa eſt injuria, longae
Ambages. Sed ſumma ſequar faſtigia rerum.
Huic conjux Sychaeus erat, ditiſſimus agri
Phoenicum, & magno miſerae dilectus amore:

Cui

SERVII.

341. GERMANUM FUGIENS. Hoc loco quaſi ſtupuit Aeneas: [de germani enim appellatione fuerat facta major invidia,] unde [50] auditoris aviditati praeſcribit Venus, dicens *longam eſſe injuriam*, id eſt, cauſſam: ab eo, quod ſequitur, id quod praecedit; ut ſupra 209. *Spem vultu ſimulat.* [51] [LONGA EST INJURIA. Longa narratio injuriae.]

342. LONGAE AMBAGES. Id eſt, circuitus, [52] [hoc eſt, ambages narrationis.] FASTIGIA. [53] [Summae partes aedificiorum dicuntur, ſed modo] primordia: quia ſcit longam eſſe hiſtoriam Carthaginis, ut Saluſtius Jug. XIX. *Sed de Carthagine ſilere melius puto, quam* [54] *parum dicere.*

343. HUIC CONJUX SICHAEUS ERAT. Quotiens Poëta aſpera invenit nomina, vel in metro non ſtantia, aut mutat ea, aut de his aliquid mutilat: nam [55] *Sichaeus*, [56] *Sicharbas* dictus eſt: *Belus*, Didonis pater, [57] *Methres:* [58] *Carthago* a *Carthada*, ut lectum [59] eſt in hiſtoria Poenorum, & in Livio. Sane *Sichaeus*, *ſi* brevis eſt per naturam; ſed hoc loco Ectaſin fecit, ea licentia, quae eſt in propriis nominibus: licet enim in quavis proprii nominis parte ſyllabae mutare naturam: quod & in appellativis evenit; ſi tamen de propriis originem ducunt, ut: *Sicanio praetenta ſinu:* quia venit a *Sicano*, rege Siciliae. [60] [DITISSIMUS AGRI. Veteres addebant, cujus rei dives.]

344. MISERAE. Dativus eſt, non adverbium.

VARIORUM.

ad Ovid. III. ex Pont. III. 61. & ita apud Senec. Herc. Fur. 741.

Incruentum mitis imperium regit.

ubi vir doctus malebat *gerit*. ut in Medea 252. *ſceptra violenter geram.* ubi tamen in Voſſiano codice reperi *regam*. ut erat etiam in Gottorpiano apud Ovid. IV. Faſt. 594. *Te coeli ſceptra regente*, pro *tenente*. Ita & lib. XII. Aen. 206. male *ſceptrum nam forte regebat*, in codice occurrit, pro *gerebat*. quod tamen oſtendit, illam locutionem fuiſſe vulgarem. vid. ad Val. Flac. II. 396. BURM.

342. FASTIGIA. *Veſtigia* Parrhaſ. Menagianus & Hamburgenſis priores, & Rottendorphius primus pro varia lectione.

343. SICHAEUS. *Sychaeus* paſſim in optimo Mediceo, aliiſque vetuſtioribus per *Y*. quomodo & apud Silium Italicum paſſim optimus liber Colonienſis. ſed in contraria it Servius. in nonnullis *Sycheus*. ſed *Sychaeus* etiam in exemplaribus Macrobii Saturn. lib. VI. cap. 6. Fortaſſis Maro ſcripſerit hoc loco *Synchaeus*, unde detrita una litera, & priore ſyllaba correpta *Sychaeus*, quomodo paſſim apud Poëtas veteres. nam Graecis eſt Συχαῖος. *Acervas* eſt Juſtino. Servius *Sicharbam* dictum antiquitus notat. HEINS.

Ibid. DITISSIMUS AGRI. *Ditiſſimus auri* legit Huetius in Huetianis §. 62. quia mox ſequuntur 348. *auri caecus amore*, & 361. *argenti pondus & auri*. ſed an ex reditibus agrorum non poterat aurum conficere? ergo & dives *argenti* debuiſſet addere, cujus etiam poſtea mentio. contra ſcriptos talia movere temerarium. ſic lib. X. 563. *ditiſſimus agri, Qui fuit Auſonidum.* vid. ad lib. X. 201. & alibi ſaepius. veterum enim divitiae in agris & pecudibus. praeterea *ditiſſimus agri Phoenicum* poſſet ambigue dictum videri, quaſi ditiſſimus agri Phoenicum, quos Phoenices habent. & ita Cl. Dorvillius laudari ſupr. ad ỷ. 96. notavit. ſed conſtrue, ditiſſimus omnium Phoenicum, poſſeſſione agrorum. ſic *Auſoniis ditiſſimus arvis* VII. 537. BURM.

344. MISERAE. *Miſere* Zulichem. adſcripta nota, dativus vel adverbium. & ita *miſere amare* Terent. Andr. III. 2. ſed praefero tamen *miſerae*, *quia magno amore* idem eſt quod *miſere*, quae eſſet

50 deeſt Voſ. 51 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 52 deſunt eiſdem & Fabr. 53 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 54 pauca Fabr. al. 55 Tychaeus L. 56 *Siarbas* Voſ. *Sacarbas* L. *Secarbas* R. 57 *Meotes* L. *Mettes* Voſ. R. 58 Carthago *Carnaga* ait L. Carth. *Cartago* Carthada Voſ. Carthago a *Cartha* Steph. Dan. a *Charta* Fabr. al. 59 eſt, quod invenitur in hiſtoria Dan. vid. inf. ỷ. 738. 60 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al.

Cui pater intactam dederat, primiſque jugarat
Ominibus. Sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, ſcelere ante alios inmanior omnis.
Quos inter medius venit Furor. Ille Sychaeum
Inpius ante aras, atque auri caecus amore,
Clam ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum

Ger-

SERVII.

345. [CUI PATER INTACTAM DEDERAT. Argumentum amoris.]

346. OMINIBUS. [61] [Auguriis: vel proſperis & ſecundis, vel [62] primariis, ut aliis verbis repetierit: *Cui pater intactam dederat.*] Et ſecundum Romanos locutus eſt, qui nihil niſi captatis faciebant auguriis, & praecipue nuptias. Lucanus II. 371. *Contentique auſpice Bruto.* Juvenalis x. 336. *Veniet cum ſignatoribus auſpex.* TYRI. Adverbium eſt.

347. SCELERE ANTE ALIOS IMMANIOR OMNES, QUOS INTER MEDIUS VENIT FUROR. Junge totum: nam aliter non procedit, ſi ſegreges, *Quos inter medius venit furor:* [quia multi *Immanior* ad furorem, non ad Pygmalionem referunt;] cum ipſe dicat, licet ſimulatas, fuiſſe tamen amicitias: ſimul namque ſacrificabant: ac ſi diceret, Sceleratior Atreo & Thyeſte, vel Eteocle, & Polynice. [Ordo eſt: inter quos medios.]

148. ILLE SICHAEUM. [63] Si, hoc loco ſecundum naturam poſuit.

349. IMPIUS ANTE ARAS. Probavit impium, quia ante aras. [Singula pronuntiant. CLAM. Quidam ad ſororem referri putant.]

350. SECURUS AMORUM GERMANAE. Aut contemnens, [64] [id eſt, negligens, non curans] [65] amorem ſororis, ut VII. 304. *Securi pelagi atque mei:* id eſt, contemptores. Aut certe ſecurus erat de amore germanae circa maritum nimio; ob quem ſe poſt mortem Sichaei interimere poſſe credebatur: nec enim ſequitur, ut occiſo Sichaeo ipſe ſtatim potiretur auri, niſi etiam Dido periret; [66] [ſed per contemptum dictum eſt, quaſi ex Pygmalionis perſona: non *amorem* vocans *honeſtum*, ſed *amores*, in convicium:] *amores* enim plurali numero ad voluptatem pertinent, ut x. Aen. 34. *Securus amorum, Qui juvenum tibi ſemper erant.* Singulari etiam ad religionem.

VARIORUM.

ſet tautologia. ſic *magnus amor* infr. 675. & 716. & alibi. *miſera* vero Dido, quaſi proprio epitheto inſignitur, & propter vehementiſſimum amoris aeſtum, & ſimul infelicem eventum. ut infr. 719. Ovidius VII. Ep. 7.

Certus es ire tamen, miſeramque relinquere Dido.

II. Amor. XVIII. 31.

Jam pius Aeneas miſerae reſcripſit Eliſſae.

& de Procri III. Art. Am. 729.

Ut patuit miſerae jucundus nominis error.

& ita paſſim. Languide ſatis hunc Didonis miſerae magnum amorem vertit Catroeus per *inclination.* quam more patriae ſufficere credit inter conjuges, ſed in amoribus ardentiſſimum calorem requirit. BURM.

346. OMINIBUS. *Connubiis* Hamburg. alter, Menag. ſec. *annis* Bigotiani quae nata eſt interpretationibus. *jugavit* Menag. pr. vulgata eſt apud Lutat. ad Stat. II. Theb. 202. ubi ad imitationem noſtri dixit, *primis hymenaeis jugare.* unde forte gloſſa illa nata, *connubiis.* intelligitur vero hic, ut recte Guellius, Κουριδίη ἄλοχος, ut Graecis dicitur virgo nubens, & παρθένιος vir, qui virginem ducit. vid. Reineſ. ad Inſc. Claſ. XIV. 3. Muncker. ad Anton. Liber. Metam. cap. XI. & Gronov. Diatr. Stat. cap. XLIV. qui & recte in hunc ſenſum expoſuit, & vindicavit illa Senecae in Octav. 287.

Quid virginitas, caſtuſque pudor?

BURM.

348. QUOS INTER MEDIUS. *Quos inter medios* in Mediceo & Moretano priore. HEINS. *Quos inter medios* Leidenſ. unus a manu prima. vid. ad lib. II. 508. *Furor* hic majori litera ſcribendum, ut etiam voluit Heumannus Tom. II. Poecil. lib. III. p. 380. ſed male ſedulus idem jubet fieri ſupr. ỷ. 292. ubi jam legitur in Edd. Heinſia-

nis

61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 pmari * & ſecundum Dan. 63 deeſt L. R. Voſ. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. 65 amores L. Voſ. R. 66 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Digitized by Google

Germanae: factumque diu celavit, & aegram,
Multa malus, ſimulans, vana ſpe luſit amantem.
Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago
Conjugis; ora modis adtollens pallida miris,
Crudelis aras, trajectaque pectora ferro
Nudavit; caecumque domus ſcelus omne retexit.

Tum

SERVII.

351. Aegram. Moeſtam, anxiam.

352. Multa malus simulans vana spe lusit amantem. [Quia dicebat abſentem, quem conſtabat occiſum.] Atqui legimus iv. 296. *Quis fallere poſſit amantem?* ſed hic nimia Pygmalionis oſtenditur malitia, quae etiam amantem fefellit. Vana spe. Quia dicebat, eum [67] mox reverti. Lusit. Decepit.

353. In somnis. Si ab eo, quod eſt *ſomnium*, [68] Synaereſis eſt: ut *peculi*, pro, *peculii*. Si autem a *ſomno* venit, *in ſomnis*, id eſt, dum ſomnos caperet. [Imago. Τὸ εἴδωλον.]

355. Crudeles aras. Epitheton hoc de cauſſa eſt: nam arae piae ſunt.

356. Nudavit. Indicavit: unde contra in ſexto 448. habemus: *Et vulnera dira tegentem:* hoc eſt, celantem. Quid enim tegeret [69] omni parte truncatus. Retexit. [70] Ecce hic planius quid ſit *nudavit* oſtendit. [Et utrum ad praeteritum hoc refertur, an, ut quibuſdam videtur, quod ipſam Didonem putabat occidere, ſed incertum: nam & ideo fugam ſuadere viſus eſt.]

VARIORUM.

nis & Emmen. & aliis. & hoc Taubmannus jam intellexiſſe videtur, qui Aten Homericam ſignificari docet. *medius* vero ſervandum, & notat diſcordiam, quae proximos disjunxit, ut inf. 682. ubi Servius explicat *importunus*, *incongruus*. Barlandus *quos* referebat ad *alios*, inter quos Furor medius venit, & quos ſcelere ſuperabat Pygmalion. Corradus, inter Pygmalionem & Sichaeum explicat. BURM

349. Aras. *Aram* ſecundus Moretanus. in Bigotiano erat, *incautum ante aras a. a. c. a. c. ferro immitis ſuperat.*

350. Amorum. *Amorem* Mediceus. Ruſinian. de Schem. Lex. in Epiſtrophe citat praecedentem verſum, & videtur hic excidiſſe, & ille legiſſe, *ſecurus amore*, ut erat in Rottend. ſec. aliter nullam Epiſtrophen video, quae exemplis prius adductis reſpondet. *amorum* habet Commentator Crucquianus Horatii iii. Od. 8. ſenſum puto, nihil timuiſſe ab amoribus, (id eſt magno amore ℣. 344.) Didûs, quaſi imbellis mulieris, quae de vindicta non cogitaret, ſi ſciret; vel quaſi non deſideraret abſentem, cujus mors celabatur, vel poſſet decipi. Servius contemnens, non curans, etiam bene. nullo reſpectu amoris inter conjuges a ſcelere revocatus. Eadem locutio lib. x. 326. Scholiaſtes Lucani haec adducit ad lib. iv. 353.

Securumque orbis patimur poſt terga relicti.

ubi dicit, ſemper a dorſo timere nos. ut eſſet, nihil metuens ab amoribus, quos jam ceſſaſſe credebat. BURM.

352. Vana spe. *Spe vana* Bigotianus. *eluſit* Zulichemius.

353. In somnis. *In ſomnos* Voſſianus ſec. de dubio, quod movet Servius, an a *ſomnus*, an a *ſomnium* veniat, vide Comment. ad Valer. Max. i. vii. Ext. 10. & Barth. viii. Adv. 20. vid. & ii. Aen. 270. & 353. & alibi. eſt vero idem, quod *per ſomnum*. v. Aen. 636. *per quietem* Juſtinus & alii dixere. BURM.

354. Attollens. *Tollens pallentia* Ed. Venet. malim vero diſtinguere poſt *conjugis*, & *attollens* jungere τῷ *nudavit*. *transjectaque* Menag. alter.

356. Scelus omne. *Scelus eſſe* unus Heinſii. *domus & ſcelus* Mediceus. *caecumque dolis*. Dorvillianus.

357. Pa-

[67] deeſt L. R. Voſ. Steph. [68] Syniseſis L. R. Voſ. eadem varietas ſupr. ℣. 332. & alibi. [69] undique truncatus L. R. Steph. Dan. tegeret deeſt Voſ. [70] & hic oſtendit quid ſit *nudavit* Dan.

Tum celerare fugam patriaque excedere ſuadet,
Auxiliumque viae veteres tellure recludit
Theſauros, ignotum argenti pondus & auri.
His conmota fugam Dido ſocioſque parabat.
Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: navis, quae forte paratae,
Conripiunt, onerantque auro. Portantur avari

Pyg-

SERVII.

357. TUM CELERARE FUGAM. Celeriter abire, ut dicimus, *curſum celero*. SUADET. Secundum naturam duae ſunt ſyllabae; ſed [71] multi [72] triſyllabum putant: quod etiam ſi inveniatur, ſolutio dicenda eſt: quo modo dicimus [73] *aenea*, & *ahena*. Hoc autem ſolum hujuſcemodi verbum in Latino invenitur.

358. RECLUDIT. [74] Secluſos aperit, oſtendit. [Ad opinionem ſomni recludere videtur, ut II. 297. *Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.*]

359. THESAUROS. Hoc nomen, N non habet, ſicut *Atlas*, *Gigas*, [75] *Thoas*, *Abas*, *Pallas*: licet in obliquis caſibus inveniatur: ſicut nec *formoſus*, quia derivativum eſt a *forma*, ut a *ſpecie*, *ſpecioſus*; ab *odio*, *odioſus*; velut a *genere*, *generoſus*; [76] aut ab *ſcelere*, *ſceleroſus*. IGNOTUM ARGENTI PONDUS ET AURI. Aut quod ignorabat Dido; aut certe ad magnitudinem pertinet, id eſt, tantum, quantum nullus unquam novit.

360. HIS COMMOTA. Id eſt, ſupradictis [77] omnibus.

361. CONVENIUNT QUIBUS AUT ODIUM CRUDELE TYRANNI, AUT METUS ACER ERAT. Oderant laeſi, metuebant laedendi, hoc eſt, qui timebant, ne laederentur: unde eſt illud in IIII. 545. *Quos Sidonia vix urbe revelli*: quia non voluntate, ſed aut odio, aut timore convenerant. ODIUM CRUDELE TYRANNI. Id eſt, crudelis tyranni: & figura eſt [78] Hypallage: nam in tyrannum odium juſtum eſt.

362. [79] [PARATAE. Id eſt, erant.

363. PORTANTUR AVARI PYGMALIONIS, &c. [Quomodo *Pygmalionis*, ſi Sichaei erant? ſolvitur: ſed eas jam ſuas fecerat ſcelere, qui Sichaeum occiderat: aut ad animum retulit, avari, qui opes alienas jam fecerat ſuas:] quas Pygmalion jam ſuas putabat, unde eſt in IV. 656. *Ulta virum*. Quae enim avaro major poena, quam pecuniam, propter quam deliquerat, perdere? Remove hoc, & falſum eſt, *Ulta virum*. Sed ſciendum quod clam tangit hiſtoriam: Moris enim erat, ut de pecunia publica Phoenices, miſſo a rege auro, de peregrinis frumenta coëmerent. Dido autem a Pygmalione ad hunc uſum paratas naves abſtulerat: quam cum fugientem a fratre miſſi ſequerentur, aurum illa praecipitavit in mare: qua re viſa, ſequentes reverſi ſunt. [Licet alio ordine etiam hiſtoria iſta narretur.]

VARIORUM.

357. PATRIAQUE. *Patriaeque* Mediceus. ita Petron. cap. LXII. *Forte dominus Capuae exierat.* ubi vide. *patriamque* alter Hamburg. quod in vetuſtis quoque nonnullis exemplaribus ſibi repertum eſſe Pierius teſtatur. vide Voſſium de Conſtructione cap. XL. de hoc loco. ſic *exceſſere metus mea jam bona* apud Naſonem VII. Met. 166. *& excedere fidem.*

Exceſſitque fidem meritorum ſumma tuorum.

apud Lucanum lib. I. 492. appoſite *Patrios excedere muros*. HEINS. Vid. ad Ovid. X. Metam. 469. & ſaepe alibi. *Patriam* etiam Franc. & With. *Patriaque* praefert H. Steph. in Schediaſmate pag. 73. quod hic etiam praefero, quia *fugam* praeceſſit. vid. ſupr. ỷ. 323. & III. 60. *ſcelerata excedere terra*. BURM.

358. AUXILIUMQUE VIAE. Nihil mutandum do-

71 deeſt Voſ. 72 Triſyllabam Maſvicius. 73 Aena & aëna Voſ. R. L. 74 vel ſeclu' • aperit, oſtendit Dan. Fabr. 75 deeſt Baſil. *Troas* Fabr. *Toas* Steph. Dan. 76 ut ab Voſ. Steph. 77 deeſt Dan. ominibus L. 78 deeſt L. Voſ. R. 79 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ad, *quas Pygmalio*, deeſt *erant* Dan. Fabr. al. qui reliqua ignorant.

Pygmalionis opes pelago. Dux femina facti.
Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
Moenia, ſurgentemque novae Carthaginis arcem:
Mercatique ſolum, facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.
Sed vos qui tandem, quibus aut veniſtis ab oris,

Quo-

SERVII.

365. DEVENERE LOCOS. Minus eſt *Ad.* SURGENTEM. Erigentem ſe, ut X. 725. *Surgentem in cornua cervum.*

366. NOVAE CARTHAGINIS. *Carthago* enim, eſt lingua Poenorum nova civitas, ut Livius docet.

367. MERCATIQUE SOLUM, FACTI DE NOMINE BYRSAM. Dido, appulſa ad Libyam, cum ab Hiarba pelleretur, petiit callide, ut emeret tantum terrae, quantum poſſet corium bovis [80] tenere: quod cum ille permiſiſſet, corium in tenuiſſimas corrigias ſectum tetendit, [81] occupavitque modum ſtadia viginti & duo; [82] quam rem [83] leviter tangit Virgilius, dicendo: *facti de nomine:* & non *tegere*, ſed *circumdare*. FACTI DE NOMINE BYRSAM. Id eſt, de cauſſae qualitate: [quia Βύρσα Graece, Latine *corium* dicitur: dicendo ergo *circumdare*, oſtendit corrigiam de corio factam.]

368. TERGO. Pro, tergore [84] [poſuit: quia qualis cauſſa fuit, tale nomen accepit: Carthago enim antea ſpeciem habuit duplicis oppidi, quaſi aliud alterum complecteretur: cujus interior pars *Byrſa* dicebatur, exterior *Magalia*. Hujus rei teſtis eſt Cornelius Nepos, in eo libro, qui Vita illuſtrium inſcribitur.]

369. SED VOS QUI TANDEM &c? Vacat hoc loco *tandem:* [85] [velut ante videtur expletiva conjunctio; ut eſt 441. *Et quo ſub coelo tandem.* Alii *tandem* pro tamen accipiunt.] Et eſt naturalis interrogatio: [86] qui eſtis? unde: vel [87] quo itur? Sicut ipſe in VIII. 113. licet mutato ordine: *Quo tenditis, inquit? Qui genus? unde domo?*

VARIORUM.

docebant adnotata ad Phaedr. III. 10. *auxilium viae* eleganter de pecunia dici vidimus ad eumdem IV. fab. 25. vid. & Aſcon. Ped. ad II. Verr. 30. *veteris* etiam nonnulli: ſed hoc ambiguam faceret conſtructionem, & *veteres* Aſconius habet. BURM.

359. IGNOTUM. *Ingens* Zulichem. ſed ſuperſcriptum vel *ignotum*. hinc Papias, *ignota pecunia*, *infinita*.

362. NAVIS, QUAE FORTE. *Naves ſunt* f. Zulichem. An, *naves tunc forte paratas Corripiunt*. *Arripiunt* Graevianus. *ornarunt auro* quartus Moreti, qui & *portentur*. auri tantum mentionem fieri Donatus credit, quia naves non ſufficiebant argento portando, quod relinquere coacta Dido. nugae. quis crederet? BURM.

364. FACTI. *Facta eſt* Pugetianus.

365. CERNES. *Cernis* Mediceus, primus Moretanus & ſcripti alii quinque ex noſtris. tum & Mentelianus alter a manu prima: & ſic agnoſcit Nonius Marcellus in *loca*. HEINS. *Cernes* rectum: nondum enim urbem videre poterant, obſtante colle, quem demum ſuperant inf. 419. & tunc oculis eorum urbs conſpicitur. & ita librum etiam Colotianum habere Urſinus teſtatur. ordo eſt, ubi cernes ingentia nunc, ſcil. ſurgentia, moenia. BURM.

366. SURGENTEMQUE. *Surgenteſque n. C. arces* Oudartii.

367. BYRSAM. *Burſam* Zulichemius & Leidenſis. *quantum taurino* Sprotianus.

368. POSSENT. *Poſſint* Mediceus. *poſſunt* prior Voſſianus. HEINS.

369. QUI TANDEM, QUIBUS ADVENISTIS. *Quibus aut veniſtis*, non *adveniſtis*, quod in quibuſdam codicibus eſt, agnoſcunt Nonius Marcellus,

80 tenere. itaque (tum Dan.) corium in fila propemodum ſectum tetendit, occupavitque L. R. Voſ. Dan. 81 occupavitque ſtadia XXII. L. R. Voſ. ſtadia XX. Fuld. 82 Βύρσα autem Graece, Latine corium; quam rem Dan. Fabr. repetit Fab. ad ✠. 368. ubi, Latine *corrigia* dicitur, ut & Baſil. 83 leniter Fuld. breviter Fab. Baſil. tangit deeſt Voſ. 84 deſunt omnibus praeter Fabr. & Baſil. 85 deſunt L. Voſ. R. Steph. 86 qui eſt Voſ. R. 87 vel quo? ſicut Fab. al. quo itis L. quod itur R.

Quove tenetis iter? Quaerenti talibus ille
Suſpirans, imoque trahens a pectore vocem:
O dea, ſi prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annalis noſtrorum audire laborum;

An-

SERVII.

371. IMOQUE TRAHENS A PECTORE VOCEM. Deeſt, dixit. Et quotiens longe reſpondet, Parentheſis eſt, quotiens nuſquam, [88] Eclipſis dicitur, ut hoc loco.

372. O DEA. Perſeverat in opinione ſua; ita tamen ut & illius orationi aliquando concedat: nam paulo poſt ait: *Si veſtras forte per aures Trojae nomen iit*. Aut certe illud eſt, [89] quod ſuperius dixerat: *An nympharum ſanguinis una:* quae non omnia ſciunt: nam & moriuntur, ſecundum Ariſtotelem, ut Fauni, Paneſque. AB ORIGINE. A raptu Helenae. PERGAM. Perſeverem, hoc eſt, univerſa dicam.

373. ANNALES. Inter *hiſtoriam* & *annales* hoc intereſt: *Hiſtoria* eſt eorum temporum, quae vel vidimus, vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τῦ ἱςορεῖν, id eſt, videre. *Annales* vero ſunt eorum [90] temporum, quae aetas noſtra non novit: unde [91] [Salluſtius ex Hiſtoria:] Livius ex Annalibus & Hiſtoria conſtat. [92] Haec tamen confunduntur licenter, ut hoc loco pro *hiſtoria* [93] inquit *annales*. [Ita autem *annales* conficiebantur: tabulam dealbatam quotannis Pontifex Maximus habuit, in qua praeſcriptis Conſulum nominibus & aliorum magiſtratuum, digna memoratu notare conſueverat, domi militiaeque, terra marique geſta per ſingulos dies. Cujus diligentiae annuos commentarios in octoginta libros veteres retulerunt, eoſque a Pontificibus Maximis, a quibus fiebant, *Annales maximos* appellarunt; unde quidam ideo dictum ab Aenea *annales* ajunt, quod & ipſe religioſus ſit, & a Poëta tum Pontifex inducatur.]

VARIORUM.

hus, & Priſcianus lib. XVII. HEINS. *Aut veniſtis* habent praeſtantiſſimi libri. Servius vero hic notat *tandem*, eſſe expletivam particulam, & vacare, ut etiam ſupr. ỳ. 331. cui hic Dido reſpondet eadem particula utens. ſed licet hoc aliquando verum ſit, ſaepe tamen inſervit vehementi increpationi, & cum indignatione & contemtu conjunctae interrogationi, ut hic Didonem ipſo vocis ſono indicaſſe puto: nolebat enim ſe aperire Aeneae, ſed ipſi & comiti ejus metum injicere de gente hic habitante; & ita occurrit lib. IV. 349. ſic quoque ſaepe apud Comicos. ut Terent. *ain' tandem?* Andr. II. IV. 12. Adelph. II. IV. 11. male vero in Adel. III. V. 51. pro *tamen* capit Donatus. & ita Cicero I. Catil. pr. *Quouſque tandem abutere patientia*. & ille ſaepius, quum ſtomacho ſuo utitur. vide Vall. Elegant. VI. 21. qui docet non eſſe ſupervacuam particulam, nec tantum ornatui inſervire. vide & Cl. Drakenb. ad Liv. III. 9. addit Servius eſſe *naturalem interrogationem*, id eſt conſuetam, ordinariam, (id enim *naturalis* notat, ut oſtendi ad Vellej. Paterc. II. 128.) Et id puto velle Quinctil. qui lib. IX. cap. 2. dicit eſſe ſimplicem ſcitandi cauſſa locutionem, nec ullam figuram in ea agnoſcit. Corradus refert ad deſiderium Veneris finiendi ſermonem, & audiendi, quinam eſſent. Illud vero, *qui vos, aut quibus veniſtis ab oris*, quod alii *qui, aut undè* efferunt, acerbius ſolebat ingeri peregrinis. vid. ad Valer. Flac. VII. 40. quare ſimulaſſe Venerem arbitror. & ordinariam hanc interrogationem eo vocis ſono extuliſſe, ut ſimul illos ab incolis Tyriis, & in primis Libycis metum incuteret. apud Quinctilianum etiam in Cod. Almel. erat, *quibus adveniſtis*, ut & in nonnullis ſcriptis. ſed formula illa, *qui, aut unde* aliam lectionem praeferendam oſtendit. *Quave tenetis*, etiam Mentelii pr. ſollemni variatione. *quodve* Menag. pr. *quoque* Hamb. pr. BURM.

371. A PECTORE. *Ab pectore* Fragmentum Moreti. HEINS. *De pectore* Francianus & Menagianus prior.

372. PRIMA. *Primum* Hamburgenſis alter. *repetens* abſolute poſitum capit Heumannus ad Cicer. pro Arch. cap. I. & obvium eſt, pro memoria *repeto*, *recolo*, *refero*. ut haec verba paſſim in ſcriptis

88 *Interſeſe* Fabr. ellipſis eſt Dan. 89 quia L. Voſſ. R. 90 annorum quos Dan. annorum & temporum, quae Steph. Baſil. 91 deſunt omnibus, praeter Maſvic. 92 ſed confunduntur Dan. 93 dixit Dan. & Maſvic.

Ante diem clauſo conponet veſper Olympo.
Nos Troja antiqua, ſi veſtras forte per auris
Trojae nomen iit, diverſa per aequora vectos

For-

SERVII.

374. Clauso. More poëtico, qui dicunt coelum per noctem claudi, per diem aperiri: unde eſt II. Georg. 261. *Porta tonat coeli.* Et x. 5. *Conſidunt tectis bipatentibus.* Componet. Finiet, ut XII. 104. *Oblato gaudens componi foedere bellum.* [94] [Et III. Ecl. 108. *Non noſtrum, inter vos tantas componere lites.* Alibi pro diſponere: VIII. 317. *Nec componere opes norant.* Alibi pro conjungere, ut VIII. 486. *Componens manibuſque manus.* Alibi pro comparare, ut I. Ecl. 24. *Sic parvis componere magna ſolebam.* Alibi pro [95] fundare, ut ſupr. 249. *Nunc placida compoſtus pace quieſcit.*] Vesper. Proprie eſt ſtella: cum autem *veſperi* dicimus, adverbium temporis eſt. [Modo ſane utrumvis accipe.] [96] Et ſciendum eſt, [97] quod omnia nomina, quae de Graecis in *os* exeuntibus ad nos tranſeunt, apud nos aut in US tantum exeunt, ut Δῆλος, *Delus*: aut in ER, ut ἀγρὸς ager: aut [98] in utrumque, ut, Εὔανδρος *Evandrus*, *Evander*.

375. Troja antiqua. Nobili, venerabili: more ſuo, alibi inf. 531. *Terra antiqua*, id eſt, nobilis: nec enim eſſe poterat nova: Item III. 84. *Templa Dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto.* [Aut certe cara, & hoc ideo, quia dixit, *Quibus aut veniſtis ab oris.* Si vestras forte per aures. Cum apud Deam ſciat ſe loqui, cur ait: *Si veſtras per aures:* & Forte, hic, aliqua [98] * ratione.]

VARIORUM.

ptis commutari videbis in notis Heinſii ad Ovid. v. 113. ubi ex Virgilio etiam exempla adducuntur. ſolet vero Virgilius verbo adjungere participium aliud; ut vidimus ad III. Georg. 412. & alibi ſaepe. BURM.

373. Et vacet annalis. *Vacet annalis tantorum audire laborum* Macrobius lib. III. Sat. cap. 2. ut quidem illic in ſcriptis codicibus & editis recentioribus. libro tamen v. cap. 14. vulgatam lectionem invenies expreſſam. Idem ad annales maximos Pontificum alludi contendit, ſed non perſuadet. HEINS. Dodwellus in Annalibus Thucydideis p. 11. hic Servium refutat. & *annales* hic pro hiſtoria rerum ab Aenea geſtarum, aut quarum pars magna ipſe fuerat, poni docet, & inepte *parentum* legi, qui locus videri meretur. *& placet* Francianus a manu prima, eraſâ prima literâ, erat relictum *vlacet*. BURM.

374. Componet vesper. *Veſper componet* Hamb. pr. *componet* etiam habet Nonius in *componere*, Lutatius ad Statii I. Theb. 231. & Scholiaſtes Horat. II. Ep. III. 8. *componat* in nullo codice inveni, ſed Corradus dicit alios ita legere, & probat. potuit etiam placere Heumanno Poecil. lib. III. pag. 380. qui etiam elegantius judicat. quod ut probet, adducit locum ex lib. II. 56.

Forſitan & Priami fuerint quae fata requiras.

quae verba quid commune habeant cum his non video, niſi quod *requirat* ſit ſubjunctivi modi. ſed facile centum verſus poſſent adduci, ubi ille modus occurrit. ſed ibi pendet a voce *forſitan*, cui ſubjunctivum ſolere addi vidimus ad Ovid. II. Epiſt. 53. & alibi, ut ex Indice Ovidii patebit. *componere* vero recte cum aliis exponit pro finire, quod & metaphorice *ſepelire* dicunt. ſed nec huc faciunt illa ỳ. 249.

Placida compoſtus pace quieſcit.

quia nullum indicium eſt ibi de Antenore ſepulto agi, ſed verus ſenſus ſit, illum jam ſecurum bellorum & laborum, ſedibus in placidis quieſcere, & ab erroribus otium agere; ut ibi notavi. & hinc *ſedes quietas* ſibi & ſociis in Italia promittit Aeneas ỳ. 205. in Graeviano codice ſpurius verſus ſubjiciebatur,

Quam tibi noſtrorum ſtatuatur ſumma laborum.

a Monacho Leoninis verſibus adſueto effuſus, qui credebat *ante* requirere ſequens *quam*. BURM.

375. Si vestras forte. *Veſtras ſi forte* Heinſii unus.

376. Iit.

94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 95 neſcio an illo loco pro *fundare* poſſet ſumi. non enim niſi duriter & improprie, & ex barbariſmo ſeculi deterioris. Antenor poteſt dici *fundatus*. ſed vel *compoſitus* ibi eſt ſepultus, vel ſi viveret etiam, poſt multos labores tranquilla ſede poſitus. melius adduxiſſet locum ex III. Aen. 387. BURM. 96 ſciendum tamen eſt Fuld. 97 quia omnia Voſ. R. 98 in utramque L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 98 * ratione ſignificat. nam ſciebat Deam ſcire, non ignorare Dan.

Forte ſua Libycis tempeſtas adpulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte Penates

Claſſe

SERVII.

377. FORTE SUA. Caſu ſuo, [99] id eſt, quo ſolet. *Forte* autem nomen eſt, a nominativo *Fors*, ut Terentius Hecyr. IV. III. 4. *Fors* [1] *fuat pol:* [2] [ipſe IX. Ecl. 5. *Quoniam fors omnia verſat.*] LIBYCIS. Jam ſcivit: audivit enim: *ſed fines Libyci.* APPULIT ORIS. Figura ſupra dicta, [3] [ut dativus pro accuſativo cum *ad* ponatur.]

378. SUM PIUS AENEAS. Non eſt hoc loco arrogantia, ſed indicium: nam ſcientibus aliquid de ſe dicere, [4] arrogantia eſt; ignotis, indicium. Aut certe heroum ſecutus eſt morem, quibus quam mentiri turpe fuerat, tam vera reticere. Denique Ulyſſes in Homero ait ſuam famam uſque ad coelum veniſſe Odyſſ. I. 20. [5] [Καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει:] unde & iſte: *Fama ſuper aethera notus.* [Aut certe vetuſte pietatem pro religione poſuit. Salluſtius in Catil. cap. XII. *Verum illi delubra Deum pietate, domus ſuas gloria decorabant.* Plautus in Pſeudolo I. III. 34. *Non poteſt pietate obſiſti, ſive ut res ſunt caeterae, Deos quidem, quos maxime eſt aequum metuere, eos minimi facit.* Sane *pius* poteſt eſſe & purus, & innocens, & omni carens ſcelere. *Piare* enim antiqui purgare dicebant; inde etiam *piamina*, quibus expurgant homines; &, qui purgati non ſunt, impii.] RAPTOS QUI EX HOSTE PENATES. [6] [Hoc eſt, ſum pius.] [7] Optima autem elocutio eſt: pluſque ſignificat de pluralitate ad ſingularitatem tranſire: ut, *venor multis* [8] *canibus*, & *multo cane*, ut Horatius Epod. II. *Aut trudit hinc acris & hinc* [9] *multo cane apros in obſtantis plagas.* Sane de diis penatibus licet varias opiniones ſecutus ſit Virgilius; omnes tamen diverſis locis complexus eſt: nam alii, ut Nigidius & Labeo, Deos penates Aeneae Neptunum & Apollinem tradunt, quorum mentio fit III. 119. *Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.* [10] [Varro Deos Penates quaedam ſigilla lignea, vel marmorea ab Aenea in Italiam dicit eſſe advecta, cujus rei Virgilius meminit III. 148.] [*Effigies ſacrae divum, Phrygiique Penates, Quos mecum a Troja mediiſque ex ignibus urbis Extuleram.* Idem Varro hos deos Dardanum ex Samothracia in Phrygiam, de Phrygia Aeneam in Italiam memorat portaviſſe. Alii autem, ut Caſſius Hemina, dicunt deos Penates ex Samothracia appellatos, θεοὺς μεγάλους, θεοὺς δυνατοὺς, θεοὺς χρηστούς. Quorum diverſis in locis ita meminit III. 12. *Natoque penatibus & magnis Diis:* hoc eſt, θεοὺς μεγάλους. Et iterum III. 437. [11] *Junonis magnae primum prece numen adora.* Et, *Dominamque potentem Supplicibus ſupera donis*, τοὺς δυνατούς. Et infr. 734. *bona Juno*, τοὺς χρηστούς. Ecce ergo diverſis locis omnia tria complexus, quae omnia locis ſuis dicentur.]

VARIORUM.

376. IIT. *Init* Zulichemius. *jactos* pro *vectos* alios habere notat Corradus.

377. APPULIT ORIS. In Sprotiano, *applicat*, ut poſt hoc libro 616.

Quae vis immanibus applicat oris.

& apud Naſon. Epiſt. VII. ℣. 117. *Applicor his oris*, ubi illic videtur ſcribi oportere. ſed tamen libr. III. 338. habebimus,

Ignarum noſtris Deus appulit oris.

& 715.

Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris.

& lib. VII. 39.

Advena claſſem
Cum primum Auſoniis exercitus appulit oris.

neque aliter hic loci agnoſcit Aruſianus Meſſius. HEINS. *Applicat* praeferrem, quia tempus praeſens requiritur, ut modo ſe applicuiſſe dicat, quod & miſerationem auget, & ſuſpicionem demit, quaſi jam dudum ibi vagati aliquid molirentur, aut exploratorum more exquirerent. & ita inf. 610. *quae vis immanibus applicat oris.* non ergo conſilio, ſed tempeſtate ſe eo ejectum eſſe dicit. deinde *forte ſua* Bigotianus a prima manu. *Forte mala* Zulichemius pro varia lectione. BURM.

378. PIUS. Non arrogantiae tribuendum, ſed ut Libyci, genus intractabile bello, revererentur pium virum, qui ſecum deos ex hoſte receptos veheret, & in Italiam portaret, non bellum meditaretur in

Afros

99 qui ſolet fieri Dan. 1 *fuat* L. R. *fuet* Voſ. *fiat* Baſil. *Fors ſus pol* Dan. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 4 arrogantiae eſt Steph. Fabr. al. 5 deſunt Graeca L. Voſ. R. Steph. 6 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 7 optima locutio eſt L. R. *autem* deeſt reliquis etiam. 8 *caſſibus* Fabr. al. 9 *multa* L. R. Voſ. Fabr. al. 10 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 11 *Junonis magnae primum dominamque potentem* τοὺς &c. Fuld.

Digitized by Google

Claſſe veho mecum, fama ſuper aethera notus.
Italiam quaero patriam, genus ab Jove ſummo.
Bis denis Phrygium conſcendi navibus aequor;

Ma-

SERVII.

380. ITALIAM QUAERO. Hoc loco diſtinguendum eſt: nam [12] ſi ad hoc junxeris PATRIAM, non procedit. Patria enim [13] civitas in provincia eſſe poteſt: non tamen ut ipſa provincia patria ſit: licet in Salluſtio [14] lectum ſit fragm. incert. *Hiſpaniam ſibi antiquam patriam eſſe:* ſed illic ad laudem pertinet, non ad veritatem. Tria ergo dicit: Provinciam quaero, hoc eſt, Italiam: patriam, hoc eſt, [15] Corythum, Tuſciae civitatem, unde Dardanus fuit. [16] [Alibi de ipſa Italia Aeneas VII. 122. *Hic domus, haec patria eſt.*[Vel ſic diſtinguitur: *Italiam quaero patriam & genus ab Jove ſummo:* ut mihi ſit Italia patria, Jovis genus efficit propter Dardanum, id eſt,] *genus ab Jove:* ideo, quia ex Electra & Jove [17] Dardanus Iaſiusque nati ſunt. Dardanus autem auctor eſt Trojae. Et bene ad tria interrogata reſpondet; qui eſſet, unde veniſſet, quo tenderet.

381. PHRYGIUM AEQUOR. Id eſt, Helleſpontum. CONSCENDI. Bene *conſcendi* ſecundum phyſicos, qui dicunt terram inferiorem eſſe aqua, quia omne, [18] quod continetur, ſupra illud eſt, quod continet: [19] [unde eſt III. 522. *Humilemque videmus Italiam.*]

VARIORUM.

Afros & Carthaginienſes: & ita Veneri vehementius roganti, *ſed vos qui tandem*, debebat occurrere. vid. Obſerv. Miſcel. vol. I. pag. 19. & Corradum. Barlandus inepte *pium* dici non poſſe ſcribit, quia impios ac profanos deorum ritus colebat, quaſi vero eo tempore verum Deum ut Judaei, & poſtea Chriſtiani debuiſſet Aeneas colere. decore ergo ignotus debet a demonſtratione ſui incipere, nec jactantia eſt, ſed indicatio. vid. & Serv. ad VIII. Aen. 127. BURM.

Ibid. RAPTOS QUI EX HOSTE PENATES. Τὸ *qui* non agnoſcit primus Moretanus; & ſane concinnius ſubintelligitur. de quo loquendi modo ad Faſtos Ovidianos lib. III. ꝟ. 387. nonnulla diximus curis ſecundis. plura Aeneidos II. 342. HEINS. *Raptos* dicit etiam *lares* Tibul. II. V. 20. non *captos*. vid. Brouckhuſium.

379. AETHERA. *Aequora* Menag. pr. & ſecundus Rottendorph.

380. ITALIAM. *Italiam quaero: patriam & genus.* diſtinctio noſtra appoſitionem, ut vocant, duplicem habet. patriam ab Jove, propter oraculum: genus ab Jove, propter Dardanum. Ita lib. III. 85.

Da moenia feſſis, Et genus. FABRIC.

Montalbanius, & Hamburgenſis alter, *Italiam quaero patriam: genus ab Jove ſummo.* quod minime rejiciendum. HEINS. Ita Bigotianus. & ſolam puto eſſe veram lectionem & diſtinctionem. ſed *genus* nominativo caſu poſitum eſſe puto, non accuſativo, quaſi quaereret genus ſuum. ſed ego Aeneas, genus a Jove, quaero patriam. quod ad miſericordiam movendam efficaciſſimum. & ita ipſa Dido haec repetens memoria lib. IV. 12.

Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe deorum.

& lib. V. 45.

Dardanidae magni, genus alto a ſanguine Divum.

Ovid. III. Amor. VI. 54.

Ilia ab Idaeo Laomedonte genus.

Horat. I. Od. 3. *Iapeti genus*, de Prometheo. Ovid. VI. Faſt. 433. *ſeu genus Adraſti.* ubi male *gener.* vid. ad II. Met. 743. & inf. VI. Aen. 793. Catroeus haec non cepit, & vertit, ac ſi diceret Aeneas ſe quaerere nationem, unde ejus majores ex Jove orti originem duxiſſent. ſed dicendo *genus ab Jove*, reſpondet illis Veneris ꝟ. 369. *ſed vos qui?* recte vero vertit Vondelius. *ſummo* an *magno*, ut in Codice Pierii, legatur, parum referre puto, quia haec epitheta Jovi centies tribuuntur, & a librariis permutata ſaepe ſunt. vid. ad Ovid. I. Faſt. 608. & II. 592. & alibi. BURM.

381. DENIS. *Senis* ſecundus Hamburgenſis. nimis vero acutam Servii verbi *conſcendere* explicationem reor, & quaſi per Hypallagem credo dictum, pro bis denas naves conſcendimus navigaturi. vide

Cu-

12 ſi junxeris L. R. Voſ. Steph. Fab. al. 13 id eſt civitas L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. in prov. tamen eſſe L. 14 legitur Commelin. 15 Corinthum Steph. Corintum Voſ. Coritum L. vide Demſter. Etrur. Reg. II. X. pag. 133. 16 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ad, *genus*, Dan. a, *vel ſic.* 17 Dardanos R. 18 quod continet a. i. e. q. continetur Baſil. 19 deſunt Commel.

Matre dea monſtrante viam, data fata ſecutus,
Vix ſeptem convolſae undis euroque ſuperſunt.
Ipſe ignotus, egens, Libyae deſerta peragro,
Europa atque Aſia pulſus. Nec plura querentem
Paſſa Venus medio ſic interfata dolore eſt.

Quiſ-

SERVII.

382. MATRE DEA MONSTRANTE VIAM. Hoc loco per tranſitum tangit Hiſtoriam, quam per legem artis poëticae aperte non poteſt ponere: nam Varro in ſecundo Rerum divinarum dicit: *Ex quo de Troja eſt egreſſus Aeneas*, [20] *Veneris eum per diem quotidie ſtellam vidiſſe, donec ad agrum* [21] *Laurentium veniret, in quo eam non vidit ulterius: qua re terras cognovit eſſe fatales.* Unde Virgilius hoc loco: *Matre dea monſtrante viam.* [Et II. 619. *Eripe, nate, fugam*] Item: *Nuſquam abero,* [22] [*& tutum patrio te limine ſiſtam*] [Et II. 632. *Deſcendo ac ducente deo.*] Et II. 801. *Jamque jugis ſummae ſurgebat lucifer Idae:* [quam ſtellam Veneris eſſe ipſe Virgilius latenter oſtendit VIII. 589. *Qualis ubi Oceani perfuſus Lucifer unda, Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes.*] Quod autem diximus eum poëtica arte prohiberi, ne aperte ponat hiſtoriam, certum eſt. Lucanus namque ideo in numero poëtarum eſſe non meruit: quia videtur hiſtoriam compoſuiſſe, non poëma. DATA FATA SECUTUS. Scilicet a Jove.

383. CONVULSAE. Aut *convulſae undis, Euroque:* aut: *ſuperſunt undis Euroque convulſae:* aut [23] *convulſae* ideo, quia habes ſupra 122. *Laxis laterum compagibus.*

384. IGNOTUS. Deeſt, *quaſi:* nam contrarium eſt quod dixit: *Fama ſuper aethera notus.* Facit autem hoc frequenter Virgilius, ut hanc particulam ſubtrahat, ut: *Medias inter caedes exultat Amazon:* quaſi Amazon: nam [24] Volſca fuit. PER AGRO. *Per* habet accentum: nam A [25] longa eſt, ſed non ſolida poſitione: muta enim & liquida quotiens ponuntur, metrum [26] juvant, non accentum.

385. EUROPA ATQUE ASIA PULSUS. Aut orbem in tres partes diviſit, & abſolutum eſt: [quia in Africa poſitus, quae orbis pars tertia eſt;] aut ſi Europam tantum & Aſiam [27] intelligimus, [ut Africa in Europa ſit,] invidioſe locutus eſt; ut ſupra 234. Venus: *Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis:* quaſi cum indignatione dicat: per Trojam Aſia careo: per Italiam Europa. Denique non paſſa Venus, ejus interrupit querelas. [Sane *Europa*, Agenoris filia, a qua pars orbis nominata eſt.]

386. DOLORE EST. Aut narrantis Aeneae, aut certe ſuo dolore: aequum enim eſt malis filii etiam ipſam moveri.

VARIORUM.

Cuper. II. Obſ. III. & Davies ad Caeſ. V. de Bel. Gal. 7. ubi *conſcendere in naves* etiam dici docet. poteſt & *conſcendere aequor* dici, quia vulgo *altum* vocatur, ut notum eſt. vel forte *conſcendi* abſolute poſitum eſt & *aequor* pro *in aequor.* ut Livius XXXI. 29. *Meſſanae ut auxilio eſſent, primo in Siciliam conſcenderunt.* & *conſcendere* poni ſimpliciter etiam Lexica docent. quod autem *Phrygium aequor* Helleſpontum explicat Servius, error eſt, Antandrus jam erat trans Helleſpontum, niſi, ut notat Euſtath. ad Dionyſ. Alex. ℣. 124. ut ſequatur eos, qui & partem Maris Aegaei Helleſpontum vocaverunt. BURM.

382. DATA FATA SECUTUS. In codice Graeviano eraſâ primâ literâ erat *ata fata.* ſed ſuperſcriptum *d.* neſcio an voluerit *rata fata*, ut ſaepe alii, & in primis Heinſius ubique fere volebat obtrudere. ſed recte Servius *data* ſcilicet a Jove. ſic Juppiter ipſe apud Valer. Flac. I. 534.

Quum fata darem.

& IV. 432.

Quod pellere ſaevam
Quondam fata luem dederunt Aquilone creatis.

Ovid. I. Met. 589.

Verba datae ſortis ſecum, inter ſeque volutant.

noſter lib. VI. 66. *da regna meis fatis.* ubi Servius

dic

20 funeris R. 21 Laurentem L. Voſ. R. Laurentum Steph. Dan. 22 deſunt L. R. Voſ. 23 deeſt L. Voſ. R. Steph. 24 Vulſca L. Voſ. R. 25 longa quidem eſt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 26 levant Fuld. 27 intelligamus Fuld.

Digitized by Google

Quiſquis es, haud, credo, inviſus coeleſtibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
Perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.
Namque tibi reduces ſocios claſſemque relatam

Nun-

SERVII.

387. QUISQUIS ES. Pleraque per conceſſionem ſic tradit Poëta; ut [28] augmentum faciat: ſicut hoc loco, audierat Venus: *Sum pius Aeneas, fama ſuper aethera notus:* [29] dicit tamen, *quiſquis es:* hoc eſt, etiamſi haec in te non ſint; [30] hinc tamen conſtat te eſſe foelicem, quod veniſti Carthaginem. Item in ſecundo 148. *Quiſquis es, amiſſos hinc jam obliviſcere Grajos:* hoc eſt, qualibet ratione contra nos bella ſuſceperis. HAUD, CREDO, INVISUS COELESTIBUS. [31] Liptotes figura, per contrarium ſignificans, id eſt, credo te eſſe cariſſimum ſuperis, [32] [ut alibi VII. 261. *Munera nec ſperne:* ſupra 77. *Mihi juſſa capeſſere fas eſt.*] [33] COELESTIBUS autem, ſecundum Pythagoram & praecipue Platonem dixit, [34] qui confirmant vivos eſſe ſuperis charos, mortuos vero inferis: unde & Virgilius de Pallante XI. 51. *Et nil jam coeleſtibus ullis Debentem*, Item contra XII. 646. *Vos o mihi manes Eſte boni, quoniam ſuperis averſa voluntas.*

388. AURAS VITALES CARPIS. Quibus vivimus: Nil eſt enim aliud vita, [35] niſi reciprocus ſpiritus: unde & Jupiter, quo conſtant omnia, Ζεὺς vocatur, ἀπὸ τ̃ ζωῆς, id eſt, vita. CARPIS. Accipis modo, ut IV. 522. *Et placidam carpebant membra quietem.* TYRIAM. Carthaginem, a Colonis. ADVENERIS URBEM. Hyſterologia, [36] [hoc eſt, ad urbem veneris,] ut ſupra. PERGE MODO. Tantummodo, hoc eſt, haec tibi ſola ſit cura: nam liberatae ſunt naves.

389. PERFER. Imperativus modus eſt, ut VIII. Ecl. III. *Fer cineres, Amarylli, foras.*

390. REDUCES. *Reduces* proprie dicuntur, qui pericula evadunt, ſic infra: *Ut reduces illi ludunt:* ſcilicet poſt periculum inlatum ab aquila.

VARIORUM.

dic explicat. ut & lib. III. 85. *da propriam, Tymbraeae, domum.* & III. 255. *datam urbem* exponit fatis conceſſam ỹ. 501. & V. 795. plura diximus ad Ovid. XVI. Epiſt. 279. nec apud Lucan. IX. 553. mutari debet, *bellique datos cognoſcere caſus*, & reponi contra omnes libros *ratos*. BURM.

384. PERAGRO. *Pererro* Hamburg. pr. eadem diverſitas lib. IV. 72.

386. DOLORE EST. *Eſt* deeſt Sprotiano & Menagiano ſecundo, & Bigotiano. Heinſius in ora codicis corrigebat *dolori*. vulgata eſt apud Donat. ad Terent. Adelph. IV. V. 44. BURM.

388. VITALES CARPIS. *Carpis vitalis* Montalbani. hic *vitales* malim, ut ambiguitas, & idem ſonus vitetur.

389. AD LIMINA PERFER. *Profer* Leid. quae eadem diſcrepantia apud Valer. Flac. VIII. 190. *donec nos flumine certo Perferat*. ubi vide notas. licet vero utrumque verbum poſſit defendi, & *profer te* ſit perge, promove greſſum, ut *ſe proferre* alio ſenſu pro producere, provehere dicat Claudian. I. in Eutrop. 167. tamen *perfer* praefero: id eſt uſque ad regiam tende. ita Senec. Epiſt. LVIII. *Plato ipſe ad ſenectutem ſe diligentia pertulit.* quod poſtea *perduxit* dicit, licet & ibidem dicat *producere ſenectutem*. deinde iterum, *paucos longiſſima ſenectus ad mortem ſine injuria pertulit.* Lucan. IV. 763. *tantum profertur ad hoſtes*, ubi alii Codices *perfertur*. ut vero *proferre ſe*, ita *ſe ferre* 314. lib. IX. 597. & XI. 779. vid. ad Valer. Flac. IV. 199. ſic *ſe adferre* vel *efferre* infr. lib. III. 346. *ad reginae limina* Excerpta noſtra. *ad* omittit Rottend ſec. *teque hinc r. a. l. p.* Parrhaſ. & Venetus. *ad lumina* fragm. Moreti. & ita Genevenſes Ed. P. Dan. male. BURM.

390. REDUCES. *Socios reduces* Dorvillianus.

Ibid. RELATAM. *Receptam* Sprotianus, Hamburgicus primus, Leidenſis unus, & Zulichemius. vid. lib. VI. II. & ad Vell. Patercul. II. 5. ſed *relatam* convenit melius ad *reduces* & *verſis aquilonibus*. proprie enim *referri* dicebantur navigantes, quum

28 argumentum Steph. Dan. Fab. al. 29 & caetera: dicit tamen, *quiſquis* L. R. Voſ. 30 hic R. hoc L. 31 Litotes L. R. Voſ. Liptote Fabr. al. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 33 caeleſtibus * ſecundum Fuld. 34 qui dicunt Dan. 35 quam L. R. Voſ. 36 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fab. al. contra Dan. caret ut *ſupra*.

Nuntio, & in tutum verſis aquilonibus actam:
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
Adſpice bis ſenos laetantis agmine Cycnos,
Aetheria quos lapſa plaga Jovis ales aperto

395 Tur-

SERVII.

391. VERSIS AQUILONIBUS. [Aut ſpeciem pro genere poſuit, hoc eſt, mutatis ventis: aut] quia, poſtquam ad Africam iter verterunt, adverſus ante Aquilo, coepit eſſe [37] proſperrimus.

392. NI FRUSTRA AUGURIUM VANI DOCUERE PARENTES. Hoc ad confirmandum errorem [38] Aeneae dixit, ne divinando dea eſſe crederetur: [39] [& eſt argumentum ad fallaciam, ne intelligat deam.] Quod autem dicit *vani parentes*, aut Hypallage eſt, id eſt, vanum augurium, ut III. 61. *Dare claſſibus auſtros*: & VI. 268. *Ibant obſcuri* [40] *ſola ſub nocte*: pro, ipſi ſoli per obſcuram noctem. Aut certe *vani parentes*, qui res falſas & inanes docent. Et per hoc decipere plerumque oſtendit auguria. Et multi volunt ad nimium hoc amorem parentum referri, qui teneritudine [41] affectus, etiam ſuperflua liberos docent. [Quidam *vani*, mendaces tradunt. Salluſtius in Jugurtha cap. XIV. *Ego quidem vellem & haec quae ſcribo, & illa quae antea in Senatu queſtus ſum, vana forent potius, quam miſeria mea fidem* [42] *verbis faceret*. Terentius in Phormione III. II. 40. ubi adoleſcens lenonem mendacii arguit: *Non te pudet vanitatis*.]

393. BIS SENOS CYCNOS. *Cycnos* navibus comparat, *aquilam* tempeſtati. In auguriis autem conſiderandae ſunt non ſolum aves, ſed etiam volatus, ut in praepetibus: & cantus, ut in oſcinibus, quia nec omnes, nec omnibus dant auguria: ut columbae non niſi regibus dant: quia nunquam ſingulae volant, ſicut rex nunquam ſolus incedit. Unde eſt in ſexto 193. *Maternas agnovit aves*: per tranſitum oſtendit regis augurium. Item *cycni* nullis dant, niſi nautis: ſicut lectum eſt in Ὀρνιθογονίας: *Cycnus in auguriis nautis gratiſſimus* [43] *augur. Hunc optant ſemper, quia nunquam mergitur undis.* [44] [Quum *Cycnus* neque in praepetibus, neque in oſcinibus nominetur, cur ab illo ſumitur augurium? ſolvitur, quod augurium ad aquilam Poëta retulit; ſed docet Virgilius bonum omen ad naves factum de *Cycni* volatu.] [*Cycnos* tamen habere divinationem etiam Cicero in Tuſculan. lib. I. 30. docet. *Ut Cygni, qui non ſine cauſa Apollini dicati ſunt, ſed quod ab eo divinationem habere videantur.*] LAETANTES. Poſt periculum. AGMINE. Volatu, impetu. *Agmen* autem apud Virgilium eſt cujuſlibet rei impetus, ut II. 212. *Illi agmine certo*. Et VI. 572. *Vocat agmina ſaeva ſororum*.

394. [45] [AETHEREA. *Aether* altior eſt aëre, vicinus coelo: ἀπὸ τοῦ αἴθειν, id eſt, ardere.] JOVIS ALES. Aquila, quae in tutela Jovis eſt: quia dicitur [46] dimicanti ei contra Gigantes fulmina miniſtraſſe: quod ideo fingitur, quia per naturam nimii eſt caloris; adeo ut etiam ova, quibus [47] ſuperſidet, poſſit coquere, [48] niſi admoveat [48] *Aëtiten* lapidem frigidiſſimum, ut teſtatur Lucanus VI. 676. *Foeta tepefacta ſub alite ſaxa.* [49] [Aut quia nec aquila, nec laurus dicitur fulminari, ideo Jovis ales aquila; Jovis coronam lauream accepimus: & qui triumphant lauro coronantur. Sane aliter proprie dicuntur aves, quae volatu auſpicia faciunt, Buteo, Sanqualis, Inmuſculus, Aquila, Vulturius. Sane de aquila eſt] & alia fabula: Apud Graecos legitur, puerum quendam terra [50] editum admodum pulchrum membris omnibus fuiſſe, qui Ἀετὸς ſit vocatus: hic, cum Jupiter propter patrem Saturnum, qui ſuos filios devorabat, in Creta inſula, in Idaeo antro nutriretur, primo in obſequium Jovis ſe dedit; poſt vero, cum adoleviſſet Jupiter, [51] [& patrem regno pepuliſſet,] Juno

37 proſper Fabr. proſperior Steph. Dan. al. 38 Aeneae dixiſſe crederetur, & eſt argumentum &c. Fuld. 39 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 40 *ſub ſola* L. 41 affecti Steph. Dan. Fabr. al. 42 *verbis* * Terentius Fuld. 43 *ales, Hunc* Voſ. Steph. *Augur. hunc* L. R. *ales hanc* Dan. Fabr. al. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. 46 dimicantes in contra R. 47 ſuperſedet Steph. Fabr. ſuperſidit Dan. 48 niſi ſe admoveat, & alia fabula, omiſſis mediis Dan. niſi ad *Gagaten* L. Voſ. R. Steph. al. *Gagatem* Fabr. *Agathen* Fuld. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 252. 49 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỹ. 396. CAPERE: reliqua partim Danieli & Fabr. partim Fuldenſi debemus. 50 editum Dan. Fab. 51 deſunt Dan. Fab.

Turbabat coelo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas jam deſpectare videntur.
Ut reduces illi ludunt ſtridentibus alis,
Et coetu cinxere polum, cantuſque dedere;

Haud

SERVII.

Juno permota forma pueri, velut [52] pellicatus dolore, eum in avem vertit, quae ab ipſo ἀετὸς Graece [53] dicitur, a nobis *Aquila*, propter aquilum colorem, qui ater eſt; quam avem Jupiter ſibi inhaerere praecepit & fulmina geſtare. Per hanc etiam Ganymedes, cum amaretur a Jove, dicitur raptus, quos Juppiter inter ſydera collocavit. [Et quia aquilae haec eſt natura, ut Solem recto lumine ſpectet, ſignum quoque Aquilae, quod in coelo eſt, orientem ſemper Solem videtur adtendere. Alii dicunt ab hac avi Jovem raptum & ad latebras Cretenſes perlatum, cum a Saturno ubique quaereretur. [54] Ipſam etiam Jovi, cum adverſus Titanas bellum gereret, obvolaſſe in augurium, ac ſtatim victoriam conſecutum, & ideo inter ſydera collocatam.]

395. [55] [ORDINE. Nonnulli pro ſerie accipiunt: nam [ET COETU CINXERE POLUM, ad ordinem retuliſſe, quamvis quidam quaerant, quomodo ordine, cum mox, *coetu*, dicat.]

396. CAPERE. Eligere, ut II. Georg. 230. *Ante locum capies oculis* [56] [DESPECTARE. Id eſt, electas jam intentius deſpicere.]

397. STRIDENTIBUS ALIS. Signum augurii eſt.

398. COETU. Dicit Plinius Secundus in Naturali hiſtoria, omnes aves colli longioris, aut recto ordine volare, ut ſequens pondus capitis praecedentis [57] cauda ſuſtentet: unde & prima plerumque deficiens, relicto loco, incipit [58] eſſe poſtrema: aut in [59] coetu, ut ſe omnes invicem portent. [Neque enim hujuſmodi [60] aves ſimul ad inferiora deſcendunt, ſed paulatim per reflexos in gyrum volatus.] Hoc autem volatu imitantur literas quasdam: unde & Lucanus v. 716. *Et turbata perit diſperſis littera pennis.* CANTUSQUE DEDERE. Alludit ad nautas; [Multi tamen aſſerunt cygnos inter augurales aves non [61] inveniri, neque Auguralibus commentariis eorum nomen illatum. Sed in libris Reconditis lectum eſſe, *poſſe quamlibet avem auſpicium atteſtari, maxime quia non poſcatur.* Hoc enim intereſt inter augurium & auſpicium, quod augurium & petitur, & certis avibus oſtenditur, auſpicium qualibet avi demonſtratur & non petitur: quod ipſum tamen ſpecies augurii eſt. Sed Virgilius amat ſecretiora dicere: nam totum nomen augurum executus eſt proprietate verborum: Alites enim oſtendit, cum ait: *ſtridentibus alis*: Oſcines, cum dicit: *Et coetu cinxere polum cantuſque dedere.* Hoc idem & de columbis fecit: nam & hae inter augurales aves dicuntur non inveniri; & tamen ex his augurium & poſtulari facit & oſtendit, ut VI. 194. *Eſte duces o, ſi qua via eſt: curſumque per auras Dirigite in lucos.*]

VARIORUM.

quum in portum, a curſu inſtituto, aut in oram vento rejiciebantur. Senec. Ep. LXXXV. *Res, quae aut refert, aut detinet, & exarmat gubernatorem.* vid ad Ovid. II. Amor. IX. 32. quamquam *referri* etiam dici poſſit navis, quae in mari, prope jam prenſa tellure, vel portu capto, iterum ſe alto committit. ut Horat. I. Od. XIV.

O navis, referent in mare te novi
Fluctus.

verbum certe nauticum eſt. BURM.

392. PARENTES. Ita virgo illa ex diſciplina parentum Gordio dat augurium apud Juſtinum XI. 7. BURM.

393. ADSPICE BIS SENOS LAETANTIS AGMINE CYCNOS. Malim, *laetanti bis ſenos agmine Cycnos.* vel *bis ſeno laetantis agmine*, vel denique, *bis ſenos laetanti examine*, ut apum *examen* dicitur. ſed aliter codices vetuſti, & Priſcianus lib. XVIII. HEINS. *Luctantes*, Sprotian. pro var. lect.

394. LAPSA. *Forte plaga J. ales ab alto* unus Heinſii. & Parrhaſ.

395. *Turbabat. Turbavit* Dorvill. *turbarat* Ed. Venet.

396. DESPECTARE. Perperam hic *deſperare* irrepſerat

52 pellicatus Dan. Fabr. 53 dicitur. ALIis Aquila propter &c. Dan. Fab. 54 ipſum Dan. Fuld. 55 deſunt Fabr. 56 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 57 cauſa ſuſtentet L. ſuſtineat Dan. 58 deeſt Voſ. 59 caetu, ſe o. i. ſuſtingat L. R. Voſ. Steph. Fabr. 60 aves * ſemel Fuld. 61 invenire Fuld.

Haud aliter puppeſque tuae pubeſque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.
Perge modo, & qua te ducit via, dirige greſſum.
Dixit, & avertens roſea cervice refulſit,
Ambroſiaeque comae divinum vertice odorem
Spiravere: pedes veſtis defluxit ad imos,

Et

SERVII.

399. PUPPESQUE TUAE PUBESQUE TUORUM. Tropus Synecdoche, a parte totum ſignificat, ut Terentius Adel. v. IX. 9. *O lepidum caput:* id eſt, lepidus homo. [62] [*Pubes* autem, flos juventutis.]

400. OSTIA. Proprie *oſtia* dicuntur exitus fluminum; ſed modo abuſus eſt: quia plerumque oſtia ipſa pro portu ſunt.

401. [PERGE MODO. [63] Exhortatum ad facilitatem rei ducit. VIA. Pro, haec via; & videtur demonſtrare.]

402. AVERTENS. *Se*, ſubaudi, hoc eſt, cum averteretur, ut ſupr. 104. *Tum prora avertit.* ROSEA. Id eſt, pulchra.

403. AMBROSIAEQUE COMAE. Aut unguento deorum oblitae, hoc eſt, [64] *ambroſia*, [65] [divinum odorem ſpiravere: & eſt Hypallage, ut ſit: divinae comae ambroſiae odore ſpiravere:] aut certe abuſive dixit, divinae comae.

404. SPIRAVERE. Exhalavere. VESTIS DEFLUXIT. Quia dixit ſupra 320. *Sinus collecta fluentes.*

VARIORUM.

repſerat adverſus fidem membranarum omnium, cui ſubſcribit etiam Terentianus Maurus. *reſpectare* Gudianus a manu prima. HEINS. *Nunc ſpectare* Dorvillianus. *jam* deeſt Franciano. vid. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. VI. 185. In editionem D. Heinſii credo operarum vitio *deſperare* irrepſiſſe. Vondelius vertit, quaſi *deſertare* legiſſet. nam modo terram capere, modo rurſus in altum evolare nobis dedit. nec multum abludit Catroei verſio. ſed *deſertare* caret auctoritate, & ſequentia, *Haud aliter* &c. docent partem modo avium jam tenuiſſe terram, partem vero jam adpropinquare & deſpicere locum, quem capiant. *Captis* vero eſt in Mentel. tertio pro varia lectione, & a m. pr. in Regio. ſed *captas*, rectum eſt, ſcilicet jam a prioribus, qui jam deſcenderant in terram. ut patet ex ℣. 400. *aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo:* eadem enim ratio comparati & comparationis. de verbo *capere* vide quae diximus ad Ovid. I. Art. Amat. 234. ſed ſcrupulus ſupereſt, quomodo, ſi jam pars in terram delata, alia jam deſpectare terram & adpropinquare videtur, *polum* cinxerint coetu, quem (id eſt coelum, aëra) jam deſeruiſſe debent intelligi. an liceret *ſolum* ſubſtituere, quod ab aquila turbatae aves reliquerant, & nunc reduces cingunt ludentes? ſed non addicentibus libris ἐπέχω, & aliis explicandum relinquo. BURM.

398. ET COETU. *Ut* Moreti primus a manu prima. *coetum* Mediceus. HEINS. Vid. inf. 486.

399. PUPPESQUE TUAE PUBESQUE. *Pubeſque tuae puppeſque* Bigotianus. *pupeſque* Francianus. Chariſius lib. I. Inſt. p. 53. videtur legiſſe, *puberesque:* nam dicit: ſi juventutem ſignificamus, *puberis* facit; ut apud Virgilium, *Haud aliter puppeſque tuae pubereſque tuorum*, male *pubeſque* editur. quod repetit pag. 113. ſed Rufinianus pag. 32. & Quinctilianus IX. 3. habent *pubeſque*, ubi agunt de παρονομασίᾳ: & *pubes* requiritur, propter ſequens *tenet* & *ſubit*. vid. ad Quinctil. I. 4. p. 40. & inf. Serv. ad lib. V. 546. *aut portus tenet* prior Hamburgenſis. BURM.

401. QUA TE. *Quo te* Leid. Sprotian. Moret. tert. Montalb. & tres alii. vid. ad Ecl. IX. I. & inf. III. 114. & Cl. Drakenb. ad Liv. X. XIV. 4. *ducet* Ed. Venet. *duxit* Zulich. *via ducit* Bigotian. *derige* Gudian. BURM.

403. VERTICE. *A vertice* Oudartii & quartus Moreti, Montalbani, Leidenſis unus, Wallian. & tres alii. quod verum puto, & convenit τῷ *avertens*,

62 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 63 exportatum Fuld. 64 ambroſiae R. *ambroſia*, id eſt herba immortalis; *a* enim ſine, βροτὸς mortalis; aut &c. Fabr. al. 65 deſunt L. R. Voſ. Steph.

Et vera inceſſu patuit dea. Ille, ubi matrem
Adgnovit, tali fugientem eſt voce ſecutus:
Quid natum toties, crudelis tu quoque, falſis
Ludis imaginibus? cur dextrae jungere dextram
Non datur, ac veras audire & reddere voces?
Talibus incuſat, greſſumque ad moenia tendit.

At

SERVII.

405. [66] [INCESSU. Hoc verbum apud Virgilium ſaepe pro honore ponitur, ut ſupr. 46. *Aſt ego, quae divum incedo regina.* inf. 496. *Forma pulcherrima Dido Inceſſit.*] VERA. Bene *vera*, de qua ante dubitabatur. MATREM AGNOVIT. Nunc matrem cognoſcit: nam deam eſſe jam ſuperius dixerat.

406. FUGIENTEM. Celeriter abſcedentem, [ut alibi v. 243. *Ad terram fugit.* VOCE. Pro oratione.]

407. QUID TOTIENS. Saepe: & aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus ſaepe eum eſſe deluſum: aut certe ſecundum ipſum Virgilium, qui ait in ſecundo 589. *Cum mihi ſe non ante oculis tam clara videndam Obtulit.* Multi tamen volunt in hoc ipſo loco ſaepe eum eſſe deceptum: ut in habitu, [quia virginem, quia venatricem, quia Tyriam;] in interrogatione, [67] in reſponſione, [68] in auguriis: [vel *totiens crudelis*, quotiens fallis & diſſimulas.] TU QUOQUE. Sicut Juno, caeterique dei, qui Trojanis inimici ſunt; [quos & in ſecundo libro 622. oſtendit, ubi ait: *Inimicaque Trojae Numina magna Deûm.*]

408. CUR DEXTRAE JUNGERE DEXTRAM. Majorum enim haec fuerat ſalutatio: cujus rei [69] τὸ αἴτιον, id eſt, cauſſam Varro, Callimachum ſecutus, expoſuit, aſſerens: [70] *omnem eorum honorem dexterarum conſtitiſſe virtute:* ob quam rem, hac ſe venerabantur corporis parte.

409. VERAS AUDIRE ET REDDERE VOCES? [71] [Ideo, quia virginem ſe dixerat.] Sunt multae reciprocae elocutiones, ut hoc loco: ſunt multae unius partis utrique ſufficientes, ut, *tenemur amicitiis:* ridiculum enim eſt ſi addas, *mutuis*; cum [72] *amicitiae* utrumque ſignificent, ſicut Fronto teſtatur. Item ſunt elocutiones, quarum una pars plena eſt, quae, ſi convertantur, habent aliquid ſuperfluum, [73] ut in Salluſtio Jug. XII. *In tugurio mulieris ancillae:* bene addidit *ancillae*; at ſi dicas: *In tugurio ancillae mulieris:* erit ſuperfluum *mulieris:* ancilla enim & conditionem oſtendit, & ſexum. Item; *Res erat praetoribus nota ſolis:* hoc ſuffecerat; male ergo addidit: *Ignorabatur a caeteris.* Quod ſi convertas, nil eſſe ſuperfluum invenitur.

410. TALIBUS INCUSAT. [74] Redarguit. *Incuſare* [75] proprie eſt, ſuperiorem arguere, ut in Terentio pater ad filium Heaut V. II. 7. *Quid me incuſas, Clitipho? Accuſare* vero, vel parem vel inferiorem, ut in eodem ad maritum uxor, Hecyr. II. I. 8. *Me miſeram,* [76] *quae nunc quam ob cauſſam accuſer, neſcio.* Et hoc proprietatis eſt: licet uſus [77] [maleiſta] corrumpat. Sciendum tamen eſt, [78] Terentium propter ſolam proprietatem omnibus Comicis eſſe praepoſitum: quibus eſt, quantum ad caetera ſpectat, inferior.

VARIORUM.

tens, pro quo *advertens* Hamburgenſis. ſec. vid. ſupr. ad ỷ. 124. *Haec ait avertens* Ed. Venet. BURM.

405. INCESSU. Vid. S. Petit. Miſcell. III. 9.

406. FUGIENTEM EST. Deerat *eſt* Menagiano priori & ſecundo Hamburgenſi.

408. DEXTRAM. *Dextras* Rottendorphii primus. *dextram jungere dextrae* Hamburgicus primus. mox *aut veras* alter Rottendorphianus. *ac reddere* ſecundus Hamburgicus. *& notas audire, ac red.* Parrhaſ. quae lectio ex lib. VI. 689. eſt deſumta.

66 deſunt iisdem. 67 reſponſioneque Steph. Dan. reſponſione, auguriis Fabr. in reſponſioneque, in Voſſ. R. 68 atque in L. 69 vide Wouwer. Polymath. cap. XI. p. 100. 70 *omnem eos honorem dexterarum conſtitiſſe virtutum* L. R. *omnem honorem d. c. virtutum* Voſſ. 71 deſunt L. R. Voſſ. Steph. al. 72 *amicitiis n.* ſignificet Steph. Fabr. 73 deeſt Voſ. R. 74 deeſt L. Voſ. R. 75 proprium L. 76 *quae numquam ob quam cauſſam* Voſ. in Terentio hodie legitur, *quae nunc quam ob rem accuſer.* 77 deſunt Dan. 78 vid. Florid. Sabin. Apolog. in Latinae Linguae calumniatorem. MANSIUS.

At Venus obſcuro gradientis aëre ſaepſit;
Et multo nebulae circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet,
Molirive moram, aut veniendi poſcere cauſſas.
Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedeſque reviſit
Laeta ſuas: ubi templum illi, centumque Sabaeo

Ture

SERVII.

411. AT VENUS Ordo eſt: at Venus dea. OBSCURO AERE. Id eſt, nebula, cujus definitio eſt. [79]

412. CIRCUM DEA FUDIT. Figura eſt Tmeſis, quae fit, cum ſecto uno ſermone aliquid interponimus, ut alibi III. Georg. 381. *Septem ſubjecta trioni*. Sed hoc tolerabile eſt in ſermone compoſito: caeterum in ſimplici, nimis eſt [80] aſperum; quod tamen faciebat antiquitas, [81] ut: *Saxo cere comminuit brum.*

413. [82] [CERNERE. Cauſa cur fecerit: ex hoc enim pendent caetera quae ſequuntur.

414. MOLIRI. Hic pro ſtruere, & per hoc facere, ut infra 424. *Molirique arcem.*] AUT VENIENDI POSCERE CAUSAS. Scilicet, ne ſaepe narrando crebrum patiatur dolorem: unde melius ad Aeneam refertur ſup. 386. *Medio ſic interfata dolore eſt*. [*Poſcere* autem nunc inquirere, alias petere; & praeponitur magis accuſativo caſui: dicimus enim: *poſco magiſtrum lectionem*, non *a magiſtro poſco*.]

415. IPSA PAPHUM. Civitatem Cypri, [& non ſine ratione eſt, quod in decimo libro plura ſibi loca grata, vel ſacrata commemoret; hic ad Paphum ſolam abiiſſe dicatur: quia Varro & plures referunt in hoc tantum templo Veneris [83] quibuſvis maximis in circuitu pluviis, nunquam impluere.] [84] [Ibi enim adorabatur.] SUBLIMIS. Divino inceſſu: [85] [id eſt, ſublimiter, nomen pro adverbio.]

416. LAETA. [86] Ecce proprium Veneris epithoton, [vel *laeta*, quia tectum nebula filium in tuto habebat; vel quod inſulam ſuam repetat; vel ideo Paphum reviſit laeta, quia ſerenis laeta congruunt: & neceſſe eſt, ut laeta ſit Venus, ubi ſemper ſerenum eſt; quippe ubi pluere nunquam dicatur.] SABAEO. Arabico. Arabiae autem tres ſunt, Inferior, Petrodes, Eudemon, in qua ſunt populi [87] *Sabaei*; [ſed hi montes, inter quos ſunt, Libanum & Antilibanum, dicuntur:] apud hos igitur Sabaeos naſcitur thus. Dicti autem *Sabaei* ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, id eſt, venerari; quod deos per ipſorum thura veneramur.

VARIORUM.

ſumta. Schol. Horat. ad Art. Poët. 318. *veras audire & reddere*. BURM.

410. TENDIT. *Vertit* Bigotianus. *ducit* Pugetianus.

411. AT VENUS. Vide Macrob. v. 4. NANSIUS.

Ibid. GRADIENTIS. *Gradientem* ſecundus Hamburgicus. ſed Achates comes etiam intelligendus. *in aëre* Wallian. *ſaepſit* Medic. mox *fundis* Bigotianus. *fulſit* Wallian. BURM.

412. AMICTU. Hinc *nebula* pro tenui veſte Petronio cap. LV. ubi vide. male Beda de Tropis p. 356. *multum* habet. BURM.

413. POSSET. *Poſſit* ſcripti omnes, exceptis Mediceo, Sprotiano, Moretano ſecundo & priore Hamburgenſi. & deinde, *neu quis eos*. HEINS. *Ne quis contingere* Parrhaſ. *neu quis cont. poſſit* Reg. *poſſit* etiam multi alii. *neu qui cognoſcere poſſint* Voſſian. unus.

413. MORAM. *Viam* Hamburg. pr. *Molirique* etiam Bigotianus.

Ibid. VENIENDI. Aldini codicis lectionem retineo. alii *veniendo* expoſuere, quod rejicio. FABRIC.

79 Hic locus ex Homero Odyſ. H. 14. ſumptus, de Ulyſſe a litore ingrediente urbem, *καὶ τότε Ὀδυσσεὺς* &c. Fabr. al. 80 deeſt Dan. 81 ut in illo Ennii Fabr. 82 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ad *Aut veniendi.* in Dan. & Fr. aberant *cauſa cur fecerit*, quae ex Fuldenſi. 83 quibuſve Fuld. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 85 deſunt iiſdem. 86 deeſt L. R. Voſ. Steph. Dan. al. ut Homeri Iliad. Γ. 424. Φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη. ecce. Fabr. vel proprium Fuld. 87 Sabaei, apud quos naſcitur thus L. R. Voſ. Steph. al. mediis omiſſis.

Ture calent arae, ſertiſque recentibus halant.
Corripuere viam interea, qua ſemita monſtrat.
Jamque adſcendebant collem, qui plurimus urbi
Imminet, adverſaſque adſpectat deſuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam:

Mi-

SERVII.

417. TURE CALENT ARAE SERTISQUE RECENTIBUS HALANT. Ecce, unde ſupra dixit 335. *Haud equidem tali me dignor honore:* [quia Aeneas hoſtias obtulerat, quarum hic mentio [88] non fuit.] SERTISQUE RECENTIBUS. *Sertum*, & *ſerta*, cum nihil adjicitur, dicimus, ut hoc loco: Item alibi expreſſius, ut VI. Ecl. 16. *Serta procul tantum capiti delapſa jacebant.* Si autem *ſertas* dixero, addo flores. Si *ſertas*, addo coronas, ut Lucanus X. 164. *Accipiunt ſertas nardo florente coronas.* Et hoc in multis nominibus obſervandum eſt; ut genus ex adjectione formetur, qua detracta, in neutrum [89] cadat neceſſe eſt: ut *piſcinalis locus*, *piſcinalis cella*, *piſcinale:* [90] *Sagmarius mulus*, *ſagmarium*. Quod autem dixit *recentibus*, laus eſt loci, qui ſemper flore veſtitur: [91] [ut omni tempore Veneris flores praeſto eſſe videantur. HALANT. Pro olent.]

418. CORRIPUERE VIAM. [92] [Deeſt, At illi corripuere viam.] Officium eundi celeriter arripuerunt: neque enim corripitur via.

419. QUI PLURIMUS. [93] [Ex maxima parte urbi imminens: vel, *qui plurimus*,] id eſt, longus, ut ipſe alio loco III. Georg. 52. *Cui plurima cervix.* Item I. Georg 187. *Cum ſe nux plurima*, id eſt, amygdala: longa namque eſt.

420. ASPECTAT. [Eſt ornatus, cum animantur res, id eſt, cum rei inſenſibili datur ſenſus:] unde eſt illud in quarto 247. de Atlante. Item Salluſtius in fragm. incert. *Lyciae Piſidiaeque agros deſpectantem.* [ARCES. Civitates: a parte totum.]

421. MIRATUR MOLEM AENEAS. [94] [Hoc ad ipſum refertur: MAGALIA QUONDAM, hoc ad poëtam: nec enim hoc novit Aeneas.] *Magalia* vero [95] antiſtoechon eſt: nam debuit *magaria* dicere: quia *magar*, non *magal*, Poenorum lingua *villam* ſignificat. [96] [Cato Originum primo: *Magalia aedificia quaſi coortes rotundas dicunt.* Alii *magalia*, *caſas* Poenorum paſtorales dicunt.] [De his Salluſtius fragm. incert. *Quae magalia ſunt circumjecta civitati ſuburbana aedificia*, *magalia*. Et alibi Caſſius Hemina docet ita: [97] *Sinueſſae magalia addenda*, *murumque circum eam.*

VARIORUM.

BRIC. *Diſcere* Rottendorphianus uterque. quomodo etiam pro diverſa lectione adnotatum in margine unius, qui Eccleſiae eſt Hamburgenſis. Diomedes tamen Grammaticus *poſcere* hoc loco agnoſcit. ſic Aen. VI. 488. *Et conferre gradum*, *& veniendi diſcere cauſſas.* ubi *poſcere* in nonnullis. ſed nihil muto. HEINS. *Poſcere* etiam Parrhaſ. *moram veniendi ac poſcere* Ed. Venet.

415. PAPHUM. *Paphon* Hamburgicus prior. *adit* Hugenianus, Zulichemius, Excerpta noſtra, & Graevianus, ſed eadem manu ſupraſcriptum, *abit*. BURM.

418. QUA:

88 forte, non fit. 89 cedat L. Voſ. R. 90 *saginarius m. saginaria mula*; *ſagmarium* Steph. Fabr. al. ſed male. qui enim olim *ſarcinarius* equus dicebatur, poſtea *ſagmarius* dictus, & *ſagmarium*. idem quod *ſagma*. vid. Cangii Gloſſar: & Salmaſ. Exerc. Plin. p. 824. & ad Vopiſci Aurelian. cap. VII. ubi ſaepe *ſagma* & *ſagina* confuſa oſtendit. vide & Goldaſtum Tom. I. Rer. Alem. I. pag. 119. Lutatius ad Stat. IX. 730. *ſagma* dicit eſſe *thecam ſcuti*. ubi videndus Barthius. BURM. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 deſunt iiſdem. *viam* hic pro iter capit Servius, vel eundi officium. ſed & ipſa *via Corripi* dici recte poteſt, quae celeritate euntis fit quaſi brevior. & hac locutione Ovidius, Val. Fl. & alii paſſim utuntur, ut & *rapere viam* Ovid. XIX. Epiſt. 74. & Silius IX. 33. quod idem eſt quod *rapere iter*, ut ibi explicant Heinſius & Cl. Drakenborchius. eleganter Phaedrus lib. III. Fab. 10.

Tum circumeunti fuerat quod iter longius,
Effecit brevius: nam recta per forum
Coepit redire. BURM.

93 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. eminens Dan. Fabr. 94 Homerus Odyſ. H. 43. Θαύμαζε &c. Fabr. al. deſunt vero Voſ. 95 antiſticon L. Voſ. R. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 97 *ſinuegiae* * *magalia* Fuld.

Miratur portas, ſtrepitumque, & ſtrata viarum.
Inſtant ardentes Tyrii: pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus ſubvolvere ſaxa:
Pars optare locum tecto, & concludere ſulco.
Jura, magiſtratuſque legunt, ſanctumque ſenatum.

Hîc

SERVII.

422. [MIRATUR PORTAS ET VIAS M. Q. *Miratur*, non ſimpliciter dictum volunt: quoniam prudentes Etruſcae diſciplinae ajunt, apud conditores Etruſcarum urbium non putatas juſtas urbes fuiſſe, in quibus non tres portae eſſent dedicatae & votivae, & tot templa, Jovis, Junonis, Minervae: Bene ergo miratur Aeneas, ubi fuerunt magalia, illic eſſe legitimam civitatem: nam portas & vias videbat, & mox templum Junoni ingens:] [98] [ET STRATA VIARUM. Primi enim Poeni vias lapidibus ſtraviſſe dicuntur.]

423. INSTANT ARDENTES TYRII. [99] Multum feſtinantes, [1] [ut VI. 5. *Juvenum manus emicat ardens*; & IV. 281. *Ardet abire fuga*: & II. 41. *Laocoon ardens*. Sic enim dicit, quotiens properantem vult oſtendere.] [2] Alii *ardentes* ingenioſi intelligunt: nam per contrarium ſegnem, id eſt, ſine igni, ingenio carentem dicimus: unde & a Graeco venit *catus*, id eſt, ingenioſus, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι. DUCERE MUROS. Exaedificare, [3] [hoc eſt, conſtruere, in longitudinem producere: proprie enim cum aedificantur muri, *duci* dicuntur, Salluſtius Hiſt. II. *Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit*.]

424. MOLIRIQUE ARCEM. Molibus factis extollere: [4] [quod eſt extruere; huic contrarium eſt *demoliri*.] [ET MANIBUS SUBVOLVERE SAXA. Cur *manibus*, an, quia adhuc machinae non erant, feſtinationem referre voluit?

425. OPTARE. Eligere, ut ſupr. 76. *Tuus, o regina, quid optes*, [5] [*Explorare labor*. Et III. Aen. 109. *Optavitque locum regno*.] TECTO. Ad tectum: [6] nota figura. SULCO. Foſſa: Civitas enim, non domus, circumdatur ſulco. [Ergo *ſulco*, foſſa fundamentorum,] ut alibi II. Georg. 289. *Auſim vel tenui vitem committere ſulco*.

426. JURA LEGUNT. Eligunt: [7] [vel loca, ubi jura dicantur, aut magiſtratus creentur.] [Et bene poſt conditam civitatem addidit *jura*, & *magiſtratus ſanctumque ſenatum*. Legitur apud quoſdam: Brutum eos, qui ſe in ejiciendis regibus juviſſent, lectos in conſilium, eum ordinem *ſenatum* appellatum, quod una ſenſiſſent: quod patricii eſſent, Patres conſcriptos. Alii patres a plebe in conſilium ſenatus ſeparatos tradunt; ac conſcriptos, qui poſt a Servio Tullio e plebe electi ſunt. Alii *ſenatum* a ſenectute hominum, [8] qui allecti erant, dictum volunt, quia apud Graecos γερουσία appellatur. *Sanctum* autem ideo, quia Senatus, *Sanctiſſimus ordo* dicitur.]

VARIORUM.

418. QUA. *Quam* citat Ciofan. ad Ovid. II. Metam. 158.

419. ASCENDEBANT. *Accendebant* Zulichem. pro *accedebant*.

420. ADSPECTAT. *Adſpectant* in Gudiano a manu ſecunda, nec aliter prior Rottendorphii, cum Hamburgenſi priore. HEINS. Ita & Hugenianus, Leidenſis, Francianus & Parrhaſ. qui in margine *ſpectant*. *exſpectant* Leidenſis unus. *exſpectat* Pugetianus. ſed & Schol. Statii V. Th. 469. *aſpectat* retinet, & ad colles refert, qui, ut centies apud Geographos etiam alia loca, dicuntur *aſpectare*, *proſpectare* inferiora loca. BURM.

421. MAGALIA. *Mapalia* Leidenſis unus pro varia lectione.

422. VIARUM. *Virorum* Hugenianus. mox, *ardentes inſtant* ſecundus Moreti.

424. SUBVOLVERE. Tan. Fab. ad Lucret. I. ỽ. 8. pro in altum volvere. ut *ſummittere*, *ſubjicere*, explicat. ſed alter Rottendorphii hic, *ſubducere*. *Mo-*

98 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 99 multi L. Voſ. 1 ut, *ardet abire fuga*, id eſt properat Dan. Fabr. 2 alii ingenioſi acc. L. Voſ. R. Steph. alii *ardentes* ingenioſos dicunt Dan. 3 conſtruendo in longitudinem ducere, exaedificare Dan. & Fab. qui *conſtituendo* habet. ſed L. R. Voſ. & Baſil. tantum habet, exaedificare. Steph. aedificare, reliqua ex Fuldenſi ſunt. 4 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 5 deſunt L. R. Voſ. ſed Steph. deeſt & III. Aen. &c. 6 nova L. 7 deſunt L. Voſ. R. ubi jura aut magiſtratus creantur Dan. Fabr. reliqua Fuldenſi debentur. 8 quibus * allecti Fuld.

Hîc portus alii effodiunt: hîc alta theatri
Fundamenta locant alii; inmaniſque columnas
Rupibus excidunt, ſcaenis decora alta futuris.
Qualis apes aeſtate nova per florea rura

Exer-

SERVII.

427. PORTUS EFFODIUNT. [9] Id eſt, *Cothona* faciunt. [Et vere ait: nam Carthaginienſes *Cothone* foſſa utuntur, non naturali portu.] [10] [*Cothona*, ſunt portus in mari non naturales, ſed arte & manu facti. Eſt autem & maſculini & neutri generis: nam *cothon*, *hujus cothonis*; & *cothonum*, *hujus cothoni*.] ALTA THEATRI FUNDAMENTA. Hinc futura magnitudo cognoſcitur, [quod *alta fundamenta* ait; bene autem poſt res publicas, privatasque neceſſarias, mentionem fecit theatri; aut quia Graecis urbs conditur, qui ſaepe ſpectaculis gaudent; aut, ut apud quoſdam fuit, in genere muſicae ſcientiae.]

428. [11] [COLUMNAS, DECORA ALTA. Figurate *columnas*, *decora alta*: diverſis enim ſignificationibus idem dixit: & ab eo, quod eſt *decus*, corripitur *decoris*.]

430. QUALIS APES. [12] [Ordo eſt: Qualis labor aeſtate nova, id eſt, incipiente jam vere novo.] Tertiae declinationis genitivus pluralis & in IUM & in UM exit; ſed tum pro noſtro arbitrio cum nominativus ſingularis fuerit [13] N & S terminatus, ut *amans* & *amantum*, & *amantium* dicimus. Cum autem nominativus ſingularis [14] ER & UR fuerit terminatus, tantum in UM exit, ut *pater*, *patrum*, *murmur*, *murmurum*. Reliqua vero nomina auctoritate firmamus, ut *apis*, [15] *apum*, vel *apium*. [Sane fabula de apibus talis eſt: Apud Iſthmum anus quaedam nomine Meliſſa fuit: Hanc Ceres ſacrorum ſuorum cum ſecreta docuiſſet, interminata eſt, ne cui ea, quae didiciſſet, aperiret; ſed cum ad eam mulieres acceſſiſſent, ut ab ea primo blandimentis, poſt precibus & praemiis elicerent, ut ſibi a Cerere commiſſa patefaceret, atque in ſilentio perduraret, ab eiſdem iratis mulieribus diſcerpta eſt: quam rem Ceres, immiſſa tam ſupra dictis foeminis, quam populo ejus regionis, peſtilentia, ulta eſt: de corpore vero Meliſſae apes naſci fecit. Latine autem *meliſſa* apis dicitur.] AESTATE NOVA. [Incipiente, ut: *Vere novo*. Et] bene *nova*, quia [16] eſt aeſtas & *adulta*, & *praeceps*, ſecundum Salluſtium. FLOREA. [17] Pro florida, ut ſupr. 61. *Nemora inter frondea*: [aut florentia, nec non de flore erant facta, ut [18] *floream coronam* dicimus.] RURA. Graece ἄρουρα dicuntur. Aphaereſis ergo ſermonem [19] fecit Latinum.

VARIORUM.

Molirique arcem et m. Parrhaſ. Vulgata eſt apud Commentatorem Cruquianum Horatii lib. III. Od. I. ſic de Capitolio *moliri* dixit Florus lib. I. 7. de fundamentis arcis. BURM.

425. PARS OPTARE. *Aptare* etiam omnes fere Heinſio inſpecti. & Excerpta noſtra & Graevianus, Francianus, Pugetianus & Ed. Venet. ſed *optare* Donat. ad Andr. IV. V. 2. ſic lib. III. 109. *optavit locum regno.* ubi ſimilis diverſitas. vid. infr. ✝. 552. BURM.

Ibid. CONCLUDERE SULCO. *Conducere* tertius Moretanus, addita gloſſa, *id eſt deducere.* ut *conducere*, pro ſimul ducere ponatur, locum ſulco ducere: ſed *ducere moenia* paullo ante praeceſſerat. HEINS.

426. JURA. De tribunalibus, aut locis ubi jus dicitur, capiunt interpretes. *jura* in verſione omiſit Catroeus. ego puto dictum jura & magiſtratus per ἓν διὰ δυοῖν, id eſt, Magiſtratus Juridicos, qui jus dicunt, ut erant apud Romanos Praetores, qui proprie *magiſtratus* vocabantur. *ſanctus* vero eſt proprium Senatus epitheton, ut apud Ovid. IV. ex Pont. IX. 27. ubi vid. *ſacrum* dixit Juven. XI. 29. BURM.

427. HIC PORTUS. *Hinc* ſecundus Hamburgenſis. *portas* Montalbani & Leidenſis. *fodiunt* quartus Moreti. confundi *portas* & *portus* videbis apud Ovid. II. Am. XIII. 10. Hic vero *portus* ſervandum.

9 ut portus ſcilicet faciant Dan. 10 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. v. Gyrald. de Navigiis cap. XX. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 deſunt iisdem. 13 in *n* & *s* Fabr. al. 14 in *er* & in *ur* Fabr. al. ſingularis fuerit L. Voſ. R. 15 vel *apum* L. R. Voſ. 16 eſt & *adulta* L. R. Voſ. & eſt *adulta* Steph. quia *adulta* & Fabr. vid. ad I. G. 41. 17 florida, ut *floream coronam* Dominis, nec enim de flore erat facta. RURA. Dan. 18 ut ſt. dicimus Fuld. 19 facit Dan.

Exercet ſub ſole labor; quum gentis adultos
Educunt foetus, aut quum liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas:
Aut onera adcipiunt venientum, aut agmine facto

Igna-

SERVII.

431. EXERCET. Fatigat, ut III. 182. *Nate Iliacis exercite fatis.* [Et ſubjecit quibus rebus exercitae fatigentur. [20] [Hoc autem participium ab *exercitu*, id eſt, militum multitudine, declinatione diſcernimus: nam illud nomen quartae declinationis eſt, participium ſecundae; ut *viſus*, *hujus viſi vel viſus*; *paſſus*, *paſſi* vel *paſſus*; [21] [*auditus*, *auditi* vel *auditus*;] *aditus*, *aditi* vel *aditus*.] SUB SOLE. In Sole, ut inf. 453. *Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo*: [vel quamdiu Sol eſt.] CUM GENTIS FOETUS. Ad laudem apum hoc pertinet. [22] [Et bene *gentis foetus*, quia non ſingulae de ſingulis naſcuntur, ſed omnes ex omnibus:] quod in quarto Georgicorum melius intelligitur.

432. [23] [ADULTOS EDUCUNT. Producunt, quod adhuc adoleſcant. & adulti fiant, non adoleverint, [ut *adultos* dicimus *minores*: & hoc ſic dixit, ut II. Georg. 72. *Imbellem avertis Romanis arcibus Indum*.] LIQUENTIA. Defaecata, ſine ſordibus, ut IV. Georg. 101. *Nec tantum dulcia, quantum & liquida*, id eſt, pura: nam dura mella conſtat eſſe meliora.

433. STIPANT. Denſant: tranſlatio eſt a navibus, in quibus [24] *ſtipula* interponitur vaſis, quam *ſtipam* dicunt. DISTENDUNT. Implent, ut III. Georg. 124. *Et denſo diſtendere pingui.* NECTARE. Melle; abuſus eſt propter ſuavitatis ſimilitudinem: [25] [quum *νέκταρ*, poculum divinum, ſit dulce, immortale interpretatur: νη. id eſt, *non*, *κτείνω*, occido.] CELLAS. Et hic abuſus eſt, ut favorum cavernas *cellas* vocaret, [vel alvearia, ut alibi *theſauros*.] Traxit autem a reponendi ſimilitudine: vel a *celando*, unde *cellam* appellaverunt. AGMINE. Nunc impetu.

VARIORUM.

dum docet locus lib. IV. 87. ubi Servius hunc locum adducit. BURM.

Ibid. THEATRI. *Theatris* in Romano princeps Pierii, aliiſque nonnullis, eleganter. quod ex noſtris etiam alter Mentelianus, & prior Hamburgenſis agnoſcunt, tum a manu prima Gudianus. Servius tamen *Theatri* exhibet, etiam Nonius Marcellus in *locare*: & Donatus in Hecyram Terentii prologo ℣. 90. qui & mendoſe *portas effodiunt*, pro *portus*. HEINS. *Theatri* etiam Mediceus, Dorvillianus, Wallian. & Edd. Venet. Mediol. Junt. & al. quod praeferrem. non enim veroſimile in nova urbe plura Theatra extructa, & colonis non numeroſis unum ſufficiebat. BURM.

429. EXCIDUNT. *Exſcindunt* Zulich.

430. QUALIS APES. An haec comparatio ſit decora inquirit Stephanus diſſert. de Criticis p. 115. & damnat. mihi egregia videtur, quia & apes ſedes novas ſaepe quaerunt, & induſtria ſumma res ſuas gerunt: nec inter vilia & abjecta debent haberi animalia, ſed quibus pars divinae mentis eſt, ut IV. Georg. 220. ubi nec Parthorum, Medorum aut Aegypti regibus eorum reges & regnum comparare veretur. adeoque nec hic novas condentes, ſumma diligentia & ardore, arces & urbem, indecore comparat Apum ſedulitati & labori impigro. ſic & a formicis comparationem ſumit lib. IV. 402. ubi vid. Serv. BURM.

Ibid. FLOREA. *Florida* primus Moreti.

431. SUB SOLE. Idem eſſe quod ſummo mane, ſole oriente interpretor. ita de meridie, *ſole ſub ardenti* Ecl. II. 13. ſic *ſub aurora* Ovid. Epiſt. XIX. 195. ubi vide notas. & ita de apibus IV. Georg. 185. *Mane ruunt portis. gentis adultae* etiam ſecundus Hamburgenſis. BURM.

432. EDUCUNT. *Excidunt* Graevianus a manu prima. *perducunt* Oudartii: an *producunt*. ut Servius interpretatur. de quo. vid. ad Val. Flac. VII. 375. & Ovid. VIII. Met. 213. apud Claud. Praef. III. Conſ. Honor. I. eadem diſcrepantia. hic vero nihil

20 deſunt Dan. ſed ille nobis dedit hoc modo, *fatis*; & quibus rebus exercet foetus gentis. . . . . & bene gentis foetus, quia ſi ſingula reddes ſingulis naſcuntur, ſed omnes ex omnibus, & per hoc melius in Georgicis intelligitur. 21 deſunt Fabr. & al. ſequentia vero *aditus* &c. deſunt L. R. Voſ. 22 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 23 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ad *liquentia*, ſed, non adoleverint, ut adultae, Dan. Fabr. reliqua ex Fuldenſi adſuta. 24 ſtupa Steph. Dan. Fab. al. 25 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan.

Ignavum fucos pecus a praeſepibus arcent.
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
O fortunati, quorum jam moenia ſurgunt!
Aeneas ait, & faſtigia ſuſpicit urbis.
Infert ſe ſaeptus nebula (mirabile dictu)

Per

SERVII.

435. IGNAVUM. Inutile, non aptum induſtriae: nam induſtrios [26] *gnavos* dicimus. FUCOS. Secundum [27] Plinium, [28] apum multa ſunt genera. Proprie tamen *apes* [29] vocantur ortae [30] de bobus: fuci, de equis: crabrones, de mulis: veſpae, de aſinis. *Fucus* autem eſt ſecundum Aemilium Macrum, major ape, crabrone minor. PECUS. *Pecus* dicimus omne, quod humana lingua & effigie caret, [31] [id eſt, a paſcendo:] unde Horatius I. Od. 2. *Omne cum Proteus pecus egit* [32] [*altos viſere montes*. Plautus: *Clurinum* [33] *pecuiſſimam* dixit.] PRAESEPIBUS. Alveariis. Et eſt tranſlatio, quae fit, quotiens vel deeſt verborum proprietas, vel vitatur iteratio.

436. FERVET. [34] Concelebratur, ut contra, *friget*, ceſſat dicimus, Terentius Eun. II. II. 37. *Nimirum hic homines frigent*. [35] [REDOLENT. Quidam *olere* res, vel malas vel bonas; *redolere* tantum bona tradunt.] FRAGRANTIA. Quotiens [36] incendium ſignificatur, quod flatu alitur, [37] [vel a flamma,] per *l* dicimus; quotiens *odor*, qui fracta ſpecie major eſt, per *r* dicimus, *fragrat*. Sciendum ſane nil in hac vacare comparatione: nam Poenorum operi, apum labor: cuſtodiae litorum [adverſus alienigenas,] fucorum comparatur expulſio.

437. O FORTUNATI. [38] Expreſſit Aeneae deſiderium: qui jam faciunt: quod & ipſe deſiderat. [QUORUM JAM MOENIA SURGUNT. Laus vel ab ipſa re ſumitur, quae laudatur.]

438. FASTIGIA. Nunc operis ſummitates; alibi ima ſignificat, ut II. Georg. 288. *Forſitan & ſcrobibus quae ſint faſtigia quaeras*. SUSPICIT. Miratur, ut e contrario, *deſpicit*, contemnit ſignificat: [39] [vel *ſuſpicit*: alta aſpicit, ut alibi VIII. 190. *Hanc primum ſuſpice rupem*.]

439. MIRABILE DICTU. Ob hoc, quod ſequitur: quia mixtus cunctis latebat; [poteſt tamen & hoc ſuperiori & inferiori ſenſu addi.]

VARIORUM.

hil moveo: ex alveariis enim foras educunt. ſic *ſe educere foras* Terent. Hecyr. III. III. 4 & *educunt* agnoſcit Macrob. V. Sat. II. pro *liquentia* prior Hamburgicus, *ſtillantia*. ſed *liquata mella* Ovid. IV. Faſt. 152. BURM.

433. ET DULCI. *Aut dulci* Zulichemius.

434. ADCIPIUNT. *Excipiunt* Bigorianus.

436. MELLA. Anonymus in Obſervat. Miſcel. Critic. Tom. II. pag. 29. legit *tecta*, quia praecedit *mella*. ſed recte alter notat ob repetitam vocem, ut ſaepe fit, contra codices nihil facile novandum. an non ſupr. 249. & 250. vox *amor* bis legitur, quae & praeceſſerat ℣. 243? vid. & IV. Georg. 169. BURM.

438. SUSPICIT. *Suſcipit* alter Mentelii, Zulichemius a manu prima, & Leidenſis. *conſpicit* Hamburgicus prior. *proſpicit* Vratiſlavienſis. ego vulgatum ſervo, quo altitudo aedificiorum exprimitur melius, ut Aeneas, licet in colle ſtans, ſupra illum faſtigia ſurgere videat. *faſtigia urbis* de templis poſſimus capere. ut in Juſtino XVIII. 3. *fulgorem ſolis in ſummo faſtigio civitatis oſtendit*. BURM.

439. INFERT SE SAEPTUS. *Se ſaeptum* alter Menagianus. HEINS.

440. VI-

26 navos L. R. Voſ. 27 Plinium in naturali Hiſtoria Fabr. 28 apium Dan. 29 dicuntur Dan. 30 de bubus Voſ. R. vid. ad IV. Georg. 285. 31 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 32 *altus ſum* L. R. Voſ. deſunt Steph. Dan. Fab. al. 33 pecus, ſimiam Fuld. ita Papias, laudante Boxhornio ad Plaut. Truc. II. II. 14. *clura*, vel *clurinum*, ſimia dicitur, ſed in Papia *clurium* legitur. vide Taubmannum. Salmaſ. Exer. Plin. p. 267. ex Graeco κόλουρα derivat. BURM. 34 cum celebratur Steph. Fabr. al. 35 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 36 deeſt L. 37 deſunt Dan. aliter a flamma Fabr. 38 bene *fortunati*, quia jam faciunt, quod ipſe deſiderat L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. priora vero deſunt, & ex Fuldenſi expreſſa. 39 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan.

Per medios, miſcetque viris; neque cernitur ulli.
Lucus in urbe fuit media, laetiſſimus umbrae,
Quo primum jactati undis & turbine Poeni

Effo-

SERVII.

440. PER MEDIOS. Figura eſt: nam plenum fuerat, *mediis ſe infert*. MISCETQUE. Deeſt, ſe. NEQUE CERNITUR ULLI. [30] * Id eſt, neque ab ullo [31] * cernitur. Et eſt Graecum, [[illegible]] ut eſt illud Horatii I. Od. 6. *Scriberis Vario*: id eſt, ſcribet te Varius.

441 LUCUS. Ubicumque Virgilius *lucum* ponit, ſequitur etiam conſecratio, ut IX. 3. *Luco tum forte parentis Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat*: unde in ſexto 673. *Nulli certa domus: lucis habitamus opacis*. Dicuntur enim heroum animae lucos tenere. [Ex mox ſequitur: *Hic templum Junoni ingens*.] *Lucus* autem dicitur, quod non luceat; non quod ſint ibi lumina [32] * cauſſa religionis: ut quidam volunt. IN URBE FUIT MEDIA. Nunc jam in media. LAETISSIMUS UMBRA. Aut ſeptimus [33] * caſus eſt: aut ſecundum Probum genitivus, ut ſit, *laetiſſimus umbrae*: ſicut Salluſtius lib. II. Hiſt. *Frugum pabulique laetus ager*.

442. QUO PRIMUM. Hoc eſt, ſimul ac venerunt: nec enim ſecundo ad Africam ventum eſt: [vel ordo eſt, quo primum loco.]

VARIORUM.

440. VIRIS. *Viros* Bigotianus & unus Heinſii. *atque cernitur* Francian.

441. LAETISSIMUS UMBRA. *Umbrae* Montalbanius codex, quod Servius agnoſcit quoque ex ſententia Probi, Quomodo & Salluſtius. quam ſcripturam elegantiſſimam & a Maronis manu profectam eſſe, ne dubita. nam vulgatum *media laetiſſimus umbra*, ingratum quid & ambiguum ſonat. Sil. lib. XI. 73.

Extulit & veſtes, quas illi, laeta laborum,
Ipſa fuit quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat.

quod imitatus Claudianus IV. Conſ. Honor. 393.

Tunc ego ſecurus fati, laetuſque laborum
Diſcedam.

Apud Silium XV. 51. *pubes laeta laboris*. & lib. VII. 338. *Acris incepti laetum juvenem*, idem dixit lib. XIII. 33. *Laetus opum, ſed clauda fides*. Lib. XIV. 279. apud eundem habes: *laetam tumultus plebem*. Atque ita libro etiam XV. 122. opinor ſcribi debere, *Exempli laetum*: & eodem libro 354.

Marcellus ut arma
Aptantem natum adſpexit, laetumque tumultus.

quibus locis *exemplo*, & *tumultu* legebatur. lib. VIII. 548. ex vetuſtis exemplaribus,

Laetos rectoris formabat Scipio bello.

vulgati, *lectos venturo bello*. libr. XII. 312.

Qui nobis (memini) ad Cannas laetiſſimus irae
Servili fers ora ducis.

Apud Valer. Flac. III. 650. *Laetus opum paciſque meae*. pari modo lib. VI. 266. apud eundem ſcribo,

Styrus adeſt, laetuſque viri cognoſcit Anauſin.

non *laetuſque virum*, quod nunc circumfertur. Apud Statium Achil. I. 104. *Illa nihil gaviſa loci*, quae vera illic ſcriptura. *Laetus dolorum* apud eundem lib. V. Theb. 118. *Laeta operum plebes*, Auſonio in Moſella 163. Symmach. I. Ep. 8. *ut vos ſitis laeti praeſentium*. & Ep. 27. *ſum vero praeſentium laetus*. Vellej. Paterc. de M. Marcello II. 93. *Laetus animi & ingenii, fortunaeque, in quam alebatur, capax*: Aruſianus Meſſius veram Maronis ſcripturam hoc loco in ſuis exemplaribus non videtur inveniſſe. eum audiamus. *Laetus hac re* Virgil. Aen. VI. 786. *Laeta deum partu centum complexa nepotes*. *Laetus hujus rei*. Idem Aen. XI. 33. *quas illi laeta laborum*. Salluſt. Hiſtor. II. *frugum pabulique laetus ager*. *Laetor illius*. Virgil. Aen. XI. 280. *nec veterum memini laetorve laborum*. *Laetor illam rem*. Salluſt. Catil. *Ea populus Romanus laetari, & merito dicere fieri*. *Laetor illa re* Virg. Aen. X. 827. *Arma, quibus laetatus, habe tua*. Statius Theb. XI. 565. de Polynice Etheoclem vulnerante:

Erigit occulte ferrum, vitaeque labantis
Reliquias tenues, odio ſupplevit, & enſem
Jam laetus fati, fraterno in corde relinquit.

Sic

30 * id eſt, ab ullo Steph. Fabr. al. 31 * cernitur, Graeca figura, ut alibi *ſcriberis* &c. Dan. & eſt Graecum. ut *ſcriberis* L. Voſ. R. & eſt Graecum. ut Horatius, *ſcriberis* Steph. Fabr. al. qui *cernitur* carent. 32 * in cauſſa L. Voſ. R. 33 * deeſt L. Voſ. R.

Effodere loco ſignum, quod regia Juno
Monſtrarat, caput acris equi. Sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per ſecula gentem.

Hic

SERVII.

443. EFFODERE LOCO SIGNUM. Hiſtoria hoc habet, quam more ſuo Virgilius per tranſitum [34] * hic tangit: Dido, [35] * [fratrem fugiens,] cum tranſiret per quandam inſulam Junonis, [36] * illic accepit oraculum, & ſacerdotem ejus ſecum abſtulit: cum ei [37] * parum crederet promittenti Carthaginis ſedes: quo cum veniſſent, ſacerdos elegit locum faciendae urbi; quo effoſſo, inventum eſt caput bovis: quod cum diſplicuiſſet, quia bos ſemper ſubjugatus eſt, alio loco effoſſo, caput equi inventum placuit: quia hoc animal, licet ſubjugetur, bellicoſum tamen eſt, & vincit, & plerumque [38] * [jugum ſubiens] concordat; ut ipſe oſtendit pleniſſime in illo loco III. 540. *Bello armantur equi; bellum haec armenta minantur; Sed tamen iidem ôlim curru ſuccedere ſueti Quadrupedes, & frena jugo concordia ferre:* [39] * *Spes eſt pacis, ait.* Illic ergo Junoni templa fecerunt: unde & bellicoſa eſt Carthago per equi [40] omen; & fertilis per [41] bovis. [Sane *fodere*, eſt tantum ſollicitare terram; *effodere*, hoc ipſum faciendo aliquid eruere & invenire; cui contrarium eſt *infodere*:] [42] [Ordo autem eſt: Lucus in urbe media laetiſſimus umbra, quo loco Poeni, jactati undis & turbine, effodere caput acris equi, quia regia Juno ſignum monſtraverat. REGIA. Regina.]

444. MONSTRARAT. Monſtro dederat: [43] [&, ut diximus, tangit hiſtoriam.] [44] [ACRIS EQUI. Epithetum magis aptum equis; ut III. Georg. 496. *canibus blandis*, qui natura blandi ſunt.]

445. ET FACILEM VICTU. [45] [Propter bovem:] quod [46] licet nunc non dicat, tamen ex hiſtoria [47] ſumitur, [48] [ſicut dictum eſt.] [*Facilem* autem, copioſam, divitem, Terentius Adel. III. V. 56. *Quam vos facillime agitis.*]

VARIORUM.

ſic veterrimus codex. vere ut exiſtimo. *Laetus doli* apud eundem libr. V. Theb. 118. *Umbrae* hic etiam probare videtur Voſſius de Conſtructione cap. X. quem vide. HEINS. Plura videbis in notis ad Ovid. III. Met. 292. & VII. 435. *Umbrae* etiam agnoſcit hic Bigotianus, & tertius Mentelii a manu ſecunda. ſed in Regio erat *umbra* cum gloſſa, *de umbra*. & ita Dorvill. & reliqui, & retinuit Catroeus. & occurrit etiam apud Servium ad XI. Aen. 338. BURM.

443. EFFODERE LOCO SIGNUM. *Locum ſigno* Ed. Venet. quod quin corruptum & ineptum ſit non debebat dubitare Maittairius. nam vel dativus eſt *ſigno* & ſenſus eſſet, effodere locum ſigno ponendo, aut ſtatuendo, aut qui eſſet ſigno. vel eſt ablativus, & ita ſignum eſſet inſtrumentum, quo effodiſſent. *Quo regia* Leidenſis, & Voſſian. *monſtrabat* Gudianus, Zulichemius & Graevianus, *monſtravit* Montalb. & Hamb. alter. *monſtrarit* fragm. Moreti. *effudere* Excerpta noſtra. BURM.

444. SIC NAM. *Signum* Leidenſis unus, Mentel. pr. pro Var. Lect. & Ed. Junt. *ſignam* & emendatum *ſignum* Gudian. und: apparet origo vitioſae lectionis. BURM.

445. FACILEM VICTU. Laborant admodum interpretes, an *victu* derivandum a *vinco*; & quum duplex inde interpretatio ſit orta, illam facile poſſe vinci explicant, ut apparuit exitu belli Punici, quod tamen non admodum facile confectum; ſed poſt tria maxima & difficillima bella: ita ut debuiſſet tunc dicere, *haud facilem victu.* ſed ſi hoc voluiſſet, debuiſſet dicere, *Egregiam, at facilem victu* &c. altera eſt, qua *victu* capiunt active pro facilem ad vincendum alios: quae omnia dura, nec idoneis aliorum locis talis loquendi ratio confirmatur. denique Servium, Donatum & alios ſecuti explicant, *facilem victu*, id copioſam, annona abundantem, ubi facile vivitur, ubi eſt abundantia omnium re-

rum,

34 * deeſt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 35 * deſunt iiſdem, patrem Dan. vitioſe. 36 * deeſt Dan. 37 * parva crederet, promiſit Dan. 38 * deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 39 * *ſpes &* R. 40 numen Dan. 41 bovis omen Voſ. 42 deſunt L. Voſ. R. 43 deſunt Dan. ut dictum eſt Puld. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Forte, *magis aptum equis, quam canibus, qui natura blandi ſunt*, nam *acres* proprie canes dici vidimus ad Phaedr. III. fab. 7. nunc vero Servius docet aptius eſſe equis epitheton, qui numquam blandi ſunt, ut canes; quos tamen *acres* etiam Poëtae & alii dicere ſolent. *Acrem equum* dixit etiam IV. Aen. 156. noverat vero hic Grammaticis hoc epitheton frequentius dari canibus, ideoque hoc notavit. BURM. 45 propter quod licet L per bovem Fab. 46 licet non dicat Dan. Steph. Fab. al. 47 ſumit Voſ. R. Steph. Dan. 48 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al.

Hîc templum Junoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum & numine divae:

Ae-

SERVII.

446. HIC TEMPLUM JUNONI. [Superius ỳ. 441. dictum eſt, quod Virgilius ubique lucos conſecratos velit accipi, unde tanquam in luco ſacro inducit Didonem Junoni templum conſtruere; morem autem Romanum veterem tangit, id eſt, antiqui enim aedes ſacras, [49] id eſt, templa, ita faciebant, ut prius per Augures lucus liberaretur, effareturque: tum demum a Pontificibus conſecraretur, ac poſt ibidem ſacra edicerentur. Erant autem templa, in quibus auſpicato & publice res adminiſtraretur, & Senatus haberi poſſit, [50] tantum ſacra. Hic ergo & ſacrum templum, quod in luco, id eſt, in loco ſacro, conditur, docet. Et in templo adminiſtrari Rempub. ſubſequentibus verſibus indicat inf. 507. *Jura dabat legeſque viris, operumque laborem Partibus aequabat juſtis, aut ſorte trahebat.* Alibi tantum ſacra eſſe templa, alibi omnia ubi agi poſſent, locis ſuis monſtrabitur.] SIDONIA. [51] Licet *Sidon* civitas ſit [52] Phoeniciae, tamen hic pro Tyria poſuit. [Sane quidam opportune hic *Sidoniam* volunt poſitam, ut oſtenderet locupletem: *Sidonii* enim locupletes habiti ſunt, ut IV. 75. *Sidoniaſque oſtentat opes.*]

447. DONIS OPULENTUM, ET NUMINE DIVAE. Aut ſimulacrum quoque aureum fuit, & *numen* pro ſimulacro poſuit, ut IV. 204. [53] [*Media inter numina divum.* Hinc] Cicero Divinat. I. *Seſe jam ne deos quidem, ad quos* [54] *confugerent, habere.* Aut oſtendere vult plenum eſſe praeſentia [55] numinis templum: aut certe venerabile numine.

VARIORUM.

rum, ut loqui ſoliti veteres; & de quo egi ad Val. Fl. VI. 323. ubi tentabam, an poſſet legi, *facilem victus*, ut Claudian. de Hiſpania in Laud. Serenae 54. *Dives equis, frugum facilis.* ſed quum eodem ſenſu *victu* in ablativo poſſit ſumi, nihil novamus, ut III. Aen. 621.

Non facilis viſu, nec dictu affabilis ulli.

id eſt, non facilis ad videndum, ut hic facilis ad vivendum. & ita Lucan. I. 222. *undas faciles vado* dixit, id eſt ad trajiciendum flumen ſine navibus. ſi quis *victu* pro *victui*: ut centies apud Maronem poſitum, contendat, ille poteſt tueri loco ex II. Georg. 223.

Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.

& cui opponi poſſent, *difficiles terrae, colleſque maligni*, ibidem ỳ. 179. Catroeus exponit *facilem victu*, quae contenta eſſet exiguo, quia ſcilicet *victus facilis* ſumitur, pro alimento obvio & communi, & tantum ad vitam neceſſario, ut ita *facilem victum* dixit II. Georg. 559. quo referri poſſent illa Silii lib. I. 615.

Exiguo faciles, & opum non indiga corda.

& *victum* proprie de commeatu & alimento militum dici docuerunt viri docti ad Silium lib. VIII. 315. & multi alii. ſed debet de abundantia & fertilitate omnium rerum capi. ad urbis enim magnae haec duo requiruntur, ut ſit egregia bello, virtute incolarum, & apparatu bellico inſtructa; ſed ſimul etiam copioſa & affluens commeatu, & rebus omnibus ad facile vivendum. ut ita *copioſam* Ciceto Antiochiam dicit pro Arch. cap. III. & male Cerda ait, nihil pertinere cibum, alimoniam & victum, ad bellum, victorias & arma. quum urbs, licet viris & bello egregia, ſine victu ſe tueri nequeat. & de fertilitate debere intelligi oſtendit infr. ỳ. 531. ubi itidem laudat Heſperiam, quod ſit

Terra antiqua, potens armis atque ubere glebae.

& de fertilitate explicat Gloſſa regii codicis. illi facilitati noſter opponit lib. VIII. 318. *aſperum victu venatum*, quum agricultura det fertilitatem & facilem victum. Vondelius reddidit *getrooſt om het lang te harden*, quae longe a ſenſu Poëtae recedunt. BURM.

447. NUMINE DIVAE. De ſimulacro capit Catroeus cum Servio, & Servius hinc ex Cicerone locum profert, ubi Dii pro eorum ſimulacris ponuntur. ut apud Horat. IV. IV. 48. *fana Deos habuere rectos.* ubi vid. Lambin. ſic Verr. IV. 47. *Dii ablati, fana deſerta.* & ita ſaepius. ſed de *numine* hic agitur, quod nihil aliud notare puto, niſi quod in illo templo omnibus videntibus & intrantibus tanta reverentia & horror incutitur ex omni

ap-

49 ita * templa faciebant Fuld. 50 orant * tantum Fuld. 51 pro Tyria L. R. Voſ. Steph. al. omiſſis reliquis. 52 Poenice Dan. pro Tyria, licet S. c. s. P. tamen huc poſuit Fabr. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fab. al. 54 *confugerant* Voſ. 55 deeſt Voſ.

Digitized by Google

Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nexaeque
Aere trabes: foribus cardo ſtridebat aënis.
Hoc primum in luco nova res oblata timorem

Le-

SERVII.

448. Aerea. *Aerea* ideo, vel quod aes magis in uſu veteres habebant: vel quod religioni [56] magis apta eſt haec materies: denique flamen Dialis aereis cultris tondebatur: [aut quia vocalius caeteris metallis; aut quia Medici quaedam vulnera curant; aut dicit, quia veteres magis aere uſi ſunt:] aut [57] certe aerea ſecula ſignificantur: nam, ut Heſiodus dicit, Tempore quo haec geſta ſunt, aereum ſeculum fuit. [Nexaeque aere trabes. Multi *nixae* legunt, non *nexae*, juxta Varronem, qui ait: *Triſulcae fores, peſſulis libratae dehiſcunt, graves atque innixae in cardinum ſardos turbines.* Quidam *trabes aeneas* putant ipſum templum * χαλκοῦν ſignificari. Verſus ſane ipſe hypermetros eſt.]

449. Foribus. *Fores* proprie dicuntur, quae [58] foras aperiuntur, ſicut apud veteres fuit. *Valvae* autem *ſunt*, ut dicit Varro, *quae revolvuntur, & ſe velant. Janua* autem eſt primus domus ingreſſus, dicta, quia *Jano* conſecratum eſt omne principium. [59] Caeterum intra *januam*, *oſtia* vocantur generaliter; ſive *valvae* ſint, ſive *fores*: quamvis uſus iſta corruperit. Cardo. *Cardo* dicitur quaſi cor januae, quo movetur, [60] [ἀπὸ τῆς καρδίας.] Stridebat ahenis. Ad ſua retulit tempora Virgilius: cautum enim fuerat, poſt proditum hoſtibus a Tarpeja virgine Capitolium, ut aerei cardines fierent, [61] quorum ſtridor poſſit aperta oſtia omnibus indicare.

450. Hoc primum in luco. Secuta ſunt enim & alia, quae detraxere formidinem. Timorem. Multi quaerunt, cur poſt viſam matrem quicquam timuerit; quod tamen [62] alii ſic ſolvunt; ut dicant, ne tunc [63] quidem Aeneam, Venerem, quam viderat, eſſe crediſſe; cujus, ut ipſe putabat, agnitae nulla verba perceperat. Sed vera ſolutio haec eſt: Venus [64] nihil de Afrorum moribus, unde nunc formidat Aeneas; ſed de claſſe liberata dixerat filio: [vel quia non in totum Aeneas matris fiducia confirmandus eſt, ne quid ſuperſit magnanimitati & laudibus viri fortis.] Sciendum tamen eſt, in Virgilio interdum validiora eſſe objecta purgatis: [65] [vel contra,] ut hoc loco.

VARIORUM.

apparatu, fama ſanctitatis, & aliis rebus, ut praeſens numen ineſſe credant. ita ſaepe *numen ineſſe loco* dicitur, qui venerabilis & religione horrendus eſt; ut luci &c. vid. Ovid. iii. Amor. i. 2. xiii. 8. iii. Faſt. 296. BURM.

448. Aerea cui. Ad urbis Romae praeclara aedificia ſui temporis interdum alludit, ut hoc loco ad Pantheum, in quo in hunc uſque diem aereae trabes & valvae conſpiciuntur. Ad Jani Gemini ſacellum aeneum libr. vii. 608.

Sunt geminae belli portae, ſic nomine dicunt,
Centum aerei claudunt vectes.

ad Apollinis Palatini templum marmoreum lib. vi. 69.

Tum Phoebo & Triviae ſolido de marmore templum
Inſtituam.

ad Auguſti Palatium & porticum ἑκατόστυλον lib. vii. 170.

Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis. FABRIC.

Ibid. Nixaeque. *Nexae* Gudianus, Bigotianus & Zulichemius, & Leidenſ. a manu prima. & pro diverſa lectione Menagius prior & alter Hamburgicus. *nixae* probat Catroeus, & trabes & columnas capit, quum forte ſint poſtes forium, ut Cerda. BURM.

449. Aenis. *Ahenus* legit vir doctus in Miſcel. Obſerv. Vol. ii. Tom. i. p. 85. ſed vide ibi adnotata.

450. Hoc. *Hic* Sprotii & Montalbani & Rottendorphii primus a manu prima. *in templo* Pugetianus. *res ablata* Hamburgicus prior.

451. Spe-

56 deeſt L. Voſ. mox forte, *quia medici aere quaedam v. curant.* 57 deeſt Fuld. * f. χαλκοῦν. 58 foris Fabr. 59 caetera L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 61 quo Dan. hoc vero fabuloſum credit Corradus, quum diu ante illa tempora aerei cardines fuerint. 62 abuſive ſolvunt Fuld. alii ſolvunt Voſ. 63 tunc vidiſſe Aen. Voſ. 64 deeſt Voſ. 65 deſunt Fabr. al.

Digitized by Google

Leniit. Hîc primum Aeneas ſperare ſalutem
Auſus, & adflictis melius confidere rebus.
Namque, ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo
Reginam opperiens, dum quae fortuna ſit urbi,
Artificumque manus inter ſe operumque laborem
Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas,

Bel-

SERVII.

451. LENIIT. Quartae conjugationis tempus praeteritum perfectum vel in *vi* [66] junctum exit; vel [67] ſublata digammo, in *ii* pro noſtro arbitrio, ut *lenivi*, *lenii*: *audivi*, *audii*. Sane cum in *vi* exit, penultima longa eſt, & ipſa accentum retinet; cum vero in *ii*, penultima brevis eſt, & perdit accentum: quia, ut ſupra diximus ỳ. 41. *Unius ob noxam*, quotiens vocalis vocalem ſequitur, detrahit longitudinem praecedenti; ſed hoc in metro, ubi neceſſitas cogit; nam in proſa & naturam ſuam & accentum [68] retentat. Nunc ergo *Leniit*, tertia a fine habet accentum: quia penultima brevis eſt. Sane plerumque accentum ſuum retinet etiam ſermo corruptus: ut *Mercuri*, *Domiti*, [69] *Ovidi*: tertia a fine habere debuit accentum, quia penultima [70] brevis eſt; ſed conſtat haec omnia apocopen pertuliſſe: nam apud majores erat idem nominativus qui & vocativus; ut hic *Mercurius*, *o Mercurius*, [71] unde *cu*, licet brevis ſit, etiam poſt apocopen, ſuum ſervat accentum.

452. AUSUS. Bene *auſus*: quia inter incerta fatis audacter ſalus ſperatur. AFFLICTIS. De afflictis: nec enim eſſe ſeptimus caſus poteſt. CONFIDERE. *Fido & confido* dativum regit, ut IX. 398. *Et fidere nocti*. Sane optima figura eſt, quae nunquam a principalitate diſcedit, ut II. Ecl. 29. *Atque humiles habitare caſas*: accuſativo junxit, quia *habeo domum* dicimus, unde eſt *habito* frequentativum.

453. SUB TEMPLO. Hoc eſt, in templo, ut ſupra 431. [72] [*Exercet ſub ſole labor*: id eſt, in ſole.]

454 REGINAM OPPERIENS. Exſpectans: aut quam intelligebat [73] eſſe venturam ex artificum feſtinatione: aut certe videndae reginae occaſionem requirens. QUAE FORTUNA SIT URBI. Quae foelicitas. [*Quae*, hic admirandi ſignificatus eſt.

455. ARTIFICUMQUE MANUS INTER SE. Hoc eſt, habebat artificum [74] comparationem. [INTER SE autem certantium, aut aliquid tale.]

456. EX ORDINE. [75] [Prout fuerunt.] Hoc loco oſtendit omnem pugnam eſſe depictam; ſed haec tantum dicit, quae aut Diomedes geſſit, aut Achilles: per quod excuſatur Aeneas, ſi eſt a fortibus victus. [Sane *pugna* eſt temporale certamen: idem & *praelium* ſignificat; *bellum* autem univerſi temporis dicitur, ut Punicum, Mithridaticum. Salluſtius: *Ita* [76] *ſperat pugnam illam pro omni bello futuram*. Livius: *Pyrrhus unicus pugnandi artifex, magiſque in praelio, quam bello bonus*.]

VARIORUM.

451. SPERARE. *Spectare* Zulichemius.

454. QUAE FORTUNA. Cerda ex picturis, quae referebant urbis initia, fugam Didonis, caput equi &c. colligit eventum ſuſcepti operis, quod in tantam urbem excreverat. ego potius ex opulentia, & magnitudine templi fortunam beatae urbis, & divitias incolarum aeſtimaſſe, & miratum eſſe artificum ſolertiam, & labores. *manus* de picturis, ſtatuis & aliis operibus ſumi, docent notae ad Petron. cap. LXXXIII: vid. inf. ỳ. 592. mox, *labores* Menagianus prior. ſed lib. II. Georg. 155. *Egregias urbes operumque laborem*. ubi eadem varietas, & ita etiam infr. 507. Val. Flac. IV. 545. *ille operum ſummus labor*. *labor* autem idem fere eſt quod *artificum*

66 junctam L. R. Fabr. al. 67 ſubjugata Voſ. ſublato Steph. Fabr. al. *digamma* & *digammum* dicunt. ſed rectius hoc. unde *ſublato* praeferrem. vid. ad Quinctil. I. 4. p. 40. BURM. 68 retinet, at *Leniit* Dan. retinet Steph. Fab. al. 69 avidi Voſ. R. L. 70 corripitur L. 71 unde cum i. brevis ſit Fabr. 72 deſunt L. Voſ. R. 73 deeſt Steph. 74 comparationes Fuld. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 76 *ſperat* * *pugnam* I. p. o. b. *futuram Lybius*, ad *Pyrrhus* &c. Fuldenſ. inter Salluſtii fragmenta incerta refertur, *pugnam illam pro omine belli futuram*. recte: ex illa pugna proſpera, ſive adverſa, de toto bello & eventu poſſe omen capi. & ita adducitur a Servio iterum ad lib. X. 311. ubi *omine belli* quidam. BURM.

Bellaque jam fama totum volgata per orbem,
Atridas, Priamumque, & ſaevum ambobus Achillem.
Conſtitit; & lacrimans, Quis jam locus, inquit, Achate,
Quae regio in terris noſtri non plena laboris?
En Priamus. Sunt hîc etiam ſua praemia laudi:

Sunt

SERVII.

457. FAMA TOTUM VULGATA PER ORBEM. Quia Europa intulit, Aſia paſſa eſt, Africa jam depingit.

458. ATRIDAS. Atrei filios, Agamemnonem, & Menelaum; ſed uſurpatum eſt: nam [77] Pliſthenis filii fuerunt. SAEVUM AMBOBUS ACHILLEM. Atqui tres dixit; ſed *Atridas* pro uno accipe, quos [78] unius patris conſtat fuiſſe. [79] [An *ambobus*, Agamemnoni tantum & Priamo; an ambobus exercitibus, Graecis, propter ſuam de Briſeide injuriam; Trojanis, propter Helenam, & *ambobus* pro utriſque arte tunc. *]

460. PLENA LABORIS. *Plenus* genitivo melius jungitur, ut Terentius Eun. I. II. 25. *Plenus rimarum ſum.* [Plautus Mil. II. II. 32. *Dedecoris pleniorem.*]

461. [80] [EN PRIAMUS. Laus picturae eſt, per quam non imago, ſed ipſe [81] propo oſtenditur Priamus.] SUNT HIC ETIAM SUA PRAEMIA LAUDI. Ut ſupra diximus: Omnis Aeneae ſollicitudo de moribus Afrorum [82] erat, quam nunc picturae contemplatione deponit; qui enim depingunt bella, & virtutem diligunt, & miſeratione tanguntur. SUA. Id eſt, congrua, ut v. 54. *Strueremque ſuis altaria donis.* LAUDI. Virtuti, ut v. 355. *Primam* [83] *merui qui laude coronam.*

VARIORUM.

tificum manus, ut aliter loquuntur. ſic Mart. VIII. 51. itidem conjungit.

Quis labor in phiala? docti Myos, anne Mironis?
Mentoris haec manus eſt, an, Polyclete, tua?

& ita, *arte laboratae veſtes* inf. 639. BURM.

456. ILIACAS. Qua ratione potuerit Poeta fingere Trojanum bellum & excidium urbis jam notum Tyriis, vide egregie Segraeum probantem. Scholiaſtes Statii ad I. Achil. 4. *ex ordine* explicat, *non uſque ad mortem Hectoris, ſed uſque ad excidium Trojae pictas.* ut legendum puto. BURM.

457. VULGATA. *Volgata* Mediceus. HEINS. *Volgante* Sprotii.

458. ATRIDAS. Male *Atridem* Senec. Epiſt. CIV. HEINS. *Atridam* Bigotianus, quae lectiones ortae ſunt, quia *ambobus* non convenire tribus credebant. Barlandus exponit ſaeviorem Atridis, forte, quia Priamo benigne accepto reddidit corpus Hectoris occiſi. ſed tunc *Priamumque*, non congrue inter Atridas & Achillem interponeretur. quare Servii illam expoſitionem praeferrem, ſaevum Trojanis & Graecis, ut & Catroeus explicat. *ſcaevum* Moret. quartus. *Priamum ſaevumque* Voſſianus. BURM.

Ibid. ACHILLEM. Pro *Achillem* Cledonius in arte Grammatica *Achillen.* non male: quod & in Veterrimo Amorum Naſonianorum codice inveni lib. II. XVIII. I. HEINS. *Achillen* Dorvillianus. ita & apud Ovid. III. Amor. IX. I. & alibi.

459. QUIS JAM. *Quis non* Bigotianus. *quisnam* Leidenſ. unus. Malvic. *quinam* ex Marckiano ſuo profert, qui eſt Parrhaſianus, ſed ille *quis jam* habet. *quae regio terris* tertius Mentelii. & Regius, cum gloſſa, ſcilicet *in.* & *in noſtris terris* habet alter Menagii. *noſtris* etiam Juntin. Ed. BURM.

461. LAUDI. Vid. Mart. de Roa lib. I. Sing. 13. qui recte de virtute bellica capit. vid. inf. 625. & quae diximus ad Val. Fl. VI. 546. & Phaedr. IV. 11. & alibi. *praemia laudis* dixit Cicer. pro Milone XXX. *haec* etiam Parrhaſ. *ſunt hic &* Francian. BURM.

462. SUNT LACRIMAE RERUM. *En lacrimae rerum* Parrhaſ. Heinſius in ora codicis mutaverat diſtinctionem, *ſunt lacrimae: rerum & m. m. t.* quod mihi ſatis arridet; nam *lacrimae rerum*, quid ſint vix capio. ſed *mortalia rerum*, pro res mortales,

77 Philiſthenis Fabr. fuiſſe dicuntur Steph. Fabr. al. 78 unius partis Dan. paris L. unius vel partus patris R. 79 Ambobus ergo, nempe Atridis & Priamo Fabr. ſed deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. al. 80 deſunt Voſ. 81 deeſt omnibus, praeter Fuldenſ. 82 eſt L. R. Voſ. 83 meruit iidem.

Sunt lacrimae rerum: & mentem mortalia tangunt.
Solve metus. Feret haec aliquam tibi fama ſalutem.
Sic ait, atque animum pictura paſcit inani
Multa gemens, largoque humectat flumine voltum.
Namque videbat, uti bellantes Pergama circum

Hac

SERVII.

462. MORTALIA. Adverſa, quibus conſtat ſubjacere mortales. [Alii mortales caſus accipiunt, ut abſolute [84] τὰ ἀνθρώπινα.]

463. SOLVE METUS. Collectio eſt: nam ubi virtus praemia, adverſa miſerationem merentur, rite formido deponitur. FERET. Pro, adferet. [Et hic reddidit: *Hoc primum in luco, nova res oblata, timorem Lenit.*]

464. PICTURA PASCIT INANI. Epitheton eſt picturae: aut quia [85] caret corporum, quae imitatur, [86] plenitudine: aut quia nullius eſt utilitatis; [ſed tantum delectat; nam apud veteres ῥωπογραφία, ſeu ψευδογραφία dicta eſt.] [87] [Sed Cicero in Paradoxis cap. V. Tuſc. 5. quam vilipendat *picturam* patet: *Sed, obſecro te, ita nunc iſta venuſta habeantur, non ut virorum vincula, ſed ut oblectamenta puerorum.*] [PASCIT autem delectat, ut II. Georg. 285. *Non animum* [88] *modo uti paſcat proſpectus inanem*: vel, ut quidam volunt, ad ſtupentis animum retulit, qui vel inanibus commovebatur.]

465. [MULTA GEMENS. Πολλὰ στενάζων.] LARGOQUE HUMECTAT FLUMINE VULTUM. Tapinoſis eſt, quod dixit [89] *humectat: largo* nam *flumine*, eſt fluore, id eſt, fluxu ipſo.

466. PERGAMA CIRCUM. Abuſive: non enim circa Pergama, hoc eſt, arcem; ſed circa [90] Trojam bella gerebantur.

VARIORUM.

les, dictum puto, ut *pretioſa rerum* Senec. Epiſt. XCIII. *triſtiſſima rerum* Val. Flac. III. 369. & ſimilia, de quibus ad Georg. II. 533. egimus. *mortales res* vero aliter *humanae res* dicuntur, lib. X. Aen. 152. de quibus vide ad Petron cap. LIII. & ut pro iis *humana* dixerunt, ita & *mortalia*, ut Ecl. VIII. 35.

Nec curare Deum credis mortalia quemquam.

Lucan. I. 13. *& habent mortalia caſum.* unde vulgata etiam poſſet defendi, ſi quis *lacrimas rerum* explicare nobis poſſet. clarior videretur ſenſus, ſi legeretur, *ſunt lacrimae, & rerum m. m. tangunt*, forte & praeſtaret, *gentem m. tangunt.* ut iſtae voces paſſim commutantur. Poenorum ſcilicet, quod & ſi *mentem* legas, ſubaudiri debet. Gloſſa Leidenſis Cod. explicabat *mentem meam*. BURM.

463. SOLVE METUS. *Metum* editiones nonnullae, quod alter Mentelianus, tertius Rottendorphianus, & quartus Moretanus ex noſtris agnoſcunt. HEINS. *Metus* Parrhaſ. parum refert. & Ovidius ſaepe *pone metum* & *metus* dixit, ubi variant ſaepe ſcripti. ſed bis *pone metus* dixit III. Amor. VI. 61. 62. *ſolvere* vero *metus* nove dictum. & imitatus Plinius lib. XI. 37. *ſolvi pericula & metus narrant* vid. Lucan. V. 782. inf. 562. dixit noſter, *ſolvite corde metum.* BURM.

Ibid. TIBI FAMA. *Tibi* παρέλκειν vult Heumannus Poeciles II. lib. III. pag. 380. *fert haec* Francianus. ſed *feret* hic eſt, pro adferet: ut ita *catenae laturae proſpera*, pro allaturae Claud. IV. Conſ. Honor. 117. & VI. Conſ. 283. *Hoc aſpera fati Fas tulerit.* v. Heinſ. ad utrumque locum. ſic capio illa Ovid. III. Amor. V. 32. *viſa ſi quid iſta ferant.* ut & Alciphr. III. Epiſt. 59. Οἷον φέρει τὸ σύμ. aliter *ferre ſalutem* dicitur, qui epiſtola, vel voce ſalutat. ut Ovid. XVIII. Ep. I. & de quo agit Gronov. Diatr. Stat. cap. XLV. *hic ait* idem Francian. BURM.

465. MULTA GEMENS. Ariſtotelis verba ſunt, ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς, ubi de agnitionibus loquitur. Τρίτη δὲ ἡ διὰ μνήμης, τῷ αἰσθέσθαι τι ἰδόντα, ὥσπερ ἡ ἐν Κυπρίοις τοῖς Δικαιογένους, ἰδὼν τὴν γραφὴν ἔκλαυσεν. & paulo poſt, ὅθεν ἀνεγνωρίσθη. Scio autem nonnullos, viros alioquin magna praeditos doctrina, ad hunc Ariſtotelis locum Virgilii verſum, qui haud ita multo poſt ſequitur, *ſe quoque principibus permiſtum* agno-

84 τὰ ἀνθρώπινα Fuld. ταπεινότατα pro τὰ ἀνθρώπινα. 85 caret corpore, quae corpora imitatur plenitudine Fabr. al. 86 ſimilitudine Fuld. 87 deſunt L. Vol. R. Steph. Dan. 88 *modo* * *uti* Fuld. 89 *humectat largo*: nam fluminis eſt fluere, id L. 90 Ilium Dan.

Hac fugerent Graji, premeret Trojana juventus:
Hac Phryges; inſtaret curru criſtatus Achilles.
Nec procul hinc Rheſi niveis tentoria velis
Adgnoſcit lacrimans; primo quae prodita ſomno
Tydides multa vaſtabat caede cruentus:

Ar-

SERVII.

467. TROJANA JUVENTUS. Definitio eſt Hectoris, ut VII. 672. *Catillusque, acerque Coras, Argiva juventus.* Et re vera ſic pene ubique Homerus ponit, ut Hectori tantum, vel Achilli, totus cedat exercitus.

468. HAC PHRYGES. Bene ubique Virgilius pro negotii qualitate dat Trojanis etiam nomina: nam timidos Phrygas vocat: ut hoc loco. [91] Item IX. 617. *O vere Phrygiae: neque enim Phryges.* Dardanidas generoſos, ut V. 45. *Dardanidae magni, genus alto a ſanguine divum.* Laomedontiadas perfidos, ut IV. 542. *Nondum Laomedonteae ſentis perjuria gentis.* Troas fortes, ut XI. 620. *Troes* [92] *agunt, princeps turmas inducit Aſylas.* Hectoreos quoque fortes, ut V. 189. [93] *Nunc nunc inſurgite remis, Hectorei ſocii.* CRISTATUS ACHILLES. Secundum Homerum, qui dicit in Achillis criſtis terribile quiddam fuiſſe Iliad. T. 380. [94] [Περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας Κρατὶ θέτο βριαρὴν, ἡ δ' ἀστὴρ ὡς ἀπέλαμπεν Ἵππουρις τρυφάλεια.] [95] [*Criſtatus* autem [96] participium eſt, derivatur a *Criſta*, genere feminino.]

469. NEC PROCUL HINC RHESI. Rheſus rex Thraciae, [97] [Martis, [ut alii [98] Hebri, vel Strymonis] & Euterpes Muſae filius fuit] qui, cum ad Trojae veniſſet auxilia, clauſiſque jam portis, tentoria locaviſſet in littore, Dolone Trojano prodente, qui miſſus fuerat [99] ſpeculatum, a Diomede & Ulyxe eſt interfectus, qui & ipſi ſpeculatum venerant: abductique ſunt [1] equi, a quibus pendebant fata Trojana; [2] [ut, ſi pabulo Trojano uſi eſſent, vel e Xantho Trojae fluvio bibiſſent, Troja perire non poſſet.]

470. PRIMO SOMNO. Prima parte noctis, ut I. Georg. 208. *Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas:* [3] [aut *primo ſomno*, ut graviorem oſtenderet ſomnum:] [4] a prima nocte, quia ante in Troja Rheſus non fuerat.]

471. TYDIDES. Id eſt, Diomedes. Et bene Ulyxem celat propter Aeneam, ut ſupra diximus: aut, quia ſecundum Homerum occidente Diomede, [5] cadavera Ulyxes trahebat Iliad. K. 489. [6] [Ὅντινα Τυδείδης ἄορι πλήξειε, παραστὰς Τὸν δ' Ὀδυσεὺς μετόπισθε λαβὼν ποδὸς ἐξερύσασκε.]

VARIORUM.

agnovit Achivis. referendum exiſtimaſſe; quod certe adeo ab Ariſtotelis ſententia eſt alienum, ut ſatis mirari non poſſim, quid tunc illis in mentem venerit. URSINUS.

467. GRAJI. *Grai* Mentelii.

468. HAC PHRYGES. *Ac* Leidenſ. Mentelii, *&* Bigot. Sprotian. & Rottend.

469. NEC PROCUL. *Haud procul*, vel *Non* Gudianus. *Haud* etiam Montalbanius, & tertius Rottend. HEINS.

Ibid. NIVEIS. *Juvenis* Graevianus. ſed *niveis*, quia recens advenerat, nec vela tempore obſoleta erant: nota eſt fabula Theſei & Aegei de velis albis. BURM.

470. PRODITA SOMNO. *Dedita* Rottendorphianus. ſed fruſtra. reſpexit haud dubie hunc locum Penelope Naſoniana Epiſt. I. 39.

Retulit & ferro Rheſum Dolonaque caeſos,
Utque ſit hic ſomno proditus, ille dolo.

Ariadne etiam apud eundem Epiſt. X. 5.

Me ſomnuſque meus male prodidit, & tu.

HEINS. *Agnovit* Zulichemius. *adgnoſcit* Gudianus.

471. VASTABAT. *Vaſtavit* alter Hamburgenſis: *cruentis* alter Gudianus.

472. A-

91 item, *vere frige* L. 92 *agunt*, vel *raptim princeps* R. 93 *nunc inſurgite* L. Voſ. 94 deſunt Graeca L. R. Voſ. Steph. Dan. 95 deſunt L. R. Voſ. Steph. 96 primitivum, *criſta* g. fem. Dan. Fabr. 97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 98 Hebri Fuld. niſi ſit operatum error. 99 ſpeculator L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. 1 equi, quibus L. Voſ. R. Steph. Dan. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 4 Horas, & prima nocte, qua ante Rheſus in Troja non fuerat Dan. aut prima nocte, quia in Troja Rheſus non fuerat Fuld. 5 cadaver L. 6 Graeca deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan.

Ardentiſque avertit equos in caſtra, prius quam
Pabula guſtaſſent Trojae Xanthumque bibiſſent.
Parte alia fugiens amiſſis Troïlus armis,
Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, curruque haeret reſupinus inani,
Lora tenens tamen. Huic cervixque comaeque trahuntur
Per terram, & verſa pulvis inſcribitur haſta.

In-

SERVII.

472. ARDENTES. Et candidos ſignificat, & veloces, ut XI. 718. *Pernicibus ignea plantis:* ſi *ignea* velox eſt, ſine dubio & *ardens*.

473. XANTHUM. Fluvium Trojae.

474. PARTE ALIA FUGIENS AMISSIS TROILUS ARMIS. [7] [*Parte alia*, ſcilicet templi, &] veritas quidem hoc habet: Troili amore Achillem ductum, palumbes ei, quibus ille delectabatur, objeciſſe: quas cum vellet tenere, captus ab Achille, in ejus amplexibus periit. Sed hoc, quaſi indignum [8] heroico carmine, mutavit poëta. FUGIENS. Fugere volens, accepto jam vulnere. [AMISSIS ARMIS. Aut aetatis imbecillitate, vel vulneris dolore.]

475. INFOELIX. Multi hoc loco [9] diſtinguunt: [& ſubjungunt *puer*, *atque impar congreſſus Achilli*, ut ex eo imparem oſtendat, quod *puer*, ſed] tamen etiam ſi jungas *puer*, unus eſt ſenſus. ATQUE IMPAR. Ac ſi diceret, etiam ſi puer non eſſet. CONGRESSUS ACHILLI. [10] [*Congredior tibi*, antiqui dicebant: ſicut *pugno tibi*, *dimico tibi*.] Hodie dicimus *congredior tecum*, *dimico tecum*.

476. FERTUR. Trahitur. CURRU. Curribus falcatis uſos eſſe majores, & Livius & Salluſtius docent: [11] [& apud Xenophontem in Paedia Cyri legitur.] [poterunt ergo & ſimplicibus.] [12] [RESUPINUS. Quia haſtam trahebat; ſed intelligitur Achillis haſta tranſiiſſe per pectus, & a parte qua ferrum eſt a tergo trahi.] INANI. Sine rectore, nam corpus haerebat.

477. LORA TENENS TAMEN. Quamquam mortuus.

478. VERSA. Tracta, ut Plautus. Pſeud. I. 2. 31. [13] *Oſtendam parata, verſa, perterſa, ſtrata, lautaque unctaque omnia uti ſint*. Venit autem ab eo, quod eſt [14] *verror*. INSCRIBITUR. Dilaceratur, ut Plautus fragm. *Corpus tuum virgis ulmeis inſcribam*. HASTA. Hoſtili ſcilicet, quam transfixus [15] trahebat.

VARIORUM.

472. AVERTIT. *Evertit* primus Hamburgicus. *advertit* alter & Zulichemius, & quartus Moreti. *mox pabula guſtarent* Sprotianus. *Albenteſque equos* ſecundus Moretanus. *arbentes* erat in Hamburgico priore a manu ſecunda. *avertit* ad Rheſum refert, quaſi fugeret. Catroeus, *a toute bride*, quum occiſus fuerit in tentorio, & Diomedes equos ejus in caſtra Graecorum averterit. vid. Ovid. I. Epiſt. 39. & paſſim alios. ſic *avertere praedas* X. Aen. 78. Jul. Caeſar III. Bell. Civ. 59. *praedam omnem domum avertebant*. Stat. IV. Theb. 648. *jam Sidonias avertere praedas*. apud Lucan. VI. 585.

Heſperiae cineres avertere gentis.

ut ibi legendum eſt. vid. Oudend. ad Lucan. III. 150. & inf. ad ỳ. 528. BURM.

477. TENENS TAMEN. Quinctilianus lib. VII. 9. dubium eſſe ait, an *tamen*, ad *tenens*, an ad *trahuntur* referri debeat. *tenens tantum* Montalbani. *Hinc cervix* Zulichemius & Francianus. BURM.

478. VERSA. A *vertor*, credo cum Cerda, cuſpide per terram tracta, in pulvere ſulcum fecit. ut

ita

7 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 8 Heroo L. Voſ. Steph. Dan. 9 volunt diſtinguere L. 10 deſunt L. qui tantum habet, *congredior tecum*, *pugno tecum*, *dimico tecum* dicimus. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 13 *inveniant omnia verſa ſparſa*. Venit L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. *inveniam omnia verſa, ſtrata aut unctaque omnia*. Venit &c. Fuld. *inveniant* Fabr. vide locum Plauti, ubi varie leguntur haec. neſcio unde alia petierit Maſvic. 14 *verrar* Ed. Commel. *verro* Steph. 15 habebat Fabr.

Interea ad templum non aequae Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant
Suppliciter triſtes, & tunſae pectora palmis.
Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat.
Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,

Exa-

SERVII.

479. INTEREA AD TEMPLUM NON AEQUAE PALLADIS &c. [16] [Cum Diomedes auxilio Minervae plurimos Trojanorum fudiſſet, Helenus, Priami filius vates, monuit, ut Minervae numen exoraretur: & cum precibus deae ponerent veſtem, quam regina ſpecioſiſſimam habebat, id eſt, peplum, (unde poſt Minervae palla *peplum* appellata eſt:) Dea tamen, memor judicii Paridis, Trojanis infeſta permanſit.] [17] *Interea* autem, dum haec geruntur. Et ſatis opportune a matribus feſtinatur ad templum, ut alibi XI. 477. *Nec non ad templum ſummaſque ad Palladis arces.* [18] [Et mire in pictura temporali adverbio uſus eſt, quamvis non poſſit.] NON AEQUAE. Iniquae, infeſtae, Litotes figura eſt, ut alibi II. Georg. 225.* *Et vacuis* [19] *Clanius non aequus Acerris.*]

480. PASSIS. Participium eſt ab eo, quod eſt *pandor:* ideo autem non facit *panſus:* quia plerumque *n*, quod in prima verbi poſitione invenitur, in praeteriti participio non eſt: de qua re judicat euphonia: ut ab eo, quod eſt *tundor*, [20] & *tunſus* facit, ut: *Tunſae pectora palmis.* Et *tuſus*, ut inf. 567. *Non obtuſa adeo geſtamus pectora Poeni:* [21] [& I. Georg. 395. *Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videtur.*] Sciendum tamen eſt, licet alia euphoniae cauſa varientur, vel in generibus, vel in numeris: *nactus* tamen & *paſſus*, *n* penitus nunquam accipere. PEPLUMQUE FEREBANT. *Peplum* proprie eſt palla picta foeminea, Minervae conſecrata, ut Plautus: *Nunquam ad civitatem venio, niſi cum infertur peplum.* Hodie [22] tamen multi abutuntur hoc nomine. [23] [Vel hiſtoria de *peplo* ex Homero tracta magis huic loco congruit: nam fugantibus Achivis Trojanos campo uſque ad moenia, Helenus vates, filius Priami, mittit Hectorem ad Hecubam: ut, propitiandae Palladis gratia, ducat coetum matronarum Trojanarum ad Palladis templum, & [24] afferat pulcherrimum & eximium ſuis e veſtibus peplum: quod factum eſt, ſupplicantibus matronis, & offerente peplum uxore Antenoris, Theano nomine, venerabili inter Trojanos faemina Iliad. Z. 302. Ἡ δ' ἄρα πέπλον ἑλοῦσα Θεανὼ καλλιπάρῃος Θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο, Εὐχομένη δ' ἠρᾶτο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο.]

481. SUPPLICITER TRISTES. Ut decet rogantes, [hoc eſt, rogantes cum triſtitia.] Et bene addidit *ſuppliciter:* quia & per iracundiam, & per gravitatem, & per religionem, & per dolorem triſtes ſumus. TUNSAE PECTORA. Ut ſup. 228. *Oculos ſuffuſa.*

482. AVERSA. Irata [25] [ſignificat: [26] Homerus ibid. 311. Ἀνένευε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη] Nec enim poterat ſe convertere ſimulachrum: ſic alibi IV. 362. *Talia dicentem jam dudum averſa tuetur.* [27] [Si tuetur] quomodo *averſa*; niſi iratam intelligas? [28] [Ergo *averſa* ad [29] animum refertur.]

483. TER CIRCUM ILIACOS. [Hoc ad Aeneam referendum eſt, qui ſciebat. Sed] apud auctores multa ad ſenſum, non ad aſpectum, poſſunt referri. Tertio enim *tractum* intelligere poſſumus, non in pictura conſpicere, unde eſt & illud VIII. 634. *Mulcere alternos & corpora fingere lingua.* [30] [Tale erat in pictura corpus, ut in eo appareret frequentis raptationis injuria. Sane hujus rei talis eſt ordo: Patroclus, cum iratum Achillen, propter Briſeiden ſublatam, ut adverſum Trojanos pugnaret, exorare non poſſet, petit ab eo arma, quae Peleo Vulcanus fecerat, quibus indutus, [31] dum Achilles crederetur, fugatis Trojanis, plurimos interemit; ipſe vero ab Hectore occiſus eſt: quo dolore Achilles compulſus, impetratis per matrem a Vulcano armis, Hectorem [praelio ſuperatum]

16 deſunt L. R. Voſ. Steph. uſque ad *non aequae.* ſed Dan. Fabr. ponunt poſt *Acerris.* Fuldenſis, ut hic leguntur. 17 interea autem & ſatis Fuld. 18 & mire in * pectore temporali &c. Fuld. 19 *Clanis* L. 20 *retunſus* R. & *tonſus* L. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 22 deeſt Dan. 23 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 24 affert Fabr. 25 deeſt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 29 animam Dan. Fabr. 30 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad *raptaverat.* 31 clam Dan. cum Fabr.

Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo:
Ut ſpolia, ut currus, utque ipſum corpus amici,

Ten-

SERVII.

tum] peremit, ejuſque corpus ad currum religatum, circa muros Ilii traxit, quod poſt placatus [32] auro repenſum Priamo reddidit.] RAPTAVERAT. Forma frequentativa bene uſus eſt, per quam oſtendit quod per numerum dixerat.

484. EXANIMUM. *Exanimus* & *exanimis* dicimus, ſicut [33] *unanimus* & *unanimis*, *inermus* & *inermis*. Ergo pro noſtro arbitrio, aut ſecundae declinationis erunt, aut tertiae; ſed [34] tertiae, ablativum ſingularem in *i* mittunt: quia communis ſunt generis. *Exanimis* autem eſt mortuus, ut hic indicat locus; *exanimatus* vero, timens, ut v. 805. *Exanimata ſequens impingeret agmina muris.* VENDEBAT. Ingenti arte utitur verbis: nam hoc loco, quia pingi potuit, [35] praeſens tempus poſuit: ſuperius, quia pingi non potuit, ſed referri, perfecto exſecutus eſt tempore; dicendo *raptaverat*, non *raptabat*.

485. TUM VERO INGENTEM GEMITUM. Jam enim ſuperius eum lachrymaſſe dixerat: [36] [hoc loco ergo] addidit viſum Hectoris corpus, ut etiam graviter gemeret, [non ergo tum primum, ſed tum maxime.]

486. UT CURRUS. Quo tractus eſt [37] [ab Achille in Patrocli ultionem, ab illo prius interfecti.] AMICI. Plus eſt, quam ſi Hectoris diceret, ut alibi II. 674. *Parvumque patri tendebat Iulum:* cum potuerit dicere *mihi*.

VARIORUM.

ita *everſam pharetram* Ovid. III. Amor. IX. vid. XI. Aen. 93. *Inſcribitur* vero tellus & pulvis, quum lineae aut figurae quaedam in illa trahuntur: nam inepta eſt Servii interpretatio, & in Plautino loco eſt *corpus inſcribere*, vibicibus notare. Stat. XI. Theb. 514. de equo vulnerato,

Arvaque ſanguineo ſcribit rutilantia gyro.

ipſa enim materia ſive ſit charta, membrana, tabula, ſive metallum &c. *inſcribi* dicitur, quum literae, vel aliud quid eis imprimitur. ſic *inſcriptus lapis* Suet. Vitell. 10. *inſcripta imago* Aug. 7. & *ſtatua* ibid. 97. & ita centies. & ut *litera inſcripta foliis* Ovid. XIII. Metam. 398. ita *flores inſcripti nomina regum* Eclog. III. 106. Barth. ad d. l. Statii ex Martial. I. Ep. 92. recte citat *ſcripta lacerna*, ut in Codd. antiquis repererunt Viri docti, & ego in tribus, quos contulit Heinſ. & uno, quem ipſe excuſſi, inveni. & an eo pertineant illa Heſychii, Τρίβων, ϛολη, ἔχουσα σημεῖα ὡς γράμμα, neſcio. vide Meurſii Gloſſar. in γάμμα. ubi & alii γράμμα, vel γραμμάτια &c. ſic Serv. ad III. Georg. 351. Rhodope mons *Gammaides* reflectitur in ſeptentrionalem. vid. & inf. ad ỳ. 648. BURM.

480. PASSIS. *Sparſis* multi Heinſio inſpecti & Ed. Venet. ego *paſſos* crines melius ſupplicibus convenire puto, ut *ſparſi* furentibus. vid. ad Ovid. Remed. 709. & inf. II. Aen. 403. BURM.

Ibid. PEPLUM. Ut Minervam veſtirent capit Turnebus XIV. Ad. 15. & alii. ſed Mart. de Roa lib. I. Sing. 8. ad pedes & genua abjectum docet, ut ſupplicibus genua tangentibus prodeſſet. de Peplo omnia vulgata.

481. TUNSAE. *Tonſis* Parrhaſ. *tonſae* Bigot. Hugen. & Zulichem. & multi alii.

482. AVERSA. *Adverſa* Menag. Montalb. Hamb. pr. Menag. alter, Bigotianus & Voſſian.

483. TER CIRCUM ILIACOS &c. Scholiaſtes Euripidis Andromach. ỳ. 107. non raptum circum muros Hectora, ſed a muris ad naves notat, & hinc errorem Poëtarum ortum notat Barneſius, quod Homerus ter Hectora circum moenia Trojae fugientem, & Achillem eum inſequentem dixerat. vid. ad Propert. III. I. 28. Broukhuſii notas. in pictis vero Fabulis illa videri ſaepe Poëtae adfirmant, quae nec auribus, nec oculis percipi ex illis poſſe, obvium eſt. quod artem oſtendit, quae res ita objicit ſenſibus noſtris, ac ſi revera audiremus, aut videremus ſonum, aut nutum. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. II. 417. ſic mox 491. *ducit* & *ardet*. ubi recte Servius. vid. & ad lib. VIII. 620. & 634. ſic Timanthes clamantem Ajacem, ejulantem

Me-

32 auro. . . . . . penſus Dan. placatus auro Priamo red. Fabr. 33 *unianimus* & *unianimis* Dan. 34 a tertia Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 35 praeſens tamen tempus Voſ. 36 deſunt L. hoc ergo Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Tendentemque manus Priamum conſpexit inermis.
Se quoque principibus permixtum adgnovit Achivis,
Eoaſque acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis

Pen-

SERVII.

487. MANUS INERMES. Aut ſine ſceptro, [38] [inſignibus regiis] aut ſupplices, ut XI. 414. *Dextras tendamus inermes.* Quod tractum eſt de hiſtoria: [39] qui enim victi ſe dedunt, inermes ſupplicant. Aut re vera *inermes* tunc: contra Pyrrhum enim proceſſit armatus. Sane per tranſitum hiſtoriam tetigit: quia conſtat Priamum, cum ad ſupplicandum tentorium Achillis fuiſſet ingreſſus, dormientem Achillem excitaviſſe: ut pro filii corpore [40] rogaret eum, quem potuiſſet occidere: licet hoc Homerus propter Achillis turpitudinem ſupprimat.

488. SE QUOQUE PRINCIPIBUS PERMIXTUM AGNOVIT ACHIVIS. Aut latenter proditionem tangit, ut ſupra diximus: [licet excuſetur ab ipſo in II. 431. *Iliaci cineres & flamma extrema meorum, &c.*] Aut virtutem ejus vult oſtendere: nimiae enim fortitudinis eſt, inter hoſtium tela verſari, ut Salluſtius Catil. LXI. *Catilina longe a ſuis inter* [41] *hoſtilia cadavera repertus eſt.* Cornutus tamen dicit verſu iſto II. 396. *Vadimus immixti Danais:* hoc eſſe ſolvendum, *principibus.* Quomodo ſe potuit in pictura cognoſcere? ſolvitur ſic: ſive quod nomina tranſſcripta, ſive ex factis, facile poſſit agnoſcere; ſed melius ad virtutem bellatoris referendum eſt.

489. EOAS. E naturaliter longa eſt; fit tamen brevis interdum: [42] cum eam vocalis ſequitur, ut v. 588. *Primo ſurgebat Eoo.* NIGRI MEMNONIS ARMA. Quia [43] Tithonus, frater Laomedontis, raptus ab Aurora, filium ſuum Memnonem ex ipſa progenitum, [inſectus dono [44] vitis aureae,] Priamo ad Trojae miſit [45] auxilium: [46] [qui, congreſſus cum Achille, ab eo eſt interemptus, cujus mortem mater Aurora hodieque matutino rore [47] flere dicitur.] *Nigri* autem [48] dixit, Aethiopis: unde, [49] [Prima conſurgit Aurora.] ARMA. Vulcania, ut ille indicat [50] verſus VIII. 384. *Te potuit lachrymis Tithonia flectere conjux.*

490. DUCIT AMAZONIDUM. Hoc eſt, quod ſupra dixerat: *Videt Iliacas ex ordine pugnas.* Homerus enim haec omnia tacuit, quae facta ſunt poſt Hectoris mortem. *Amazonidum* autem derivatio eſt pro principalitate, ſicut II. Georg. 170. *Scipiadas duros bello:* pro Scipionibus. [52] * Sane *Amazones* dictae ſunt, quod ſimul vivant ſine viris: quaſi ἅμα ζῶσαι, vel quod unam mammam exuſtam habent, quaſi ἄνευ μαζῶ. Has autem jam non eſſe conſtat, utpote extinctas, partim ab Hercule, partim ab Achille. LUNATIS PELTIS. Scutis breviſſimis, in modum Lunae jam mediae. [51] [*Lunatis* autem, primitivum a foeminino genere derivatur.]

VARIORUM.

Menelaum pinxiſſe dicitur Valer. Max. VIII. XI. Ext. 6. *raptaverat* non *raptabat*, dixiſſe Poëtam cenſet Corradus, quia non in pictura erat hoc expreſſum, ſed hoc ſciebat Aeneas, ideoque ille ſupplet, quod picturae deerat, quum raptatum, & ita relictum venderet Priamo. vel fuiſſe ternam raptationem guttis ſanguineis deſignatam. primum facile probem, alterum extra veri ſpeciem eſſe puto. *tractaverat* idem alios legere notat. BURM.

486. UT SPOLIA, UT CURRUS. *Currum*, in fragmento Moreti, verſu hiante. HEINS. Et ita Hamburgenſis prior. Guellius *currus*, pro *currum* capit, & Cerda. *ut curſus* Hamb. alt. *ut* vero eleganter,

38 deſunt L. R. Baſil. 39 quia enim ſe vident inermes ſupp. L. qui enim ſe v. &c. Voſ. quia enim ſuccedunt, vel vident in ſup. R. 40 precaretur eum Fabr. al. 41 *Hoſtium* Fabr. al. & ita Salluſtius. 42 quod Dan. 43 Tityonus Fuld. 44 vot a Fuld. ſed *vitis* correxit Muncker. ad Lactant. Argum. Ovid. Metam. XIII. fab. 3. 45 auxilia L. Voſ. R. Steph. al. Priamo miſit in auxilium Dan. Fabr. ſupr. ad ℣. 469. dixit Servius de Rheſo, *cum ad Trojae veniſſet auxilia.* vide ad Piſandr. ℣. 31. BURM. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 47 forte, deflere. 48 deeſt R. 49 haec verba quaſi ex alio loco Virgilii petita eſſent diverſo charactere dedit Ed. Commeliniana. nec tamen in Virgilio leguntur, niſi corrupta ſint ex I. Georg. 446. ubi, *pallida ſurgit Tithoni croceum linquens Aurora cubile.* & hic *ſurgit* habet Fabric. BURM. 50 locus Steph. Fabr al. 52 * haec eadem leguntur in Scholiaſte Statii ad I. Achil. 355. ubi etiam, vel quod ſimul unam m. ex. &c. 51 deſunt Voſ. L. R. Steph. al.

Pentheſilea furens, mediiſque in millibus ardet,
Aurea ſubnectens exſertae cingula mammae,
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.
Haec dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
Dum ſtupet, obtutuque haeret defixus in uno;
Regina ad templum, forma pulcherrima, Dido
Inceſſit, magna juvenum ſtipante caterva.

Qua-

SERVII.

491. PENTHESILEA FURENS. [52] [Martis & Otreres filia fuit, quam Achilles, cum adverſum ſe pugnantem peremiſſet, poſt mortem ejus adamavit, eamque honorifice ſepelivit. DUCIT autem & ARCET, ad laudem picturae pertinet.] *Furentem* ideo dixit, quia ſororem ſuam in venatione confixit, ſimulans ſe cervam ferire; ſed hoc per tranſitum tangit: nam hic, furor bellicus intelligitur: [53] [aut *furens*, quia majora viribus audebat.]

492. AUREA. Amphibolon eſt hoc loco, utrum *ipſa aurea*, an *aurea cingula*. Sciendum tamen, plerumque amphiboliam metri ratione diſſolvi, ut inf. 698. *Aurea compoſuit ſponda, Dido aurea:* ſi enim ad ſpondam referas, non ſtat verſus. [54] [SUBNECTENS. Subnexa habens.] EXERTAE. Nudatae: nudant enim quam [55] aduſſerint mammam.

493. VIRGO. [56] Et ſexum oſtendit & aetatem: [plus enim dixit, quam ſi foeminam diceret; figuram tamen Graecam facit.]

495. [57] [DUM STUPET. Abſolute: aut, dum hoc ſtupet.] OBTUTU. Aſpectu. IN UNO. In unoquoque: hoc eſt, ſingula mirabatur.

496. FORMA PULCHERRIMA. Ut ſup. 75. *Pulchra prole.*

497. [58] [INCESSIT. Ut: *Incedunt pueri:* ſed hic ſupervenit.] STIPANTE CATERVA. Ad hoc tantum ſequens pertinet comparatio. Quam multi vituperant [59] [comparationem hanc,] neſcientes exempla, vel parabolas, vel comparationes adſumptas, non ſemper uſquequaque congruere; ſed interdum omni parte, interdum aliqua convenire.

VARIORUM.

ganter ter repetit *ut*. vid. Ecl. VI. 66. & I. Georg. 135. & ſupr. 290. & 398. & mox 660. ſic apud Sil. Ital. XII. 187. recte Cl. Drakenb. ter repetitum *ut* tuetur. vid. & ad Suet. Tib. XXI. & Gronov. ad Gell. III. 9. & Liv. XXVIII. 9. & alios. BURM.

487. CONSPEXIT. *Conſpectat* Voſſian.

Ibid. INERMIS. Tollenda diſtinctio major, & continuanda oratio, ut *ſpolia* &c. *conſpexit*, *agnovit* quoque ſe permixtum principibus.

488. AGNOVIT. *Agnoſcit* Praeſens tempus picturae convenientius. FABRIC. *Adgnovit* Medic. & Rottend. pr.

490. DUCIT. *Duxit* Menagianus prior & Zulichemius. ſed *ducit* habet Nonius in *Pelta*. & Sch. Statii ad v. Theb. 145. BURM.

491. ARDET. Hoc conjungo cum τῷ *bellatrix*; verſum ſequentem, ut in parentheſi ponens. BURM.

492. AUREA. H. Steph. diſſ. de Crit. p. 89. hic ineptire Servium, de amphibolo agentem, docet.

494. AENEAE. *Aenea* alter Mentelii, Rottendorphius. *haec cum* Dorvillian. & ita Rufin. de Schem. Lex. p. 33. qui *Aeneae* poſitum pro *ab Aenea* contendit.

495. OBTUTUQUE. *Obtuituque* unus Heinſii. & Vra-

52 deſunt iidem. 53 deſunt iidem. 54 deſunt iidem. 55 aduſſerunt Steph. 56 aetatem oſtendit & ſexum Steph. Dan. Fabr. al. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 58 deſunt iidem. ſed Dan. & Fab. habent tantummodo, *inceſſit:* hic ſupervenit. illud *incedunt pueri* neſcio unde petitum: ſed poteſt illuſtrari ex lib. IV. 140.

Nec non & Phrygii comites & laetus Iulus
Incedunt. BURM.

59 deſunt L. Voſ. R. Steph. in Dan. & Fabr. haec, *multi vituperant* com. h. &c. leguntur ad ỳ. 499. poſt *dicuntur*. in Baſil. ad hoc s. p. comparatio. nam comparationes, parabolae & exempla, non ſemper uſquequaque congruunt, ſed modo per omnia, modo per aliquam partem.

Qualis in Eurotae ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros; quam mille ſecutae
Hinc atque hinc glomerantur Oreades, illa pharetram
Fert humero, gradienſque deas ſupereminet omnis:
Latonae tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido: talem ſe laeta ferebat
Per medios, inſtans operi regniſque futuris.

Tum

SERVII.

498. [60] EUROTAE RIPIS. Fluvii Laconiae. CYNTHI. [61] *Cynthus* mons Deli, [62] in qua natam conſtat eſſe Dianam. [Sane Dianam veteres ideo melius producebant, quia ſub divo Dea ſit, venandi gratia.]

499. EXERCET DIANA CHOROS. Hoc non ad comparationem pertinet; ſed eſt poëticae deſcriptionis evagatio; [63] [quod *chori* nec perſonis hic, nec locis congruunt: ſaltantium enim & cantantium dicuntur.] MILLE. Finitus numerus pro infinito: nam de Nympharum numero varia eſt opinio.

500. OREADES. Nymphae montium *Oreades* dicuntur: ſylvarum *Dryades*: quae vero cum ſylvis naſcuntur, *Hamadryades*: fontium *Napeae*, vel [64] *Naides*; maris vero *Nereïdes*.

502. TACITUM. [65] [Pro, tacite:] major enim eſt taciturnitatis affectus, ut ſupra 41. *Haec ſecum.* Sic Terentius Hecyr. I. II. 32. *Ut mecum tacita gaudeam.* [Ergo *tacitam*, pro tacite, ut VII. 343. *Tacitumque obſedit limen Amatae*: aut tacita gaudet.] PERTENTANT. Modo vehementer tentant. Alibi, leviter, ut V. 828. *Blanda viciſſim Gaudia pertentant mentem.* [66] Sunt enim multa, quae pro locis intelliguntur, ut *impotens*, & ſatis, & minus, & nihil potens, ſignificat. INSTANT OPERI. Zeugma eſt ad ſequentia pertinens.

504. REGNISQUE FUTURIS. [67] Regnaturae Carthagini: urbi ergo: nam ipſa jam regnabat.

VARIORUM.

Vratiſlavienſis. *diffixus* prior Rottendorphius. vid. inf. VII. 249.

497. JUVENUM STIPANTE. *Comitante* Menagii, & Hamburgenſis priores. *juvenum magna* Sprotianus. videndum, an ex comparatione Dianae & comitatu Nympharum hic *juvenes* ſumantur pro puellis. vid. ad Phaedr. II. 2. an, ut apud Suet. Aug. XXXI. *Juvenes utriuſque ſexus* intelligantur. Gellius tamen IX. 9. Tyrios principes interpretatur. ſed vide Corradum. BURM.

498. QUALIS. Vide Macrob. V. 4. NANS. Excutit hanc comparationem Corradus & H. Stephanus diſſ. de Criticis p. 109. & 182. & ſeqq. qui multis agit de verbo *pertentare*.

499. SECUTAE. *Secuntur* Parrhaſ.

500. GLOMERANTUR. *Numerantur* Graevianus.

501. GRADIENSQUE. *Ingredienſque* apud Macrob. Satur. lib. V. 13. in ſcriptis exemplaribus: nam vetuſtae editiones *gradienſque*. praeterea *gradienſque dea*, ex ſcriptis Giphanius Indice Lucret. p. 462. HEINS. *Gradiens* Macrob. V. 4. —

502. PERTENTANT. *Praetentant* prior Hamburgicus. *pertentat* Menagii prior & unus Heinſii. *Latonae &* unus Heinſii & Parrhaſ. *Tacitum pectus*,

60 EUROTAE. Euripis ß. Laconicae L. R. Laconiae Steph. Dan. Fabr. al. 61 CYNTHI. montis Deli L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 62 in quo nata Diana memoratur Steph. Fabr. al. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. 64 Najades Steph. Dan. al. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 66 Hic Fabr. & alii inſerunt. Apud Homerum Nauſicaa ludibunda, inter familiares puellas, cum Diana confertur in jugis montium inter agreſtes Deas, ſicut Virgilius Didonem inter Tyrios principes comparat. Qua de ſimilitudine inſpice Aulum Gellium libr. IX. Noct. Att. cap. 9.

Οἵη δ' Ἄρτεμις, &c.

ſed hoc aliunde petitum, &, a commentatoribus mutuatus, ſciolus Servii notis temere inſeruit, ut & aliis locis idem admiſit Fabricius, vel quicumque editionibus illis manum admovit. BURM. 67 Regnaturae urbi, nam ipſa j. regnabat Dan. Regnaturae Carthagini n. i. j. r. Fabr. Carthagini. Urbe ergo jam ipſa * nam regnabat Fuld. ſed L. Voſ. R. Steph. alii tantummodo habent, regnaturae Carthagini.

Tum foribus divae, media teſtudine templi,
Septa armis, ſolioque alte ſubnixa reſedit.
Jura dabat legeſque viris: operumque laborem
Partibus aequabat juſtis, aut ſorte trahebat:

Quum

SERVII.

505. TUM FORIBUS DIVAE. Inſtans praecipue foribus: & hoc loco diſtinguendum eſt: magno enim ſtudio & labore templorum fores fiebant, quas quibuſdam inſignibant hiſtoriis, ut VI. 20. *In foribus lethum Androgei.* Item III. Georg. 26. *In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto.* [68] Quamvis quidam jungant, TUM FORIBUS DIVAE MEDIA TESTUDINE TEMPLI: ut unum intelligas tectum templi, [69] [& fores:] quod ſi eſt, ſub medio tecto ſunt fores; ſed prima melior expoſitio eſt. TESTUDINE. [70] Camera incurva vel fornicata, quae [71] [ſecundum eos, qui ſcripſerunt de ratione templorum,] ideo ſic fit, ut ſimulacro coeli imaginem reddat, quod conſtat eſſe [72] convexum. [73] [Quidam tradunt, apud veteres omnia templa in modum teſtudinis facta.] [74] [At vero ſequenti aetate, divinis ſimulachris poſitis, nihilominus in templis factas eſſe teſtudines, quod Varro ait, ut ſeparatum eſſet, ubi religio adminiſtraretur. Bene ergo, cum de templo loqueretur, addidit ei *teſtudinem.* Item Varro de Lingua Latina ad Ciceronem: *In aedibus locus patulus relinquebatur ſub divo, qui erat relictus, & contectus erat, appellabatur teſtudo.* Cicero, in Bruto: *Commentatum* [75] *in quadam teſtudine fuiſſe.* Alii locum in parte atrii volunt adverſum venientibus.] Alii hunc ordinem volunt: Tum foribus divae templi reſedit media ſcutorum teſtudine, quod ſepta armis erat. [76] [Hoc genus fabricae ab animalis ſimilitudine, quae teſtudo vocatur, captum eſt: de qua fabula talis eſt. Virgo quaedam nomine Chelone, linguae [77] impotens fuit; verum cum Jupiter Junonem ſibi nuptiis jungeret, praecepit Mercurio, ut omnes Deos vel homines, atque omnia animalia ad nuptias convocaret: ſed omnibus, quos Mercurius monuerat, convenientibus, ſola Chelone, irridens & derogans nuptiis, nectens moras, adeſſe contempſit. Quam cum Mercurius non veniſſe notaviſſet, denuo deſcendit ad terras, & aedes Chelonis ſupra fluvium poſitas praecipitavit in fluvium, ipſamque Chelonem in animal ſui nominis vertit, quam nos Latine *teſtudinem* dicimus. Fecitque ut pro poena dorſo tectum, velut [78] domum ſuam, prona portaret; unde incurvatis aedificiis hoc nomen impoſitum eſt.]

506. SEPTA ARMIS. Satellitum ſcilicet; [vel ut quidam volunt, pro armatis, ut II. 238. *Foeta armis.*] SOLIO. *Solium* proprie eſt armarium uno ligno factum, [79] in quo reges ſedebant propter tutelam corporis ſui: dictum quaſi *ſolidum.* [80] [Modo jam] abuſive *ſellam regalem* [81] dicimus. ALTE. [Alto fulta ſuggeſtu;] Ac ſi diceret, in tribunali. SUBNIXA. Pro, *ſubniſa*, ut ſupra 144. diximus: [82] [alii pro *innixam* accipiunt.]

507. JURA DABAT, LEGESQUE. *Jus* generale eſt, ſed *Lex*, juris eſt ſpecies. [83] [*Jus*, ad non ſcripta etiam pertinet; *leges* ad jus ſcriptum.] Non eſt ergo iteratio: [& bene *dabat*: primi enim Locri ſcriptis uſi ſunt legibus: nam ſuperior aetas contenta fuit moribus.] [84] VIRIS autem ad Didonis pertinet laudem; [& ſeparatim enuntiandum eſt, ut ſit major admiratio.]

508. SORTE TRAHEBAT. [85] Proprie locutus eſt: trahuntur enim ſortes, hoc eſt, educuntur. [Et bene tam regnantis, quam aedificantis urbem, implere oſtendit officium.]

VARIORUM.

ctus, ut *tacitae cogitationes* Cicer. pro Ligar. cap. 2.

ubi

68 haec omiſit Maſvicius. ſed pro iis, aliqui legunt. TUM &c. Fabr. & al. 69 deſunt L. Voſ. R. 70 camera obliqua L. Voſ. R. Steph. camera incurva, quae Baſ. 71 deſunt Dan. 72 ſubvexum L. 73 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 506. 74 deſunt Dan. Fabr. 75 *in * quidam teſtudinem locum in* &c. Fuld. 76 Hoc genus f. a ſimilitudine teſtudinis vocatur, quae fuit virgo quaedam, parvi pendens Jovis praeceptum per Mercurium, quod ille praecepit Diis omnibus beſtiiſque, ut veniſſent ad nuptias Junonis, in animal tale converſa eſt. unde incurvatis aedificiis impoſitum eſt. Dan. Fabr. 77 impatiens Fuld. 78 damnum ſuum Fuld. 79 in quo uno Dan. 80 deſunt Baſil. modo abuſive Fabr. 81 intelligimus L. Vol. R. Steph. 82 deſunt iiſdem. ſed tota nota abeſt a Baſil. 83 deſunt L. Voſ. R. 84 quod autem dixit *juris*, ad Steph. Dan. Fabr. *pro viris* quae voces in MSſ. vix diſcerni queunt. moribus * autem ad Fuld. 85 educebat, proprie Fabr. at Baſil. ſolum *educebat* dat, & reliqua ignorat.

Quum ſubito Aeneas concurſu accedere magno
Anthea Sergeſtumque videt, fortemque Cloanthum,
Teucrorumque alios: ater quos aequore turbo
Diſpulerat, penituſque alias avexerat oras.
Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul percuſſus Achates

Lae-

SERVII.

509. CONCURSU ACCEDERE MAGNO. Cum magna Afrorum multitudine; & hoc eſt, quod formidat Aeneas, incertus, qua eos mente comitentur.

512. DISPULERAT. Segregaverat. [86] [Et magna eſt inter *de* & *di* differentia, [87] ut ſupra 224. dictum eſt.] PENITUS. Longe a regina remotos: quae res etiam inſolentes cuſtodes litorum facit.

513. OBSTUPUIT. Et ad admirationem, & ad timorem hic pertinet ſermo, [88] quo dicenda praeoccupat. [PERCULSUS. Ad utrumque pertinet.]

VARIORUM.

ubi Fabric. Ovid. Ep. XIII. 69. *tacito in pectore dixi.* Stat. II. Theb. 481. *tacito ſub pectore.* BURM.

504. FUTURIS. Hic diſtinctione majore mutata in minorem, conjungit *inſtans tum foribus Divae*, ibique ſenſum finit Catroeus, ut & Servius, quod durum: ego malim Corradum, Turnebum & Cerdam ſequi. Regius diſtinguit poſt *foribus. in foribus* Nonius in *teſtudines. in media* etiam Parrhaſ.

506. ALTE. *Alto* Mentel. pr. & ſecundus Moreti. ita Ovid. IX. Ep. 153. *Solio ſedet Agrius alto.* vid. ſupr. ỳ. 56. male hic *reſidit* alii volunt. vid. Comment. ad Valer. Max. I. VIII. I.

507. OPERUMQUE LABOREM. Vid. ſupr. 455.

508. AUT SORTE. *Ac ſorte* Hamb. alter.

509. CONCURSU. *Jam curſu* alter Moreti. *cum curſu* Zulichemius & Voſſian. *tum ſubito* etiam Leidenſis.

Ibid. ACCEDERE. *Aſcendere* legitur apud Victorinum in Arte Grammatica. Mendoſe, ni fallor. HEINS.

510. SERGESTUMQUE. *Sereſtumque* Montalb. vid. inf. 611. & IV. 288.

512. AVEXERAT. *Advexerat* ſcripti meliores & recte. in Sprotiano & Montalbanio, *adverterat*, pro *averterat*, quod Gudianus & alter Rottendorf. & tertius praeferebat. lib. IV. 106. non diſſimili modo ex optimis membranis,

Quo regnum Italiae Libycas averteret oras.

HEINS. *Aduxerat* Dorvillian.

513. OBSTUPUIT. Monendum eſt libros ad unum omnes veterrimos, tam hic, quam aliis in locis, *obſtipuit* pro *obſtupuit* agnoſcere, mira conſtantia, eandemque ſcripturam in antiquiſſimis Terentii, Naſonis, ac aliorum Poëtarum exemplaribus paſſim apparere. Hinc *obſtipidus*, quod Gelliani codices vetuſti conſtanter exhibent libro V. cap. I. HEINS.

Ibid. PERCUSSUS. *Perculſus* in Mediceo & Menteliano utroque, & duobus Rottend. & Moreti tribus. tum diſtingue, *perculſus Achates, laetitiaque metuque avidi*; ſed verius eſt, quod in vulgatis & ſcriptis plurimis circumfertur, *percuſſus*. & ſic Gudianus a manu pr. Seneca Thyeſte 828.

Trepidant pectora magno percuſſa metu.

ubi membranae nonnullae, *perculſa*. Silius lib. VII. 416.

Tum magno percuſſa metu Nereïa turba,
Attonitae properaeque fluunt ad limina nota.

quomodo verſus ibi ex codicibus vetuſtis conſtituendi: male illic *perculſa* in nonnullis exemplaribus. idem libr. V. 587.

Ductor praeſago percuſſus pectora luctu.

lib. VI. 568. *hic fletus, ubi aures Percuſſae graviore malo.* Apud noſtrum ex ſcriptis noſtris omnibus IV. Georg. 357.

Percuſſa nova mentem formidine mater.

Apud Valer. Flac. lib. VII. 475. ſcripti pari conſtantia,

Tum vero extremo percuſſa dolore.

Idem alibi III. 573. *nube mali percuſſus amor.* & VIII. 28. *percuſſus nube ſoporis.* apud eundem Valerium lib. VIII. 35. de Medea.

Icta timore gravi mediam ſe immiſit.

ſic enim ibi ſcribendum ex optimis membranis, non

86 deſunt Baſil. magna eſt inter *di* & *dis* Steph. Fabr. Dan. Fuld.

87 ut diximus L. Voſ. R.

88 quod dicendo praeoccupat

Laetitiaque metuque, avidi conjungere dextras
Ardebant: ſed res animos incognita turbat.
Diſſimulant; & nube cava ſpeculantur amicti,
Quae fortuna viris; claſſem quo litore linquant;

Quid

SERVII.

514. LAETITIAQUE METUQUE. *Laetitia*, propter ſocios liberatos; *metu*, propter concurſum; [vel quod incerti erant de voluntate Didonis. AVIDI CONJUNGERE. Ut conjungerent, vel ad conjungendum avidi.]

515. ARDEBANT. Cupiebant, [89] [ut II. Ecl. I. *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin. Ardeo* autem] & accuſativum regit & ablativum. RES INCOGNITA Hoc eſt, qua affectione [90] Poenorum populus conveniret.

516. DISSIMULANT. *Diſſimulamus nota*; *Simulamus ignota*, [91] ut Salluſtius Catil. cap. V. [92] [*Cujuſlibet rei*] *ſimulator ac diſſimulator.*

517. QUAE FORTUNA. Utrum proſpera, an adverſa? [& ſic oſtenditur unde ſit metus.]

VARIORUM.

non *acta*. *icta malo* Naſo in Faſtis lib. II. 118. & Statius Theb. IX. *icta dolore*. apud Lucret. lib. III. 663. *mens icta* pro conſternata. apud Petronium in carmine de bello civili.

Hos inter motus populus (miſerabile viſu)
Quo mens icta jubet, deſerta ducitur urbe.

Tertullianus lib. II. ad Nationes cap. 9. *ſi Paunus Pici filius in jus (lege in rus) agitabatur, mente ictus, curari eum magis, quam conſecrari decebat.* Horatius IV. Od. 5.

Sic deſideriis icta fidelibus
Quaerit patria Caeſarem.

denuo iterum *ictus dolore* apud Dictyn Cret. lib. V. *Interim Ajax indignatus, & ob id ictus dolore animi*, ita vetuſtus codex, qui apud me exſtat, non *victus*, quod eſt in vulgatis. Aul. Gellius lib. I. 8. *Tali petulantia mulieris atque pecuniae magnitudine ictus, expaviduſque Demoſthenes avertitur* (lege *avertit*) *& diſcedens, Ego*, inquit, *tanti poenitere non emo.* apud noſtrum Aen. X. 63. ex vetuſto codice, *tum regia Juno Icta furore gravi.* ſed redeamus ad *percuſſum*. apud Lucanum lib. I. 482.

Nec ſolum vulgus inani
Percuſſum terrore pavet.

ita enim plerique codices vetuſti, in paucis *perculſum*. Idem lib. II. 234.

At non magnanimi percuſſit pectora Bruti
Terror.

lib. VI. 596.

Mens dubiis percuſſa pavet.

ubi ex viginti & pluribus vetuſtis a me exemplaribus pervolutis, ſolus Richelianus codex *perculſa*. lib. VII. 466. eadem vetuſta exemplaria, *tamen omnia torpor Pectora conſtrinxit, geliduſque in viſcera ſanguis Percuſſa pietate coit.* Val. Flac. III. 528. *Herculeo Dryope percuſſa fragore.* Senec. Nat. Quaeſt. VI. 28. *nec quiſquam plura exempla vaticinantium invenies, quam ubi formido religione mixta percuſſit.* Lucret. lib. IV. 221.

Non populi genteſque tremunt, regeſque ſuperbi
Corripiunt Divûm percuſſi membra timore?

ſic meliores noſtri & Gryphiani. ut *ferire timore* dixit Prudentius Hymno B. Fructuoſi ℣. 19. *icta luctu* apud Senecam in Carmine Cornelii Severi de Cicerone.

Abſtulit una dies civis (leg. *urbis*) *decus, ictaque luctu*
Conticuit Latiae triſtis facundia linguae.

HEINS. *Percuſſus* Parrh.

514. LAETITIAQUE. *Laetitiamque metumque* alter Hamburgicus. *laetitiaque avidique metu* Montalbani. *contingere* alter Hamburgenſis & Zulichemius. & ita Gudianus a manu prima. *laetitia metuque* Parrhaſ.

515. SED RES. *Animos ſed res* quartus Moreti.

516. ET NUBE. *Quia nube* Menagianus ſecundus.

517. CLASSEM. *Claſſim* Sprotianus. vide annotata ſupr. ℣. 117. HEINS. *Claſſes* prior Hamburgicus. *quo in litore* unus Heinſii. Vulgatam agnoſcit

Do-

89 deſunt Baſil. 90 deeſt Dan. 91 *diſſimulamus* quod ſumus, *ſimulamus* quod non ſumus Baſil. Fabr. 92 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. al. *cujus rei libet*, in Salluſtio legitur.

Digitized by Google

Quid veniant. Cunctis nam lecti navibus ibant,
Orantes veniam, & templum clamore petebant.
Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi;
Maxumus Ilioneus placido ſic pectore coepit:

O Re-

SERVII.

518. CUNCTIS NAM LECTI NAVIBUS IBANT. Bene addidit *lecti*, ne penitus omnes [93] intelligeremus. [Sane *cuncti*, non idem ſignificat quod *omnes*: Cicero ſaepe ait: *Cuncti atque omnes*: quia *omnes* non ſtatim ſunt *cuncti*; niſi iidem ſimul ſint juncti.] Nonnulli tamen *lectis navibus* legunt. Quod [94] ſi ſit, hypallage eſt: & illuc ſenſus recurrit. Et ſciendum plerumque, ut hoc loco, addi aliquid generalitati, & fieri ſpecialitatem, [95] ut eſt, ſi dicas: *Omnes ſcholaſtici laborant*, generalitas eſt: ſi addas *iſti*, fit ſpecialitas, [96] [ut Salluſtius Hiſt. lib. I. *Tranſgreſſos omnes recepit mons Balleia*: prudenter addidit *tranſgreſſos*.]

519. ORANTES VENIAM. [97] *Venia* pro culpa petitur; ſed nunc aut pacem aut beneficium, propter incendium navium: aliqui tamen *veniam* pro impunitate accipiunt: nam mox addit: *Prohibe infandos a navibus ignes*. Et proprie verbum pontificale eſt; unde eſt IV. 50. *Tu modo poſce deos veniam*. Et paulo poſt: *Pacemque per aras Exquirunt*. Dicta autem *venia*, ad eliciendam miſericordiam: meretur enim benevolentiam numinum, qui, licet innocens ſit, *veniam* [98] tamen, tanquam peccaverit, petit: unde eſt confeſſio illa in Terentio Andr. III. V. 15. *Quid meritus* [99] *es? crucem*.

520. MAXIMUS ILIONEUS. Rebus omnibus [1] maximus: neque enim aliquid addidit; [ergo & aetate, & genere, & facundia, & omni virtute, maximus:] & non ſine cauſſa ipſum ubique inducit loquentem: ut enim Homerus dicit: Phorbas, pater Ilionei, ſemper Mercurio, deo eloquentiae, favente, pugnavit: ut Horatius I. Od. 10. *Mercuri, facunde nepos Atlantis*. Merito ergo huic [2] datur eloquentia. PLACIDO SIC PECTORE COEPIT. [3] More ſuo uno ſermone habitum futurae orationis expreſſit. [Bene ergo *placidus*, ne timore conſternatus videretur, quem ideo aetate maximum & patientem oſtendit, ut ei auctoritas, & de aetate, & de moribus creſcat. Ergo *placido*, ad placandum apto: & definitio eſt oratoris, qui talem ſe debet componere, qualem curat judicem reddere.]

VARIORUM.

Donatus ad Terent. Adelph. III. III. 50. & Rufinianus pag. 32. BURM.

518. QUID VENIANT. Pro *quare* explicat Donatus ad Terentii Andr. I. IV. 7. & Adelph. III. III. 50. vid. Heinſ. ad Ovid. V. Met. 651. infr. VI. 389. & ita *quid properent*, explicat quam ob cauſſam Servius infr. ỳ. 745. BURM.

Ibid. CUNCTIS NAM LECTI. Sic a manu prima prior Mentelii cum Gloſſa, *ex omnibus navibus*. nec aliter Mentelianus alter, & Moreti primus & ſecundus cum ejusdem fragmento, & aliis duobus, & totidem Rottend. a manu ſecunda. at Gudianus a pr. *cunctis nam lectis*. ceteri noſtri fere cum Pierianis, *cuncti*. quod licet Donatus quoque & Servius videantur agnoſcere, mihi tamen non probatur. in Veneto tamen, *cuncti nam lectis*. *Duo*, *cunctis nam laeti*. HEINS. Ita Menag. pr. Puget. & Hamb. pr. *cuncti nam laeti* Dorvil.

519. ET

93 intelligeres Fuld. 94 etſi ſit L. Voſ. R. Fabr. al. 95 Salluſtii exemplum praeponit alteri; & tunc, item ſi dicas *omnes* &c. L. 96 *Palleja* L. in Salluſt. Edit. *Ballera*. Putſchius & Colerus dicunt in Fuldenſibus membranis eſſe, *Belela*. ſed in Danielis editione nihil tale occurrit. in antiquis editionibus vidi *Taleta*; Putſchius *Belona* reſcribit, cujus Stephanum dicit meminiſſe. ſed apud illum eſt *Belo* urbs & fluvius in Baetica. nomen ſine dubio corruptum. BURM. 97 pacem propter incendium navium. Et proprie &c. L. Voſ. R. Steph. al. reliquis omiſſis. venia quidem pro culpa dicitur Dan. 98 deeſt Steph. Dan. Fabr. al. veniam tamen, quam qui peccaverit, petit. Vlitius ad Grat. Cyn. 482. recte autem *venia* pro beneficio capitur, ut explicat Scholiaſt. Statii I. 205. & ita etiam in Codice Theodoſiano X. Tit. 18. de Theſauris leg. I. *ſi quis inventas opes offerre noluerit, a ſupra dicta venia debebit excludi*. ubi Jac. Goth. beneficium interpretatur. BURM. 99 deeſt L. Voſ. R. nec in Terentio legitur. 1 Maximus, id eſt honore, virtute, facundia. non en. a. addit. Dan. Fabr. Maximus non e. a. addit Steph. omiſſis reliquis, quae etiam deſunt L. Voſ. R. 2 dat eloquentiam Steph. Dan. Fabr. al. 3 bene placido, ne timore conſternatus videretur ad placandum, apta definitio eſt. more &c. expreſſit Dan. Fabr. caetera ex Fuldenſi ſunt: MSS. & al. illa modo dant, *more* &c. *expreſſit*.

Digitized by Google

O Regina, novam cui condere Juppiter urbem,
Juſtitiaque dedit gentis frenare ſuperbas,
Troës te miſeri, ventis maria omnia vecti,
Oramus: prohibe infandos a navibus ignis;
Parce pio generi, & propius res adſpice noſtras.

Non

SERVII.

522. O REGINA. Secundum artem rhetoricam id ei dat, quod [4] vult impetrare: nam eam per laudem, benevolam [5] reddidit: [quae benevolentia in principiis controverſiarum ſecundum praecepta rhetorica quatuor modis conciliatur; a Judicum perſona; a noſtra; ab adverſariorum; a re ipſa: quod hic invenitur: a Judicum perſona, *O Regina, novam cui condere Jupiter urbem*: a ſua perſona, *Troës te miſeri*: etiam ab adverſariorum, *Quod genus hoc hominum*: a re ipſa, *Hoſpitio prohibemur arenae*. Poſt praeparatam igitur benevolentiam, & ex ſua perſona miſeratione commota, adhibet preces: *Prohibe infandos a navibus ignes: Parce pio generi, & propius res aſpice noſtras.* An poſſint: *Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis.* Quo ergo ibatis? *Eſt locus, Heſperiam Graji cognomine dicunt.* Et cur huc veniſtis? *Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion.* Ne autem poſſint timeri, ait: *Pauci veſtris adnavimus oris.* An gratiam referant: *Officio nec te certaſſe priorem Poeniteat.* Quod autem Aeneam laudat, occulte etiam timorem injicit dicendo: *Nec bello major & armis.* Dicit etiam eſſe, qui vindicent, ſi fiat injuria: *Sunt & Siculis regionibus urbes, Armaque Trojanoque a ſanguine clarus Aceſtes.* An receſſuri ſint: *Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem.* Et ſubjunxit: etiam ſi regem amiſimus & Italiam non petierimus, tamen ad Siciliam neceſſario deſcendemus: *Si datur Italiam ſociis & rege recepto Tendere, ut Italiam laeti Latiumque petamus. Sin abſumpta ſalus, & te, pater optime Teucrum, Pontus habet Libyae, nec ſpes jam reſtat Iuli: At freta Sicaniae ſaltem.* NOVAM URBEM. Juxta Poenorum opinionem dixit, qui novam civitatem *Carthaginem* dicunt.]

523. JUSTITIA. Bene conſideravit ſexum: nec enim [6] *virtute* dicere poterat. FRENARE. [Non Carthaginenſium, ſed circumjacentium barbarorum: & bene] *Frenare*, continere, ut contra IV. 41. *Et Numidae infreni cingunt.*

524. TROES TE MISERI. Tacitis occurrit quaeſtionibus: ne ad populationem veniſſe videantur, [7] [more latronum, qui tunc vigebat.] [Et videtur aliud ad dignitatem, aliud ad miſerationem protuliſſe.] VENTIS MARIA OMNIA VECTI. Per maria: & eſt contra illud, [8] [ſicut dictum eſt:] cur ad Africam venerint: [9] [& oſtendit non ſponte veniſſe.]

526. PARCE PIO GENERI. Quotiens invidioſae ſunt praeſentes perſonae, rhetoricum eſt, ad alias confugere: ut hoc loco confugit ad genus: [10] [& infra confugit ad perſonam XII. 934. *Dauni miſerere ſenectae.*] ET PROPIUS. Id eſt, Vicinius, ſcilicet, ut tanquam victi accipiantur: [11] non tales omnes credantur, qualis Paris fuit in Spartae expugnatione, raptuque Helenae: nam [12] hiſtoriae hoc habet veritas: non voluntate Helenam ſecutam, ſed [13] raptam, expugnata urbe: unde & recipi meruit a marito. Tangit autem hoc latenter Virgilius illo loco X. 92. *Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter.* [14] [Ergo bene non *nos*, ſed *res noſtras* dixit.]

VARIORUM.

519. ET TEMPLUM. *Et* deeſt priori Hamburgenſi.

521. PLACIDO. *Placito* alter Menagii & Leidenſis unus. *nunc pectore* prior Hamburgenſis.

522. NOVAM. Et hic & alibi Servio, & aliis, reſpicere hoc epitheton ad ipſum Carthaginis Etymon notatum eſt, ut mirer Catroeum vertiſſe *ſuper-*

[4] deſiderat Steph. Dan. Fab. [5] reddit L. Fabr. al. 6 de virtute Fabr. al. 7 deſunt Commel. Ed. latronum abeſt a L. Voſ. R. Steph. Dan. 8 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. Fab. al. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 11 deeſt Dan. nec tales, qualis Paris Dan. non tales, qualis L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 12 deeſt Dan. nam hoc veritas rei habet Commel. 13 expugnata raptam civitate L. Voſ. R. Steph. al. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Non nos aut ferro Libycos populare Penates
Venimus, aut raptas ad litora vertere praedas:
Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis.
Eſt locus, Heſperiam Graji cognomine dicunt,

Ter-

SERVII.

527. POPULARE. [15] [Quia apud Veteres haec erat maxime cauſa navigandi. Sane] antiqui & *populo* & *populor* dicebant: unde eſt nunc *populare:* & I. Georg. 185. *Populatque ingentem farris acervum Curculio.* Nunc tamen paſſiva tantum utimur declinatione. [Quidam *populare*, pro ad populandum vel populatum accipiunt. VERTERE. Pro, avertere.]

529. NON EA VIS ANIMO. Argumentum ab impoſſibili; ſicut dictum eſt, ut I. 233. *Quid Troës potuere? Vis* autem eſt poſſibilitas, [hoc eſt, nec volumus, nec poſſumus.]

530. EST LOCUS. Comparatione orbis totius, Italia locus eſt: nam provincia, locus non poteſt dici: [16] minus autem eſt *quam*, [vel quem locum] ut ſupr. 12. *Urbs antiqua fuit.* [Aut ideo *locus*, ut oſtendat parvo poſſe eſſe contentos.] HESPERIAM. *Heſperiae* ſunt duae: una, quae *Hiſpania* dicitur, altera, quae eſt in *Italia:* quae hac ratione diſcernuntur: aut enim *Heſperiam* ſolam dicis, & ſignificas *Italiam:* aut addis *ultimam*, & ſignificas *Hiſpaniam*, quae in occidentis eſt fine: ut Horatius I. Od. 36. *Qui nunc Heſperia* [17] *ſoſpes ab ultima.* Et haec eſt vera *Heſperia*, ab *Heſpero* dicta, id eſt, ſtella [18] occidentali. Caeterum *Italia*, *Heſperia* dicitur a fratre Atlantis, qui pulſus a germano, Italiam tenuit: eique nomen priſtinae regionis impoſuit, ut Hyginus docet: [19] [Eſt autem carmen Ennianum: is enim ita ait: *Eſt locus, Heſperiam quam mortales perhibebant.*] [GRAJI COGNOMINE DICUNT. Bene *Graji*, ut & ipſa cognoſcat, ſicut in Octavo 135. *Electra (ut Graji perhibent) Atlantide cretus.*]

VARIORUM.

perbam. vid. Solin. cap. XXVII. & Salmaſ. Exerc. Plin. p. 228. BURM.

523. FRENARE. *Servare* alter Hamburgicus. recte Servius notat *Juſtitiae* hic tribui, quia feminam laudat. contra de viris bellicoſis agens lib. VI. 854. dixit, *debellare ſuperbos.* quod virtutis eſt. BURM.

524. VENTIS. *Circum* prior Hamburgicus ex ỳ. 32. ſupra repetitum.

525. INFANDOS. *Infandis* Zulichemius a manu prima, qui etiam diſtinguebat, *oramus prohibe. inf. a. n. i. Parce.*

526. PIO. *Precor* alter Hamburgenſis. *&* deeſt Montalbano. *res accipe* prior Hamburgicus. ſed Schol. Stat. II. 496. vulgatam habet. BURM.

527. LIBYCOS. *Tyrios* Bigotianus. *Iliacos* Sprotianus. de verbo *populare* activa forma vide Daviſ. & Oudend. ad Caeſ. VII. B. G. 77. *Penates* de domibus capiendum, non de Diis Libyae, ut Catroeus. *populare* pro *populatum:* vid. Donat. ad Terent. Hecyr. I. II. 114. & Phorm. I. II. 52. BURM.

528. AD LITORA VERTERE. Codex noſter Venetus, *advertere litora praedas.* ut lib. XI. 261. *adigi litus.* HEINS. *Ad litora tollere* Sprotianus. *a litore vertere* Leidenſis. Serv. ad VIII. 207. *ad litora avertere praedas* vitioſe citat. vide ſupr. 472. ambigua ſententia pro varia lectione, an piratarum more praedas ex terra raptas ad litora & naves ſuas vertant, an a litore, in quod deſcenderunt, ad ſuas ſedes avehant. BURM.

529. ANIMO. *Animo eſt* Sprotianus. *animis, non tanta* Ed. Venet.

530. EST LOCUS. Quod Servius hic, & ad lib. III. 163. notet, *locum* non eſſe provinciam, ex Geographorum more venit. qui ut incertus auctor inter Rei agrariae ſcriptores p. 320. Ed. Goes, ait *majores noſtri orbem in partes, Partes in Provincias, Provincias in regiones, regiones in loca: loca*

in

15 deſunt iiſdem. 16 minus autem quam, ut *urbs* L. minus eſt a. q. ut *urbs* Voſ. R. minus autem eſt quam Steph. Dan. Fabr. al. & deeſt, quam, vel quem locum, ut ibi; *Urbs* deeſt relativum notat. aut Deo locus &c. Fuld. ſatis bene, ſed ut priores habent, puſſet explicari deeſſe relativum notat. Ilionea hic modeſte, ut victos decet, de Heſperia dixiſſe, quam ſupra de Carthagine dixerat Poëta, *Urbs antiqua*, vocando Italiam *locum:* quo vocabulo paſſim Geographi, vel de pago, urbecula, vel regione etiam ignobiliori ſolent uti, & centies ad Solinum haec de τῷ *loco* notavit Salmaſius. ſaepe vero Servius *minus* utitur, pro deeſt haec vel illa vox. BURM. 17 *opes* L. Voſ. *ſiſpes* R. 18 occidentalis L. 19 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al.

S 3

Digitized by Google

Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebae:
Oenotri coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.
Huc curſus fuit.
Quum ſubito adſurgens fluctu nimboſus Orion

In

SERVII.

531. ANTIQUA. Nobilis: nec enim nova eſſe poteſt: licet [20] primam terram ſuam eſſe dicant Athenienſes. [POTENS ARMIS. Dicendo *potens armis*, Trojanos laudavit, ut oſtenderet, non ſe [21] bellicoſorum timere provinciam.] UBERE GLEBAE. *Uber* proprie eſt foecunditas. Et bene Italiae virtutem foecunditatemque collaudat: ne Africam petiſſe videantur.

532. OENOTRI COLUERE VIRI. Deeſt *quam*. *Oenotria* autem dicta eſt, vel a vino optimo, [22] [id eſt, οἶνος,] quod in Italia naſcitur: vel, ut Varro dicit, ab *Oenotro*, *rege Sabinorum*. [23] [Alii Itali fratrem, *Oenotrum*, tradunt ex Arcadia in Italiam veniſſe [24] [cum Pelaſgis,] [25] & eam ſibi cognominem feciſſe.] FAMA. Subaudimus, eſt. MINORES. *Majores* & *minores*, quotiens de genere dicimus, numeri ſunt tantum pluralis.

533. ITALIAM. *Italus*, rex Siciliae, ad eam partem venit, in qua regnavit Turnus, quam a ſuo nomine appellavit Italiam: Unde eſt XI. 317. *Fines ſuper uſque* [26] *Sicanos*. Non uſque ad Siciliam; (nec enim poterat fieri, ſed uſque ad ea loca, quae tenuerunt Sicani, id eſt, Siculi, a Sicano, Itali fratre. [Alii *Italiam*, a bubus, quibus eſt Italia fertilis: quia Graeci boves Ἰταλοὺς, nos *vitulos* dicimus: Alii a rege Ligurum, Italo: alii ab advena [27] Moloſſio: alii a quodam Augure, qui cum Siculis in haec loca venerit, quamque his regionem inauguraverit * plures alare tenar in pote deſatura. Minois regis Cretenſium filiam Italiam dictam.]

534. [HUC CURSUS FUIT. Vel iſte curſus; vel pro, illuc; Et *curſus*, verbum nauticum eſt, ut IV. 46. *Hunc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.*]

535. [CUM SUBITO. Si *ſubito fluctu*, nomen eſt; ſi per ſe *ſubito*, adverbium.] ADSURGENS FLUCTU, NIMBOSUS ORION. [28] Oenopion rex, cum liberos non haberet, a Jove, Neptuno & Mercurio, [vel, ut quidam tradunt, non a Neptuno, ſed Marte,] quos hoſpitio ſuſceperat, [29] [hortantibus, ut ab his aliquid poſtularet,] petiit, ut ſibi [30] concederent liberos: illi, intra corium immolati ſibi bovis urina facta, praeceperunt, ut, [31] [obrutum terra,] completis maternis menſibus, ſolveretur: Quo facto, inventus eſt puer: cui nomen ab *urina* impoſitum, ut Οὐρίων diceretur: quod Dorica lingua commutatum eſt, ut ου diphthongus in ω verteretur. Quod autem plerumque prima ſyllaba brevis invenitur; ut [32] hoc loco, cum ſit naturaliter longa, Graecae rationis eſt: nam detractio fit υ literae, & ο remanet brevis; quo modo: Οὔρεα τε σκιόεντα, pro ὄρεα: & πουλὺν, pro πολύν. Et hoc, quia aut ω eſt naturaliter longa: aut ου diphthongus. Caeterum, ſi ſit in proprio nomine dichronos, ut omnes Latinae ſunt, propriorum nominum abutemur licentia, ut in Artibus lectum eſt. [33] *Orion* ergo poſtea venator factus, [velut trium parentum viribus fiſus,] cum Dianae vim vellet inferre, ut Horatius III. Od. 4. dicit, ejus ſagittis [34] occiſus eſt: ut Lucanus IX. 836. immiſſo ſcorpione [35] periit; ſed deorum miſeratione relatus [36] inter ſydera, ſignum famoſum tempeſtatibus [37] fecit. Veriſimilius autem eſt a ſcor-

20 deeſt Voſ. 21 bellicorum Fuld. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. 23 deſunt eisdem. alii patrem Italiae Oenotrium tradunt Fabr. 24 deſunt Dan. Fabr. 25 & eam ſuo cognomine feciſſe Dan. Fabr. 26 *Sicanos*, hoc eſt uſque ad &c. fratre. nam non uſque ad Siciliam. nec e. f. poterat L. Voſ. R. 27 Moluſſio, alii a Corcyreo, alii a Veneris filio, Rege Lucanorum, alii a quodam Augure Fuld. 28 Orion Fuld. 29 hortabatur Baſil. jubebatur Fabr. deſunt vero haec Dan. 30 filios darent Dan. 31 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. ſolveret etiam Fab. al. 32 hic cum ſit natura longa Dan. & mox, ω eſt ut naturaliter longa L. 33 hic vero Orion poſtea venator factus, cum Dianae vellet vim inferre, ut Horatius Dan. cum vellet cum Diana concumbere L. Voſ. R. Steph. Fab. al. illa, (velut t. p. v. f.) ex Fuldenſi ſunt. 34 deeſt Dan. 35 occiſus eſt Dan. 36 in ſidera L. Voſ. Steph. 37 fecerunt Dan.

Digitized by Google

In vada caeca tulit, penituſque procacibus auſtris,
Perque undas, ſuperante ſalo, perque invia ſaxa
Diſpulit. Huc pauci veſtris adnavimus oris.
Quod genus hoc hominum, quaeve hunc tam barbara morem
Per-

SERVII.

ſcorpione interemptum: [38] quo oriente occidit. [39] [Hoc ſignum ibi eſt, ubi Hyades circa frontem Tauri.] Sane [40] [ipſe Orion] magnitudine ſua multis oritur diebus, & ideo ejus etiam apud peritos eſt incerta tempeſtas: unde dictum eſt: *cum ſubito aſſurgens*, ad excuſationem non praeviſae tempeſtatis. Et multi ſuperfluo quaerunt, cur ortus commemoretur Orionis; cum ſit [41] a Junone immiſſa tempeſtas? Sed Ilioneus iſta non novit, quae a Poeta ſupra dicta ſunt, per Muſam, ut diximus, cognita. Et conſtat numina, niſi inventa occaſione, nocere non poſſe; quod in omni ſuo opere Virgilius [42] diligenter obſervat. [Bene autem *nimboſus:* quia & ortu ſuo, & occaſu, tempeſtates commovet; ſicut ait Horatius Epod. x. *Qua triſtis Orion cadit:* & quia hoc ſignum ibi eſt, [43] ubi Hyades circa frontem Tauri.]

536. IN VADA CAECA. Incognita, latentia. PROCACIBUS AUSTRIS. Perſeverantibus. Et *procax* proprie *petax* eſt: nam *procare* eſt *petere:* Unde & *proci*, *petitores* [44] dicuntur. [45] [Alii *procacibus*, impudentibus tradunt.]

537. PERQUE UNDAS SUPERANTE SALO. Elevato mari, & in undas diviſo; ut ſolet in tempeſtate. *Salo* autem, venit ab eo, quod eſt *ſalum*, *ſali:* nam ſup. ỹ. 173. *ſale tabentes*, ab eo, quod eſt, *hic ſal*, *ſalis*; [46] [cum *ſalum* a σαλεύω.] PERQUE INVIA SAXA. *Invia*, id eſt, aſpera, immania: unde & paulo poſt Dido: *Quae vis immanibus applicat oris?* Non enim ſuos vituperat; ſed naturam litoris culpat.

538. [47] [DISPULIT. Diſperſit.] [HUC PAUCI. Vult intelligi, ut quidam tradunt, ſupereſſe & alios, qui [48] ſunt futuri vindices; ſi iſti fuerint laeſi: nam hoc eſt quod ait: *diſpulit*.] ADNAVIMUS ORIS. [49] [Pro *adnatavimus*, per [50] ſyncopen.] Elegit verbum aptum naufragio, ad eliciendam miſericordiam: quamvis & de navibus *natat* lectum ſit, ut IV. 398. *Natat uncta carina.* [Et bene *adnavimus*, quaſi vix, & oportune.]

539. QUOD GENUS HOC HOMINUM? Rhetorice vituperaturus mores, non ad Didonem loquitur; ſed ad tertiam ſe confert perſonam. [QUAEVE HUNC TAM BARBARA MOREM PERMITTIT PATRIA. Bene mores accuſat terrae, ut inhumanitas patriae potius eſſe videatur.]

VARIORUM.

in territoria, *territoria in agros*, *agros in centurias &c. diviſerunt*. quae latius illuſtrat Jac. Gothofr. ad L. XII. Cod. Theod. de poenis. & hinc *locus* pro vico aut pago ſolet poni. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 98. & ex eo Vorſt. ad Valer. Max. V. III. Extr. 3. & Graev. ad Cicer. VII. ad Att. Epiſt. 3. & eo ſenſu etiam lib. IV. 213. poteſt capi pro parte regionis, *Cuique loci leges dedimus*. ubi ab urbe diſtinguitur *locus*. ut etiam apud Graecos δῆμοι, κῶμαι, χῶραι & χῶροι varie dicuntur. & *locum* minus notare quam regionem, patet & ex lib. VI. 670. & ſupr. ỹ. 459. niſi quis haec nimis ſubtiliter a Grammaticis tradi credat, quia non reſpondent ſequentibus, *Terra antiqua potens*; & ideo hic *locum*, pro terrae regione poni cenſeat. nam & lib. III. 163. nulla ſpecies deprimendi Italiam comparatione majoris regionis obtendi poteſt. BURM.

Ibid. HESPERIAM. Servius ſupr. ad ỹ. 12. *Italiam*, ut Mſſ. ibi exhibent.

532. OENOTRI. Sic & lib. III. 165. ſi *Oenotrii* legimus, erit Moloſſus: nam Graecis Οἰνώτριος, non Οἰνότριος. vide Voſſ. de Analog. II. 4. HEINS. Vid. ad Sil. Ital. IX. 473. XIII. 51. *tenuere* Vratiſlav.

534. Huc

38 oriente enim uno, alter occidit Dan. 39 deſunt L. Voſ. R. Steph. 40 deſunt iiſdem, & Dan. & Fab. 41 a Jove Voſ. 42 deeſt Fabr. al. 43 ubi * Sicles Fuld. forte, ubi Suculae. vid inf. 744. quas in fronte Tauri eſſe dixit etiam Servius ad I. Georg. 138. BURM. 44 vocantur R. L. Voſ. Steph. Fab. al. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 48 ſunt. . . . futuri Fuld. 49 deſunt L. Voſ. R. Steph. ADNAVIMUS. adnavimus, adnatavimus Dan. 50 ſyncopen, quoties ſyllaba de medio ſubtrahitur. & bene elegis &c. Fuld.

Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenae.
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.
Si genus humanum & mortalia temnitis arma;
At ſperate deos memores fandi atque nefandi.

Rex

SERVII.

540. HOSPITIO PROHIBEMUR ARENAE. Ut alibi VII. 229. *Littuſque* [51] *rogamus Innocuum. Littus* enim jure gentium commune omnibus fuit, & occupantis ſolebat ejus eſſe poſſeſſio. [Cicero in Roſciana: *Nam quid eſt tam commune, quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis?*] unde oſtenduntur crudeles, qui etiam a communibus [52] prohibeant.]

541. [53] CIENT. Id eſt, movent. [Et bene *cient* & *vetant*, permanet in certa perſona; ne eos in hoc barbaros & immites appellare videatur. Sane in principio modeſtius, hic jam commotius.] PRIMA [54] TERRA. Id eſt, in litore, ut alibi I. Georg. 12. [55] *Tuque o, cui prima frementem Fudit equum magno tel us percuſſa tridenti.*

542. MORTALIA ARMA. Mortalem poſſibilitatem. Sane per *arma* etiam conſilia ſignificantur, ut II. Aen. 99. *Quaerere conſcius arma:* [56] [Alii *mortalia arma* pro humanitate accipiunt.] Sed terret hoc loco latenter, propter Siciliam: nam & paulo poſt ait: *Sunt & Siculis regionibus urbes:* cum unam habeant, in qua Aceſtes regnat; ſed ad terrorem, *urbes* poſuit. [TEMNITIS autem, pro *contemnitis*, per aphaereſin dictum, quae eſt, cum prima verbi ſyllaba detrahitur.]

543. AT SPERATE DEOS. Abuſive, timete, ut alibi IV. Aen. 419. *Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.* Cum *ſperemus bona, timeamus adverſa;* [veteres tamen *ſperare* dicebant Deorum [57] auxilia rogare. Plautus in Milite IV. V. 10. *Deos ſperabo, teque poſtremo tamen.* In Caſina II. V. 38. *Diis ſum fretus, Deos ſperavimus.* Sane opportune poſt blanda principia iſta ponuntur: prodeſt enim nonnunquam ſubtiliter objurgare, quem roges.] MEMORES FANDI ATQUE NEFANDI. Id eſt, juſti & injuſti. Et bene *memores:* quia, etiamſi non ſtatim puniant crimina, ſunt tamen memores, ut Horatius III. Od. 2. *Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede poena claudo:* [& dicendo *fandi atque nefandi*, ſignificat, pro ut meriti fueritis.]

VARIORUM.

534. HUC CURSUS FUIT. *Hic* Mediceus, uterque Mentelianus, Gudianus, Menagianus, Rottendorphianus aliique quatuor; & ſic agnoſcit Nonius Marcellus in *curſus*. at quinque Moretani, *huc.* HEINS. Zulichemius etiam *hic* cum gloſſa, *in hoc loco.* & Regius. pro *illic*, *in illa patria* Gloſſ. *hic* etiam Ed. Venet. Dorvillianus ſupplet verſum *huc cunctis ire voluntas*, inepte & ita quoque claudicante verſu, niſi repetatur *fuit*, *huc cunctis fuit ire voluntas.* BURM.

538. DISPULIT. *Perpulit* Dorvil. a m. pr.

Ibid. VESTRIS ADNAVIMUS. *Voſtris* apud Aruſianum Meſſium citatur. mox in fragmento Moreti, *Quae genus haec hominum.* HEINS. *Quod genus eſt hom.* Menagii prior. *quae hunc* Mentelii & Hamburgenſis priores, & alter Mentelii a prima manu. *quaeve tam* Leidenſis unus. *permittit patriam* primus Moret. a m. ſec.

540. HOSPITIO. *Hoc ſpatio* Menagius prior.

541. CONSISTERE. *Conſidere* Oudartii, ſollemni varietate.

543. FANDI ATQUE. *Fandique nefandi* Bigotianus, Menagii prior, Sprotii, Hamburgenſis prior & Montalbani a manu prima. *Deas* Voſſian. ut Deas ultrices intelligat.

545. NEC

[51] *rogamus.* Occupantis eſt enim poſſeſſio litoris unde oſtenduntur crudeles &c. L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. cetera deſunt Fuldenſi. Ciceronis vero verba leguntur in Oratore cap. XXX. defunt vero L. Voſ. R. Steph. [52] prohibent L. Voſ. R. [53] CIENT. invocant Dan. [54] TERRA. litore Dan. [55] *tuque cui* L. Voſ. R. [56] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [57] auxilio eo . . . . . placitus Fuld. hanc Servii Fuldenſis expoſitionem τῦ *ſperare* pro rogare, probat, & aliis exemplis confirmat doctiſſimus Cannegieterus ad Aviani Fab. XXII. & in eum fere ſenſum haec Virgilii verba adducit Servius ad X. Aen. 45. ſed licet ita ſumatur alibi, huic tamen loco vix convenire videtur, quum terrere Didonem & Carthaginenſes, metu deorum ultorum, Ilioneus conetur. Quae Emmeneſſius hic notat, ad verbum deſcripſit ex Nanſii nota ad marginem libri ſui: ſed ille ne plagii crimen committeret, ſe ea Jac. Nicolao Loenſi debere profeſſus, ad ejus Miſcell. Epiph. II. 23. remittebat, ut & fecit Taubmannus. BURM.

Digitized by Google

Rex erat Aeneas nobis, quo juſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello major & armis.
Quem ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur aura
Aetheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris;
Non metus, officio nec te certaſſe priorem

Poe-

SERVII.

544. [REX ERAT AENEAS NOBIS. Bene medio verbo uſus eſt *erat*; nam ſi *fuit* dixiſſet, fiduciam habuiſſe videretur.] QUO JUSTIOR ALTER NEC PIETATE FUIT. Multum intereſt inter *juſtitiam* & *pietatem*: nam *pietas* pars juſtitiae [58] eſt; ſicut ſeveritas. Nunc ergo hoc dicit, qua parte ſit juſtus, id eſt, pietate. Et bene duo laudat in Aenea, pietatem, quam a Didone impetrare contendit: & virtutem, [59] qua vult eum timeri: [& certe, quoniam & beneficium referre poteſt, & vindicare.] [60] [*Pietas* enim in Deos, *juſtitia* in homines eſt: quibus duabus virtutibus regem ornatum eſſe convenit.]

545. BELLO MAJOR ET ARMIS. [61] [Hoc eſt, ſcientia rei militaris:] Non eſt iteratio: nam *bellum* & conſilium habet; *Arma* autem tantum in ipſo actu ſunt, [62] [id eſt, viribus dimicandi; ut aliud animi, aliud corporis ſit:] [63] [ut intelligat, eum & ſapientem imperatorem, & fortem eſſe militem: ut de Agamemnone inquit Homerus Iliad. Γ. 179. Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.]

546. [QUEM SI FATA VIRUM SERVANT. Unum ſenſum in tres partes diviſit; & potuit reprehendi idem dixiſſe, niſi oſtenderet, eum libenter voto ſuo immorari: tale eſt illud VIII. 574. *Si numina veſtra Incolumem Pallanta mihi, ſi fata reſervant.*] SI VESCITUR AURA. [64] [*Veſcor* verbum inchoativum eſt, [65] [ſine praeterito tempore, & quod a ſe naſcitur:] *Veſcor illa re* dicimus, ut alibi VIII. 182. *Veſcitur Aeneas ſimul & Trojana juventus Perpetui tergo bovis & luſtralibus extis.* Nec nos decipiat, quod dicit Plinius, ut elocutiones ex ſimilibus formemus: nam ecce, *comedo illam rem* dicimus; nec tamen *veſcor illam rem.* [66] Et ipſe enim dicit: non uſquequaque hoc eſſe [67] ſervandum. [Sane hic *veſcitur*, pro fruitur poſuit.]

547. [68] [AETHEREA AURA. Quia animam aëre, corpus cibo, potione, [69] [& caeteris, diligenter] nutrimus.]

548. NON METUS. Hoc loco diſtinguendum eſt. Cujus autem rei, ex ſequentibus probat: nam vult eam non timere; [70] ne haec inaniter praeſtet. [71] [Alii, *non metus officia*, legunt, & hunc ſenſum dicunt: non metuo pro officio noſtro, id eſt, non timeo, ne non ſit unde ſatisfaciam officio, ac parem gratiam reddam.] OFFICIO NEC TE CERTASSE PRIOREM POENITEAT. Nec tibi parum videatur primam beneficia praeſtitiſſe, cum poſſis majora recipere: nam *poeniteat*, parum videatur, eſt, [72] ut Terentius in Heautontimorumeno I. I. 20. *At enim quantum hic operis fiat poenitet*: hoc eſt, parum videtur. [Sane, *Certaſſe*, provocaſſe accipiunt, ut Terentius Phorm. Prol. 20. [73] *Beneficiis ſi certaſſet. Beneficium* autem eſt, quod Graeci τὸ καθῆκον appellant. Cicero de Marcello cap. VI. *Noli igitur in conſervandis bonis viris defatigari, non cupiditate praeſertim aliqua, aut pravitate lapſis; ſed opinione officii,* [74] *falſa fortaſſe, certe non improba.* SUNT ET SICULIS REGIONIBUS URBES. Id eſt, gratiam reddere poſſumus: arma latenter minatur.]

VARIORUM.

545. NEC BELLO. *Bello nec* ſecundus Moreti. *non pietate* Dorvillianus. recte vero Servius *Bellum* & *arma* diverſa eſſe ait. ſic Senec. Agam. 61.

Non

58 eſt, ſed naturalis Baſil. 59 quam vult timeri L. Voſ. R. qua vult timeri Steph. Dan. Fab. al. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 deſunt iisdem, & Dan. Fabr. al. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. & Dan. al. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. & haec omnia ad finem notae non eſſe Servii credebat Brouckh. ad Tibul. II. v. 63. 65 ſane hic *veſcitur* pro fruitur poſuit: nam non comedit auram, ſed vivit ea Dan. 66 & ipſe dicit Steph. Dan. & etiam ipſe Fabr. al. 67 faciendum L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 68 deeſt tota nota L. Voſ. R. Steph. al. 69 deſunt Dan. Fabr. 70 ne inaniter L. Voſ. R. Steph. al. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 ut in Heaut. L. Voſ. R. 73 *benedictis ſi*, legitur hodie in Terentio. 74 *fulta* Fuld.

Poeniteat. Sunt & Siculis regionibus urbes,
Armaque, Trojanoque a ſanguine clarus Aceſtes.
Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem,
Et ſilvis aptare trabes, & ſtringere remos.

Si

SERVII.

550. TROJANOQUE A SANGUINE CLARUS ACESTES. [Bene *Trojano*, ut neceſſe habeat, ſi paſſi fuerint injuriam, vindicare, quod in principio bene tacuit.] [75] [De *Aceſte* autem fabula talis eſt:] cum Laomedon promiſſam murorum mercedem Neptuno & Apollini denegaſſet, Neptunus iratus, Trojae immiſit [76] cetos, per quos vicina littoris vaſtabantur. Unde Apollo conſultus, cum & ipſe iraſceretur, [77] magis adverſa reſpondit, dicens: Objiciendas puellas nobiles belluae. Quod cum ſaepe fieret, [78] & Laomedontis Heſiona jam eſſet ad ſcopulum, orta ſeditione, monſtro expoſita, nonnulli parentes peregre mittere filias, quam domi perdere maluerunt: nam alii avehendas mercatoribus tradiderunt; timens Hippotes, quidam nobilis, [vel Ipſoſtratus] filiae Segeſtae, impoſitam eam navi miſit, quo fors tuliſſet. Et haec ad Siciliam delata, a [79] Crimiſo fluvio, quem Criniſum Virgilius poëtica licentia vocat, converſo in urſum, [80] ut alii, in canem, compreſſa [81] edidit Egeſtum, quem Virgilius *Aceſtem* vocat, qui ex matris nomine civitatem Trojanis condidit: quae [82] [ante *Egeſta*,] [83] poſt *Segeſta* dicta eſt.

551. QUASSATAM VENTIS. [84] [Quamvis ſit juſta petitio, tamen prope invidioſe oſtendit, quam ſit res, quam petit, exigua.] SUBDUCERE. In terram [85] trahere, [86] [hoc eſt, ſubductam curare.] *Deducere* autem, [87] in mare mittere, ut III. 71. *Deducunt ſocii naves.*

552. APTARE. [88] Aptas legere: [legitur & *optare*: ſed utrumque eligere ſignificat:] vel *aptare*, adjungere, vel affigere, [ut IV. 482. *Stellis ardentibus aptum.*] STRINGERE REMOS. Aut defrondare: ut IX. Ecl. 61. *agricolae ſtringunt frondes*: aut *Fractos ſtringere remos*, [89] id eſt, religare, [quia ſupra dixerat 104. *Franguntur remi.*]

VARIORUM.

Non illa bello victa, nec armis. Sil. Ital. VIII. 217. de Fabio, *Jam bellum atque arma poſuit.* ubi vide notas. XI. 125. *Per bella atque arma negatos faſces.* Noſter lib. IV. 615. *At bello audacis populi vexatus & armis.* nec Poëtae ſoli, qui ſaepe ſynonyma cumulare ſolent, ſed & Livius I. 5. *Ardoris aliquid ad bellum armaque inventurum.* & ita alii. BURM.

546. SI FATA VIRUM SERVANT, &c. Inter periſſologiae exempla refert etiam H. Steph. diſſert. de Criticis pag. 92. vide hic Servium, & mox ad ỳ. 556. hoc vero familiare Ovidio ter eamdem rem variis modis exprimere. ut I. Met. 10.

Ipſa quoque immunis, raſtroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus.

vid. ad lib. XIV. 360. & alibi. BURM.

Ibid. SI VESCITUR. *Et veſcitur* prior Hamburgenſis.

547. OCCUBAT. *Occupat* Mentelius & Menagius priores, & alter Rottendorphius.

548. NEC TE. *Nec te* ſcripti. videtur nihilominus refingi debere,

Non metus, officio ne te certaſſe priorem
Poeniteat.

atque ita poſtmodum in altero Hamburgenſi a manu ſecunda offendi exaratum: quamvis & Cariſius

lib.

75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 caetos, quod eam vaſtaret Voſ. R. L. qui eam vaſtarent Steph. Dan. Fabr. al. 77 contraria reſpondit L. Voſ. R. Steph. Dan. 78 timens Ippotes q. n. filiae Egeſtae, cum Laomedontis Heſiona jam eſſet, orta ſeditione, religata, impoſitam eam navi miſit, quo fors tuliſſet; haec ad Siciliam &c. L. R. Voſ. & ita Steph. & Fabr. niſi quod hi, filiae Segeſtae, habeant. Timens quidam Hippotes filiam ſuam Egeſtam, cum L. regis H. j. e. o. s. r. impoſitam navi m. q. f. tuliſſet. Et haec &c. Dan. pro religata Fab. dat: monſtro expoſita. Ippotius vel Ipſoſtratus Fuld. confer notam ad v. Aen. 30. 79 Crimniſaeo f. q. Crimniſum Steph. Baſil. Crimiſo, quem Criniſum L. Voſ. R. 80 vel canem L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 81 edidit Aceſten, (vel Aceſtem) qui L. Voſ. R. Steph. al. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 hodie *Segeſta* nominatur L. Voſ. R. Steph. Fab. al. 84 juſta petitio: & nihil praeterea omnes Mſ. & Ed. reliqua ſunt ex Fuldenſi. 85 ducere Dan. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 87 in mari ducere Dan. 88 aptas eligere, vel *aptare*, adjungere vel figere Dan. Fabr. aptas legere: omiſſis reliquis L. Voſ. R. Steph. cetera ex Fuldenſi. 89 id eſt, ligare L. Voſ. Steph. al. aut defrondare, id eſt ligare R.

Digitized by Google

Si datur Italiam, ſociis & rege recepto,
Tendere, ut Italiam laeti Latiumque petamus.
Sin abſumta ſalus, & te, pater optume Teucrum,
Pontus habet Libyae, nec ſpes jam reſtat Iuli;

At

SERVII.

553. SOCIIS, ET REGE RECEPTO. Syllepſis eſt per numeros, ut ſup. 16. *Hic illius arma, Hic currus fuit.*

554. SIN ABSUMPTA SALUS. Hoc eſt, ſi periit Aeneas, qui [90] Trojanorum ſalus eſt. [PATER OPTIME. Mira laus, cum & *patrem* & *optimum* dicit.]

556. NEC SPES JAM RESTAT IULI. Bene de Aſcanio *ſpem* dicit, propter aetatem, ut IV. 274. *Aſcanium ſurgentem.* & VI. 364. *Spes ſurgentis Iuli.* Sane & hic tribus immoratur, quae metuit, ut ſupra in voto.]

VARIORUM.

lib. V. vulgatum agnoſcat, ubi *non metus*, pro non metuendum eſſe, poni docet: & Nonius Marcellus in *certare.* & Donatus in Phormionem Terentii Prol. 21. paullo ante, *neque adhuc*, non *nec* conſtanter ſcripti. HEINS. *Neque te* multi. *nec te* etiam Cerda & Heuman. Tom. II. Poecil. lib. III. p. 380 ego puto ſenſum, *non* (vel *nec* ut Montalb.) *metus*, ſcil. eſt, ne nos vindicet, nec te poeniteat &c. id eſt, non poenitere poterit. ut Ovid. VI. Faſt. 41. *Nec me poeniteat poſuiſſe fideliter iram*, & ỹ. 45. *poeniteat, quod non fovi Carthaginis arces.* & ỹ. 51. Dorvillius ita Homerum ſaepe diviſſe Οὐχ' ἰδ. ut Il. Α. 647. Ψ. 205. notabat. BURM.

550. ARMAQUE. *Arvaque* legitur in libro A. Colotii. URSIN. In Mediceo *Arvaque.* HEINS. *Trojane a ſanguine* Moreti quart. de Aceſte & urbe Egeſta, vel Segeſta, vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 78. BURM.

551. QUASSATAM. Colvius ad Sidon. Apoll. I. Epiſt. ult. *Caſſatam* legit. ſed has habeat Sidonius ſibi ſordes, quas in puriſſimo Latinitatis fonte quis tolerare poterit? *vento* Hamb. prior. vulgata eſt apud Serv. IV. 53. BURM.

552. APTARE TRABES. *Optare* Montalbanius: ut lib. III. 109. *optavitque locum regno.* & ſupr. hoc ipſo libro 425. *pars optare locum tecto*, quod utroque loco pro *eligere* Servius interpretatur. idque Petronius videtur imitatus carmine de bello Civili.

Haec ubi calcavit Caeſar juga, milite laeto,
Optavitque locum.

noſter lib. V. 247.

Muneraque in naves ternos optare juvencos.

ita iſtic loci veterrimus omnium Mediceus codex: cum aliis nonnullis. Licentius in Catal. Pithoei pag. 337.

Ante ſub Aegaeo optabunt pia tecta palumbes,
Et verna Halcyone componat in arbore nidos.

ſic ſcribe, non, *verſa halcyone.* Silius lib. XIII. 688. *Excelſae turris poſt ultima rebus in artis Subſidium optaram.* hoc eſt, elegeram. Vegetius lib. II. 9. *Si equitatu gaudemus, campos debemus optare: ſi pedite, loca eligere anguſta*, quod fragmentum, illum ex Catonis libris de re militari, aut alio veteri auctore hauſiſſe, ſum certus. Aruſian. Meſſius. *Optavit illud illi* Virg. III. *Optavitque locum regno. & ſic etiam ſibi adoptavit.* plura Nonius in *optiones*, & nos ad Naſon. Faſt. II. 880. de *adoptandi* verbo, quod ejusdem eſt ſignificationis, & pro eligere nonnumquam capitur, vide Nonium in *optare.* Donatus ad illud Terentii in Andr. Act. IV. ſc. 5. *quae ſe inhoneſte optavit*, interpretatur *optare, unum* de duobus eligere, addito Maronis loco, *Optavitque locum tecto* HEINS. Ideo *optare* poteſt praeferri; quia remos aptare *ſilvis* faceret ſenſum ambiguum, an ſit dativi vel ablativi caſus. aptare enim navibus volebant, & in ſilvis eligere ſibi aptas. de commutatione horum verborum vid. Gronov. & Drakenb. ad Livii libr. IX. 31. *tangere remos* Hamb. ſec. BURM.

553. ITALIAM. *Auſoniam* ſecundus Moreti.

554. UT ITALIAM. Forte, *at Italiam.* HEINS.

555. ABSUMTA. *Abrupta* Heugenianus. mox, *nec jam ſpes* Menagii prior, alter Rottendorphius & Leidenſis.

556. LIBYAE. *Libyes* Oudartii.

557. AT,

[90] vel Trojanorum Dan.

At freta Sicaniae ſaltem, ſedesque paratas,
Unde huc advecti, regemque petamus Aceſten.
Talibus Ilioneus. Cuncti ſimul ore fremebant
Dardanidae.
Tum breviter Dido, voltum demiſſa, profatur:
Solvite corde metum, Teucri: ſecludite curas.

Res

SERVII.

557. [AT FRETA SICANIAE. Bene receſſuros ſe dicunt. *Freta* autem, quia freto a Sicilia dividitur Italia. Sane quidam a *fervore* dici putant: & *Sicanos* quidam αὐτόχθονας tradunt: quia ex Hiberia profugos de nomine fluminis Sicoris, quem reliquerant *Sicani*, nominaſſe.] SEDESQUE PARATAS. Propter Aceſtis cognationem.

558. REGEM. Aut, qui nunc rex eſt: aut, qui etiam noſter futurus eſt.

559. TALIBUS ILIONEUS. Aut ſubaudis, loquebatur: aut ex poſterioribus *fremebat* intelligis. ORE FREMEBANT. Hoc eſt, conſentiebant, [aut probantes Ilionei dicta, aut rogantes Didonem.] Et bene ORE, quia & armis poſſumus fremere.

561. TUM BREVITER DIDO. Atqui non breviter loquitur: ſed *breve* & *longum*, *parvum* & *magnum*, perfectum nihil habent; ſed per comparationem intelliguntur; ut ſupra ỳ. 530. de provincia: *Eſt locus*, orbis (ut diximus) comparatione. Item hoc loco *breviter*, id eſt, minus quam Ilioneus. Et notandum, regum eſſe breviloquium, ut multis in Virgilio locis probatur; [91] & foeminarum, verecundiam: unde utrumque dedit Didoni: [92] [& Sophocles: Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.] VULTUM DEMISSA. Nota figura eſt, ut ſup. 228. *Oculos ſuffuſa nitentes.* [Dicendo autem *Vultum demiſſa*, aliud genus officii adjecit.]

562. SOLVITE CORDE METUM, TEUCRI. Sicut ſupra 257. Jovis oratio, partim objecta purgat; partim petit: [nam in Aeoli oratione ſtatim promittit.] Sciendum ſane, quia cum petuntur vel promittuntur aliqua, a validiſſimis inchoandum eſt; ut hoc loco. [Praecipue qui pollicetur, ſtatim debet promittere, deinde ſi qua vult ſubjungere, ne exſpectatione ſuſpenſus detineatur auditor.] Et eſt genus argumenti a neceſſario. SECLUDITE CURAS. Iteratio eſt ad augmentum benevolentiae, [hoc eſt, ad confirmandum ſupplicium animum.] *Secludite* vero, pro, excludite: quod fit, aut propter hiatum, aut propter ſuavitatem, ut I. Ecl. 15. *Ab ſilice in nuda* [93] *connixa reliquit:* pro, enixa.

VARIORUM.

557. AT. *Ad* Mentelii prior, Gudianus, Sprotii, & tertius Rottendorphius: deinde, *petemus* ſecundus Hamburgicus. *Aceſtem* Francianus & plures alii.

559. CUNCTI. *Cunctis* Mediceus.

561. VULTUM. *Vultu* alter Mentelius. *dimiſſa* Menagianus prior, ſecundus Moreti, & Francianus.

562. SOLVITE CORDE METUM. Haec locutio inuſitatior varias, credo, lectiones peperit. in Bigotiano erat, *Pellite corde metum.* in uno Moreti, *Solvite corde metu*, in Parrhaſ. *Solvite corda metu*, & ita ſequiori ſeculo in aliis codicibus lectum fuiſſe docet imitatio Gualt. Inſulenſis, qui libr. II. Alexandreidos p. 20. Ed. Ingolſt. dedit,

Solvite corda metu, furor eſt.

ſed vulgata eſt ſupr. apud Serv. ỳ. 257. & Donatum ad Terent. Hecyr. III. I. 8. *ſolvere metus* dixit etiam noſter ſupr. 463. ubi vide, quae diximus. deinde, *ſeducite curas* Bigotianus, ſed *ſecludite*, pro *excludite*, Servius hic & ad I. Ecl. 15. & eadem varietas infra lib. IV. Aen. 385. obſervatur. BURM.

563. RES

91 accedit etiam feminarum verecundia Fuld. 92 deſunt E. Voſ. R. Steph. Dan. al. 93 *conixa* L. Voſ. R. vide notas Heinſii ad illum locum.

Res dura, & regni novitas me talia cogunt
Moliri, & late finis cuſtode tueri.
Quis genus Aeneadum, quis Trojae neſciat urbem,
Virtuteſque viroſque, aut tanti incendia belli?
Non obtuſa adeo geſtamus pectora Poeni:
Nec tam averſus equos Tyria Sol jungit ab urbe.

Seu

SERVII.

563. RES DURA. [94] Ac ſi diceret, quiddam metuo: & duo formidat: vicinos barbaros, & fratris adventum: quae propter novitatem perſonarum, generaliter dicens, [95] reliquit, [oportebat ex aliqua parte enuntiari domus calamitatem: vel ideo *res dura*, quod foemina eſt.] ET REGNI NOVITAS. Quae ſemper habet timorem.

564. MOLIRI. Bene, non facere, ſed *moliri*; ut terroris ſit, non crudelitatis.

565. QUIS GENUS AENEADUM. Satis propere dixit *Aeneadum*: quanquam ab Ilioneo audierit: *Rex erat Aeneas nobis*. Nec haec in opere inemendato [96] miranda ſunt. [Quamvis alii prolepſim velint eſſe.] QUIS TROJAE NESCIAT URBEM? Aut Ilium dicit, quod in Troja provincia eſt: aut *Trojae urbem*, ut ſup. 247. *urbem Patavi*; III. 293. *urbem Buthroti*.

566. INCENDIA BELLI. [97] Id eſt, vim: ſemper enim diluvio & incendio [98] comparat bellum, ut II. 304. *In ſegetem veluti cum flamma furentibus auſtris Incidit: aut rapidus montano flumine torrens.* [Et alibi VII. 222. *Saevis effuſa Mycenis Tempeſtas ierit.* Aut poteſt ſubtilius dictum accipi, quod Ilium conflagravit incendio.]

567. NON OBTUSA ADEO. Aut non multum, vel valde, ut in Terentio Eun. I. 2. *Adoleſcentem adeo nobilem.* [Et II. 3. *Si adeo digna res eſt, ubi tu nervos intendas tuos.*] Aut [99] *non adeo*, id eſt, non in tantum, ut tu dicis, [ut Trojanorum famam ignoremus.] *Obtuſa* vero, [1] ſtulta, id eſt, crudelia, [ut merito Sol equos ſuos ab iſta urbe divertat.]

568. NEC TAM AVERSUS EQUOS TYRIA SOL JUNGIT AB URBE. [2] [Hoc eſt, non in alio orbe habitamus.] Fabula quidem hoc habet: Atreum & Thyeſtem, germanos, cum in diſſenſione ſibi nocere non poſſent, in ſimulatam gratiam rediiſſe: qua occaſione Thyeſtes cum fratris [3] uxore [4] concubuit; ob quam cauſam Atreus ei filios epulandos adpoſuit: quae Sol abominatus, ne videndo pollueretur, radios ſuos ab ea civitate detorſit. Sed veritatis hoc eſt: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſim inveniſſe, cui invidens frater, [5] ex urbe diſceſſit, tempore quo ejus probata ſunt dicta.

VARIORUM.

563. RES DURA, & REGNI. Crederem diſtinguendum & legendum, cum editionibus quibusdam antiquis,

Res dura: at regni novitas me talia cogit.

& auctoritatem Leidenſis unius ſequor, qui majorem habet diſtinctionem poſt *dura.* deinde *res dura* idem eſt, quod *durum eſt.* ut apud Horat. I. Od. 22. *Durum; ſed levius fit patientia, Quidquid corrigere eſt nefas.* & ita *durum eſt* Ovid. Epiſt. XXI. 23. & II. Faſt. 447. ſenſus vero eſt, quem & Catrocus vidit, fateor durum eſſe, vos hoſpitio prohiberi arenae, de quo queſtus erat Ilioneus. ſed novitas regni me cogit talia. ſic *novitatem regni* dixit etiam Juſtinus hoc ſenſu lib. XXXV. I. BURM.

564. FINIS. Sic Mediceus. mox, *tanti incendia belli*, non *tanta* in ſcriptis omnibus. HEINS. *Forti cuſtode* Bigotianus. *teneri* etiam ſecundus Hamburgicus & a manu prima alter Rottendorphius. *lato cuſtode* Ed. Venet. ſed *late* unice verum. vid. ſupr. ℣. 21. per *cuſtodem* hic praeſidia, & praetexturas ad fines tuendos explicat Salmaſ.

Ob-

94 hoc eſt quiddam metuo, formidabat vicinos Fuldenſ. eſt quidem L. 95 reliquam, oportebat &c. Fuld. 96 mirandae Voſ. 97 aut vocat ardorem ſimpliciter belli, quia ſemper diluvio &c. Fuld. 98 comparatur Steph. Dan. Fabr. al. 99 *non adeo*, ut tu dicis L. Voſ. R. 1 non ſtulta, ſed crudelia Steph. al. vero ſtulta Dan. Fab. reliquis omiſſis. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 uxore Aerope Fabr. 4 concubuit. Atreus vero ei filium e. a. quae ſol ne pollueretur aufugit L. Voſ. R. quae ſol abominatus, ne pollueretur aufugit Steph. al. 5 ab urbe Dan.

Digitized by Google

Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaque arva,
Sive Erycis fines, regemque optatis Aceſten;
Auxilio tutos dimittam, opibuſque juvabo.
Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?
Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt. Subducite naves.

Tros

SERVII.

569. SEU VOS HESPERIAM MAGNAM. [6] *Μεγάλη* enim Ἑλλὰς appellata eſt [7] Italia: quia a [8] Tarento uſque ad Cumas omnes civitates Graeci condiderunt.

570. SIVE ERYCIS FINES. *Eryx*, Veneris & Butae filius, [9] [ut quidam Neptuni, fuit: qui, praepotens viribus, advenas ceſtibus provocabat, victoſque perimebat.] [10] hic ab Hercule occiſus, & monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit, in quo matri fecerat templum: quod Aeneae adſcribit Poëta dicens v. 759. *Tum vicina aſtris, Erycino in vertice, ſedes Fundatur Veneri.* In hoc autem monte dicitur etiam Anchiſes ſepultus: licet ſecundum Catonem ad Italiam venerit. [11] [Ergo *Erycis fines*, id eſt, Siciliam.]

571. [AUXILIO TUTOS DIMITTAM. Non ſine ordine Poëta inducit Didonem, & credentem ignotis, & tam facile tanta promittentem; ſi enim bene advertatur, de illo loco pendet ſup. 303. *In primis regina quietum Accipit in Teucros animum mentemque benignam.*

572. VULTIS ET HIS MECUM PARITER CONSIDERE REGNIS? Deeſt, vel ſi.]

573. URBEM QUAM STATUO VESTRA EST. Multi Antiptoſin volunt, [12] accuſativum pro nominativo, ut ſit, *urbs quam ſtatuo*, [13] ſed ſi ſic intelligamus, *quam* nihilominus ſequitur: & [14] antiptoſis fit, per caſus mutationem: debuit enim dicere: *urbs, quae ſtatuitur*, [15] [*veſtra eſt.*] Melius ergo eſt, *vultis* bis intelligere, ut ſit [16] [ζεῦγμα, a ſuperiore verſu connectens ſequentem, hoc modo:] *vultis regnis his conſidere? vultis urbem, quam ſtatuo? veſtra eſt*: ut eſt VI. 839. *Eruet ille Argos Agamemnoniaſque Mycenas, Ipſumque Aeaciden*: ſubaudis *ille*: alter enim Pyrrhum vicit: alter Mycenas. Item inf. 630. *Non ignara mali miſeris ſuccurrere* [17] *diſco.* [Quamvis hoc Schema de antiquioribus ſumptum poſſimus accipere; ait enim Cato in legem Voconiam: *Agrum, quem vir habet, tollitur.* Et Terentius Eun. IV. III. 11. *Eunuchum, quem dediſti nobis, quas turbas dedit.*]

VARIORUM.

Obſerv. ad Jus Attic. pag. 645. *ac tanti* Oudart. Sprotian. & pr. Moreti. *& tanti* Daniel. Ed. *incendia* vero dici de bello vidimus ad Valer. Flac. VIII. 38. & incendium ut omen belli futuri eſt inf. VII. 77. ubi vid. Serv. BURM.

565. TROJAE. *Trojam* Graevianus. *neſcit & urbem* Ed. Venet.

567 NON OBTUSA. Vid. Scopp. collect. lib. II. 9. NANSIUS. *Obtunſa* Mediceus, Mentelius prior, Rottendorphius & Graevianus. ſic *obtunſum ingenium* dixit Amm. Marc. XXI. 16. *obſcura* Zulichemius. *retuſum cor* dixit Claudianus II. in Eutrop. 47. vid. Donat. ad Terent. Eun. V. II. 41. BURM.

568. AVERSUS. *Adverſus* multi. *Tyria ſubjungit* ſecundus Hamburgenſis. *ſol mergit* Menagianus prior. *vergit* Venetus Heinſii. ſed vulgatam tuetur Lutatius ad Stat. I. Theb. 325. & 683. & IV. 56. & 306. & Crucquianus Interpres Horatii I. Od. 16. Catroeus *adverſus* praefert. ſed Sil. XV. 334.

Sed quiſnam averſos Phoebum tum jungere ab urbe
Romulea dubitabit equos,

ut Modius ad Virgilii imitationem emendavit, pro *adverſos*. ſi quis legerit illa, quae magnus Gronovius notavit ad Senec. Medeam ℣. 10. dubitare non poterit de vera lectione. BURM.

570. OPTATIS. *Petatis* Menagius & Hamburgenſis priores, & quartus Moreti. *Erycis finem* Ed. Venet.

572. VUL-

6 megare L. 7 deeſt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 8 Terento L. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 10 qui ab H. o. monti &c. iidem. 11 deſunt iiſdem. 12 ſingularem junctum pronomini, ut ſit Dan. volunt ut ſit, *urbs*; ſed ſi ſic. L. Voſ. R. Steph. 13 quae ſi ſic Dan. 14 ſillemſis fit L. *ſylempſis* Voſ. R. Dan. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. 16 deſunt iisdem. 17 *Diſco*; ſubaudis non diſco Fabr. al.

Tros Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur.
Atque utinam rex ipſe, noto conpulſus eodem,
Adforet Aeneas! equidem per litora certos
Dimittam, & Libyae luſtrare extrema jubebo;
Si quibus ejectus ſilvis, aut urbibus errat.

His

SERVII.

574. AGETUR. [18] Regetur.

575. [ATQUE UTINAM. Dicendo *utinam*, & humanitatem ſuam oſtendit, & Aeneae ſe cupidam.] NOTO COMPULSUS EODEM. Aut quovis vento: aut revera *Noto*, qui de Syrtibus Carthaginem ducit. Supra enim Ilioneus: *In vada caeca tulit, penituſque procacibus auſtris.* EODEM. O naturaliter longa eſt: ſed ſi corripiatur, metri eſt, ut XII. 847. [19] [*Uno eodemque tulit partu.* Sic] II. 774. *Steteruntque comae.*

576. AFFORET. [20] Adeſſet, veniat, temporis eſt [21] futuri. EQUIDEM. In [22] omni Virgilio *ego quidem* ubique ſignificat; ſed in aliis & pro *quidem* tantum ponitur, ut Tullius: *Ego quidem caeterat.* [23] *tempeſtates.* Item Perſius V. 45. *Non equidem hoc dubites amborum foedere certo Conſentire* [24] *deos.* [25] [Et I. 124. *Per me equidem ſint omnia protinus alba.*] CERTOS. Aut veloces, [26] [qui cito inveniant,] aut fideles: utrumque enim hoc loco ſignificat. [27] [Contrario, *incertos*, pro tardis, Salluſtius: *Et onere turrium incertis navibus.*] Aliquando & firmos, ut idem frag. incert. *Apud latera certos locaverat:* [28] [ut Virgilius IX. 247. *Tam certa tuliſtis Pectora.*] Et aliquando deliberati judicii, ut V. 2. *Certus iter.*

577. LIBYAE LUSTRARE. Καταχρηστικῶς: nam Dido Libyae regna non [29] tenet; [30] [ſed ut oſtendat [31] voluntatem, ait, libenter ſe miſiſſe, qui Aeneam quaererent.]

578. EJECTUS. Naufragus, ut IV. 374. *Ejectum littore egentem.*

VARIORUM.

572. VULTIS. *Vultis & hic* Sprotii & Bigotiani. *pariter mecum* Venetus. *ſin vultis mecum* Wall. *conſiſtere* tres tantum. & Parrh. vid. III. 162. & lib. VI. 67. ſed forte *confidere* ſcripſerit: ſi eamdem in me, quam in Aenea, qui forte periit, fiduciam vultis ponere, quae inter feroces gentes fines cuſtodio & tueor: ſed vid. infr. VI. 67. ubi *confidere terra* dixit: & lib. IV. 344. ubi & ſequenti verſu concurſus triplex *τῶ re, quaerere regna.* Donat. ad Terentii Phorm. V. VII. 54. pro vulgata ſtat. vid. & infr. VI. 808. BURM.

573. URBEM. Rectius per interrogationem, & ſubjectionem: ita enim Servius & Terentii Interpres ad Phorm. V. VII. 54. quamvis aliter Diomedes. FABRIC. *Urbem quam ſtatuo? veſtra eſt* quoſdam legere teſtis eſt H. Stephanus in Pſeudo-Cicerone pag. 171. ſed male. vide Voſſium de conſtructione cap. LV. HEINS. Vid. eumdem Stephanum in diſſert. de Criticis p. 83. & Schediaſm p. 68. ſi interrogatio ſit, pendere debet a *vultis*. vultis & urbem (ſc. inhabitare) quam ſtatuo? veſtra eſt. ſed majoris eſt benevolentiae offerre ſedes non rogatas in nova urbe. *ſubducite remos* Pugetianus. BURM.

574. AGETUR. *Agentur* Sprotianus. *habetur* legas apud Nonium Marcellum in *diſcrimen.* HEINS. Ita in Merceri editione, in aliis *agetur.* *Tyrioſque* Mediceus a manu prima.

575. EODEM. *Ibidem* Pugetianus.

577. DIMITTAM. *Emittam* Sprotii: male. vid. ad Vellej. Paterc. II. 52. *videbo* Venetus.

578. AUT URBIBUS. *Montibus* Montalbanius, quartus Moreti & Zulichemius. Heinſius *rupibus* conjecerat: &, quum rarae admodum in Africa eſſent urbes, certe non ſub ditione Didonis,

hoc

18 rege Fuld. 19 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. al. at Fabr. dedit, ſed alterum, *ſteteruntque comae* ejecit, credens non convenire. & recte, ut puto. 20 adveniat, temporis L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. 21 deeſt Voſ. 22 deeſt Dan. Fabr. 23 *poteſtates* Voſ. 24 *dies* L. Voſ. R. Steph. Dan. ſed *Deos* probat Marcilius. 25 deſunt iisdem. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Fabr. mutato ordine; inveniant, ut e contrario incertos pro tardis Sall. &c. *navibus*, aut fideles. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 28 deſunt iisdem & Dan. 29 non retinet L. Voſ. R. Steph. Dan. 30 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 31 voluntatem, ſe miſiſſe ait Dan. Fabr. forte legeretur rectius, *ſe miſſuram.* vel *juſſiſſe*, ex ſeculi conſuetudine. BURM.

His animum adrecti dictis, & fortis Achates,
Et pater Aeneas, jamdudum erumpere nubem
Ardebant. Prior Aenean conpellat Achates:
Nate dea, quae nunc animo ſententia ſurgit?
Omnia tuta vides: claſſem, ſocioſque receptos.
Unus abeſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi
Submerſum: dictis reſpondent cetera matris,

Vix

SERVII.

579. ANIMUM ARRECTI. Nota figura eſt.

580. JAMDUDUM. Et cito, [32] [vel quamprimum] ſignificat, ut II. 104. *Jamdudum ſumite poenas:* & olim, ut hoc loco.

582. SURGIT. Oritur. Et eſt tranſlatio corporis ad animum, ut alibi XII. 678. *Stat conferre manum Aeneae.*

583. OMNIA CLASSEM SOCIOSQUE RECEPTOS. [33] [Syllepſis per numeros.] [RECEPTOS. De maris periculo liberatos, ut ſup. 178. *Frugeſque receptas:* vel a Didone: nam & ab ea timuerant, ut ſupra 514. ait: *Laetitiaque metuque.*]

584. [34] [UNUS ABEST. Orontem ſignificat.] QUEM VIDIMUS IPSI SUBMERSUM. Quod ante [35] dolori fuerat, ut ſup. 114. *Ipſius ante oculos:* nunc conſolationi eſt, cum cernit omnes incolumes.

585. DICTIS RESPONDENT CAETERA MATRIS. Modo conſentiunt: quia dixerat [36] ſupra 390. *Namque tibi reduces ſocios.* Alibi *reſpondet*, reſpicit, ut VI. 23. *Reſpondet Gnoſia tellus.*

VARIORUM.

hoc tempore, neque proprie in illis *errare* dici quis poſſet, ſed per urbes oberrare: *in montibus* vero paſſim greges *errare* etiam dicuntur, ego *montibus* praeferrem. ita *ſilvas & montes* conjungit Eclog. II. 5. & alibi. ſic apud Ovid. XIII. Met. 872. *ſilvaque & notis ſaltibus errat*, ubi plures codices *montibus. erret* Excerpta mea. opponi poſſet ex libr. IV. 40. ubi *Gaetulae urbes* memorantur. ſed Servius dicit, hoc ad *terrorem* poſuiſſe, quum habitarent in mapalibus. BURM.

579. ANIMUM. *Animi* Parrhaſ. Venetus a manu prima. *animum erecti* Zulichemius. & Ed. Venet. *dictis arrecti* quartus Moreti. *animum* pro *animos* dixit. ſic ſupr. 529. *non ea vis animo.* ubi & *animis* alii ediderunt. Terent. Heaut. III. III. 9. *Novi amantium animum.* & II. IV. 10. *illi ſuum animum alio conferunt.* & Livius II. 52. *adeo mutaverant animum.* ubi nihil neceſſe *animi* reponere. *illos animo abhorrere* Cicer. VII. Philip. 2. contra *animos* de uno homine ſaepe dici, docui ad Phaedr. II. 2. & ſaepe ad Lucanum. ut VI. 176. VII. 100. IX. 9. & paſſim. & Drakenb. ad Liv. II. 27. & quum fere ſemper librarii variaverint in hujus vocis numero, tutius eſt ſemper ſequi codices. vid. & Drakenb. ab Liv. II. 39. fin. BURM.

580. ERUMPERE. *Abrumpere* praefert Catroeus, metuens Grammaticos, & ita erat in Montalbano a m. pr. ſed *erumpere* convenit melius nubi, qua, ut caligine aliqua, tegebantur. ſed crediderunt librarii *erumpere nubem* durius eſſe dictum, quam *abrumpere*. ita & apud Sueton. Aug. XIV. *manus gladiatorum, quae oppidum eruperat.* in optimo Torrentii codice erat, pro quo *oppido* repoſitum: apud Lucret. I. 163. *erumpere coelo armenta* circumfertur. ſed in Gottorphiano codice Heinſius invenit *coelum*. denique imitatio Val. Flac. V. 266. *nebulamque erumpit Iaſon*, ubi male *nebula* alii, vulgatum hic tuetur. ut hic etiam, *erumpere nube* primus Moretanus, & duo Rottendorphi a m ſec. vide de verbis *rumpere* & *erumpere* etiam ad lib. I. Georg. 446. Stephanus in Theſauro ex Virgilii lib. I. adducit *erumpit nubes*, (ſcindit ſe,) quaſi neutrum eſſet verbum. apud Statium quoque lib. VII. 683. *Erumpenſque ſinus vicit cruor*, legitur in editionibus plurimis, pro quo, *eruptoſque*, vel *eruptuſque* Barthius & alii. quod tamen probat *erumpere*

32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. ſylempſis Dan. 34 deſunt iisdem. 35 doloris & conſolationis L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. dolori & conſolationis R. 36 ſupra Venus Fabr.

Vix ea fatus erat, quum circumfuſa repente
Scindit ſe nubes, & in aethera purgat apertum.
Reſtitit Aeneas, claraque in luce refulſit,
Os humeroſque deo ſimilis: namque ipſa decoram
Caeſariem nato genetrix, lumenque juventae
Purpureum, & laetos oculis adflarat honores.

Quale

SERVII.

587. Scindit se nubes. *Nubes* tantum dicimus, non *nubs*: licet dicamus *trabs trabes*; *ſtirps*, *ſtirpes*; *prex*, *preces*, [37] [*plebs*, *plebes*.] Sed [38] haec de his tantum, quae legimus, ſunt ponenda: non enim artis [39] ſunt, ſed uſurpationis: qua metri cauſa utuntur poëtae, ut vel minuant, vel augeant nominativum. Inde eſt & *ſupellex*, *ſupellectilis*. [Et in aethera purgat apertum. Quia aër collectus nubes fecit, ut v. 20. *Atque in nubem cogitur aër*: quae puriore vento diſſolvitur in aërem.]

588. Restitit Aeneas. Abſcedente ſcilicet nube. Claraque in luce refulsit. Laus eſt nimiae pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogavit.

589. Os, humerosque deo similis. Similes humeros habens deo. Et eſt Graeca [40] figura, ut ſupra diximus. Ipsa. Aut quod ſequitur: *Nato genetrix*: aut certe *ipſa*, id eſt, pulchritudinis dea.

590. Decoram Caesariem. A *caedendo* dicta *caeſaries*. Ergo tantum virorum eſt. Quod autem dicit *decoram*, vult etiam in Aenea naturalem fuiſſe pulchritudinem: ne, ſi totum tribuat Veneri, nihil Aeneae ſit reliquum: vel contra, nihil relinquatur matris favori: quod ſequens melius indicat comparatio, ut Horatius IV. Od. 4. *Fortes creantur fortibus*. Magna arte nec eruditioni aliquid, nec natalibus derogat. Juventae. *Juventus*, eſt multitudo juvenum, [41] [ut VIII. 151. *Rebus ſpectata juventus*.] *Juventas*, dea ipſa; ſicut Libertas. [Tullius I. Tuſc. 26. *Juventate pocula miniſtrante*.] *Juventa* vero, aetas: [unde IV. 559. *Et membra decora juventae*.] Sed haec a poëtis confunduntur plerumque.

591. Purpureum. Pulchrum, [42] ut Horatius IV. Od. 1. *Purpureis ales oloribus*. Laetos honores. Non terribiles, ut eſſe in viris fortibus ſolent. [43] [Notandum autem, ſemper reges formoſos deſcribi: ut dignitas & auctoritas magis ad ſui contemplationem obſervantiamque alliciat.]

VARIORUM.

pere activa ſignificatione ſumi. & poteſt hic quoque *erumpere* abſolute poni, & *fimus vicit* conjungi, quod ex ſimili loco Silii VII. 355. firmatur,

Et vincens fumos erumpere vertex.

ubi nihil mutandum, nam ſive *vincens*, ſive *erumpere* abſolute capias, ſenſus egregie conſtat. Nec abhorruit ab hoc loquendi genere Tacitus XI. Ann. 63. *Piſcium vis innumera pontum erumpens*, ut egregie Lipſius. BURM.

582. Animo. *Animum ſ. vertit* Bigotianus. *animos ſ. vertit* Ed. Venet.

583. Receptos. *Reductos* Menagianus prior, Venetus & Parrhaſ.

584. Medio in. *Medio quem fluctu* Montalbani. *medio fluctu* Pugetianus. vid. ad III. 354.

586. Ea fatus. *Ita fatus* alter Rottendorphius.

587. Aethera. *Aëra* Montalbani. & Dorvill. ſed Nonius in *apertum aethera* firmat, & *apertum* interpretatur patefactum.

588. Restitit. Vid. Macrob. V. 4. NANS. *Adſtitit* Vratiſlavienſis. *conſtitit* Parrhaſ.

589. Similis. *Similes* Sprotii. *os*, *humeros ſimiliſque deo* Francianus.

590. Nato genetrix. *Genetrix nato* primus Rottendorphus. de *caeſarie*, quam propriam viris eſſe notat Servius, vid. ad IV. Georg. 337. BURM.

591. Et

37 deſunt Dan. 38 deeſt L. Voſ. R. al. hoc Steph. ſed de his tamen Dan. quae legibus Fuld. 39 ſunt ita Fabr. ſunt iſta Dan. 40 figura συνεκδοχὴ Fabr. ſynecdoche al. 41 deſunt tria haec loca, ſine dubio in Fabr. a male ſedulo adſcripta. 42 & floridum Fabr. al. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum Pariuſve lapis circumdatur auro.
Tum ſic reginam adloquitur, cunctiſque repente
Inproviſus ait: Coram, quem quaeritis, adſum
Troïus Aeneas, Libycis ereptus ab undis.
O ſola infandos Trojae miſerata labores,

Quae

SERVII.

592. MANUS. Vel artificis: vel ars ipſa. ADDUNT. [Bene *addunt*, quia & ipſa materies habet naturalem pulchritudinem.] EBORI DECUS. *Ebur*, a *barro*, id eſt, elephanto dictum, ut Horatius Epod. XII. *Quid tibi vis, mulier, nigris digniſſima barris?* Sane naturam hujus nominis, nec derivatio, nec obliqui caſus reſervant. [44] Et *eboris* enim facit, non *eburis*: ſicut *murmuris*: & *eburneus*, non *ebureus*.

593. PARIUSVE LAPIS. Lapis candidiſſimus eſt, [45] Lychnis nomine, qui apud Parum naſcitur, [46] [ut in ſeq. X. 134. *Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum.*]

594. TUM SIC. [47] Quid eſt *ſic*? Et ſui gratia praepotens, & matris auxilio.

595. [IMPROVISUS. Bene, quia majora nobis & pulchriora ſolent videri, non paulatim aliqua, ſed ſubito ſtupenda conſpicere.] CORAM, QUEM QUAERITIS, ADSUM. Hoc loco diſtinguendum: nam ſi unum eſſet, *adeſt* diceret, non *adſum*. [48] [*Coram* nonnulli ad perſonam, ut *coram viro*; *palam* ad omnes referri volunt, ut, *palam omnibus*. Varro: *Coram de praeſentibus nobis, palam de abſentibus dicit*. Sane *coram*, quidam adverbium putant; quia non ſubſequitur caſus: quidam praepoſitionem loquentis, non caſibus ſervientem.]

596. [EREPTUS. Liberatus, & utitur Poëta familiarius hoc verbo. VI. 365. *Eripe me his, invicte, malis*. Et II. 134. *Eripui, fateor, letho me*.]

597. O SOLA. Propter [49] Polymneſtoris factum, qui fide violata, defecit [50] ad Graecos, ut habemus in tertio ỳ. 54. MISERATA. Et *miſeror*, & *miſereor* unum ſignificant; ſed *miſeror* accuſativum regit, ut hoc loco. Item IV. 370. *Nec miſeratus amantem eſt*. *Miſereor* genitivum, unde eſt II. 144. *Miſerere animi non digna* [51] *ferentis*: [& facit participium *miſeritus*.]

VARIORUM.

591. ET LAETOS. *Latos* ſecundus Moretanus & Hamburgenſis. *laetoſque* Montalbanius. ſed vulgatam refert Lutatius ad Statii II. Theb. 160. qui *adflavit*; & Macrob. V. 4. & Donat. ad Terent. Eun. III. II. 21. & Nonius in *honor. purpureum* roſeum & rubicundum explicat M. Del Roa lib. IV. Singul. cap. 7. & 8. vid. & ad X. Aen. 722. ſed ex more Poëtarum *purpurea* omnia pulchra, ſplendentia, ut Porphyr. ad Horat. III. III. quem locum opportunius adduxiſſet Servius, quia de Auguſto dicit, *purpureo bibit ore nectar*. BURM.

593. ARGENTUM. *Argento* primus Moreti.

Ibid. CIRCUMDATUR. In notis Serv. ad III. Aen. 126. multi Cod. & Edd. *circumdatus* dederunt. *Pariuſque* Wall.

594. SIC ADLOQUITUR. Non ad verba ſequentia referenda, ut mox 614. & ſaepius particula *ſic*. ſed eo ſtatu, quo erat Aeneas a matre Venere forma pulcherrima praeditus, lumine purpureo, & honore laeto oculorum. & ita videtur Servius intelligendus. quem & vid. ad ỳ. 617. ita Propert. II. X. 4. *Juſſit & Aſcraeum ſic habitare nemus*. Horat. III. Od. 3. *Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum*, id eſt eo ſitu, quo erat, antequam reperiretur. Lucan. VII. 29. *Felix ſi te vel ſic tua Roma vide-*

44 & *eboris* & *Eburnens* facit, non *eburis*, ſicut *murmuris* L. Voſ. R. al. & Steph. niſi quod, ſicut *murmur*; *murmuris* Baſil. ſicut *murmuris*, nec *ebureus*. 45 *Lydius* L. Voſ. R. *Lydeus* Steph. *Lydius* Dan. Fabr. *Lychnitis* Baſil. *Lychnis* legendum cenſet Nonn. ad Golzii Graeciam p. 268. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 64. 531. & alibi. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 47 id eſt, & ſui Fabr. 48 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 49 Polimeſtoris L. Voſ. Polymeſtoris R. Steph. 50 in Graecos L. Voſ. R. Steph. Graecos ut oſtendit Fabr. al. 51 *ferentis* & plerumque cum dativo Baſil. hoc vero adjectum a quodam, qui ſui ſeculi conſuetudinem loquendi ſequebatur. vid. ad Quinctil. decl. 272. & ad Gratii Cyneg. 440. BURM.

Quae nos, reliquias Danaum, terraeque mariſque
Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos,
Urbe, domo, ſocias. Grates perſolvere dignas
Non opis eſt noſtrae, Dido: nec quidquid ubique eſt
Gentis Dardaniae, magnum quae ſparſa per orbem.
Di tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid

Uſ-

SERVII.

598. QUAE NOS RELLIQUIAS DANAUM. [52] [Pro Danaorum.] Si Trojanos ſignificat, ſimpliciter [53] intelligis; ſi ad ſe refert, quod Achillem evaſit favore Neptuni. TERRAEQUE MARISQUE. *Terrae*, propter Cretenſem peſtilentiam: *Maris*, propter Orontis interitum.

599. [54] [OMNIBUS EXHAUSTOS. Sic Veteres dicebant, *clade hauſi*, id eſt, pertuli.] OMNIUM EGENOS. *Eget*, honeſtius genitivo jungitur, quam ablativo, cui jungit Cicero, ut: *Eget ille ſenatu.* Item contra Virgilius II. Ecl. 71. *Quorum indiget uſus.* [Quidam autem *egenos* pro *egentes* dictum tradunt, nomen pro participio.]

600. URBE, DOMO SOCIAS. Hoc eſt, & publico & privato dignaris hoſpitio.

601. NON OPIS EST NOSTRAE, DIDO. *Opis*, id eſt, poſſibilitatis. Et ſecundum [55] Attejum Philologum, Opes, *numero tantum plurali, divitias ſignificant*, ut II. 4. *Trojanas ut opes. Numero vero tantum ſingulari, auxilium.* Terentius Andr. III. 1. *Juno Lucina fer opem: ſerva me obſecro.* [56] Ab utroque poſſibilitatem. NEC QUICQUID UBIQUE EST. Meminit hiſtoriae: multi enim poſt excidium Trojae, orbis diverſa tenuerunt: ut Helenus Epirum: Antenor Venetiam: alii Sardiniam, ſecundum Salluſtium: alii vicina Syrtibus loca, ſecundum Lucanum IX. 43. *Portuſque quietos* [57] *Oſtendit Libyae Phrygio placuiſſe magiſtro.*

603. SI QUA PIOS RESPECTANT NUMINA. Siquidem, ut Horatius I. Od. 3. *Si tamen impiae non tangenda rates tranſiliunt vada.* Nec enim congruit optare dubitantem: aut certe ad ſe retulit, qui, cum pius eſſet, tot laborabat incommodis: [aut certe *qua*, aut *quid* addidit; erat enim integrum: ſi pios numina reſpiciunt, & juſtitia uſquam eſt.]

VARIORUM.

videret. & alibi: nam varius uſus hujus voculae. vid. & ad I. Aen. 225. BURM.

595. AIT. *Adeſt* prior Hamburgicus.

596. EREPTUS. *Abreptus* ſecundus Hamburgicus. ſed Macrobius V. Sat. 4. vulgatam habet.

599. EXHAUSTOS. *Exactos* Zulichemius ſuperſcripta *a*, ut ſit *exauctos. jam copiis omniumque* Parrhaſ. quod ex gloſſa puto: nam *exhauſtis jam caſibus* in margine erat a Parrhaſii manu. & in Gloſſ. Regii, *evacuatos* ſuper *exhauſtos* ſcriptum. ſed rectius conſumptos, vexatos, alii explicant. BURM.

600. URBE, DOMO. Haec duo ſaepe junguntur, ut Livius IX. VII. 9. *Negare, urbe tectoque accipiendos*, vel *recipiendos.* ut apud Ovid. Hypſipyle Ep. VI. 55. *Urbe virum vidi, tectoque animoque recepi.* qui locus etiam nunc in mendo cubare videtur. forte poſſet legi,

Urbe virum, ut vidi, tectoque animoque recepi.

ut exprobret ſibi, ſe cito nimis officia hoſpitis praeſtitiſſe, & ſimul amorem admiſſum: notum eſt illud, *ut vidi, ut perii.* Ovid. XIII. Metam. 633. *temploque domoque recepit, urbemque oſtendit.* & ita ſaepe alii. BURM.

601. NEC QUIDQUID UBIQUE EST. Omittunt verbum ſubſtantivum duo codices Montalb. & Hamb. pr. HEINS. *Nil opis* Zulichemius. v. Donat. ad Terent. Phorm. Prol. 18. qui agnoſcit *ubique eſt. noſtri* Menagii prior.

602. DARDANIAE. *Dardanidae* Zulichemius, Lei-

52 deſunt L. Voſ. R. Steph. 53 intelligendum Fabr. al. intelligit Steph. Dan. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. *cladi exhauſi* Fabr. credo vero corruptum, quod adducitur exemplum. & forte legendum, *clades exhauſi*, id eſt pertuli. ut *bella exhauſta* IV. Aen. 14. & ſimilia paſſim. BURM. 55 Atheolo L. Ategium Voſ. Athejum R. Attejum alias Philologum Dan. vid. ad Suet. Ill. Gramm. cap. X. 56 utroque numero Fabr. al. 57 *oſtendis* L. in Lucano legitur *teſtatur*, ubi Modius mallet *teſtaris.*

Uſquam juſtitiae eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Praemia digna ferant. Quae te tam laeta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
Luſtrabunt convexa, polus dum ſidera paſcet;

Sem-

SERVII.

604. SI QUID USQUAM JUSTITIAE EST. Si valet apud homines juſtitia. ET MENS SIBI CONSCIA RECTI. Secundum Stoicos, qui dicunt, *ipſam virtutem eſſe pro praemio: etiam ſi nulla* [58] *ſint praemia.* [Unde & Cicero de Seneɛt. III. *Conſcientia bene actae vitae, multorumque beneſactorum recordatio, jucundiſſima.*]

605. [59] [FERANT Adferant, vel tribuant.] QUAE TE TAM LAETA TULERUNT SECULA? Alibi VI. 649. *Nati melioribus annis.* Foelicitas enim temporum, ex naſcentium meritis comprobatur; [ut e contrario Terentius Adelph. III. II. 6. *Hoccine ſeculum! o ſcelera, o genera ſacrilega!* Et digna laus regibus, ut bono tempore nati eſſe dicantur.]

606. QUI TANTI TALEM GENUERE PARENTES? Secundum artem rhetoricam, parentes, quos ignorat, laudat ex liberis. Simul ſciendum, omnia hoc loco laudis praecepta ſervata: nam & a parentibus laudat, ut: *Qui tanti talem genuere parentes* Et ab ipſa, ut: *Urbe domo ſocias.* Et a futuro, ut: *Nomenque tuum, laudeſque manebunt.* [*Talem* autem, tam juſtam, tam piam.]

607. IN FRETA. Abuſive modo maria: nam proprie *fretum*, & terris vicinum, aut incluſum, ut *Fretum Siculum;* [50] * mare naturaliter mobile, eſt ab undarum fervore nominatum. DUM MONTIBUS UMBRAE LUSTRABUNT CONVEXA. Alii hoc loco diſtinguunt, & dicunt, quamdiu inclinata in montibus latera umbrae [51] * pro Solis flexu circumibunt, ut VIII. 231. *Luſtrat Aventini montem.* Aut *luſtrabunt*, inumbrabunt. Unde *luſtra*, & ferarum cubilia, & lupanaria per contrarium, dicimus: quia parum illuſtrantur. [52] * [Aut luſtrum facient montibus, id eſt, rotatu ſolis vertentur, circa montium ſinus.] Alii tamen *convexa ſydera* volunt, id eſt, pendentia, ut VII. 543. *Et coeli convexa per auras:* id eſt, ſuſpenſa: Planetaſque intelligunt: [53] * quia non ſunt fixi; ſed in aëre feruntur. [Alii *ſydera convexa*, nobis imminentia, vel quae per convexum diſpoſita exhalatione terrae ali credantur.]

608. PASCET. Tranſlative dicitur. Paſci autem aquis marinis ſydera, id eſt, ignes caeleſtes, Phyſici docent; ſecundum quos Lucanus ait X. 260. *Atque undae plus quam quod* [54] * *digerat aër.* [Quidam radios Solis paſci aſſerunt humore terreno. POLUS autem, caelum dixit.]

VARIORUM.

Leidenſis & Oudartii. *quae magnum* primus Moreti & Bigotianus. *aſperſa* ſecundus Rottendorphius. mox, *reſpectent* Edit. Juntina. &, *juſtitia eſt* Gudianus & Editio Dan. Heinſii. & ita H. Steph. diſſ. de Criticis pag. 161. legi poſſe credit. & ſequentia, (*& mens ſ. c. recti.*) etiam parentheſi includit, quae in aliis Edd. clauditur poſt *juſtitiae eſt:* ſolitum autem librariis, verbum *eſt* abſorbere poſt nomen in *a* exiens, vel per coalitionem ex *a* facere *es*, ut *materia eſt*, pro *materies.* ad Lucan. V. 210. & VIII. 76. videbimus. & ita etiam τὸ *&* tranſit in genitivum, ut *ſapientiae copia*, pro *ſapientia & copia.* vid. Daviſ. ad Cicer. Tuſc. diſp. I. 4. & nos ad Phaedr. IV. 4. Sueton. Tit. IV. & alibi. *recti eſt* Pugetian. BURM.

605. FERANT. *Ferent* Britannus doctus in Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 7. & 287. ut IX. 254. *dabunt* Stat. VIII. 379. *referent ſuperi.*

Ibid. TULERUNT. *Tulere* Francianus & Parrhaſ.

606. TANTI TALEM. *Talem tanti* Parrhaſ. vid. ad lib. V. 13.

608. SI-

58 *ſunt praemia* Voſſ. reliqua deerant L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 59 deſunt eiſdem. ſed Dan. habet tantum adterant. ut & Fabr. 50 * deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. mox, fervore dictum Dan. 51 * per ſolis flexum Baſil. 52 * deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 53 * qui non Baſil. fixae L. mox, feruntur. Paſci autem L. Voſ. R. Steph. omiſſis mediis. & mox, Phyſici dicunt Dan. 54 * *diſgregat* Steph. Dan. Fabr. al. *indigerat* Voſ. in Lucano legitur, *digerat*, in variis lectionibus, *digerit* & *degerit*, & *digeret.*

Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt:
Quae me cumque vocant terrae. Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, laevaque Sereſtum:
Poſt alios; fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
Obſtupuit primo adſpectu Sidonia Dido;
Caſu deinde viri tanto. Et ſic ore locuta eſt:

Quis

SERVII.

609. [55] *[HONOS. *Honor* an *honos* quaeritur, quia nominativus pluralis, *res*, terminatus, ſingularem in *or* mittit, ut *amores amor*, *honores honor*, exceptis monoſyllabis, ut *flos*, *mos*, *ros*.]

610. [QUAE ME CUMQUE VOCANT TERRAE. Id eſt, ubicumque terrarum habitavero. Eſt autem Tmeſis, *Quaecumque*.

611. ILIONEA. Penultimam natura brevem, licentia, qua in nominibus propriis omnes [60] ſyllabae poſtremae communes, produxit.]

613. OBSTUPUIT. Animo perculſa eſt: quod jam futuri amoris eſt ſignum. PRIMO ASPECTU. Id eſt, pulchritudine. [61] [SIDONIA. Pro Tyria, a vicinitate.]

614. CASU DEINDE. Id eſt, miſeratione. ET SIC ORE LOCUTA EST. Pleonaſmos, ut IV. 359. *Vocemque his auribus hauſi.*

VARIORUM.

608. SIDERA PASCET. *Paſcit* Mediceus & Hamburg. prior, tertius Rottend. & Gudianus a m. pr. praeterea Scholiaſtes Horatii Cruquianus Epod. XV. & lib. I. Od. 28. diſtinguit, poſt *τὸ luſtrabunt*, & conjungit *convexa ſidera.* quomodo & Mentelianus, & alii plerique ex vetuſtioribus. Servius quoque duplicem diſtinctionem agnoſcit hic loci. opinabar aliquando Maronem nobis reliquiſſe, *dum montibus umbrae luſtra dabunt*, ut *umbras* pro *ſilvis* poſuerit. ſic lib. IX. 323. pro *vaſta dabo*, in multis codicibus *vaſtabo.* ſed nihil eſt mutandum, dum diſtinguas bene. male editiones nonnullae, *polis paſcet*. Lucret. lib. I. *aether ſidera paſcit*. HEINS. *Inſtabunt* Bigotianus & prior Hamburgenſis pro diverſa lectione. *polum d. ſ. paſcent* ſecundus. Virgilium vero ob oculus habuiſſe locum Callimachi ex hymno in Del. 176. ubi de ſtellis, νυκτα πλεῖστα κατ' ἄερα βουκολέονται notarunt Anna Fabri & Illuſtris Spanhemius. Anna vero poſt Cerdam notat quoſdam hic *palus* legere. intelligens Brodae. II. Miſc. 17. Catrocus *umbrae montibus*, pro *a montibus*. Forte, *dum montibus umbrae conſtabunt: convexa polus* &c. *convexa ſidera* jungunt Regius, Leidenſis & alii. Regii Gloſſator explicat, *inclinata* vel *pendentia*. *paſcet* explicat Cerda & Germanus, ut tamquam paſtor oves, ita Polus ſtellas paſcit in coelo. Gloſ. Leidenſis *tenebit* explicat. ſed *paſcet*, pro alet humore ex mari extracto, ut Servius notat, ex opinione veterum. vide quae notat Heinſ. ad Ovid. I. Triſt. XI 16. & nos ad Val. Flac. II. 62. & paſſim alii. *Polus* eſt ipſum coelum, ut recte Servius. vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. 748. ita Horat. I. Od. 28. *rotundum percurriſſe polum.* & ita centies. vid. Glarean. ad Lucan. VIII. 173. & Oudend. ad Lib. IX 531. BURM.

610. QUAE ME. *Quo* ſecundus Hamburgenſis & Parrhaſ. *vocent* alter Rottendorphius a manu ſecunda.

611. SERESTUM. *Sergeſtum* Hamburgenſis prior, Oudartii & Venetus, Parrh. *Sereſtrum* Leidenſis & Zulichemus. *Segeſtum* Leidenſis unus, Francianus a manu prima, *Sereſtum* a ſecunda. Vid. ſup. 510. & alibi, ubi hoc nomen occurrit, eadem variatione. BURM.

613. OBSTUPUIT PRIMO. Opinor ſcribendum eſſe,

Obſtupuit primum adſpectu Sidonia Dido,
Caſu deinde viri tanto.

primum adſpectu viri, deinde & caſu obſtupuit. Aut certe, *primo*, pro *primum* capi par eſt. HEINS.

Ca-

55 * deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 610. 60 non agitur hic de ultima ſyllaba, ſed de penultima, ut recte Lutat. ad Stat. I. Theb. 225. & ideo male hic omnes ſyllabae poſtremae produci dicuntur, quia in penultima haec licentia obſervatur. haec a Servio non profecta credebat Cl. Dorvillius. hujus licentiae vero in nominibus propriis ſaepe meminit Servius. vid. ſupr. ℣. 535. X. 314. XI. 4. & alibi. BURM. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fab. al. a Tiſia pro * civitate Dan.

Quis te, nate Dea, per tanta pericula caſus
Inſequitur? quae vis inmanibus adplicat oris?
Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſae
Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam?
Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulſum patriis, nova regna petentem,

Auxi-

SERVII.

615. QUIS TE, NATE DEA. *Quis*, qualis: admirantis enim eſt, non interrogantis, ut IX. 36. *Quis globus, o cives?* Non enim interrogat ille, qui nuntiat: Hoc autem Dido, ut poſt indicat, ex Teucri narratione cognovit.

616. QUAE VIS. Qualis. IMMANIBUS ORIS. Ut Salluſtius: *Mare* [62] *laevum*, id eſt, importuoſum. [Non ergo de ſuo regno ait; ſed illas oras ſignificat, quas Ilioneus ait: *Per invia ſaxa Diſpulit.*] ADPLICAT. Secundum praeſentem uſum, per *d* prima ſyllaba [63] ſcribitur: ſecundum antiquam autem orthographiam, quae praepoſitionum [64] ultimam literam conſonam, in vicinam mutabat, per *p:* ſecundum vero Euphoniam, per *a* tantum: Praepoſitio enim cum ad compoſitionem tranſierit, aut vim ſuam retinet, ut [65] *Induco:* aut mutat ultimam literam, ut [66] *Sufficio:* aut perdit, ut [67] *Coëmo.*

617. [TUNE ILLE AENEAS. Et hoc admirativum, non interrogativum. *Ille* autem, honoris eſt, ut VII. 110. *Sic Jupiter ille monebat:* vel *tune ille*, videtur beneficium Veneris admirari in eo, quem adamatura eſt.] DARDANIO ANCHISAE. [68] [Et hoc admirativum, non interrogativum.] Bene *Anchiſen* addidit: cum multis enim Venus concubuit. Sed ſciendum *Anchiſen*, [69] [ut fabula loquitur,] paſtorem fuiſſe, & cum eo amato Venerem concubuiſſe. Unde Aeneas circa Simoin fluvium natus eſt: Deae enim vel Nymphae enituntur circa fluvios, vel nemora: quod cum jactaret Anchiſes, afflatus fulmine, oculoque privatus eſt.

619. TEUCRUM SIDONA VENIRE [70] [Quidam *memini venire*, pro *memini veniſſe* accipiunt.] Hiſtoria tamen hoc habet: Herculem, cum [71] Colchos iret, perdito Hyla, [72] [qui aquatum profectus, [73] [ut fabula loquitur,] a Nymphis adamatus, raptus eſt; ut veritas habet, lapſus in fontem altiſſimum, necatus eſt,] poſt peragratam Myſiam, navibus Trojam veniſſe: a cujus portu cum eum Laomedon arceret, occiſus eſt: & ejus filia Heſiona belli jure ſublata, comiti Telamoni tradita eſt, qui primus aſcenderat murum: unde Teucer natus eſt: nam Ajacem, ex alia conſtat eſſe procreatum. Tunc Hercules Priamum quoque, redemptum a vicinis hoſtibus, in paterno regno locavit: unde & Priamus dictus eſt, ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, id eſt, *emi*. Caeterum quae de liberata [74] dicuntur Heſiona, conſtat eſſe fabuloſa. Sed Teucer, cum Troja everſa ſine fratre eſſet reverſus, qui ſe furore, propter perdita Achillis arma, interemerat: [75] [vel, ut alii, quia non defenderat Ajacis fratris interitum, vel quia oſſa fratris non retuliſſet; [76] [ut nonnulli, quod [77] Tecmeſſam concubinam,] vel ejus fratris filium [78] Euryſacen, ad avum Telamona de Troja ſecum non reduxerit; [79] quia ille alia navi vectus, felicius navigaverat,] Salamine pulſus a patre, [80] Sidona venit: ex quo Dido cuncta cognovit. Ajax autem Achillis patruelis frater fuerat; quoniam Telamon & Peleus fratres fuerunt, Aeaci filii.

VARIORUM.

Caſum deinde viro Hamburg. ſecundus. *caſum* Catroeus

62 *ſaevum, importuoſum* L. Voſ. R. & ita in Salluſt. Jug. XVII. 63 deeſt Dan. 64 deeſt Dan. ſed L. Voſ. Steph. al. deeſt *conſonam*. 65 *indico* L. Voſ. R. Steph. Dan. 66 *efficio* L. 67 *Coeo*. Baſil. 68 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 69 deſunt iisdem. Fabula autem hoc narrat paſtorem fuiſſe Anchiſen Dan. 70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 71 Colcos L. herculem Colchos iret R. in Colchos B. fabula haec ſimiliter narratur a Scholiaſte Statii ad I. Achil. 393. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *poſt*. 73 deſunt Dan. 74 ut dicunt Commel. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Salamine*. 76 deſunt Dan. 77 Theomiſſam Fuld. 78 Turiſacen * ad Dan. Turiſacen a coena ad Fuld. Turiſacen Fab. ſed recte *Euryſacen* repoſitum. vid. Voſſ. ad Vellej. Paterc. I. I. 79 qui alia Fabr. 80 Sidoniam Voſ. Sidonam R. L. Cydoniam Voſſius d. l.

Digitized by Google

Auxilio Beli. Genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.
Tempore jam ex illo caſus mihi cognitus urbis
Trojanae, nomenque tuum, regeſque Pelaſgi.
Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat,
Seque ortum antiqua Teucrorum ab ſtirpe volebat.

Qua-

SERVII.

621. [81] [GENITOR TUM BELUS. Quidam alium patrem [82] *Eliſſae* dicunt.] OPIMAM. Pro opulentam nonnulli accipiunt.] VASTABAT CYPRUM. Quam ſubactam, conceſſit [83] Teucro: [qui ex reſponſo Apollinis illuc perrexerat, ut in ea conlocaret imperium, qui eam civitatem [84] Salaminem ex nomine patriae ibi condidit; licet alii dicant ab ipſo [85] Teucro Cypri ſuperatos incolas, & ſic conditam civitatem: unde *Auxilio Beli* accipi poteſt,] etiam Teucro auxilium a Belo ad occupationem Inſulae praeſtitum.

622. DITIONE. Poteſtate: omnis enim poteſtas dictis conſtat, id eſt, imperio, [86] [& quaerendus nominativus hujus nominis; ſed de hac re hiſtoria longe aliud continet.]

623. CASUS. Hoc loco, ruinae, [87] [ut III. 2. *Ceciditque ſuperbum Ilium*:] non fortunae intelligendus eſt caſus.

624. [88] [PELASGI. A Pelaſgo, Jovis & Lariſſae filio.]

625. IPSE HOSTIS TEUCROS. Trojanorum laudis exaggeratio, [89] quod etiam ab hoſte laudantur: [& quidam *hoſtis* ſingularem, quidam pluralem legunt. LAUDE. Pro virtute accipiunt, ut V. 355. *Primam merui qui laude coronam.*] FEREBAT. Laudabat, praeferebat.

626. TEUCRORUM A STIRPE VOLEBAT. Propter genus maternum, [90] [ut ſupra diximus. Et plus eſt, quod dixit *volebat*, quaſi materno gaudens, refutaret genus paternum.] [Sane *ſtirps*, cum de origine dicimus, generis feminini eſt, ut VII. 293. *Heu ſtirpem inviſam*: cum de ligno, maſculini XII. 770. *Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum.*]

VARIORUM.

troeus explicat, quod tam ſubito apparuerit, ex Donato.

616. APPLICAT ORIS. Cl. Marklandus ad Stat. III. Silv. III. 17. *applicat auſis*, quia contra decorum ſuas oras *immanes* diceret. ſed Libyae vicinas gentes intelligit, vide ſupr. 337. & lib. IV. 40. deinde ipſi Poeni ferociores erant & natura, & propter novitatem regni, ſed volente Jove poſuerant ferocia corda ſupra ỷ. 302. decorum ergo recte ſervatum. ſed cur non, ut ſolet, ubi obvia eſt copia, exemplis probat eleganter dici, *vis applicat auſis*, quod explicat per *admovet*, nec hujus locutionis exempla profert? *applicare oris* vero facile & obvium. vide ſupra ỷ. 377. *implicat* Bigotianus. quod melius auſis conveniret. *vis* intelligenda, ut initio libri, *vi Superum terris jactatus & alto.* BURM.

617. TUNE ILLE. *An tu ille* Venetus.

Ibid. ANCHISAE. Donatus ad Ter. Andr. III. II. 6. *Anchiſae* in dativo caſu probat.

618. AD UNDAM. *Ad undas* Scholiaſtes Statii Thebaid. I. 575. quod & duo recentis notae ex noſtris exhibent. At Donatus ad Terent. Andr. III. II. 6. & Eun. II. III. 32. & Priſcianus non uno loco vulgatam lectionem exprimunt. HEINS. *In unda* Menagianus prior. *ad undas* Dorvill. *genuit Phrygiis* Venetus. *Simountis* Leidenſis unus.

619. TEU-

81 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad *vaſtabat.* nec Dan. & Fab. habent primam notam. 82 *Meliſſae* Fuld. *m* ex proximo adhaeſit. 83 Teucro, ut in ea conlocaret imperium L. Voſ. R. Steph. al. ceteris omnibus omiſſis ad ỷ. 623. Teucro ex reſponſo Apollinis, Teucerque ibi Salaminam civitatem ex nomine &c. Dan. Fabr. 84 Salaminam Fuld. Dan. 85 Teucro eſſe ſuperatos, unde etiam Teucro auxilium &c. Dan. Fabr. 86 deſunt Dan. & Fabr. 87 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 88 deſunt iisdem. 89 qui Dan. 90 deſunt L. & ſequentia de *ſtirpe* in Fuldenſem tranſlata ex nota in lib. III. 94. & idem bis terve alibi iteratus a Servio.

Digitized by Google

Quare agite, o tectis, juvenes, ſuccedite noſtris.
Me quoque per multos ſimilis fortuna labores
Jactatam hac demum voluit conſiſtere terra.
Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.
Sic memorat. Simul Aenean in regia ducit
Tecta: ſimul divom templis indicit honorem.

Nec

SERVII.

627. TECTIS SUCCEDITE NOSTRIS. Ad convivium vocat: nam jam ſupra dixit: *Urbe, domo ſocias.* [dicitur autem & *tecta ſuccedere*, ut VII. 501. *Succeditque gemens ſtabulis:* & III. Georg. 418. *Tecto adſuetus coluber ſuccedere.*]

628. [ME QUOQUE. Quemadmodum vos.] SIMILIS FORTUNA. Scilicet adverſa, [91] [errandi, & aliena inquirendi.

629. DEMUM. Poſtea.]

630. NON IGNARA MALI, MISERIS SUCCURRERE DISCO. Quare non diſco? quia non ſum ignara. Bis enim intelligimus *non*, ut ſupra diximus: ſic Salluſtius: *Segnior, neque minus gravis & multiplex cura.*

631. [SIMUL AENEAN IN REGIA DUCIT TECTA. Et hoc, quod ſequitur, videtur auſpicium nuptiarum.]

632. [SIMUL DIVUM TEMPLIS INDICIT HONOREM. Apud majores noſtros mos fuit, ut magiſtratus poſt res ſerias, quae conſulto peragebantur, in fine actus adderent: *Diis honorem dico:* vel alio modo: *Hinc ad Deos:* quod Poëta, amator antiquitatis, ſubtiliter docet; infert enim Didonem, poſt habitum cum Aenea colloquium & junctam hoſpitalitatem. *Quare agite, o tectis, juvenes, ſuccedite noſtris:* ut ſupra: *Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt.* Et: *Tros Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur:* poſt actum publicum Diis ſacra juſſiſſe: nam ſubjungit: *Simul Aenean in regia ducit Tecta: ſimul Divum templis indicit honorem:*] Id eſt, juſſit fieri ſupplicationes. Et bene *Indicit*, quia Trojani inopinato venerant. [92] Et feriae aut *legitimae* ſunt, aut *indictae: Indici* autem dicuntur, quia paupertas majorum ex collatione ſacrificabat. [Et iterum *Indictiva ſacrificia* dicebantur, quae ſubito ad praeſens tempus indicebantur:] aut certe de bonis damnatorum: unde & *ſupplicia* dicuntur *ſupplicationes*, quae ſunt de bonis *ſupplicia* paſſorum. Salluſtius Catil. IX. *In ſuppliciis deorum magnifici.* Hinc etiam ſacrum & venerabile & execrandum intelligimus: quia ſacrae res de bonis execrandorum fiebant, [dicebantur ſacra & honoraria, quod utrumque hoc loco complexus videtur.]

VARIORUM.

619. TEUCRUM. *Memini Teucrum* Sprotianus, Montalbani & Venetus.

621. TUM BELUS. *Cum* Menagianus prior & Leidenſis.

622. TENEBAT. *Premebat* Menagii prior: male. vid. ſupr. ỷ. 236. eadem varietas lib. VII. 737. ſed lib. X. 53. *magna ditione jubeto Carthago premat Auſoniam.* ubi variationi nullus locus. vid. Salmaſ. Obſerv. ad Jus Att. 600. qui *ditionem* differre a *foedere* oſtendit. BURM.

626. A STIRPE. *Ab ſtirpe* Mediceus, alter Mentelianus cum utroque Rottendorphiano & Leidenſi. HEINS. Vid. I. Georg. 171. & VIII. Aen. 130. & ita apud Salluſt. Jug. XIV. Rivius ex codice Mſ. *ab ſtirpe* profert. *a ſtirpe videbat* ſecundus Moretanus. *a* deeſt Sprotiano. & fragm. Moreti. vid. ſup. 236. & VII. 99. BURM.

627. O TECTIS. *O juvenes, noſtris ſ. tectis* Zulichemius. *o juvenes, tectis* quatuor alii. *O noſtris, juvenes, ſ. tectis* Parrhaſ.

628. PER MULTOS. *Poſt* Dorvill. & Ed. Junt. vid. ad Sueton. Tiber. V.

629. CONSISTERE. *Conſidere* Gudianus & tertius Moretanus. & pro diverſa lectione Hamburg. prior. vide annotata ad Aeneid. VIII. 10. mox quartus Moretanus,

Aeneam ſub regia ducit Tecta.

HEINS. *Conſidere* & Bigotianus. vid. ſupr. 571.

ac

91 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. ad ỷ. 630. 92 deeſt Steph. Dan. Fabr. feriae autem Baſil.

Digitized by Google

Nec minus interea ſociis ad litora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga ſuum, pinguis centum cum matribus agnos
Munera, laetitiamque dei.
At domus interior regali ſplendida luxu

In-

SERVII.

635. TERGA SUUM. Non declinatio *u* litteram hoc loco geminat; ſed ratio nominis, in quo eſt *u*; ſicut & in *rum* mittit genitivum pluralem, non per declinationem; ſed quia eſt in nomine *r*, ut, *patrum*; *alituum* vero ubi legimus, [93] epentheſis eſt: ſicut *Mavortis*, vel *induperatoris*: nam *alitum* facit, vel *Martis*, aut *imperatoris*.

636. MUNERA, LAETITIAMQUE DEI. Id eſt, [94] [Liberi Patris: ac per hoc] vinum: aut certe, ut multi legunt: *Laetitiamque die*: id eſt, diei: ut ſupra 156. dicta munera ſint multorum dierum uſui ſufficientia. Intelligamus autem miſſa aliqua etiam ad uſum diei. [Nonnulli *dii* legunt, ſicut veteres *famis*, *fami*. Plautus in Mercatore I. I. 4. *Quia aut nocti, aut dii, aut Soli, aut Lunae.* Sane quidam hunc verſum intelligi non putant poſſe, ut eſt ille: *Quem tibi jam Troja*.]

637. [95] [SPLENDIDA INSTRUITUR. Pro inſtruitur, ut ſplendida ſit.] LUXU. Modo abundantia: alibi: luxuria. Et notandum, quia [96] affluentiam ubique exteris gentibus dat; Romanis frugalitatem, qui & duobus tantum cibis utebantur: & in atriis edebant ſedentes: unde Juvenalis I. 94. *Quis fercula ſeptem Secreto coenavit avus?* & Virgilius VII. 176. *Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.* [MEDIIS TECTIS. Juxta cottidianam conſuetudinem, ait, *mediis*: & ſi dicamus, *in media domo ſua ſedens turbatus eſt*.]

VARIORUM.

ac demum Juntina Editio. *aeneam in* Francianus Parrhaſ. *hac* deeſt Mediceo.

630. NON IGNARA. Serv. hic & ad Ecl. VI. 74. hic repetendum putat eſſe *non*, ut ſit *non ignara*, *non diſco*, id eſt quia non ſum ignara, ideo non nunc demum hoc diſco. ſed ſenſus idem ex vulgata. Experta jam tot adverſa, non diſco nunc demum ſuccurrere; ſed dudum id ſcivi. ordo eſt, non diſco ſuccurrere miſeris, ignara: (id eſt quaſi ignara.) vid. I. Georg. 373. BURM.

632. DIVUM. *Divom* Gudianus. *divis* Sprotianus. *honores* Montalbanius & prior Hamburgenſis.

634. VIGINTI. *Triginta* Hamburgenſis prior. *vigintim* Mediceus.

635. CUM MATRIBUS AGNOS MUNERA. Ita diſtinguo. pro agnos centum cum matribus muneri mittit. confirmat tertius Moretanus. pro *agnos* in Menagiano *haedos*. ut Eclog. I.

Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus haedos.

Noram. HEINS. *Centum pingues* Montalbanius.

636. LAETITIAMQUE DEI. A. Gell. IX. 14. *Laetitiamque dii*, pro *diei* ſcribendum contendit, & ab imperitioribus *dei* aſſeverat legi, qui illic adeundus. ita & legebat Julius Romanus in libello de Analogia, teſte Soſipatro. etiam Servius his ſubſcribit, quibus tamen ut accedam impetrare a me non poſſum. noſter mox, *Adſit laetitiae Bacchus dator.* varias de hoc loco diverſorum ſententias vide apud Voſſium de Analogia lib. II. 19. HEINS. *Laetitiamque Diae* Parrhaſ. *die* Dorvil. Corradus *dei* Junonis vel Neptuni. vid. Parrhaſ. Epiſt. XXXIII.

637. SPLENDIDA. Servius, ut *ſplendida* ſit. Donatus, domus, jam *ſplendida* per ſe, magis inſtruitur. Servium ſequor, quia de apparatu convivii agitur, quum omnia exponuntur inſtrumenta conviviorum, & miniſteria aurea & argentea, ut ſequitur, quae ſplendorem augent. eſt vero adjectivum pro adverbio, *ſplendide inſtruitur*, ut centies noſter, notante paſſim Servio. vid. ſupr. 506. VII. 343. VIII. 30. de verbis *ſplendere* & *ſplendidus* in hac re propriis, vid. Cerdam, & nos ad Phaedr. XIV. 24. ſic dixit Cicer. pro Quinct. cap. XXX. *magnifice & ſplendide ornare convivium.* Claudian. de Bell. Gild. 181.

Splendet Tartareo furialis menſa paratu.

II. in Rufin. 340.

Atria

93 parentheſis L. Voſ. R. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Id eſt liberi patris, aut certe &c. Dan. Fabr. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. 96 affluentia R. Fabr.

Inſtruitur, mediiſque parant convivia tectis.
Arte laboratae veſtes, oſtroque ſuperbo:
Ingens argentum menſis, caelataque in auro
Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum,
Per tot ducta viros antiquae ab origine gentis.
Aeneas (neque enim patrius conſiſtere mentem

Paſ-

SERVII.

639. LABORATAE VESTES. Labore perfectae, ut: *Laborataſque premunt ad pectora ceras.* Et eſt ſermo in compendium coactus, ſicut VI. 176. *Rapuitque in fomite flammam:* id eſt, raptim fecit.] [97] [Et ſane *veſtes* non illas dicit, quibus induimur, ſed ſtragulas, ſupra quas diſcumbitur: ſic enim dicebantur *veſtes ſtragulae*] OSTROQUE SUPERBO. Claro, pretioſo: id eſt, per ſe ſuperbo; aut quia ſuperbos faciat.

640. INGENS ARGENTUM MENSIS. Aut ſubaudi exponunt: aut menſas argenteas accipe. CAELATAQUE IN AURO. [98] Inſculpta: in principali aliam habet naturam: in derivatione mutat: nam *celum* dicitur ferrum ipſum, [99] unde operantur argentarii, quod producitur naturaliter; ſed in derivatione mutatur: diphthongus namque eſt: *Caelataque in auro.*

641. [FORTIA FACTA Veteres enim in conviviis ſolebant fortia parentum facta narrare, quae hic etiam inſculpta dicit. Et hic reſolvit Poëta illud, quod reprehenditur, cur in templo Junonis non Poenorum & Graecorum facta depinxerit; ſcilicet quod ſuorum res pretioſiore materia ſignatas habuerit: [1] [quae ibi etiam ſculpta erant: mos enim erat veterum.] SERIES. Ordo connexus.

642. PER TOT DUCTA VIROS. A Belo, primo rege Aſſyriorum, ut: [2] *Ab antiquo durantia cinnama Belo.* [3] A Belo uſque ad Belum, patrem Didonis, qui & ipſe Aſſyrius fuit, [4] [quamvis alio nomine pater Didonis fuiſſe dicatur. [5] Sed hic ait inf. 729. *Quam Belus, & omnes a Belo ſoliti:* cum inter patrem & filiam medius nullus exiſtat. [6] [Haec eſt generis ſeries: Jupiter, Epaphus, Belus priſcus, Agenor, Phoenix, Belus minor, qui & Methres, Dido, & Pygmalion.] [7] Et hoc regis nomen ratione non caret: nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipſorum lingua [8] *El* dicitur: unde & [9] ἥλιος. Ergo addita [10] digammo, & in fine facta derivatione, a Sole [11] regi nomen impoſuit.

643. AENEAS. Sequitur, *Rapidum ad naves praemittit Achatem.* Caetera per parentheſin dicta ſunt.

VARIORUM.

Atria regifico juſſit ſplendere paratu,
Exceptura dapes. BURM.

639. SUPERBO. *Superbae* Hugenianus a manu ſecunda.

642. ANTIQUAE. *Antiqua* Gudianus a manu prima. nec aliter duo vetuſtiores Rottendorphiani, & tres praeterea cum fragmento Moreti. *primaque ab origine* pro diverſa ſcriptura in altero Hamburgenſi. HEINS. *Antiqua* Dorvill. Francianus, Graevianus & Excerpta noſtra. ut ita ſaepe *prima origo* noſtro & aliis. *ducta ſuae antiqua* Ed. Venet.

643. MENTEM. Alios *mente* Guell. Cerda & Taubmannus legere notant. ſed mens conſiſtit, ubi quieſcit a curis, & ſecurum facit hominem. vid. ad Petron. cap. XLVI. & Quinctil. decl. CCCXLIX. *mentem* agnoſcit Beda de Tropis S. Script. pag. 351.

97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Dan. hoc modo; Labore perfectae. & hic ſtragulas, ſuper quas diſcumbitur, dicit veſtes, non quibus induimur: ſic enim dicebant *veſtes ſtragulas*, ut *Laborataſque premunt ad pectora ceras*, & eſt ſermo i. e. coactus, ſ. R. *i. f. f.* i. e. r. fecit. & ita fere Fabr. ordine tamen alio verborum. 98 ſculpta L. inſculpta tamen hoc nomen in Dan. & mox, in derivationem L. & , mutat, nam caelum eſt, unde Dan. 99 quo Fabr. al. 1 deſunt L. Voſ. R. Steph. 2 *ab antiqua durantia Cinna* A Belo &c. L. Voſ. R. niſi quod hi *antiquo*. 3 ab eo uſque Fabr. al. 4 deſunt L. Voſ. R. Steph. 5 hinc eſt *Quam* L. Voſ. R. Steph. al. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 7 & Regis Dan. 8 *Hel* Steph. Fabr. 9 *Haleis* Steph. *Helios* L. *Elios* Voſ. R. 10 digammos L. R. & ita Fabr. al. ſed etiam, *derivatio*, habent. 11 regem R.

Digitized by Google

Paſſus amor) rapidum ad navis praemittit Achaten,
Aſcanio ferat haec; ipſumque ad moenia ducat.
Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.
Munera praeterea, Iliacis erepta ruinis,
Ferre jubet; pallam ſignis auroque rigentem,

Et

SERVII.

644. Rapidum ad naves praemittit Achatem. Non *praemittit*, nec enim ſequitur ipſe; ſed *mittit praerapidum:* quod ex affectu patris, [12] [id eſt, ejus, qui mittit,] intelligendum eſt, non ex [13] Achatae velocitate. Et ſic *praerapidum* dixit, quomodo Terentius Hecyr. I. I. I. *Per pol quam paucos:* hoc eſt, perquam paucos volo. *Pol* enim per ſe plenum eſt, jurantis adverbium: cui praepoſitio ſeparatim nunquam cohaeret.

645. Ferat. Afferat, nuntiet, ut ſup. 463. *Feret haec aliquam tibi fama ſalutem.*

646. Stat. Modo, eſt, [ut III. 210. *Grajo ſtant nomine dictae:*] alias horret, ut VI. 300. *Stant lumina flamma.* Et VIII. 233. *Stabat acuta ſilex.* Item plenum eſt, ut XII. 407. *Jam pulvere coelum Stare vident.* [14] [Et VII. Ecl. 53. *Stant & juniperi, & caſtaneae hirſutae.*] Item poſitum eſt, ut III. 63. *Stant manibus arae.* Item placet, ut XII. 678. *Stat, conferre manum Aeneae.* [15] [Et II. 750. *Stat, caſus renovare omnes.*] Pro loco ergo hic intelligendus eſt ſermo.

647. Iliacis erepta ruinis. Commendat ex loci difficultate, ut II. Ecl. 40. *Nec tuta* [16] *mihi valle reperti.* Item ex perſona: *Ornatus Argivae Helenae:* &: *Ilione quod geſſerat olim.* Ut: *Hoc Priami geſtamen erat:* quemadmodum plerumque [17] ex intervalli longitudine, [18] ut Terentius Eun. III. II. 18. *Ex Aethiopia eſt uſque ancilla haec.* Erepta. [Oſtendit valde pretioſa, quae meruerunt ex ruinis civitatis eripi.] Laborat [19] [autem Poëta] hoc ſermone probare ab Aenea non eſſe proditam patriam, ſi ornatus Helenae, [20] [quam cum Antenore Trojam prodidiſſe manifeſtum eſt,] [21] ex incendio eripuit, bellorum caſu, non pro praemio proditionis accepit.

648. Pallam rigentem. Duram propter aurum, ſicut [22] & novas veſtes videmus. Significat autem [23] tunicopallium: quod ſecundum Varronem *palla* dicta eſt, ab irrugatione, & mobilitate: quae eſt in fine hujuſmodi veſtium, ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Signis auroque. Signis aureis, ut ſupr. 61. *Molemque & montes.*

VARIORUM.

351. & ita, *conſtituere mentes non doctas ferre quietem* Lucan. IX. 294. *Patruus* erat in Oudartiano. BURM.

644. Achatem. *Achaten* alter Mentelianus & Leidenſis, Chariſio confirmante, qui & *Anchiſen*, non *Anchiſem* quarto caſu eſſe efferendum contendit. *Achaten* etiam hoc loco Diomedes agnoſcit, & Donatus ubi agit de tropis. dictum ſupra ý. 113. HEINS. *Ad navem* Oudartii: *ad navis* ſecundus Moreti. *permittit* idem & Graevianus codex. *tranſmittit* Menagii prior. forte *remittit*, quod mutarunt, quia ſyllabae metuebant. ſi *praemittit* placet, intelligendum, illum praemiſſum Didonis famulis, qui munera ſociis ferrent. *rapidum*, id eſt velocem, juſſum ſcilicet velociter ire & redire. nam illud *praerapidum* non placet: quia ſi Tmeſis eſſet, *prae* mihi debere poni ante *rapidum*, non poſt, videtur. Barlandus *praemittit* explicat mittit, ut ante horam coenae redire poſſet. BURM.

645. Ipsumque. *Ipſaque* primus Moreti a manu prima. *ad limina* Menagii prior. *Aſcanio ut ferat* Venetus. *ſecumque ad m. d.* Parrh. mox, *ſtat cari* Montalbani.

648. Pallam signis auroque rigentem. Salmaſ. ad Carinum Vopiſci cap. 20. explicat notis ex auro purpuraque aſperam. Rubenius de Re veſtia-

12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 13 Achatis Steph. Dan. Fabr. al. Achate Voſ. R. 14 deſunt L. R. Fuld. 15 deſunt Fuld. 16 *in valle* Baſil. 17 ex longitudine L. Voſ. R. Steph. Dan. item ex longinquitate, ut *Illacis erepta ruinis* - ut Terentius. Fuldenſ. 18 *ut ex Aethiopia eſt uſque haec* L. Voſ. R. 19 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 20 deſunt Fuld. 21 ex incendio bellorum, non pr. pr. p. accepit Fabr. al. 22 vel novas Voſ. R. 23 Tunica pallium L. Tunicaepallium Voſ. Steph. Dan. Fab. al. ſed recte Tunicopallium R. vid. Ruben. de Re veſt. p. 119.

Digitized by Google

Et circumtextum croceo velamen acantho,
Ornatus Argivae Helenae: quos illa Mycenis,
Pergama quum peteret, inconceſſosque Hymenaeos,

Extu-

SERVII.

649. Et circumtextum velamen. Cycladem ſignificat. Acantho. Genus virgulti flexuoſum, quod vulgo [24] *herbacanthum*, [id eſt, *flexibile virgultum*,] dicunt: in cujus imitationem arte veſtis ornatur. [25] [Varro ita refert: *Cteſias ait in India eſſe arbores, quae lanam ferant. Item Epicadus in Sicilia, quarum floribus cum dempti ſunt* [26] *aculei, ex his implicitis mulieres multiplicem conficere veſtem. Hinc veſtimenta acanthina appellata.*]

650. Ornatus Argivae Helenae; quos illa Mycenis. [Hic quoque commendatio muneris a perſona, quae & in fuga magni fecerit.] Argivae. A vicinitate dixit *Argivae*. Et paulo poſt *Mycenis*; cum Spartana fuerit, quae civitas [27] eſt in Laconica: nam legimus, x. 92. *Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter*. Et vide jam omen infoelicitatis futurae; [28] cum adulterae ſuſcipit munera.

651. [29] [Pergama cum peteret. Eo tempore quo a Paride ſollicitata eſt Helena, Venere faciente, [quae ei in praemium pro victoria, quam de malo aureo acceperat, alienum matrimonium concilians, ſicut nota fabula omnibus traditum eſt: quamvis vera hiſtoria hoc habere dicatur, non ſollicitatam a Paride Helenam, ſed cum non ei conſentiret, ut, abſente eo tempore Menelao, ſponte eum ſequeretur ad Trojam, expugnata civitate, vi a Paride ſublatam: unde factum eſt, ut Paris, timore, ne qui eum ſequerentur, non recto itinere properaret ad patriam, ſed diverteret ad Aegyptum, & ad regem Proteum veniret; qui cum eſſet ſacrificus, & agnoviſſet alienam uxorem a Paride raptam, duci eam dicitur ſubtraxiſſe, & neſcio quibus diſciplinis phantaſma in ſimilitudinem Helenae formatum Paridi dediſſe, quod in II. 592. plenius invenies.] Inconceſſosque hymenaeos. Et [30] fato & legibus. *Hymenaeus* autem, ut alii dicunt, deus eſt nuptiarum: ut alii, quidam juvenis fuit, qui die nuptiarum oppreſſus ruina eſt: unde expiationis cauſſa nominatur in nuptiis. [31] Sed falſum eſt: nam vitari magis debuit nomen extincti. Sed hoc [32] habet veritas: *Hymenaeus* quidam apud Athenas, inter bella ſaeviſſima virgines liberavit: quam ob cauſſam nubentes ejus invocant numen, quaſi liberatoris virginitatis. Hinc etiam apud Romanos [33] Thalaſſio invocatur: cum enim in raptu Sabinarum, plebejus quidam raptam pulcherrimam duceret: ne ei auferretur ab aliis, Thalaſſionis eam ducis nobilis eſſe ſimulavit: cujus nomine fuit tuta puellae virginitas. [34] [Alio etiam modo: *Hymenaeus*, Athenienſis, adeo pulcher fuit, ut adoleſcens puella putaretur: is cum unam virginem nobilem, ipſe mediocriter ortus, adamaſſet, ejuſque nuptias deſperaret; quod unum poterat, ſequendo puellam amori ſatisfaciebat. Sed cum Athenienſium nobiliſſimae virgines Eleuſinae Cereri ſacra facerent, ſubito adventu piratarum raptae ſunt; inter quas etiam Hymenaeus, qui illo amatam ſequutus fuerat puellam, tanquam puella, raptus eſt. Sed cum piratae praedam per longinqua maria portaſſent, in deſertam regionem delati, ac fatigati, ſomno ſe dederunt. Hos cum *Hymenaeus* univerſos occidiſſet, relictis ibi virginibus, Athenas reverſus eſt: petiitque a civibus, ut, ſi virgines, quae raptae fuerant, reduxiſſet, delectae nuptias impetraret. Quas cum reduxiſſet, optatam in matrimonium virginem meruit. Quod conjugium quia felix fuerat, placuit Athenienſibus omnibus nuptiis *Hymenaei* nomen intereſſe. Eſt autem & alia ratio vocabuli: nam *Hymen*, quaedam membrana quaſi virginalis eſſe dicitur puellae, qua rupta, *Hymenaei* nuptiae dictae.]

VARIORUM.

veſtiaria lib. I. cap. 2. *ſigna* clavos interpretatur. doctiſſimus Moneta in Menagianis Tom. III. p. II.

24 *Herbachantum* dicunt, in cujus L. Voſ. R. & Steph. qui *herbacanthum*: ut & al. *Herba acantho*, id eſt flexibili virgulto, in &c. Dan deinde, ornatur & conficitur Dan. Fab. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Varro cum denti * ſint aculei exis * implicitis mulieres &c. Dan. Varro ita refert, Neſcientes ait * &c. Fuld. Voſſius ad Vell. Paterc. II. 56. legit, *Neanthes* pro *neſcientes*. ubi de veſtibus acanthinis etiam aliquid monitum. vide & Colomeſ. ad Gyrald. de Poëtis pag. 395. BURM. 26 *nas'ti* Fuld. 27 eſt Laconiae Fabr. al. in Laconia Steph. 28 cum Dido adulterae Fabr. al. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. ad *inconceſſos*. ſed Dan. habet prima ad *quos*. 30 fatis L. 31 falſum eſt autem, nam L. Voſ. R. 32 deeſt Voſ. 33 Thalaſio L. R. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. ad ℣. 652. & repetuntur iterum ad lib. IV. 99.

Digitized by Google

Extulerat, matris Ledae mirabile donum.
Praeterea ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim,
Maxuma natarum Priami, colloque monile
Baccatum, & duplicem gemmis auroque coronam.
Haec celerans, iter ad navis tendebat Achates.

At

SERVII.

652. [EXTULERAT. Secum exportaverat.] MATRIS LEDAE MIRABILE DONUM. Vel quod ipſa filiae: vel quod ei Jupiter dederat.

653. PRAETEREA SCEPTRUM, ILIONE. Bene offert munera, apta perſonis: ſicut etiam Latino, in ſeptimo. [ILIONE QUOD GESSERAT OL. Quia etiam feminae ſceptro utebantur. *Geſſerat* autem, pro geſtaverat, ut VII. 246. *Hoc Priami geſtamen erat*. Et quaeritur utrum hoc ſceptrum de Thracia, an de Troja ſublatum: quidam Aeneae ab Iliona datum dicunt; ſed quamvis apta nupturae reginae ſint munera, tamen futurorum malorum continere omen videntur.]

654. MAXIMA NATARUM PRIAMI. Quia ante etiam foeminae regnabant; praeſertim primogenitae: unde ait, *Maxima*. Haec autem uxor [35] Polymneſtoris fuit, [36] [quae, poſt captum Ilium ejecta a viro, manu ſua interiit.] COLLOQUE MONILE. Ornamentum gutturis: quod & ſegmentum dicunt, ut Juvenalis II. Sat. 125. *Segmenta & longos habitus*. Licet *ſegmentatas veſtes* dicamus, ut ipſe VI. Sat. 89. *Et ſegmentatis dormiſſet parvula cunis*.

655. BACCATUM. Ornatum margaritis. Dicimus autem & *haec margarita*, & *hoc margaritum*, & *haec margaris*, quod Graecum eſt, quo modo *Nais*. Sane multi ſeparant *gemmam* [37] & *margaritam*, ut Cicero IV. Verr. I. *Nullam gemmam aut margaritam*: & *gemmas* volunt dici diverſi coloris; *margaritas* vero albas: vel *gemmas* integras, *margaritas* pertuſas. DUPLICEM GEMMIS AUROQUE CORONAM. *Duplicem*, aut latam, ut I. Georg. 172. *Duplici aptantur dentalia dorſo*. Item III. Georg. 87. *Aut duplex agitur per lumbos ſpina*, [38] aut re vera *duplicem gemmis & auro*. [Sane immiſcet Romanam conſuetudinem: coronis enim foeminae utebantur.]

656. HAEC CELERANS. Celeriter facere cupiens.

VARIORUM.

II. tunicam rectam, quae Graecis ὀρθοστάδιος dicta, intelligit, ut & Guellius fecit, de qua agit Salmaſius ad Vopiſci Aurelian. cap. 46. ſed ego cum Servio explico *rigentem*, duram, plenam & denſam auro, ut novae veſtes, quae nullas plicas, vel rugas adhuc habent, ut vix flexibilis fuerit. *ſigna* certe ſunt figurae auro intertextae, aut acu pictae. vide lib. XI. 72. Amm. Marc. XVI. 10. *rigentia auro vexilla*. noſtrates *ſtyf van goud* dicunt. ſigna etiam poſſent capi σημεῖα, qualia ſupra ad ỳ. 478. vidimus in veſtibus. licet enim ibi de detritis agatur, quae longo uſu ſigna talia exhibent, poſſunt tamen intexta vel acu picta ſigna, diverſis figuris, intelligi. BURM.

649. CIRCUMTEXTUM. *Circumtexto* ſecundus Moreti. *circumtextum* Leidenſis unus. *Achanto* nonnulli. deinde, *ornata* Leidenſis.

651. PETERES. Vulgati habent *peteret*. alterum tum ad numeros aptius, tum ad invidiam atrocius. FABRIC. *Dum peteret* Menagii prior.

652. EXTULERAT. Alii, *abſtulerat*. male. vide ad Suet. Claud. XLIX.

653. SCEPTRUM, ILIONE QUOD GESSERAT. Mentelianus prior, *praeterea ſceptrum Ilionae*, pro *Iliones*. vide annotationes noſtras ad lib. III. 386. *Ilionae* etiam primus & tertius Rottendorphiani, & Leidenſis, quod mihi vulgata ſcriptura viſum nihil inconcinnius, niſi quod *Ledae* & *Helenae* nomina ſecundo caſu jam praeceſſere. HEINS.

656. HAEC CELERANS. *Hac celerans* alter Mentelianus a manu ſecunda. *Accelerans* prior Rottend. & Montalbanius. in tertio Moretano, *Aſcelerans*. HEINS.

35 Polimeſtoris L. Voſſ. Polymeſtoris R. Steph. 36 deſunt L. Voſ. R. Steph. poſtque captum Dan. Fabr. 37 a margarita L. R. Fabr. 38 aut certe revera L. Voſ. R. Steph.

At Cytherea novas artis, nova pectore verſat
Conſilia: ut faciem mutatus & ora Cupido
Pro dulci Aſcanio veniat, doniſque furentem
Incendat reginam, atque oſſibus implicet ignem.
Quippe domum timet ambiguam, Tyrioſque bilinguis.
Urit atrox Juno, & ſub noctem cura recurſat.
Ergo his aligerum dictis adfatur Amorem:

Nate,

SERVII.

657. AT CYTHEREA. Ab inſula, quae numero tantum plurali dicitur, ut x. 86. *Sunt alta Cythera.* NOVAS ARTES. *Ars* τῶν μέσων eſt: unde ſine epitheto male ponitur. [Veteres autem *artes* pro dolis ponebant, Et Terentius in Heautont. II. III. 124. *Quendam offendi ibi militem. Ejus noctem orantem: haec arte tractabat virum.* Item in Phormione II. I. 29. *Artificem probum:* nam & Graeci dolos, technas dicunt, ut in II. 195. *Perjurique arte Simonis:* [39] [ut *bonas artes*, *malaſque artes* dicamus.]

658. FACIEM MUTATUS. Nota figura eſt. Quod autem addidit *& ora*, periſſologia eſt.

659. DONISQUE FURENTEM INCENDAT REGINAM. Incendat, & furere faciat, ut IV. 22. *Animumque labantem Impulit.* [IMPLICET proprie ait: *Impliciti* enim morbo dicuntur: nam & amor morbus.]

661. QUIPPE DOMUM TIMET AMBIGUAM. Modo incertam: in qua habitat mutabilis foemina, ut IV. 569. *Varium & mutabile ſemper Foemina.* Item Juno in quarto 97. *Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altae.* [40] [Alias, *ambiguam*, pro gemina duplicique accipitur, ut III. 180. *Agnovit prolem ambiguam.*] TYRIOSQUE BILINGUES. Fallaces: nec enim ad linguam retulit, ſed ad mentem. [41] [Item apud Livium lib. XXI. 4. de Annibale: *Inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica; veri nihil, nihil ſancti,* [42] *nullius dei metus, nullum jusjurandum, nulla religio.*]

662. ATROX. [43] [Primo quantum ad Venerem pertinet, ſaeva; non quia ita de ea Poëta judicet.] SUB NOCTEM CURA RECURSAT. Circa noctem. Et ſciendum [44] quia cum tempus ſignificatur, *Sub*, praepoſitio accuſativo cohaeret, ut I. Georg. 445. *Aut ubi ſub lucem, denſa inter nubila ſeſe Diverſi rumpunt radii.* [Et bene *ſub noctem cura recurſat:* quia vehementiores curae vel circa noctem, vel per noctem ſunt.] [45] [RECURSAT autem, recurrit & revertitur; quaſi ſemper in mentem venit.]

663. ERGO HIS ALIGERUM DICTIS AFFATUR AMOREM. [*Aligerum*, compoſitum a Poëta nomen.] Sane Latini deum ipſum *Cupidinem* vocant, [46] eo, quod facit amorem; ſed hic imitatus eſt Graecos, qui uno nomine [47] ἔρωτος utrumque ſignificant: nam *Amorem* dixit deum; ſed diſcrevit epitheto. Sane [48] nomen hoc ratione non caret: [49] nam, quia turpitudinis eſt ſtulta cupiditas, puer pingitur, ut IV. Georg. 345. *Inter quas curam Clymene narrabat inanem:* id eſt, amorem. Item, quia imperfectus eſt in amantibus ſermo, ſicut in puero, ut III. 76. *Incipit effari, mediaque in voce reſiſtit.* Alatus autem ideo, quia [50] amantibus nec levius aliquid, nec mutabilius invenitur; ut in ipſa probatur Didone: nam de ejus interitu cogitat, cujus paulo ante amore deperibat, ut IV. 600. *Non potui abreptum divellere corpus.* [51] [idem ex Terentio patet Eun. I. I. *In amore haec ſunt vitia: injuriae, ſuſpiciones, inimicitiae, induciae, bellum, pax rurſum.*] Sagittas vero ideo geſtare dicitur; [52] [vel

39 deſunt L. Voſ. R. 40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 42 *nullus Deûm metus* hodie in Livio legitur. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. 44 quod cum tempus Fabr. al. quia deeſt Voſ. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 46 hoc quod L. Voſ. R. 47 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 48 numen L. Voſ. 49 nam & quia Steph. Dan. 50 nil amantibus levius, nil mutabilius Fabr. al. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. in Terentio legitur, *in amore haec omnia inſunt vitia.* ſaepe librarii *inſunt* mutaverunt in *ſunt*, credentes non geminandam praepoſitionem. vid. ad Quinctil. II. 17. in fine. & ad Vell. Patert. II. 128. ſimiliter peccavit Daviſius ad Cicer. I. de Nat. Deor. 43. & alii. BURM. 52 deſunt iiſdem.

Nate, meae vires, mea magna potentia, ſolus,
Nate, patris ſummi qui tela Typhoëa temnis;
Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco.
Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
Litora jactetur, odiis Junonis iniquae,

Nota

SERVII.

[vel quia amorem & libidinem ſequitur punctura poenitentiae, & dolor: vel] quia, ut ipſe, incertae velocesque ſunt. Et haec ratio pene in omnibus aliis numinibus, pro poteſtatum qualitate, formatur.

664. NATE, MEAE VIRES. Aut quia [53] venerea voluptas exerceri ſine amore non poteſt: aut ſecundum [54] Simonidem, qui dicit Cupidinem ex Venere tantum eſſe progenitum: quanquam alii dicant, ex ipſa & Marte: alii ex ipſa & Vulcano: alii vero Chai & primae rerum Naturae eum eſſe filium velint. [Sane & hic perſuaſoriam agit, ſicut ſuperius, ubi Juno ad Aeolum loquitur ſup. 65. *Aeole, namque tibi:* ſed ibi, quia dea cum homine loquebatur, principio opus non fuit: hic vero principio uſus eſt: quia Dea cum Deo loquitur, ad benevolentiam comparandam. NATE. Ab indulgentiſſimo nomine, cauſa amoris: MEA MAGNA POTENT. Quid poſſit facere. QUI TELA TYPH. TEMN. Pro quo. FRATER UT AEN. PELAGO TUUS. Contra quem. ODIIS JUN. INIQ. Nam quod dicit *Frater tuus*, non filius meus, oſtendit ei etiam profuturum qui rogatur: nam ex eo genere eſt illud: *Et noſtro doluiſti ſaepe dolore.* Quaeritur cauſa, HUNC PHOENISSA TENET D. Timor ipſius, ET VEREOR QUO SE JUN. V. Rem ipſam, QUOCIRCA CAP. A. D Modus. QUA FACERE ID P. Quamdiu, NOCTEM NON AMPL. U. An difficile ſit, ET NOTOS PUERI P. I. V. Quomodo, UT CUM TE GREMIO A. L. D. Subito amabit, OCCULTUM INSPIRES IG. F. Q. V. Nihil promiſit: quid enim promitteret Deo?] SOLUS, [55] NATE, Id eſt, qui ſolus contemnis Jovis fulmina, quae diis caeteris ſolent eſſe terrori.

665. PATRIS SUMMI. [56] Nunc quidem de Jove proprie dixit. Sciendum tamen pro qualitate rerum vel perſonarum, *ſummum* deum dici, vel *patrem*: nam unuſquiſque putat eum eſſe ſummum Deum, quem colit, ut XI. 785. *Summe deum, ſancti cuſtos Soractis, Apollo.* TYPHOEA. Multi *Typhoia* legunt: ut *Cerealia*, & *Cerealea*. *Typhöea* autem dixit, non quibus *Typhöeus* uſus eſt, ſed quibus Jupiter in *Typhöeum:* a ſpoliis, id eſt, virtute & victoria, [57] epitheton poſuit; ut Scipio Africanus, & Metellus Creticus. TEMNIS. Aphaereſis eſt, pro *contemnis.* [58] Hac nati laude hoc dicit: facile eum poſſe contemnere Junonem, qui contemnit & Jovem.

666. AD TE CONFUGIO. Perſonarum ratio facit laudis augmentum. TUA NUMINA. [59] Poſſibilitatem. Et notandum eſt unum deum plura habere numina, [60] [ut ſupra ỳ. 8. diximus de Junone.]

667. FRATER UT AENEAS. Conciliatio a qualitate perſonae: UT autem, eſt quemadmodum: quod in pronuntiatione extenditur, quando temporis non eſt.

668. JACTETURQUE. Vacat *que*. ODIIS JUNONIS INIQUAE. Juſta cauſſa petitionis oſtenditur. *Odium* autem, *o* in nomine breve eſt; in verbo vero longum, ut [61] *Odi:* quemadmodum *liquor*, *li* brevis eſt; *liquitur* longa.

VARIORUM.

HEINS. *Accelerans* Vratiſlavienſis. *Has celerans* Oudartii.

658. MUTATUS ET. *Mutatuſque* Francianus. *Motatus* Rottend. pr.

660. UTQUE OSSIBUS. Codices membranei omnes, cum priſcis editionibus, *atque oſſibus*. in primo Moreti *ac oſſibus*. HEINS. Vid. ſupr. ad ỳ. 298. & 486.

662. RECURSAT. *Reverſat* Francianus. vid. lib. IV. 3.

664. MA-

[53] Veneria R. Steph. Dan. al. deeſt vero L. Voſ. R. [54] vide Schol. Apollon. Rhod. III. 21. [55] nate, qui Jovis contemſisti L. Voſ. R. Steph. [56] nunc quoque Baſil. [57] deeſt Dan. [58] hac autem laude hoc agit L. Voſ. R. Steph. al. agit & Fabr. hac autem l. hoc dicit Dan. [59] notandum e. enim u. d. p. h. numina, id eſt poſſibilitatem Dan. [60] deſunt Dan. ut ſupra dictum eſt d. Jun. Fuld. ſed, de Junone, deeſt L. Voſ. R. Steph. [61] odi Dan. odii Steph.

Nota tibi: & noſtro doluiſti ſaepe dolore.
Hunc Phoeniſſa tenet Dido, blandiſque moratur
Vocibus: & vereor, quo ſe Junonia vertant
Hoſpitia. Haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Quocirca capere ante dolis, & cingere flamma
Reginam meditor; ne quo ſe numine mutet:

Sed

SERVII.

669. NOTA TIBI. Graeca figura eſt: [62] [quia plurale a ſingulari regitur,] [63] ut Terentius Eun. II. 2. *Mira vero* [64] *militi quae placeant.* ET NOSTRO DOLUISTI SAEPE DOLORE. *Noſtro*, aut eo, quo & ego: aut *doluiſti*, ideo, quia me dolentem vidiſti; ut *dolebo illa re.*

670. PHOENISSA. De Phoenice. TENET. Moratur. [BLANDIS VOCIBUS. Ideo dixit *blandis*, ut oſtenderet Didonem facile amore incendi poſſe, quae ante jam blanda eſt quam amet.]

671. QUO SE JUNONIA VERTANT HOSPITIA. *Quo*, id eſt, in quam partem. *Junonia* autem *hoſpitia*, Carthaginem dicit: ubi habitabat Juno, ut ſupr. 20. *Hic illius arma.* Aut certe hoc ipſum vereor, quod Aeneae Carthago in hoſpitium patuit, ut eſt II. 49. *Timeo Danaos & dona ferentes.*

672. HAUD TANTO CESSABIT CARDINE RERUM. Aut ἰδιωτικῶς dixit, ne in tantum quidem: hoc, eſt brevi occaſione ceſſabit: aut ſimpliciter intelligendum eſt: non poterit in tanta rerum opportunitate ceſſare: ut ſit de proverbio tractum, [65] quod dicitur: *Res in cardine eſt:* hoc eſt, in articulo. [Quidam ſic intelligunt: cum in incerto ſtatu res ſunt, *in cardine* eſſe dicuntur: & translationem verbi a janua tractam volunt, quae motu cardinis hac atque illac impelli poteſt.]

673. QUOCIRCA. Quapropter. MEDITOR. Mente pertracto.

674. NE QUO SE NUMINE MUTET. *Quo*, vel vacat, vel pronomen eſt. Et bene ſupprimit nomen Junonis, ne ejus frequenti commemoratione, Cupidinem terreat: magis enim vult eum intelligere, quam audire Junonem: aut certe adverbium eſt, ut ſit: Timeo ne ſe numine Dido aliquam commutet in partem.

VARIORUM.

664. MAGNA. *Regna* ſecundus Rottendorphius. Stat. III. Theb. 154. *Voſne illa potentia matris.* vid. Ovid. V. Met. 365.

Ibid. POTENTIA, SOLUS. Diſtinguendum contra multorum citationes temerarias. ut dictio *ſolus* pertineat ad poſteriora, *ſolus*, *nate*. FABRIC.

665. TYPHOEA. In Franciano erat *Typhea*, & ſuperſcriptum erat *on*. ut ſit *Typhonea.*

666. ET SUPPLEX. *Et* deeſt Mentelio priori & Oudartiano. *tua munera* Bigotianus, & ſecundus Hamburgenſis a manu ſecunda. vid. ſupr. ad ỷ. 8.

668. JACTETUR. *Jacteturque* ſcripti mendoſe, Mediceo & paucis aliis exceptis. quod Nonius quoque agnoſcit in *jactare*. *jactetur odiis* Giphanius probat Indice Lucretii p. 462. Voſſianus prior, *jacteturque dolis*. HEINS. *Jacteturque* duo Moretani, Regius, Parrhaſ. & a m. pr. Leidenſis ſecundus. ſunt qui *que* copulam tuentur, & conſtruunt, jactetur & pelago, & jactetur odiis Junonis, ut ſit trajectio. ſed omnia fruſtra, & ne *ur* in *jactetur* producatur. ſed vid. Pier. ad IX. Aen. 195. & quae notata ad Ovid. II. Met. 741. & alibi ſaepe. *Acerbus* vero & *iniquus* etiam lib. XI. 587. commutantur. BURM.

670. HUNC. *Nunc* fragmentum Moreti cum aliis nonnullis. potiores tamen *hunc*. HEINS. *Nunc* Parrhaſ. & editiones Aldina, Juntina. ortum vitium ex ſimili figura H. & N. vid. ad Gratii Cyneg. 630. & Nemeſ. Ecl. I. 461. infr. 680. & bis terve hoc libro, & lib. VI. 817. & alibi centies. BURM.

671. ET VEREOR. Putabam aliquando *ut vereor!* nil mutandum temere tamen. HEINS. Heumannus Tom. III. Poeciles lib. III. p. 380. *At vereor.*

673. ANTE. *Arte* Oudartii & Leidenſis unus. *flammis* ſecundus Moreti. *quodcirca* etiam Bigotianus.

675. SED

62 deſunt L. Voſ. R. Steph. 63 ut Terentius Eun. I. 1. *non perpeti meretricum contumelias.* Baſil. quae altero exemplo caret. 64 *multa militi* Voſſ. 65 de quo dicitur L. Voſ. R. Steph. quo dicitur Fabr. al.

Sed magno Aeneae mecum teneatur amore.
Qua facere id poſſis, noſtram nunc adcipe mentem:
Regius adcitu cari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat; mea maxima cura;
Dona ferens, pelago & flammis reſtantia Trojae.
Hunc ego ſopitum ſomno, ſuper alta Cythera,
Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam:

Ne

SERVII.

675. MECUM. Id eſt, cum officio venerio: [66] [vel *mecum*, per meos amores, me adnitente.] Nec poteſt intelligi, quemadmodum ego: aliter enim amatur a matre, aliter a Didone Aeneas.

676. QUA. Id eſt, quomodo. ACCIPE. Audi, [67] [ut II. 65. *Accipe nunc Danaum inſidias*,] [68] ut contra, [69] *Da*, dic, ut I. Ecl. 19. *Da, Tytire, nobis*, & VI. 66. *Da, non indebita poſco.* MENTEM. Diſpoſitionem, conſilium.

677. ACCITU. Evocatione: & eſt quartae declinationis.

678. URBEM SIDONIAM. Quam tenent Sidonii. MEA MAXIMA CURA. Et Aeneas cura eſt; ſed Aſcanius [70] [maxima: IV. 275. *Cui regnum Italiae, Romanaque tellus Debentur:* & ubique Aſcanius] maxima cura Veneris introducitur: ut X. 132. *Veneris juſtiſſima cura.* Item X. 50. *Hunc tegere, & dirae valeam ſubducere pugnae.*

679. [71] [DONA RESTANTIA. Quae reſtiterunt, ſuperfuerūntque,] [& ante *pelagus* poſuit, cum poſt Trojae everſionem navigaverit Aeneas.]

680. SOPITUM SOMNO. Unum quidem eſt *ſopor* & *ſomnus:* ſed modo *ſopitum*, irrigatum intelligimus. [72] [CYTHERA. Sicut dictum eſt, genere neutro pluraliter, [ut alibi X. 86. *Sunt alta Cythera.*]

681. IDALIUM. Cypri nemus eſt, in quo oppidum breve, ut paulo poſt: *Idaliae lucos.* Item: *Idaliumque nemus.* SACRATA SEDE. Vel templi, vel oppidi.

VARIORUM.

675. SED MAGNO AENEAE MECUM. *Mecum Aeneae* Sprotianus, *mecum magno Aeneae* Moretanus ſecundus. *ſed magno Aenean mecum* Mediceus a manu prima. magnum amorem vidimus ſup. 344. *mecum* explicat Corradus, Catroeus, & alii, tam magno, quam ego amo Aeneam, & ita Vondelius & alii verterunt. quod reprobat Servius IV. Aen. 115. *mecum erit iſte labor.* & ita Cerda, me ſimul hanc rem curante, adnitente. ſic Ecl. II. 13. *mecum reſonant arbuta cicadis.* BURM.

676. QUA FACERE. *Quo* editiones nonnullae vetuſtae, cum Menagiano priore, Montalbanio, & quatuor aliis. *Qua* tamen Servius agnoſcit in ſcriptis exemplaribus, & Scholiaſtes Horatii Cruequianus lib. I. Satyr. IV. & lib. III. Od. III. Fors ſit, ut Maro nobis dederit, *Qui facere id poſſis*, ἀρχαϊκῶς. ita Comici frequenter. ſic libr. VII. 388. vetuſtus codex, *Qui thalamum eripiat Teucris. Quam facere* Gudianus, a manu ſecunda, addita interpretatione *prout*, vel *quomodo*. vide annotata Georg. III. 309. HEINS. *Quid* Leidenſis. *quo facile* Zulichemus a manu prima, cum gloſſa *quomodo.* ego *qua*, hic & mox 682. *qua via, ratione* ſupplendum puto, ut integre dixit lib. IV. 115. *qua ratione, quod inſtat, Confieri poſſit.* & ita centies. *qua, aliqua, alia* &c. ita III. Ecl. 15. *aliqua* Servius explicat, *aliqua ratione. nunc aſpice* Hugenianus. BURM.

678. IRE. *Ille* prior Hamburgenſis.

Ibid. MEA MAXIMA CURA. Naſutulus quidam grammaticus, qui pannos ſuos adſuit purpurae Servianae, ad lib. IV. 2. hic confuſionem nominis & verbi reperit. quaſi & poſſet capi, *cura*, id eſt, *cures mea maxima.* BURM.

679. PELAGO ET FLAMMIS. *Et* ignorabat Dorvillianus.

680. HUNC

66 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 67 deſunt eiſdem. 68 ut e contra Steph. 69 dic *da* L. Voſ. R. 70 deſunt L. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 deſunt eiſdem.

Ne qua ſcire dolos, mediuſve occurrere poſſit.
Tu faciem illius noctem non amplius unam
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus:
Ut, quum te gremio adcipiet laetiſſima Dido,
Regalis inter menſas laticemque Lyaeum,
Quum dabit amplexus atque oſcula dulcia figet,
Occultum inſpires ignem, fallaſque veneno.
Paret Amor dictis carae genetricis, & alas

Exſuit,

SERVII.

682. NE QUA SCIRE DOLOS. *Qua* vacat, ut frequenter diximus. MEDIUS. Importunus, incongruus.

683. TU FACIEM ILLIUS. *Faciem* pro vultu poſuit: nullus enim poteſt faciem alterius accipere; ſed vultum, qui pro mentis qualitate formatur: unde infra ait: [73] *Et notos pueri, puer, indue vultus:* [74] [aut certe quia difficile numini non eſt, ut in faciem mutetur alterius.] [Sane *illius* in Georgicis corripuit, ut I. 49. *Illius immenſae.*] NOCTEM NON AMPLIUS UNAM. Ut ſupra diximus, artis poëticae eſt, non omnia dicere: unde nunc [75] praemiſit, *Noctem unam:* nec enim dicturus eſt, aut [76] abſceſſum Cupidinis, aut adventum Aſcanii.

684. PUERI PUER. Argumentum a facili. [LAETISSIMA DIDO. Non eſt epitheton perpetuum: id eſt, cum laeta eſſe coeperit.]

686. REGALES INTER MENSAS. Epulas intemperantes, in quibus caſtitas rara eſt: & facilis amoris occaſio: unde eſt [77] [illud Terentii Eun. IV. 5.] *Sine Cerere & Libero friget Venus.* LATICEMQUE LYAEUM: *Latex* proprie aqua eſt, ab eo, quod intra terrae venas lateat; ſed & vinum [78] latet intra uvam: unde nunc dixit *laticem. Lyaeum* autem pro *Lyaeium* dixit figurate; ponens principalitatem pro derivatione.

688. OCCULTUM INSPIRES IGNEM. Definitio amoris eſt, *ignis occultus.* VENENO. *Venenum* dictum, quod per venas eat; [79] [ideo poſt ait 749. *Longumque bibebat amorem.*]

689. PARET AMOR DICTIS. Ut ſupra, pro Cupidine *Amorem* poſuit. [Sane notandum, quod interdum, ubi inducit minorem feſtinantem parere, majori reſpondentem eum non facit; ut hoc loco Cupidinem; ut in IV. 238. *Ille Patris magni parere parabat Imperio.* Et in VII. 341. *Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis.*]

VARIORUM.

680. HUNC EGO. *Nunc ego* fragm. Moreti. vid. ſupr. 670.

Ibid. CYTHERA. *Citheron* Parrhaſ.

681. IDALIUM. *Idaliam* Bigotianus ſecundus & tertius Rottendorphius. male. Catul. LXII. *Qualis Idalium volens.* niſi ſit dictum, ut *Caſtalia* III. Georg. 293. ſed & *Idalium* dixit lib. X. 86. vid. Barth. ad Stat. V. 63. *ſecreta* Leidenſ. & primus Hamburgicus. *reponam* Sprotianus a manu prima. BURM.

682. NE QUA. *Ne quis* Dorvill. Montalbanius, Venetus, Hugenianus, & a manu ſecunda Hamburgenſis alter, Francianus, Parrhaſ. & Ed. Venet. *medius*, ut ſupr. 348. *Mediuſque* Hamburg. alter. BURM.

683. ILLIUS. Didonis explicat Gloſſa Regii codicis, ut oculos intelligat, quibus videre ſe Aſcanium crederet. ſed *facies* hic de figura, immo de toto corpore & illius habitu capienda, ut *vultus* de ore. vide Donat ad Terent. Eun. II. III. 5. Cicer. pro Cluent. XXVI. *Recordamini faciem atque illos ejus fictos ſimulatoſque vultus.* Quinctil. de Inſt. Orat. XI. 3. *Nonne in eadem facie, tamen quaſi vultus mutandus eſt.* modo noſter 658. *faciem mutatus & ora. faciem ipſius*, primus Moreti. *falle dolo* poſſet in parentheſi poni. BURM.

685. ACCIPIET. *Accipiet gremio. accipiat* ſecundus.

73 *notoſque* L. Voſ. R. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 75 permittit Ed. Comm. 76 abceſſus Baſil. 77 deſunt L. Voſ. R. 78 deeſt L. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Exſuit, & greſſu gaudens incedit Iuli.
At Venus Aſcanio placidam per membra quietem
Inrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliae lucos: ubi mollis amaracus illum
Floribus & dulci adſpirans complectitur umbra.
Jamque ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyriis, duce laetus Achate.
Quum venit, aulaeis jam ſe regina ſuperbis

Au-

SERVII.

690. ET ALAS EXSUIT. [80] [Hoc eſt, depoſuit.] Laus ingens Aſcanii per tranſitum. [81] Siquidem, alis tantum depoſitis, Aſcanius fuit.

691. PLACIDAM PER MEMBRA QUIETEM. Aut epitheton eſt quietis: aut ideo *placidam* dixit, quia eſt quies, quae poteſt etiam ſomniorum terrore turbari.

692. [82] [IRRIGAT. Infundit, proprie, quia ſomnus ſic pingitur, quaſi cornu [83] infundat.] FOTUM. Sublatum, [84] [complexum a *fovendo*.]

693. AMARACUS. Hic puer, regius unguentarius fuit, qui caſu lapſus, dum ferret unguenta, majorem ex confuſione odorem creavit: unde optima unguenta, *Amaracina* dicuntur. Hic poſtea in herbam *ſampſuchum* [85] verſus eſt, quam nunc etiam *amaracum* [86] dicunt.

695. JAMQUE IBAT. Cum vix Venus iſta dixiſſet. Sane neque feſtinantibus perſonis, neque minoribus eſt reſpondendi facultas; ut hoc loco Cupidini: ut Mercurio ſupra; item in quarto 238. [87] & in ſeptimo 341. Furiae.

697. CUM VENIT. Aut pro [88] cum veniret; aut *Cum* ſit adverbium temporis, pro *dum:* nec enim poteſt conjunctivi modi particula jungi indicativo. Sane ſciendum, malo errore, *cum*, & *dum* a Romanis eſſe confuſa. AULAEIS. Velis pictis, quae ideo *aulaea* dicta ſunt, quod primum in aula [89] Attali regis Aſiae, qui populum Romanum ſcripſit haeredem, inventa ſunt. Ideo autem etiam in domibus [90] tendebantur aulaea, ut imitatio tentoriorum fieret: ſub quibus bellantes ſemper habitavere majores: unde & in thalamis hoc fieri hodieque conſpicimus. Varro tamen dicit, vela ſolere ſuſpendi ad excipiendum pulverem: quia uſus camerae ignorabatur. Unde Horatius II. Sat. VIII. 54. *Interea ſuſpenſa gravis aulaea ruinas In patinam fecere, trahentia pulveris atri, Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.* Sciendum ſane, omnia Graeca nomina in η literam exeuntia, cum derivationem faciunt, η in [91] ae diphthongum convertere, ut αὐλη, *aulaea*, Ἴδη *Idaea*, Αἴτνη, *Aetnaea.* SUPERBIS. Nobilibus, ut III. 2. *Ceciditque ſuperbum Ilium.*

VARIORUM.

dus Moretanus. *regales epulas inter* Montalbanius.

688. VENENO. *Fallaxque venenum* Ed. Venet.

690. EXSUIT, ET GRESSU. *Et vultu* Scholiaſtes Statii Theb. II. 96. HEINS. *Greſſu gradiens* Sprotii a manu prima. *inceſſit* Dorvill.

692. INRIGAT. Vid. ad Valer. Flac. IV. 16. & ad Sil. X. 356.

694. FLORIBUS. *Floridus e. d. a. amplectitur* Zulichemius & Parrhaſ.

695. DICTO PARENS. *Parens dicto* Dorvillianus.

698. AU-

80 deſunt eidem. 81 ſiquidem Cupido, alis Fabr. recte vidit deeſſe quid. ſed reſcribendum, ſiquidem Deus, alis &c. ut erat in L. *dem* in *ſiquidem* abſorpſit τὸ *Deus.* BURM. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 deeſt Fabr. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. complexum deeſt Baſil. ſed Danieli a fovendo deeſt. 85 dicitur verſus Dan. 86 vocant L. dixit Steph. Dan. Fabr. *etiam* deeſt Dan. Fabr. al. 87 vel in ſept. L. Voſ. R. ut in ſept. Steph. Dan. Fab. al. 88 cum venerit ait, ut, *cum* Dan. 89 deeſt L. 90 tenebantur. L. 91 in a diph. c. ut a. *aulea*, & *idea*, & *Aetnea* Voſ.

Aurea conpoſuit ſponda, mediamque locavit.
Jam pater Aeneas, & jam Trojana juventus
Conveniunt, ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro.
Dant famuli manibus lymphas, Cereremque caniſtris
Expediunt, tonſiſque ferunt mantelia villis.

Quin-

SERVII.

698. AUREA. *Si Dido aurea*, pulchram ſignificat, & eſt nominativus. Si *ſponda*, ſeptimus quidem eſt: ſed [92] ſynizeſis fit, & ſpondeus eſt. SPONDA. [93] Stibadia antiqui non habebant; ſed ſtratis tribus lectis epulabantur: unde & *triclinium ſterni* dicitur: ſic Cicero: *Sterni triclinia* [94] *& in foro & in roſtris jubebat*. Unde apparet errare eos, qui *triclinium* dicunt ipſam baſilicam, vel [95] coenationem. MEDIAMQUE LOCAVIT. Collocavit: Ipſe enim apud majores domini fuerat locus, ut aperte Salluſtius lib. III. Hiſtor. docet: *Igitur diſcubuere: Sertorius inferior in medio; ſuper eum* [96] *L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis: in ſummo Antonius; & infra ſcriba Sertorii Verſius: & alter ſcriba Maecenas in imo, medius* [97] *inter Tarquinium & dominum Perpernam.*

699. JAM PATER AENEAS. Religioſus: quià *pater* proprie omnium deorum epitheton eſt, ut oſtendit [98] ubique Virgilius.

700. OSTRO. Pro purpura poſuit, [99] unde tingitur purpura.

701. DANT MANIBUS FAMULI LYMPHAS. Humilis character, [1] qui ἰσχνὸς dicitur: vilia enim deſcribuntur. [2] [CEREREMQUE. Hic panem, alibi triticum, ut ſup. 177. *Tum Cererem corruptam undis*. EXPEDIUNT. Proferunt.] TONSISQUE FERUNT MANTILIA VILLIS. *Tonſis villis*, vel minutis: vel compoſitis, [3] [ut v. 556. *Tonſa coma preſſa corona eſt*.] Conſtat enim, majores mappas habuiſſe villoſas, [quibus etiam in ſacris utebantur, ſicut in Georgicis IV. 376. *Manibus liquidos dant ordine fontes Germanae, tonſiſque ferunt mantilia villis:* de ſupplicaturis enim hoc dixit.] *Mantilia* vero [4] a manibus dicta; [5] [& eſt nominativus *mantile*,] quo modo [6] *torale*. Quod autem legimus [7] [in Horatio I. Epiſt. v. 22.] *Ne turpe toral*, apocope eſt.

VARIORUM.

698. AUREA. *Aurea* utrum *Regina*, an *ſponda?* ſi *ſponda*, dactyli analyſis obſervanda eſt, vel in pedem peregrinum, quod figurate fit ob numerum ſuperfluum, ut hoc loco: vel in anapaeſtum, ut *fluviorum rex Eridanus:* vel in proceleuſmaticum, ut lib. II. *intexunt abiete coſtas*. De hoc non nihil dictum in eo libro, quem de virtutibus & vitiis carminis Elegiaci ſcripſimus. FABRIC. Vid. Serv. hic & ſupr. 492.

700. DISCUMBITUR. *Decumbitur* Commelin. Editio. *ſtructoque* Ed. pr.

701. DANT FAMULI MANIBUS. *Dant manibus famuli* Mediceus, Gudianus & primus Moretanus, cum fragmento ejuſdem & Rottend. tertio & Pugetiano *dant famuli lymphas manibus* Hamburg. prior. vulgatam Priſcianus de figuris numerorum agnoſcit. HEINS. *Lympham* ſecundus Hamburgenſis. *nymphas* legere quoſdam notat Cerda. *dant manibus famuli* Dorvillianus. vid. Petron. XXXI. Catroeus

92 ſinereſis Voſ. ſynaereſis Steph. Dan. Fabr. al. 93 ſtipadia L. 94 *& in foro ſterni jubebat* L. Voſ. R. Steph. al. *& in foro jubebat* Dan. non reperi hoc in Cicerone. & ſuſpecta ſunt, *& in noſtris.* forte ex III. Verr. 26. legendum, *ſterni triclinia, & in foro ſterni jubebat.* & ibi late agit de hoc Apronii facinore. in cap. 25. legitur, *quod in foro Aetnae ſtraverat.* 95 Errare Servium, & Vitruvium multa de ſymmetria Tricliniorum ſcripſiſſe, Nanſius notaverat. 96 *Titius Fabius* L. *Tucius Fabius* R. *Tuſcius Fabius* Voſ. Steph. Dan. Ryckius volebat, *Tuſcus Fabius.* 97 *arquinium & donum* L. Voſ. R. inter *Tarquinum & dominum* Steph. Dan. *Tarquinium & Denatium Perpenna* Baſ. *Tarq. & Denarium Perpenna* Fabr. Nanſius legebat, *inter M. Antonium & dominum Perpennam.* multi de hoc loco commentati ſunt. ut Nic. Loenſis Miſc. Epiph. VIII. a. & alii; ſed prae aliis Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 885. Ryckius notaverat Bulengerum de Conviv. lib. I. cap. 34. legere, *inter Tarquitium & Ovinium Perpenna.* BURM. 98 deeſt Voſ. Dan. 99 unde & tingitur, omiſſo τῷ *purpura* Dan. 1 qui *ienos* dicitur L. R. qui tenuis ſive ſubtilis *icnos* diſcitur Voſ. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 deſunt eiſdem, & Fabr. ut *tonſa coma preſſa corona * eſt* Dan. 4 a manibus ante, lotis, quomodo *toracemi* L. a m. ante lo. quomodo R. a manibus, quo modo Voſ. Steph. a m. ante lotis dicta Fabr. al. a tergendis manibus dicta. Dan. 5 deſunt omnibus praeter Fab. & Dan. 6 *Torale* a toro Baſil. 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Digitized by Google

Quinquaginta intus famulae: quibus ordine longo
Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates.
Centum aliae, totidemque pares aetate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant.

Nec

SERVII.

703. QUINQUAGINTA INTUS FAMULAE. Hoc eſt, multae. ORDINE LONGO. Id eſt, diſpoſitione, ſecundum Tullium, qui in Oeconomicis dicit, quid ubi ponendum ſit: nec enim debent univerſa confundi. CURA PENUM STRUERE. Inter *penum* & *cellarium* hoc intereſt, quod *cellarium* eſt paucorum dierum: unde & in cellam dicitur [8] imperatum frumentum; *Penus* vero, temporis longi. Sane dicimus, & *hic* & *haec* & *hoc penus*; ſed a maſculino & foeminino genere quarta eſt declinatio, a neutro tertia; quo modo eſt *pecus pecoris*: unde Horatius I. Epiſt. XVI. *Porses frumenta penuſque*. Maſculino vero genere Plautus Pſeud. I. II. 45. *Niſi mihi annuus penus datur.* Foeminino Lucillius poſuit: [9] *Uxori legata penus.* Quartae autem declinationis eſſe Perſius III. Sat. 74. docet, ut: *In locuplete penu defenſis pinguibus umbris.*

704. STRUERE. Ordinare, componere: unde & *Structores* dicuntur ferculorum compoſitores. ET FLAMMIS ADOLERE PENATES. Id eſt, Colere. Sed *adolere*, proprie eſt augere. [10] In ſacris autem κατ' εὐφημισμὸν *adolere* per bonum omen dicitur: nam in aris non adolentur aliqua, ſed cremantur [11] [& conſumuntur: quia veteres in focis ſacrificabant, ut ipſe alibi III. 134. *Hortor amare focos.*]

705. TOTIDEMQUE PARES AETATE MINISTRI. Non numerus habet admirationem, ſed aetatis [12] aequalitas.

706. QUI DAPIBUS. [13] *Dapes* regum ſunt; *epulae* privatorum. [14] [ONERENT autem, poteſt & abundantiam retuliſſe. Et de veterum more dixit, quibus, cum accubuiſſent, omnis coena ſimul adponebatur.] [Et quidam volunt hoc ſecundum veterem ceremoniarum ritum adverti debere, quod Flamini Diali menſa inanis non adponebatur: nam cum dicit: *Qui dapibus menſas onerent & pocula ponant:* Et alibi VII. 134. *Et vina reponite menſis:* quid aliud oſtendit, quam menſam vacuam non antepoſitam Aeneae, quem ubique omnia ſacerdotia inducit habuiſſe?] ET POCULA PONANT. [15] Secundum antiquum locutus eſt morem: [16] [quia veteribus non in manus dabantur pocula, ſed menſis apponebantur, ut hodie apud plures pocula in caniſtris argenteis apponuntur, quae *caniſtra ficcaria* dicuntur.]

VARIORUM.

troeus hinc probat, manus non laviſſe, niſi quum jam accubuiſſent. BURM.

702. MANTILIA. *Mantelia* libri vetuſtiſſimi Mediceus, & uterque Mentelianus cum primo Moreti. quomodo ſcribendum eſſe ad Naſonis Faſt. IV. 933. pluribus monui. HEINS. *Tunſiſque* Mediceus. *mantillia* Ed. Venet, vid. IV. Georg. 377.

703. ORDINE LONGO. Donatus, Servius, Cariſius legunt, *longam cura penum ſtruere:* & quia penus longa eſt, recte ſtructores ait eſſe curioſos & diſpoſitos. FABRIC. *Ordine longo* codices omnes noſtri, & Nonius Marcellus in *adolere*, ut & Eugraphius ad Terentii Eunuch. II. 3. & Scholiaſtes Perſii ad Satyr. III. Hoc ipſo libro 395. *terras nunc ordine longo, Aut capere* &c. lib. II. 766. *pavidae longo ordine matres Stant circum.* lib. VI. 754. *Et tumulum capit, unde omnes longo ordine poſſet Adverſos legere.* & 482. *quos ille omnes longo ordine cernens.* & libr. VIII. 722. *Incedunt victae longo ordine gentes.* lib. XI. 144. *lucet via longo Ordine flammarum.* Ita paſſim Silius quoque Italicus cum ceteris poëtis. ſed cum Cariſius libro I. Inſtit. Gramm. teſtetur *longam penum* a Marone dictam, idque ipſum is in ſuorum codicum nonnul-

8 importatum Fabr. al. in cella d. importatum Commel. 9 *ut uxori* L. Voſ. R. Steph. 10 in ſacris *adolere* per bonum Dan. Fabr. al. & Steph. qui *autem* addit. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 qualitas Steph. Dan. Fabr. al. 13 Quidam *dapes* regum volunt eſſe, *Epulas* privatorum Dan. vid. ad III. Aen. 224. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Dan. & Fab. habent, de veterum &c. 15 ſimiliter more antiquo dixit, quia Dan. Fabr. 16 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Nec non & Tyrii per limina laeta frequentes
Convenere, toris juſſi diſcumbere pictis.
Mirantur dona Aeneae; mirantur Iulum,
Flagranteſque Dei vultus, ſimulataque verba,
Pallamque, & pictum croceo velamen acantho.
Praecipue infelix, peſti devota futurae,

Ex-

SERVII.

708. [17] [TORIS PICTIS. Pro, in toris pictis; & *torus* dictus eſt, quia veteres ſuper herbam tortam, vel ſedebant, vel diſcumbebant, ut v. Aeneidos 388. *Viridante toro conſederat herbae.* JUSSI DISCUMBERE. De regiis ſatellitibus dixit, qui utique ſubjecti erant imperio; nec tantum quod hoſpites fuerant.] [*Diſcumbere* autem juxta conſuetudinem ſuorum temporum dixit: quia olim ſedentes veſcebantur, ut ipſe alibi VIII. 176. *Gramineoque viros locat ipſe ſedili.* Et VII. 176. *Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.*]

709. MIRANTUR DONA AENEAE. Hoc ad Tyrios retulit. [18] [MIRANTUR IULUM. Quem putabant Iulum.]

710. FLAGRANTESQUE DEI VULTUS. Ardentes divinitate. Hoc ad poëtam refertur. SIMULATAQUE VERBA. Compoſita in Aſcanii ſimilitudinem. Et hoc ex perſona poëtae accipiendum.

712. PRAECIPUE INFOELIX. Propter caſum futurum; ut probant ſequentia: PESTI DEVOTA FUTURAE. [19] [Ideo ergo infoelix. PESTI autem, vel amori, vel malo. DEVOTA vero, de oratione Auguſti tranſlata eſt locutio, quam habuit in [20] laudatione funeris Marcelli; cum diceret: *illum* [21] *immaturae morti devotum fuiſſe.*]

VARIORUM.

nullis invenerit, quamvis in contraria eunte Donato, perſuadeor facile, ut credam ſic reliquiſſe Virgilium nobis hic loci. videtur *longam penum* etiam agnoviſſe Priſcianus lib. v. 158. ſed eſt locus mutilus. Duplicem hoc loco ſcripturam jam aetate A. Gellii fuiſſe circumlatam ex libro IV. Noct. Att. cap. 2. apparet. verba ejus ſunt: *Meminiſti enim, credo, quaeri ſolitum, quid Virgilius dixerit, penum inſtruere longam, vel longo ordine. utrumque enim ſcis legi ſolitum.* ſed *longam penum* agnovit & expreſſit Auſonius Idyllio de villula.

Cui non longa penus, huic quoque prompta fames.

vide Voſſii Gramm. I. de Analog. 6. HEINS.

704. PENUM. *Penates* Deos, ait Cicer. II. de Nat. Deor. 27. veteres a *penu* duxiſſe nomen exiſtimarunt. Quod ſcite hic tetigit Virgilius. Nam *adolere penates* dixit, penu praevia, quia adolere, (ut Nonius & Feſtus ajunt) verbum ſit ſacra antiquitus reddentium. NANSIUS. Vid. Serv. ad II. Aen. 484.

705. ALTAE. Vitioſe Statii Interpres lib. I. 516. *centum arae.*

706. DAPIBUS MENSAS ONERENT. Giphanius Indice Lucret. pag. 462. ex ſcriptis vindicat, *qui dapibus onerant menſas.* HEINS. *Onerant & ponant* Ed. Venet. Juntina Ald. *onerant & ponunt* Parrhaſ. Servius vero recte obſervat & explicat poſita fuiſſe pocula in menſis. vid. ad Ovid. I. Art. 251. & Salmaſ. Obſerv. ad Jus Attic. pag. 499. ſed in ſecundis demum, ut ℣. 723. ut hic verſus de duabus menſis, prima de dapibus, & deinde de poculis debeat ſumi. non ſimul, ſed ordine: nam prius dapes, poſtea pocula inferebant miniſtri. BURM.

707. LAETA. *Nota* Dorvillian.

708. JUSSI. *Viſi* Menagii prior.

710. FLAGRANTESQUE. *Flagrantiſque* Mentelianus prior, Parrhaſ. *fragrantis* multi alii. *fulgentiſque* Sprotianus. quod ex gloſſa, ut legitur ſuperſcriptum in Leidenſi uno. *vultum* Menagii prior.

712. DEVOTA. Horat. IV. Od. 14. *devota morti pectora liberae.*

713. TUEN-

17 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 719. ultima ex Fuldenſi ſunt. 18 deſunt iisdem. 19 deſunt iisdem. 20 in tralatione Dan. Fab. monachi manum olet, qui cadaverum eorum, qui ſancti habentur, *tralationes* innumeras celebrant & ſcriptis putidis & quae fabulis abundant, impudenter conſignant. BURM. 21 *In Minturne monte* Dan. ſchedas habere Brouckh. ad *Prop.* III. XVI. 15. ait. ſed in editione non inveni.

Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo
Phoeniſſa, & puero pariter doniſque movetur.
Ille, ubi conplexu Aeneae colloque pependit,
Et magnum falſi inplevit genitoris amorem;
Reginam petit. Haec oculis, haec pectore toto
Haeret: & interdum gremio fovet, inſcia Dido
Inſidat quantus miſerae Deus. At memor ille

Ma-

SERVII.

713. EXPLERI MENTEM NEQUIT. Graeca figura eſt. TUENDO. [22] [Dum tuetur,] id eſt, intuetur. Et omnis gerundi modus, tam ab agentis, quam a patientis ſignificatione ſimiliter profertur, ut III. Ecl. 25. *Cantando tu illum:* id eſt, dum cantas. [23] Et VIII. 71. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis:* id eſt, dum [24] ei cantatur.

714. ILLE UBI. Poſtquam, ut Horatius IV. Od. 7. *Nos ubi decidimus:* Hoc eſt, poſtquam: nam ſi loci eſſet, *quo* diceret. Ergo *ubi* interdum adverbium loci eſt, interdum temporis.

716. ET MAGNUM. Arduum: difficile eſt enim imitari verum filii affectum. [25] [FALSI GENITORIS. Non veri; pro eo, qui fallebatur, ut ſit: implevit amorem ejus, quem decipiebat, ſimulando eum eſſe patrem ſuum: & eſt magis abſolutum participium: nam illic nomen eſt, III. 302. *Falſi Simoëntis ad undam.*]

717. REGINAM PETIT. Non ſimpliciter dixit, *petit:* nam *petere*, [26] [non ſolum adire, ſed etiam] eſt proprie inſidiari.

718. GREMIO FOVET. Suſtinet, ut ſup. 692. *Et fotum gremio.*

719. INSIDEAT. [27] In ſinu ſedeat; legitur tamen & *inſidat*, id eſt, ut quidam volunt, inſidias faciat. AT MEMOR ILLE MATRIS. Hoc eſt, praeceptorum matris.

VARIORUM.

713. TUENDO. *Videndo* prior Hamburgenſis. vid. ad Ovid. I. Met 86.

714. ET PUERO PARITER. *Et pariter puero* Cariſius lib. II. agnoſcit. ut codices noſtri. niſi quod Venetus & ſecundus Moretanus, *pariter donis pueroque movetur.* prior Hamburg. cum vulgata ſcriptura facit. HEINS. *Pariter puero* Regius, Francian. Dorvill. & Wall.

716. ET MAGNUM FALSI. Senſum eſſe puto, poſtquam partes filii vehementer amantis patrem bene egit, & Aenean falſum patrem etiam in eam opinionem deduxerat, ſe eſſe verum Aſcanium. nam *implere amorem genitoris*, eſt erga patrem amorem oſtendere omnibus numeris ita perfectum, ut credant videntes, eſſe verum filii affectum. & hoc verba Servii volunt. & gloſſa Leidenſis explicat *implevit*, *peregit dando oſcula.* male Corradus, implevit deſiderium Aeneae videndi Aſcanium. ſed ut nos explicuimus, dictum eſt, ut apud Ovid. lib. I. ex Pont. II. I. *Maxime, qui tanti menſuram nominis imples.* quod idem eſt quod *aequas*, ut legitur apud eumdem II. III. I. ubi alii codices etiam *imples.* vide notas Heinſii. *falſus* genitor eſt, qui putabat verum eſſe Aſcanium & ita fallebatur. vid. ad Ovid. II. Epiſt. 37. *Amor genitoris* pro erga genitorem dictum, ut *patris pudor* Terent. And. I. 5. pro reverentia erga patrem. ita *metus Pompeji*, *injuria legatorum* & ſimilia paſſim occurrunt. vid. Serv. ad IV. Georg. 238. & poſt multos alios Broukh. ad Propert. IV. VII. 65. Oudend. ad Caeſ. I. de B. G. 30. ita ſupra ℣. 675. *Aeneae amor*, pro Didonis. BURM.

717. HAEC. *Et pectore toto Haeret, & interdum.* prior Hamburgicus & editio Juntina, niſi quod haec & omiſerit vitio operarum. *fovet gremio* Dorvil.

719. INSIDEAT. Servius & in hunc locum & in libr. VI. 708. *inſidat* veram agnoſcit lectionem, quae ἀρχαισμὸν & ἰδιωτισμὸν habet. FABRIC. Vide

22 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 23 ſed L. Voſ. R. 24 ei incantatur Steph. al. ei incantantur Fabr. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 26 deſunt eiſdem & Dan. 27 L. Voſ. R. Steph. al. tantum habent, legitur & *inſidat*. Dan. etiam, *inſidat* * ut quidam &c.

Matris Acidaliae, paullatim abolere Sychaeum
Incipit, & vivo tentat praevertere amore
Jam pridem reſides animos deſuetaque corda.

Poſt-

SERVII.

720. ACIDALIAE. *Acidalia Venus* dicitur; vel quia injicit curas, quas Graeci ἀκίδας dicunt; vel certe a fonte *Acidalio:* qui eſt in [28] Orchomeno Boeotiae civitate: in quo ſe Gratiae lavant, quas Veneri conſtat eſſe ſacratas. Ipſius enim & Liberi filiae ſunt, nec immerito. Gratiae enim per horum fere numinum munera conciliantur. Ideo autem nudae ſunt, quod gratiae ſine fuco eſſe debent; ideo connexae, quia inſolubiles eſſe gratias decet. Horatius III. Od. 21. *Segneſque* [29] *nodum ſolvere Gratiae.* Quod vero una [30] averſa pingitur, duae ad nos reſpicientes, haec ratio eſt: quia profecta a nobis gratia duplex ſolet reverti: unde eſt ſupra 548. *Nec te certaſſe priorem Poeniteat.* [31] [Sane Veneri multa nomina, pro locis vel cauſis, dicuntur impoſita: nam *Venerem* vocari quidam propter promptam veniam dicunt: alii *Suadam* appellant, quod ipſa conciliatio *Suada* ſit: dicitur etiam *Obſequens Venus*, quam Fabius Gurges, poſt peractum bellum Samniticum, ideo hoc nomine conſecravit, quod ſibi fuerit obſecuta; hanc Itali *Poſtvotam* dicunt: dicta eſt etiam *Equeſtris Venus:* dicta & *Cloacina:* quia veteres *cloare* pugnare dixerunt: dicitur & *Myrica* & *Myrtea*, & *Purpuriſſa* [32] & *Erycina*, quam Aeneas ſecum advexit: dicitur & *Salacia*, quae proprie meretricum Dea appellata eſt a veteribus, & *Lubentina*, quae lubentiam mentibus novam praeſtat; quamvis alii hanc *Lubiam* dicant, quod eo numine conſilia in medullas labantur: alii *Mimnerniam*, vel *Meminiam* dicunt, quod meminerit omnium. Eſt & *Verticordia*, & *Militaris Venus*. Eſt & [33] *Limneſia*, quae portubus praeeſt; ipſa & *Victrix*, & [34] *Genetrix* ex Caeſaris ſomnio ſacrata. Eſt & *Venus Calva*, ob hanc cauſam; quod cum Galli Capitolium obſiderent, & deeſſent funes Romanis ad tormenta facienda, prima Domitia crinem ſuum, poſt caeterae matronae imitatae eam, exſecuerunt: unde facta tormenta: & poſt bellum ſtatua Veneri hoc nomine conlocata eſt; licet alii *Calvam Venerem*, quaſi puram tradant; alii *Calvam*, quod corda amantum calviat, id eſt, fallat, atque eludat. Quidam dicunt porrigine olim capillos cecidiſſe foeminis, & Ancum Regem ſuae uxori ſtatuam calvam poſuiſſe, quod conſtitit piaculo: nam mox omnibus foeminis capilli renati ſunt; unde inſtitutum, ut *Calva Venus* coleretur. Apud Cyprios Venus in modum umbilici, vel, ut quidam volunt, metae, colitur. Apud Epheſios *Venerem Automatem* dixerunt, vel *Epidaetiam.* Ratio autem eorum nominum talis eſt: Meliboees & Alexis amore ſe mutuo dilexerunt, & juramento ſe adſtrinxerunt, ut, cum ad tempus nuptiarum veniſſent, ſibimet jungerentur; ſed cum virginem parentes ſui alii deſpondiſſent, & hoc Alexis vidiſſet, ſpontaneum ſubiit exilium. Virgo autem, ipſo nuptiarum die, ſemet de tecto praecipitavit; quae cum illaeſa decidiſſet, in fugam converſa pervenit ad littus, ibique ſcapham aſcendit, ex qua ſponte funes ſoluti eſſe dicuntur: voluntate itaque Deorum pervecta eſt, ubi amator morabatur, quam cum ille, parans cum ſodalibus convivium, ſuſcepiſſet, pro ipſo rei eventu, templum conſtituit. Quod ergo ſponte fuiſſent ſoluti, *Automatae Veneri* nomen ſacravit; quodque, cum epulas pararet, virgo ei aquis fuiſſet advecta, *Epidaeti* ſacrum dicavit.] ABOLERE SICHAEUM INCIPIT. Ordo naturalis: prius enim eſt evellere inhaerentia, & poſt nova inferre: ſic Terentius Andr. II. II. 2. *Ut metum, in quo nunc eſt, adimam, atque expleam animum gaudio.*

721. VIVO AMORE. Aut vivi hominis, aut certe [35] vehementi. PRAEVERTERE. Praeoccupare: propter Junonem ſine dubio.

722. RESIDES. Pigros, & ad amandum inertes: juraverat enim nulli ſe eſſe nupturam. [36] [*Reſides* ſane *milites* otioſi & pigri dicuntur: ut VI. Aeneid. 813. *Reſideſque movebit Tullus in arma viros.* Unde contra *inſtantes* dicimus induſtrios]

VARIORUM.

de Voſſ. de Analog. III. 7. de hoc loco. *inſidat* ἀγχαμῶς Donatus & Servius hoc loco agnoſcunt, etiam

28 Orcomeno L. Voſſ. mox, ſe Gratiae abluunt Dan. &, eſſe conſecratas Voſſ. 29 *nudum* L. Voſ. R. Steph. 30 adverſa R. 31 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *abolere.* 32 ex Erycina Dan. Fab. 33 *Limeneſia* Commel. & ex eo Maſvicius. 34 netrix Dan. Fabr. 35 vehementis Voſ. 36 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Poſtquam prima quies epulis, menſaeque remotae;
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.
Fit ſtrepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria:

SERVII.

723. QUIES EPULIS. Propter regalem affluentiam: [37] contra ſupra ait 216. *Poſtquam exempta fames epulis:* [38] [propter naturae neceſſitatem, non autem luxuriam.] MENSAEQUE REMOTAE. Licet ſub extranea perſona, Romanorum [39] tamen exſequitur morem; apud quos duae menſae erant: una epularum, altera [40] poculorum: [41] [nam ideo ſequitur] CRATERAS. Et Graecum eſt, ab eo, quod eſt, *hic crater:* nam Latine, *haec cratera* dicitur: unde Perſius II. Sat. 52. *Si tibi crateras argenti,* [42] *incluſaque multo Auro dona feram.*

724. ET VINA CORONANT. *Vina* pro *poculis* poſuit, & eſt tropus ſynecdoche, ut *Cererem* dicimus, [43] [pro *frumento.*] Sic Plautus: *Vinum* [44] *precemur: namque hic deus praeſens adeſt.* *Coronant* autem, eſt aut implent uſque ad marginem: aut quia antiqui coronabant pocula, & ſic [45] libabant: unde eſt III. 525. *Magnum cratera corona Induit, implevitque mero.* [46] [Hoc tractum eſt ex Homero, qui ait in Iliade A. 470. Κῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.]

725. IT STREPITUS TECTIS. Id eſt, ad tecta, ut: *It clamor coelo.* Legitur autem &, [47] *Fit ſtrepitus.*

VARIORUM.

etiam Nonius Marcellus in *fovere.* Neque aliter Leidenſis codex a manu pr. & Florentina Juntarum editio. *Inſidat* quoque Mentelianus alter, tertius Rottend. uterque Hamb. alter Voſſianus, primus & ſecundus Moreti. ſed pro diverſa lectione primus, in contextu mendoſe *inſidiat.* Gudianus quoque a manu pr. ſic lib. X. 59. codex Mentelianus, *Non ſatius cineres patriae inſidiſſe ſupremo.* lib. VI. 767. *ubi apes aeſtate ſerena Floribus inſidunt.* ceterum quod Servius Danielis monet, in quibuſdam codicibus legi *inſidiat*, idque interpretatur *inſidias faciat*, nugatorium eſt. adi annotata lib. IV. Georg. 436. HEINS. *Inſideat* Regius, Parrh. Dorvill. Wall. & Edd. antiquae. vid. ad Quinctil. XIII. Decl. 4. hic *inſidat* praeferrem, ut apud Plin. II. Ep. II. *inſidit tamen animo tuo majeſtatis publicae cura.* ita codex Mediceus. vulgo *inſidet. quantum m. deus ac memor* Francianus. Serv. ad II. Aen. 724. dicit inter manus Reginae fuiſſe poſitum. BURM.

720. ABOLERE. *Obolere* alter Menagius.

721. VIVO. *Vivo amore* eleganter, quia mortuum hactenus amarat, a mortuo ad vivum transfertur amor Didus. male Nonius τὸ *vivo* capit pro vehementi, aut novo. HEINS. *Pervertere* Montalbanius & Leidenſis. *praevertere tentat* Pugetianus. *vivo t. pervertere amorem* Ed. Venet.

722. DESUETA. *Diſſueta* quartus Moreti & Wallian.

724. CRATERAS. *Crateres* Venetus, Zulichemius, Francianus. & Parrh. *Magnas* tertius Rottendorphius & Leidenſis. ſed *crateras longe ſtatuunt* Lutatius ad Statii VIII. Theb. 225. qui tamen & potuit citaſſe locum ex lib. VII. 147. illi, qui *magnas* habent, a *cratera* deduxerunt accuſativum, ut Nonius in *Craterae.* qui & *Crateras laeti ſtatuunt*, confundens etiam duo loca Virgilii. BURM.

725. FIT STREPITUS. *It* non *fit* prior Menagianus, tertius Rottend. Gudianus a manu pr. ſic IV. 566. *It clamor ad alta atria. voceſque* Scholiaſtes Cruoquianus Horat. lib. III. Od. 19. neque aliter ſecundus Rottendorphianus. HEINS. *Voceſque* Bigotianus. *perampla* una voce primus Moreti: *per alta* Zulichemius, quod ex lib. IV. 665. huc migravit. illud *it*, quod in Leidenſi a m. ſec. erat, blanditur. ut & V. 451. & IX. 192. *It clamor caelo*, & VIII. 595. *it clamor*; poſt menſas ſecundas adlatas & vina ſtrepitus ille ibat, ut fere fieri ſolet: initio enim convivii ſilentium, quod amor edendi facit, qui ubi compreſſus, ſermonibus & clamoribus omnia reſonare incipiunt. vide ad Petron.

37 deeſt Dan. qui ordine mutato: contra ſupra, ubi de neceſſitate loquitur, *Poſtquam* &c. *epulis.* 38 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 39 deeſt L. 40 pomorum Baſil. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 *incluſaque pingui* in Perſio legitur. 43 prout & contra dicimus. ſic Fabr. deſunt Baſil. 44 *precamur, nam* L. 45 bibebant Dan. vid. Marcil. ad Horat. III. Od. 13. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 47 *fit ſtrepitus tectis* Voſ. R. *fit ſtrepitus tecti* L. Steph. Fabr. al. & ita in Servio ſuo legit Corradus. *It ſtrepitus* Dan.

Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.
Hîc regina gravem gemmis auroque popoſcit,
Inplevitque mero, pateram: quam Belus, & omnes

SERVII.

726. ATRIA. Ut ſupra diximus, tangit [48] morem Romanorum: nam, ut ait Cato, & in atrio, & duobus ferculis, epulabantur antiqui: unde ait Juvenalis I. Sat 94. *Quis fercula ſeptem Secreto coenavit avus?* [49] Ibi etiam pecunias habebant: [50] unde etiam [51] qui honoratiores ſervi erant, liminum cuſtodes adhibebantur, ut IX. 648. *Qui Dardanio Anchiſae Armiger ante fuit, fiduſque ad limina cuſtos.* Ibi & culina erat: unde & *atrium* dictum eſt; [52] atrum enim erat ex fumo: [53] [Alii dicunt, *Atria* Etruriae civitatem fuiſſe, quae domos amplis veſtibulis habebat; quae cum Romani imitarentur, *atria* appellaverunt: Alii *atria* magnas [54] ſedes & capaciſſimas dictas tradunt: unde *Atria Licinia*, & *Atrium Libertatis.*] LYCHNI. Graeco ſermone uſus eſt: [55] [ne vile aliquid introferret.] A *lychno* autem *lucerna* dicta eſt: unde & brevis [56] eſt *lu*, ut Juvenalis: *Diſpoſitae* [57] *pinguem nebulam vomuere lucernae.* Horatius I. Sat. VI. 124. [58] *Ungor olivo, Non quo* [59] *furatis immundus* [60] *Natta lucernis.* Si enim a *lucere* diceretur, non ſtaret verſus. LAQUEARIBUS. Principaliter *lacus* dicitur, ut Lucilius: *Reſultant aedeſque lacuſque.* Diminutio *lacunar* facit, Horatius II. Od. 18. *Nec mea renidet in domo lacunar.* Inde fit alia diminutio *lacunarium*, & per [61] Antiſtoichon *laquearium.* [62] [Legitur & *lacuaribus.* Cicero Tuſculanarum I. 35. *Tectis caelatis, lacuatis.*]

727. NOCTEM VINCUNT. Luminis eſt exaggeratio. FUNALIA. *Funalia* ſunt, quae intra ceram ſunt, dicta a funibus, quos, ante uſum papyri, cera circundatos habuere majores: unde & *funera* dicuntur, [63] [quod *funes incenſos* mortuis praeferebant.] [64] [Alii *funalia* appellarunt, [65] quod in cicendula lucet, quos Graeci πυρσὺς vocant: Varro de vita P. R. [66] *Facibus, aut candela ſimplici, aut ex funiculo facta, cera veſtita, quibus ea figebant, appellarunt funalia.* Nonnulli apud veteres candelabra dicta tradunt, quae in capitibus uncinos haberent, quibus affigi ſolebant, [67] vel candela, vel funes pice delibuti; quae interdum erant minora, ut geſtari manu, & praeferri Magiſtratibus a coena [68] remeantibus poſſent.]

728. HIC. Tunc: eſt ergo adverbium temporis.

729. QUAM BELUS. Primus rex Aſſyriorum, ut ſupra 642. diximus: quos conſtat Saturnum, [69] quem eundem & Solem dicunt, Junonemque coluiſſe: quae numina etiam apud Afros poſtea culta ſunt: unde & lingua Punica [70] *Bal* dicitur *deus.* Apud Aſſyrios autem *Bel* dicitur, quadam ſacrorum ratione & Saturnus & Sol. [Alii hunc *Belum* Saturni temporibus regnaſſe, ejuſdemque Dei hoſpitem fuiſſe tradunt.]

VARIORUM.

tron. cap. XXXIX. Valeſius ad Amm. Marc. XVI. 8. hunc clamorem exortum ad illata lumina vult, & hyſteron proteron eſſe, quum poſt ea ỳ. 730. ſilentia facta dicat. ſed ea ſilentia facta Didone verba faciente, & libante, quum ſtrepitus ille prior paullulum conticeſcebat. BURM.

726. LYCHNI. *Lychyni* Mentelii prior. *Lichini* Menagii prior.

729. QUAM BELUS, ET OMNES A BELO SOLITI.

48 Romanam hiſtoriam L. Voſ. 49 ubi etiam L. ubi & Steph. Dan. Fab. al. 50 unde qui, Steph. Dan. Fab. al. 51 qui honoratiorum Servi erant liminum cuſtodibus adh. Baſil. qui honoratiores Servi erant, &c. adhibeantur Fab. 52 quod atrum erat ex fumo Dan. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. 54 forte, *aedes* ſollemni variatione. 55 deſunt Dan. 56 eſt Lucilio, ut Perſio Fabr. & eſt Perſii Sat. v. 181. 57 *linguae nebulam nocuere* R. 58 *jungor* Voſ. 59 *fundatis* Steph. Dan. Fabr. al. *furatis* L. V. R. Maſvic. legendum *fraudatis.* 60 *Nata* L. Voſ. Maſv. *Nacta* Steph. Baſ. al. ſed recte, *Natta* R. 61 antiſtichon L. Voſ. R. Steph. Dan. 62 deſunt L. Voſ. R. Steph. 63 deſunt Dan. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 65 quod in fune, ut Cicendula, lucet, Barthius ad Claudian. Epithal. Honorii ỳ. 206. 66 *Facibus aut candela ſimplici, aut ea ex funiculo facta earum faſtigia, quibus eas figebant. appellarunt funalia.* Idem Barthius. Salmaſius vero Exerc. Pl. 1. 266. *Facibus a. c. ſ. aut ex funiculo facta, cera veſtita, quibus ea f. a. f.* legebat. *quod ubi ea figebant* Fuld. *qua ubi ea* Dan. 67 vel candelabra Dan. Fabr. affigi ſolebat Salm. 68 deeſt Dan. Fabr. ſed ex Fuldenſi inſertum. 69 quem & Solem, Junonemque L. quem & S. dicunt, Junonemque, Voſ. R. Steph. al. 70 *Hal* & mox *Hel* Baſil.

A Belo ſoliti. Tum facta ſilentia tectis:
Juppiter, (hoſpitibus nam te dare jura loquuntur)
Hunc laetum Tyriiſque diem Trojaque profectis
Eſſe velis, noſtroſque hujus meminiſſe minores.
Adſit laetitiae Bacchus dator; & bona Juno.
Et vos, o, coetum, Tyrii, celebrate faventes.

Di-

SERVII.

730. [71] [TUM FACTA SILENTIA TECTIS. [72] Mos erat apud veteres, ut lumini incenſo ſilentium praeberetur, ut [73] optatam ſibi laudem loquendo nullus [74] averteret. Apud Romanos etiam, coena edita, ſublatiſque menſis primis, ſilentium fieri ſolebat, quoad ea, quae de coena libata fuerant, ad focum ferrentur [75] & igni darentur, ac puer Deos propitios nunciaſſet, ut Diis honor haberetur, [76] tacendo: quae res cum interceſſit inter coenandum, Graeci quoque θεῶν παρουσίαν dicunt.]

731. HOSPITIBUS NAM TE DARE JURA LOQUUNTUR. Scilicet exemplo Lycaonis, qui, cum hoſpites ſuſceptos [77] hoſpitio necaret, a ſuſcepto Jove, poſtquam ei epulas humanas appoſuit, verſus in lupum, oſtendit hoſpitii jura non eſſe violanda. [78] [Graeci τ̃ Ξένιον Δία appellant.]

732. [79] [TYRIISQUE DIEM. Atqui nox erat; ſed per *diem*, accipimus & noctem: & quidam volunt maſculini generis diem, bonum ſignificare, foeminini, malum.] TROJAQUE PROFECTIS. [80] Bene: noluit *profugis* dicere.

733. ESSE VELIS. Secundum Hetruſcam diſciplinam locutus eſt: ſic enim dicunt: *Volens, propitiuſque ſis.*

734. ADSIT LAETITIAE BACCHUS DATOR. Alii *adſis* legunt. Secundum quos *Bacchus*, aut antiptoſis eſt; aut antiquus vocativus, ut XII. 192. *Socer arma Latinus habeto.* Bene autem addidit *dator laetitiae:* quia eſt & *dator furoris.* ET BONA JUNO. Aut propitia, id eſt, non irata Trojanis, ut VI. Ecl. 65. *Sis bonus, o, foelixque tuis.* Aut magis bona coeleſtis: eſt enim, & inferna, ut VI. 138. *Junoni infernae dictus ſacer.* [Aut, ſicut ſupra dictum eſt, χρηστὴ, quod eſt *bona*, quam inter Penates Trojani habuiſſe dicuntur.]

735. [COETUM. Modo convivium: & bono verbo ad dignitatem duorum in uno populorum uſus eſt.]

VARIORUM.

LITI. *Qua* Mentelianus prior & quinque alii, cum tertio Rottendorf. a manu pr. & Moretii fragm. nimirum bibere, aut potare ſubintelligendum. & ſane in eodem Menteliano addita Gloſſa, *ſoliti erant bibere.* ſed *quam* agnoſcit Scholiaſtes Statii Theb. I. 541. & Juvenalis ad Satyr. V. 37. HEINS. *Qua* Ed. Venet. *a bello* Zulichemius addita gloſſa, feſtivis diebus. Catroeus *libationem* intelligit ita & Cerda. nam ſequitur, *tum facta ſilentia.* vid. Val. Flac. II. 348. ut in ſacris. de verbo *ſolere* vid. ad Calpur. Ecl. IV. 151. BURM.

732. DIEM. Recte Servius. ita apud Valer. M. I. VIII. I. *Vatinius noctu iter faciens, exiſtimavit duos juvenes obvios ſibi factos nuntiare, eo die Perſen regem a Paullo captum.* ubi ejicienda, a gloſſatore profecta puto, *qui praeceſſerat*, vel *praeterierat.* vid ad Ovid. V. Faſt. 442. & Front. I. V. 19. ubi non opus eſt *nocte* inſerere. ita & *hodie* dicitur de nocte, lib. II. Aen. 670. *numquam omnes hodie moriemur inulti.* vid. Donat. ad Ter. And. I. II. 25. Ovid. II. Faſt. 76. *ubi eſt hodie, quae Lyra fulſit heri.* & ita Graeci ἡμέρα & σήμερον. de quo alibi. *nunc laetum* fragm. Moreti. BURM.

733. NOSTROSQUE. *Noſtros* alter Menagianus.

734. ADSIT. *At ſit* Mediceus. *adſit* Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. 18. & Macrob. III. Sat. 4.

735. O

71 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad ℣. 731. 72 veteres ut lumini &c. Dan. ut homini Fab. omiſſis prioribus. 73 optativam Dan. & optatam Fabr. 74 averteret * Romanos &c. Dan. 75 & ignem Fuld. pro, & in ignem. 76 tacendoque res cum Dan. Fabr. 77 deeſt Dan. Fabr. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. unde dicitur Jupiter Ξένιος, id eſt hoſpitalis Fabr. al. quae verba Maſvicius ſequentibus verbis *Tyriiſque diem*, ſubjecit, inepte & ſtolide. ſed quae deſunt in Steph. & aliis. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 80 bene voluit R. Steph. ſane bene: voluit enim p. d. Fabr. & al.

Dixit, & in menſam laticum libavit honorem,
Primaque libato ſummo tenus adtigit ore.
Tum Bitiae dedit increpitans. Ille inpiger hauſit

Spu-

SERVII.

736. LATICUM LIBAVIT HONOREM. More ſacrorum: [Diis enim hoſpitalibus, & Jovi, in menſam libabatur:] & tangit ritum Romanorum, qui [81] paniceas, ſacrataſque menſas habebant, in quas libabant, ut eſt VII. 116. *Heus etiam menſas conſumimus, inquit Iulus.*

737. LIBATO. [82] Delibato. SUMMO TENUS ATTIGIT ORE. [83] [Uſque ad labra.] Et verecundiam reginae oſtendit, & morem Romanorum: nam apud majores noſtros [84] feminae non utebantur vino, niſi ſacrorum cauſſa certis diebus. Denique femina, quae ſub Romulo vinum bibit, occiſa eſt a marito. [85] Mecennius abſolutus: id enim nomen marito. Sic [86] Granius Licinianus Coenae ſuae V. *In hiſtoriis lectum eſt Romanorum, vini uſum Romanis feminis ignotum fuiſſe, ne ſcilicet in aliquod dedecus [87] prolaberentur.*

738. TUM BITIAE. [88] Per tranſitum, Poenorum ducum nomina introducit: nam *Bitias* claſſis Punicae fuit praefectus: ut docet Livius. IOPAS vero, [89] [rex Afrorum,] unus de procis Didonis, ut Punica teſtatur hiſtoria. [90] [Servavit autem τὸ πρέπον: quare non Aeneae dedit, ne aut contumelioſum videretur, aut petulans.] INCREPITANS. Inclamans, ut IV. Georg. 138. *Aeſtatem increpitans ſeram.* Aut certe arguens familiariter ſegnitiem tarde pateram accipientis; cum eſſet avidus in bibendo: [91] [nam ſequitur: *Ille impiger*; melius tamen accipimus clara voce hortatum, ut Plautus in fragm. *Neque ego ad menſam publicas res clamo, neque leges crepo:* & Horatius I. Od. 18. *Quis poſt vina gravem militiam, aut pauperiem [92] crepet?*] HAUSIT. Modo accepit; nec poſſumus intelligere bibit: cum hoc ſequatur: ET PLENO SE PROLUIT AURO. [93] [*Proluit*. Bibendo profudit.] Alibi vidit, ut 898. *Hauſit coelum mentemque recepit.* Alibi [94] audivit, ut IV. 359. *Vocemque his auribus hauſi.* Alibi vulnerat, ut X. 314. *Latus haurit apertum.* Et multa alia pro loco ſignificat.

VARIORUM.

735. O COETUM. *O Tyrii coetum* Parrh. Menagianus, Dorvill. & Venetus. *coetus celebrare* occurrit apud Ciceron. I. Tuſcul. 48. ubi vide Daviſ. & quae dixi ad Lucan. III. 80. BURM.

736. IN MENSA. *In menſam* vetuſtiores noſtri magno numero. bene, in nonnullis *immenſum*. proxime verum. libr. VIII. 279. *ocyus omnes In menſam laeti libant.* ne dubitare poſſis, apud Macrobium Satur. III. 11. & in lemmate capitis XI. haec habes. *Quoniam Virgilius, & in primo, & in octavo libro Aeneidos, in menſam libari faciat, quum in aram tantum eſſet libandum.* unde manifeſtum fit, utroque illum loco *in menſam* agnoviſſe; deinde & hoc & illo verſu prolato, plane ſic utrumque profert, ut in optimis membranis eos exhiberi jam ſum teſtatus. Huc adde quod pari modo eſt locutus Maronis noſtri aſſiduus imitator Silius Ital. lib. VII. 748.

Nec prius aut epulas, aut munera grata Lyaei
Fas umquam tetigiſſe fuit, quam multa precatus
In menſam Fabio ſacrum libavit honorem.

Idem lib. XI. 303. *Bacchi de more liquorem Irrorat menſis.* Prudentius Pſychom. ỳ. 369. *In menſam cyathis ſtillantibus*, quod perperam immutant. HEINS. *Immens* Parrhaſ. eraſis reliquis literis. *immenſum laticis* Ed. Venet. *immenſum laticum* Mediol.

737. LIBATO. *Libatos* videtur ſcribendum, quanquam aliter omnia ad unum vetuſta exemplaria. *Libatos*, nempe *latices*, poſtquam eos libaverat. certe in altero codice Eccleſiae Hamburgenſis, *libatum*, videlicet *honorem*. HEINS. *Libatos* etiam

81 Panicias L. Voſ. R. 82 deeſt Dan. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 84 deeſt Dan. 85 Metenius L. Metennius Voſ. R. Mezentius Steph. Dan. Mezeinus Fabr. Mecennius autem maritus abſolutus eſt homicidio, Baſil. vid. Comm. ad Valer. Max. VI. III. 9. & Plin. XIV. 13. in Fuldenſi haec de Mecennio deerant. BURM. 86 Grannius Voſ. Lucianus Steph. Dan. Lucinianus Baſil. Gravius Lucianius Fabr. notus ille Granius Praeco. vide de aliis Graniis Lipſ. ad Tacit IV. Ann. 21. Granium Licinianum laudat Macrob. I. Sat. 16. BURM. 87 *primo laberentur* Baſil. 88 Poenorum ducum nomina Dan. tantum dedit 89 deſunt Dan. quae autem hic, & ſup. 343. *Punica Hiſtoria* laudatur, forte eadem eſt, quam Salluſtius ſibi interpretari fecit, & *Punicos libros*, qui Hiempſalis eſſe dicebantur, vocat, unde ille in Jugurth. cap. XVII. Africae antiquos cultores, & ejus partes deſcribit. BURM. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 91 deſunt iisdem. 92 *increpis* MSſ. quidam in Horatio. 93 deſunt iisdem. 94 audivi Voſ.

Digitized by Google

Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro.
Poſt alii proceres. Cithara crinitus Iopas
Perſonat aurata, docuit quae maxumus Atlas.

Hic

SERVII.

740. POST ALII PROCERES. Ergo & Bitias unus eſt de proceribus: nam Exoche ſine ſimilitudine nunquam fit. Sane *proceres* de his eſt, quae nominativum [95] [in uſu] non habent, ut ſupra 622. *Et victor ditione tenebat*: nam nec hoc in uſu habet nominativum: licet in compoſitione dicamus *conditio*. PROCERES autem ideo ſecundum Varronem, principes civitatis dicuntur: quia eminent in ea, ſicut in aedificiis [96] *mutuli* quidam, hoc eſt, *Capita trabium, quae proceres nominantur*. CRINITUS IOPAS. Aut puerum intellige: aut imitabatur Apollinis formam, cujus fuerat etiam artis imitator: [97] [quocirca apud Ovidium de ſe loquens ait I. Met. 564. *Utque meum intonſis caput eſt juvenile capillis*.]

741. DOCUIT QUAE MAXIMUS ATLAS. *Quae* legendum, non *quem*, [98] [id eſt, quae ipſe ſcit, quae ipſe modulatus eſt:] nec enim iſtum docere potuit, qui Didonis erat temporibus. [Hic *Atlas*, Iapeti filius, in Africa natus dicitur: hic quod annum in tempora diviſerit, & primus ſtellarum curſus, vel circulorum, vel ſiderum tranſitum, naturaſque deſcripſerit, caelum dictus eſt ſuſtinere: quia nepotem ſuum Mercurium] [99] & Herculem docuiſſe dicitur: unde & Hercules caelum ab Atlante ſuſceptum ſuſtinuiſſe [1] narratur, propter caeli ſcientiam traditam. Conſtat enim Herculem fuiſſe philoſophum: & eſt ratio, cur omnia illa monſtra viciſſe dicatur. Sane *Atlas* Graecum eſt, ſicut & *Nilus*. Nam Ennius dicit *Nilum Melonem* vocari: *Atlantem* vero *Telamonem*.

VARIORUM.

etiam Valeſius Valeſianis p. 80. ſed Heumannus Tom. II. Poeciles lib. III. p. 380. *libato* abſolute capit, ut *audito*, *cognito* &c. id eſt poſtquam libaſſet. Catroeus *libato* ſcil. *vino*. bibit, ſed leviter ſummo ore tacto tantum poculo. de hoc more v. D. Heinſ. ad Sil. Ital. XI. 302. *ſacro tenus* Sprotianus. Haec libatio fiebat poſitis ſecundis menſis, ut hic locus manifeſte docet. quod recte Scaliger ſtatuit, & eſt cavillatio Salmaſii, qui ſub Simplicii Verini nomine in judicio de libro Grotii p. 339. eum reprehendit, & ipſe tamen idem dicit ſtatim poſt primas menſas. ergo ſecundis: nam ſi illae poſitae nondum eſſent, inepte diceret, *in menſam* ſcilicet ſecundam, remotis primis ℣. 723. libavit, & locus II. Georg. 101. id manifeſte docet, ubi male *ſecundis Dis* jungit, quum ſolis *menſis* id conveniat, & Philargyrius ſecutus errorem eſt, qui tamen poſt primas inferri dicit. ergo poſt primas libabant, ſed non ante poſitas ſecundas. quae pluribus poſſent adſtrui, ſi res dubia eſſet. BURM.

738. INCREPITANS. Paſſer. ad Propert. pag. 351. refert ad crepitum vini in libatione humi fuſi. Gloſſa Leidenſis Cod. *quod non cito acciperet*. recte. uſus hujus verbi in dicteriis & ſarcaſmis. ut apud Lucan. VII. 606. Caeſar Domitio, moribundo ex vulnere, *increpitat*. vide & lib. X. 900. ubi dixerat Aeneas, *ubi nunc Mezentius*. ſic & hic poſſumus fingere Didoni dixiſſe, ubi nunc ille Bithias, ſtrenuus potator, qui tam lente arripit pateram? *cum Bithiae* Hamburg. pr. BURM.

739. PLENO SE PROLUIT AURO. *Summo ſe proluit* Menagii prior. *profluit* Oudartii. Catroeus explicat, quum nimis avide, & uno hauſtu arreptum poculum vellet evacuare, in veſtes magnam partem effudiſſe, ut fere Donatus cepit. ſed an etiam alii proceres id feciſſe credendum eſt, qui itidem exhaurire poculum debuerunt? quare aut, *ſe proluere* capiendum erit, pro ſe, & viſcera ſua interiora irrigavit vino, ex tam capaci poculo epoto. ita Horat. I. Sat. V. 16. *multa prolutus vappa*, ubi antiquus Commentator, ſatiatus, plenus, ebrius, & hoc Maronis loco firmat. Heinſius ad Claudian. II. in Eutrop. 239. *proluere* eſſe tantum leviter lavare, contra Caſaubonum ad Perſii Praefat. ſtatuit. quod ſi verum eſſet, contrarium quid Donati expoſitioni ſignificaret, ut tanto poculo evacuato vix madefeciſſet interiora corporis, aut ut ſaepe

95 deſunt Steph. Dan. intelligit vero nominativum ſingularis numeri. 96 *Mutuli* Voſ. *Murali* Commel. *Mutili* Baſ. & hoc rectum: vide lexicon Vitruvii in Edit. Latin. 97 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 98 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. mox, Didonis tempore Fabr. 99 ſed docuit Herculem, unde L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. *ſed* deeſt Baſil. 1 dicitur Dan.

Hic canit errantem lunam, ſoliſque labores;
Unde hominum genus, & pecudes; unde imber, & ignes;
Arcturum, pluviaſque Hyadas, geminoſque Triones:

745 Quid

SERVII.

742. Hic canit. Bene philoſophica introducitur cantilena, in convivio reginae adhuc caſtae; contra, inter Nymphas, [ubi ſolae feminae erant] ait IV. Georg. 346. *Vulcani Martiſque dolos & dulcia furta.* Errantem lunam. Quia [2] ἑλικοειδῶς, id eſt, obliquo incedit curſu, non recto: ut Sol: ſcilicet ne incidat in centrum terrae, & frequenter patiatur eclipſim: vicinus enim eſt ejus circulus terrae. Soliſque labores. *Canit* per omnia intelligimus. [3] Sane ſeptem ſunt Planetae, Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Sed quinque contra mundum feruntur, & cum mundo [4] quandoque retrogradiuntur; Sol vero & Luna ſemper contra mundum. Ideo ergo dixit, *Solis labores.* Laborat enim, nitens contra [5] venientis ſphaerae volubilitatem. Nec nos debet Homerus movere, qui ait, ἥλιον ἀκάμαντα. Non enim eum dixit non laborare, ſed laborem non ſentire. [Amat ſane ubique Solem & Lunam jungere.]

743. Unde hominum genus. Si fabulam [6] reſpicis, a Prometheo intellige: vel a Deucalione [7] & Pyrrha. Si autem veritatem requiris, [8] varia eſt opinio philoſophorum: Alii enim [9] de humore dicunt: alii de igne: alii de atomis: alii de quatuor elementis. [10] [Pecudes. Pro omnibus poſuit.] Unde imber. Scilicet de [11] nubibus, quae ſecundum Lucretium naſcuntur de terrae [12] alitu, qui nebulas creat: quae cum altius fuerint, aut Solis calore reſolutae, aut vi ventorum compreſſae, mittunt leves pluvias, vel exprimunt concitatiores. Et ignes. Scilicet ex nubium conliſione: nam omnium rerum conliſio ignem creat; ut in lapidibus cernimus: vel attritu rotarum, ut in plauſtris: vel in ſylvis arborum.

744. Arcturum. Stella eſt poſt caudam majoris Urſae, poſita in ſigno Bootae: unde *Arcturus* dicta eſt quaſi ἄρκτου οὐρά. [Hanc quidam agere *Arcton* dicunt: quia *arceram* veteres *vehiculum* vocabant.] [13] [Haec autem, ut fabulae *loquuntur*, Calliſto fuit, comes Dianae, quam Juppiter, mutatus in Dianam, ſtupravit; ex qua natus eſt filius, nomine [14] Arcas.] [Caetera in lib. I. Georg. 138 plenius narrata ſunt.] Pluviaſque Hyadas. *Hyades*, ſtellae ſunt in fronte Tauri, quae, quotiens naſcuntur, pluvias creant: unde Graece *Hyades* ἀπὸ τοῦ ὕειν dictae ſunt: Latine [15] *Suculae* a *ſucco.* Sic ergo ait: *Pluviaſque Hyadas*, ut III. 693. *Plemmyrium undoſum.* Alii dicunt *Hyadas* dictas [16] ab Υ littera, vel ἀπὸ τοῦ ὑὸς id eſt: *ſue:* in cujus formatae ſunt faciem: [nam ideo eas quidam [17] *ſuculas*, *ſues* ſcilicet, dici tradunt. Has quidam *Vergilias* dicunt, quod vere florido oriantur.] Hae autem fuerunt, ut alii dicunt, Atlantis filiae: ut alii, Liberi nutrices, [quae ſe in pelagus furore praecipitaverunt. Alii Erechthei filias pro patria ſe morti obtuliſſe ajunt, quas [18] *Pliadas* vocant, quod *Plionis* filiae eſſe dicantur: quidam *Hyadas*, ab *Hyante* fratre, quem inventum extinctum uſque ad mortem doluerunt, dictas putant.] Geminoſque Triones. [19] Id eſt, Septentriones: [Helicem, & Cynoſuram: non enim ſemper de duobus dicunt geminos, ſed de pluribus. Et proprie] *triones* ſunt boves aratorii, qui terram terunt. Non ergo incongrue dixit *Triones:* quia *ſeptemtriones* a nonnullis plauſtra dicuntur.

VARIORUM.

ſaepe hodie ſtrenui potores jactant, vix labia ſua irrigaſſet. ſed *proluere* amplioris eſſe ſignificationis credo: nam & I. Georg. 481. Eridanus *ſilvas proluere inſano contorquens vortice* dicitur. non certe

2 elico, id eſt L. R. eliquo, id eſt Voſ. 3 Planetae ſunt ſeptem L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. alio etiam ordine quidam ponunt. 4 quando retrogradi ſunt L. Steph. Dan. Fab. al. quando retroga. dicuntur R. omiſſo *quando*, cum mundo retrogadae ſunt Voſ. 5 ruentis Dan. Fabr. 6 reſpicit R. 7 & Phirra L. Voſ. R. 8 vana R. 9 de humore dicunt eſſe R. *dicunt* deeſt Dan. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fab. al forte, pro animalibus, vel, pro omnibus animalibus. vid. ad IV. Georg. 168. nam aliter pecudes & armenta diſtinguit. vid. Georg. IV. 223. BURM. 11 nubibus fit, ſecundum Dan. 12 anhelitu L. Voſ. Steph. Fabr. al. hanelitu R. 13 ut fabulam tradunt, haec fuit Cal. Dan. & Fabr. ſed ille ut fabulae &c. deſunt vero L. R. Voſ. Steph. 14 Arcns Dan. 15 *ſucculae* Steph. Dan. Fabr. al. *ſuculae* a ſuco L. Voſ. R. 16 vel ab Υ L. Voſ. R. 17 *ſiculas* Fuld. 18 Priadas v. q. Prionis Fuld. 19 ſeptemtriones ſunt boves aratoris: non ergo &c. L. Voſ. R. Steph. Triones ſunt Baſil. omnes omiſſis reliquis.

Quid tantum Oceano properent ſe tinguere ſoles
Hiberni, vel quae tardis mora noctibus obſtet.
Ingeminant plauſu Tyrii, Troëſque ſequuntur.
Nec non & vario noctem ſermone trahebat

In-

SERVII.

745. QUID TANTUM OCEANO PROPERENT SE TINGERE SOLES HYBERNI. *Quid*, [20] quam ob cauſam PROPERENT. Hemiſphaerii hoc facit ratio: quia hyeme Sol breviore utitur circulo. TINGERE SOLES. Demergere. *Soles* vero pro *diebus* poſuit, ut III. 203. *Tris adeo incertos coeca caligine Soles Erramus.*

746. VEL QUAE TARDIS MORA NOCTIBUS OBSTET. [21] [*Tardis*, non longis, ſed] aeſtivis, id eſt, tarde venientibus. VEL enim disjunctiva eſt conjunctio: nec patitur bis eandem rem [22] dici: ergo hoc dicit, quae cauſa eſt longorum dierum; ſed & hic ratio hemiſphaerii eſt.

747. INGEMINANT PLAUSUM TYRII, TROESQUE SEQUUNTUR. [Imitantur: &] bono eſt uſus ordine, ut prius plauderent cives: nec enim poterant aliter [23] audere *peregrini*, [qui exſpectabant, ut noſcerent morem:] unde & ſupra 735. *Et vos o coetum Tyrii celebrate faventes.*

748. NEC NON ET VARIO. Arte poëtica utitur, ut praemittat aliquid, quo ſequens liber videatur eſſe conjunctus: quod in omnibus ſervat.

VARIORUM.

te leviter madefaciens, ſed evertens & rapiens. vid. & III. Georg. 543. & XII. Aen. 686. & apud alios ſaepe, ubi plus quam tinguere aut leviter lavare notat. idem vero aliis verbis dicit Stat. IV. Theb. 187. *vacuantque profundo Aurum immane mero.* praeterea evacuatum fuiſſe poculum, & forte everſum, ut fides eſſet, ne quidem guttam ſupereſſe in fundo, ex Statio poſſet colligi, qui de cratere Herculis lib. VI. Theb. 532.

Illum Tirynthius olim
Ferre manu ſola, ſpumantemque ore ſupino
Vertere ſolebat.

Aurum vero pro poculo aureo obvium eſt. vid. ad Valer. Flac. I. 148. BURM.

741. PERSONAT. Vid. ad Valer. Flac. V. 691. & Phaedr. III. 16. ellipſis eſt: perſonat ea (carmina) quae docuit eum Atlas. BURM.

Ibid. DOCUIT QUAE. *Docuit quem* Mediceus cum Moreti fragmento, quod & Gudianus, Mentelianus prior, quartus Moreti & alter Rottendorf. a manu prima confirmant. HEINS. *Docuit quam* Graevianus. *Atlans* Mentel.

743. ET IGNES. *Et ignis* Sprotii & tertius Rottendorphius. *& pecudum, unde imber, unde genus hominum* Hamb. pr. per *ignes* fulmina & tonitrua intelligo: *pecudes, aqua, imber & ignis* Ed. Venet. ſed aqua ex gloſſa. nam Lucretius centies *imbrem* vocat aquam.

744. PLUVIASQUE. *Pliadaſque* Montalbanius, Pugetianus & Venetus, duo Leidenſes, Zulichemius & duo alii. *Plyaſque* ſecundus Rottendorphius. *Pleiadaſque* Parrhaſ. *Plyadaſque Hyades* Ed. Venet. vid. lib. III. 516. *pluviaſque* habet Schol. Horat. III. Od. I. BURM.

745. PROPERENT. *Properant* Menagii alter & Leidenſis & ſec. Moreti. *ſe intingere* primus ejuſdem. qui & mox, *obſtat.*

747. PLAUSUM. *Plauſu* Mediceus & ceteri, excepto Sprotiano, & Veneto. In tertio Moretano *plauſus.* ſed *plauſu* vera eſt ſcriptura. ſic libr. V. 207. *Tum vero ingeminat clamor.* Georg. I. 333. *Ingeminant auſtri & denſiſſimus imber.* Aen. III. 199. *Ingeminant abruptis nubibus ignes.* IV. 531. *Ingeminant curae*, & quod praecipue ad rem facit libr. IX. 811. *Ingeminant haſtis & Troes & ipſe Fulmineus Mneſtheus.* quanquam & alterum Maroni in uſu. ut Aen. II. 769. *Creuſam nequicquam ingeminans.* lib. V. 434. *Vulnera multa cavo lateri ingeminant.* ſed ſequor vetuſtiores libros. adi quae notamus ad ſequentis libri ℣. 207. Plaut. Amphitr. Act. II. Sc. II. *Tu peperiſti Amphitryonem, ego alium peperi Soſiam, nunc ſi pateram patera peperit, omnes congeminavimus.* vid. Voſſ. de Analog. cap. III. & Acidal. ad Vell. Pater. I. 8. HEINS. *Plauſu* Ed. Venet.

748. TRA-

20 quam ob rem Fabr. al. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. quae, id eſt aeſtivis, habent. vid. Fabr. ad Lucret. VI. 699. & ad I. Georg. 32. 22 dici, TARDIS. non longis, cauſſa ergo longorum dierum, ratio ſimiliter haemiſphaerii eſt Dan. 23 audire Fabr. al.

Infelix Dido, longumque bibebat amorem;
Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa:
Nunc, quibus Aurorae veniſſet filius armis:
Nunc, quales Diomedis equi; nunc, quantus Achilles.
Immo age, & a prima, dic, hoſpes, origine nobis
Inſidias, inquit, Danaum, caſuſque tuorum,

Er-

SERVII.

749. [LONGUM. Hic permaturum: aut qui non erat niſi ipſius morte finiendus.] BIBEBAT AMOREM. Alluſit ad convivium. [Sic Anacreon: *Ἔρωτα πίνων.*]

750. SUPER PRIAMO. De Priamo: nam ejus praepoſitionis officio fungitur, pro qua ponitur, ut ſupra 662. *Et ſub noctem cura recurſat:* [24] [id eſt, circa noctem: Et ſciendum, quod cum tempus ſignificatur, *Sub* praepoſitio accuſativo haeret ſemper.] ROGITANS. Scilicet, quo modo ſit venditus rex; [vel qui eum poſt decennale bellum exitus tulerit.]

751. QUIBUS AURORAE FILIUS ARM. Memnon. Ideo autem dixit, *quibus armis:* [25] [quia etiam ei fecerat arma Vulcanus: qui cum auxilium Trojanis ferret, apud Trojam occiſus eſt. Hic in tanto [26] honore apud ſuos ſocios fuit, ut poſt ejus mortem, cum eum nimium deflerent, miſeratione Deorum in aves converſi dicantur, & quotannis venire ad tumulum ejus, & ibi lamentatione & fletibus ſe dilacerare, donec aliquantae ibidem moriantur.]

752. QUALES DIOMEDIS EQUI. Non videtur eos equos intelligere, quos Aeneae ſuſtulit: nec enim congruit; ſed de his interrogat, quos ſuſtulit Rheſo. *Quales* autem dixit, ac ſi diceret, [27] nec ſic feroces, ut illi, a quibus ducebant originem: Diomedes enim, rex Thracum, habuit equos, qui humanis carnibus veſcebantur. [28] Hos Hercules, occiſo crudeli tyranno, abduxiſſe perhibetur, de quibus dicuntur ſupra memorati equi originem ducere: [aut ideo *quales*, qui potuerint eſſe ita divini, ut inter fatalia Trojana numerarentur: nam ideo & ſupra *ardentes* ait.]

753. IMMO AGE. Vidit ſpecialia cito poſſe finiri: & [29] ideo contulit ſe ad generalitatem. ET A PRIMA, DIC, HOSPES, ORIGINE NOBIS. Id eſt, a raptu Helenae: quod quidem Dido cupit; ſed excuſat Aeneas: Et dicit ruinam ſe Trojae breviter eſſe dicturum, habita ratione temporis, ut II. 9. *Suadentque cadentia ſidera ſomnos.*

754. INSIDIAS DANAUM. Dicit hoc ad Trojanorum favorem; ne videantur virtute eſſe ſuperati: [& laudandum quod *inſidias* tantum dixerit, non & captum Ilium; nam & ipſe Aeneas II. 65. *Accipe nunc Danaum inſidias.*] CASUSQUE TUORUM. Ut eventu Troja corruerit, non fati neceſſitate.

VARIORUM.

748. TRAHEBAT. *Trahebant* Ed. Venet.

749. BIBEBAT. *Longum bibebat* Ed. Venet. eleganter *bibebat*, quia eſt venenum. vid. ſupr. ad ỳ. 688. Servium & Donat. ad Ter. Eun. IV. III. 7. ſic *haurire ignes* Lucan. X. 71. BURM.

750. HECTORE. *Hectora* Gudianus.

752. DIOMEDIS EQUI. Id eſt illi equi, qui ad Diomedis equos originem referebantur, num ita feroces, & quam magnus fuerit Achilles? vide Parrhaſ. ad Claud. I. Rapt. Praefat. 12. NANSIUS.

753. IMMO. *Nunc age* Hugenianus.

755. NAM TE JAM. *Nam te etiam* Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. I. Od. 15. male. HEINS. De hoc loco diſputat Joſephus Bocca in Epiſtola ad Bargaeum inter editas a M. Bruto pag. 75. & reſpondet Bargaeus Epiſtola ſequenti. potuit certe Dido calculum per ſe inire. ſi enim Teucer illi ſupr. ỳ. 624. caſus Trojae narravit, ad tempus, quo Aeneas advenit, facile annorum nume-

24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 25 quia Vulcaniis armis uſus fuiſſe narratur L. Voſ. R. & etiam Steph. Dan. Fab. & al. niſi quod *Vulcani* habeant, reliqua debentur Fuldenſi. 26 amore Fuld. 27 an̄o ſic Fuld. fortes L. Voſ. 28 Hos Hercules abduxit, de &c. Fuld. 29 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Erroreſque tuos. Nam te jam ſeptima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus aeſtas.

SERVII.

755. ERRORESQUE TUOS. Et reſponſio hunc ordinem ſequitur: nam primo dicit Trojae ruinam: poſt errores ſuos. SEPTIMA AESTAS. Per *aeſtates*, annos intellige: nam ſic ante Olympiadas computabant. [30] Septem autem annos eſſe Dido cognovit ex Teucro.

30 ſeptem etiam Baſil. ſeptem autem eſſe Dido Voſ.

VARIORUM.

merum inire potuit, & de Trojano excidio certior fuiſſe facta. BURM.

756. OMNIBUS. In quibusdam exemplaribus tranſpoſita ſunt verba: ſed ordinem priorem apud Helenium reperi: ideo nihil muto, FABRIC. *Terris ac fluctibus* Menagianus.

Digitized by Google

Digitized by Google



P. VIRGILII MARONIS *Aeneidos.*

LIBER SECUNDUS.

CONTICUERE omnes, intentique ora tenebant:

In-

SERVII.

1. CONTICUERE OMNES. Quia ſupra dixit: *Fit ſtrepitus tectis. Conticuere* autem, pro [1] *conticuerunt*, quod metri cauſſa fit, vel ratione clauſularum: nec eſt, ut quidam dicunt, dualis numerus, qui

* Macrobius in Saturn. v. 2. refert librum ſecundum Aeneidos de Piſandro fere ad verbum tranſlatum eſſe: Athenaeus autem lib. IV. cap. ult. Metrodori Chii librum citat, qui Τρωικὰ inſcriptus erat. Aelianus etiam lib. IV. 21. Περὶ Ποιητῶν Ἱστορίας, Syagrum quendam τὰ Τρωϊκὰ primum ceciniſſe tradit. ſed idem Athen. lib. VIII. II. Hegeſianactis Alexandrini Τρωικῶν & lib. XIII. cap. ult. Acati Argivi, Ἰλιουπερσίδος meminit. Eos igitur aliqua in parte Virgilius in hoc libro imitatus eſſe, non immerito credi poteſt. URSIN.

1 *Conticuerunt*: metri cauſſa, vel Daſ.

Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto:
Infandum, Regina, jubes renovare dolorem;
Trojanas ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai: quaeque ipſe miſerrima vidi,

Et

SERVII.

qui apud Latinos [2] nuſquam penitus invenitur. Et bene *omnes* addidit: poterant enim ſimul quidam, ſed non omnes, tacere. Intentique ora tenebant. [3] Aut, ora intuebantur loquentis; aut immobiles vultus habebant, ut iv. Georg. 483. *Tenuitque inhians tria Cerberus ora:* id eſt, immobilia [4] habuit: aut *intenti tenebant*, habebant, ut ſit figura: & intelligamus, *ora intenta habebant*, ut Terentius Andr. i. i. 58. *Nam Andriae illi id erat nomen, teneo.* Ideo autem hoc addidit: quia poteſt quis tacere, nec advertere.

2. Inde. Aphaereſis eſt, pro, *deinde:* [vel, ut quidam volunt, *Tunc.*] Toro ab alto. Summus enim ſemper eſt pontificalis locus: [non licebat enim ſupra regem ſacrificulum quemquam accumbere. Cum enim dicit de Didone i. 698. *Aurea compoſuit ſponda mediamque locavit:* oſtendit illam regali, non ſacerdotali loco diſcubuiſſe.] [5] Aeneas autem ubique quaſi ſacratus inducitur. *Torus* autem ab herbis tortis dictus eſt; [6] [ut v. 388. *Proximus ut viridante toro conſederat.* [Et videtur hic oſtendiſſe i. 639. *Oſtroque ſuperbo.* Et i. 697. *Aulaeis jam ſe regina ſuperbis:* ut aulam ſignificaret. Ab alto vero, pro ex alto: mutavit praepoſitionem. Pater Aeneas. Hoc honoris nomen eſt.] Orsus. Hic, coepit; alibi, finivit, ut xii. 806. *Sic Juppiter orſus.*]

3. Infandum. Quia viro forti victum ſe dicere, [7] & dolori eſt, & pudori. Jubes. Vis, ut Terent. Andr. iii. iii. *Jubeo Chremetem:* nam aliter hoc verbum Aeneae [8] perſona non recipit. [9] [Renovare. Retexere, iterare.]

4. Trojanas ut opes [*Ut* autem, quemadmodum,] ſic Horatius ii. Od. xii. 22. *Aut pinguis Phrygiae, aut Mygdonias* [10] *opes.* Et lamentabile regnum. Id eſt, magnum; quaſi dignum multa lamentatione, ut vi. 481. [11] *Hi multum fleti ad ſuperos.* Danai. [12] Argivi, dicta a rege Danao: nam Graeci proprie ſunt Theſſali, a *Graeco* rege.

5. [Miserrima vidi. Eſt enim poena & in atrocitate ſpectaculi, [13] ut vii. 263. *Aetnaeos vidit Cyclopas Ulyſſes.* Et iii. 623. *Vidi ego duo de numero.*]

VARIORUM.

3. Regina, jubes renovare. *Renovare jubes, Regina* Hamburg. pr. ſed vulgatum ordinem ſervat etiam Lutatius ad Stat. ii. Theb. 618. ubi hoc loco etiam *jubes* pro *vis* poni vult. Heumannus ad Ciceron. iii. Catil. 8. dicit *jubeo* verbo, omiſſa hominis perſona, ſubjungi paſſivum infinitivum ſolere, & raro occurrere exempla activi. & ipſe tamen alia duo ex noſtro infr. h. l. 37. & v. 385. & duo etiam ex Cicerone & Curtio adfert. ſed non multum in lectione veterum, in primis Poëtarum verſatum eſſe oportet, qui talia obſervat, & non videt hic accuſativum ſubintelligi, ut hoc loco, *jubes me renovare dolorem.* ſic inf. 37. *praecipitare jubet*, ſcilicet Trojanos, qui aderant. vide & Servium ad iii. Aen. 261. & quae diximus ad i. Georg. 130. v. Aen. 773. ubi videre poterit minime rarum hoc eſſe loquendi genus, ſed etiam ſaepe a ſimilis generis Grammaticis & Criticis paſſivum eſſe ſuppoſitum, ubi activus infinitivus erat in ſcriptis. & quia breves hae notae, quibus defungi volumus, non patiuntur in haec latius exſpatiari, conſulere poterit notas ad Silium lib. v. 413. ubi male *arceri* reponit pro *arcere* Heinſius. ſaepe etiam ad Lucanum talia adnotavimus, & praeterea in eadem periodo duo verba, quorum unum activo, altero paſſivo infinitivo ponitur. vide ad Lucan x. 348. & alibi ſaepe. BURM.

4. Opes. *Opis* Hugenianus.

5. Ipse.

2 nunquam L. Voſ. R. Steph. Dan. 3 id eſt, ora Dan. 4 habuit, aut *tenebant*, habebant, ut Terentius L. Voſ. R. Steph. Dan. omiſſis mediis. 5 & Aeneas ubique L. Voſ. R. Steph. Fabr. ut Aeneas ubique Dan. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad ℣. 3. 7 & doloris, & pudoris R. & doloris eſt & pudoris Steph. Dan. 8 perſonam Baſil. 9 deſunt R. L. Voſ. Steph. 10 *opes.* opes ſemper dictae ad magnificentiam, ſicut divitiae ad uſum Fabr. & al. 11 *hic* L. 12 deeſt Dan. 13 ut in *Aetnaeos* Fuld.

Digitized by Google

Et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulixi
Temperet a lacrimis! & jam nox humida coelo
Praecipitat, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos.

10 Sed,

SERVII.

6. PARS MAGNA FUI. Propter amiſſam conjugem. Et hoc ſe commendat, bonum maritum futurum, ut paulo poſt inf. 746. *Aut quid in everſa vidi crudelius urbe?* FANDO. Dum ipſe Aeneas dicit: alibi, dum dicitur, ut inf. 81. *Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures.* Quia gerundi modus eſt: [14] [quidam pro infinitivo modo dictum accipiunt.]

7. MYRMIDONUM DOLOPUMVE. *Myrmidones*, ſunt Achillis ſocii, [15] ut *Dolopes*, Pyrrhi, [16] qui cum de Scyro ſecuti ſunt [17] [ad Trojam: a rege Myrmidono dicti, Jovis & [18] Eurymeduſae filio.] Dicti autem *Myrmidones* propter hanc cauſam: [19] [Aeacus, Jovis & Aeginae filius, cum vellet matris ſuae perpetuam memoriam permanere, inſulam, in qua regnabat, a nomine ejus Aeginam appellavit: hoc indignata Juno, peſtilentia cives ejus omnes abſumſit; quod cum vidiſſet, petit a Jove, ut formicae, id eſt, μύρμηκες, quas caſu animadverterat plures in arbore fici, in homines & ſuos ſocios verterentur. Qui, ſtatim mutati in homines, *Myrmidones* appellati ſunt;] ſed hoc [20] fabula eſt: nam Eratoſthenes dicit: *Myrmidonas* a rege *Myrmidono* dictos, [Jovis & [21] Eurymeduſae filio. Sane amat hos exercitus jungere: nam & poſt ait 29. *Hic Dolopum manus; hic ſaevus tendebat Achilles.*] AUT DURI MILES ULYSSI. *Duri*, non laborioſi: [22] [quia non laudaret eum, cum eſſet hoſtis: unde ille (Ovid. XII. Met. 547.) *Nam neque Deiphobum, nec Polydamanta, neque ipſum Hectora laudamus: quis enim laudaverit hoſtem?*] ſed [23] [*duri*, id eſt,] crudelis, ut x. 44. *Quem dat tua conjux Dura:* nam Virgilius pro negotiorum qualitate dat [24] epitheta: cum Homerus eandem etiam in contrariis ſervet. Senſus autem eſt: Sine lacrymis haec nec a quovis hoſtium dicerentur. Illud autem, quod Aſinius Pollio [25] dixit, caret ratione, de Achaemenide dictum eſſe *Miles Ulyſſi. Myrmidonas* vero, & *Dolopas*, praeſentes eſſe acceptos ab Heleno; [26] [ſed ut tanquam de ipſis Aeneam intelligamus dixiſſe; ne eos quidem poſſe calamitates Trojae ſine lacrymis explicare.] [27] Sed ſi ſic intelligimus, dicti frangitur dignitas. [Sane quaedam, ſi ſingulariter proferuntur, interdum gratiora ſunt, ut inf. 574. *Tros Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur. Ulyxi* autem vetus genitivus eſt, ut I. 30. *Atque immitis Achilli.*]

8. [28] [TEMPERET. Abſtineat.]

9. PRAECIPITAT. Pro, praecipitatur. Verbum pro verbo, [29] [ut diximus:] [& duas cauſas praetendit, quibus dicit non poſſe univerſa narrari, dolorem, & tempus.] CADENTIA SYDERA. Aut epitheton eſt ſyderum, quae ſemper & oriuntur & occidunt: aut certe majorem noctis partem [30] dicit eſſe transactam: [31] [per *ſydera* autem noctem ſignificat, quae ſomnos ſuadet.]

VARIORUM.

5. IPSE. *Ipſa* Francianus. *miſerrima*, ut, infr. 486. *miſeroque tumultu.*

Ibid. VIDI. Reſpice inf. I. 584. & 498. & Donat. ad Terent. Adelph. III. I. 3. BURM.

7. ULYSSEI. *Ulixi* Priſcianus monet legendum eſſe, ut lib. I. 220. *acris Oronti*, & 30. *immitis Achilli.* nec aliter ſcripti, niſi quod in ſecundo Rottendorphio *Ulixei.* mox, *temperat a lacrimis* Gu-

14 ſive pro infinitivo modo dictum accipiunt Dan. Fabr. ſed deſunt L. R. Voſ. Steph. 15 deeſt L. Voſ. R. Steph. 16 quos, ut quidam volunt, de Feſto inſula duxit ad Trojam: dicti &c. Fuld. 17 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. ad dicti. 18 Eurimedontis Dan. 19 Aeacus cum in arbore ficu formicas, id eſt mirmicas (μύρμηκας Steph. al.) vidiſſet, optavit tot ſibi ſocios evenire, & ſtatim formicae in homines verſae ſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Aeacus Jovis & Aeginae filius, cum poſt amiſſos peſtilentia ſocios in arbore &c. Fabr. al. 20 fabulae eſt L. R. Baſil. 21 Eurymedonae Fuld. 22 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 23 deſunt iisdem. 24 deeſt R. in Leidenſi erat *dura*, epitheta, cum. 25 ducit L. Voſ. R. Steph. ab. al. ille *comes Ulixis* dicitur III. Aen. 616. & 691. non *miles*. quod tamen idem poteſt ſignificare. ſi non etiam ſe *comitem* Palamedis vocaret inf. 87. quod Servius honoratius eſſe dicit. BURM. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. 27 ſi ſic enim dicit, frangitur idem. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. 29 deſunt Dan. ut dictum eſt Fuld. 30 vult eſſe L. Voſ. R. Steph. al. 31 deſunt iisdem.

Sed, ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros,
Et breviter Trojae ſupremum audire laborem;
Quamquam animus meminiſſe horret, luctuque refugit;
Incipiam. Fracti bello, fatiſque repulſi

Du-

SERVII.

10. CASUS COGNOSCERE. [32] Cognoſcendorum caſuum; [33] & Graeca figura eſt. [*Caſus* autem, fortunam, pericula: nam ſi mortem dixiſſet, *noſtrorum* debuit dicere.] ET BREVITER. Praeſcribit: quia Dido dixerat I. 153. *A prima dic, hoſpes, origine nobis.* [Ergo non ad Didonis voluntatem, ſed narrantis officium. Et quibuſdam Hyſterologia videtur: prius enim eſt, ut Trojae laborem, poſt Aeneae caſus agnoſcat.] [34] [SUPREMUM. Poſtremum, ultimum [35] dicit:] [Everſionem enim Trojae tantum, omiſſis ſuperioribus, narrat.]

12. QUANQUAM ANIMUS MEMINISSE HORRET. *Quanquam*, melius praeſenti jungitur tempori, ut: *Quanquam ſcio, quanquam lego.* Quod autem dixit, *meminiſſe horret*, defectivi verbi ratio eſt: nec enim potuit dicere, *meminere*. Et in his, quae corrupta ſunt naturaliter, ut *odi*, *novi*, *coepi*, *memini*, & omnia tempora, quae inveniuntur, & ſuo & aliorum funguntur officio, [36] ut Andr. II. v. 18. *Memini videre, quo aequior ſum Pamphilo:* ubi *memini* praeteritum praeſens ſignificat. Item IV. Georg. 125. *Memini me turribus altis Corycium vidiſſe ſenem.* Quod ſi fit & in verbis integris, ut III. 284. *Juvat evaſiſſe tot urbes:* quanto magis, in corruptis? REFUGIT. Propter metrum pro praeſenti praeteritum poſuit.

13. INCIPIAM. [37] [Deeſt tamen:] [quia, cum praeponitur *quamquam*, neceſſe eſt ſubjungi *tamen*. FRACTI BELLO. [Bene defendit cauſam ſuorum, quod in bello non impares fuerint.] [38] Duplex ergo eſt in hoc libro intentio, ne vel Trojae, quod victa eſt; vel Aeneae turpe videatur eſſe, quod fugit. [Sane amat in adverſis hoc verbo uti, ut inf. 170. *Fractae vires:* & IV. 594. *Frangimur heu fatis, inquit.*] FATISQUE REPULSI. Oraculis, [ut eſt VI. 45. *Cum virgo poſcere fata.*] Secundum Plautum tribus, vita ſcilicet Troili; [39] Palladii conſervatione; integro ſepulchro Laomedontis, quod [40] in Scaea porta fuit: ut in [41] Bacchidibus IV. IX. 29. lectum eſt. Secundum alios vero, pluribus: [42] ut de Aeaci gente aliquis intereſſet: unde Pyrrhus, admodum puer evocatus ad bellum eſt; [43] [dictus *Neoptolemus*, νεῶ εἰς πόλεμον:] ut Rheſi equi tollerentur [44] [a Graecis:] ut Herculis intereſſent ſagittae, quas miſit Philoctetes, [45] [quibus Paris peremptus eſt,] cum ipſe non potuiſſet adferre morte praeventus.

VARIORUM.

Gudianus. HEINS. *Ulixis* Francianus. vulgata *Uliſſei* eſt apud Donatum ad Terent. Hecyr. I. II. 54. vid. ſupr. I. 30. & Indic. Erythraei in *Ulixei*. & alibi ſaepe. BURM.

9. CADENTIA SIDERA. De extrema parte noctis capiendum docet Heinſius ad Ovid. II. Faſt. 635. ubi

Jamque ubi ſuadebit placidos nox ultima ſomnos.

Cadentia vero eſſe occidentia docet Scholiaſtes Crucquianus Horatii Epod. XI. vid. & lib. IV. 81. adde notas Guellii, Cerd. & H. Steph. Diſſ. de Critic. p. 179. & quae diximus ad Lucan. I. 15. BURM.

10. SED, SI. *Sed cum* Hamburgicus primus. lib. VI. 133. *Quod ſi tantus amor* dixit. *Et ſi* Francianus. *agnoſcere* Gudianus. *cognoſcere tantos* Graevianus in margine, vel *cognoſcere rerum*.

12. LUCTUQUE. *Luctumque* ſecundus Moreti, Parrhaſ. & Edit. Venet. & probat Catroeus, quem vide. nec male: ſuper epulas narrare ejus animus refugiebat triſtia, quum laetitiae dies eſſet deſtinatus. duo vero tempora diverſa ſaepe jungit Virgilius, ut I. Georg. 330. *terra tremit, fugere ferae.* III. Aen. 446. *digeret* & *relinquit*. & ita paſſim,

32 Fortunam, pericula, cognoſcendorum &c. Dan. 33 eſt autem Graeca Fuld. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. 35 deeſt Dan. Fab. 36 ut *memini* praeteritum eſt, legimus tamen, & *memini videre* &c. L. R. Voſ. Steph. Dan. officio, tamen in Andria *memini videre* Fabr. & legimus tamen in Andria Baſil. *e quo aequior* Voſ. *o quo* L. R. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. 38 in hoc libro duplex intentio eſt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 39 & ſi Palladium manſiſſet in Troja Fuld. 40 Scaeae Voſ. R. 41 Bacchidibus compendia lectum eſt Fuld. 42 ut Aeaci Baſil. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 44 deſunt iiſdem, & Fabr. 45 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Ductores Danaûm, tot jam labentibus annis,
Inſtar montis equum divina Palladis arte
Aedificant, ſectaque intexunt abiete coſtas.

Vo-

SERVII.

14. DUCTORES. Sonantius eſt quam *duces*, ut infr. 557. *Regnatorem Aſiae:* quod [46] heroum exigit carmen. LABENTIBUS. Velocibus [47] curſu, ut XI. 588. *Labere nympha polo.* Et IV. 223. *Labere pennis.* Curſu enim lapſus eſt celerior. [48]

15. INSTAR. Nomen eſt indeclinabile; licet Probus (lib. II. Inſt. Gram. p. 1458.) *inſtaris* declinaverit, ut [49] *nectaris:* & caret praepoſitione, ſicut [50] *peregre:* quamvis Serenus Lyricus *ad inſtar* dixerit. *Inſtar* autem eſt ad ſimilitudinem: unde non *reſtaurata*, ſed *inſtaurata* dicuntur aedificia, ad antiquam ſimilitudinem facta. [51] EQUUM. De *hoc equo* [52] varia in hiſtoriis lecta ſunt: ut enim [53] Hyginus & Tubero dicunt, machinamentum bellicum fuit, [54] [quod *equus* appellatur, ut *aries* & *teſtudo*, quibus muri vel diſcuti, vel ſubrui ſolent:] unde eſt inf. 46. *Aut haec in noſtros fabricata eſt machina muros.* Ut alii, porta, quam eis Antenor aperuit, [55] *equum pictum* habuiſſe memoratur: vel certe Antenoris domus, quo poſſet agnoſci. [Nonnulli *ſignum equi* datum, ut internoſcerent Graeci ſuos, vel hoſtes. A quibuſdam dicitur, facta proditione, praedictum, ne quis eas domos violaret, quarum ante januam *equus* eſſet depictus: unde & Antenoris & caeterorum agnitae ſunt. [56] Aut quia equeſtri praelio victa eſt Troja. [57] Aut a monte *Hippio*, poſt quem Graeci ſe abſconderant: unde & alludit: *Inſtar montis equum:* [ut VIII. 692. *Pelago credas innare revulſas Cycladas.*] Aut [58] revera hoc fuit, quod Virgilius ſequitur; [ſed melius machinamenti genus accipimus.] PALLADIS ARTE. Aut ingenioſe, aut doloſe, ac ſi diceret conſilio iratae deae, quae fuit inimica Trojanis.

16. AEDIFICANT. Tranſlatio a navibus: [*Aedificari* enim habitacula hominum dicimus: nam ideo hic de *equo aedificant*, qui erat homines recepturus; vel propter magnitudinem,] ut Cicero II. Ver. 5. *Navem tibi aedificatam eſſe Meſſanae.* Item INTEXUNT. [59] [Quia naves dicuntur *texi:* nam ubi naves fiunt *textrinum* vocatur:] [60] ut ipſe XI. 326. *Bis denas Italo texamus robore naves.* ABIETE COSTAS. Non ſine [61] cauſſa Virgilius hoc loco *abietem* commemorat: item *acerem* & *pinum* paulo poſt: nam fulminata *abies*, interitum dominae ſignificat: & Troja per foeminam [62] periit. *Acer* vero in tutela [63] Stuporis eſt: & viſo equo ſtupuere Trojani, ut ℣. 31. *Pars ſtupet innuptae donum exitiale Minervae.* *Pinus* [64] in tutela quidem eſt Matris deum; ſed & [65] fraudum & inſidiarum: quia ejus poma cadentia per fraudem interimunt: [unde Martialis XIII. 25. *Poma ſumus Cybeles, procul hinc abſiſte, viator, Ne cadat in miſerum noſtra ruina caput:*] & hic equus plenus inſidiarum eſt. ABIETE. [66] Reſolutio eſt, nunc in [67] proceleuſmaticum; [68] [alias in dactylum,] ut I. 119. *Arma virum* [69] [*tabulaeque, & Troia gaza per undas:*] alias in anapaeſtum, ut I. Georg 481. *Fluviorum rex Eridanus.* Sciendum [70] ſane, Virgilium ubique in ſolutione iſta [71] ſervaſſe ſibi excuſationem ſynaloephae: quod alii contemnunt.

VARIORUM.

ſim, ut & alii. vid. ad Grat. Cyneg. 45. & 416. plura collegit Cl. Drakenb. ad Liv. III. XLVI. 9. & nos etiam ad Lucanum multis locis. *refuget* erat in primo Moretano. BURM.

15. DIVINA. *Divinae* Menagii prior. *arte* primus Moreti. conferendum cum his Virgilii initium operis Tryphiodori, ubi Ἀργείης ἱππήλατον ἔργον Ἀθήνης dicit, ubi multis verſibus deſcribit ſatis eleganter. & initio orationis Ulixis Βουλῇσι Ἀθήνης di-

46 heroicum L. Fabr. al. 47 deeſt L. Voſ. R. Steph. 48 vel *labentibus*, labilibus Fabr. al. 49 *Neſtoris* L. Voſ. R. 50 *Peregre, rus* Voſ. R. L. 51 ut in tertio 62. *ergo inſtauramus Polydoro funus* Fabr. al. 52 varie in. h. dictum Fuld. 53 Hyginus dicit L. Voſ. R. Fuld. Steph. Hyginus & Tubero dicit Fabr. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. 55 equum habuit pictum, vel &c. Dan. 56 Aut equeſtri praelio evicta eſt L. 57 aut monte Baſil. 58 revera fuit Steph. Dan. Fab. al. 59 deſunt L. Voſ. R. Steph. 60 ut *bis* iidem. 61 ratione Fuld. L. Voſ. R. 62 perit R. Steph. 63 tutoris, eſt Voſ. 64 in tutelam R. 65 fraudium L. 66 ſolutio eſt, nunc L. ſolutio eſt dactili nunc Voſ. Steph. Dan. reſolutio eſt ſpondei nunc R. Baſil. διάλυσις eſt ſpondaei Fabr. vid. ad v. Aen. 432. 67 proceleumaticum R. Voſ. L. Steph. Dan. 68 deſunt iisdem. 69 deſunt iisdem. 70 autem Dan. 71 ſervare R. Voſ. L. Steph. Fabr. al.

Votum pro reditu ſimulant. Ea fama vagatur.
Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt caeco lateri, penituſque cavernas
Ingentis uterumque armato milite conplent.

Eſt

SERVII.

17. VOTUM. Oblatum: nam participium eſt, [72] [id eſt, voviſſe pro reditu. EA FAMA VAGATUR. [73] [Hoc eſt, reditus,] [fama tamen fuit, non & ſimulationis: nam incipiunt & inſidiae patefactae eſſe. Bene ergo excuſat, ne reus ſit conſcientiae. [Accius in Deiphobo inſcriptum dicit: MINERVAE DONUM ARMIPOTENTI DANAI ABEUNTES DICANT.]

18. HUC. Pro illuc, [74] [in equum, vel in hanc rem.] DELECTA CORPORA. Delectorum virorum. VIRUM. Pro virorum, qua figura & in proſa utimur. Dicit ſane Plinius [75] De Re Grammatica, hoc in neutro non eſſe faciendum, ſcilicet propter caſuum ſimilitudinem; niſi forte nimia metri neceſſitas cogat. SORTITI. Contraria ſunt [76] *delectus* & *ſortitus*. Sed intelligimus plures quidem electos, forte tamen ex ipſis ductos, qui includerentur. [77] [FURTIM. Num a plebe; hoc eſt, nullo ſciente, id eſt, latenter: nam & *furtim* ideo dicitur, quod magis per tenebras admittatur: unde *fures* quoniam quaſi per *furvum* tempus, hoc eſt nigrum, aliquid ſubripiunt.]

19. COECO LATERI. Pro coecis lateribus. Et nota aliter dici, *coecum hominem*, id eſt, non videntem; aliter *coecum latus*, id eſt, [78] obcaecaturum, abſconſurum. CAVERNAS INGENTES. [79] [Nonnulli omnia loca concava *cavernas* dictas a veteribus adſerunt, ut VIII. 242. *Et umbroſae penitus patuere cavernae:* Alii fuſtes curvos navium, quibus extrinſecus tabulae adfiguntur, *cavernas* appellarunt: unde, quia *naves texi* dicuntur, & *cavernae* navium ſint,] permanſit in metaphora navium, ut *intexunt* diceret, & *cavernas*. [Alii quodcumque in arcum formatum eſt, quod flexum & in altitudine curvatum ad ſedem deducitur, *cavernam* dici tradunt.] Sane dicendo *ingentes*, ut diximus, epitheto levavit tapinoſin. UTERUMQUE. *Uterus* eſt mulierum: [80] [nam praegnantium proprie eſt,] quem [81] modo ideo dixit, quia dicturus eſt, *foeta armis*. *Alvus* eſt, quo defluunt ſordes, ut Salluſtius ex incert. fragm. [82] *Simulans ſibi alvum purgari*. *Venter*, qui videtur; ut Juvenalis IV. 107. *Montani quoque venter adeſt abdomine* [83] *tardus*. [Sane & in Tragoedia de hoc equo * ἐγκύμονα legitur; hanc ergo hic *uterum* dixit. ARMATO MILITE. Ut ſupra I. 378. *ex hoſte* [84] [ſcilicet: & ſingularem numerum pro plurali poſuit: [ut XI. 286. *Ultro Inachias veniſſet ad urbes Dardanus:* pro Dardani; & alibi pluralem pro ſingulari, ut XII. 60. *Deſiſte manum committere Teucris:* cum ſolus eſſet Aeneas.]

VARIORUM.

dicit fabricatum, & enumerat omnes, qui inſcenderunt equum, quem Marti conſecratum ait. haec indicaverat fere Parrhaſius in ora codicis ſui. BURM.

16. SECTAQUE. *Factaque* Venetus.

18. DELECTA. *Dilecta* Gudianus a m. pr.

20. INGENTIS. Ita veterrimi codices cum Priſciano. HEINS.

22. MA-

72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 deſunt iisdem. hoc eſt, pro reditus Fuld. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 75 in naturali hiſtoria L. Voſ. R. Steph. Dan. Ryckius notavit, haec verba ab inepto librario addita. ut inf. ỹ. 683 *Hoſtilius*. vid. inf. ad ỹ. 69. & IX. Aen. 706. 76 *delectos & ſortitos* Voſ. R. Steph. Dan. 77 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. *Furtim*, latenter, unde fures quaſi per furvum tempus, id eſt nigrum, aliquid ſurripiunt Dan. Fab. reliqua Fuldenſi debentur. legendum etiam, *num plebe*, & *nam & furtum ideo* &c. vid. Inſtitut. Juris de Obligat. quae ex delicto §. 2. BURM. 78 obcaecatum & abſconditum Fabr. al. 79 deſunt ad, *ut diximus* L. Voſ. R. Steph. al. haec vero iterum ex Fuldenſi interpolata. in Dan. & Fab. erat, nonnulli o. l. concava dixerunt, alii fuſtes curvos navium, qui extrinſecus tabul. * c. (tabulis Fabr.) adfiguntur *cavernas* appellarunt. Permanſit i. m. uſ. i. diceret. *cavernas* ſane dicendo, epitheto levavit tapinoſim. 80 deſunt L. Voſ. R. 81 modo eo dixit R. & Maſvic. 82 lib. VI. Hiſt. vel fragm. incertis, ubi Waſſius haec ex lib. III. Aeneid. citat, & *ſibi* deeſſe dicit in vulgatis aliquot: ego in Editionibus, quas conſului, reperi. 83 *Pinguis* Fuld. ex Euripidis Troad. ỹ. 11. ſunt ſequentia, ex Fuldenſi depromta, unde Cl. Dorvill. monuit legendum, ἐγκύμονα. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad ỹ. 21. ſingularis pro plurali, pro militibus Fabr. al.

Eſt in conſpectu Tenedos, notiſſima famâ
Inſula, dives opum, Priami dum regna manebant;
Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis:
Huc ſe provecti deſerto in litore condunt.
Nos abiiſſe rati, & vento petiiſſe Mycenas.
Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu:

Pan-

SERVII.

21. TENEDOS. Inſula eſt contra Ilium, [quae ante Leucophrys dicta eſt: [85] nam] [86] Tennes quidam, [87] infamatus quod cum noverca concubuiſſet, hanc inſulam vacuam cultoribus tenuit, unde *Tenedos* nominatur. Alii dicunt, quod ſe propter ſupra dictam cauſam, ex ipſa inſula in mare praecipitaverit: hujus ſoror Hemithea fuiſſe dicitur. Ideo ergo ait, *notiſſima fama.* Sic Cicero [88] [in Verrinis I. 19.] *Tennem ipſum, cujus ex nomine Tenedos nominatur.*

22. INSULA DIVES OPUM. Hic genitivo jungit. Statius, quod rarum eſt, & ablativo, ut: *Satis oſtro dives & auro.* [PRIAMI DUM REGNA M. Qui & ipſe [89] a Graecis eſt.]

23. [90] [SINUS. Reductus littoris ſeceſſus.] STATIO. Statio eſt, ubi ad tempus ſtant naves; *Portus* vero, ubi hyemant. MALE FIDA. [91] [Pericu_loſa ſcopulis; vel a Graecis:] Aut minus fida, propter periculum navium: quia ſtatio eſt, quam [92] plagiam dicunt; aut certe fida Graecis. MALE. Hoc eſt, in noſtram perniciem, ut Lucanus de Syrtibus IX. 310. *Sic male deſeruit.* Et hanc ſignificationem raro invenimus. Sane *male fidus*, [93] [non infidus, ſed] minus fidus intelligitur: *Male* enim minutionem habet, non negationem.

24. [DESERTO. Vel ab his, qui Trojanae partis erant: aut certe ideo *deſerto*, ut facilius latere poſſint. CONDUNT. Pro, abſcondunt.]

25. ABIISSE... PETIVISSE. *Abiſſe* dicimus & [94] *petiſſe*; ſed propter metrum Epentheſis facta eſt. MYCENAS. A parte totum, id eſt, Graecia.

26. OMNIS TEUCRIA. Subaudi gens: Et abſoluta eſt elocutio. [95] [SOLVIT. Quaſi ante aerumnis victi eſſent.]

VARIORUM.

22. MANEBANT. *Manerent* Bigotianus.

24. SE CONDUNT. Vide quae notavi ad Lucan. II. 609. ubi ex Mſ. repoſui,

Brunduſii tutas ſe condit magnus in arces.

ubi cum accuſativo, hic cum ablativo praepoſitio jungitur, de quo vidimus ad Ovid. IV. Met. 176. & XIV. 176. infr. noſter ỷ. 401. *nota conduntur in alvo.* ſed XI. 187. *conditur in tenebras coelum.* ubi tamen etiam *tenebris* in Mſſ. BURM.

25. NOS ABIISSE. *Vos & abiſſe rati.* Ed. Venet. *Ventoque petiſſe* Menagii prior & Leidenſis.

26. SOLVIT SE. Schol. Horatii lib. IV. Od. 6. *poſuit ſe.* HEINS. *Solvit longo ſe* Montalb. *ſe* deeſt Moreti ſec. in Servio videtur legendum, *quaſi*

85 & haec interpolata. Tennes inf. q. c. n. c. b. i. v. c. t. u. Tenedos dicta eſt. ideo ergo ait &c. L. Voſ. R. Fab. al. ſed *Tenes* Fabr. & al. Steph. priora habet & finit in *unde Tenedos nominatur.* cetera deſunt. 86 *Tenes Gyſie* Fuld. unde Ryckius notavit, videri legendum *Cygni f.* ex Tzetze in Lycoph. ad ỷ. 232. p. 46. Ed. Baſ. & Schol. Hom. Iliad. A. 38. unde furtim Maſvicius *Cycni*, omiſſo *filius*, in ſuam editionem tranſtulit. Tenes quidam R. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. de Tenne ſive Tene, vid. Euſtat. ad Dionyſ. Alex 537. Steph. in Τένεδος Conon. narrat. XXVIII. Caſaub. ad Strabon. lib. XIII. pag. 604. *Cygneius heros* Ovidio dicitur in Ibi 465. pleniſſime vero nuper vir doctiſſimus, Ludovic. de Hemmer, Hafniae An. 1735. edidit diſſertationem de republica Tenediorum, in qua cap. II. de Tenne vel Tene uberrime diſſeruit. BURM. 87 infamatus a noverca, quod cum ea voluiſſet concumbere. Fuld. 88 deſunt L. Voſ. R. 89 forte, a Graecis occiſus eſt, vel ſimile quid. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 91 deſunt iiſdem. 92 *plagiam* omnes habent, ſed Maſvicius plus ſapere ſibi viſus edidit *pelagiam*, quaſi a pelago dictam. Fabricius etiam Graecis literis Πλαγίαν expreſſit. atqui eſt vox mediâ aevi, qua aeſtuaria & ſtationes notabant. vid. Cang. Lexic. Med. Latin. ubi hunc Servii locum laudat. talia autem vocabula ſaepe librarii intruſerunt Servii commentariis. BURM. 93 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 94 *Petiiſſe* Voſ. R. Baſil. ſed recte Fabr. haec duo verba, *abiiſſe* & *petiiſſe* poſuit, ut Virgilii, ad quae Servius commentaretur. deinde exhibent, dicimus *abiſſe* & *petiſſe*, ſed propter metrum epentheſis eſt facta. L. Voſ. R. Fuld. Steph. & Dan. niſi quod ille, *Abiſſe* pro *petiſſe* dicimus; vitioſe vulgata, *abiviſſe* dicimus & *petiviſſe*. ſed propter metrum ſyncope facta eſt, ut Fabr. & al. Edd. quod falſum eſt. non enim hic eſt ſyncope, ſed epentheſis. BURM. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Panduntur portae. Juvat ire, & Dorica caſtra,
Deſertoſque videre locos, lituſque relictum.
Hîc Dolopum manus, hîc ſaevus tendebat Achilles:
Claſſibus hîc locus: hîc acie certare ſolebant.
Pars ſtupet innuptae donum exitiale Minervae,

Et

SERVII.

27. PANDUNTUR PORTAE. Signum pacis eſt, ut Salluſtius fragm. incert. *Apertae portae: repleta arva cultoribus:* [ut clauſis portis ſignum belli eſt VIII. 385. *Quae moenia clauſis Ferrum acuant portis.* JUVAT IRE autem, exire, aut ire longius.] DORICA CASTRA. Mala eſt compoſitio ab ea ſyllaba incipere, qua ſuperior finitus eſt ſermo. Nam plerumque & [96] cacephaton facit, ut hoc loco. Sane *Dorus*, Neptuni filius fuit: unde *Dori* originem ducunt.

28. [LITTUSQUE RELICTUM. Quod noſtrum fuerat.]

29. [HIC. Pro Illic: & totum hoc ita accipiendum.] TENDEBAT. Tentoria habebat, ut VIII. 605. *Et latis tendebat in arvis.* SAEVUS ACHILLES. Propter Hectorem [97] tractum. Et talis ubique [98] inducendus eſt, ut Horatius Art. Poet. 122. *Jura neget ſibi nata.*

30. CLASSIBUS HIC LOCUS. Magis ad equites referre debemus, ut VII. 716. *&* [99] *Ortinae claſſes:* unde & *claſſica* dicuntur. HIC ACIES. Hic exercitus [VI. 789. *Huc geminas nunc flecte acies.*] Legitur & *acie:* nam [1] dici poteſt utrumque.

31. [2] [PARS. Figurate, ut I. 212. *Pars in fruſta ſecant.*] INNUPTAE. Quae nunquam nubit: nam virgo poteſt & nubere. [3] [DONUM. Ἀμφίβολα. non quod ipſa dedit; ſed quod ei oblatum eſt.] EXITIALE. Periculoſum, quantum ad Trojanos.

VARIORUM.

quaſi ante aerumnis vincti eſſent. nam *victi* non reſpondet τῷ *ſolvit. ſe ſolvere* vero eleganter dicuntur, qui luctu & dolore *adſtincti*; ut Ovid. I. Art. Am. 361. ſolvuntur etiam laetitia & gaudio. vid. ad Ovid. XIII. Epiſt. 116. *ſe ſolvere* dicuntur etiam aliae res, quae ſolidae, & conſtipatae, deinde laxantur & diſſipantur. vid. ad Lucan. II. 408. & IX. 451. Imitatur haec Silius X. 627.

Ergo omne effundit longo jam ſe agmine vulgus. BURM.

27. DORICA CASTRA. An recte ita dicantur, quum Bello Trajano Dores eſſent etiam incogniti, diſquirit Palmerius lib. I. Antiquae Graeciae cap. 6. pag. 30. *ad Dorica caſtra, Deſertoſque locos, lituſque videre relictum* Wittian. BURM.

29. ACHILLES. *Ulixes* prior Hamburgicus. *ſaevus* Francian.

30. HIC ACIE. Ita Vaticanus Pierii, cum noſtro Mediceo & Gudiano: quomodo & Servius in nonnullis exemplaribus inveniri teſtatur, & Menagianus pro diverſa lectione agnoſcit. HEINS. *Acies* agnoſcit Rufinianus de Schem. Lex. pag. 33. & codices Regius Paſſer. Wittian. & Dorvil. ſic apud Frontin. II. V. 2. *non acie tantum ſuperavit, ſed etiam caſtris exſuit.* ubi alii, *aciem: Aciem perdere* dixit Quinctil. Declam. CCLXXII. ubi etiam *acie* Pithoeus. Livius I. 23. *quod nec acie certatum eſt.* Statius III. Theb. 312. *Ambae bellabunt acies.* Amm. Marc. XIX. I. *apud Trojam ſuper comite Theſſali ducis exanimi acies marte acerrimo conflixerunt.* unde utramque lectionem defendi poſſe conſtat. BURM.

32 MIRANTUR. Recte. licet praeceſſerit *ſtupet.* ſic mox ℣. 64. *ruit & certant.* & 208. *legit & ſinuant.* lib. III. 675. *ruit & complent.* IV. 87. *exercet & parant.* VI 678. *oſtentat & linquunt.* Valer. Flac. III. 339. *Quiſque implicat & pulſant.* & ita ſaepe alibi, ut apud Lucanum ſaepe, ut ad ipſum Poëtam notabimus. vid. & Cl. Duker. ad Flor. IV. X. 3. contra etiam, prius plurali numero poſito ſingularem ſubjiciunt. ſic Ovid. VII. 519. quum dixiſſet, *utinam* VOBIS *poſſem memorare*, & *ne morer* VOS. ſubjicit, *Memori quot mente* REQUIRIS.

ſic

96 Cacenfaton L. Voſ. R. 97 deeſt Fuld. 98 inducitur L. 99 *Ortinae* L. R. *Ortina claſſis*, id eſt Turmae Fabr. *Ortinae claſſes*, id eſt Turmae Baſil. 1 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 deſunt iidem.

Et molem mirantur equi: primuſque Thymoetes
Duci intra muros hortatur, & arce locari;
Sive dolo, ſeu jam Trojae ſic fata ferebant.
At Capys, & quorum melior ſententia menti,
Aut pelago Danaûm inſidias ſuſpectaque dona
Praecipitare jubent, ſubjectiſque urere flammis:

Aut

SERVII.

32. PRIMUSQUE THYMOETES. Ut Euphorion dicit: *Priamus ex Ariſba filium vatem ſuſcepit.* Qui cum dixiſſet quadam die naſci puerum, per quem Troja poſſet [4] everti: pepererunt ſimul & [5] Thymoetae uxor & Hecuba, quae Priami legitima erat. Sed Priamus Thymoetae filium uxoremque juſſit occidi. Inde ergo nunc dicit, *ſive dolo:* [6] quia juſtam cauſam proditionis habere videbatur: alii volunt *dolo*, [ſcilicet Graecorum] quo omnes decepti ſunt.

33. [ARCE LOCARI. Velut tutamen: & non incaſſum arcis Trojanae prope multis locis mentio fit. In hac enim arce hujuſmodi ſaxum fuiſſe dicitur, quod abs alio contritum, ſanguinem emitteret, atque Helenam ad incitandos in ſe amatores ſaepe ex hoc ſaxo lapillis uti fuiſſe ſolitam.]

34. SIC FATA FEREBANT. Ut etiam cives contra patriam ſentirent.

35. AT CAPYS. Quidam: non pater Anchiſae. Et bene nec ſe, nec patrem huic conſilio dicit interfuiſſe, per quod interitus patriae imminebat. Quanquam Aeneas, quaſi obtrectator Priami, non adiit, ut Homerus dicit; Anchiſes vero propter coecitatem, ut docet Theocritus. [Alii hunc *Capyn* affinem Aeneae tradunt, & ideo ei ab Aenea dari recti conſilii principium. Hic eſt qui Capuam condidit; ſed hoc poſt multa ſecula claruit: nam his temporibus, quibus Caeſar occidi habuit, Capuae juvencae aeneae dicitur inſcriptum fuiſſe: *iisdem temporibus, unum de genere conditoris periturum.*]

36. [7] [PELAGO. Pro in pelagus.] [DANAUM INSIDIAS. Bene, qui ſuadet, ut praecipitetur, non dicit *donum Minervae;* ſed *Danaum inſidias & ſuſpecta dona.*]

37. SUBJECTISQUE URERE FLAMMIS. *Que* copulativa conjunctio eſt, [8] aut disjunctiva, quae hic eſſe debuit: [9] quomodo ergo has junxit? [cum non utrumque, ſed alterutrum fieri poterat quod ſuadebatur.] Poëtarum eſt, partem pro parte ponere: ut *torvum* pro *torve*, & *volventibus* pro *volubilibus.* Conjunctionem ergo pro conjunctione poſuit, ut VI. 616. *Saxum ingens volvunt alii, radiiſque rotarum,* [10] id eſt, *que*, pro *ve:* nam ſonantius viſum eſt. [Antiqua tamen exemplaria *ve* habere inveniuntur; *ve* enim proprium ſignificatum habet, & interdum pro *vel* accipitur.]

VARIORUM.

ſic apud Lucan. lib. IV. 237. quum praeceſſiſſet ferae *manſuevere*, & *didicere* addit: *Fervet & abſtinet ora.* ut Mſ. dant. BURM.

32. THYMOETES. Sic primus Rottendorphius cum aliis nonnullis. *Timoetes* apud Macrob. lib. v. cap. 5. vetera exemplaria in hoc nomine ſibi parum conſtant. Mediceus, *Thymetes*, cum Gudiano & Menagiano priori. *Thimetes* prior Mentelianus & duo aut tres alii; *Thimoetes* alter ejuſdem. *Thimotes* duo. *Timetes* primus Moreti. ſed *Thymoetes*, Θυμοίτης, verum eſt. cujus etiam nominis Rex Athenarum Aphidantis frater, Oxyntae filius ultimus ex ſtirpe Thelidarum, ſive Erechthidarum: unde Θυμοιτάδαι, δῆμος τῆς Ἱπποθωντίδος φυλῆς, apud Harpocrationem. HEINS. *Thymoetae* meminit Tzetz. ad Lycophr. 224. Gud. inſcr. CCXXXVI. II. *Thymoites. Timoetes* Wittian. BURM.

33. INTRA. *Infra* ſecundus Moreti. *inter* Venetus. *in arce* quartus Moreti.

34. FEREBANT. Sic vetuſtiores. *manebant* prior Hami-

4 corruere Fuld. 5 Thymoetis Dan. bis. Thymaetiae Fuld. 6 quia habuit juſtam cauſam proditionis Fuld. 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 8 non disjunctiva Dan. Fabr. 9 quomodo ergo per aut adjunxit, cum non &c. Fuld. 10 *que* pro *vel* poſuit Steph. Baſil. *que* pro *ve* poſuit L. Voſ. R.

Aut terebrare cavas uteri & tentare latebras.
Scinditur incertum ſtudia in contraria volgus.
Primus ibi ante omnis, magna comitante caterva,
Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce:

Et

SERVII.

78. [11] [TEREBRARE. Quidam aperire ac ſcindere accipiunt: alii *terebrare* ſimpliciter:] [quia adjecit *tentare*; & hic oſtenditur adverſa ſententia: non enim ab omnibus creduntur inſidiae.]

39. INCERTUM. Inſtabile: unde eſt: STUDIA IN CONTRARIA. [*Incertum* ergo aut temporale eſt; aut perpetuum epitheton *vulgi*.] Sane VULGUS [12] magis maſculini generis eſt, quam neutri: quia in *us* exeuntia neutra, in [13] *ris* mittunt genitivum, [14] [ut *funus*, *funeris*:] excepto *pelagus*: quod in hoc nomine creavit errorem.

40. ANTE OMNES. Aut Periſſologia eſt; [15] quia dixit, PRIMUS. Aut *ante omnes*, id eſt, videntibus omnibus.

41. LAOCOON. [16] Omnia, [17] in *oon* exeuntia, tertiae ſunt declinationis: ut *Laocoontis*, *Demophoontis*, *Hippocoontis*. [18] [ARDENS. Omnis affectus tribus rebus oſtenditur, vultu, voce, geſtu; [ſicut hic futura dicturo, primum iram & commotionem animi, quae vultu oſtenditur, dedit; dein celeritatem corporis: inde vocis magnitudinem.]

VARIORUM.

Hamburgenſis. alter, *parabant*. HEINS. *Volebant* Montalbanius: inf. 94. *fors ſi qua tuliſſet*. Sabin. Ep. III. 31.

Nec ſi fata ferant, tulerint ſic cetera quamvis.

vid. ad Lucan. I. 393. & paſſim apud eum. BURM.

35. MENTI. *Surgit* ſecundus Hamburgicus. ex lib. I. 582.

36. SUSPECTAQUE. Crucquianus Commentator ad I. Od. 16. *ſubjectaque dona*, verbo ex ſeq. verſu repetito, habet.

37. JUBENT. Apud Cariſium lib. IV. *jubet*: etiam apud Nonium in *ſuſpicere*. quomodo & Priſcianus lib. XVI. & Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. I. Od. 16. Diomedes vulgatum agnoſcit, & idem Priſcianus alio ejuſdem libri loco, ut & Donatus de Barbariſmo & Macrob. lib. V. cap. 5. *jubet* tamen in Gudiano apparet. HEINS. Et ita Servius ad IV. Aen. 143. *Subjectiſve* alii. vid. Taubm. & ita Waddel. Animad. Crit. p. XI.

39. SCINDITUR. Imitatus haec Statius V. Theb. 147.

Nec varius fremor, aut ſtudia in contraria rapti
Diſſenſus, ut plebe ſolet. BURM.

40. PRIMUS IBI ANTE OMNES. Multis viſa haec periſſologia non congrua, quia ſi primus, ergo ante omnes, & hinc cum Servio Catroeus & alii, *ante omnes* explicant coram omnibus, videntibus omnibus. ſed poteſt etiam conſtructione ſenſus optimus exire, primus Laocoon, ardens ante omnes decurrit, vel primus decurrit ante catervam ſe ſequentem & comitantem, & ita nihil ſuperfluum erit. vide quae dixi in Miſcell. Obſerv. Tom. VIII. pag. 369. ubi Wopkenſium, qui *ante omnia*, *confeſtim* explicuit, refutavi, & popoſci exemplum hujus ſignificationis, quod cum proferre non potuerit, in Vindicatis ſuis Adverſariis p. 250. per cavillationem, ut fere ſemper eludit, & ex Turſellino Schwartziano exempla duo profert, quae meam interpretationem firmant, & per fraudem nunc non explicat *ante omnia*, per *confeſtim*, ſed per *primum*, *confeſtim*, *ante aliud quidquam*, ponens *confeſtim* quod probare nequit, inter duo, de quibus nemo dubitat. nam poteſt quis aliquid facere ante omnia, & alia, qui tamen non confeſtim, ſed poſt intervallum aliquod facit: nam certe hic Laocoon, non *ante*, id eſt confeſtim decurrit, ſed quum aliquantulum cum caterva miratus eſſet molem equi, & quid Capys & alii de equo ſentirent, & ſciſſum in contraria ſtudia vulgus audiviſſet, tunc ille, cunctantibus aliis, primus ante omnes, ardens decurrit ex arce. ſic II. Georg. 475.

Me vero primum dulces ante omnia Muſae
Accipiant.

id

11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 tam maſculini Fuld. 13 in *is* L. 14 deſunt omnibus, praeter Fabr. 15 quaſi dixiſſet Fuld. 16 deeſt L. 17 in *on* Dan. Fabr. al. 18 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Quae tanta* ſeq. verſ.

Digitized by Google

Et procul, O miſeri, quae tanta inſania, cives?
Creditis avectos hoſtis? aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaûm? ſic notus Ulixes?

45 Aut

SERVII.

42. PROCUL. Quidam hoc loco *procul*, unde primum exaudiri potuit [19] tradunt: alii *juxta* volunt, ut VI. Ecl. 16. *Serta procul.* [O MISERI. Bene hoc coepit: quia non erant ſuadenti utilia credituri.] QUAE TANTA INSANIA? Quia inſanorum eſt, contra ſe ſentire; [aut *inſania*, dementia.]

43. [CREDITIS AVECTOS HOSTES. Vehementius eſt, quam ſi dixiſſet, non navigaverunt.] DONA CARERE DOLIS DANAUM? Ordo eſt, *Dona Danaum*; non *dolis Danaum:* [non enim quaecumque ſunt dona, Danaum ſunt.] [20] [Vel diſtinguendum eſt; *Danaum*, id eſt, ex Danais.] SIC NOTUS ULYSSES? Quia, ut ait Homerus, voluntate verberatus: & ſub habitu mendici Trojam ingreſſus, exploravit univerſa. [Hic ſane *Ulyxes* filius Laërtae, Penelopae maritus fuit; qui filios habuit Telemachum ex Penelope; ex Circe vero Telegonum; a quo etiam inſcio, cum ipſe patrem quaereret, occiſus eſt. Huic Ulyxi primus Nicomachus pictor pileo caput texiſſe fertur. Hujus poſt Ilienſe bellum errores Homerus notos omnibus fecit. De hoc quoque aliae fabulae narrantur: nam cum [21] Ithacam poſt errores fuiſſet reverſus, inveniſſe Pana fertur in penatibus ſuis, qui dicitur ex Penelope & procis omnibus natus, ſicut ipſum nomen Pan videtur declarare: quamquam alii hunc de Mercurio, qui in hircum mutatus cum Penelope concubuerat, natum ferunt: Sed Ulyxes, poſteaquam deformem puerum vidit, [22] fugiſſe dicitur in errores; necatur autem vel ſenectute, vel Telegoni filii manu; aculeo marinae belluae extinctus. Dicitur enim cum continuo fugeret, a Minerva in equum mutatus. LIGNO. [23] Bene *ligno*, quaſi diſſuaſor, [affectavit Tapinoſim dicens *ligno*,] non ſimulacro: infirmare enim vult fictam eorum religionem,] ut paulo poſt 232. *Ducendum ad ſedes ſimulacrum:* nam in ſuaſione vel diſſuaſione, tam ſenſus, quam verba conſiderantur.

VARIORUM.

id eſt non confeſtim, ſed variis hominum ſtudiis expenſis, praecipue & in primis Muſae accipiant; quas omnibus praefero. eadem ratio locutionis *ante alios*, ut hic quidam codices Pieriani etiam exhibebant, & eadem diverſitas eſt in lib. IV. 59. & utrumque ſaepe Maroni uſitatum. ſed hic omnes noſtri codices habent, *ante omnes*. ſimilis locus eſt apud Senec. Herc. Oet. 1272. *Primo & ante omnes mihi fletum abſtuliſti.* quod miror non placuiſſe ſummo Gronovio, qui corrigit, *prima in aerumnis mihi f. a.* quum proxime *aerumnas tuli* praeceſſerit, ſed recte, *prima & ante omnes* poſſet legi. hac occaſione libet etiam excutere locum Statii, & vindicare a temeraria corruptione Marklandi. lib. II. Silv. II. 83. legitur,

Una tamen cunctis procul eminet, una diaetis.

ubi vir doctus ex communi hac formula *ante omnes*, non modo corrigendum cenſet, ſed in ipſum contextum recipit.

Ante tamen cunctas procul eminet una diaetas.

audaci ſane incepto, contra omnes editos & ſcriptos codices. videbatur ipſi inſolentior constructio *eminet cunctis diaetis una.* ſed non animadvertit criticus, ita conſtruenda verba, *una tamen*, ſcil. *diaeta, procul cunctis diaetis, eminet.* & procul cum ablativo ſine praepoſitione *a* ſolere conſtrui ipſa lexica potuiſſent docere, & ex Livio ſolo plura exempla producit Drakenb. ad Livium lib. VI. XVI. 6. ſenſus vero Statii eſt ſeparatam a cunctis villae membris forte in horto, vel colliculo eminentiori, eſſe diaetam, (id eſt aediculam, in qua & caenare & genio indulgere ſolebat dominus: ut notum eſt ita diaetam ſaepe occurrere, & hodie in villis voluptuariis exſtrui etiam ſolet, & noſtratibus, (*een Somerhuisje*, vel *ſalon* dicitur) quae eminebat & proſpectum dabat in remotiora loca. *una* vero geminatur, ut ejus praeſtantiam, & ſpeciem tot pretioſis marmoribus inſtructam extolleret, quibus ſupra alias diaetas erat conſpicua. ut mox *Graja* ȳ. 95. etiam bis dicit. legamus ergo Statii verba, non correctoris, qui innumera Statii loca ita interpolavit. BURM.

41. LAO-

19 deeſt Dan. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 21 Italiam Fuld. 22 forte, refugiſſe. 23 merito quaſi diſſuaſor Fuld. quaſi de ſuaſore R.

Aut hoc incluſi ligno occultantur Achivi,
Aut haec in noſtros fabricata eſt machina muros;
Inſpectura domos, venturaque deſuper urbi;
Aut aliquis latet error. Equo ne credite, Teucri.
Quidquid id eſt, timeo Danaos & dona ferentis.
Sic fatus, validis ingentem viribus haſtam
In latus, inque feri curvam conpagibus alvom

Con-

SERVII.

47. [INSPECTURA DOMOS. Bene *inſpectura:* muris enim portiſque disjectis, qui apud Trojam hoc machinamento perrupti ſunt, neceſſe erat domos inſpici.] [24][VENTURAQUE DESUPER URBI. Oppreſſura civitatem.]

48. [AUT ALIQUIS LATET ERROR. Non confirmat plus in eo fraudis eſſe, quam re vera fuit.] *Error* autem, id eſt, dolus, ut VI. 27. *Inextricabilis error.* Et eſt figura, ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. Diſtinguendum ſane *error:* & ſic dicendum: EQUO NE CREDITE, TEUCRI: [25] hoc enim melius eſt. [Sed alii, *Equo latet*, id eſt, ſub praetextu, ſub ſpecie equi; alii contra, *equo*, in equo accipiunt. CREDITE. Confidite, id eſt, nolite eorum fiduciam habere, qui timendi ſunt, etiam cum ultro offerunt dona.]

49. [26][QUICQUID ID EST. Sive bonum, ſive malum: & jungendum [27] praecedentibus: vel diſtinguendum eſt: QUICQUID ID EST, TIMEO, DANAOS [28] ET DONA FERENTES. [timeo, inquit, quicquid omnino in equo eſt; caeterum Danaos, etiam dona ferentes.]

50. HASTAM IN LATUS CONTORSIT. Quidam deeſſe putant aliquid, ut ſit ſenſus: Inclinans ſe in latus, ad ictum vehementiorem, contorſit haſtam: nam ſi latus equi accipias, contrarium erit, quod ſubjunxit, *Alvum feri.* LATUS. Quidam inter ventrem & latus percuſſum intelligunt.] [29] FERI. Quadrupedis: ab eo quod toto corpore feratur, [ut VII. 489. *Pectebatque ferum:* unde *ſemifer*, id eſt, centaurus, quaſi medius equus.] CURVAM ALVUM. Plautus Pſeud. III. II. 34. maſculino genere [30] ait, quo non utimur. Percuſſum ſane intelligimus inter ventrem [31] & latus.

VARIORUM.

41. LAOCOON. *Laucoon* Mediceus. *Laochon* Leid. unus.

42. INSANIA. *Infamia* alter Menagii. ſollemni varietate. de qua vide ad Valer. Flac. II. 525. BURM.

44. SIC NOTUS. *Et ſic* Menagii prior.

45. HOC. *Hic* ſecundus Moreti. *incluſo* Wallian.

47. DOMOS. *Domus* Leidenſis.

48. LATET ERROR. *Latet error. Equo.* ſic & in Diomede diſtinguitur lib. II. & in Priſciano libr. XVI. minus recte codices nonnulli, *latet error equo.* HEINS. *Nec credite* Leidenſis, Menagii alter. diſtinguit etiam poſt *equo* Parrhaſ. & alii.

49. QUIDQUID ID EST. Vir doctus in ſupplement. Act. Erud. Lipſ. Tom. X. p. 229. Dialogum de Cauſſis corruptae Eloquentiae ſuſpicatur ab aliquo ante tria fere ſecula conſcriptum eſſe, & inter ſoloeciſmos numerat, quod *quodcumque* & *quidquid* cum indicativo conſtruatur, & Cellario obloquitur. ſed certe hic locus docet, veteres dixiſſe *quidquid eſt*, aeque ac *ſit*. vid. & I. Georg. 36. I. Aen. 710. VIII. 401. X. 493. XI. 288. XII. 678. & 891. & apud Ovidium paſſim. v. ad III. Triſt. XI. 56. nec uſquam quantum novi aliter. vid. Heinſ. & Drak. ad Sil. VI. 119. & nos ad Petron. XCIX. & CXIII. eodem modo *quicumque eſt*, non *ſit*, Virg. V. Aen. 83.

24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 25 item, quidquid id eſt timeo, hoc &c. iidem & Dan. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Feri* ſeq. verſ. Danieli ad *Haſtam.* 27 cum praecedentibus Fabr. 28 vel id eſt, *& dona ferentes:* hoc enim melius eſt Fabr. 29 multi ita volunt intelligi *in latus* Dan. reliqua, *ut* &c. deſunt L. Voſ. R. Steph. ad *curvam.* Danieli deſunt, unde *ſemifer* &c. Baſilienſi deſunt, ut *pectebatque ferum.* 30 protulit Dan. vide ad Sueton. Veſpaſ. XXIV. & ad Ovid. Ibin 389. 31 & latera Voſ. Steph.

Contorſit. Stetit illa tremens, uteroque recuſſo
Inſonuere cavae gemitumque dedere cavernae.
Et, ſi fata Deûm, ſi mens non laeva fuiſſet,
Impulerat ferro Argolicas foedare latebras:
Trojaque nunc ſtares, Priamique arx alta maneres.
Ecce, manus juvenem interea poſt terga revinctum

Pa-

SERVII.

52. UTERO RECUSSO. Pro, concuſſo: praepoſitio, pro praepoſitione.

53. CAVAE CAVERNAE. Graeca figura, ut *vitam vivere, mortem mori.* [Quae autem a veteribus *cavernae* appellatae ſint, ſuperius ℣. 19. dictum eſt.]

54. FATA DEUM. *Fata* modo [32] participium eſt; hoc eſt, quae Dii loquuntur, ut Statius I. Theb. 213. *Et vocem fata ſequuntur.* LAEVA. [Trojanorum ſcilicet, Bene ergo diviſit. Sane *laeva*,] modo contraria. Et ſciendum *laevum*, cum de humanis rebus [33] eſt, eſſe contrarium; cum autem de coeleſtibus, proſperum, ut inf. 693. *Intonuit laevum:* quia ſiniſtra numinum, intuentibus dextra ſunt.

55. FOEDARE. Dilacerare: *foedum* enim, tam apud Virgilium, quam apud Salluſtium, non turpe ſignificat, ſed crudele, ut inf. 502. *Sanguine foedantem quos ipſe ſacraverat ignes.* Salluſtius Catil. XV. *Foedi oculi.* [Alii *foedare* ſecundum Graecos accipiunt. Quid enim foedius, quam duces Graecorum latentes deprehendi? LATEBRAS autem amare dixit.]

56. STARES. [34] Si *ſtaret* legeris, *maneres* ſequitur: propter συνεσταλμένον. Et eſt apoſtropha.

57. [ECCE MANUS. Haec particula prope rem geſtam ante oculos lectoris inducit. Sane ſaepe dictum eſt, Virgilium inventa occaſione mentionem juris pontificalis facere in quacunque perſona. Antiquis itaque ceremoniis cautum erat: ne vinctus flaminiam introiret; ſi introiſſet, ſolveretur, vinclaque per impluvium effunderentur, inque viam publicam ejicerentur. *Flaminia* autem, domus Flaminis dicitur, ſicut *regia*, regis domus: quod hic de Sinone rem Flaminis a rege factam debemus accipere: *Ipſe viro primus manicas atque arcta levari Vincla jubet Priamus:* quod factum ſub divo, illo verſu oſtendit: *Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas.* Et: *Vos aeterni ignes*, id eſt, ſydera, quod utique incongrue dictum videtur, niſi ſub dio Sinonem ſtantem haec dixiſſe accipiamus. Ideo autem *Juvenem*, dicendo nomen ſuſpendit, quo gravior narratio fieret; ſed ordine ſuo referentur quae geſta ſunt.] MANUS REVINCTUM. Ut I. 229. *Oculos ſuffuſa.*

VARIORUM.

83. vid. IX. 299. XI. 848. *quodcumque pericli eſt.* IX. 287. & millies. quare in his haerere piget. BURM.

Ibid. ET DONA. *Haec dona* Parrhaſ. & hic pro etſi: alii pro *etiam*, ut Servius. ſed ſingularem aliquando huic particulae emphaſim ineſſe, & plus aliquid dicere quam *etiam*, docuit Broukh. ad Propert. II. XIX. 32. BURM.

50. VALIDIS VIRIBUS. Hinc poſſet defendi vulgata apud Livium lib. VII. 39. lectio, *alios graves jam aetate, aut viribus parum validis.* quamvis *validos* cum Cl. Drakenb. praeferam: ut reſpondeat praecedenti *graves aetate. validis contorquet viribus* ſec. Moreti. BURM.

51. ALVUM. *Alvom* Gudian.

52. CONTORSIT. *Intorſit* ſecundus Rottendorphianus. ut ℣. 231. & XI. 637. & apud Ovid. V. Met. 90. *intorſit jaculum*, ubi poſtea in Lovanienſi codice *contorſit* Heinſium inveniſſe vidi: *uteroque recuſo* tertius Menteli. & Regius a m. pr. *recluſo* prior Hamburgenſis & ſecundus Moretanus. ut III. 92. *mugire adytis cortina recluſis.* BURM.

53. GEMITUMQUE. *Sonitumque* Bigotianus. *catervae* Sprotianus pro varia lectione. *cavas cavernas* illuſtrat Heſychius. Κοῖλον λόχον. τ Δούρειον ἵππον. BURM.

54. LAE-

32 participium, & hoc eſt Fuld. 33 deeſt Dan. 34 ſi *ſtares* l. *maneret* Steph. Dan. al. *ſtaret* l. *maneret* Fabr.

Paſtores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidae: qui ſe ignotum venientibus ultro,
Hoc ipſum ut ſtrueret, Trojamque aperiret Achivis,
Obtulerat, fidens animi, atque in utrumque paratus,

Seu

SERVII.

58. TRAHEBANT. Cum feſtinatione adducebant, ut VI. 753. *Conventus trahit in medios.* Et modo *trahebant*, [35] ad deſiderium ducentium & Sinonis pertinet ſimulationem: [36] [non quod renititur Sinon: namque contrarium eſſet: *Qui ſe ignotum venientibus ultro.*]

59. QUIS SE. [37] Quibus ſe: Alii QUI SE, legunt.

60. HOC IPSUM. [38] [Vel ut caperetur: vel quia Graeci ſimulabant.] [39] *Ipſum* autem per *m*, non per *d* quia uſurpatum eſt *ipſe:* & eſt naturale *ipſus*, ut (Terent. And. III. III. 44.) *Ipſus mihi Davus*. Dicimus ergo, *ipſus ipſa ipſum*, ut *doctus docta doctum*. UT STRUERET. [40] [Vel aſtrueret; vel inchoatum a Graecis perficeret, hoc eſt] confirmaret perjuria & dolorum ſemina, [quod ipſe expoſuit: *Trojamque aperiret Achivis:*] reſpexit ad ſuperiora, ut [41] *Aedificarent.*

61. FIDENS ANIMI. Ut XII. 19. *O praeſtans animi juvenis.* Et eſt nomen: deſiit enim eſſe participium; quia genitivo caſui cohaeret, [42] [& poteſt recipere comparationem. Participium enim & accuſativo cohaeret, & non recipit comparationem.] [Sane veteres *fiduciam* interdum pro crimine & audacia ponebant, [43] [ut Salluſtius lib. II. Hiſt. *Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur.*] Et Virgilius IV. Georg. 445. [44] *Nam quis te, juvenum confidentiſſime.*] IN UTRUMQUE. *In*, modo ad ſignificat: alibi pro contra, ut etiam ſupra I. 304. diximus. [Sane ſequenti verſu expoſuit, quid eſt, *In utrumque paratus.*]

VARIORUM.

54. LAEVA. Caſaubonus ad Perſ. II. Sat. 53. explicat niſi fuiſſemus ſtulti.

55. INPULERAT. *Impulerant* Hugenianus. ſed impulerat Laocoon Trojanos, ut foedarent latebras, forte occiſis qui intus latebant, ſanguine eorum, ut infr. 502. *ſanguine foedantem aras.* & 539. & alibi. *impulerat* vero eſt pro *impuliſſet:* de quo ad Lucan. III. 597. *impellere* vero cum infinitivo conſtrui vidimus ſupr. I. ad ℣. 11. & ita locum Lucani lib. VII. 747. vindicavimus. & pro foedare hic *tentare* Hamb. pr. pro var. lect. repetitum ex ℣. 38. *aperire* Hamb. ſecundus. BURM.

56. TROJAQUE NUNC STARES. *Staret* & *maneret* ſcriptum eſt in antiquo libro. URSINUS. *Stares* & *maneres* legunt Diomedes & Aſper Grammatici: nec aliter fere codices noſtri. *maneret* tamen in priore Menteliano. *ſtaret* & *maneret* duo alii. *ſtaret* & *maneres* in Mediceo. HEINS. Et in Regio.

57. MANUS. *Manu* Montalbanius. *juvenum* Bigotii & Hugen. a m. pr. & ita agnoſcit Rufinus. de Schemat. Lex. p. 34. ſed *juvenem* Donat. ad Terent. Andr. I. I. 42. infr. apud Servium ℣. 270. utraque lectio in codicibus reperitur. BURM.

59. QUI SE IGNOTUM VENIENTIBUS ULTRO. *Quis ſe* Menagianus uterque pro *quibus*, ut ad paſtores referatur. etiam Hamburg. unus & alter Mentelianus & Rottend. tertius, duo praeterea Moretani pro diverſa lectione. pro *Paſtores Dardanidae* Caſpar Barthius in quatuor codicibus vetuſtis, qui penes ſe exſtent, ait exaratum exſtare *Dardanidem*, regem ſcilicet. Adverſ. XII. cap. 2. ſed noſtri omnes eunt in contraria. HEINS. *Quis ſe* Leid. unus pro var. lect.

60. UT STRUERET. *Ut* deeſt primo Moretano. de verbo *ſtruere* vid. ad Valer. Flacc. III. 586.

35 ad ducentium deſiderium pertinet, non quod Dan. 36 deſunt L. voſ. R. Steph. al. 37 QUI SE. alii *quis ſe. quibus ſe* legunt Dan. & Fab. quis id eſt *quibus*. 38 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 39 Per M. quia uſurpatum eſt *ipſum*, & eſt naturale &c. L. Voſ. R. Steph. al. ſed uſurpatum eſt *ipſud* Steph. *ipſus* Fabr. *ipſum* autem generis Maſculini, quia uſurpatum eſt *ipſe* Fuld. 40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. incoatum a. G. perficeret, hoc eſt confirmaret p. e. d. s. & reſpexit &c. Dan. Fab. caetera ex Fuldenſi, qui &c, confirmaret praejacta dolorum ſemina, quod &c. *ſtrueret* autem reſpexit &c. 41 *aedificaret* Voſ. R. & Maſvic. aedifica. . . L. 42 deſunt Dan. ad *ſane.* illa vero, *Participium* enim &c. L. Voſ. R. Steph. deſunt uſque ad *in utrumque.* in Baſil. deſunt a *ſane* ad *in utrumque.* 43 ut *pſallita fiducia quam argenteis* * *purgatores* dicuntur Dan. deſunt haec Fabr. & Fuldenſi debentur. 44 *nam quia te* Dan.

Seu verſare dolos, ſeu certae occumbere morti.
Undique viſendi ſtudio Trojana juventus
Circumfuſa ruit, certantque inludere capto.
Adcipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab uno

Di-

SERVII.

62. VERSARE DOLO. Dolo evertere: & ſubaudis Trojanos: aut *Dolos verſare*, hoc eſt, exercere; [45] [hinc *verſutus*, quod facile ſe ad ea, quae uſus poſcit, vertit.] [Plautus Epid. III. II. 35. *Verſatior es, quam rota figularis.* OCCUMBERE MORTI. Novae locutionis figura, & penitus remota. Ennius: *Ut vos veſtri liberi defendant, pro veſtra vita morti occumbant* [46] *fortiter.*]

63. VISENDI. Frequentativum eſt [47] [*viſo*, ut *verſo*, *faceſſo*; licet rarum ſit: nam in *To* exeunt frequentativa.]

64. CIRCUMFUSA RUIT. [48] [Figura ὑπαλλαγή. *Ruit* primo, & ſic *circumfuſa eſt*.] [CERTANTQUE. Cum ſupra, *Juventus ruit* dixerit, ſubjunxit, *certant*, quod figuratum eſt: quia *juventus* enuntiatione ſingulare eſt, intellectu plurale.] ILLUDERE CAPTO. Et *illudo tibi*, [49] dicimus, ut hoc loco: & *illudo te*, ut IX. 634. *I, verbis virtutem illude ſuperbis*: [50] [& *illudo in te*,] [51] [ut apud Terentium Eun. V. IV. 20.] Simile eſt, *inſulto tibi*, & *te*. [Quidam *inludere*, per ludum ac jocum ſaevire in injuriam alicujus intelligunt, ut II. Georg. 374. *Silveſtres uri aſſidue capraeque ſequaces. Capto* autem, quod ita Trojani putabant.]

65. ACCIPE. [52] [Id eſt, audi, ut *da*, dic, Virgilius I. Ecl. 19. *Qui ſit, da, Tityre, nobis.*] [INSIDIAS. Servavit ordinem reſpondendo ad illud, quod regina dixerat I. Aen. 758. *Inſidias, inquit, Danaum.*] CRIMINE AB UNO. Hoc eſt cauſa, ut X. 188. *Crimen amor veſtrum.* Ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur: ſi enim ſimpliciter intellexeris *Crimine*, de negotio ad perſonam vitioſum tranſitum [53] facis. Alii ſic legunt: *Danaum inſidias* [54] *& crimen.*

VARIORUM.

586. & inf. lib. VIII. 15.

61. FIDENS ANIMI. *Fidenſque* primus Moreti. *fidenti animo* Hannibalem dixit Nepos in Hamilc. cap. III. ſed magis Poëticum *fidens animi*, ut *furens animi* noſter V. 202. ſic *egregius animi* & ſimilia paſſim. *ad utrumque* Oudartii, & ita Lactantius de Mort. Perſec. cap. XLIV. ſic apud Prudent. I. contra Symmach. §. 94. *facit hoc ad utrumque peritus.* ubi forte melius fuerit *paratus*. nam paſſim illae voces confunduntur, ut notavi ad Sueton. Claud. XLII. inſigniter depravatus eſt locus apud Curtium VIII. V. 4. ubi in Mſſ. legitur, *periti militares auro & ebore fulgebant.* unde variae conjecturae ortae: forte ſcripſerit, *paratus militares auro e. e. fulgebant.* ut ita *paratus regificus* apud Valer. Flac. II. 652. & paſſim pro apparatu occurrit. vid Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 762. & Oudend. ad Lucan. IV. 374. qui tamen ibi praefert *paratis*. ſed ut ibi *parvo paratu*, ita *magno*, *ingenti*, *largo*, *lauto* alii dicunt. & quia de cibo, ſupellectili, veſtibus &c. dicitur, recte Curtius *militares* addidit. BURM.

62. CERTE. *Certae morti* legendum: adeantur quae notamus ad Naſonis lib. XIV. Metam. 187. atque ita Longobardicus Pierii, & Nonius Marcellus in *vertere*, nec aliter ſecundus Moretanus & tertius Rottendorphii. Claudianus lib. I. in Stilichonem 338.

Miſſuruſve ſibi certae ſolatia mortis.

pro *verſare dolos*, Sprotiani codicis diverſa ſcriptura, *verſare dolo.* & ſic prima manus primi Rottendorphiani. HEINS. Et Leidenſis a ſec. man. *verſare dolo* quoque probavimus ad Ovid. II. Amor. II. 29. Valer. Max. VIII. IX. 2. *egit illam urbem & verſavit arbitrio ſuo.* vid. & Notas Graevii ad Cicer. de Amicit. 26. adhaeſit litera *s* ex ſequentis vocis prima. Ita *odiis verſare domos* VIII. Aen. 336. ſed tamen *verſare dolos* dixit etiam Maro lib. XI. 704. & Senec. Agam. 631.

Et

45 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 46 deeſt Fuld. 47 deſunt Dan. 48 deſunt Dan. ad *figuratam*. *primo* deeſt L. Voſ. R. Steph. Fab. al. deinde a *certant* deſunt ad *illudere* L. Voſ. R. Steph. al. a *figura* eam ad *certare* eſt in Fabr. reliqua ex Fuldenſi. 49 & *te* dicimus Dan. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. & *in te* Baſil. & *illudo te* Steph. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. qui poſt *inſulto* ad *crimine* ỷ. 65. reliqua non habent. 52 audi, *da*, dic, ut *Qui ſit* Dan. 53 facit Dan. 54 *& crimina* L. *& crimine* R.

Diſce omnis.

Namque, ut conſpectu in medio turbatus, inermis
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit:
Heu, quae nunc tellus, inquit, quae me aequora poſſunt
Adcipere? aut quid jam miſero mihi denique reſtat?

Cui

SERVII.

67. TURBATUS. Quaſi turbatus, ut XI. 648. *Exultat Amazon:* id eſt, quaſi *Amazon.* [Et hoc ad fidem faciendam: non enim turbatus; ſupra enim ait: *Seu verſare dolos, ſeu certae occumbere morti.* INERMIS. Quidam ſupplex accipiunt, ut I. 487. *Tendentemque manus Priamum conſpexit inermes.*]

69. HEU. Modo una eſt ſyllaba: ſed interdum propter metrum duae fiunt III. Ecl. 100. *Eheu quam pingui macer eſt mihi taurus in ervo.* Sicut *prendit*, & *prehendit*: & ſecundum Plinium multa ſunt talia. TELLUS & AEQUORA. Bene conciliat [55] miſerationem, de communibus duobus excluſus elementis: [56] [quia Graeci tenebant maria; Trojani terras:] [Sane quod deflet ideo ei prima brevis datur oratio: & eſt controverſiae ſchema: nam principium ſatis docte ſumptum eſt: hac enim exclamatione & miſeriae auctu benevolum ſibi judicem fecit; querelae autem novitate attentum: quis enim non cuperet audire, quo pacto idem homo & Graecis & Trojanis eſſet inviſus? denique ſubjecit: *Quo gemitu converſi animi, compreſſus & omnis Impetus: hortamur fari, &c.* Habet ergo benevolentiam & attentionem: ingreſſus deinde cauſam; quia timebat, ne perſona Graeci ſuſpecta eſſet, quaſi hoſtis, hoc fatetur primum, & ex ſequentibus ſanat: *Neque me Argolica de gente negabo, Hoc primum.* Subjungit fabulam, ex qua ſibi fidem paret dicturus de equo: de Palamede autem & Iphigenia ad Trojanos nil pertinet, de quibus vera incipit & in falſa definit: facile enim quae ſequentur credibilia ſunt, cum prima recognoſcuntur: quae per ſingula loca vel verſus facilius poterimus advertere.] [57] Sane in *tellus*, *us* longa eſt: & paucae ſunt quae *us* producunt; ut *ſenectus*, *juventus*, *ſalus*, *virtus*, *palus*, *ſervitus*, *incus*, *tus*, *rus*, [58] *mus*, *pus*: tunc ſcilicet, cum genitivus in *tis* vel in *ris* [59] exit, & habet penultimam longam. Ideo autem TIS & RIS diximus, quia in *palus*, licet *paludis* longa ſit *lu*, brevis tamen nonnunquam invenitur: quia in *dis* exit genitivus: ut Horatius Art. Poët. 65. *Sterilisque diu palus aptaque remis.* AEQUORA. Modo maria. Alibi campos, ut I. Georg. 5. *Ac prius ignotum ferro quam ſcindimus aequor.* Dictum enim eſt ab aequalitate.

70. DENIQUE. Aut vacat, ſicut *gentium*: aut noviſſime ſignificat. ET SUPER. Et inſuper. IPSI [quos pro merito meo minime deceat ſaevos eſſe; hoc eſt,] quibus ſum praeſtaturus ſalutem.

VARIORUM.

Et licuit verſare dolos, ut ipſi
Fraude ſua capti caderent Pelaſgi.

quare quiſque pro judicio ſuo eligat. BURM.

64. CERTANTQUE. *Certatque* Wittian. & Parrhaſ. ſed vid. ſupr. ad ℣. 31.

65. CRIMINE AB UNO. Exſtat in hanc ſententiam Epigramma Laſcaris XVI. NANSIUS. Hujuſmodi quandam ſententiam protulit Iſaeus ἐν παραγραφικῷ πρὸς Καλλίμαχον. ubi ita ſcriptum eſt. Ἐν δὲ μόνον ἀκούσαντες τὸ τούτῳ πεπραγμένον, ῥᾳδίως καὶ τὴν ἄλλην αὐτοῦ πονηρίαν γνώσεσθε. Et Cicero in Piſonem cap. 35. *Cognoſcis ex particula parva ſcelerum, & crudelitatis tuae genus univerſum.* Cum autem Iſaei Oratio vulgo ſub Iſocratis nomine circumferretur, nos, quod ab Iſocratis genere valde diſſideret, Harpocrationis auctoritate freti, Iſaeo illam reſtituimus. ſed animadvertendum eſt, mendoſe in illa oratione οἶον pro μόνον ſcriptum eſſe. ita vero ſcribi debere; admonent veteres libri, eamque ſcripturam Harpocration in voce μόνον confirmat. URSINUS. *Inſidias & crimen ab uno.* Ed. Junt. ſed vulgata eſt apud Donatum ad Terentii Adelph. V. I. 12. & Phor. II. I. 35. & confirmatur imitatione Silii, qui lib. VI. 39.

No-

55 ſuam miſeriam Dan. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 57 ſane tellus L. 58 deeſt L. 59 exiit, & mox, extit genitivus Dan. deinde, & *ris.* dicta ſunt Dan. dicimus L.

Digitized by Google

Cui neque apud Danaos uſquam locus: & ſuper ipſi
Dardanidae infenſi poenas cum ſanguine poſcunt.
Quo gemitu converſi animi, conpreſſus & omnis
Inpetus. Hortamur fari, quo ſanguine cretus,
Quidve ferat, memoret, quae ſit fiducia capto.

[Ille

SERVII.

72. INFENSI. [60] *Infenſus*, proprie eſt plusquam inimicus, [inimico major.] POENAS CUM SANGUINE POSCUNT. Id eſt, & tormenta & mortem: poteſt enim aliud eſſe ſine alio.

73. [CONVERSI ANIMI. Bene, quia dixerat: *Et ſuper ipſi Dardanidae infenſi*: ut oſtenderet eos, cum advenienti inludere certarent, audito ejus gemitu, ad miſerationem eſſe converſos.]

74. [IMPETUS. Qui in Sinonis ferebatur interitum. HORTAMUR. Bene: non jubemus, utpote miſerantes.] QUO SANGUINE CRETUS. Quibus ſit parentibus natus: nam Graecum eſſe conſtabat.

75. FERAT. Adferat, [61] [id eſt, nunciet.] MEMORET; QUAE SIT FIDUCIA CAPTO. Aut dicat, quae tanta ſit in captivo fiducia; ut audeat dicere, [62] *Et ſuper ipſi*: aut certe MEMORET, eſt meminerit: ut ſignificet: [63] meminerit in captivo veriloquium vitae eſſe fiduciam: unde & reſponſio talis eſt: FATEBOR VERA. Alii MEMOREM legunt; ut ſit ſenſus; Hortabamur ad loquendum memorem: hoc eſt, qui diligenter factionis ſuae meminerat: [veluti, memor ſit, quid in captivo victori liceat, vel, *Quidve ferat memoret*, id eſt, quid adferat, dicat, ut ſimpliciter accipiatur, quod ſequitur; quid illud ſit, quod illi fiduciam apud hoſtes capto pariat; ut putet a Trojanis ſibi eſſe parcendum.]

VARIORUM.

Noſces Fabios certamine ab uno.
Aſpice Dorvill. male: nam *Accipe* ex arte oratoria, ad attentionem novam conciliandam. ita Cicer. II. Philip. 21. *Accipite nunc, quaeſo, non ea quae ipſe*, &c. *fecerit*. BURM.

67. CONSPECTU IN MEDIO. *In* abeſt a Menteliano altero, & quinque aliis, etiam a Gudiano, ſed ſecunda manu. mox primus Moretanus, *Phrygia circum agmina ſpexit*. quod non eſt de nihilo: eodemque Venetus alludit, in quo, *Phrygia circum agmina vidit*. HEINS. *In* agnoſcit Donatus ad Terent. Eunuch. III. v. 48. ignorat Regius & Leidenſis unus. *agmina circum vidit* Hamburg. prior. quod ex gloſſa. nam ita in Regio inter verſus ſuperſcriptum erat. BURM.

69. TELLUS. Quae Servius notat de corripienda ultima ſyllaba in *us*, excuſſimus ad Ovid. I. Met. 121. *quaenam nunc tellus* prim. Moretanus.

Ibid. POSSUNT. *Poſſent* alter Hamburgicus.

70. DENIQUE RESTAT. Imitatum hoc Lucanum, ſed loco corrupto, videbimus ad ejus lib. X. 366. BURM.

71. USQUAM. *Unquam* Edit. Juntae.

Ibid. INSUPER. *Et ſuper*, hanc lectionem, uti in Aldino eſt, ita retinui. FABRIC. *Et ſuper* Pieriani omnes, & recte. quod & Diomedes Grammaticus agnoſcit lib. I. & pluribus exemplis illuſtrat. Agnoſcit & Cledonius lib. II. Artis, & ex noſtris exemplaribus vetuſtiora omnia. ſed duo Moretani, *& inſuper*. HEINS. *Et ſuper* eſt praeterea. vid. ad Phaedr. III. II. & IV. 23. *Poſcunt cum ſanguine poenas* Parrhaſ.

73. CONPRESSUS. *Comprenſus* Dorvill.

74. SANGUINE CRETUS. Ita Cicer. II. Agrar. I. *quales nos illorum ſanguine creatos*. ubi vid. Turneb.

75. CAPTO. *Cepto* Zulichemius a manu prima. vid. ad Ovid. Epiſt. XVII. 19. & huic lectioni favet locus infr. lib. VIII. 15. ſed *capto* retinendum. qua fiducia ſe ipſe captivitati obtuliſſet. nam ỳ. 61. *fidens animi* ſe obtulerat, ubi Servius *fiduciam* in malam partem pro confidentia capit. eadem varietas inf. ỳ. 162. multa hic Cerda cumulat. BURM.

76. IL-

60 infenſus proprie eſt ab inimico major. Dan. ſed delendum *ab*. inimico major deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 61 deſunt L. Steph. al. id eſt memoret. *Quae* &c. Voſ. R. 62 *inſuper* Dan. Fabr. al. *ſuper* Steph. 63 meminerit per veriloquium Fuldenſ. unde Maſvicius, addito ex aliis, in captivo, *per* illud ſuſtulit.

[Ille haec, depoſita tandem formidine, fatur.]
Cuncta equidem tibi, Rex, (fuerit quodcumque,) fatebor
Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo:
Hoc primum. Nec, ſi miſerum Fortuna Sinonem

Fin-

SERVII.

77. FUERIT QUODCUMQUE. Id eſt, quicumque me [64] ſequatur eventus: [ſive miſeratus vitam concedere volueris, ſive non. Eſt autem parentheſis, & reſpicit ad illud: *Memoret, quae ſit fiducia capto.* Suſpendendum ergo REX. Sane QUODCUMQUE vetuſta voce mortem ſignificari Lucilius docet in XII. *Hunc, ſi quid pueris nobis, me & fratre, fuiſſet:* hoc eſt, ſi mors me vel fratrem oppreſſiſſet. Ergo, ut quidam volunt, urbane animum mortem contemnentis oſtendit. Vera inquit; ut & falſa, quae poſtea dicturus eſt, vera credantur: ideo primo a veris coepit. Ordo autem eſt, *Fatebor cuncta vera, Neque me Argolica de gente negabo:* quod ſciebant Trojani, confeſſus eſt, ut ei de caeteris crederetur.]

79. HOC PRIMUM. Hoc maximum eſt, [65] [vel principale] apud me, verum dicere: [vel *hoc primum,*] & ſubaudis *fatebor*. NEC SI ME MISERUM FORTUNA SINONEM FINXIT. [Quidam ita intelligunt: ſi me fortuna ad hanc miſeriem perducere potuit, non valebit etiam ſtultum facere, ut putem me mentiendo proficere.] Autolycus quidam fur fuit, qui ſe varias formabat in ſpecies: hic habuit liberos, [66] Aeſimum, unde natus eſt Sinon: & [67] Anticliam, unde Ulyxes; conſobrini ergo ſunt. Nec immerito Virgilius Sinoni dat & fallaciam, & proditionis officium: ne multum diſcedat a fabula: quia ſecundum Euphorionem Ulyxes haec fecit. [*Sinonem* autem melius ait, quam ſi *me* dixiſſet: ſolet enim & in nomine quaedam eſſe Emphaſis, ut eſt I. 48. *Et quiſquam numen Junonis adoret.*]

VARIORUM.

76. ILLE HAEC. Abeſt hic verſus a Mediceo & Menteliano priore. alter cum Gudiano & primo Rottendorphiano manu recentiori exhibet adſcriptum. & ſane tollendus videtur. eſt enim ex III. Aeneid. 612. hic parum opportune inculcatus, ubi ad Achaemeniden refertur. *timor* ille vix *tandem depoſitus* homini perfrictae frontis & praeſentiſſimae audaciae, qualis Sinon deſcribitur, minime convenit, & praeter decorum adfingitur. nam pavorem ab illo fictum fuiſſe paullo poſt agnoſcitur, illis verbis, *proſequitur pavitans*, *& ficto pectore fatur*. HEINS. In Graevii codice margini adſcriptus, & in Regio, alia, ut videtur, manu & abeſt a Wittiano.

77. EQUIDEM. Vid. Serv. ad I. Aen. 576. & ita noſtri omnes codices. illa obſervatio, de τοῦ *equidem*, quo Virgilius in prima perſona ſemper uſus dicitur, in aliis fallit. vid. Cl. Drakenb. ad Liv. V. 54. qui ex *e* & *quidem* compoſitum credit. Noltenius, qui nuper edidit lexicon L. L. antibarbarum p. 788. ſequitur Servium. ſed in Actis Erud. Lipſ. A. 1731. p. 188. Longolius refutavit eum, qui ex *&* *quidem* compoſitum credit. ego mallem ſequi Cl. Drakenborchii auctoritatem. ſic forte *Caſtor* & *Ecaſtor* dixerunt. pluribus etiam uſum τοῦ *equidem*, de omnibus perſonis vindicavit Pincier. in Parerg. Otii Marpurg. lib. I. cap. 6. Silius lib. II. 278. dixit etiam, *cuncta equidem premunt formidine vocem*. ubi nihil mutandum: nam *cuncta*, *omnia*, tam de omnibus rebus, quam hominibus dicitur. vide quae notavi ad Ovid. I. Amor. III. 33. & ad Nemeſ. III. Ecl. 55. ſic *alia* pro alii Liv. I. 53. *multa* Senec. I. de Clem. 9. ubi male Lipſius *multi*. *amiſſa* III. de ira 3. *fortiſſima quaeque* Ovid. III. ex Pont. VI. 31. ſed deſinendum eſt. BURM.

Ibid. FUERINT QUAECUMQUE. Conſiderando elegi, *fuerit quodcunque*. FABRIC. *Fuerit quodcumque* ſcripti vetuſtiores, cum Donato & Servio, ut Pierius quoque obſervavit. ne dubites de hac lectione, en tibi Phaedrum praefatione libri III. eidem ſuffragantem.

Sed jam quodcumque fuerit, ut dixit Sinon,
Ad Regem cum Dardaniae perductus foret.

vul-

64 ſequitur Voſ. Steph. Dan. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Danieli etiam ſequentia, vel *hoc primum*. 66 deeſt L. Siſnoium Voſ. Siſimum R. Siſyphum Steph. Dan. Fabr. al. ſed Aeſimum ex Tzetze in Lycophronem praefert Ryckius. vide & Neandr. ad Tryphiod. v. 211. 67 Autolyam L. Voſ. Auſtoliam R. Steph. Fabr. Auſtolicum Dan.

Digitized by Google

Finxit, vanum etiam mendacemque inproba finget.
Fando aliquod ſi forte tuas pervenit ad auris
Belidae nomen Palamedis, & inclyta famâ
Glo-

SERVII.

80, FINXIT. Compoſuit, formavit, ut VIII. 634. *Et corpora fingere lingua.* Et notandum, quia omnis Sinonis oratio, diaſyrtica eſt: nam & negotium exprimit: & Trojanorum inſultat ſtultitiae. [68] [Ita Terentius Adel. II. II. 2. *Eſt, quod te audio neſcio quid concertaſſe cum hero.*] FINXIT VANUM. Fallacem. Et *vanus* eſt, qui etiam ſine utilitate mentitur. MENDAX, qui tantum ad decipiendum. Sane [69] *Vanus*, ſtultus apud idoneos [70] invenitur, ut Juvenalis III. 159. *Sic libitum eſt vano, qui nos diſtinxit, Othoni.*

81. FANDO ALIQUID SI FORTE TUAS PERVENIT AD AURES. *Fando*, id eſt, dum dicitur. Et utitur bona arte mendacii, ut praemittat vera, & ſic falſa ſubjungat: nam quod de Palamede dicit, verum eſt; quod de ſe ſubjungit, falſum. Et ſciendum ex hac hiſtoria, partem dici, partem ſupprimi, partem intelligentibus [71] relinqui: nam Palamedes, ut Apollonius dicit, ſeptimo gradu a Belo originem ducens, cum delectum [72] militum per Graeciam ageret, ſimulantem inſaniam Ulyxem duxit invitum, cum enim ille, junctis diſſimilis naturae animalibus, ſalem ſereret, filium ei Palamedes oppoſuit. Quo viſo Ulyxes aratra ſuſpendit; [73] [ne filium offenderet; quod non inſaniae, ſed prudentiae fuerat indicium:] & ad bellum ductus, habuit juſtam cauſſam doloris. Poſtea cum Ulyxes frumentatum miſſus [74] ad Thraciam nihil [75] advexiſſet, a Palamede eſt vehementer [76] increpatus. Et cum diceret adeo non eſſe negligentiam ſuam, ut ne ipſe quidem ſi pergeret, quicquam poſſet advehere: profectus Palamedes, infinita frumenta devexit: qua invidia Ulyxes auctis inimicitiis, fictam epiſtolam Priami nomine, ad Palamedem (per quam agebat gratias proditionis, & commemorabat certum auri pondus eſſe tranſmiſſum) dedit captivo: & eum in itinere fecit occidi. Haec inventa, more militiae, regi allata eſt, & lecta, principibus convocatis. Tunc Ulyxes, cum ſe Palamedi adeſſe ſimularet, ait: ſi verum eſſe creditis, in tentorio ejus aurum quaeratur. Quo facto, invento auro, quod ipſe per noctem corruptis ſervis abſconderat, Palamedes lapidibus interemptus eſt. Hunc autem conſtat fuiſſe prudentem: nam [77] & tabulam ipſe invenit ad comprimendas otioſi exercitus ſeditiones, ut Varro teſtatur. [78] Secundum quoſdam ipſe reperit literas: Quae [79] res ſi forte ſit dubia, tamen certum eſt [80] θ. φ. χ. ab hoc inventas cum adſpiratione.

82. INCLYTA GLORIA. Propter delectum & frumenta.

VARIORUM.

vulgati libri, *fuerint quaecunque*, quod in Gudiano & priore Menteliano a ſecunda erat manu repoſitum. cum ibi antea legeretur: *fuerit quodcunque*, ut in Mediceo & altero Mentelii exſtabat. HEINS. Et ita Serv. ad V. Aen. 711. licet omnes praeter Dan. & Dorvill. *fuerint quaecunque.*

78. VERA, INQUIT. *Vera, nec Argolica me jam de* Ed. Venet.

79. SI MISERUM &c. Videtur Ovidius hunc ante oculos habuiſſe lib. I. Triſt. VI. 17.

Ergo quam miſero, tam vero teſte probaris.

ut ibi notavi, *jam vanum, & mendacem* Dorvill. *ne ſi miſerum* Venet. & Ed. Venet. *fingis* Heinſius ex Gudiano & tribus aliis notavit. *fingat* Ed. Venet. BURM.

81. ALIQUID: *Aliquod* Mediceus & Mentelianus prior & Gudianus, alter Menag. & duo Rottend. recte. quod miror fugiſſe Pierium: nam ad *nomen* referri debet τὸ *aliquod.* pluribus egi de hoc loco ad Naſonis lib. XV. Metam. 497. *aliquod nomen*, ut poſtea ỳ. 89.

Et nos aliquod nomenque decuſque
Geſſimus.

Apud Velium Longum tamen de Orthogr. loci hujus mendoſa obtinuit ſcriptura, etiam apud Donatum in Terentii Phorm. I. II. 13, & apud Diomedem,

68 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 69 ſane ſtultus vanus R. 70 non invenitur L. Voſ. R. 71 linqui Voſ. R. Baſil. loqui L. haec vero fabula totidem verbis a Scholiaſte Statii ad I. Achil. 93. narratur. 72 deeſt L. Voſ. 73 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 74 a Troja L. 75 adfixiſſet R. 76 increpitus L. R. & Voſ. a m. ſec. Fabr. al. 77 & aleam tabulam Voſ. forte aleam, ac tabulam. 78 ſed & quaſdam L. 79 res forte ſit dubia L. Voſ. R. 80 Chi ab hoc inventam cum adſpiratione L. R. M. χ. a. M. Voſ. C cum adſpiratione reſpectu K literae ſine aſpiratione Baſil.

Gloria: quem falſa ſub proditione Pelaſgi
Inſontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demiſere neci: nunc caſſum lumine lugent.

Illi

SERVII.

83. FALSA SUB PRODITIONE. Sub falſo crimine proditionis. Et rem notam per tranſitum dicit: unde & paulo poſt: *Haud ignota loquor:* [81] quanquam ibi poſſit intelligi, *haud ignota nobis*, ſed forte etiam [82] ad vos potuit pervenire. Sciendum ſane, factum hoc vere, & Trojanos ſciviſſe; ſed Sinon callide quaſi ignorantibus, quae vera ſunt, dicit; ut fidem ſequentibus faciat: [83] [PELASGI. A *Pelaſgo*, Terrae filio, qui in Arcadia [84] genitus, ut Heſiodus tradit.]

84. INFANDO INDICIO. [85] [Id eſt, delatione] propter aurum clam ſuppoſitum. QUIA BELLA VETABAT. Jam hoc falſum eſt; ſed dicitur ad Sinonis commendationem: [86] [nam aliam ob cauſſam Palamedes periit.] [Et bene ad captandam circa amicos ejus miſeriem, adjungitur, qui pacis auctor fuit.]

85. CASSUM. Privatum, vacuum: [87] [& *caſſum* eſt, quaſi *quaſſum* & nihil continens: nam & *vas quaſſum*, quod humorem in ſe non continet, & eſt vacuum: unde & retia *caſſes*, qui multum in ſe vacui habeant.] [Sane vult Sinon ſuadere, vere fugiſſe Graecos, ſi Palamedem lugere potuerunt.]

VARIORUM.

den, Priſcianum & Eugraphium. Verum tamen in fragmento Velii Longi apud Caſſiodorum Editionis Fornerianae *aliquod* manifeſte occurrit, quo nihil verius. HEINS. Heumannus Tom. III. Poeciles lib. III. p. 381. legit, *fando aliqua ſi forte*; a *fors*, ablativo caſu, quia haerebat in *aliquid*. & ita mox ỳ. 94. *me fors ſi qua tuliſſet*. gloſſa Zulichemii codicis conjungit, *fando aliquid*: id eſt *dum aliquis fatur*. ſed recte Heinſius. & ita Dorvillian. nam *aliquod nomen Palamedis*, eſt idem, quod *aliquis Palamedes*. ita *nomina* pro ipſis hominibus Valer. Flac. V. 60. & 120. vid. & ad lib. I. 789. & hoc centies a viris doctis obſervatum. *aliquis* vero eleganter additur nomini proprio. vid. ad Ovid. Remed. 589. & X. Met. 560. ut & *quis*, de quo I. Aen. 181. & ita in loco Ovid. V. Met. 59. ab Heinſio adducto.

Fando aliquem Hippolytum veſtras, puto, contigit aures.

Haec obvia pervicacia criticorum iterare coëgit. *aliquod* etiam vindicavit Stephan. in Schediaſ. p. 74. in Regio & Wittian. codice erat alia diſtinctio, *mendacemque improba finget Fando aliquid. Si forte* &c. quam minime probamus. nam *fando* conjungi debet *vel pervenit*. vid. ad Ovid. IX. Met. 8. BURM.

82. BELIDAE. *Belida* notat Chariſius legiſſe veteres. quomodo Σιμωνίδη & Λεωνίδη, pro Λεωνίδου & Σιμωνίδου dicebant, alias his ſimilia. HEINS. In Zulichemio erat pro diverſa lectione *Nauplide*. *Belidae* agnoſcit Donat ad Terent. I. Phor. I. II. 13. *Belida* Salm. ad Flor. II. 7. Belides ducitur per aviam Amymonen, quae Danai filia, ille vero Beli. Lutatius ad Stat. II. 453. & VI. 288. & Apollod. II. I. ſed confuſos Nauplios vidimus in Catalogo Argonautarum ante Val. Flac. BURM.

84. INDICIO. Neſcio quid moverit Heumannum, ut maluerit, *Indicio inſontem infando*, legere, & quaenam obſcuritas ſit in *indicio*, id eſt delatione, accuſatione falſa, in quo nemo haeſit, quum ſit notiſſima fabula. *infandum* vero addidit, quia indicium etiam de legitima accuſatione dicitur, & *index* ſit honeſtior *delatore*. indicibus praemia dantur, delatores puniri ſolebant. ita millies Cicero, Livius & alii, & differre accuſatores, indices & teſtes docet Tacitus III. Ann. 10. *ſic indicare aliquem*, pro crimen deferre Cicer. I. de Fin. 16. *multi ipſi ſe indicabunt*. ſaepe Plautus, Terentius & alii. BURM.

Ibid. QUIA BELLA. *Quos* prior Hamburgenſis. an pro *quod*.

85. DEMISERE NECI. *Dimiſere* in nonnullis veterum. ſic *dimittere orco* infra ỳ. 388. ita quippe vetuſtiſſimus Mediceus. lib. IX. 527. *quem quiſque virum demiſerit orco*. ubi itidem *dimiſerit* in nonnullis. ſed praeſtantiores *dimiſerit*, quod *mittere orco* ỳ. 785. eod. libro dicet. libr. V. 692. *Infeſto fulmine morti Si mereor dimitte*. ſic ibi vetuſtiores ſcripti lib. X. 662. *multa virûm demittit corpora morti*.

81 quanquam jam ad voſ. p. p. Maſvicius: neſcio, unde jus mutilandi locum ſibi fecerit. 82 hoc venire R. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 84 genitus dicitur Fuld. 85 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 86 deſunt iiſdem. 87 deſunt iiſdem.

Illi me comitem, & conſanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc miſit ab annis.
Dum ſtabat regno incolumis, regumque vigebat

Con-

SERVII.

86. [ILLI ME COMITEM. Oratorie ſe commendat. ILLI. Id eſt, qui bella vetabat: & bene comitem non militem, quem ejus inimici velut ſubparem inſequerentur. ET CONSANGUINITATE PROPINQUUM. Excuſatio a neceſſitudine; ſed hoc totum falſum eſt.]

87. PAUPER. [Excuſatio a fortuna:] haec enim fuerat cauſſa militandi, ut Terentius Adel. III. IV. 20. *Cum hinc egens profugiet aliquo militatum.* [88] [PRIMIS ANNIS. Aut adoleſcentiae, aut belli] [& eſt excuſatio, quia patri parendum neceſſario fuit: ideo autem MISIT.]

88. DUM STABAT REGNO INCOLUMIS. Quia & de regibus ipſe unus fuit. [Et bene addidit dignitatem ejus, quem fingebat propinquum, ut ei juſta cauſſa fuerit indignationis adverſus Ulyxem.]

VARIORUM.

morti. ubi Mentelii membranae *dimittit.* Silius lib. I. 439.

Jam geminos Chromin atque Gyan demiſerit umbris.

lib. II. 131.

Erebo totam demitte Saguntbum.

lib. IV. 342.

Nam Metabum ad manes demiſit cuſpide fulgens Fraxinus.

lib. X. 137.

—— —— *Vadis liventis Averni*
Demitti globus ille cupit.

lib. XI. 141. idem:

Flaminium & Paullum proceres demiſerit umbris.

ubi tamen ſcripti codices *dimiſerit.* apud Valerium Flac. lib. VII. 313.

Succurrere tandem
Morte velint, ipſumque ſimul demittere leto.

ita ſcripti conſtanter, etiam veterrimus Vaticanus. HEINS. *Demittere* ſemper in hac re ſcribendum. vid. ad Ovid. III. Met. 695. Val. Flac. VII. 314. & alibi ſaepe. & ita hic agnoſcit interpres Horatii Cruquianus lib. I. Od. 28. BURM.

86. ET CONSANGUINITATE. *Et* deeſt ſecundo Hamburgenſi. *& ſanguinitate* Parrhaſ. & Venetus.

87. PAUPER IN ARMA. Id eſt imbellis. contra VIII. 614. *Atremque in proelia Turnum.* An potius paupertas militiae cauſſa fuit, ut Achaemenides de ſe *fatetur* lib. III. 614. & ſenex comicus in Heautontimorumeno. FABRIC. Vers 137. memorat *dulces natos*, ut non adeo in prima aetate miſſus videri poſſit, niſi ita accipiendus ille locus, ut nati revera nondum exſtiterint; ſed nec eos ex juſto matrimonio adquirendi ulla Sinoni ſuperfuerit ſpes. Porro Servius ait prae egeſtate militare coactum, ut ſe ſuſtineret; non obloquor: ſed quum nonnulli pecunia aliiſque donis a militia ſe liberare ſoliti fuerint, etiam Trojanis temporibus, ut patet ex Iliad. ψ. 297. patris paupertas etiam in cauſſa fuerit, cur filium non potius domi in ſolatium ſenectutis retinuerit. DORVILLIUS. *Miſit ab armis* Bigotian. ſollemni permutatione. ut vid. ad Ovid. VIII. Met. 313. & alibi ſaepe. *in annis* Wittian. ſed ego *primos annos* hic non de aetate prima capio, ſed de initio belli Trojani, quod per decem annos tractum eſt. *Paupertas* vero hic capiendum, quod in re modica fuerit, non in egeſtate: nam tunc pudendus comes Palamedi fuiſſet additus. inepte vero junguntur *pauper in arma*, quum *mittere in arma* ſit obvia locutio Lucan. III. 292.

Non corniger Hammon
Mittere Marmaricas ceſſavit in arma catervas.

& ita alii. BURM.

88. VIGEBAT CONSILIIS. *Concilia* bello contraria. Val. Flac. I. 788.

Vos quibus imperium Jovis, & non ſegne peractum
Lucis iter, mihi conciliis, mihi cognita bellis,
Nomina.

ſic recte in membranis & primis editionibus. vocabulum Lucano perquam familiare. Claudian. bell. Gildon. 46.

Armato quondam populo patrumque vigebam
Conciliis.

ita & illic optimae membranae. porro *regumque* Mediceus, Gudian. & alter Mentelii. quomodo &

Do-

[88] deſunt iiſdem.

- Conciliis; & nos aliquod nomenque decuſque
Geſſimus. Invidia poſtquam pellacis Ulixi
(Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris;
Adflictus vitam in tenebris luctuque trahebam,
Et caſum inſontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens: & me, fors ſi qua tuliſſet,

95 Si

SERVII.

89. ET NOS. Pluralis numerus pro ſingulari, [89] [ad evitandam jactantiam,] [90] [ut Salluſtius: *Nos in tanta doctiſſimorum copia:* An *nos*, ſe & patrem dixit [91] Palamedes.] NOMEN. [92] Gloriam, ut XII. 515. *Nomen Echionium, matriſque genus Peridiae:* [93] [vel ut alii, nobilitatem, ut V. 621. *Cui genus, & quondam nomen natique fuiſſent.*] INVIDIA. Propter advectum frumentum.

90. PELLACIS. Per blanditias decipientis: *Pellicere* enim, eſt [94] blandiendo elicere, [95] [vel decipere.]

91. [96] [CONCESSIT. Pro deceſſit.]

92. [AFFLICTIS. Suſpendendum, ne videatur affectum ſe dicere, quia in tenebris vitam trahebat; ſed quia amicum perdiderit. VITAM IN TEN. Ideo lugentibus inimica lux eſt; quia eruerunt ea hi, quos dolent: ideo tenebras petunt, ut videantur cum defunctis agere, imitantes tenebris inferorum faciem.]

93. [INSONTIS AMICI. Duo poſuit, & *inſontis*, & *amici:* & plus eſt quod *amicum* dixit, quam *propinquum*.] MECUM INDIGNABAR. Quomodo ergo, *Nec tacui demens?* Intelligimus iſtum quaſi tacuiſſe primo: poſt impatientia doloris erupiſſe [in vocem; aut quod interim non vindicarem amici inſontis interitum.]

94. FORS SI QUA. Bene *ſi qua:* [97] quia eſt & bona & mala. [98] [TULISSET. Nonnulli pro retuliſſet intelligunt.]

VARIORUM.

Donatum legiſſe notat Pierius: neque aliter in priore Menteliano. & Rottend. primo a ſecunda manu. poſſet & *regno incolumi*, *conciliis* vero, non *conſiliis* uterque Mentelianus, Gudianus, primus Moreti. *concilium* pro amicitia, de quo nos ad Naſon. Metam. I. 710. tale vere eſt illud lib. X. 150.

Mezentius arma Quae ſibi conciliet.

HEINS. *Regum* Reg. cum gloſſa *meorum*. unde falſum Catroeum eſſe apparet, qui *regum* in nullo codice eſſe notat: ſed ille nullos inſpexit, acquieſcens alieno labori. BURM.

90. PELLACIS ULIXEI. *Ulixi*, non *Ulixei*, ab *Ulixes*, non *Ulixeus* monet hoc loco genuinam eſſe ſcripturam libr. I. Cariſius. *Ulixei* tamen alter Mentelianus & ſecundus Moreti hic loci exhibebant. ceteri meliores, *Ulixi:* & ſic Donatus in Terentii Phorm. I. II. 18. agnoſcit. ubi *pellicere* pro *inducere* ſumi monet. Eugraphius pro fallere & decipere. HEINS. *Fallacis* nonnulli codices, & Ed. Venet. quod a Gloſſatoribus fluxit; ſed ſe Heumanno tamen approbavit contra Grammaticos veteres. & credibile vocem hanc ſaepe a librariis alibi expulſam, & *fallax* ſuppoſitum. vid. ad IV. Georg. 443. *infelicis Ulixis* Zulichemius. quod ſumtum ex lib. VII. 613. BURM.

91. LOQUOR. *Loquar* Leidenſis unus a manu prima.

Ibid. CONCESSIT. *Deceſſit* Pugetianus. *diſceſſit* Zulichem. *ab auris* Excerpta noſtra.

92. AFFLICTUS. Alii, *afflictans*. vide Taubm. *vita*, eraſa ultima litera *m*, Regius Cod. *luctumque* Francianus a m. pr.

93. CASUM. *Caſu* Venetus.

94. FORS. *Sors* Venetus, ſecundus Mentelii, Bigotianus, Parrhaſ. & Vratiſlavienſis & Francianus. a manu ſecunda. *nec tacui infelix* primus Moreti. *& ſors me ſiqua* Ed. Venet.

95. AD

89 deſunt L. R. Voſ. Dan. 90 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 91 Palamedis * Dan. 92 Gloriam vel nobilitatem ut alii, ut *Cui genus* &c. Dan. 93 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 94 per blanditias Dan. Fab. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 97 male *quae*, eſt & bona & mala * Dan. 98 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. *intelligunt* abeſt a Dan. Ed.

Si patrios umquam remeaſſem victor ad Argos,
Promiſi ultorem: & verbis odia aſpera movi.
Hinc mihi prima mali labes: hinc ſemper Ulixes
Criminibus terrere novis: hinc ſpargere voces
In volgum ambiguas, & quaerere conſcius arma.

Nec

SERVII.

95. [SI PATRIOS UNQUAM REMEASSEM VICTOR AD ARGOS. Bene dubitat, ut oſtendat propter Palamedem omnes ſibi Graecos inimicos fuiſſe.] [99] [VICTOR autem, ut quidam volunt, voti compos, ut eſt I. 187. *Quam ſeptem ingentia victor:* aliter dictum potuit non bene a Trojanis accipi. ARGOS. *Argi* ab *Argo* dicti, quem cuſtodem vaccae, in quam Iö fuerat commutata, Mercurius occidit.]

96. PROMISI. Pro, minatus ſum, per contrarium ait: quia minamur mala; promittimus bona. Sic autem Horatius II. Sat. III. 9. contra; *Atqui vultus erat multa & praeclara minantis:* Id eſt, promittentis: [1] [& *promiſi ultorem*, deeſt futurum.]

97. HINC MIHI PRIMA MALI LABES. [2] [Pro haec cauſa; vel propter hoc: & eſt adverbium locale pro conjunctione cauſali:] quia [3] ſecuta ſunt poſtea, oraculum, & adſcita Calchantis factio: [4] [*adſcita* ſane dicitur adſumpta.] *Labes* vero, ruinam ſignificat, [5] [a lapſu.]

98. CRIMINIBUS. Cauſis, ut ſupra: *& crimine ab uno.* [6] [NOVIS. Aut magnis; aut, quae nullus ſperaſſet; aut aliis atque aliis.] SPARGERE VOCES. Miſcere, ut Cicero II. Catil. 10. *Spargere venena didicerunt.*

99. AMBIGUAS. Dubias, [aut ſuſpicionum, aut criminum plenas;] ne, ſi aperte ageret, accuſatio eſſe videretur. CONSCIUS. Aut peracti ſceleris, [7] [& de nece Palamedis;] aut dolorum ſuorum: ut in tertio 629. *Oblituſve ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto:* [8] [aut certe ſciens hunc meum animum.] ARMA. Modo fraudes, vel dolos: nam *arma* ſunt inſtrumenta cujuſlibet rei: unde & inſidiantis fraudes *arma* nominavit. [Alii *arma* pro opibus vel auxiliis accipiunt: alii *arma* conſilium, alii occaſionem, nonnulli inſidias intelligunt: quidam *conſcius arma*, hypallagen putant, pro conſcientia arma, ut V. 595. *Et quondam patriis ad Trojam miſſus in armis.* Et inf. 181. *Arma deoſque parant comites:* Et II. 229. *Alia arma Latinus Quaerenda.*]

VARIORUM.

95. AD ARGOS. *Ad agros* ſecundus Hamburgenſis, Sprotianus & Venet. *in agros* Leidenſis, & duo pro diverſa lectione. vid. ad Ovid. I. Amor. X. 5. XIV. Met. 476. & inf. XI. 269. Stat. III. Silv. I. 23. *uſquam* etiam Menagii ſecundus & quartus Moreti. *remeavem* Sprotianus vulgata eſt apud Scholiaſtem Statii lib. IV. Theb. 672. BURM.

96. PROMISI. Recte Servius & Scholiaſtes Horatii II. Sat. II. 9. Imitatus eſt Claudianus lib. I. de laud. Stilic. 241.

Cum ſe promitteret alter
Exſulis ultorem. BURM.

97. HINC MIHI. Notandum in primis Servii aevo non ita lectum fuiſſe (quod ego primus moneo,) ſed, *hinc aſcita mihi labes*, quod Scholia palam indicant. neque unquam potui concoquere illam *labem mali.* ita Servio debemus praeclaram illam Scaligeri reſtitutionem VI. 687. *Tuaque ſpectata parenti Vicit iter durum pietas.* FABER. Tanaquillus Faber ad Lucret. lib. II. 1145. corrigebat ex veſtigiis Servii, *Hinc adſcita mihi labes.* cum tamen ipſe Juſtini lib. XVII. I. locum producat, *hinc illi prima mali labes. mali labes* pro malo. HEINS. Vide & Barth. ad Stat. VIII. Theb. 34. *Labem* autem ruinam notare patet ex lapide apud Fabret. pag. 400. ubi *ſubſtructio contra montis labem* memoratur. *adſcita labes* an dicatur tam eleganter, quam *adſcita factio*, vehementer dubito. factio illa Calchantis adſcita eſt ab ejus adverſariis, & in primis ab Ulixe, quaſi in ſocietatem conjurationis, ad perdendum Sinonem. ſed & Scholiaſt.

99 deſunt iisdem, praeter Dan. & Fabr. 1 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 2 deſunt iisdem. 3 ſecuta eſt impoſtea R. ſecutum eſt L. Voſ. ſecuti ſunt Fabr. al. 4 deſunt L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 5 deeſt L. lapſu R. Voſ. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fab. al. ſed Dan. habet. *novis*, quae nullus ſperaſſet. 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 8 deſunt iisdem. ſciens meum Fabr.

Digitized by Google

Nec requievit enim, donec Calchante miniſtro.
Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata revolvo?
Quidve moror? ſi omnis uno ordine habetis Achivos,
Idque audire ſat eſt; jamdudum ſumite poenas.
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridae.

Tum

SERVII.

100. NEC REQUIEVIT ENIM. Aut vacat *Enim*: aut pendet ſenſus, ut [9] & poſterior: *Donec Calchante miniſtro*: Arte enim [10] agit, ut ſemiplena dicendo & interrogare cogat, & avidius audire Trojanos. CALCHANTE MINISTRO. *Me deſtinat arae*, [11] intelligitur: & eſt ἀποσιώπησις: [Et mire *miniſtro*, [12] quaſi * non exuerit a te reſponſuro.]

101. SED QUID EGO. [13] [Ἀποσιώπησις eſt.] Et bene reticuit, ne taederet illos tam longae orationis, nihil ad ſe pertinentis; niſi ſtudium audiendi intermiſſione renovaſſet.] [14] AUTEM. Hoc abundat. INGRATA. Id eſt, nec vobis placitura, nec mihi gratiam conciliantia, [quorum jam non libenter memini.]

102. QUIDVE MOROR? Veſtram ſcilicet feſtinationem, [15] [vel mortem. OMNES.] Et eos, qui [16] vobis prodeſſe diſponunt. UNO ORDINE. Uno reatu. Et eſt de antiqua tractum ſcientia: quia [17] in ordinem dicebantur cauſae, propter multitudinem, vel tumultum feſtinantium: cum erat annus litium: Juvenalis XVI. 42. *Expectandus erit, qui lites inchoet annus.*

103. [IDQUE AUDIRE SAT EST. Me Grajum eſſe] JAMDUDUM. Modo, quamprimum, [ſcilicet ut ſatisfaciatis Graecis, qui me oderunt: & dicendo mortem ſuam gratam eſſe Graecis, & Trojanorum benevolentiam conciliat, & ut ſibi reliqua credantur extorquet.]

104. HOC ITHACUS. Pro, Ithacenſis, principale pro derivativo. VELIT, ET MAGNO MERCENTUR ATRIDAE. Callide hoc dicto impetrat vitam, aſſerens mortem ſuam illorum hoſtibus eſſe placituram. Ideo autem dicit *mercentur*, quia ſacrorum eſt, ut fugiens victima, ubicunque inventa fuerit, occidatur: ne piaculum committatur. Ergo Sinon, qui victima fuerat, [quippe qui propter reditum ſacrificio fuerat deſtinatus, nec poſſent Graeci niſi vel empta morte Sinonis ad patriam redire,] & jure, & votis, & praemio Graecorum interimitur. MAGNO MERCENTUR. Id eſt, pretio, ut X. 503. *Turno tempus erit, magno quum optaverit emptum Intactum Pallanta.*

VARIORUM.

liaſt. Juvenal. ad Sat. I. 167. vulgatam agnoſcit. BURM.

98. NOVIS. Ita ſaepe Ciceronem, & alios injuſtas accuſationes & calumnias vocare, vidimus ad Quinct. IV. de Inſt. Orat. I. & Decl. CCCXXVII. BURM.

99. IN VULGUM. Sergius in Artem Donati ſecundae editionis, ubi monet *vulgus* eſſe & neutrius & foeminini generis, *in vulgum ambiguam* legit: ſed locus eſt mendoſus, aut graviſſime erravit Grammaticus: nam praeterquam, quod id lex metri non admittat, niſi hiatum hic ſtatuamus, Cledonius II. Artis Gramm. *vulgum* hoc loco eſſe generis Maſculini monet, & receptam praefert lectionem, ut & Conſentius. HEINS. Vid. Nonium in *vulgus*.

100. MINISTRO. Quia deeſſe quaedam videbantur, inepti quidam ſupplevere ſequenti verſu,

Hoſtia tum miſer ac ſacras reputatus ad aras.

qui in Graevii codice & excerptis meis legitur. ſed ignorarunt hunc illepidum verſiculum veteres, ut ex Macrobii lib. IV. cap. 6. apparet, ubi & *nequiquam* legitur, ut paſſim in MSſ. *ignota revolvo* Ed. Venet. *autem* deeſt fragm. Moreti. Ed. pr. apud

9 ex poſterioribus Steph. al. & poſterior, *d. C. m. me deſtinat arae* intelligitur, & eſt ἀποσιώπησις. Arte agit Fabr. 10 ait Voſ. 11 deeſt L. Voſ. R. 12 forte, *quaſi non exierit a ſe reſponſum*. Id eſt quaſi ille non finxerit oraculum, ſed Deus revera dederit, cujus ille miniſter & exactor fuerit. *exire* vero dici, quae vulgantur ſermonibus, fama & rumore, vidimus ad Valer. Flac. IV. 170. BURM. 13 deſunt Dan. Fab. priora, ſed L. Voſ. R. Steph. al. deſunt ad *ingrata*. nihil ad &c. ex Fuldenſi ſunt. 14 hic *autem* abundat Fabr. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 16 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. 17 in ordine Dan. al. videndus de hoc ordine judiciorum Jac. Gothofr. ad l. 1. Cod. Theod. ut intra annum. Crimen ſuo &c. lib. IX. Tit. 36. quod jam Salmaſius notaverat de modo uſur. pag. 118. BURM.

Tum vero ardemus ſcitari & quaerere cauſſas,
Ignari ſcelerum tantorum artiſque Pelaſgae.
Proſequitur pavitans, & ficto pectore fatur.
Saepe fugam Danai Troja cupiere relicta
Moliri, & longo feſſi diſcedere bello.

110 Fe-

SERVII.

105. ARDEMUS SCITARI. Feſtinamus inquirere. [Et ecce, quo proficit Apoſiopeſin ante feciſſe?] QUAERERE CAUSAS. Cur a Graecis ejus optaretur interitus.

106. [IGNARI. Aut neſcientes, aut imprudentes.] ARTISVE PELASGAE. *Ars τῶν μίσων* eſt: ideo adjecit *Pelaſgae*, [hoc eſt, malae:] [18] [fraudulenti enim ſunt habiti, ut Plautus Aſin. I. III. 47. *Graeca mercamur fide.*] [PROSEQUITUR. Mire ut ab initio coeperat.] PAVITANS. Quaſi *pavitans*, [hoc eſt, ſimulans ſe pavere. Et non tam propter mortem: nam erit illi contrarium: *Jamdudum ſumite poenas*: ſed ut videretur cum timore civium ſuorum conſilia vel ſecreta patefacere.]

107. FICTO PECTORE. *Pectus* [19] pro verbis poſuit. Nam nunquam fingitur pectus.

108. SAEPE FUGAM DANAI. Hoc ſecundum Homerum verum eſt, [20] [apud quem ſuadet Agamemnon Graecis, relicto bello fugere: & ut oſtendat propter bellum fugere, ait *cupiere*, non voluere.]

109. MOLIRI. Parare. Et hoc verbo difficultatem rei oſtendit. LONGO. Decennali. FESSI BELLO. [21] Trojanos laudando ſibi favorem conciliat: ſi enim fatigati ſunt Graeci, horum virtus probatur.

VARIORUM.

apud Cicer. IV. Catil. VIII. *ſed quid ego hujuſce ordinis homines commemorem.* ubi alii, *commemoro.* ubi Heuman. diſcrimen ſtatuit. ut *commemorem* ſit formula praeteritionis, *commemoro*, ſit quare tam diu in hoc narrando moror. quum hic certe praeterire ſe ſingula, quae acta ſint, oſtendat, & praeterire ingrata auribus Trojanorum; & tamen *revolvo* & *moror*, dixit. ſic quid *ago*, & *agam* variat ſaepe. vid. ad X. 675. ad Phaedr. III. II. BURM.

102. UNO ORDINE. *In ordine* Excerpta noſtra.

103. IDQUE AUDIRE. Heumannus Tom. II. Poeciles lib. III. pag. 382. explicat, *Graecum vocari.* ut ita dicimus *audior Rex* &c. & Horat. I. Epiſt. XVI. 17. *ſi curas eſſe quod audis.* ſed ita Servius jam explicuit: licet ejus verba ſint ambigua. nam poteſt ſenſus eſſe, ſi ad me morte damnandum ſatis eſt, vos audire me Graecum eſſe, ſtatim punite. Catroeus diſtinguebat, *idque audire ſat eſt jamdudum, ſumite poenas.* quia *jamdudum* pro quamprimum nullo exemplo probari poſſe putat. miror ſane, quum centies de re praeſenti, & non longo tempore haec vox occurrat. ſatisfaciet dubitantibus Brouckhuſius ad Tibul. III. VI. 64. & ante eum hoc obſervarunt Barth. ad Stat. Theb. V. 670. Sitzman. ad Boët. de Conſol. II. Metr. I. Sic Lucanus appoſite ad hunc locum lib. II. 523.

In medios belli non ire furores
Jamdudum moriture paras.

ſenſus ergo eſt, quid moramini me punire, jamdudum oportuiſſet me occidiſſe, quare ſtatim, e veſtigio me punite. BURM.

104. HOC ITHACUS VELIT. Marius Victorinus in Arte Grammatica, *Haec Ithacus* monet legendum. plura dicemus infr. ỷ. 664. deinde Menagianus prior, *Hoc magno mercentur*, ut & tres Moretani. HEINS. Et Schol. Horat. & Leidenſis unus.

105. SCITARI. *Scitare* excerpta noſtra. *dum vero* Leidenſis.

106. PELASGAE. *Pelaſgi* Excerpta noſtra.

108. CUPIERE. *Voluere* Cariſius pag. 193. ubi *ſaepe* pro aliquoties explicat.

109. ET LONGO. *Et* deeſt Parrhaſ. *decedere* praefert Cerda. ſed tunc *bello* in dativo capiendum, ut lib. III. Georg. 467. *decedere nocti.* & IV. 23. *calori.* ſed *diſcedere* non puto mutandum, quia quiſ-

18 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 19 pro vero Dan. 20 deſunt R. Voſ. L. Steph. Dan. ut maxime eſt in ſecundo Iliados Fabr. al. 21 Favorem ubi conciliat, dicendo fatigatos eſſe Graecos virtute Trojanorum Dan. Fabr. al. Trojanos laudando (laudat L.) ſi enim fatigati ſunt G. h. v. p. & ſibi favorem conciliat L. Voſ. R. Steph.

Digitized by Google

Feciſſentque utinam! ſaepe illos aſpera ponti
Intercluſit hiems, & terruit auſter euntis.
Praecipue, quum jam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto ſonuerunt aethere nimbi.
Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phoebi

Mit-

SERVII.

110. Fecissentque utinam. [22] [Nec enim hic arae deſtinaretur.] [23] [Et eſt ſignificatio optandi a praeterito tempore.] Ponti hyems. Bene addidit *Ponti:* quia eſt & temporis, [24] [& aëris.]

111. Euntes. Ire cupientes, ut vi. Ecl. 3. *Quum canerem reges & proelia:* id eſt, cum canere vellem: & [25] [a Graecis] figura eſt, ubi ſtatuiſſe aliquid pro inchoatione [26] habetur.

112. Praecipue. Contra illud, ne diceretur [27] numina non eſſe placata. [Et bene aliud agens, equi mentionem introduxit.] [28] [Trabibus acernis. Speciem pro genere poſuit, id eſt, pro quocumque ligno: [nam variat ligni genera in hoc equo, ut ſup. 16. *Abiete coſtas:* & inf. 258. *Pinea clauſtra:* ita hic *acernis*.]

113. Aethere. *Aetherem* pro aëre poſuit, poëtica licentia.

114. Suspensi. Aut ſolliciti, ut vi. 151. *Noſtroque in limine pendens:* quia tempeſtas haec poſt dona mutabatur: aut ad *nimbos* refertur, [29] [diſtinctione mutata,] [30] [ut diſtinguamus, *nimbi ſuſpenſi*.] Scitantem. Participium pro participio eſt, id eſt, ſcitaturum. Alii *Scitatum* legunt, id eſt, inquiſitum. Oracula. Ad templa, de quibus dantur oracula: [31] [alibi *oracula*, reſponſa ſunt, ut iv. Georg. 449. *Lapſis quaeſitum oracula rebus:* & iii. 456. *Quin adeas vatem precibuſque oracula poſcas.*

VARIORUM.

quiſque ſuam in patriam diſcedit ab exercitu, variis ex gentibus compoſito. ita *diſcedere ab armis* Juſtin. lib. vi. 6. & ita Caeſar & alii ſaepe. eſſe vero *feſſi bello* jungendum patet ex Stat. i. Silv. i. 23. ubi de Caeſare, qui *feſſus bellis* &c. quod non placere potuit doctiſſimo Marklando, qui *fiſus*, *fretus*, vel *fuetus* mallet. ſed nihil facilius tali critica, & exempla vulgarium locutionum cumulandi obvia eſt facultas. ſed vellem probari, *fiſus bellis* dici Latine, de eo, qui eventum ſibi ex bellis ſemper proſperum confidit fore. ſed recte Caeſar *feſſus bellis* (ſcil. civilibus,) dicitur, qui, teſte Suetonio ultimis temporibus cunctantior & conſideratior factus, multum remiſerat a priori ferocia, & paullo ante mortem profeſſus eſt, *ſe jam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum eſſe*, de Parthico bello ſuſcipiendo, magis Populi R. vindictae cupidi, quam ſuae voluntati morem gerens deliberare coeperat. BURM.

110. Saepe. *Et ſaepe* ſecundus Rottendorphii. *aſpera portum* Montalbanius a manu ſecunda. Catroeus *terruit* explicat, quaſi in portum redire coeperint jam egreſſi. ſed de eo nullum indicium eſt. ſed volentes ire, deterruit Auſter procelloſus: nam ſi revera vela dediſſent, id ſenſiſſent Trojani, & mendacii argui poſſet Sinon; dicit ergo conſilia abeundi agitaſſe modo. & ita ſaepe illa participia molimen, principium actionis notant. ſic *fugiens velis* Val. Flac. vii. 20. fugam molitus. vid. Serv. ad i. Georg. 193. i. Aen. 656. & alibi ſaepe. BURM.

112. Cum jam. *Jam cum* Mediceus. HEINS. *Cum hic* Dorvillian.

Ibid. Contextus. *Confectus* primus Hamburgenſis. *contectus* Menagii alter. *conceſtus* Francianus.

114. Scitatum. *Scitatum* probe Mediceus. caeteri codices partem potiſſimam hic valde turbant. *Scitantem* uterque Mentelianus & alii: nonnulli cum Gudiano a manu pr. Bigotianus & duo Hamburg. pro diverſa lectione, *ſcitari miſimus*. de quo Graeciſmo nonnulla congeſſimus ad Naſon. lib. v. Metam. 660. HEINS. Et Pugetianus *ſcitari*. Graeciſmus ille obvius. vid. & Ovid. i. Epiſt.

22 deſunt Dan. deſtinabatur L. Voſ. R. Steph. 23 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 25 deeſt L. Voſ. R. Fab. al. 26 haberentur Dan. 27 cur numina n. e. p. ab eis. L. ſed tunc *eſſent* legendum. placata habetur Voſ. & R. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 113. 29 deſunt Dan. 30 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ut dicat *nimbi ſuſpenſi* Dan. Fab. 31 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Mittimus, iſque adytis haec triſtia dicta reportat.
Sanguine placaſtis ventos, & virgine caeſa,
Quum primum Iliacas Danai veniſtis ad oras:
Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum

Ar-

SERVII.

115. ADYTIS. [32] *Adytus*, eſt locus templi ſecretior, ad quem nulli eſt aditus niſi ſacerdoti: [33] [ab α, ſine, & δύω ingredior, id eſt, ſine alicujus ingreſſu.] TRISTIA DICTA REPORTAT. Renunciat. More ſuo breviter habitum futurae orationis oſtendit.

116. SANGUINE PLACASTIS VENTOS ET VIRGINE CAESA, CUM PRIMUM. Hic diſtinguendum eſt: quia & ſemel ad Trojam ventum eſt: & antequam ad eam veniretur, de Iphigenia eſt ſacrificatum, cujus [34] fabula talis eſt: Cum Graeci ad Aulidem veniſſent, Agamemnon Dianae [35] cervam, [36] [cum venatur,] occidit ignarus: unde irata dea, flatus [37] ventorum, qui ad Trojam ducebant removit: quam ob rem, cum nec navigare poſſent, [38] & peſtilentiam ſuſtinerent, [39] conſulta [per Calchantem] oracula dixerunt: Agamemnonio ſanguine, [40] [hoc eſt, immolata Iphigenia] Dianam eſſe placandam. Cum ergo ab Ulyſſe per nuptiarum ſimulationem, [41] [qui Iphigeniam Achilli jungendam fingebat,] adducta Iphigenia, in eo eſſet, ut immolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt, cervaque ſuppoſita: & tranſlata ad Tauricam regionem, [42] regi Thoanti tradita eſt; Sacerdoſque facta Dictynnae Dianae, [vel ut quidam volunt, Orthiae Dianae: quae] cum ſecundum ſtatutam conſuetudinem humano ſanguine numen placaret, agnovit fratrem Oreſtem: qui, accepto oraculo, [43] curandi furoris cauſſa, cum amico Pylade, [a cujus patre, Strofio nomine, fuerat nutritus,] Colchos petierat: & cum his occiſo Thoante, ſimulachrum ſuſtulit, abſconditum faſce lignorum: unde & [44] *Faſcelis* dicitur: non tantum a face, cum qua pingitur, propter quod & Lucifera dicitur: [45] & Ariciam detulit. Sed cum poſtea Romanis ſacrorum crudelitas diſpliceret (quanquam ſervi immolarentur) ad Laconas eſt Diana tranſlata: ubi ſacrificandi conſuetudo adoleſcentum verberibus [46] ſervabatur: qui vocabantur [47] Bomonicae: quia aris ſuperpoſiti contendebant, [48] qui plura poſſet verbera ſuſtinere. Oreſtis vero oſſa Aritia Romam tranſlata ſunt: & condita ante templum Saturni, quod eſt ante clivum Capitolinum, juxta Concordiae templum. VIRGINE CAESA. Non vere; ſed ut videbatur. Et ſciendum, in ſacris ſimulata pro veris accipi: unde, cum de animalibus, quae difficile inveniuntur, eſt ſacrificandum, de pane, vel cera fiunt, & pro veris accipiuntur. Hinc eſt etiam illud IV. 512. *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni*: nam & in templo Iſidis aqua ſparſa [49] [de Nilo eſſe dicebatur.]

117. [ILIACAS DANAI VENISTIS AD ORAS. Figuratum: cum primum venire velletis. Sane hoc de Iphigenia verum eſt.]

118. [SANGUINE QUAERENDI REDITUS. Hoc falſum eſt: & bene Oraculorum naturam ſervat, ut a re ipſa ſemper incipiant, ut alibi III. 94. *Dardanidae duri*: dicendo enim *Dardanidae*, oſtendit quae loca petere debeant.] ANIMAQUE LITANDUM ARGOLICA. Quia occurrebat occidi [50] poſſe captivum; [Ergo ideo addidit *Argolica*; ne non eſſet triſte oraculum. Videtur ſane peritia juris Pontificalis animalis hoſtiae mentionem feciſſe, cum dicit: *Animaque litandum Argolica*: nam & *animam*

32 adytum L. Steph. Fabr. al. nullus eſt Voſ. R. *aditus* omiſit L. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 34 fabula haec ex Hygino huc tranſlata. vid. Fab. CCLXI. ubi videndus Munckerus, qui quaedam emendat. 35 cervum L. Voſ. R. Steph. Dan. 36 deeſt iisdem & Baſil. 37 ventorum removit, quam &c. L. Voſ. R. Steph. al. ob quam rem conſulta per C. Dan. reliquis omiſſis. 38 nec peſtilentiam Fuld. 39 oraculo p. c. conſulto dictum eſt Fabr. per Calchanta deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 41 deſunt iisdem. 42 *regique* Hyginus. mox pro Dictynnae, *Orthiae* habent alii, & parentheſin ignorant. 43 cavendi L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. 44 *faceris* L. *facelis* Voſ. *facilis* R. *Phacelidis* Heinſ. ad Sil. XIV. 260. 45 & avaritiam Voſ. 46 ſervatur L. Voſ. R. Steph. al. adoleſcentulorum etiam Dan. Fabr. 47 Homonicae Fuld. Βωμονικαὶ Fabr. Βωμονικαὶ Baſ. 48 qui pl. V. ſuſtinerent Fuld. Fabr. poſſent Dan. Steph. Baſil. 49 deſunt in R. ad *magno tumultu* ✡. 122. reliquis ad *litandum* ✡. 118. 50 potuiſſe L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al.

Argolica. Volgi quae vox ut venit ad auris,
Obſtupuere animis, gelidusque per ima cucurrit
Oſſa tremor; cui fata parent, quem poſcat Apollo.
Hîc Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios: quae ſint ea numina divom

Fla-

SERVII.

mam dixit: & *litare* verbo pontificali uſus [51] [eſt, id eſt,] ſacrificiis deos placare; [52] ſed hoc in liquidis fit, id eſt, *lito*, ut *libo*. A *lito* autem fit *litus*, eo quod interluit.]

120. [OBSTUPUERE ANIMI. Omnes enim crediderunt ſe perire poſſe, antequam unus eſſet delectus.]

121. [53] CUI FATA PARENT. Cui reſponſa praeparent mortem. [Sunt, qui ita dividant: *Cui fata parent*, vitam; *quem poſcat Apollo*, ut moriatur.]

122. [54] [HIC. Pro tunc. VATEM. Nunc divinum; alias poëtam VII. 41. *Tu vatem, tu, Diva, mone:* alias ſacerdotem, ut XI. 774. *Et aurea vati Caſſida.*] MAGNO TUMULTU. Ad factionem tegendam.

123. PROTRAHIT. Quaſi nolentem. NUMINA DIVUM. Pro [55] oraculis poſuit, [56] [id eſt, ut ambiguitatem oraculorum interpretetur:] [57] & quaerit modo non quid [58] dicant, nam planum; ſed quis debeat immolari.

VARIORUM.

Epiſt. 37. & alibi. ſed non ubique contra meliores codices intrudendus, praeſertim quum de legatis videam fere ſemper dixiſſe veteres, *mittere rogatum*, *oratum* & ſimilia: de quo ad Claudiani Epithal. Honorii ℣. 33. deinde Donatus ita citat ad Terent. Eun. III. IV. 10. & Nonius in *ſuſpenſus*. Liv. V. 14. *miſſi ſciſcitatum oratores ad Delphicum oraculum. Scitantem* poſſet firmari ex Phaedr. I. fab. 2. *alium rogantes regem miſerunt*. ſcitatem Ed. Mediol. *citatum* vitioſe Zulichem. qui & *Euriphilum. Euripilum ſcitantem* Dorvill. Francianus & Wittian. *ſcitatum* Regius. infr. ad ℣. 319. Servius Fuldenſis, *miſit Delphos filium Antenoris ſcitaturum*, &c. an & ibi *ſcitatum?* non puto. BURM.

115. ISQUE. *Inque* alter Hamburgicus. *ſuſque* Montalbanius. *triſtia dona* prior Hamburgicus. *is adytis* Parrhaſ.

116. PLACASTIS VENTOS. Hunc locum explicat Parrhaſius ad Claudiani libr. III. Raptus Proſ. ℣. 282. quod ſtatuiſſent Iphigeniam Βόνταις, hoc eſt procellis mactare, ex Lycophrone ℣. 184. *Placaſti* alter Hamburgenſis. BURM

117. QUUM PRIMUM Hic diſtinguere Servium notat Henricus Stephanus, & refutat in diſſert. de Criticis pag. 213.

118. ANIMAQUE. *Animamque* etiam ſecundus Hamburgicus.

120. ANIMIS. *Animi* Dorvill. & Servius, & editi nonnulli. ut & Catroeus. & ita V. 404. VIII. 530. & IX. 123. *Obſtipuere* Regius & alii, ut fere ſemper.

121. PARENT. *Parant* Hamb. ſec. Vir doctus in Miſcel. Obſerv. Critic. Tom. II. pag. 86. *paret* malebat, ut ad Apollinem, qui pararet fata, id eſt mortem, referatur. ſed refutatus ibidem in ſubjecta nota. non potuit ſcilicet concoquere *parare* abſolute poni. ſed & ita Quinctil. decl. XVII. 5. *quaeſivit, quid tererem, cui pararem. Fata* vero nominativo caſu debere capi docet imitatio Ammian. Marcell. XXI. 15. *finem parantibus fatis.* Et ille frequenter Virgilianos floſculos ſcriptis ſuis inſpargere ſolet. & Lucan. II. 68.

Non alios motus tunc fata parabant.

& VI. 783. *Quid fata pararent.* BURM.

122. HIC. *Hinc* Sprotii. *magno vatem* Menagianus prior, Zulichemus & quartus Moreti.

Ibid. CALCHANTA. *Calcanta* Mentelius prior.

Fran-

51 deſunt Fuldenſi & aſteriſco notatus locus. 52 LITANDUM, offerendum. modo verbum, ſed hoc in &c. Dan. & Fab. qui non habet *modo verbum*. deſunt vero haec L. Voſ. Steph. al. 53 CUI FATA. id eſt reſponſa. PARENT, cui praeparent mortem Dan. CUI FATA PARENT mortem L. cui praeparent mortem Voſ. Steph. al. cui p. mortem. FATA, id eſt reſponſa Fuld. 54 deſunt L. Voſ. Steph. al. 55 oraculo L. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fab. al. 57 Quaeritur enim n. q. dicant, nam planum, ſed quid d. im. Fuld. & quaeritur modo n. &c. L. Voſ. 58 dicat Steph. Fabr. al.

Digitized by Google

Flagitat. Et mihi jam multi crudele canebant
Artificis ſcelus, & taciti ventura videbant.
Bis quinos ſilet ille dies, tectuſque recuſat
Prodere voce ſua quemquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,

Con-

SERVII.

124. [59] [FLAGITAT. Invidioſe poſcit: unde & [60] quod flagitatione dignum eſt, *flagitium* dicitur. [MIHI.[61] Multi poſterioribus, multi primis jungunt * ad oram: eſt unus tamen ſenſus, & quidem graviter pronuntiandum tradunt *mihi*, hoc eſt Sinoni.] MULTI CRUDELE CANEBANT, *Multi*, bis intelligendum, id eſt, multi videbant taciti, multi etiam dicebant; ne ſit contrarium, *canebant taciti:* [quamvis multi ſic exponant: qui mihi amici erant dicebant, qui inimici tacebant, ut provenirent, quae praeſentiebant.]

126. BIS QUINOS SILET ILLE DIES: Dicimus &: *bis quinis ſilet diebus:* [ſcilicet autoritatis quaerendae gratia, ut ſit ἀξιοπιστία ejus, qui invitus diceret:] TECTUS. [62] [Aut multitudini ſe ſubtrahens;] aut tegens conſilium ſuum: [63] [aut cautus, ne intelligeretur.] RECUSAT. Abnegat.

127. PRODERE. Dolo oſtendere. [Bene prodere: *me* enim dicturus, quem ſciebat.] OPPONERE. Objicere, deſtinare.]

128. VIX TANDEM. Aut junge, & vacat *Tandem:* aut ſepara, & eſt exaggeratio ex ſynonymis, ut: *Abiit, exceſſit,* [64] *evaſit, erupit.* [65] [Et eſt ordo: vix tandem rumpit vocem.]

VARIORUM.

Francianus & Parrhaſ. & ita ſemper. *Calchante* Montalbanius.

123. EA NUMINA *Ea munera* prior Hamburgenſis. non recte cepiſſe Servium puto, ſed ſenſum eſſe, quaenam ſint tam crudelia numina, quae iterum ſanguinem poſcunt. quaſi indignabundus & Diis ipſis iratus, ut tegeret artificium. ita lib. I. 539.

Quod genus hoc hominum, vel quae tam barbara tellus?

numina recte potentiam, voluntatem deorum capit Ruaeus. vid. ad I. Aen. 8. BURM.

125. TACITI VENTURA VIDEBANT. *Timebant* Hamb. pr. pro diverſa lectione. ſed hoc verbum ſequitur ŷ. 130. unde forte huc intruſum. ſcrupulus vero, quem movet Servius de voce *taciti*, levis eſt: nam *canebant*, non opponitur τῷ *taciti*, ſed vel ad utrumque verbum poteſt referri, ut Servius ipſe, taciti canebant, & taciti videbant. *canebant* autem eſt ut ſaepe, praedicebant, divinabant. vel *taciti* non ſilentium, quod tenebant, notat, ſed quod ſecreto inter ſuos & amicos haec dicebant, metu Ulixis & Calchantis. ſic *tacitus colloquitur* apud Juſtin. XVI. 4. id eſt ſecreto. idem I. 10. *tacitus edocet.* id eſt remotis arbitris. Martial. VI. 5. *tacitum te dicere credo.* & VI. 64. *tacitus quaeras.* etiam poteſt explicari pro ſecum loquuntur. vide notas ad Ovid. Ep. XIII. 69. & recte Achilles Statius ad Catull. Carm. CIII. notat, non tacere qui haec dicunt, ſed tacenda ἀπόῤῥητα, dicere aliis. & Donatus ad illa Terentii in Phorm. Prolog. 13. *qui hoc dicat aut cogitet*, notat. *omne quod in mentem venit, aut cogitamus, aut dicimus.* & adducit hunc Virgilii locum. ut haec illuſtret. ita *tacitum pectus* dixit etiam lib. I. 502. vox autem *taciti* eraſa erat in Gudiano codice, a librario, credo, qui ſibi contraria putabat, *taciti canebant*. BURM.

126. BIS QUINOS. *Bis ſenos* Bigotianus.

127. OPPONERE. *Apponere* Leidenſis unus.

128. MAGNIS. Ed. Dan. Heinſii *magni.* quod operarum vitio adſcribo: nam ſupra ŷ. 122. *magno tumultu, & magnis clamoribus* Cicero & alii ſexcenties dixere vid. ſup. ŷ. 58. *clamoribus auctus* Zulichemius. BURM.

129. RUM-

59 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 60 qui ſ. dignus eſt Dan. Fabr. 61 haec Fuldenſis, quae mutilavit Maſvicius, quia idem fere occurrit inf. ad ŷ. 132. ubi rectius legebatur. ſed in variis lectionibus codices ſequi fas eſt. illa, ante *ad Oram* credo addita, quia non in textu, ſed ad marginem adſcripta erant. BURM. 62 deſunt Dan. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ŷ. 128. 64 *evaſit, evanuit, erupit* Steph. *exceſſit, evanuit, erupit.* L. R. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al.

Conpoſito rumpit vocem, & me deſtinat arae.
Adſenſere omnes: &, quae ſibi quiſque timebat,
Unius in miſeri exitium converſa tulere.
Jamque dies infanda aderat: mihi ſacra parari,
Et ſalſae fruges, & circum tempora vittae.
Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi:

Li-

SERVII.

129. COMPOSITO. Ex pacto; [66] [vel ordine inter eos inſtituto.] RUMPIT VOCEM. Hoc eſt erumpit in vocem: [67] [& dictum eſt per contrarium:] nam [68] *ſi ſilentium rumpere*, eſt loqui, ut X. 63. *Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Vocem, rumpere*, eſt tacere. Sed aliqua interdum ſimpliciter, interdum per contrarium intelliguntur.

130. ET QUAE SIBI QUISQUE TIMEBAT. Ideo hoc addidit, quia dixerat: *Aſſenſere omnes*: ne videretur fuiſſe cunctis ſuae gentis inviſus: [aut *adſenſere omnes*, ad provocandum in ſe Trojanorum miſericordiam dicit, cum eorum hoſtes omnes ad crudelitatem conſenſiſſe adſerat. Eſt autem figuratius, ſi legatur, *timebant*.]

132. MIHI. Multi poſterioribus, multi prioribus jungunt: unus tamen eſt ſenſus. PARARI. Infinitivus modus pro indicativo, [69] [hoc eſt, pro parabant,] & eſt figura [70] propria hiſtoriographorum, ut Salluſtius Jug. VI. *Equitare, jaculari, curſu cum aequalibus certare:* ut poëtarum proprium eſt I. 320. *Nuda genu:* & VII. 399. *Torvum clamat*. Quod autem ait Cicero pro Muraen. XIV. *Bellicum canit*: non eſt figura, ſed ſermo naturaliter: eſt enim ſoni nomen. [Quidam ſane *parari*, pro parabantur accipiunt, & ad omnia *hoc* ſubaudiunt.]

133. SALSAE FRUGES. *Sal* & *far*, quod dicitur *mola ſalſa*, qua & frons victimae, [71] & foci aſpergebantur, & cultri. Fiebant autem de horna fruge, & horno ſale, ut Horatius III. Od. 23. *Et horna fruge*. VITTAE. Quibus victimae coronabantur.

134. LETHO. Non ſacrificio: [72] [invidioſe locutus eſt, [73] [& eſt hyſteronproteron: prius enim erat, ut vincula rumperet, & ſic fugeret.] VINCULA RUPI. Atqui ſolutae ſunt hoſtiae: nam piaculum eſt, in ſacrificio aliquid eſſe religatum: unde eſt IV. 518. *Unum exuta pedem vinclis in veſte recincta.* Item III. 370. *Vittaſque reſolvit Sacrati capitis.* Ergo *vincula* religionis intellige, ut VIII. 651. *Et vinclis innaret* [73] * *Cloelia ruptis:* ſcilicet foederis: nec enim obſides unquam [74] religantur. Sed huic expoſitioni illud occurrit, unde iſte ligatus fuerit? quia eum Trojani non ligaverunt: ultro enim ſe obtulerat: unde intelligendum eſt, a Graecis magis ligatum ante tempus ſacrificii: nam conſuetudo illa, quam ſupra diximus, erat in ipſo tempore ſacrificiorum: ante enim [75] ligari & Juvenalis XII. 5. docet, dicens: *Sed procul extenſum petulans quatit hoſtia funem.*

VARIORUM.

129. RUMPIT VOCEM. *Rupit* in Mediceo primo, Moretano, & quinque aut ſex aliis. eandem diverſitatem ex ſuis Pierius animadvertit. HEINS. *Rupit* etiam Parrhaſ. Dorvill. & tres alii. neſcio vero, an reſpexerit illa Aeſchyli in Agamemn. ℣. 162.

Τοιάδε Κάλχας ξὺν
Μεγάλοις ἀγαθοῖς ἀπέκλαγξεν.

ex Demoſthene *ῥῆξαι φωνὴν* adducit Urſinus, & Herodotum & alios ita locutos oſtendit Raphelius in adnotationibus ad S. Scripturam ex Herodoto, ad Epiſt. ad Galatas IV. 27. ubi legitur *ῥῆξον καὶ βόησον*. Servius vero hic, & ad lib. X. 63. hanc locutionem eſſe uſurpativam dicit. ſed obvia eſt apud veteres. ſic *rumpere queſtus* lib. IV. 553. vide hic

66 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 67 deſunt L. 68 ita ex L. R. Steph. edidi. reliqui *vel ſi* omittunt. & mox fulciendae ſententiae *vero* intruſerunt, quod omnes ignorant, praeter Dan. & Fabr. Illud *ſi* vero excidit ob ſequentis vocis *ſilentium* primam ſyllabam. BURM. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. malim etiam pro *parabantur*, ut mox Fuldenſis. 70 proprie Voſ. Steph. Dan. & mox. poëtarum propria eſt L. R. Fabr. al. 71 & ſucii L. 72 deſunt Dan. 73 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 * Laelia Steph. Dan. 74 ligantur L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. Obligantur, aut certe intelligendum eſſe ligatum a. t. s. N. c. i. quae ſupra ſcripta eſt, in i. t. s. erat. Ante enim &c. Fuld. 75 ligabantur ut Juven. *ſed* &c. Fabr. al.

Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva
Delitui, dum vela darent, ſi forte dediſſent.
Nec mihi jam patriam antiquam ſpes ulla videndi,
Nec dulcis natos, exoptatumque parentem:
Quos illi fors ad poenas ob noſtra repoſcent

Ef-

SERVII.

135. LIMOSOQUE LACU. Ut veriſimilem fugam faciat, circumſtantiis utitur. Notandum ſane, Virgilium ſub aliorum perſona cauſſam exſequi nobilium Romanorum, ut hoc loco Marii: item paulo poſt Pompeji, ut inf. 557. *Jacet ingens littore truncus.* PER NOCTEM OBSCURUS. Bona elocutio eſt, rem temporis ad perſonam transferre, ut: *Matutinus venit.* [76] [ULVA. Herba paluſtris.] [Sane in arte rhetorica, omnem narrationem cum rei partibus dicunt convenire debere, loco, tempore, materia, cauſa, perſona. Hic ad ſingula reſpondetur: nam perſona Ulyxis ponitur ad fallendum aptiſſima: cauſa, quia timeret, ne ultor eſſet Palamedis: tempus ad nocendum aptiſſimum, cum *ſibi quiſque timeret:* Modus agendi, *Bis quinos ſilet ille dies:* Materia, *Salſae fruges & circum tempora vittae.* Locus, *Per noctem obſcurus in ulva Delitui.*]

136. SI FORTE DEDISSENT. Medium ſe praebet: nam nec negat, nec confirmat eos navigaſſe, ne aut eis demat ſecuritatem: aut quod ſupra dixit, falſum ſit, non poſſe navigare Graecos, niſi homine immolato: [id eſt, quia jam ſcire non poterat, quid facturi eſſent, cum ipſe fugiſſet,] [77] ut Trojanorum ſit quicquid elegerint; [78] & artis eſt, in argumentorum anguſtia, incertis uti ſermonibus.

137. ANTIQUAM. Caram. Et bene commemorat liberos & parentem; ut oſtendat, [79] ſe non deſeruiſſe ut vilem, ſed mortis fugiſſe [80] terrore. [81] [Et bene ignotos finxit ſibi liberos & parentem, ut major miſeratio ex pluribus naſceretur. Quidam ſane non *dulces*, ſed *duplices* legerunt, quia *dulces* [82] leve eſſet, & commune epitheton liberorum.]

139. [83] [QUOS ILLI. De quibus illi.] FORS ET POENAS. Forte & poenas. Alii jungunt *forſet*, ut ſit [84] forſitan. [85] [Et bene elicit miſericordiam: oſtenditque, non ſe habere cauſam redeundi poſt mortem ſuorum;] [ne eum Trojani non reciperent, ſuſpicantes ad ſuos quandoque rediturum.]

VARIORUM.

hic Cerdam, & Heinſ. ad Claudian. II. Rapt. 249. & quae diximus ad Valer. Flac. I. 508. *Compoſitor rupis* Vratiſlav. vulgata eſt apud Donat. ad Terent. Phorm. V. I. 29. *deſtinat* vero proprium de damnatis verbum illuſtravit eruditiſſimus Joh. Schultingius ad Quinctil. declam. XVI. 4. vid. & ad Valer. Flac. II. 484. Livius IX. XXIV. 14. *qui omnium conſenſu deſtinabantur, & infandae colonorum caedis & defectionis auctores, vinctos Romam deducunt.* Sueton. Calig. XLIX. *Ambo notas & nomina continebant morti deſtinatorum.* BURM.

130. TIMEBAT. *Timebant* a manu prima Gudianus. non male. HEINS. Vid. ad Ovid. I. Met. 59.

132. JAMQUE DIES. *Ergo dies* apud Nonium. in *dies*. HEINS. Vid. ad Ovid. III. Metam. 519.

134. FATEOR LETO ME. *Leto fateor* pr. Moreti, Montalb. & Hamburg. pr. *fateor me leto* Hamb. alter & Venetus.

136. DELITUI. *Dilicui* Menagianus alter. *vela daret* fragm. Moreti. *ſi forte tuliſſet* alter Hamburgicus. vid. inf. ℣. 433.

139. QUOS ILLI FORS AD POENAS. *Fors & poenas* liquido Mediceus agnoſcit, ut & Gudianus optimus & Rottend. tertius. quod non eſt de nihilo;

76 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ULVA. paluſtris Dan. paluſtri Fabr. 77 ut illorum, omnes Mſ. & Edd. *Trojanorum* eſt ex Fuldenſ. 78 ars eſt L. eadem arte utitur Terent. Phorm. II. 143. ubi hoc Virgilii loco illuſtrat Donatus. BURM. 79 ſe ut vilem. ſed. Dan. 80 terrorem Fuld. 81 forte, *bene ignotis finxit* &c. vel in prioribus verbis, *& bene ignotis commemorat.* qui Trojanos facile poſſet fallere, qui genus & familiam ejus ignorabant. Cl. Dorvillus malebat, *& bene apud ignotos* &c. etiam bene. BURM. 82 *lene* edidit Maſv ex Commel. & Emm. ſed Fuldenſ. habet, *leve*, & recte. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. 84 forſan Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 85 deſunt Fabr.

Effugia, & culpam hanc miſerorum morte piabunt.
Quod te, per ſuperos, & conſcia numina veri,
Per, ſi qua eſt, quae reſtet adhuc mortalibus uſquam
Intemerata fides, oro, miſerere laborum

Tan-

SERVII.

140. EFFUGIA. [86] Et *fuga* dicimus & *effugium*; ſicut *lana* & *lanitium*, ut III. Georg. 384. [87] *Si tibi lanitium curae.* Hinc eſt *aequitas* & *aequum.* [88] [Sed hic dicendo *effugia*, verbo ſacrorum, & ad cauſam apto, uſus eſt: nam hoſtia, quae ad aras adducta eſt immolanda, ſi caſu effugeret, *effugia* vocari veteri more ſolet: in cujus locum quae ſuppoſita fuerat, *ſuccidanea*: ſi gravida fuerat, [89] *forda* dicitur; [90] quae ſterilis autem eſt, *taurea* appellatur: unde *ludi Taurei* dicti, qui ex libris Fatalibus a rege Tarquinio Superbo inſtituti ſunt [propterea, quod omnis partus mulierum male cedebat. Alii *ludos Taureos*, a Sabinis propter peſtilentiam inſtitutos dicunt, ut lues publica in has hoſtias verteretur.] CULPAM HANC. Vel quod fugi, vel quod me defenſorem Palamedis dixeram.] PIABUNT. Expiabunt: & τ̃ μίσων eſt: nam plerumque & *impiare* ſignificat. [Hic tamen *piabunt* bene addidit; quia niſi per ſanguinem diis accepta hoſtia non eſt: quod merito ex perſona Sinonis inducitur, quia fatetur ſacra per ſuam fugam fuiſſe violata; & vult etiam beneficiis ſibi debitores eſſe [91] Trojanos, quo interim Graeci obligati ſunt.]

141. [QUOD TE PER SUPEROS. Propter quod: & infinita narratione ſubjungit Epilogos: [92] neque enim quae non putaret credituros argumenta ſubjicere debuit. Sane per hujuſmodi preces oſtendere vult vera ſe dicere. CONSCIA NUMINA VERI. Bene medium tenuit: nam ea numina invocans, quae ſunt conſcia numina veritatis, quia & Pontifices dicunt, ſingulis actibus proprios deos praeeſſe. Hos Varro certos deos appellat.]

142. PER, SI QUA EST. Aut diaſyrtice [93] irridet, ut diximus; [94] [aut certe hoc ait: ſi aliqua eſt fides; [95] quam cum ſibi non adſcribit, facit [96] ut in eo eſſe credatur. RESTAT. Supereſt. USQUAM. Quia apud Graecos dicit fidem eſſe corruptam.]

143. INTEMERATA. Incorrupta vel integra: alii tamen volunt *intemerata* de libris ſacris commutatis literis eſſe praeſumptum; *timaram* enim *fidem*, id eſt, ſcientiam in ſacris [97] dicebant; ut ſit ſenſus: oro per fidem vehementer ſanctam, ſi tamen eſt uſquam penes homines. ORO.] Ordo eſt: Quod te oro per ſuperos. [LABORUM. Periculorum, malorum. MISERERE. Quidam pro miſereare accipiunt.]

VARIORUM.

hilo. nam *poſcere* cum duobus accuſativis nonnumquam jungi quis neſcit? Noſter lib. VII. 604.

Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum,
Auroramque ſequi, Parthoſque repoſcere ſigna.

& III. Georg. 456.

Meliora Deos ſedet omina poſcens.

Val. Flac. lib. III. 245.

Prenſant ſocios vocemque repoſcunt.

Propert. II. El. 2.

Quandocunque igitur vitam me fata repoſcunt.

ſic vetuſtus codex Voſſianus, *non mea fata.* Senec. in Tragoediis non ſemel. Silius lib. V. 408.

Superoſque repoſcet
Tempora promiſſae media jam morte ſenectae.

& lib. I. 180.

Feſſoſque labore miniſtros
Increpitat, domumque etiam clamore repoſcit.

ſic *poſcere munus, pretium, veniam, aliquem* & ſimilia. ſi quis tamen ſcripturam in Marone vulgatam contendit tueri, en quo ſe muniat locum ex libro VIII. 495. *Regem ad ſupplicium praeſenti marte repoſcunt.* HEINS. *Quos illi ad poenas forſan* Ed. Venet. cum duplici accuſativo conſtrui docet Serv. ad Aen. I. 414. & ita Val. Flac. VII. 650.

Haud

86 pro *fuga* dicimus & *effugium* Dan. 87 *ſit tibi* Voſ. R. 88 Ergo more antiquo hoſtia ſi effugiſſet *effugia* vocabatur, quae autem ſuppoſita fuerat *ſuccidanea* Dan. Fabr. ex Fuldenſi vero ſunt edita alia. deſunt vero L. Voſ. R. Steph. al. 89 *forna* Fuld. 90 ſi ſterilis taure * appellabatur Dan. taure appellabatur Fabr. vid. Feſtum in *tauras* & *Taurei ludi.* 91 Trojanos * quod interim Fuld. forte, quod i. G. ablegati ſunt. 92 neque * o. q. non Fuld. 93 ridet, aut certe Dan. ridet, ut diximus L. Voſ. R. Steph. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ✱. 143. ORO. 95 qua Dan. 96 ubi nec eſſe Fuld. 97 fidem, id eſt ſanctam appellabant, ut ſit *ſenſus* oro per fidem &c. Fuld. ſanctam. *Timaram* enim per ſ. id eſt ſc. i. ſ. dicebant, u. ſ. t. o. p. f. S̄cam * ſi &c. Dan. Sacram ſi t. e. nequam p. h. Fabr.

Digitized by Google

Tantorum: miſerere animi non digna ferentis.
His lacrimis vitam damus, & miſereſcimus ultro.
Ipſe viro primus manicas atque arta levari
Vincla jubet Priamus; dictiſque ita fatur amicis.

Quiſ-

SERVII.

144. NON DIGNA FERENTIS. Indigno luctu affecti.

145. MISERESCIMUS ULTRO. Aut per ſe plenum eſt: aut cohaeret ſequentibus: quia non poteſt primis:[98] dicimus enim, aut *illam rem miſeror*, aut *illius rei miſereor*; non illis. [Quidam, *miſereſcimus*, pro miſereſcimur, genus inchoativum volunt, ut *horreo horreſco*, *gelo gelaſco*; aliter *lenteſco* inchoativum, nullo praecedente verbo: neque enim eſt *lento*, ut ſit *lenteſco*.] ULTRO. Non eſt ſponte: nam rogaverat Sinon; ſed inſuper: & venit ab eo, quod eſt *ultra*: plus enim, quam rogaverat, praeſtiterunt.

147. ARCTA VINCLA.[99] [Pro vincula, per ſyncopen dictum:] aut epexegeſis manicarum eſt: aut utrumque habuit.

VARIORUM.

Haud jam mendacem promiſſa repoſcere regem
Dignatur.

apud Ovid. I. Am. x. 27. ſcribendum conjeci,

Non equa munus equum, non taurum vacca repoſcit.

in hoc vero verbo vis ineſt vehementer, ſaepe poſcendi. v. ad Lucan. II. 510. praefero tamen vulgatam hic lectionem, quia duplici illi accuſativo locus eſt, ubi aliquid poſcimus, quod ille ipſe dare vel facere poſſit: non autem a filiis poterant poenas poſcere, ſed ipſos vice Sinonis puniendos repoſcerent ab aliis. BURM.

140. EFFUGIA. *Refugia* Bigotianus.

141. QUOD TE, PER SUPEROS ORO. Servius notat hic *quod* poni pro *propter quod*: non enim rogabat, ut filii ſui occiderent, quod deberet ſignificare, ſi ad praecedentia referendum eſſet. & hinc patet, quam maligne cenſor meus carpſerit notam rocam in Vellej. II. IX. quam dederam in Miſcel. Obſerv. Tom. VIII. p. 361. & pag. 403: & ubi notaveram *hoc*, *quod*, ſaepe poni pro *propter*, *ob quod* vel *hoc*, prout natura verborum, quibus adjungitur, patitur. quod hic Servius aperte docet, & etiam Donatus ad Terent. Andr. III. III. 24. *id te oro* explicat *ob id*, & hoc Maronis loco firmat. & ſolet etiam illud *quod* in principio periodi eleganter poni, non ut connectatur praecedentibus, ſed ut tranſitui inſerviat, & ſaepe παρέλκειν videtur. vide Gronov. ad Liv. XXVI. 7. Muncker. ad Hygin. Fab. XVI. & Hottom. ad Cicer. II. Verrin. 26. qui exemplum adfert ex I. Georg. 155. Cortius etiam quaedam protulit ad Salluſt. Catil. XVIII. & Jug. XIV. & quis non praeter hos? nec ita ſumi hic poſſe negaverim, verius tamen hic connexui inſervire putem. BURM.

142. RESTAT. In Mediceo a ſecunda manu, *quae reſtet adhuc*. quod malo. Confirmant Gudianus, alter Rottend. cum tertio Rottend. & Moreti fragmento. deinde pro *uſquam*, *unquam* hic loci irrepſerat invitis manuſcriptis. HEINS.

143. ORO. *Horum* Bigotianus. *malorum* Venetus. mox, *miſerere viri* Bigotianus.

145. VITAM DAMUS. *Veniam*, codex Petavianus: eadem diverſitas apud Lucan. lib. IV. ỷ. 510. *promittunt veniam*. ubi *vitam* in Mſſ. in eo faciliores fuere librarii, vel Gloſſarum auctores (nam alterutrum eſt ex interpretatione) quia utrumque ſaepe conjungunt alii. ut Claudianus IV. Conſ. Honor. 86.

Et vitam veniamque rogant.

& Vellej. Paterc. II. 85. *Citius vitam veniamque Caeſar promiſit, quam illis, ut ea precarentur, perſuaſum eſt*. Lucan. IX. 275.

Cur non majora mereri,
Quam vitam veniamque libet?

veroſimilius vero puto *veniam* a Maronis manu eſſe: ſi enim *vitam* ſcripſiſſet, hoc non opus eſſet reddere per *veniam*, cum haec vox alias ſignificationes habeat. quarum una *vita* eſt. *venia* enim plures admittit ſenſus, uti videbis apud Servium ad

[98] dicimus aut *illam rem*, aut *illius miſereor* Fabr. [99] deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. epexegeſis L. Voſ. R.

Quiſquis es, amiſſos hinc jam obliviſcere Grajos;
Noſter eris: mihique haec ediſſere vera roganti.
Quo molem hanc inmanis equi ſtatuere? quis auctor?
Quidve petunt? quae religio? aut quae machina belli?
Dixerat. Ille dolis inſtructus & arte Pelaſga,

Su-

SERVII.

148. QUISQUIS ES. Licet hoſtis ſis. [1] Et ſunt, ut habemus in Livio, imperatoris verba transfugam recipientis in fidem: *Quiſquis es, noſter eris.* Item x. 228. *Vigilaſne deum gens, Aenea? vigila:* verba ſunt, quibus Pontifex maximus utitur [2] in pulvinaribus: quia variam ſcientiam ſuo inſerit carmini. [AMISSOS OBLIVISCERE. Ut *Obliviſcor injurias tuas,* [3] *Clodia*: dicitur enim & *amiſſorum obliviſcere.* Et *obliviſcere* quidam pro contemne, vel neglige, ut v. 703. *oblitus fatorum.*] HINC JAM. Aut ex hoc tempore; aut ex hac oratione, [qua tibi ſalutem in tuto polliceor:] aut ex eo, quod te dicis Ulyxis factione laboraſſe.

149. [4] [EDISSERE VERA. Hic diſtinguendum. *Vera* enim audire deſiderat. *Ediſſere* autem, ordine cuncta narra: unde qui plane loquuntur *diſſertores* fiunt, & *diſerti* vocantur. Sane hoc ab illo Priamus exigit, quod ipſe ei ſtatim obtulit: *cuncta equidem tibi Rex.*]

150. QUO MOLEM. Quam ob cauſſam, [5] [in quem uſum;] & ad hoc [6] reſpondit Sinon: *Neu recipi portis.* Et eſt color, qui in conjecturali ſtatu ſaepe requiritur. [Hunc tamen equum quidam longum centum viginti, [7] latum triginta fuiſſe tradunt, cujus cauda, genua, oculi moventur.] QUIS AUCTOR. [8] [Ad hoc] reſpondet: *Calchas attollere juſſit.*

151. QUIDVE PETUNT? Quid deſiderant? utique ut placetur Minerva. [9] [QUAE RELLIGIO. Quae conſecratio. MACHINA BELLI. Ecce ſubtiliter ſecutus [10] hiſtoriam, machinamenti bellici mentionem facit:] [& ſervat dignitatem regiam: breviter enim reges interrogant, non ut minores, quos plus loqui neceſſe eſt.]

152. [11] [DOLIS ET ARTE. Unam rem ſecundo dixit: quia ars τῶ μέσων eſt, ſicut ſupra diximus.] AD SYDERA. [12] [In altum,] ad locum ſyderum: vel quia ſemper ſunt ſydera, ſed Solis ſplendore vincuntur.

VARIORUM.

ad illa I. Aen. 519. *orantes veniam.* & III. 144. & alibi. BURM.

Ibid. ULTRO. *Ultra* prior Hamburgicus pro varia lectione. & mox, *ipſe ultro primus* Sprotianus. vide Arntzen. ad Plin. Paneg. VI. *manicas primus* alter Hamburgicus. *alta levari* Hugenianus. *arta atque* Graevianus. *levari* eſſe laxari, docuit Cl. Drakenb. ad Liv. libr. IX. IX. §. 7. non tolli & demi, ut interpretes vulgo reddunt. nam licet demtae eſſent manibus, corpori tamen inhaerebant. ſed laxiora erant facta, quum antea eſſet manibus poſt terga revinctis. & hinc mox, *ſuſtulit exutas vinclis palmas.* BURM.

148. HINC. *Hic* Leidenſis & alter Rottendorphius. *hinc nam* primus Moreti. *hinc obliviſcere* Bigotianus. vulgata eſt apud Donat. ad Terent. Phorm. I. II. 91. BURM.

149. MIHIQUE HAEC EDISSERE. *Mihi haec,* relicto hiatu, Leidenſis, Montalbanius & alter Hamburg. duo aut tres, *mihique ediſſere.* HEINS. *Mihique hoc* Sprotianus. *mihique haec* agnoſcit Donat. ad Terent. Phorm. II. III. 32. ita & cum hiatu mox, *quo molem inmanis* ſecundus Hamburgicus. *quid molem* Hugenii, ut dictum ſit quomodo, *quid veniant* I. Aeneid. 518. de quo ad Ovid. I. ex Pont. I. 13. *qui molem* primus Moreti a manu prima. *ſtravere* Ald. *quis actor* Hamb. pr. BURM.

151. PETUNT. *Petit* Sprotius a manu prima. *petant*

1 neſcio unde illud, *& ſicut habemus* Maſv. habuit. nam omnes dant, & ſunt ut h. niſi quod Fuldenſ. tranſponat, & verba ſunt, n. h. in. L. imp. transfugam rec. &c. 2 & in pulv. L. 3 Clodia * dn. . . n. & amiſſorum ob. Fuld. 4 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 5 deſunt eiſdem. 6 reſpondet Steph. Dan. Fabr. al. 7 deeſt, vel *ulnas*, vel *pedes*, vel certe menſurae aliquod nomen. 8 deſunt L. Voſ. R. qui & reſpondit. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 10 iſtoriam * machinamentis belli Dan. hiſtoriam dum machinorum (machinarum) belli m. f. Fabr. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 deſunt eiſdem & Dan.

Digitized by Google

Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas:
Vos, aeterni ignes, & non violabile veſtrum
Teſtor numen, ait: vos arae, enſeſque nefandi,
Quos fugi, vittaeque deûm, quas hoſtia geſſi;

Fas

SERVII.

154. AETERNI IGNES. Aut ararum, quas fugit: ut exſecratio ſit propter poſteriora, VOS ARAE: aut certe Solem & Lunam ſignificat. Exſecratio autem eſt adverſorum deprecatio: Jusjurandum vero, optare proſpera. [NON VIOLABILE. Quod Graeci [13] [illegible] dicunt.]

155. TESTOR. Modo juro: alibi teſtificor, ut inf. 432. *Teſtor in occaſu veſtro.* VESTRUM NUMEN. Quia ſecundum Philoſophos dicuntur ſydera elementa eſſe, ſed habere proprias poteſtates. ENSESQUE NEFANDI. Invidioſe ad pluralem tranſit numerum. Terentius Eun. I. I. 3. *Non perpeti meretricum contumelias.*

156. VITTAEQUE DEUM. [14] [Aut quae habentur [15] in honorem deorum; aut] quas habent ipſa [16] ſimulachra: [& multi hic diſtinguunt, & ſic ſubjungunt: *Deum quas hoſtia geſſi.* QUAS HOSTIA GESSI. Conſuetudo apud antiquos fuit, ut qui in familiam vel gentem tranſiret, prius ſe abdicaret ab ea, in qua fuerat, & ſic ab alia reciperetur, quod hic oſtendit: dicit enim Sinon jure jam ſe Trojanorum civem eſſe, quia apud Graecos hoſtia fuerit; atque adeo nec pro homine, nec pro cive habitus ſit.] *Geſſi*, pene geſſi: non enim vere geſſerat; ſed quantum ad Graecos [17] pertinet, [qui eum immolaturi fuerant,] dixit. [*Hoſtia* vero victima eſt, dicta, quod dii per illam *hoſtientur*, id eſt, aequi & propitii reddantur, unde *hoſtimentum*, aequationem.]

VARIORUM.

petant prior Hamburgicus, & Oudartii & Bigotianus.

153. EXUTAS. *Exhauſtas* Leid. unus.

154. VIOLABILE VESTRUM. Manuſcriptum, *Veſtae teſtor numen.* minus recte. Receptus a Priamo Sinon [illegible] Deos invocat. per *ignes* enim & Veſtales poſſunt intelligi, hoc eſt Trojani. & Graecorum quoque, ad quos mactandus erat; ideo certum nomen non exprimendum. Quod Servius adfert de ſideribus, alienum ab hoc loco. Convenit Sinonis factum cum Riſacis, qui eodem decepit juramento Darium in Sacas expeditionem facientem, ut eſt apud Polyaenum lib. VII. x. 8. FABRIC. Per *ignes aeternos* intelligit Parrhaſius ad Claudiani I. Rapt. 178. *Penates.* Marklandus ad Statii I. Silv. I. 35. corrigens, poſt alios, *non violabile Veſtae Teſtor numen*, per *ignes* hic Veſtae focum vult intelligi: & certe ita vocat ipſe Maro mox ỹ. 290.

Veſtamque potentem,
Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

& Ovid. III. Faſt. 421.

Ignibus aeternis aeterni numina praeſunt
Caeſaris.

quare haec correctio blandiri ſatis poteſt lectoribus, quam ex MſI. jam Fabricius prodidit, ſed repudiavit: poſſet etiam forte firmari ex Scholiaſte Horat. III. Od. V. II. ubi *Aeterna Veſta* dicitur, & Scholiaſtes addit: *aeterni ignes*, qui in ara ejus perpetuo ſervabatur, ut

Vos aeterni ignes & non violabile veſtrum
Teſtor numen.

Refutavit vero hanc Marklandi correctionem vir doctus in Miſcell. Obſerv. Tom. I. p. 7. ex habitu Sinonis, qui manus ad ſidera ſuſtulit, non ad Veſtam Trojanam; unde ille Solem, Lunam & ſidera per *aeternos ignes* intelligit. cui potius accederem, quia & Servius eodem argumento uſus ſupr. ad ỹ. 57. hoc dixiſſe Sinonem ſub dio ſtantem probat. qui & hic ſolvit difficultatem: quia licet die ſidera non videantur, ſunt tamen, obſcurante Sole eorum ſplendorem, & idem eſt *ad ſidera* tollere, quod alibi, *ad auras*, *ad coelum* dixit. & ita mox 222. *clamores ad ſidera tollit:* ubi pleno die res agitur. lib. III. 422. *fluctus ſub auras erigit alternos, & ſidera*

13 Graeci * [illegible] dicuntur Fuld. legebat Ortuinus. 14 deſunt Dan. Fabr. 15 in honore Voſ. Fuld. Steph. al. 16 ſimulachra vittas & multi Fuld. ſimulacra, ut inferius, *Virgineas auſi divae contingere vittas.* Baſil. 17 pertineret omiſſis reliquis Dan. Fabr. pertinet, dicit, L. Voſ. R. Steph. in Fuldenſi. mox, *hoſtientur* legitur, quaſi ab *Hoſtiare* veniat, quum *Hoſtire* veteres dixerint, quare *Hoſtiantur* puto legendum. ſubjunctivo modo ab *hoſtire.* erraſſe enim patet Obrecht. ad Dict. Cret. I. 13. qui *hoſtiare* & *oſtiare* veteres dixiſſe putat. BURM.

Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura,
Fas odiſſe viros, atque omnia ferre ſub auras,
Si qua tegunt: teneor patriae nec legibus ullis.

160 Tu

SERVII.

157. FAS MIHI. Subaudis [18] *ſit*. Et bene a diis petit veniam; ne videatur proditor: nam & haec quae dicturus eſt tacuit, antequam audiret: *Noſter eris*. Si enim voluntate proderet, ſequebatur quod ait Cicero: *Nemo unquam ſapiens proditori credendum putavit*. [Aut *fas mihi* ideo; quia non licet ſolvere ſacramentum militare adverſariis vel hoſtibus: ideo dixit, liceat arcana dicere: ut, cum oſtenderit ſe rem dicere, quam non licet, ei facilius crederetur. SACRATA RESOLVERE JURA. Scilicet, ut non incidat in ſacramenti poenam: [19] [nam miles legibus ſacramentorum rogabatur; ut exiens ad bellum juraret, ſe nihil contra Rempublicam facturum.] [20] Militiae tria ſunt genera: plerumque enim [21] *evocati* dicuntur: & non ſunt milites, ſed pro milite: unde Salluſtius fragm. incert. *Neu quis miles, neve pro milite*. Item Catil. LIX. *Ab his omnes evocatos* [22] *& Centuriones*: [23] [Plerumque tumultuarii, hoc eſt, qui ad unum militant bellum:] plerumque ſacramento rogati: [24] quia poſt electionem in Rempublicam jurant, [25] [Et hi ſunt, qui habent plenam militiam: nam viginti & quinque annis tenentur.] Haec tria genera tangit Virgilius: Sacramenti, hoc loco: Tumultuarii, illo VIII. 4. *Simul omne tumultu Conjurat trepido Latium*. Evocationis ỷ. 9. *Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem*.

158. FAS ODISSE VIROS. Ut ſupra diximus, omnia diaſyrtice loquitur: nam & ad Graecos poſſunt, & ad Trojanos referri. [26] [Et ODISSE, hic praeſentis temporis, quod non facit *odere*.] [ATQUE OMNIA FERRE SUB AURAS. Hinc videtur ſubtiliter non ſe implicare perjurio: ipſe enim lectos hoſtes produxit ex equo inf. 258. *Et pinea furtim Laxat clauſtra Sinon*. Et hoc vult credi contra Graecos dicere, cum pro ipſis dicat.]

159. SI QUA TEGUNT. [27] Vel callide occultant, [vel propter ea quae latent in equo.] NEC LEGIBUS ULLIS. Si Graecorum, propter id *Noſter eris*: ſi Trojanorum, quia Graecus. [Alii ita: nullis naturae legibus, quibus fas non eſt patriam prodere: & volunt hoc eſſe, *Sacrata reſolvere jura*.]

VARIORUM.

ſidera verberat undis, & paſſim. & ita poſſet etiam Sol in primis intelligi, qui & *ſidus* ſaepe dicitur, ut vidimus ad Petronii cap. CXIX. & hinc *ſidera Solis* Ovid. XIV. Met. 172. ubi vide notas. & *ſidereus Deus* Martiali XII. 60. Solem vero & ſidera jurantes teſtatos fuiſſe vulgatiſſimum eſt. vid. inf. lib. III. 599. IX. 429. & XII. 175. & paſſim: & eaſdem Obſerv. Miſc. p. 228. & *Solem aeternum* dictum oſtendunt inſcriptiones SOLI AETERNO, apud Gruter. p. XXXI. 10. 11. *& Soli & Lunae aeternae* p. XLII. *ignes* vero dici de Sole, Luna, & ſideribus oſtendit locus Horatii I. Od. 12.

Micat inter omnes
Julium ſidus, velut inter ignes
Luna minores.

& hinc noſter IV. 352. *aſtra ignea* dixit. recte autem vocat *inviolabile numen*, quia Sol perjurii vindex. ut docui in Jove Fulgeratore cap. XV. Idem Marklandus, ut ταυτόλογον carpit, *vos & veſtrum numen*. ſed & ita Ovidius II. Ep. 43.

Si de tot caeſis ſua numina quiſque Deorum
Vindicet.

& Epiſt. V. 5.

Quis Deus oppoſuit noſtris ſua numina votis?

ſed & ipſe per *aeternos ignes* etiam *ſidera* intelligebat, & Daviſium ad Cicer. III. Tuſc. 26. conſulendum notaverat. BURM.

156. DEUM. *Vittaeque, deûm quas h. g.* Mentelianus, in quo poſt hunc verſum lacuna erat 26. verſuum. Catroeus etiam *Deûm hoſtia*, non *vittae Deûm* conjungit. quod jam monuit Pierius. *fugi, & vittaeque Deûm* Wittian. BURM.

157. SACRATA RESOLVERE JURA. *Secreta*
Lei-

18 eſt L. ſubaudis, ſed & bene R. 19 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 20 quia militiae iidem. 21 *vocati* Fabr. 22 *in centuriones* Steph. Dan. 23 deſunt Voſ. 24 qui L. forte, poſt lectionem. 25 deſunt Fabr. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 27 Dan. tantum habet, callide tegunt. ſed L. Voſ. R. Steph. al. his omiſſis dant, propter ea quae latent in equo. Fabr. vero, occultant propter e. q. l. in equo. Fuldenſis, vel c. occultant, vel propterea, quia latent i. e.

Digitized by Google

Tu modo promiſſis maneas, ſervataque ſerves
Troja fidem; ſi vera feram, ſi magna rependam.
Omnis ſpes Danaum, & coepti fiducia belli
Palladis auxiliis ſemper ſtetit: impius ex quo

Ty-

SERVII.

160. [28] [Tu modo. Pro tantummodo. Promissis. pro in promiſſis.]

161. Serves Troja fidem. [Magnificentius quam ſi diceret *Trojani*:] quia quod rex promittit, videtur Reſpublica polliceri. [29] [Vera feram. Pro dicam. Magna rependam. Magna praemia reſolvam [pro mea impunitate] & videtur duo promittere [Trojanis:] primo veriloquium, deinde ſalutem ex ſuorum proditione. Alii volunt dubium eſſe, *Vobis feram, Graecis rependam.*]

162. Omnis spes Danaum. More ſuo a veris incipit: nam & favit Minerva Graecis; & conſtabat raptum eſſe Palladium. Tydides sed enim. Hyſteronproteron eſt; *ſed enim ex quo impius Tydides*: nam Hyſterologia, [30] unius eſt ſermonis, ut v. 663. *Tranſtra per & remos.*

163. Impius. Propter numina vulnerata, [31] [Martem & Venerem.] Ex quo autem, vel die, vel facto.

VARIORUM.

Leidenſis, Hamb. ſec. & pro varia lectione alter Leidenſis. & ita legendum contendit Coutierius, in diſſertatione, quae legitur in Commentariis Academiae Inſcriptionum Pariſienſis Tom. vi. p. 323. qui capit de imperii ſecreto pignore, quod in Veſtae aede ſervabatur. unde etiam forte Marklandus potuit conjecturam ſuam cepiſſe. & certe *ſecreta* & *ſacrata* centies a librariis fuiſſe confuſa apparet ex lib. i. Aen. 681. & ix. 4. vid. ad Ovid. vii. Metam. 77. & alibi. ſed hic non agitur de Trojano Palladio, quod jam abſtulerant Diomedes & Ulixes. ſed de Graecorum ſacratis juribus, quae bene de ſacramento intelligit Servius: non tamen ordinario, ſed illo, quo apud Romanos exercitus *ſacrata lege* conſcribi dicebatur, qua jurabant ſe non redituros domum, niſi victores, ut Graecos Aulide juraſſe conſtat. Alia in re, *ſacrata jura parentum* dixit Ovid. x. Met. 321. qui hanc legem temerabant, ſacri & devoti habebantur. hinc recte adhibet verbum *reſolvere*, quod idem eſt, quod temerare, ſe liberare hoc nexu legis. ita Dido lib. iv. 27.

Ante, pudor, quam te violo, aut tua jura reſolvo.

Silius lib. xvii. 77.

Sit fidus, & ictum
Obſervet foedus, nec pacis jura reſolvat.

reſolvere vero ut ſupra 139. *repoſcere* eſt hic pro ſimplici *ſolvere*. ita *ſolvere diſciplinam* dixit Livius viii. 7. & *ſolvere morem* ibidem cap. 4. & hoc ſequentia, *teneor patriae nec legibus ullis*, confirmant. *revolvere* erat in Menagiano altero, & priore Hamburg. BURM.

158. Atque omnia. *Et cunctas* Menagianus primus. *& cuncta* quartus Moreti. *ac omnia* Oudartii. omnes vitioſe.

159. Teneor. Heumannus Tom. ii. Poeciles lib. iii. pag. 382. *tenear*, ut reſpondeat τῷ *fas*, ubi ſubaudit *ſit*, cum Servio. ſed majoris confidentiae eſt aſſeverare ſibi jam fas eſſe reſolvere jura, quia non tenetur legibus ullis. jam enim, ut recte Servius, non erat Graecus, ſed Trojanus, quum Priamus dicendo, *noſter eris*, eum quaſi jure civitatis donaſſet. ideoque non tenebatur legibus patriae. *patriae teneor* Leidenſ. BURM.

160. Tu modo. *Dum modo* Wallian.

Ibid. Servataque. *Jurataque* tertius Moretanus. HEINS.

161. Si magna rependam. *Si vera* Menag. alter, quem *repandam* in animo habuiſſe credo. ſed *pendere* & *pandere*, & compoſita, ſaepe confudere librarii. ut inf. 229. BURM.

162. Coepti. *Capti* Vratiſlavienſis. *coepti &* Venetus. vid. ſupr. ℣. 75.

163. Auxiliis. *Auxilio* Hamburgenſis, Sprotii & Venetus. *ſemper fuit* Bigotii.

164. In-

28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 29 deſunt eiſdem. 30 non unius L. *Tydides*. Hyſterologia unius ſermonis, ut Dan. 31 haec addit Fabric. & Baſil.

Tydides ſed enim, ſcelerumque inventor Ulixes,
Fatale adgreſſi ſacrato avellere templo
Palladium, caeſis ſummae cuſtodibus arcis,
Corripuere ſacram effigiem, manibuſque cruentis

Vir-

SERVII.

164. Scelerumque inventor Ulysses. Propter [32] [ſe & propter] Palamedem factione [33] ipſius occiſum.

165. Fatale. Τῶν μέσων eſt: nam & quod [34] cuſtodit, & quod interimit, pro loco intelligitur. Avellere. Oſtendit invitum numen eſſe ſublatum.

166. Palladium. Helenus apud Ariſbam captus a Graecis eſt: & indicavit coactus fata Trojana: in quibus etiam de Palladio [35] [dixit] [36] inde dicitur a Pyrrho regna meruiſſe: quanquam praeſtiterit [37] Pyrrho, ut non ea die, qua Graeci caeteri, navigaret, & faceret eum per terram redire, dicens omnes Graecos (quod & contigit) naufragio eſſe perituros. [Alii dicunt Helenum non captum, ſed dolore, quod poſt mortem Paridis Helena, judicio Priami, non ſibi, ſed Deiphobo eſſet adjudicata, in Idam montem fugiſſe: atque exinde monente Calchante productum de Palladio pro odio prodidiſſe:] [38] tunc Diomedes & Ulyxes, ut alii dicunt, cuniculis; ut alii, cloacis aſcenderunt arcem: & occiſis cuſtodibus ſuſtulere ſimulacrum: [39] [Qui cum reverterentur ad naves; Ulyxes, ut ſui tantum operis videretur effector, voluit ſequens occidere Diomedem, cujus ille conatum cum ad umbram Lunae notaſſet, religatum prae ſe uſque ad caſtra Graecorum egit.] Ideo autem hoc negotium his potiſſimum datur, quia cultores fuerunt Minervae. Hoc cum poſtea Diomedes haberet, [40] [ut quidam dicunt] (quod & Virgilius ex parte tangit, & Varro pleniſſime dicit) credens ſibi non eſſe aptum, propter ſua pericula, [quibus nunquam cariturum reſponſis cognoverat, niſi Trojanis Palladium reddidiſſet,] tranſeunti [per Calabriam] Aeneae offerre conatus eſt. Sed cum ſe ille, velato capite ſacrificans, convertiſſet; Nautes quidam accepit ſimulachrum: unde Minervae ſacra non Julia gens habuit, ſed [41] Nautiorum. Hinc eſt in quinto v. 704. [42] [*Tum ſenior Nauteſ,*] *unum Tritonia Pallas Quem docuit.* Quanquam alii dicant ſimulachrum hoc a Trojanis fuiſſe abſconditum intra extructum parietem, poſtquam agnoverunt Trojam eſſe perituram: quod poſtea bello Mithridatico, dicitur Fimbria quidam [43] Romanus inventum indicaſſe: quod Romam conſtat advectum. Et quum reſponſum fuiſſet, illic imperium fore, ubi & Palladium: adhibito Mamurio fabro, multa ſimilia facta ſunt. Verum tamen agnoſcitur haſtae oculorumque mobilitate: unde eſt: *Vix poſitum caſtris ſimulacrum arſere coruſcae Luminibus flammae arrectis.* Vel: [44] [*Parmamque feꝛens,*] *haſtamque trementem.* Sed ab una tantum ſacerdote [45] agnoſcitur, ut Lucanus 1. 598. *Trojanam* [46] *ſoli cui fas vidiſſe Minervam.* Dicunt ſane alii unum ſimulacrum coelo lapſum, [quod [47] nubibus advectum & in ponte depoſitum] apud Athenas tantum fuiſſe, [unde & γεφυρῖτις dicta eſt. Ex qua etiam cauſſa Pontifices a ponte ſublicio, qui primus Tybri impoſitus eſt, appellatos tradunt, ſicut Saliorum carmina loquuntur. Sed hoc Athenienſe Palladium a veteribus Trojanis Ilium tranſlatum. [48] Alii duo volunt, hoc de quo diximus, & illud Athenienſe. Alii cum ab Ilo Ilium conderetur, hoc Trojanum coelo lapſum dicunt: Alii multa fuiſſe Palladia, ſed hoc a Diomede & Ulyxe furto ablatum tradunt.]

167. Sacram effigiem. Quaſi de coelo lapſam. [Et tres ſimul res dixit, quare numen iraſceretur: quod Antiſtites caeſi; quod cruentis manibus.]

VARIORUM.

164. Inventor. *Repertor* Graevianus: male & ex gloſſa. Petron. LXXIX. *Aſcyltos omnis injuriae*

32 deſunt L. Voſ. R. Steph. 33 deeſt Dan. 34 oſtendit Voſ. 35 deeſt L. Voſ. R. Steph. 36 unde Steph. 37 Pyrrho, ut rediret per terram L. Voſ. R. Steph. Dan. al. ceteris omiſſis. ut faceret eum redire per terram Fabr. 38 fabula autem haec eſt. Diomedes &c. Dan. 39 deſunt L. Voſ. R. Steph. 40 deſunt eiſdem & Dan. Fabr. 41 Nautarum L. Voſ. Steph. Dan. Nautorum L. 42 deſunt eiſdem. 43 Romanos R. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 45 deeſt iiſdem. 46 *cui fas ſoli* L. Voſ. R. Steph. 47 nubibus * adſectum Dan. 48 alii vero duo Fuld.

Virgineas auſi divae contingere vittas:
Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri
Spes Danaûm: fractae vires, averſa deae mens.
Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris.
Vix poſitum caſtris ſimulacrum; arſere coruſcae
Luminibus flammae adrectis, ſalſuſque per artus

Su-

SERVII.

169. Ex illo. [49] Facto, vel tempore. Fluere. [50] [Delabi: &] eſt τῦ μένειν, nam ideo addidit *retro*. Salluſtius fragm. incert. contra: *Rebus ſupra* [51] *vota fluentibus.*

170. Aversa deae mens. Propter illud: *Manibuſque cruentis.*

171. Tritonia. [52] Aut quaſi terribilis, ἀπὸ τῦ τρεῖν, id eſt, *timere*: aut [53] [a Tritone amne Boeotiae, aut a Tritonide palude Africae; juxta quam nata dicitur,] ſecundum Lucanum ix. 354. [54] *Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda.* [55] Sane *Tritonia* [56] Antonomaſivum eſt, id eſt, vice nominis ponitur: quia proprium eſt Minervae: nam epitheta ſunt, quae variis poſſunt, vel perſonis, vel rebus apponi. Et haec caute obſervanda ſunt, ſicut & propria nomina, quae plerumque ex appellativis ſunt, ut eſt *victor*, vel *foelix*.

172. Vix. Modo mox [57] [ſignificat.] [58] [Castris. Pro in caſtris. Simulacrum. Inter conſecratas res, id eſt, [59] aedes ſacras, etiam ſimulachra accipiunt, quod in Bucolicis vii. Ecl. 31. ſcriptum eſt. Hic ergo ipſo nomine *ſimulacri*, conſecrationem ejus oſtendit; quis enim ignorat Palladium ſimulachrum Minervae eſſe. [Quam autem ſacrum fuerit hinc docet, quod ait: *Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris: Vix poſitum caſtris ſimulacrum*: & reliqua; ut appareat [60] & loco motum, *vim* tamen conſecrationis habuiſſe. [Arsere. Subaudimus *Cum*, ut ſit, cum arſere. Coruscae. *Coruſcum* alias fulgens; alias tremulum eſt.

173. Luminibus flammae arrectis. Hypallage eſt: lumina enim arſere flammis.] Salsus sudor. [61] [Bene addidit *ſalſus*, ut ſignificaret laborem futurum, [vel certe] indicium commoti numinis fuiſſe dicitur:] ne forte [62] alter in ſimulacro quilibet humor intelligeretur. [63] [Probo ſane [64] [diſplicet *ſalſus ſudor*:] &] ſupervacue poſitum videtur. Hoc autem Ennius de Lamis dixit.

VARIORUM.

riae inventor. aliter *repertor* ſaepe Tacito. ut ii. Aen. 30. *repertor novi juris* lib. iv. 71. *flagitii* & 7. & 11. *facinorum.* vide Miſcell. Obſerv. T. viii. pag. 283. BURM.

165. Adgressi. *Egreſſi* Graevianus. *advellere* Menagianus alter ait, pro *abvellere.*

168. Ausi divae. *Sunt divae auſi* Venetus. & Parrhaſ. *divas* Menagianus prior. *virgineaſque auſi* Ed. Dan. Heinſii. *confringere vittas* Excerpta noſtra.

169. Ex illo. *Ex illo* Gudianus a manu ſecunda. *ſublata* Hamburgicus prior & pro diverſa lectione Zulichemius. ſed Nonius in *fluere* vindicat, *ſublapſa*: & i. Georg. 200. ubi eadem varietas, & pro *fluere ruere* dixit, quae verba confuſa ſaepe, ut in ſimili ſignificatu apud Liv. xxvii. 17. ubi videndus Gronovius, & Commentatores ad Vellej. Paterc. ii. 16. *fluere retro ac ſublapſa* Menagii. *& retro* Bigotii. & Voſſianus. BURM.

170. Aversa. *Adverſa* Gudianus, Menagianus alter, Montalbanius, Hamburgicus ſecundus & Zulichem.

49 tempore vel facto L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. ut & mox τὸ *nam.* 51 votum legitur in fragmentis incertis. 52 ait * q. inter nubila ἀπὸ τὸ * Σφοιτνέας i. timore aut Fuldenſ. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. 54 *et ſi* L. Voſ. R. ab *unda* deerat L. 55 hic ſequebatur in Dan. & Fabr. aut quaſi Terribilis &c. & Fabr. & al. addebant, *timere*, vel *fugere*, vel *Tritonia* per ἐτυμολογίας, quia cum ſit de ſapientia, in partes tres dividitur; in intelligentiam de tempore praeſenti, in providentiam de futuro, in memoriam de tempore praeterito. Sane &c. 56 Antonomaſium Voſ. Steph. Dan. 57 deeſt L. Voſ. R. Steph. 58 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *ſalſus* ℣. 173. 59 aedes aereas Dan. Fabr. 60 forte, etſi loco motum. 61 deſunt Dan. 62 aliter R. Fabr. Baſil. quilibet deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 64 deſunt Dan.

Digitized by Google

Sudor iit: terque ipſa ſolo (mirabile dictu)
Emicuit, parmamque ferens haſtamque trementem.
Extemplo tentanda fugâ canit aequora Calchas:
Nec poſſe Argolicis exſcindi Pergama telis;
Omina ni repetant Argis, numenque reducant,
Quod pelago & curvis ſecum avexere carinis.
Et nunc, quod patrias vento petiere Mycenas,
Arma deoſque parant comites, pelagoque remenſo

In-

SERVII.

175. EMICUIT. Exſiluit: quaſi quae conſiſtebat invita, [65] [locumque damnaret.] PARMAMQUE FERENS, HASTAMQUE TREMENTEM. His enim ſignis Palladium a caeteris diſcernebatur, quod ſupra dictum eſt.]

176. TENTANDA AEQUORA. Si vel fugere poſſent poſt iram Minervae.

178. ARGIS. Adverbium [66] in loco [67] eſt. Quod autem ait, *Omina ni repetant*, [68] reſpexit Romanorum morem: nam ſi egreſſi male pugnaſſent, revertebantur ad captanda rurſus auguria. [Item in conſtituendo tabernaculo, ſi primum vitio captum eſſet, ſecundum eligebatur; quod ſi & ſecundum vitio captum eſſet, ad primum reverti mos erat. Tabernacula autem eligebantur ad captanda auſpicia; ſed hoc ſervatum a ducibus Romanis, donec ab his in Italia pugnatum eſt, propter vicinitatem; poſtquam vero [69] imperium longius prolatum eſt, ne dux ab exercitu diutius abeſſet, ſi Romam ad renovanda auſpicia de longinquo reverriſſent, conſtitutum, ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia, in qua bellabatur, ad quem, ſi renovari opus eſſet auſpicia, Dux rediret.] [70] [NUMENQUE REDUCANT. *Numen* Minervam dixit.] [Aut pro Palladio poſuit *numen*, ut IV. 204. *Media inter numina divum*.] REDUCANT. [71] Placent, reconcilient.

179. [72] [QUOD. Id eſt, Palladium.]

180. [VENTO PETIERE MYCENAS. Hic oſtenditur illos navigaſſe.]

181. ARMA DEOSQUE PARANT COMITES. Ingenti arte de futuro ſollicitos [73] facit; [ut videatur periculum denunciando, ſecreta Argivorum prodere, quatenus praeſentem firmet ſecuritatem; ut eos faciat incautos.]

VARIORUM.

lichem. & Francianus, in quo hic verſus alia manu in margine adſcriptus erat. *aversa* tuetur Interpres Cruquianus Horatii Epod. x. BURM.

171. NEC DUBIIS. Neſcio an imitatus ſit Ciceronem qui II. Catil. cap. ult. *fretus multis & non dubiis Deorum immortalium ſignificationibus*. BURM.

173. ARRECTIS. *Arreptis* Zulichemius. de oculis ardentibus irâ ſatis egimus ad Valer. Flac. III. 216. BURM.

175. EMICUIT. Vid. ad Ovid. VI. Faſt. 423.

Ibid. TREMENTEM. *Frementem* Zulichemius.

177. EXSCINDI. *Excindi* Wallian. Leidenſis, Francianus, Parrhaſ. Edit. Juntin. & P. Danielis. *Excidi* Zulichemius.

179. AVEXERE. Ita Codices noſtri cum Pierianis nonnullis. bene. *adduxere* in uno Voſſiano. HEINS. *Avexere* retinendum. nimirum Palladium, quod ſecum avexere, reducere debent. Nam dum haec canit Calchas, nondum avectum erat Palladium, ſed in caſtris illa prodigia ediderat. ſed mentitur jam Sinon impoſitum navibus, & Graecos illud ſecum avexiſſe. BURM.

180. QUOD. *Quae* Menagii prior.

181. PARANT. *Parent* Parrhaſ.

182. AD-

65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 176. 66 in hoc loco R. 67 eſt, & reſpexit morem Romanum L. Voſ. R. Steph. al. 68 more Romano dixit Dan. videndi de hoc more Commentatores doctiſſimi ad Liv. VIII. XXX. 2. 69 miniſterium Fuld. 70 deſunt R. Voſ. L. Steph. al. 71 deeſt eiſdem. 72 deſunt eiſdem. 73 facit, ut praeſentem firmet ſecuritatem, iidem & Dan. & Fabr.

Inproviſi aderunt. Ita digerit omina Calchas.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine laeſo
Effigiem ſtatuere; nefas quae triſte piaret.
Hanc tamen inmenſam Calchas adtollere molem
Roboribus textis, coeloque educere juſſit:
Ne recipi portis, aut duci in moenia poſſit;
Neu populum antiqua ſub religione tueri.
Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Minervae,

Tum

SERVII.

182. IMPROVISI ADERUNT. Sicut & factum eſt. [Et artificioſe: neque enim mentitur & tamen decipit: nam verum metum falſo metu abegit, [74] & dum reverſuros timent, non timent, ne non abierint.] DIGERIT OMNIA. Interpretatur numinis commotionem: [75] [vel futuri ordinem pandit, id eſt, oraculorum; vel ordinat, & diſponit.]

183. [HANC PRO PALLADIO MONITI, PRO NUMINE LAESO. Reſpondet ad interrogationem: *Quo molem hanc immanis equi ſtatuere.*]

184. NEFAS QUAE TRISTE PIARET. Contaminati Palladii ſcilicet. *Piaret* [76] autem, expiaret.

185. [IMMENSAM CALCHAS ATTOL. Hoc eſt, *Quis auctor, quae machina belli.*]

187. [NE RECIPI PORTIS, AUT DUCI IN MOENIA POSSIT. Cum equi magnitudo neceſſaria ad recipiendos milites fuerit, inducendi equi deſperationem facit, ut magis injiciat cupiditatem inducendi.]

188. ANTIQUA SUB RELLIGIONE. [Id eſt, loco Palladii, ſecundum antiquam religionem:] [77] [id eſt, ſub] favore priſtino [tutelam colenti populo praeſtare. Conſtat enim apud Trojanos principe loco Minervam cultam.]

189. NAM SI VESTRA MANUS. Quia occurrebat, exurendum eſſe equum, ſi intro ferri, vel prodeſſe non poterat. [VIOLASSET. Pro violaverit.] [78] [DONA MINERVAE. Quae Minervae data ſunt.] [Et minatur occulte, ne quis equum tentare audeat.]

VARIORUM.

182. ADERUNT. *Aderant* Medic. a m. pr.

Ibid. OMNIA. *Omina* conſtanter meliora exemplaria. ut paullo ante ℣. 178. HEINS. Ubi *numina ui repetant* Zulich. pro varia lectione, quod ex interpretatione, & ſequitur *numen.* nam ad auſpicia repetenda referri debet. ita *Divos* vocat auſpicium quod Auguſtus ducibus praebebat Ovid. II. Triſt. 173. & *Divos* Horat. IV. Od. 14. & nota haec vulgo. BURM.

183. PRO PALLADIO. Jovi Olympio fuiſſe ſacratum hunc equum narrat Scholiaſtes Euripidis ad Hecub. 935. Tryphiodorus Marti conſecratum fingit. BURM.

Ibid. LAESO. *Rapto* Oudartii pro varia lectione, ſed lib. I. 8. *quo numine laeſo. & pro numine* Rottend. tert. BURM.

185. HANC TAMEN IMMENSAM. In vetuſto, *Hanc adeo immenſam.* FABRIC. Sed *tamen* hic idem valet, quod *autem.* vid. ad IV. Aen. 329. ſic apud Jul. Caeſ. de Bell. Civil. I. 64. *pauci vi fluminis abrepti ab equitatu excipiuntur ac ſublevantur. nemo tamen interiit.* ubi non opus reſcribere cum Davilio, *nemo autem.* imitatus vero haec videtur Senec. Agamem. 626. *Vidimus ſimulata dona molis immenſae.* BURM.

187. NE RECIPI. *Neu* Priſcianus lib. XVII. idem, *teneri* pro *tueri*; mendoſe. ſed *neu* cum Schefferiano & Hamburg. alter. mox idem, *Tum magnum excidium*, non *exitium*, & *in moenia poſſet*, pro *poſſit.* praeterea Gudianus & alii duo cum tertio Rottendorphio. HEINS. *Neu* Francianus. *ne recipi in portis* ſecundus Moreti: *nec duci* primus ejusdem. in *ne*, & *neu* hoc & ſeq. verſu variant

74 ut, dum r. t. non timeant legit Gronovius ad Liv. I. LIII. 7. Fuldenſis vero, &, d. r. t. non timeant * ſic non abegerint. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 188. 76 autem, cum violaret, pro violaverit? Dan. Fabr. 77 deſunt L. Voſ. R. aliis deeſt, *id eſt.* 78 deſunt iisdem.

Tum magnum exitium (quod Di prius omen in ipſum
Convertant) Priami imperio Phrygibuſque futurum.
Sin manibus veſtris veſtram adſcendiſſet in urbem;
Ultro Aſiam magno Pelopea ad moenia bello
Venturam, & noſtros ea fata manere nepotes.
Talibus inſidiis perjurique arte Sinonis
Credita res, captique dolis lacrimiſque coactis,

Quos

SERVII.

190. [QUOD DII PRIUS OMEN IN IPSUM. Adeo ſe oſtendit favere Trojanis, ut nomen etiam Graecorum [79] exueretur. IPSUM autem, Calchantem accipimus: nam quaſi Trojanus [80] deteſtatur, quae in illos ominoſe dicta ſunt.]

192. ASCENDISSET. Pro aſcenderit, ut inf. 237. *Scandit fatalis machina muros.*

193. [81] [ULTRO. Statim, mox.] ASIAM. Aſiaticos, ut x. 365. [*Latio dare terga ſequaci:* nam &] paulo poſt: *Urbem ſepultam*, pro civibus poſuit. PELOPEIA. Argiva, a Pelope: [82] [unde & Peloponneſus.] NOSTROS NEPOTES. [83] [Utique Graecos poſteros: vel] diaſyrtice: nam jam quaſi Trojanus loquitur.

195. [TALIBUS INSIDIIS. Bene inſidiis, ut oſtendat non ſe virtute, ſed inſidiis eſſe ſuperatos: nam ideo ſubjecit: *Quos neque Tydides, nec Lariſſaeus Achilles, Non anni, &c.*] PERJURI. [84] [Quia dixit: *Vos aeterni ignes: & perjuri*] in verbo *r* non habet: [85] nam *pejero* dicimus, [corrupta natura [86] praepoſitionis, quae res facit errorem; ut aliqui male dicant [87] *pejurus*, vel *pejuro*.]

196. CREDITA RES. Aut fides habita: aut commiſſa Reſpublica. CAPTIQUE DOLIS. [88] [Sicut dictum eſt, virtuti non cedit.] Dolis dicit Trojam eſſe ſuperatam; non quod Trojanis victos eſſe turpe non fuerit; ſed quod Graecis turpius viciſſe per dolos. COACTIS. [89] [Id eſt, expreſſis,] ut [90] Terentius Eun. I. I. 22. [*Una mehercle falſa lacrymula,*] *quam oculos terendo miſere, vix vi expreſſerit.*

VARIORUM.

riant ſcripti. quidam etiam, *nec populum.* BURM.

188. ANTIQUA. Ab Athenienſibus tradita explicat Servius ad lib. III. 281. ſed male. *Antiqua* eſt, ut fuit olim, antequam rapta eſſet. vid. ad Val. Flac. VIII. 8. ſic inf. IV. 458. *antiquus conjux*, eſt prior. & 633. *antiqua patria.* vid. Serv. ad IV. Aen. 458. BURM.

190. EXITIUM. *Excidium* alter Hamburg. & Voſſian. *convertent* Pugetian.

191. PHRYGIBUSQUE. *Frugibuſque* Menagianus alter. *Phrygiis* Hamburgicus prior. vid. Drakenb. ad Sil. VIII. 243. BURM.

192. MANIBUS. *Veſtris, manibus veſtram.* Parrh. & Venetus.

193. PELOPEIA. *Pelopea* cum Mediceo. *Pelopeïa* quinque Syllabarum eſt. *Pelopea* agnoſcit etiam Scholiaſtes Statii Theb. I. 117. qui tamen male *venturos.* HEINS. *Ad Pelopeia* ſecundus Hamburgicus. vid. ad lib. I. 201. Lucan. VII. 778. ita *Rhaeteus* & *Rhaeteïus* in ſcriptis. v. lib. VI. 505. ita *Perſeus* pro *Perſeïus* Stat. I. Theb. 225. ubi vid. Lutat. *magnam* etiam primus Hamb. mox: *& veſtros* Bigotianus. *in noſtros* Wittian. verſus ỹ. 194. deerat alteri Hamburgico. BURM.

196. LACRIMISQUE COACTIS. Ita Mediceus & Mentelianus uterque, duo Menagiani, Siniſterianus, Rottend. duo, tres Moreti; Donatus & Servius quoque pro hac lectione ſtant, cum in ſuis omnibus *coacti* exſtare Pierius adſeveret, quod & Nonius agnoſcit in *capi.* ſed Donatus ad Terent. Eun. I. I. *lacrymis coactis* probe expreſſit. *unam la-*

79 forte, *execraretur.* 80 teſtatur Fuld. 81 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 82 deſunt eisdem. 83 deſunt eisdem. Utique G. p. an dialyrtice, quaſi Trojanus loquitur Dan. vel *διασυρτικῶς*, quaſi T. l. Fabric. 84 deſunt eisdem. 85 nam *pejero* vel *pejerant* dicimus, reliquis omiſſis Steph. 86 Praepoſitio, quae recipit errorem, ut &c. Dan. 87 *pejurus, perjuro, perjurant* L. *Pejurus*, ut *pejuro* vel *pejurant* Voſ. R. ſed Fabr. al. tantum habent, dicant *pejurus.* Dan. *pejuros.* 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. 89 deſunt Voſ. R. Steph. 90 Terentius, *quam oculos terendo vix expreſſerit* L. Voſ. R. *q. o. t. miſere vix vi ex.* Steph. Dan.

Quos neque Tydides, nec Lariſſaeus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinae.
Hîc aliud majus miſeris multoque tremendum
Objicitur magis, atque inprovida pectora turbat.
Laocoon, ductus Neptuno ſorte ſacerdos,
Sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras.

Ecce

SERVII.

197. [QUOS NEQUE TYDIDES, NEC LARISSAEUS ACHILLES. Bene utrique honorem virtutis dat, a quibus victus eſt.] LARISSAEUS ACHILLES. A vicinitate: nam Phthius fuit; utraque tamen Theſſaliae civitas eſt. [91] [*Lariſſa* autem a Nympha *Lariſſa* eſt appellata,] [92] [ex qua Neptunus creavit * Pelago & Phthion. Achillem autem, Homerum ſecutus, Phthiatem non dicit, quem perhibent peregrinantem apud Phthiam, quod nullius eſſet humanitate ſuſceptus, tali ſilentio inhoſpitalem damnaſſe civitatem.]

199. HIC. Tunc. MAJUS MISERIS MULTOQUE. [Frequentavit M, ut v. 866. *Et ſale ſaxa ſonabant.* Et III. 183. *Caſus Caſſandra canebat:* nam apud veteres a ſimilibus incipere vitioſum non erat. Et notandum, quia, ut ſupra diximus, [93] agit ne videatur vel Troja ceſſiſſe viribus: vel Aeneas voluntate fugiſſe. [94] Hac autem re oſtendit, ex accidentibus dolos Graecorum eſſe firmatos. [Cum dicit etiam deos adverſum Trojam feciſſe.]

201. LAOCOON DUCTUS NEPTUNO. Ut Euphorion dicit, poſt adventum Graecorum ſacerdos Neptuni lapidibus occiſus eſt: [95] quia ſacrificiis, eorum non vetavit adventum. Poſtea abſcedentibus Graecis, cum vellent ſacrificare Neptuno, Laocoon, Thymbraei Apollinis ſacerdos ſorte ductus eſt; ut ſolet fieri, cum deeſt ſacerdos certus. Hic piaculum commiſerat ante ſimulachrum numinis cum [96] [Antiopa ſua] uxore coëundo. Et ob hoc immiſſis draconibus, cum ſuis filiis interemptus eſt. Hiſtoria quidem hoc habet; ſed Poëta interpretatur ad Trojanorum excuſationem, [97] [qui hoc ignorantes decepti ſunt. [Alii dicunt, quod poſt contemptum ſemel a Laomedonte Neptunum, certus ejus Sacerdos apud Trojam non fuit, unde putatur Neptunus etiam inimicus fuiſſe Trojanis, & [98] quod illi meruerint, in Sacerdote monſtrare; quod ipſe alibi oſtendit, dicens v. 810. *Cuperem cum vertere ab imo Structa meis manibus perjurae moenia Trojae.*] Quod autem ad arcem ierunt ſerpentes; vel ad templum Minervae; aut quod & ipſa inimica Trojanis fuit; aut ſignum fuit periturae civitatis. [Sane Bachilides de Laocoonte & uxore ejus, vel de ſerpentibus a [99] Calydnis inſulis venientibus atque in homines converſis dicit.] SORTE DUCTUS. Sic Saluſtius fragm. incert. [1] *Sorte ductos fuſti necat.*

202. SOLENNES ARAS. Anniverſario ſacrificio religioſas. Dicimus autem & *ſacrificium ſolenne*, & *aras ſolemnes*, ut, *apricum*, & hominem & locum, ut: *Aprici meminiſſe ſenes*, Perſius v. Sat. 179. Contra Horatius I. Od. 8. *Cur apricum oderit campum.* [Quidam dicunt, quod continuo quinquennio ſacrum eidem deo quotannis fuerit reſtauratum, ſolemne dici, ſive publicum fuerit, ſive privatum.] TAURUM INGENTEM. Non praeter rationem eſt hoc loco *ingentem:* alibi III. Ecl. 81. *Jam cornu petat.* In victimis enim iſta requiruntur, ut certis numinibus certae aetatis animalia ma-

91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. vocata Dan. Fabr. reliqua ſunt ex Fuld. quae vero de Phthia dicit vix puto Virgilium reſpexiſſe, quum Phthiam patriam Achillis indicet lib. I. Aen. 284. & ipſe Homerus ſaepe Phthiae, ut patriae Achillis, cum honore mentionem facit. ut H. A. 155. I. 363. & paſſim. Phthia vero filia Neptuni & Lariſſae etiam dicitur a Stephano in ẟλία. & ab Apollonii Scholiaſte ad lib. II. 500. dicitur Cyrenes ſoror, quae erat Apollinis: quis vero ille ſit Pelago, neſcio. Pelagon inter procos Hippodamiae recenſetur a Schol. Pindari ad Od. Ol. I. 127. ut legendum eſſet *Pelagonta & Phthian.* ſed nihil certi ſtatuere licet. BURM. 92 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 93 ait Voſ. 94 hanc a. rem Steph. Dan. Fabr. al. 95 quare non ſacrificiis L. quia non pro ſacrificiis Voſ. quia non ſacrif. R. q. i. e. non praedixit adv. Baſil. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad SORTE. 98 quod * ille meruerit Fuld. 99 Chalidonis Fuld. Caledonis Commel. 1 *ſorte ductus furta negat* L. *ſ. ductus furti negat* Voſ. R. *ſorte ductus furti negati* Baſil.

Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta,
(Horreſco referens) inmenſis orbibus angues

205 In-

SERVII.

mactentur. [MACTABAT. Scilicet, ut[2] Graecis mala naufragio provenirent. Quid autem ſit *mactare* in quarto libro ỷ. 57. innuimus: [3] *Mactat lectas de more bidentes.* Sane ſciendum, rite Neptuno & Apollini tauros immolandos: nam Jovi non licere, ideo & in III. libro 21. prodigium dicit ſecutum.]

203. [ECCE AUTEM. Cum ex improviſo vult aliquid oſtendere, *ecce* ponit, ut inf. 318. *Ecce autem, telis Panthus.* Sicut Cicero v. Verr. 34. *Ecce autem repente ebrio Cleomene eſurientibus caeteris.*] GEMINI. [3] Duo, & ſimiles. *Gemini* autem proprie ſunt fratres ſimul nati. [4] [A TENEDO. Ideo; quod ſignificarent naves inde venturas. TRANQUILLA PER ALTA, Abſolute dixit.]

204. HORRESCO REFERENS. Etiam referens, [quod tum vidiſſem.] IMMENSIS ORBIBUS. Pro, immenſorum orbium. ANGUES. *Angues*, aquarum ſunt: *Serpentes* terrarum: *Dracones* templorum, [5] ut hoc indicat loco. *Angues tranquilla per alta.* Paulo poſt in terra: *Serpens amplexus.* Item: *Delubra ad ſumma dracones.* Sed haec ſignificatio plerumque confunditur. [Horum ſane draconum nomina, Sophocles in Laocoonte dicit.

VARIORUM.

lacrimulam oculos terendo miſera vix vi expreſſerit. Juvenalis Sat. XIV. 131.

Nemo dolorem
Fingit in hoc caſu, veſtem deducere ſummam
Contentus, vexare oculos humore coacto.
Ploratur lacrimis amiſſa pecunia veris.

Tale & aliis Naſonis II. Epiſt. XI.

Credidimus lacrimis, an & hae ſimulare docentur?
Hae quoque habent artes, quoque jubentur, eunt.

Paullinus de vita Martini lib. II. appoſite:

Donec compoſitis verbis, lacrimiſque coactis
Vicerunt nimium mendacia juſta rigorem.

&

Tunc demum extorti gemitus, lacrimaeque coactae.

Ovid. VI. Met. 628.

Invitique oculi lacrimis madere coactis.

& I. Amor. VIII. 83. *diſcunt oculi lacrimare coacti.* lib. IV. 798. *fortis virtute coacta.* III. 323. *gladii coacti.* Senec. Oedyp. 528. *coacta verba.* Troad. 871. *ſcelus coactum.* Stat. V. Theb. 474. *Thalami monumenta coacti.* HEINS. *Coactis* etiam Reg. Parrhaſ. & Francian. a m. pr. deleta litera *s* a m. ſec. ut & eraſa erat in Leidenſi uno. quare miror Catroeum tam confidenter adſeverare *coactis* in nullo codice exſtare; ſed ille ſolis Pierii notis ſemper fere adquievit. BURM.

198. MILLE CARINAE. Variant ſcriptores de numero navium Graecorum. ex Homeri tamen Catalogo CIↃCLXXXVI. fuiſſe colligitur; quod Iſaaci Tzetzae teſtimonio confirmatur: is enim in ſuis ad Lycophronem ỷ. 210. commentariis ita ſcribit. Ἦσαν γὰρ αἱ πᾶσαι νῆες τῶν Ἑλλήνων α. ρ. π. ς. Hygini vero locus in fab. XCVII. mancus eſt, nec ſine ope veteris codicis ſanari poteſt. URSIN. Vide ibi Muncker. in fine fabulae.

199. HIC ALIUD. Donatus, *Huc aliud.* FABRIC. Senec. Oed. 18.

Eſt majus aliud patre mactato nefas.

ubi ex Florentino, *aliquod* Gronov. quod confirmari poſſet ejuſdem Senecae illis ex Troad. 427. *Exoritur aliquod majus e magno malum.* ſicut & ibi forte *aliud* poſſet reſcribi, ex uſitata quaſi formula, *aliud ex alio.* ut *aliud ex alio malum* apud Terent. V. VI. 17. & ſaepe alibi. *miſeris majus* prior Hamburgicus, *timendum* idem. vulgata eſt apud Nonium. in *tremere.* BURM.

200. OBJICITUR MAGIS. *Objicitur monſtrum* Bigotianus. *ac inprovida* Leidenſis unus.

201. NEPTUNO. *Neptuni* Bigotianus, & a manu prima Hugenianus, a ſecunda Hamburgenſis prior. ſed nihil muto. ita apud Juſtin. XVIII. 4. *ſacris Herculis, cui ſacerdos Acerbas fuerat, repetitis* Mſſ. vulgo *cujus. forte* Ed. Venet. BURM.

202. SOLLEMNIS. Aras aeque ſollemnes dici ac ſacrificium dicit Servius: & ita *ſollemnem circum* poſſemus tueri apud Ovidium V. Faſt. 597. BURM.

Ibid. INGENTEM. *Immenſum* ſecundus Hamburgenſis.

302. GE-

2 *mactant* legendum. 3 aut ſimiles Horat. I. Ep. X. 3. *ad caetera pene gemelli* Fabric. aut ſimiles etiam al. vid. ad I. Aen. 162. & inf. 415. & alibi. 4 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 5 ut in hoc R. L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al.

Incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus adrecta, jubaeque
Sanguineae exſuperant undas: pars cetera pontum

Pone

SERVII.

205. PELAGO. Per pelagus.

206. JUBAE. Aut criſtae, aut barbae. [6] [*Jubae* autem proprie equorum ſunt.] [Plautus in Amphitruone v. I. 56. *Angues jubati.*] SANGUINEAE. Sanguinei coloris.

VARIORUM.

203. GEMINI. *Geminae* in primo Moretano; & ſane *angues* foeminino nonnumquam genere poni pluribus demonſtravi ad Naſonem lib. IV. Metam. 494. vid. & annotata ad lib. VIII. Aeneid. 289. HEINS. Inf. 379. ſed *gemini* agnoſcit Donatus ad Terent. Phorm. II. I. 34. & ad Adelph. IV. VII. 4. vid. Miſcel. Obſerv. Vol. V. pag. 200. *A Tenedo gemini* Hamburgicus prior. BURM.

205. INCUMBUNT. *Incumbent* Mentelianus.

206. ARRECTA. *Erecta* primus Hamburgenſis & Bigotii.

207. EXSUPERANT. *Superant* in noſtris omnibus, ſi unum recentioris notae Venetum excipimus, ut & in multis Pierianis. quod ab illo damnatur tanquam minus ſonorum. atqui infr. ꝟ. 303. habemus,

Summi faſtigia tecti
Aſcenſu ſupero.

cum & illic *exſupero* potuerit reponi. quamquam & alterum verbum in Marone paſſim occurrit. In nonnullis ejuſdem Pierii *ſuperant undis*, quod elegantiae multum prae ſe fert lib. XI. 514.

Ipſe ardua montis
Per deſerta jugo ſuperans adventat in urbem.

ubi *properans* male legebatur infra 643. *captae ſuperavimus urbi.* ſic lib. I. 747. *geminare plauſu* pro *plauſum* reſtituimus ex vetuſtis membranis, ubi plura, & lib. IV. Georg. 191. paullo poſt hoc libro 208. *ſinuantque immenſa volumine terga.* ita quippe Mentelianus prior, aliique complures, pari elegantia, non *ſinuatque*, ſive id ad *angues*, ſive ad anguium *terga* referas. ut *ſinuant* pro *ſinuantur*, dixerit. in Menteliano addita gloſſa *curvant.* in Montalbanio, *faciunt* lib. V. 279. *pexantem nodis* ſcripti codices, non *nodos* infra hoc libro 228.

Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
Inſinuat pavor.

pro ſe *inſinuat*, vel *inſinuatur.* & mox, *accingunt omnes operi.* paullo ante ꝟ. 331. *Et lateri agglomerant noſtro.* lib. I. 104. *tum prora avertit*, pro *avertitur*, quae & illius loci vera ſcriptura libro III. 607. *genibuſque volutans Haerebat*, id eſt volutatus lib. VI. 351. *Praecipitans traxi* lib. VIII. 212. in optimis membranis legitur,

Quaerenti nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant.

hoc eſt *ferebantur*, ſe *ferebant* cum in vulgatis exemplaribus circumferatur, *quaerentem* Georg. III. 432. ex optimis membranis:

Poſtquam exuſta palus, terraeque ardore dehiſcunt
Extulit in ſiccum.

ſe extulit in vulgatis eſt, *exſilit*, vel *exiit.* lib. IV. Aen. 196. ex optimo codice:

Protinus ad regem curſu detorquet Iarban.

Lib. V. 741.

Quo deinde fugis, quo proripis, inquit.

id eſt, quo te proripis. libro VII. 112.

Ut vertere morſu
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.

pro morſu verti. ſic & illic codex vetuſtiſſimus. lib. IX. 362.

—— Hoſpitio cum jungeret abſens
Caedicius.

pro ſe jungeret libro IX. 773. ex ſcriptis & Macrobio, *clypeoque micantia fulmina mittunt*, pro mittuntur. Hoc ipſo libro, initio,

Et jam nox humida caelo
Praecipitat.

pro praecipitatur. ita frequentiſſime illo verbo uſus eſt Noſter Aeneid. VII. 27. *Cum venti poſuere*, quomodo cum Naſone Statius quoque locutus eſt. & Noſter ipſe de Zephyris. Adeatur Voſſius lib. III. de Analogia cap. 3. ubi ſimiles loquendi modos complures ex optimis ſcriptoribus collegit. Noſter lib. X. 239.

Medias illis opponere turmas,
Ne caſtris jungant, certa eſt ſententia Turno.

ne caſtris ſe conjungant, ne caſtris jungantur. lib. X. 857.

[6] deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Pone legit, ſinuantque inmenſa volumine terga.
Fit ſonitus, ſpumante ſalo: jamque arva tenebant,
Ardentiſque oculos ſuffecti ſanguine & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus viſu exſangues. Illi agmine certo
Laocoonta petunt: & primum parva duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus uterque
Inplicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.

Poſt

SERVII.

208. [7] [PONE. Poſt: ſemper in loco, nunquam in tempore.] LEGIT. Tranſit, ut III. 292. *Littoraque Epiri legimus.* SINUAT. Curvat, flectit in ſinus: [8] [ut a *fluctu fluctuat*: ſic in Georg. III. 192. *Sinuatque alterna volumina crurum.*]

209. [FIT SONITUS. Ut oſtenderet ſerpentum magnitudinem, quorum in lapſu fluctus movebantur; quia ait, *tranquilla per alta.*] SALO. Dicimus & *ſalum*, unde eſt *ſalo*: & *ſal ſalis*, [9] [ut I. 35. *Spumas ſalis aere ruebant*: Item I. 173.] *Et ſale tabentes artus* [10] [*in littore ponunt.*] JAMQUE ARVA TENEBANT. [11] [Hic *arva* pro littora poſuit: nam *arva* ſunt, quae Graecis ἄρουρα ſunt dicta: & bene, celeritas demonſtrata eſt.]

210. SUFFECTI. Pro infecti; ut *connixa* I. Ecl. 15. pro *enixa*; [vel certe inferiorem oculorum partem habentes infectam:] & eſt figura, *oculos ſuffecti*: [12] [id eſt, ſuffecti oculi, & ſuffuſos oculos habentes.]

211. SIBILA. Id eſt, ſibilantia: nam participium eſt; cum enim nomen eſt, *ſibilus* dicimus, ut V. Ecl. 82. *Nam neque me tantum venientis ſibilus Auſtri.* VIBRANTIBUS. Mobilibus: quia nullum animal tanta celeritate linguam movet; adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una ſit. [Hos dracones Lyſimachus, [13] Porcen & Chariboeam dicit: filios vero Laocoontis, Ethronem & Melanthum Theſſandrus dicit.]

212. DIFFUGIMUS VISU. [14] Qualis vindicta in eos fuit, ut etiam pater prius liberis ſupplicia haec inferri praevideret? major enim poena eſt in viſione, quam in patientia. [15] [EXSANGUES. Timentes: nam ideo timentes palleſcunt, quia ante exſangues fiunt. AGMINE CERTO. Itinere, impetu, ut inf. 782. *Leni fluit agmine Tybris*: vel tractu corporis, ut III. Georg. 423. *Extremaeque agmine caudae.*

213. [LAOCOONTA. Etſi a filiis ejus incipiunt, *Laocoonta petunt.*]

215. [IMPLICAT. Hoc ad mollitiem infantum corporis dixit.] DEPASCITUR. Ut diximus ſupra I. Aen. 194. & *paſco & paſcor* unius ſignificationis ſunt, ut III. Georg. 458. *Atque artus depaſcitur arida febris.*

VARIORUM.

X. 857. *quamvis alto vix vulnere tardat*, pro tardatur. Val. Flac. II. initio.

Neque enim patrios cognoſcere caſus
Juno ſinit, mediis ardens ne flectat ab undis.

ſubintellige curſum, vel ratem. HEINS. Mox ℣. 219. iterum *ſuperant.* ut & hic Parrhaſ. & Francianus, qui & *ſinuantque. ſuperant* & *ſinuat* Regius, & Wittian. *ſuperant* etiam editiones primae. vid. ſupr. ad ℣. 32. *pone ſecat* Zulich. a m. ſec. BURM.

209. SALO. *Solo* alter Menagii.

210. SUFFECTI. Vel *infecti* Zulichemius. *igne* alii multi. vid. ad Valer. Fl. I. 821.

212. Ex-

7 deſunt eiſdem. 8 deſunt eiſdem. 9 deſunt Fuldenſi. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. *tabeſcentes* etiam Voſ. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. & contra, *Litus* pro arvis. vid. ad IV. Aen. 212. & alibi. 12 deſunt eiſdem. 13 Coriſin & Periboeam Fuldenſ. 14 haec in Fabr. ſed a Baſil. aſteriſco notata, &, ut etiam aliter prius poſteris Supplicia haec providiſſent. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 215. DEPASCITUR.

Poſt ipſum, auxilio ſubeuntem ac tela ferentem,
Corripiunt, ſpiriſque ligant ingentibus: & jam
Bis medium amplexi, bis collo ſquamea circum
Terga dati, ſuperant capite & cervicibus altis.
Ille ſimul manibus tendit divellere nodos,
Perfuſus ſanie vittas atroque veneno:
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit
Qualis mugitus, fugit quum ſaucius aram

Tau-

SERVII.

216. [16] [POST IPSUM AUXILIO SUBEUNTEM. Quomodo ſe miſit filios liberare, qui talem vim conſpiciebat? ſed ne parricida duceretur, qui filios non liberarit, auxilio ſubit.]

217. SPIRIS. Nodis: unde etiam baſes columnarum, [17] *ſpirula* dicunt: nam proprie [18] *ſpirae* ſunt volubilitas funium. [19] [Inde & poſteriora ſerpentium, *ſpirae* dicuntur, quae ſic involvuntur in gyrum, ut funes.]

218. SQUAMEA. Pro ſquamoſa, ut *frondea* pro *frondoſa* I. Aen. 191. & eſt figuratum: *Squamea terga collo circumdati*.

220. [20] [SIMUL. Modo adverbium temporis eſt: ſignificat enim eo tempore. Et eſt ordo: *Simul manibus tendit divellere nodos*: [21] [*Simul clamores horrendos ad ſydera tollit, Perfuſus ſanie vittas, atroque veneno.*] [Et vide, genus mortis totum ad ſupplicium procuratum.] TENDIT. Contendit.

221. PERFUSUS VITTAS. Perfuſas vittas habens: & eſt interpoſitus verſus: nam poteſt tolli ſalvo ſenſu. [SANIE. Pro ſanguine: nam *ſanies* corruptus eſt ſanguis.] ATROQUE VENENO. Ut *pallida mors*: vel III. Georg. 67. *triſtis ſenectus*.

223. QUALES [22] MUGITUS TOLLIT. Facta autem comparatio eſt propter ſacerdotis perſonam.

VARIORUM.

212. EXSANGUES. *Exanimes* Oudartii. *agmine cepto* primus Moreti a manu prima. *agmine facto* Hugenianus, Hamburgicus prior, & Menagianus alter. *ex agmine* Sprotian. *agmine facto* quidam etiam apud Serv. ad I. Aen. 82. ut Stat. I. 356.

214. AMPLEXUS. *Complexus* Moreti Fragmentum. HEINS. *Conplexus* Hamb. pr. *jam amplexus* Rottend. pr. vid. & inf. ℣. 253.

215. ET MISEROS. Vir doctus in Obſervat. Miſcel. Critic. T. I. pag. 29. & IV. pag. 29. quia Servius τὸ *implicat* ad mollitiem corporis refert, corrigebat, *teneros m. d. artus*. ſed praeterquam, quod nota Servii ſuſpecta ſit, an non *miſeri* ſatis dici poſſunt, ita a ſerpente impliciti & depaſti? ipſum etiam patrem corripiunt & ligant, cujus artus certe teneri dici non poſſunt. quare *depaſcitur* potius eo eſſet referendum, quia tenera puerorum membra magis appetiiſſe videntur. ſed haec nimis arguta, & ſine ulla ſcriptorum librorum auctoritate. quum Poëta variaverit modo verbis aliis ſerpentis utriuſque impetum. BURM.

216. AUXILIO. *Auxilium* Moret. ſec. & Hugenianus. *& tela* Bigot. & Hug. *tela parantem* fragm. Moreti, & Sprotianus.

217. BIS COLLO. *Collo bis* alter Menag.

219. ET CERVICIBUS. *Et crinibus* Voſſian.

220. DIVELLERE. *Devellere* Mentelianus prior, & Moreti primus.

221. PERFUSUS. *Perfuſas* tertius Mentelianus, Re-

16 & haec nota deeſt L. Voſ. R. Steph. ſed in Fabr. & Baſil. legitur, ſed etiam aſteriſco in hac notata. corruptum autem. *ſe miſit*. forte *quomodo auſus fuit*, vel, *q. ſibi promiſit*, vel ſimile quid. ultima, auxilio ſubit, deſunt Baſil. 17 *ſpirulas* dicunt R. Fab. al. *ſpirulas* dicimus L. *ſpirulae* dicuntur Voſ. Steph. vitioſe *ſpiculae* Dan. unde in Theſauro Fabri, neſcio an a Buchnero, emendatur *ſpirulae*, quod veteres editiones docere potuiſſent. 18 *ſpira* eſt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 19 deſunt L. Voſ. R. Steph. 20 deeſt tota nota L. Voſ. R. Steph. ſed Dan. & Fabr. habent uſque ad, *ſimul clamores*, &, TENDIT. contendit. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 22 MUGITUS. id eſt *tollit*. Facta &c. L. Voſ. R. Fabr. al.

Taurus, & incertam excuſſit cervice ſecurim.
At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt, ſaevaeque petunt Tritonidis arcem:
Sub pedibuſque deae, clipeique ſub orbe teguntur.
Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis

Inſi-

SERVII.

224. INCERTAM. [23] Dubie inliſam: quae non heberet mortis effectum: [24] [inde & *excuſſit*.]

225. LAPSU. *Labi* proprie ſerpentum eſt. DELUBRA. *Delubrum* dicitur, quod uno tecto plura complectitur numina: quia uno tecto [25] diluitur: [26] ut eſt Capitolium, [27] in quo Minerva, Jupiter, Juno, [28] [ſunt σύνναοι.] Alii, [29] [ut Cincius,] dicunt *delubrum* eſſe locum ante templum, ubi aqua currit, a diluendo. Eſt autem ſynecdoche, hoc eſt, a parte totum. [Varro autem Rerum divinarum lib. XXVII. *Delubrum* eſſe dicit, aut ubi plura numina ſub uno tecto ſunt, ut Capitolium: aut ubi praeter aedem area ſit adſumpta deûm cauſa, ut in circo Flaminio Jovi Statori: aut in quo loco dei dicatum ſit ſimulachrum: ut, in quo figunt candelam, *candelabrum* appellant, ſic in quo deum ponant, *delubrum* dicant. Ergo hic, cum dicit, *delubra ad ſumma dracones*, ut eſſet manifeſtatum, ſubtexuit, *dei ſimulachrum*: adjecit enim: *Saevaeque petunt Tritonidis arcem:* nec praetermiſit, quin dei nomen adderet, dicens: *Sub pedibuſque deae clypeique ſub orbe teguntur;* ne ſine ratione *delubri* nomen intuliſſe videretur. Maſſurius Sabinus: *Delubrum, effigies, a delibratione corticis: nam antiqui felicium arborum ramos, cortice detracto, in effigies deorum formabant: unde Graeci ξόανα* dicunt. Alii *delubrum* dicunt templum, ab eo, quod nulli junctum aedificio pluvia diluatur.]

226. SAEVAEQUE. Fortis aut nobilis; [aut ad tempus epitheton additum; aut *ſaeva* circa Trojanos.]

227. SUB PEDIBUSQUE DEAE. Scilicet majoris ſimulachri, quod a cunctis videtur: nam quod colitur, & breve eſt & latet: ſicut *Palladium* fuerat. [Non ergo contrarium eſt, quod poſt raptum Palladium intulit *deae*. Sane hoc loco, *ſub*, particulam, ſecundo repetendo, utrique caſui junxit; accuſativo, cum [30] proprie ſignificavit, ut ſit: *prope pedes deae*, &, *ſub orbe clypei teguntur*, ablativo, id eſt, infra orbem, ut III. Georg. 416. *Saepe ſub immotis praeſepibus*.] CLYPEIQUE SUB ORBE. [31] Ut maxima pars in ſpiram collecta ante pedes ſit; colla vero cum capitibus erectis poſt clypeum: id eſt, inter ſcutum & ſimulacrum deae latebant: ut eſt in templo urbis Romae.

228. NOVUS. [32] Aut magnus, ut III. Ecl. 86. *Pollio & ipſe facit nova carmina:* [aut repentinus, aut novi generis, id eſt, qualis nunquam antea. CUNCTIS. Quia ante interemptum Laocoonta dixit timuiſſe; niſi eos, qui viderant angues, poſt ejus interitum cunctos dixit, qui Sacerdotem extinctum cognoviſſent.]

VARIORUM.

Regius, & Excerpta noſtra. *ſaniae* Gudianus & Voſſian.

223. QUALES MUGITUS. *Qualis*, pro *quales* apud Nonium, Donatum de Arte Gramm. Diomeden & Bedam de tropis S. Scripturae. vulgatum tamen Cariſius amplectitur. ſed *qualis* ſcripſi potiores, altero Menteliano excepto. *mugitus veluti* apud Macrobium Saturn. II. 5. ſed idem lib. VI. cap. 13. *Qualis mugitus*. HEINS. *Qualis* Vratiſlavienſis, Francianus & Parrhaſ. *quales* Regius. v. Lactant. de Mort. Perſec. XXXIII. ubi legitur, *Quales mugitus fingit ſaucius taurus*. vitioſe. BURM.

Ibid. ARAM. Ita maxima pars codicum, non *aras*.

224. SECURIM. Hanc eſſe veram lectionem hoc loco Valerius Probus apud A. Gell. lib. XIII. 19. aſſeverat. HEINS. Vid. lib. XI. 656. & 696. imitatus haec in Senec. Agam. 777. *cervice taurus vulnus incertum ferens*, ex Florentino codice.

225. LA-

23 dubiam illiſam Fuld. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 25 diluitur, purgatur Steph. diluit, purgatur Voſ. 26 ut Capitolium Dan. 27 in quo eſt Minerva L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 28 deſunt eadem. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 30 forte, prope. male Maſv. pro. 31 et ſcuſſit deeſt L. 32 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Digitized by Google

Inſinuat pavor: & ſcelus expendiſſe merentem
Laocoonta ferunt; ſacrum qui cuſpide robur
Laeſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam.
Ducendum ad ſedes ſimulacrum, orandaque divae
Numina conclamant.
Dividimus muros, & moenia pandimus urbis.

Ad-

SERVII.

229. INSINUAT. Pro, inſinuatur. [33] [Clodius, ſcriba Commentariorum: [34] *Inſinuem intro eam penitus.*] SCELUS. Supplicium: ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur [35] inſinuans. EXPENDISSE. Tractum eſt a pecunia: nam apud majores pecuniarias poenas conſtat fuiſſe, [36] [cum adhuc rudi aere pecunia ponderaretur: quod ad capitis [37] poenam de Jure uſurpatum eſt.] [An, quia utriuſque rei debitor *reus* dicitur, quis ante hunc *expendiſſe* pro luiſſe?]

230. SACRUM ROBUR. Non, ut ſupra, lignum: [Et notandum, quot nominibus hunc equum appellet, *lignum*, *machinam*, *monſtrum*, *dolum*, *pinea clauſtra*, *donum*, *molem*, *equum*, *ſacrum robur*.]

231. [38] [TERGO. Quare *tergo*, cum dixerit *in latus*, *&* *in alvum?* Ergo *tergo* quaſi per ſignificationem [39] equi accipiamus. Quidam *tergo*, quaſi a tergo ſuo accipiunt: tum quia Laocoon, manu reducta a tergo ſuo, [40] jecerit telum, ut eſt IX. 417. *Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure.*] SCELERATAM. Pro, ipſe ſceleratus, ut inf. 517. *Inutile ferrum:* [41] [& inf. 544. *Telumque imbelle:*] & eſt Hypallage.

232. SEDES. Per hoc oſtendit donum Minervae. ORANDA. Placanda.

233. [CONCLAMANT. Una ſcilicet voce: & bene de peritura civitate, *conclamant*, dixit: quia ſemper res perditae, *conclamatae* dicuntur.]

234. MUROS. [42] Superpoſitos Scaeae portae: nam ſequitur: *Quater* [43] *ipſo in limine portae.* MOENIA PANDIMUS URBIS. Non eſt iteratio: nam dicit, patefacta porta vel diruta, interiora civitatis eſſe nudata [ergo moenia caetera urbis tecta, ut aedes: vel aedes accipiendum. ACCINGUNT OMNES. Pro accinguntur; vel *accingunt*, pro] praeparant ſe ad opus. [Terentius Phormione II. II. 4. *Accingere.*]

VARIORUM.

225. LAPSU. *Lapſi* alter Hamburgenſis.

226. TRITONIDIS. *Tritonidos* legas apud Macrobium Saturn. lib. IV. cap. 4. HEINS.

227. CLIPEIQUE. *Clypeum* qui deducunt ἀπὸ τοῦ γλύφειν, ut Plinius, Graecam vocalem retinent: qui ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, quod corpus ſubducat ac tegat, ut nonnulli Grammatici, ſcribunt ſimpliciter. FABRIC. *Clypei ſub* Francian.

228. TREMEFACTA. *Trema facta* Regius.

229. EXPENDISSE. *Expandiſſe* Menagianus prior. eadem corruptela, qua ſupr. 161. vide ad Val. Flac. II. 293. & Serv. ad VII. Aen. 307. BURM.

230. QUI. *Quia* primus Moreti. *qui ſacrum* Pugetianus. *Laocounta* Dorvill.

231. INTORSERIT. *Torſerit* Zulichemius. vid. ſupr. ℣. 52. & lib. IX. 52.

232. SEDES. *Sedem* Zulichemius a manu prima. *ſedis* primus Moretanus. *horrendaque* Francianus a manu prima. *conclamat* tert. Mentelii a m. pr.

234. DIVIDIMUS MUROS. *Diffidimus* agnoſcit Scholiaſtes Horatii Cruequianus lib. III. Od. 16. ad illum verſum, *diffidit urbium portas vir Macedo.* ſic & Noſter Aen. IX. 588. *liquefacto tempora plumbo Diffidit.* Hoc tamen loco adverſus auctoritatem membranarum veterum nil inconſulte auſim mutare. *Diem diffindere procraſtinatione: & diffiſiones rerum*, apud A. Gell. lib. XIV. 2. HEINS. Servius ad lib. XI. 567. quid differant

muri

[33] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Clodeus Fabr. [34] *Inſinue ut* Dan. *inſinue ut* Fabr. [35] deeſt L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. [36] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [37] poenam deinde uſurpatum, Grotius not. ad lib. I. de J. B. & P. II. §. 5. n. 7. Edit. Barbeyr. [38] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [39] quia . . accipiam Dan. [40] jecit Dan. [41] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. contra Dan. primum exemplum omiſit. [42] ſuper Sceae L. [43] *ipſe* L. Voſ. Steph. Dan. in Baſil. vero alius ordo, Scaeae. *Moenia p. u.* Non eſt iteratio, nam ſequitur *Quater i. i. l. p.* dicit patefacta &c.

Digitized by Google

Adcingunt omnes operi, pedibuſque rotarum
Subjiciunt labſus, & ſtuppea vincula collo
Intendunt. Scandit fatalis machina muros,
Foeta armis. Pueri circum innuptaeque puellae
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.
Illa ſubit, mediaeque minans inlabitur urbi.
O patria, o Divûm domus Ilium, & inclyta bello

Moe-

SERVII.

237. INTENDUNT. [44] Inligant: ut IV. 506. *Intenditque lqrum ſertis.* SCANDIT. Tranſcendit, propria magnitudine; [vel propter aggerem, quem ruina fecerat muri.] FATALIS. Mortifera. [MUROS. Ruinas murorum dirutorum.]

238. [45] [FOETA. Nunc plena, ut in Bucolicis: I. Ecl. 50. *Tentabunt pabula foetas.* Alias enixa jam, ut VIII. 630. *Fecerat & viridi foetam.*] [PUERI CIRCUM INNUPTAEQUE. More Romano, patrimi & matrimi.]

239. SACRA CANUNT. Hymnos dicunt. [GAUDENT. Quidam hic *gaudent*, pro optant intelligunt, ut III. Ecl. 88. *Veniat quo te quoque gaudet.*]

240. MINANS. Vel eminens, ut IV. Aen. 88. *Minaeque murorum* [46] *ingentes*: vel minitans, [47] [eventum aliquem malum ominans.]

241. O PATRIA. Verſus Ennianus. Sane exclamatio eo pertinet, quod tanta [48] fuerit vis conſecrationis [in porta Trojana,] ut etiam poſt prophanationem, ab ingreſſu hoſtes vetaret: nam novimus, [integro] ſepulchro Laomedontis, quod ſuper portam Scaeam fuerat, tuta fuiſſe fata Trojana. [DIVUM DOMUS. Vel quod ejus muros Apollo & Neptunus fabricaverunt: ubi etiam Minerva per Palladium culta eſt: vel propter Ganymedem, Dardanum, Tithonum.] INCLYTA BELLO. Quia ſuperavit Myſiam totam.

VARIORUM.

muri & *moenia* docet, & haec eſſe omnia publica aedificia. vide Serv. inf. ỳ. 252. & hîc Guellium, & Salmaſ. ad Lampr. Commod. cap. XV. Valeſ. ad Amm. Marcel. XX. 19. Gronov. II. Obſ. 12. Goes. Antiq. Agrar. cap. II. Arntz. ad Plinii Paneg. XVIII. Apud Statium I. Silv. I. II.

Hunc neque deſciſſis cepiſſent Pergama muris.

ubi Marklandus, ſine ullius codicis auctoritate, ex hoc Maronis loco, *divifis* legit, & ipſi textui inſeruit. Quaſi cogendus eſſet Statius verbo Virgiliano uti, quum ſine dubio hoc nimis leve viſum fuerit grandiloquo Poëtae, in tam repentino impetu. alii etiam ſcriptores de hac re agentes, a Virgilio diverſa verba poſuere, ut Dictys Cret. IV. II. qui &, *deſtruere*, *diſſolvere*, *dejicere*, & *ſemiruta* (ut pro *ſemirupta* Heinſius legebat) moenia dixit. in Leidenſi codice apud Statium legitur, *diſcuſſis muris*, quod etiam multis aliorum locis firmari poſſet, ſi id agere vellemus. ſed maneat *diſciſſis*, quod ſubitam vim & ardorem Trojanorum recte exprimit. Sic apud Sueton. Caeſ. LXXXI. ex Mſ. Torrentii legitur, *diſcindere ſepulchra.* BURM.

235. OMNES OPERI. *Operi omnes* alter Hamburgenſis. mox, *ſtuppea* optimi.

238. FOETA ARMIS. Simili modo videtur Lucretius I. 477. dixiſſe *partum nocturnum*: & Noſter lib. VI. 516. *armatum peditem gravis attulit alvo*, & hinc inf. ỳ. 329. *fundit equus* dixit, quo de gravida verbo uti ſolent. vid. ad Phaedr. III. fab. 15. & Barth. ad Stat. X. Theb. 800. BURM.

Ibid. CIRCUM PUERI. *Pueri circum* reponatur ex membranis noſtris omnibus, quod & Scholiaſtes Horatii lib. IV. Od. 6. agnoſcit. HEINS.

240. MEDIAEQUE MINANS. Non intellexerunt Interpretes vernaculi: quomodo enim mediam in urbem jam perveniſſet equus, qui mox in limine portae ſubſtitit? quare tantam ejus altitudinem fuiſſe dicit, ut diviſis muris accedens ad urbem, (id enim *ſubit* notat,) emineret ſupra aedificia, &

mi-

44 ligant L. Voſ. R. Steph. Fab. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 46 deeſt iiſdem. 47 deſunt iiſdem & Danielo Baſil. 48 fuerat L. Voſ. R.

Digitized by Google

Moenia Dardanidum! quater ipſo in limine portae
Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere.
Inſtamus tamen inmemores caecique furore,
Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora, Dei juſſu non umquam credita Teucris.

Nos

SERVII.

242. QUATER. Saepius. [IN LIMINE PORTAE. Hic *portam* pro ipſo aditu poſuit: nam quod ait *limine*, manifeſtum eſt portae: nam pars ſuperior diruta eſt, neceſſario remanente limine, quod in ima parte, id eſt, in ſolo, poſitum erat.]

243. [ATQUE UTERO SONITUM QUATER ARMA DEDERE. Oſtendere vult, non in totum a diis deſertos eſſe Trojanos: quippe quos ſono equi dicit eſſe commonitos, ne Dido ab his animum averteret, quos videbat a ſuis numinibus derelictos, ſed hoc dicit: monuerunt nos dii, ſed nos non intelleximus. Et bene addidit: *ſonitum arma dedere*; ne ei objiceretur non potuiſſe fieri, ut plena armis machina ſonum non redderet.]

244. INSTAMUS TAMEN. Subaudiendum, quanquam ſonitum dederint, tamen inſtamus. IMMEMORES. Improvidi: vel non memores oraculorum: [49] [vel *immemores*, dementes: quoniam memoria in mente conſiſtit.] [Sane ſi peritiam Virgilii diligenter intendas: ſecundum diſciplinam carminis Romani, quo, ex urbibus hoſtium deos ante evocare ſolebant, hoc dixit: erant enim inter caetera carminis verba haec: *Eique populo civitatique metum, formidinem, oblivionem injiciatis:* unde bene intulit, *immemores, caecique furore:* tanquam qui [50] deos prodiderant.]

245. MONSTRUM INFELIX. [Trojanis ſcilicet: quod] poſt rem probatam dixit. [51] [SISTIMUS. Conſtituimus, collocamus.]

246. TUNC ETIAM. Sicut [52] antehac ſaepius: nam Helena veniente, praedixerat [53] [futura bella & mala.] FATIS APERIT CASSANDRA FUTURIS. [Ne putarentur ſtulti, qui vati non credidiſſent, cito ſubjecit: *Dei juſſu non unquam credita Teucris*. Sane] [54] [quidam hic *fatis*, pro calamitatibus accipiunt.]

247. DEI JUSSU. Praecepto Apollinis, qui ſpe promiſſi coitus conceſſa divinitate fruſtratus ſuſtulit fidem vera dicenti: [55] [qui, cum amaſſet Caſſandram, petiit ab ea ejus concubitus copiam: Illa hac conditione promiſit, ſi ſibi ab eo futurorum ſcientia praeſtaretur: quam cum Apollo tribuiſſet, [ab illa promiſſus coitus denegatus eſt; ſed Apollo diſſimulata paulisper ira,] petiit ab ea, ut ſibi oſculum ſaltem [56] praeſtaret, quod cum illa feciſſet, Apollo os ejus inſpuit: & quia eripere deo ſemel tributum munus non [57] conveniebat, effecit, ut illa quidem vera vaticinaretur, ſed fides non haberetur.] NON UNQUAM. Non aliquando, id eſt, nunquam: nam ſi *non nunquam* eſſet, duae negativae facerent unam confirmativam: licet Terentius Heaut I. I. XI. Graeco more dixerit: *Agrum in his regionibus meliorem, neque pretii majoris, nemo habet*. CREDITA. Dubium a quo verbo veniat, & an foemininum ſingulare ſit participium, an neutrum plurale.

VARIORUM.

minans urbi mediae, id eſt conſpecta & eminens ſuper urbis aedificia ſenſim illaberetur. ita I. Aen. 162. *in coelum minantur ſcopuli*. ubi Servius *eminent* explicat. vid. ad Val. Flac. IV. 178. hinc *minas* dici turres & alta opera notum eſt. ſi quis *mediae urbi* cum *illabitur* velit conſtruere, debet capere, ut *medium* de mari dicitur lib. V. I. & alibi. BURM.

241. DOMUS ILIUM, ET. *Domus Ilion, inclyta*

49 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 50 Deos * prodiderunt Fuld. vidi a manu viri docti, qui perdiderant ex Fuldanis ſchedis legebat, & reſpici credebat ad exceſſum deorum, de quo infr. 351. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 52 ante ſaepius Voſ. ante ac ſaepius L. 53 deſunt L. Voſ. R. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 55 deſunt iiſdem. contra priora, *praecepto* &c. deſunt Dan. Fabr. 56 dediſſet, q. e. i. praeſtitiſſet Fab. & Dan. qui praeſtaſſet. 57 conveniat Dan. Fabr.

Nos delubra Deûm miſeri, quibus ultimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per urbem.
Vertitur interea coelum, & ruit oceano nox,
Involvens umbra magna terramque polumque,
Myrmidonumque dolos: fuſi per moenia Teucri

Con-

SERVII.

249. FESTA FRONDE. Quae feſtos [58] indicat dies; [59] [vel quae feſtis diebus adhibetur,] ut laurus, [60] oliva, hedera, & ſimiles. VELAMUS. Coronamus, ut v. 366. *Victori velatum auro, vittiſque juvencum.*

250. VERTITUR INTEREA COELUM. [61] Atqui Epitheton hoc coeli perpetuum eſt; ſed [62] *vertitur*, nunc eſt in aliam faciem commutatur. [63] [Quod more ſuo explanat in ſequentibus.] RUIT OCEANO. [64] [Naſcitur de Oceano,] ut II. Georg. 309. *Et* [65] *ruit atram Ad coelum picea craſſus caligine nubem.* [66] [Ideo autem *ruit*, quia altius mare quam terra, ut diximus ſupra:] [67] [aut certe *ruit*, cum impetu, & feſtinatione, ut I. 83. *Qua data porta ruunt.*] [Sane ſphaerae ratio hoc habet, ut omnia diverſis vicibus ſicut oriri, ita & ruere videantur.]

251. UMBRA MAGNA. Id eſt, terrae: & definitio eſt noctis: [68] [cum ſol infra hemiſphaerium in contrarium jaciat umbram, quae nox eſt.]

252. MYRMIDONUMQUE DOLOS. A generalibus ad ſpecialia venire vitioſum eſt; niſi forte redeatur ad cauſſam, ut hoc loco. [FUSI. [69] Diſperſi per ſua quiſque: jam ad habitum retulit dormientium ſecurorumque.] PER MOENIA. Per domos, ut ſupra 234. *Et moenia pandimus urbis. Moenia* enim & publica & privata dicuntur.

VARIORUM.

ta apud Priſcianum libr. VII. ſed male. quamquam illam ſcripturam in nonnullis etiam Maronis inveni membranis. Probus in Arte Grammatica recte vulgatam lectionem eſt ſecutus, & Macrobius lib. V. Saturn. cap. I. HEINS. *Ilion &* Parrhaſ. & Venetus.

242. QUATER. Vide Lutat. ad Stat. V. Theb. 86. *ipſe* Venetus, ut quidam apud Servium. ſed male. Senec. Agam. 628. *tremuitque ſaepe Limine in ipſo ſonipes. limine poſte* Excerpt. noſtra. BURM.

247. ORA, DEI JUSSU, NON. Male cum editis quibuſdam, & Franciano, quis tolleret diſtinctionem poſt *juſſu*, & legeret, *ora, Dei juſſu non umquam credita Teucris:* nam Apollinem, qui favebat Trojanis, nunc inſpiraſſe Caſſandram, cui minime credituros Trojanos ſciebat, vix veroſimile mihi videtur, & ita eos decepiſſe: non ergo aperit ora jubente Apolline, ſed ora, quae juſſu Apollinis numquam credita erant. *juſſo* Pierii Cod. BURM.

248. ULTIMUS ESSET. Heumannus Tom. II. Poeciles lib. III. pag. 382. reſcribendum videri ſibi ait, *ultimus eheu*. ſed nullus codex tam miſerabilem emendationem adjuvat. denique Scholiaſtes Horatii IV. Od. 6. *eſſet* agnoſcit, & Macrobius III. Saturn. 4. praeterea & *eheu* primam habere brevem, vidimus ad III. Ecl. 100. indignatio graviores ſaepe voces exprimit, quando Poëtas, a viris doctis quidem, ſed divinae artis plane imperitis, ita vexari videmus. BURM.

249. URBEM. *Urbes* alter Hamburgenſis. ſed *per urbem* etiam habet Lutat. ad Stat. I. Theb. 550. de *Feſta fronde* videndus Vlitius ad Grat. Cyn. 442. & Serv. ad VII. Aen. 751. BURM.

252. FUSI PER MOENIA. Catroeus hic *moenia* pro munitionibus & muris capit, quum tamen ſupr. ȳ. 234. diſtinguantur. Et vigiles in muris diſpoſitos, ſtatim ſopitos intelligit: quum de tota urbe ſit intelligendum; per quam, feſto die per vinum & epulas acto, temere & ſine ordine jacebant cives, ſomno vinoque ſepulti, ut mox dicet, & hoc requirit vox *fuſi*, de qua vide ad Valer. Flac. Arg. I. 252. & ita χυθεὶς occurrit apud Oppian. IV. Cyneg. 350. BURM.

253. COM-

58 indicavit L. 59 deſunt L. Voſ. R. 60 oliva & ſimilia L. Voſ. R. omittunt *& ſimilia* Steph. Dan. 61 deeſt Dan. ut & τὸ hoc. 62 *vertitur*, id eſt in R. *vertitur*, nunc id eſt Steph. Fabr. al. *vertitur* eſt in Voſ. L. 63 deſunt Dan. explanat ſequentibus L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 64 deſunt Dan. ex Oceano Fuld. 65 ruat Fuld. 66 deſunt Dan. 67 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 68 deſunt eiſdem & Dan. ſed habent Fabr. & al. 69 diſperſi * per Fuld.

Digitized by Google

Conticuere: ſopor feſſos complectitur artus.
Et jam Argiva phalanx inſtructis navibus ibat
A Tenedo, tacitae per amica ſilentia lunae,
Litora nota petens: flammas quum regia puppis

Ex-

SERVII.

253. [70] [CONTICUERE. Dormierunt: ex conſequentibus priora intelliguntur. FESSOS ARTUS. [Aut generaliter, quia omnis dormiens, quaſi feſſus:] aut *feſſos*, [71] trahendo equum,] [diruendoque muros.]

254. PHALANX. Lingua Macedonum, legio. [72] Et ſynecdoche a parte totum: [73] [ſignificat enim totum exercitum.] IBAT. Veniebat, ut inf. 375. *Nunc primum a navibus itis.*

255. TACITAE LUNAE. Aut more poëtico noctem ſignificat, [74] [cujus tempore tacetur: quoniam nocte ſilentium eſt, ut IV. 525. *Cum tacet omnis ager:*] [75] aut phyſica ratione dixit: nam circuli ſeptem ſunt, Saturni, Jovis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, Lunae. Et primus, hoc eſt Saturni, vehementer ſonat: reliqui ſecundum ordinem minus, ſicut audimus in [76] cithara. Ergo *tacita luna* eſt, cujus circulus terrae vicinus immobili, minus ſonat aliorum comparatione. [77] [Aut certe *tacitae*, ſerenae, ut III. 515. *Sydera cuncta notat tacito labentia caelo:* [78] [vel ipſi taciti, ut VIII. 343. *Tacitumque obſedit limen Amatae.*] AMICA. Sibi grata. Et ſciendum, ſeptima luna captam eſſe Trojam, cujus ſimulachrum apud Argos [79] [eſt, quod relata victoria] [80] conſtitutum eſt, [81] [ab imagine ejus, quae tunc erat, dividuo orbis modo.] Hinc eſt quod dicit inf. 340. *Oblati per lunam.* Et alibi inf. 397. *Per coecam noctem.*

256. [LITTORA NOTA. Id eſt, quae paulo ante reliquerant.] FLAMMAS CUM REGIA PUPPIS. More militiae, ut III. 519. *Dat clarum e puppi ſignum.* [Et hic intelligendum eſt, Helenam Agamemnoni vel Graecis ſignum dediſſe veniendi, ſublata face: Agamemnonem contra ſigna Sinoni dediſſe aperiendi equi, ut in ſexto VI. 518. *Flammam media ipſa tenebat, Et ſumma Danaos ex arce vocabat.*] Eſt autem tropus: per puppem, navem; per navem, eos, qui in navi ſunt, ſignificat.

VARIORUM.

253. COMPLECTITUR. *Amplectitur* Zulichemius a manu prima. & primus Hamburgicus. & Parrhaſ. vid. ſupr. ỷ. 214.

254. ET JAM. *At jam* ſecundus Moreti. *falanx* duo Leidenſes & Voſſ. *phalans* Sprotianus & Leid. unus. *ibant* probat Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 597. BURM.

255. TACITAE PER AMICA SILENTIA LUNAE. Vexatus diverſis doctorum explicationibus locus, quorum multas adduxit Taubmannus, quibus adde Luiſin. Pareng. lib. II. 13. Mureti III. Epiſt. 50. Barth. ad Stat. II. Theb. 58. Torrent. ad Horat. I. Od. 25. & Fernandi Didaſcal. cap. XXXII. ex quibus multi cenſent fuiſſe interlunium, quo latet Luna; alii dum a Tenedo irent, nondum Lunam ortam, quae paullo poſt, urbe jam capta, lucebat, ut ỷ. 340. plenilunium fuiſſe ſtatuit Clemens Alex. lib. I. Strom. pag. 321. & Scaliger de emend. temp. lib. V. Ego jam ante triginta, & quod excurrit, annos haec verba, cum Servio in prima interpretatione ſimpliciter capienda diſcipulos docui de nocturno tempore, quo omnia ſilent & quieſcunt, ſive Luna fulgeat, ſive lateat. & *Lunam* pro nocte, ut viciſſim *noctem* pro Luna poni oſtendi ad Val. Flac. V. 567. ſic inf. ad ỷ. 340. gloſſa Cod. Regii *per noctem* explicat illa, *oblati per lunam.* ſic Stat. I. Silv. III. 42. *nox ſilet.* & VII. Theb. 415. *nox tacita.* qui & ad ỷ. 470. *Phoeben* pro nocte poſuit, explicante Lutatio. & ita cepit Commentator vetus Horatii II. Od. 8. qui illa, *Toto taciturna noctis ſigna cum coelo*, explicat inter alia, *ſilentis*,

70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỷ. 254. 71 a trahendo Dan. Fabr. 72 & eſt a parte totum hoc eſt Synecdoche L. Voſ. R. Steph. al. 73 deſunt eiſdem. 74 deſunt eiſdem in Dan. & Fabr. poſt *tacetur* addit, aut certe, ſerenae &c. in Mſſ. & al. nota ad AMICA, praeponitur illi ad TACITAE. 75 phyſicam rationem L. Voſ. R. Steph. Dan. 76 cithara, cujus ultima chorda minus ſonat Fabr. 77 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad AMICA. 78 deſunt Dan. Fab. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 80 conſtructum L. 81 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. ab i. e. q. t. e. dividua orbis re * Dan.

Extulerat: fatiſque Deûm defenſus iniquis,
Incluſos utero Danaos & pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus, laetique cavo ſe robore promunt.
Theſſandrus Stheneluſque duces, & dirus Ulixes,

De-

SERVII.

257. FATIS INIQUIS. Voluntate numinum: nam illis propitia; ſed in nos iniqua, ut Lucanus [82] [de Mario II. 86.] *Non ille favore Numinis* [83] *ingenti ſuperum protectus ab ira, Vir ferus, & fato cupienti perdere Romam Sufficiens.*

260. REDDIT. Quaſi debitos, [84] [vel creditos,] ut VI. 18. *Redditus his primum terris.* Sic Horatius I. Od. 3. *Navis, quae tibi creditum Debes Virgilium, finibus Atticis Reddas incolumem precor.* CAVO ROBORE. Equi, [85] Epexegeſis.

261. THESSANDRUS. Polynicis & Argiae filius. STHENELUS. Capanei & Euadnes filius. ULYSSES. Laërtae & [86] Anticliae filius.

VARIORUM.

tis, & his Virgilii verbis illuſtrat, & illis ex lib. III. 515.

Sidera cuncta notat tacito labentia coelo.

ubi vide Servium. idem Commentator ad lib. III. Od. 30. explicans illa Horatii, *ſcandet cum tacita virgine Pontifex*, haec Maronis verba adducit; ſed non video quomodo virgini tacitae, cum Pontifice Capitolium adſcendenti, haec accommodari poſſint, niſi quod, ut in ſacris ſilentium deſideratur, ita in hac fraude & inſidiis etiam ſilentio erat opus. melius huc faciunt, & *tacito* Virgilii *coelo* conveniunt illa Lucani lib VIII. 171.

Doctus ad haec fatur taciti ſervator Olympi.

& *tacitae horae* Val. Flac. II. 60. ubi vide notas. qui etiam paullo ante verſu 41. *mundi ſilentia* dixit. eodem ſenſu dixit Ovid. I. Met. 232. *ſilentia ruris*, quae opponuntur ſtrepitui urbium. denique videndus Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 566. *Amica* vero *ſilentia* ſunt, quae favent dolis & inſidiis Graecorum, & coepta eorum adjuvant. non, ut Vondelius, quae Trojanis favebant; qui etiam vertit *tacitam lunam*, *ſtille maan*; quod quid ſignificet non intelligo. Si dixiſſet *ſtille nacht*, recte vertiſſet. appoſite Stat. I. Theb. 370.

Ac velut hiberno deprenſus navita ponto,
Cui neque temo piger, neque amico ſidere monſtrat
Luna vias.

ſic *amicos imbres* dixit Noſter IV. Georg. 15. & contra *inimicum imbrem* I. Aen. 123. & *amicum ventum* Ovidius XIII. Met. 440. ubi plura in Heinſii notis invenies. *amiciſſimum tempus* Dacis hiemem vocat Plinius Paneg. cap. XII. *amica remedia* ſaepe Samonicus, utilia, & ſalubria dixit. & hinc *lux inimica* inf. lib. IX. 355. proditrix, quae exploratores proderet, a Servio explicatur. BURM.

256. PETENS. Hic diſtinctionem majorem ponit Heumannus d. l. *flammas tum* primus Moreti. codex Zulichemii progloſſa adſcriptum habet, *flammas*, id eſt, *ſcarbundi*, *vel lucerna ſignum adventus*. quae vox *ſcarbundi* ex medio aevo & barbarie videtur repetita; ſed quid velit neſcio. BURM.

257. FATISQUE DEUM. *Dei* pro diverſa lectione Gudianus. HEINS. *Fatis divum* Zulichemius. *Defenſus* Vondelius explicat quaſi deorum ſub tutela aperuiſſet equum; ſed *defenſus*, quia ipſi pepercerant Trojanis, quum vinctus traheretur ad Priamum, Diis iniquis eum tuentibus. *Deum* vero ſaepe pro Diis ſuppoſuiſſe librarios vidimus ad Lucan. I. 128. & alibi. BURM.

258. UTERO DANAOS. *Danaos utero* Pugetianus.

260. PRODUNT. Non *produnt*, ut alii, ſed *promunt*: alibi enim ý. 401. *nota conduntur in alvo*. FABRIC. *Cavo de robore promunt* Leidenſ. ut *ſe* ſubintelligatur vel ponatur pro *promuntur*, ut ſaepe. vide Heinſ. ſupr. ad 207. ita mox 341. *agglomerant*, pro ſe agglomerant vel agglomerantur. *promit* fragm. Moreti. *produnt* Heinſius probabat ad Claud. IV. Conſ. Honor. 643. BURM.

261. THESSANDRUS. *Tiſandrus* in vulgatis exemplaribus Scholiaſtae Crucquiani Horat. lib. IV. Od. 9. ſed lege, *Theſſandrus*, quod in vetuſtioribus ſcriptis occurrit, niſi quod nonnulli adſpiratio-

nem

82 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 83 *ingenti* reſcripſimus ex L. Voſ. R. Fab. al. & ita Oudendorpius. *ingentis* Steph. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 85 Efexegeſis L. Voſ. R. 86 Antidiae L. Steph. Dan.

Digitized by Google

Demiſſum labſi per funem, Acamaſque, Thoaſque,
Pelideſque Neoptolemus, primuſque Machaon,
Et Menelaus, & ipſe doli fabricator Epeos,
Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.

Cae-

SERVII.

262. [ATHAMAS. Demophoontis filius, Perrechiae nepos. THOAS. Andremonis filius.]

263. NEOPTOLEMUS. Quia ad bellum ductus eſt puer; *Pyrrhus* vero a capillorum qualitate vocitatus eſt, [87] Achillis & Deidamiae filius, Pelei & Thetidis nepos ex patre: ex matre vero Lycomedis, regis Scyriae inſulae. PRIMUSQUE MACHAON. [88] [Hic *Machaon* filius Aeſculapii fuit, medicorum maximus,] [cujus frater [89] Podalirius:] *Primus* aut princeps, [90] [id eſt, inter primos; aut arte primus:] aut numeri ſui; nam per ternos [91] diſtinxit. [92] [MENELAUS. Atrei filius, frater Agamemnonis, propter quem bella gerebantur.] [EPEUS. Panopei filius.]

265. URBEM. Id eſt, cives: [93] [cum *urbs* muros ſignificet; *civitas* vero ejus habitatores.] [SOMNO VINOQUE. Oſtendere vult nihil magnum a Graecis factum quod obtinuerint civitatem. *Somno* autem, quia nox erat; *Vino*, quia feſtus dies.]

VARIORUM.

nem omittunt. Quamquam hujus Theſſandri non meminere Quintus Smyrneus, & Tryphiodorus in Catalogo Heroum, qui equo Durateo fuere incluſi. Theſſandrus Polynicis filius, ſive Therſandrus bello Trojano interfuit. Cujus tamen Homerus non meminit, utpote jam occiſi ante ſimultates inter Agamemnonem & Achillem exortas. Dictys Cretenſis a Telepho in Moeſia interfectum narrat, dum Graeci ad expeditionem Trojanam tendebant. Auctor de Origine Romana: *Itaque primus ex ea quoque ſignificatione, e qua illud in ſecundo Aeneidos, de enumeratione eorum, qui equo Durio digrediebantur. Nam cum nominaſſet Theſſandrum, Sthenelum, Ulyſſem, Acamanta, Thoanta, Neoptolemum, poſt intulit*, primuſque Machaon. HEINS. *Tiſandrus* Ald. & Junt. *Theſandrus* Franc. *Therſandrus* Wittian. *Scelemus* Menagii. *Stenelus* ejuſdem alter. *Scelenus* fragm. Moret. *Sthenelus* Gudian. & alter Mentelii. *Schoeneuſque* Franc. *durus* etiam Venetus & Francian.

262. DEMISSUM. Nonius *dimiſſum* & *dimittere* interpretatur deſuper mittere. FABRIC. *Demiſſam* ſecundus Rottendorfius. Amm. XXIV. 2. *Mamerſides demiſſus per funem. dimiſſum* Rottend. & Hamb. priores. ſic Act. Apoſt. IX. 25. recte Beza vertit *per murum demiſerunt fune ſubmiſſum in ſporta.* ubi vetus interpres *dimiſerunt*. plura vide apud Guellium. BURM.

Ibid. ATHAMASQUE. Noſtri vetuſtiores *Achamaſque*. lege *Acamaſque*, & de altero filiorum Theſei intellige, Demophoontis fratre; uterque enim equo durateo fuere incluſi, ut plurimis demonſtravi ad Epiſtolam Demophoontis Sabini ỿ. 23. ubi id ipſum *Acamantis* nomen mendoſum exſtabat. Apud Dictyn Cretenſem in ſcripto codice *Achamas* pro *Acamas* fere ſemper exaratum offendi. Stat pro vulgata ſcriptura pag. 246. B. Beda de tropis S. Scripturae: ſed exemplaria illius libelli vulgata haud dubie ſunt mendoſa. ut & Cariſii lib. IV. Inſt. Gramm. & Priſciani lib. XVII. qui hunc verſum producunt, ut hactenus circumfertur; etiam auctor de Origine Romana, quem paullo ante caſtigavimus. Trojanorum a partibus ſtetere tres Acamantes. unus Aſii filius, alter Antenoris, tertius Euſſori. vide Dictyn Cret. II. 35. & alibi. HEINS. *Acamaſque* etiam Zulichem. de hoc Acamante Theſei filio vid. Heſych. in Ἀκάμαντος. & Cl. Weſſeling. II. Obſerv. 26. Heinſius vero ad Epiſtol. III. 23. Sabini, locum Servii mutilum ita ſupplet: *Acamas Demophoontis frater, filius Theſei, Aegei & Aethrae nepos.* apud Stat. III. Theb. 173: *ſanguineumque lavant Acamanta ſorores*, ubi *Athamanta* alii, & praefert Barthius.

263. PRIMUSQUE. Neſcio an Servii explicationes diverſae placeant eruditioribus. certe mihi *primus* dici videtur, in re aliqua excellens, & qui ardorem prae reliquis oſtendit. ut hic in deſcendendo ex equi alveo, licet in recenſendis aliis Poëta nobiliores memoraverit, hunc tamen tam inſigni

87 (nam Pyrrhatii capilli dicuntur) Fabr. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 89 Paedariolus Fuld. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 91 dixit L. Voſ. R. 92 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 93 deſunt eidem & Dan.

Caeduntur vigiles, portiſque patentibus omnis
Adcipiunt ſocios, atque agmina conſcia jungunt.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
Incipit, & dono Divûm gratiſſima ſerpit.
In ſomnis, ecce, ante oculos maeſtiſſimus Hector

Vi-

SERVII.

266. CAEDUNTUR VIGILES. Non actus nomen eſt; ſed officii: [94] [modo enim *vigiles* intelligendum, non qui modo vigilarunt; ſed qui ſoliti exercere vigilias;] [aut certe *vigiles*, quos feſellit Sinon equum ſervantes: & bene oſtendit timiditatem Graecorum, qui paucitate timentes eos primos occiderunt; quod caeteros poterant excitare: aut vigiles portarum:] nam paulo poſt 334. *Vix primi praelia tentant*, *Portarum vigiles*. [95] [PATENTIBUS. Pro patefactis.]

267. CONSCIA. Conjurata. Bene autem in inſidiis conſcientiam [96] nominavit.

268. TEMPUS ERAT QUO PRIMA QUIES. Hoc loco noctis deſcribit initium: alibi totam noctem, ut IV. 522. *Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem Corpora per terras*. Deſcriptiones ſane pro rerum qualitate, vel [97] protenduntur, vel corripiuntur. Illo enim loco [98] protenſio ad invidiam pertinet Didonis, aut vigiliarum. Sunt autem ſolidae noctis partes ſecundum Varronem hae: *veſpera*, [99] *concubium*, *intempeſta nox*, *gallicinium*, *conticinium*, *lucifer*. Diei: *mane*, *ortus*, *meridies*, *occaſus*. De crepuſculo vero, quod eſt dubia lux, nam creperum, dubium eſt, quaeritur. Et licet utrique tempori poſſit jungi; uſus tamen, ut [1] matutino jungamus, obtinuit: licet Statius dixerit: *Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phoebo. Manum* vero, unde eſt *mane*, bonum dixere veteres. [AEGRIS. Quantum ad divina, tardis.]

269. [DONO DIVUM. Quidam *donum* voluntate dicunt venire, *munus* ex officio. *Donaria* vero loca in templis, in quibus dona ponuntur.] SERPIT. Latenter membris infunditur.

270. IN SOMNIS. Aut per ſomnos: aut, ſi *inſomnis* legeris, erit [2] ſynizeſis, pro inſomniis. ECCE. Hac particula utimur, quotiens aliquid repentinum volumus indicare: [ergo *Ecce*, ſubito eſt,] ut ſupr. 57. *Ecce manus* [3] *juvenem interea poſt terga revinctum*.

VARIORUM.

ſigni elogio voluit diſtinguere. ſic Silius lib. VII. 87.

Phoebumque, armigerumque deum, primamque
Dionen.

Val. Flac. IV. 222.

Aſper Iaſon
Et ſimul Aeacides, ſimul & Calydonis alumni,
Nelideſque Idaſque prior.

vide plures lites de hac voce *primus* ad I. Aen. I. vide & lib. V. 294. BURM.

264. EPEUS. *Epeos* uterque Mentelianus cum aliis nonnullis: bene. in Mediceo, *Epaeos*. *Epios* Gudianus a manu prima & tres alii. *Epyos* primus Moretanus. in tribus, *Epius*. ſed *Epios* etiam eſt apud Dictyn Cretenſem in vulgatis exemplaribus. ſed in ſcripto apud me codice *Epeas* dicitur. Cariſius hoc Maronis loco *Epeus* agnoſcit bis. etiam Diomedes & Probus in Grammatica. quod & ſcriptos nonnullos occupavit. HEINS. *Epius* Graevianus. *Opeus* Menagii pr. & Parrh. *Et Menelaus*, *ipſe d. f. Efeus* Francianus. *Ipeus* Montaibani. *Ypheus*

Voſ-

94 vigiles autem Capitolii ſignificat. nam paullo poſt, *vix primi* & L. Voſ. R. Steph. Dan. al. Fabr. vero addidit, id eſt non qui modo vigilarunt, ſed ſoliti exercere vigilias; vigiles, autem Capitolii &c. Maſvicius Fuldenſem expreſſit. neſcio quid per *Capitolium* velint, an arcem, more Romano intelligant. ſaepe *ſummam arcem* hoc libro memorat Poëta, quam Capitolium reddiderunt forte librarii, more Romano, non quaſi plures arces fuerint in urbe Troia, ſed ut arx Minervae, diverſa fuerit a Regia Priami. vid. infr. Serv. ad ℣. 319. & ad 322. BURM. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 96 nominat Fabr. al. 97 tenduntur L. Voſ. R. 98 protenſio L. R. protencio Voſ. 99 *conticidium*. *Intempeſtum*, *gallicinium* L. R. ſed *conticidinum* Voſ. notat hic Servium Parrhaſ. ad Claudian. II. Rapt. 1 NASSIUS. verſus vero ille *longa*, &c. non eſt Lucani, ſed Statii lib. I. Theb. 344. neſcio vero unde Lucani nomen in editiones irrepſerit, quum L. Voſ. R. habeant *Statius*. ſed ſecuti editores Virgilii loca adducta ex aliis quaerere neglexerunt. BURM. 2 ſynaereſis Steph. Dan. al. id eſt conglutinatio pro inſomniis Fabr. al. 3 *juvenum* Voſ. R.

Digitized by Google

Viſus adeſſe mihi, largoſque effundere fletus;
Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentis.
Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli,

Vel

SERVII.

271. VISUS ADESSE. Bene *viſus:* quia ſomnia videntur tantum, non ſunt naturaliter vera. Quod tamen paulo poſt 297. dicit: *Effert penetralibus ignem:* confirmantis eſt: nam illud verum fuiſſe contendit.

272. RAPTATUS. Id eſt, tractus: frequentativo utitur, ut ſupra I. 483. [4] [*Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.*] BIGIS. Secundum artem [5] modo dixit, quae exigit, ut quae de pluribus conſtant, plurali tantum numero dicamus, ut *bigas*, *quadrigas*, *mappas*; ſed haec plerumque corrumpit auctoritas, ut Horatius I. Ep. v. 22. *Ne ſordida mappa.* Item Statius I. Theb. 338. *Rorifera gelidum tenuaverat aëra biga.*

273. TRAJECTUS LORA. Trajecta lora habens, [6] [ut I. 320. *Nuda genu.*]

274. HEI MIHI. Ennii verſus. [7] [Et totum jungendum, ne doloris diſtinctione frigeſcat.]

275. EXUVIAS INDUTUS ACHILLIS. [8] [Hoc eſt, arma, quae occiſo Patroclo ademit, [quae Vulcanus Peleo fecerat.] Celavit autem mortem Patrocli ad laudis augmentum. *Indutus* autem accuſativo jungitur, ut hoc loco; [9] ſed magis ſeptimo caſu, quo nunc utimur, [10] [ut in decimo 774. *Praedonis corpore raptis Indutus ſpoliis.*] *Exuvias* [11] autem tantum plurali numero dicimus.

VARIORUM.

Voſſian. *Ephius* quartus Moreti. *Epheus* Zulich. & fragm. Moreti. *Epheos* Bigot.

265. SOMNO VINOQUE. *Somnoque meroque* ſecundus Hamburgenſis.

268. QUO. Eſſe, qui *cum* legunt, notant Guellius & Cerda. Stat. IV. Theb. 680. *Tempus erat medii cum ſolem in culmina mundi, Tollit anhela dies.* ſed noſtri nihil mutant. & ita Lucan. VIII. 467. *Tempus erat, quo libra pares examinat horas.* BURM.

Ibid. AEGRIS. Mira hic mihi videtur nota Servii Fuldenſis, nec quid huc faciat video. quum *aegris*, hic notet laboribus & curis diurnis fatigatos, cujus notionis exempla plurima dant ipſa lexica. & ita aegris, tam corpore, quam animo quies & ſomnus ſalutare remedium & levamen. egregia metaphora Florus lib. III. 23. *Expediebat ergo quaſi aegrae, ſauciaeque reipublicae requieſcere quomodocumque.* BURM.

270. IN SOMNIS, ECCE, ANTE OCULOS. In Montalbanio, *Inſomnes, ecce, ante oculos.* Et ſane in Menteliano aliiſque compluribus vocis unius inſtar exhibetur, *inſomnis.* utramque lectionem agnoſcit Servius quoque. vulgatam tamen ut amplectar, facit par locus lib. III. 150. de Phrygiis penatibus,

—— *viſi ante oculos adſtare jacentis*
In ſomnis, niſi & illic *inſomnis* legas. HEINS. Conſtructionem ſequentium verſuum vide apud Gronov. Diatrib. Stat. cap. XXII. *inſomnis* Edit. Juntina. *inſompnis* Leid. unus. vid. ad I. Aen. 353. ſed non inſomnem fuiſſe Aeneam patet ex ỷ. 302. ubi *excutitur ſomno.* BURM.

271. FLETUS. *Luctus* Hamb. alter. vid. infr. 298.

272. BIGIS. *Bijugis* omnino rectius in tertio Rottendorphiano. unum *i* exciderat ſollemni errore librariorum. Auſonius tamen Epitaphio Troili,

Raptatus bigis fratris conjungor honori.
quo manifeſte allu dit ad hunc locum de Hectore. HEINS.

274. HEI. *Ei* Rottendorfius primus. *heu* Montalbani & Leidenſ. unus.

275. EXU-

4 deſunt Voſ. L. R. Steph. Dan. al. 5 deeſt Dan. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 7 deſunt eiſdem. Ennonſi verſus L. pro Enniani. 8 deſunt eiſdem ad *celavit.* 9 &, ut magis in uſu eſt, ſeptimo, quo nunc utimur L. Voſ. R. Steph. al. & quod magis in u. e. s. ut in decimo Fabr. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 11 autem dicimus numero hominum plurali Voſ. quaſi de animalibus liceret dicere *exuviam* ſerpentis &c. ſed credo, ex ſeq. nota de *turba* huc migraſſe. BURM.

Digitized by Google

Vel Danaûm Phrygios jaculatus puppibus ignis!
Squalentem barbam, & concretos ſanguine crinis,
Vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros
Adcepit patrios. Ultro flens ipſe videbar
Conpellare virum, & maeſtas expromere voces:
O lux Dardaniae, ſpes o fidiſſima Teucrum,
Quae tantae tenuere morae? quibus Hector ab oris
Exſpectate venis? ut te poſt multa tuorum

Fu-

SERVII.

276. PHRYGIOS IGNES. Flammas Trojanas, quibus Proteſilai navis incenſa eſt: [12] [conſtat enim naves Graecorum flammis oppugnatas ab Hectore. PUPPIBUS. Pro in puppes.

277. SQUALLENTEM. Modo ſordidam, alibi lucentem, ut X. Aeneid. 314. *Per tunicam ſqualentem auro.*] BARBAM. Singulari numero hominum, plurali vero quadrupedum dicimus: unde dubitatur de quibus dixerit III. Georg. 366. *Stiriaque impexis induruit horrida barbis.* [ET CONCRETOS SANGUINE CRINES. Non ſine ratione etiam hoc de crinibus dolet Aeneas: quia illis maxime Hector commendabatur; adeo ut etiam tonſura ab eo nomen acceperit, ſicut Graeci poëtae docent.]

278. [VULNERAQUE ILLA GERENS, &c. Aut *gerens*, velut iniqua proferens, & oſtentans, quae a Graecis pugnans pro patria ſuſceperat: aut] quia, ut Homerus Il. X. 369. dicit, in Hectorem extinctum, omnes tela jecerunt, more majorum: unde eſt: XI. 9. *Bis ſex thoraca petitum, Perfoſſumque locis.* Propter duodecim populos Tuſciae. Duodecim enim Lucumones, (qui reges ſunt lingua Tuſcorum) habebant: unde eſt X. 202. *Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni.*

279. ULTRO. Quia ratio exigebat, ut loqueretur ille, qui venerat.

280. COMPELLARE. Adloqui.

281. [O LUX DARDANIAE. Quaſi dies noſter, per quem certi eramus de luce, id eſt, de vita; tanquam occiſo Hectore omnes ſe extinctos credant.] SPES O FIDISSIMA. Bene per contrarium: *ſpes* enim ſemper incerta; in Hectore [13] fidiſſima.

283. EXPECTATE. Antiptoſis eſt: pro *exſpectatus.* [UT TE. Ordo eſt: *Ut feſſi aſpicimus*, id eſt; [14] quaſi feſſi.

VARIORUM.

275. EXUVIAS. *Exuviis* Moreti tres, Rottend. tert. & a m. ſec. Gudianus. *inductus* Zulichem. & Ed. Venet. pr. & Mediol. ſed vid. Serv. ad XI. 76. BURM.

Ibid. ACHILLEI. Apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 5. & Scholiaſten Statii *Achillis*. ſed membranae veteres Macrobii. Thuaneae *Achilli*. recte. & ſic Mediceus, Moreti quartus & Gudianus a m. pr. HEINS. Vid. ad lib. I. 30. & alibi.

277. ET CONCRETOS. *Concretoque* quartus Moreti. *& concreto* Menagianus prior a manu ſecunda. *&* deeſt Franciano. vulgata eſt apud Lutat. ad Stat. II. Theb. 507. utrumque vero defendi poteſt. ita *concretum ſanguinem* dixit Ovid. XIII. Met. 492. & *concretam ſanguine barbam* XII. 270. & XIV. 201. ſed imitatio Valerii Flac. lib. III. 386. *pingui concretos ſanguine crines*, tuetur vulgatam BURM.

278. VULNERAQUE. *Vulnera illa* Leidenſis. *vulnera & illa* Bigotianus. *vulneraque ipſa* Francianus. Wittianus. Stat. III. Theb. 364. *Vulneraque iſta ferens putri inficcata cruore.* BURM.

280. EXPROMERE. *Effundere* Menagianus prior. quartus Moretanus. *maeſtas promere* Excerpta noſtra, & Menagianus alter a manu ſecunda. *hae promere* Bigotianus. vulgata eſt apud Nonium in *moeſtas*. & *incertas expr.* fragm. Moreti.

281. DARDANIAE. *Dardanide* alter Hamburg. & Francian.

Ibid. SPES O FIDISSIMA. *Spes o ſanctiſſima* Scholiaſtes Horatii Crucquianus libr. I. Sat. 7. & lib.

12 deſunt ad BARBAM. ℣. 277. R. Voſ. L. Steph. al. 13 fidiſſima dicitur L. Voſ. R. 14 qua * feſſi Fuld.

Funera, poſt varios hominumque urbiſque labores
Defeſſi adſpicimus! quae cauſſa indigna ſerenos
Foedavit voltus? aut cur haec vulnera cerno?
Ille nihil: nec me quaerentem vana moratur:
Sed graviter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge, nate Dea, teque his, ait, eripe flammis.
Hoſtis habet muros: ruit alto a culmine Troja.

Sat

SERVII.

285. [INDIGNA. Aut te indigna; aut [15] crudelia. SERENOS. Hilares: antiqui & e contrario triſtes, *nubilos* dicebant.]

286. FOEDAVIT. Cruentavit, ut inf. 502. *Sanguine foedantem.* Et bene permanſit in tranſlatione: quia ſupra dixerat, O *lux*. Ideo & *ſerenos*; ideo & *foedavit:* nam Salluſtius de nubibus: fragm. incert. *Foedavere lumen.*

287. ILLE NIHIL. Scilicet ad interrogata. Pleraque enim verba ex negotiis accipiunt ſignificationem. VANA. Falſa.

288. GEMITUS. Nec enim parvus dolor eſt, viro forti fortem virum fugam ſuadere. Et notandum, omnes ſuaſoriae partes hoc loco contineri.

289. FUGE, NATE DEA. Propoſitio eſt. ERIPE FLAMMIS. Utile. His autem δεικτικῶς, [16] [id eſt, demonſtrantis ad locum.] [An neceſſarium? *Hoſtis habet muros:* An honeſtum? *Sacra ſuoſque tibi commendat Troja penates.*

290. A CULMINE. Vel a dignitate ſua; [17] vel vere *culmine*, id eſt, a tectis ſuis: & ideo *culmina* dicta ſunt tecta; quia veteres de culmo aedificia contegebant.

VARIORUM.

lib. IV. Od. 5. ſed aliter Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 2. & ſcripti codices. HEINS.

283. EXSPECTATE. Uſum vocativi apud Graecos & Latinos illuſtrat Joſephus Scalig. Epiſtola XX.

284. POST. *Per* Oudartii. ut lib. I. 628. vid. ad Suet. Tib. IV. *quem te poſt* Zulichemius. *multa dierum* Gudianus a manu prima. *accipimus* primus Hamburgicus. *poſt hominum varios, urbiſque* Bigotianus. BURM.

285. SERENOS. *Severos* Hugen. a m. ſec. mox, *& cur haec* Leidenſis. *ſerenum vultum* etiam Auguſto dat Suetonius cap. LXXIX. BURM.

287. ILLE. *Ipſe* Montalbanius. *nec quaerentem me* ſecundus Hamburgicus. *nec me remoratur vana querentem* Menagianus prior. *fata moratus* Ed. Venet.

288. DUCENS. *Fundens* Parrhaſ.

289. NATE DEA. Id eſt, quamquam natus dea ſis, fuge tamen. Donat. ad Terent. Hecyr. II. II. 16. *Heus fuge* Leid. unus. *eripe telis* Dorvill. BURM.

290. HOSTIS HABET. Vid. ad Val. Flac. III. 45.

Ibid. RUIT ALTO A CULMINE TROJA. Mihi minus aliquid ſignificare videtur, *alto a culmine*, quam ſi ſimpliciter ſcriptum eſſet, *a culmine*. ut loquitur ℣. 603. *Sternitque a culmine Trojam.* Quare non diſpliceret legi, *ruit alta a culmine Troja.* ſic Homerus Iliad. N. 773. hic ab Urſino laudatus:

Ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης
Ἴλιος αἰπεινή.

in *κατ' ἄκρης*, a *culmine*, in *αἰπεινή alta* exprimitur. ſane 410. habetur:

Hic primum ex alto delubri culmine &c.

ſed ibi epitheton vim ſuam exſerit. Juvat quod *a* abeſt a Medic. Cod. nec non a meo. unde ſaltem turbatum hic fuiſſe conſtat. Serv. ad I. Georg. 105. vulgatum agnoſcit. DORVILLIUS. & ſane *altas* urbes paſſim dici vidimus ad I. Georg. 485. ſed quia codices non addicunt, nihil mutare audeo. *ab*

15 lege, *crudelis*, ut ita Donat. ad Terent. Adel. III. II. 9. INDIGNE, impie, crudeliter, explicat, & hoc Virgilii loco firmat. BURM. 16 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 291. *Honeſtum.* Daniel. ad 290. 17 vel a tectis ſuis: nam ideo dixit *culmina*, dicta tecta, q. v. d. c. ae. protegebant Dan. Fabr. repetita haec ex notis Servii ad Ecl. I. 69.

Digitized by Google

Sat patriae Priamoque datum. Si Pergama dextra
Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.
Sacra ſuoſque tibi commendat Troja Penates:
Hos cape fatorum comites: his moenia quaere,
Magna pererrato ſtatues quae denique ponto.
Sic ait: & manibus vittas, Veſtamque potentem,

Ae-

SERVII.

291. SAT PATRIAE, PRIAMOQUE DATUM. [Ecce & hoc] honeſtum: nam contra fata venire conſtat neminem poſſe. [Ergo, *Sat patriae Priamoque datum*, vel regnaſſe; vel *ſat pro patria*, id eſt Priamo, militaſſe.]

292. ETIAM. Multi diſtinguunt, ut ſit adhuc, [18] ut VI. 485. *Etiam currus, etiam arma tenentem.* [Intelligunt enim eum oſtendere voluiſſe, Trojam voluntate divina certo tempore eſſe defenſam, & nunc, ſi ſalutem tenere per fata potuiſſet, ipſius quoque dextera potuiſſe defendi.] Sed melius eſt, *etiam hac:* ut & particeps gloriae ſit Aeneas, & Hector [19] arrogantiam vitet. [Quidam *etiam*, pro denique, vel poſtremo, accipiunt.]

293. [TIBI. Merito *tibi*; quod religioſus es & pius.] SACRA SUOSQUE TIBI COMMENDAT TROJA PENATES. [20] [Ecce iterum a] neceſſario: nam ſacrilegium eſt, non liberare commendatos penates. [Et non *Ego*, ſed *Troja*; ut videatur patriae praeſtare quod fugiat.]

294. FATORUM COMITES. [21] Poſſibile; quia occurrebat, *Hoſtis habet muros:* dat ei comites deos: [& ſcite ait *fatorum*, ne Aeneas diceret, quo mihi eos comites? HIS MOENIA QUAERE. Hoc eſt, I. 5. *dum conderet urbem Inferretque deos:* & multi *quaere*, diſtinguunt, & ſic ſubjungunt, *Magna pererrato ſtatues quae denique ponto:* non enim magna moenia inventurum promittit; ſed magna facturum. Nam & dii penates in III. 159. ita monent: *Tu moenia magnis magna para*].

295. PERERRATO. Una pars orationis. Hoc autem verbo oſtendit erroris longinquitatem.

296. VESTAM. Deam ignis, quae, ut ſupra diximus, I. 292. Terra eſt. [22] [Quae in medio mundo librata, [23] vi ſua ſtet & ignem intra ſe habeat: [24] alii de igne divino hoc volunt dictum; quod e vi ſua ſtet, inde *Veſtam*. Sed in primo libro 378. dictum, quos *deos penates* ab Aenea advectos diverſorum opinio tradiderit; quod etiam ſingulis locis, ubi de *penatibus* varias opiniones poëta ſecutus dixerit, notatum invenitur. Hic ergo quaeritur, utrum *Veſta* de numero penatium ſit, an comes eorum accipiatur, quod cum Conſules & Praetores, ſive Dictator, abeuntes magiſtratu, [25] Lavinii ſacra *penatibus* ſimul & *Veſtae* faciunt. unde Virgilius: cum praemiſiſſet, *Sacra ſuoſque tibi commendat Troja penates*, adjecerit, *Et manibus vittas Veſtamque potentem*; ſed *potentem* poteſt ad illud accipi θεὺς δυνατὺς, ſicut vocari penates dictum eſt I. 378. Nonnulli tamen *penates* eſſe dixerunt, per quos ſpiramus & corpus habemus, & animi rationes poſſidemus. Eos autem eſſe, Jovem, aethera medium, Junonem, imum aëra cum terra, ſummum aetheris cacumen Minervam: quos, Demarathi Corinthii filius, Samothraciis religionibus myſtice imbutus, uno templo & ſub eodem tecto conjunxit. His addidit & Mercurium, ſermonum deum. Hos Virgilius θεὺς μεγάλους, ut III. 437. *Junonis magnae primum prece numen adora.* θεὺς δυνατὺς, ut: *Dominamque potentem.* θεὺς χρηστὺς, ut I. 734. *Et bona Juno:* quae propter admonitionem locis ſuis notata ſunt.]

VARIORUM.

ab culmine Leidenſis unus. deerat praepoſitio etiam Menagiano priori, quod indicium facere poſſet, *alta* fuiſſe ſcriptum, & abſorptam a ſimili litera eſſe praepoſitionem. BURM.

291. PATRIAE. *Priamo patriaeque* ſecundus Hamburgenſis. aliter Donatus ad Terent. Hecyr. IV.

18 ut, *jam arma tenentem* Steph. Dan. ut, *etiam ar. t.* L. Voſ. R. Fabr. al. 19 ſuperbiam L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 20 neceſſarium, iidem tantum habent. 21 ceterum a poſſibili Fuld. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *diverſo* ỳ. 297. 23 vi ſuae * vaſtet Dan. nisi aſtet Fuld. 24 deſunt etiam haec Dan. & Fab. ad ỳ. 297. 25 Lavini Fuld.

Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.
Diverſo interea miſcentur moenia luctu:
Et magis atque magis, quamquam ſecreta parentis
Anchiſae domus, arboribuſque obtecta receſſit,
Clareſcunt ſonitus; armorumque ingruit horror.

Ex-

SERVII.

297. AETERNUMQUE ADYTIS EFFERT PENETRALIBUS IGNEM. [Quod in templo] Veſtae *ignis aeternus* eſt: Ecce ipſe expoſuit, quid ſit Veſta.] DIVERSO INTEREA. Haec eſt prooeconomia: [26] ait enim Aeneam non fuiſſe proditorem; ſed propter longinquitatem domus, & tarde bella cognoviſſe, & facilius evitaſſe diſcrimen.

299. MAGIS ATQUE MAGIS. Iteratione ſermonis fecit augmentum; ac ſi diceret magis ac plus; ſed propter metrum non potuit: ſic [27] etiam & diminutione, velut ſi dicat: *Et minus atque minus:* & *ut* pro utcumque. [28] [Ponitur tamen alibi, *magis atque magis*, pro vehementer: ſicut *etiam atque etiam*, quod crebro eſt apud Ciceronem lectum.]

300. ANCHISAE DOMUS. Satis religioſe locis omnibus, quamdiu vivit Anchiſes, ei univerſa concedit, ubi dicto loco III. 9. *Et pater Anchiſes dare fatis vela jubebat.* ARBORIBUSQUE OBTECTA. Laus domus; [29] [& argumentum, ſi non auditus eſt ſtrepitus armorum, & urbis captae clamor, ab Aenea.] RECESSIT. A frequentia ſe removit: & eſt ſpecioſa tranſlatio, quotiens rei mobilis ad immobilem, vel e contra, transfertur officium.

301. INGRUIT. Invadit, ut XII. 628. *Ingruit Aeneas Italis, & praelia miſcet.*

VARIORUM.

IV. 2. poſſet autem intelligi, a te, Aenea, ſat datum patriae, non enim de ſe hoc Hector ait, ſed ut fugam Aeneae honeſta hac cauſſa excuſaret, quod nec Hector potuiſſet defendere Trojam. gloſſa etiam Leidenſis *etiam hac*, interpretatur *tua.* ſed in *hac* Hectoream manum cum aliis hic intelligo. *datum eſt* Wittian. BURM.

292. POSSENT. *Poſſint* alter Rottendorphius.

295. PERERRATO STATUES. Heinſ. diſtinguere volebat, *moenia quaere magna, pererrato* &c. & ita in Wittiano erat. ego aliter: nam demum magna futura erant, poſtquam ſtatuiſſet Aeneas, & per ejus poſteros caput extuliſſet. *magnae urbes* ſunt metropoles, ſedes regiae. vid. inf. ad III. 59. & XI. 226. *ſtatuere* vero dicitur de primo conditore. ut I. Aen. 573. & IV. 655. Propert. III. IX. 21.

Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis urbem.

Vellej. Paterc. L. I. I. *Agamemnon tres ibi urbes ſtatuit*, ubi vide notas. P. Mela II. 18. *ſequentem urbem Pelops ſtatuit.* BURM.

296. VITTAS. Per has, quas ſupra vocat *virgineas*, Palladis intelligi credo, quas poſtea Pantheus ipſi tradidit revera, hic in ſomnis videtur dare Hector. nam ad verſum 320. male Cerda hic diverſa ſacra tradita ab Hectore Aeneae fingit, quum haec in ſomnio viſa, imago fuere ſacrorum, mox vere tradendorum Aeneae: licet & Serv. ad ỷ. 271. in eodem luto haereat. BURM.

297. EFFERT. *Affert* tertius Mentelii & Regius. vid. ad Ecl. VIII. 64.

298. LUCTU. *Fletu* Leidenſ. unus. vid. ſup. 271.

299. ET MAGIS. *At magis* Mediceus a manu prima. vid. ad Georg. IV. 311.

300. RECESSIT. Imitatur Statius in Domo Thoantis lib. V. 242. *& ſi lata receſſit Urbe domus.*

301. CLARESCUNT. *Clareſcunt* codices noſtri & Priſcianus agnoſcit lib. XVI. non *crebreſcunt.* HEINS. *Sonitus* vero ut tumultui & armorum crepitui convenit, ita & recte incendio tribuuntur. ut Nepos Alcibiad. cap. X. *Ille ſonitu flammae excitatus.* Curtius VI. 6. *ſonabant incendio ſilvae.* Noſter II. Georg. 306. *ignis ingentem coelo ſonitum dedit* Lucan. VI. 662.

Si vero Stygioſque lacus, ripamque ſonantem
Ignibus oſtendam.

IX.

26 agit L. Baſil. agit enim, ut demonſtret Aeneam Fabr. 27 etiam & in diminutione Voſ. Steph. Dan. ſic eſt & in diminutione L. R. Fabr. ceterum etiam L. Voſ. R. in diminutione, ut eſt. . . . ceteris deſideratis. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 29. deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al.

Excutior ſomno, & ſummi faſtigia tecti
Adſcenſu ſupero, atque adrectis auribus adſto.
In ſegetem veluti quum flamma furentibus auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, ſternit ſata laeta, boumque labores;
Praecipiteſque trahit ſilvas: ſtupet inſcius alto
Adcipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.

Tum

SERVII.

302. EXCUTIOR SOMNO. Ut appareat terroris eſſe, non ſatietatis, [clamoribus & ſonitu interruptus eſt, ut non ipſe ſomnum excuteret, ſed ſomnus ipſum.]

303. ARRECTIS AURIBUS. Tranſlatio ab animalibus, [30] [quae ad omnem ſonum erigunt aures, ut apud Terentium And. V. IV. 30. *Arrige aures, Pamphile.*]

304. [CUM FLAMMA FURENTIBUS AUSTRIS. Ubique bene vis aquae & ignis bello comparatur: quia utriuſque rei prope unus effectus eſt.]

305. [RAPIDUS Quare *rapidus?* quia *montano flumine* fluxit.] [31] [*Flumine.* Fluxu,] ut I. 465. *Largoque humectat flumine vultum.* TORRENS. Fluvius, [32] qui aeſtate ſiccatur; unde & nomen accepit, cui Graeci per contrarium dedere vocabulum: nam χειμάῤῥουν dixerunt, a tempore quo creſcit: ſicut aequinoctium ἰσημερίαν.

306. [BOUM LABORES. Ut [33] alibi I. Georg. 118. *Nec tamen haec cum ſint hominumque deumque labores.*]

307. PRAECIPITESQUE TRAHIT SYLVAS. Hoc ſpeciale fluvii eſt; ſupra dicta vero etiam ignis. INSCIUS. Non ignarus: nam videt; [34] ſed qui non valde ſit cauſſarum peritus, id eſt, ſimplex, [35] ἄπειρος.

308. SAXI DE VERTICE. Pro montis. Contra in ſexto, *montem* pro *ſaxo* poſuit, ut VI. 360. *Prenſantemque uncis manibus capita aſpera montis.*

VARIORUM.

IX. 919.
Peucedanumque ſonat flammis.

& ita *ignis auditur* infr. h. l. ℣. 706. *clareſcunt* non moverem; obſcuriores enim, paullatim clariores ſonitus fiebant. ita *clara tuba, clarum ſignum* infr. III. 518. *ſonituſque* Dorvillian. BURM.

Ibid. HORROR. *Error* primus Moretanus. eadem varietas inf. 412. 559. & apud Lucanum, Valer. Flac. & alios eadem diſcrepantia. *armorum ingruit* Francianus.

305. INCIDIT. Caſu, ut ita paſtoribus incautis excidit lib. II. Georg, 303. vid. hic Cerdam contra Macrobium diſputantem. BURM.

Ibid. MONTANO FLUMINE TORRENS. *Saxi de vertice torrens* Scholiaſtes Horatii lib. IV. Od. 14. ſed idem lib. III. Od. 29. pro vulgata ſtat lectione. ita quoque exhibet Servius ad I. Aen. 566. *rapidos* primus Moreti & Francianus. *a flumine* Moret. tert. Scholiaſtae Horatii ſine dubio obverſabatur verſus ex lib. VII. 567. *& torto vertice torrens*, aut confudit hunc verſum cum ſeq. 308. *montanum* vero *flumen* eſt, quale Ovidius deſcribit III. Amor. 6. ubi vide quae diximus. Lucan. II. 485. *Et tu montanis totus nunc fontibus exi.* & vide ad eumdem II. 403. *Montano a vertice* Bigotian. BURM.

306. BOUMQUE. *Hominumque* prior Hamburgenſis pro diverſa lectione. vid. I. Georg. 118. *laborem* Voſſ. & fragm. Moreti.

307. STUPET. Quinctilianus lib. VIII. 6. *ſedet:* ubi vide quae diximus. Cerda, licet in nota ad ℣. 305. *ſtupet* memoret, hic nulla ejus verbi mentione facta, *ſedet* explicat. BURM.

308. ACCIPIENS. *Aſpiciens* Sprotii pro varia lectione.

309. FI-

30 deſunt L. Voſſ. R. Steph. Danieli deſunt, ut apud &c. Baſilienſi, quae ad o. s. e. s. 31 deſunt Fuldenſi. 32 quia Voſſ. R. 33 alibi * *nec tamen cum haec ſint hominum deumque labores* Fuld. 34 deeſt Dan. 35 deeſt Steph. Dan, Fabr. al.

Digitized by Google

Tum vero manifeſta fides, Danaûmque pateſcunt
Inſidiae. Jam Deiphobi dedit ampla ruinam,
Volcano ſuperante, domus: jam proxumus ardet
Ucalegon: Sigea igni freta lata relucent.
Exoritur clamorque virûm clangorque tubarum.
Arma amens capio; nec ſat rationis in armis:
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem

Cum

SERVII.

309. MANIFESTA FIDES. Non ſomnii, ut quidam volunt, ſed fraudis Graecorum: nam & hoc ſequitur, DANAUMQUE PATESCUNT INSIDIAE. [Quamvis alii hoc ad Laocoontis interitum, alii ad reſponſa Caſſandrae applicaſſent.]

310. JAM DEIPHOBI. Quia ipſe poſt mortem Paridis Helenam duxit uxorem [36] [unde ei graviter Graecos conſtat eſſe iratos, de quo plenius in ſexto narratur.]

311. PROXIMUS ARDET UCALEGON. [37] [Proximus Deiphobo:] rem domus ad perſonam tranſtulit, & eſt τὸ αἴτιον, [38] [hoc eſt, cauſativum: ideo enim ardet, quia proximus eſt] ut IX. Ecl. 28. *Mantua vae miſerae nimium vicina Cremonae*. [Bene ergo proximam Deiphobo domum dicit invaſam, apud quem Helena fuerat. Secundum [39] Ucalegontem poſuit, quem, juxta Homerum, in conſiliis & amicitia conſtat Priami fuiſſe.]

312. SIGEA. Duo ſunt Trojae promontoria, *Rhoeteum* & *Sigeum*, quod dictum eſt propter Herculis taciturnitatem, qui, prohibitus [40] [a Laomedonte] hoſpitio, ſimulavit abſceſſum, & inde contra Trojam per ſilentium venit, quod σιγὴ dicitur. FRETA LATA RELUCENT. Incendii magnitudinem voluit ſignificare, non hoc quidem deſcribere. *Lata* autem ideo, quia ſe anguſtiae [41] Pontici oris illic dilatant, ut Salluſtius [42] dicit in fragm. incertis.

313. [CLAMORQUE VIRUM. Sive qui caedebantur, ſive qui caedebant.] CLANGOR. Graecorum eſt: nam κλαγγὴ dicitur. Illud ſane ſciendum eſt, quia morem tetigit expugnationis: plerumque enim ad [43] tubam [44] evertuntur civitates: ſicut Albam [45] Tullus Hoſtilius juſſit everti.

314. AMENS. [46] Qui nec ſomniis credidi; nec rebus aſpectis. [Quamvis quidam ſic exponant: *Capio*, non manibus interim, ſed animo: nam intentio erat: ergo *capio*, placet mihi ſumere.] NEC SAT RATIONIS. [47] [Quoniam *amens*, ideo *nec ſat rationis*:] [aut oſtendere vult, primam ei cogitationem fuiſſe de patria; ſed ſubveniendi ei armis nullam fuiſſe rationem, ardente jam patria: quomodo enim incenſam civitatem defenderet?]

215. BELLO. Ad bellum. [CONCURRERE IN ARCEM. Quod inde facile poſſit [48] pugnari cum hoſtibus.]

VARIORUM.

309. FIDES. Argumentum, indicium, unde inſidiae mihi paterent. Juſtin. IX. 3. *Ea primum* (malim, *demum*) *fides inopiae Scythicae fuit*. ubi vide notas doctiſſimi Abr. Gronovii. Lucan. II. 243. *virtutis jam ſola fides*, de Catone. ut Valer. Flac. I. 383. *Phoebique fides non vana parentis*. vid. ad Ovid. XII. Met. 365. ita *vera fides* lib. III. 316. ex hoc loco forte poſſet firmari conjectura virorum doctorum apud Livium, ſcribentium lib. I. cap. 51. *tum vero manifeſta res viſa*. Lucan. I. 423. *Addita fati Pejoris manifeſta fides*. BURM.

310. AMPLA. *Alta* Hamburg. ſec. eadem varietas lib. I. 7-5.

312. UCALEGON. *Ucbalion* ſecundus Rottendorfius.

36 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 37 deſunt eiſdem. Idem Deiphobo * Rem. Dan. 38 hoc eſt accuſativum, idem enim Dan. Fabr. deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 39 Ucalegonem Fuld. forte legendum, *Ucalegontem poſuit, quem juxta Homerum ſecundum in conſiliis &c* vid. Il. Γ. 148. BURM. 40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 41 Ponti L. Voſ. R. ſed Tacit. II. Ann. 54. *os Ponticum intrat*. & ita ibid. cap. 56. *Ponti ven*, pro *Pontici* non debuerat Lipſius melius judicare. vid. ibi Heinſium. Ovid. III. Triſt. XII. 41. *Fas quoque ab ore freti longaeque Propontidis undis &c.* BURM. 42 dixit iidem. 43 turbam Voſ. 44 evertunt civitates Steph. Dan. 45 Tullius juſſit everti L. 46 bene *amens* quia Fabr. al. ſomnio Baſil. ſomnis L. Voſ. R. credit Steph. Dan. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 48 pugnari * hoſtibus Fuld.

Cum ſociis ardent animi. Furor iraque mentem
Praecipitant; pulchrumque mori ſuccurrit in armis.
Ecce autem telis Panthus elapſus Achivom,
Panthus Othryades, arcis Phoebique ſacerdos,
Sacra manu, victoſque Deos, parvumque nepotem
Ipſe trahit, curſuque amens ad litora tendit.

Quo

SERVII.

316. FUROR, IRAQUE MENTEM PRAECIPITANT. Poteſt quidem ſpecialiter accipi, id eſt, mentem meam furor & ira praecipitaverunt; ſed melius eſt generaliter: Non mirum eſt, me arma cepiſſe ſine ratione: furor enim & ira mentem praecipitant [49] hominum.

317. SUCCURRIT. [Ratio viri fortis: quid enim aliud a bono cive & forti amiſſae patriae poſſit impendi: &] [50] [*Succurrit*, in animum venit.]

318. ELAPSUS. [51] [Verbum aptum his, qui vix evaſerunt.] [PANTHUS OTHRYADES. Everſo Ilio ab Hercule, & occiſo Laomedonte, Priamus judicans vitio potius loci, quam ira deûm calamitatem accidiſſe patriae, mittit Delphos filium Antenoris ſcitaturum, an everſum Ilium fas eſſet iisdem erigi fundamentis. Erat eo tempore Apollinis Delphici ſacerdos Panthus Othryadis filius miranda pulchritudine: hunc filius Antenoris, ut dicitur, amore captus, rapuit, & Ilium perduxit, cujus injuriam Priamus volens honore penſare, ſacerdotem eum Apollinis fecit, ut quo honore inſignis apud ſuos fuerat, eo apud alios non eſſet inferior.]

319. ARCIS PHOEBIQUE SACERDOS. Aut ſubrogatum intelligimus; aut quod melius eſt, morem Romanum tetigit: in Capitolio enim deorum omnium ſimulachra colebantur. [52] [Ut ſit illius Apollinis ſacerdos, qui in arce colebatur, [53] [non alterius, ideo addidit *arcis*, quaſi arcani: quia ipſum eſſe dicunt urbium conditorem:] aut ARCIS, Minervae accipiamus.]

320. SACRA MANU. [54] Hoc eſt, quod ſupra Hector dixerat: *Sacra ſuoſque tibi commendat Troja penates.* VICTOSQUE DEOS. Qui egebant ſacerdotis auxilio. Simul & Aeneae excuſatur abſceſſus.

321. IPSE TRAHIT. [Id eſt, qui numina liberat, inter pietatem religionemque diſtrictus: Et eſt] [55] Septima ſyllepſis. *Trahit* enim, licet [56] nepotis tantum ſit, tamen & ſuperiora concludit. CURSU. Legitur & *curſum*. AD LIMINA. Aeneae & religio laudatur, & virtus.

VARIORUM.

fius. vide Horat. I. Sat. v. 71. ubi *hoſpes ardet*, pro ejus domo. *Sigeoque igni* Parrhaſ.

314. NEC SAT RATIONIS. Deeſt *erat*, vel *habui*. Donatus ad Terent. Andr. I. I. III.

315. SED GLOMERARE. Hic cum duobus ſequentibus verſibus deerant Oudartii codici.

Ibid. IN ARCEM. *Ad arcem* Moretanus primus. HEINS. *Et currere* Sprotianus.

317. PRAECIPITANT. *Praecipitat* Gudianus. HEINS. *Praecipitent* ſecundus etiam Hamburgenſis.

318. ACHIVUM. *Achivis* prior Menagianus, Sprotianus & alter Hamburgenſis. *Achivom* Mediceus & Gudianus. HEINS.

319. PANTHUS OTHRYADES. *Othryades* ſcriptum in vetuſto codice Colotiano. male autem in aliis, *Otriades*. URSIN. In Sprotiano *Panthoys*, & mox *Panthoy*, expreſſa enuntiatione Graeca. ſic lib. x. 199. codex Menagianus, pro *Fatidicae Mantus* exhibet, *Mantoys*. HEINS. *Pantos* ſecundus Hamburgicus. *Pantheus* Parrhaſ. *Phantheus* Wittian. & mox, *Panthu*. *Panthus* Zulichem. Montalbanius & Venetus. & ſecundus Moreti. *Otyriades* Francianus. *Otriades* Wittian. & Ed. Junt. Ald. & al. ut vero mox *Panthu*, ita & *Melampu* Stat. III. Theb. 546. BURM.

320. VICTOS. *Jactos* tertius Rottendorfius. *victuſque* Gudianus. ſed *victi* dii a Graecorum diis,

ut

49 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 319. 51 vix evadens Fabr. & nihil praeterea. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 320. 53 deſunt Dan. Fabr. ideo addit * alterius, id eſt arcis, &c. Fuld. 54 hoc eſt propter quod ſupra Voſ. R. Steph. Dan. al. hoc eſt, quod & ſupra L. omne verum quod Hector dixerat ſupra Fuld. 55 deeſt ſyllepſis L. ſilempſis Voſ. R. 56 ad nepotem pertineat Dan.

Digitized by Google

Quo res ſumma loco, Panthu? quam prendimus arcem?
Vix ea fatus eram, gemitu quum talia reddit:
Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus
Dardaniae. Fuimus Troës: fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum. Ferus omnia Juppiter Argos

Tranſ-

SERVII.

322. QUO RES SUMMA LOCO, PANTHU? Reſpublica, [57] [id eſt, univerſus ſtatus, quo loco poſitus:] [& bene civis utilis, de Repub. primum ſollicitus eſt,] [58] [ſed hoc totum] admirantis eſt, non interrogantis: & *Panthu* vocativus eſt Graecus,] [59] ἀπὸ τῦ Πάνθοος, Πάνθοι, οι in ου.] QUAM PRENDIMUS ARCEM. Cum tu eam relinquas: non enim plures erant arces: unde admirantis eſt. Et notanda ſimul orationis brevitas, quae in [60] periculis congruit. [61] [*Prendimus* autem occupamus.]

323. [GEMITU. Ut oſtendat luctuoſam rem ſe eſſe dicturum.]

324. [62] [SUMMA DIES. Ultima, aut ſuprema, ut, *ſupreme Jupiter. Dies* autem ſi foeminino genere ponatur, tempus ſignificat, ut ℣. 783. *Quam nec longa dies*: ſi maſculino vero, ipſum diem. [63] [Et de maſculino genere tria obſervanda ſunt: in qualitate, numero, adverbio: In qualitate, *ſerenus* ſi *dies*, non *ſerena*: numero: *Bis quinos ſilet ille dies*, non, *Bis quinas*: Adverbio, *hoc die*, non *hac die*. Caeterum *diecula* nihil praejudicat: quia multa diminutiva recedunt a nominibus primae poſitionis, ut *ſcutum*, *ſcutella*; *canis*, *canicula*; *rana*, *ranunculus*. INELUCTABILE. Quod nemo eluctari poſſit ut effugiat, cum decem annis luctati ſimus.]

325. DARDANIAE. Trojae: aut a Dardano, Jovis & Electrae filio, [quem quidam ab Arcadia profectum veniſſe ad Phrygiam volunt: Alii de Samothracia ad memorata loca veniſſe dicunt, qui ex nomine ſuo Dardanos populares appellavit: qui ex Samothracia Trojam penates dicitur detuliſſe, quos poſt ſecum Aeneas ad Italiam vexit: nam & Samothraces horum Penatium Antiſtites [64] *ſuos* vocabant, qui poſtea a Romanis Salii appellati ſunt: hi enim ſacra Penatium curabant; quos tamen Penates, alii Apollinem & Neptunum volunt; alii [65] haſtatos eſſe, & in regia poſitos tradunt. Tuſci Penates Cererem, Palem, & Fortunam, dicunt:] aut certe ſecundum Sallustium fragm. incert. *A rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit.*

326. FERUS JUPPITER. Summae neceſſitatis eſt, [66] cum etiam ſacerdos in convicia ruit deorum: quod ſervat Virgilius, ne unquam tradat Aeneae. FERUS autem invidioſe dictum eſt, & ad tempus epitheton: nam Juppiter aequus eſt omnibus, ut X. 112. *Rex Juppiter omnibus idem.* [67] [Item in VI. 129. *Pauci quos aequus amavit Jupiter.*] Hinc & paulo poſt 618. *Ipſe deos in Dardana ſuſcitat arma*: hoc eſt, [68] qui aequalis eſſe conſuevit.

VARIORUM.

ut ita *fata victa* apud Ovid. I. Epiſt. 28.

Illi victa ſuis Troïa fata canunt.

ubi vide quae diximus. BURM.

321. CURSUQUE AMENS TENDIT. *Curſumque* Moretanus quartus, quod & Servii aetate in quibuſdam exemplaribus legebatur. HEINS. Eadem varietas occurrit apud Claudianum VI. Conſ. Honor. 291. Sil. Ital. IX. 216.

—— *Ex acie tende in Capitolia curſum*

& X. 73.

—— *Ac retro curſum tendentem.*

ubi vid. Cl. Drakenb. & ita *tendere iter* lib. VII. Aen. 7. vid. & Markland. ad Stat. V. Silv. II. 115. & quae adnotata ſunt ad Ovid. II. Met. 547. *curſuſque* Menag. pr. & Wittian. BURM.

Ibid. AD LITORA. *Ad limina* ſcripti noſtri, excepto

57 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 58 deſunt eiſdem. Steph. etiam deeſt τὸ *Graecus*. 59 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 60 pericula Commelin. in Daniel. ordo verborum admodum turbatus in nota ad hunc verſum. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 325. Dan. hic mutilata verba dedit, hoc modo, ultima aut ſuprema. Juppiter, autem dies. 63 hic ſequebantur in Daniel. Penates ergo, quos Panthus ad Aeneam traxit, alii Apollinem & Neptunum volunt, alii ſtatuas eſſe, & in regia poſitos tradunt. Tuſci penates Cererem, Palem & Fortunam dicunt. ceteris omiſſis. 64 *Cees* legit Gutberlet. I. de Diis Cabiris cap. X. 65 aſtatas Fuld. 66 quoniam etiam Dan. cum eſſet ſac. Fuld. 67 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 68 qui qualis R.

Tranſtulit. Incenſa Danai dominantur in urbe.
Arduus armatos mediis in moenibus adſtans
Fundit equus, victorque Sinon incendia miſcet,
Inſultans. Portis alii bipatentibus adſunt,

Mil-

SERVII.

327. [69] [ARGOS TRANSTULIT. Quaſi dicat: qui defendas, quod Juppiter tranſtulit?

328. ARDUUS. Incultus, ut III. Georg. 79. *Illi ardua cervix:* & ideo: *Demiſſum lapſi per funem.*] MEDIIS IN MOENIBUS. Ubi arx fuerat. ASTANS. Pro ſtans: & eſt Protheſis.

329. [FUNDIT EQUUS. Homerus: Odyſ. Θ. 515. ἱππόθεν ἐκχύμενοι. Et ad voluntatem & ad multitudinem & ſonora, quaſi adhuc deſcendant.] VICTOR. Propoſiti effector, ut III. Georg. 114. *Rapiduſque rotis inſiſtere victor.* MISCET. Scilicet caedibus.

330. INSULTANS. [Non dicit illis Graecos inſultare, ſed Sinonem, qui illis muros patefecerat dolis:] [70] [& *inſultare* eſt in alienum dolorem gaudere; *exſultare* vero gaudere.] BIPATENTIBUS ADSUNT. Quia geminae ſunt portae. [Et quidam bipatentibus praeſumptum accipiunt, quia, *bi*, particula non praeponitur, neque verbis, neque participiis: nemo enim dicit *bipateo* & *bipatens;* ſed praeponitur appellationibus, ut *bipennis.*]

VARIORUM.

cepto Hamburgenſi priore & Pierianis, omnes. & ſane *limina* pro portis aut egreſſu arcis videtur poſuiſſe. ſic infr. 620. *patrio te limine ſiſtam.* pro in finibus patriae. ubi *litore* etiam in nonnullis exemplaribus. HEINS. Catroeus *limina* intelligit domus Aeneae. certe de arcis egreſſu vix poteſt capi, quae jam capta, vel obſeſſa a Graecis, e quorum telis elapſus Panthus, eo redire non cogitabat, ſed ſe & ſacra fuga eripere: nec tutum ſibi in Aeneae domo refugium poterat ſperare. quare ego *litora* praeferrem, & ex urbe eum fugiſſe ad *litora* ſtatuerem. Quum vero tranſiret eo, incidiſſe in Aeneam, qui armatus ex domo ſua egreſſus erat. Domum vero Aeneae in remota urbis parte, nec procul a porta, quae mare reſpiciebat, fuiſſe, colligere licet, quod ſtatim viderit, *Sigea freta relucentia igne*, ex faſtigio domus ſuae. & quod poſtea, ſimulac patrem ſuſtulerit ℣. 730. *propinquet portis.* & deinde regreſſus, ut quaereret Creuſam, per portam ingreſſus, ſtatim domum ſuam reviſat. & collecta manu juvenum non longe a domo ſua, inde in mediam urbem tendat ℣. 359. ubi arx erat, & in ea equus, mox ℣. 328. ſi tamen *limina*, ut habent Regius, Dorvil. Parrhaſ. & Edd. veteres, quis retinere velit, ego *limina portae*, ut plene effert ſup. 242. & inf. 752. intelligere malim. eadem confuſio harum vocum lib. VIII. 555. & alibi. *Limina* etiam ſimpliciter ponit lib. XI. 267. ubi Servius, *limina imperii* interpretatur. BURM.

322. QUO RES SUMMA LOCO. *Summa loci* primus Rottend. neſcio, an Plauti illa in Mercator. act. ult. ſc. *ubi loci res ſumma eſt noſtra publica?* librarius in mente habuerit. Stat. VII. Theb. 558. *quo tua ſit fortuna loco.* & veteres dixiſſe, *quo loco*, & *quo in loco* multis docuit Cl. Drakenb. ad Liv. VII. 15. deinde *quo res ſumma loco? Panthu quam* &c. Moreti primus. Ruaeus plures arces fuiſſe, & hinc dubitaſſe Aeneam, quam adhuc propugnandi eſſet facultas, credit. ſed toties unius *arcis* in hoc libro mentio fit, quae Palladi ſacra, ut ſupr. 226. & ubi equus ille ſacratus Minervae fuit locatus, ℣. 245. vid. & ad ℣. 266. Pietati ergo Aeneae convenit, in ſubito hoc tumultu ſtatim de tuenda arce ſacra cogitare, in primis videns Panthum arcis & Phoebi, qui ibi etiam templum forte habuit, ſacerdotem. quare forte melius legeretur, *qua prendimus arcem?* qua via, ratione ad arcem pervenire poſſumus, ut mox 387. *qua prima fortuna ſalutis Monſtrat iter.* & ita centies alibi. unde mox, *anguſta viarum* obſeſſa dicit Panthus, oſtendens difficilem rationem veniendi in arcem. *prendere* vero dictum, ut *prenſant faſtigia* ℣. 444. & *prendere tellurem* Ovid. II. Amor. IX. 3. & *prendere fines* Grat. Cyneg. 429. ad quae loca vide quae notavi. BURM.

323. ERAM. *Eram gemitu*, *cum* Leidenſis.

324. INE-

[69] deſunt L. Voſ. R. Steph. a'. ad *mediis.* mox pro *incultus* malim, id eſt, *altus.* [70] deſunt eiſdem. id eſt Sinon ſubridens illos, & inſultare e in a. d. exultare Dan. Fab. deſunt, *vero gaudere.*

Digitized by Google

Millia quot magnis umquam venere Mycenis:
Obſedere alii telis anguſta viarum
Oppoſiti, ſtat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci: vix primi proelia tentant

335 Por·

SERVII.

331. MILLIA. Subaudi tot, & eſt *ἀνακόλουθον*: nam dixit *quot*, cum non praemiſerit *tot*. [Et ita vel augendi gratia, vel perturbatus dicit, tantos eſſe Graecos, quanti olim venerint, quaſi nemo perierit decennali bello. UNQUAM. Pro quondam.]

332. ANGUSTA VIARUM. Anguſtas vias, vicos: & eſt ut I. 422. *Strata viarum.*

333. [71] [STAT. Aut horret, ut VI. 300. *Stant lumina flamma*: aut *ſtat*, adſtantibus in medio armatis tenetur.] FERRI ACIES. Bene addidit *ferri*: quia [72] homonymum eſt *acies*: [& multa ſignificat, ut *exercitus*, *ferri*, *oculorum*.]

334. STRICTA. Nuda: unde & *deſtringere* dicimus. [73] [VIX. Modo, aegre.] [PRIMI. Vel in primo introitu collocati; vel periculo primi.]

VARIORUM.

324. INELUCTABILE TEMPUS. *Fatum* Macrobius lib. V. cap. I. HEINS. Repetitum ex lib. VIII. 334. *inevitabile tempus* Ed. Venet. quod & in Wittiano Codice erat ſuperſcriptum. *Dardanidae* Moreti tert. *fuit Ilion* iterum nonnulli. ut ſupr. 241. de *ſumma die*, vide quae diximus ad Ovid. III. Amor. IX. 27. BURM.

326. OMNIA. *Omina* Bigotianus pro diverſa lectione.

328. MEDIIS. *Mediiſque* Menagianus prior, Sprotii, Venetus & Parrhaſ.

329. FUNDIT. *Fudit* nonnulli codices, cum utroque Menteliano. ſed potiores, *Fundit*. HEINS. *Fudit* probat Heumannus Tom. II. Poeciles lib. III. pag. 382. *fudit* duo Leidenſes & tertius Mentelii, & Regius. *fundit* vero ut puerpera. vid. ſupr. 238. *foeta armis*. & inf. Serv. ad VIII. 139. hinc & ſupra 20. *uterumque armato milite complet*. Petron. cap. LXXXIX.

Danai relaxant clauſtra, & effundunt viros.

BURM.

Ibid. VICTORQUE SINON. Copula deeſt Regio. Doctiſſimus Waddelius in Animad. Critic. p. 12. volebat, *fictorque Sinon*. ſed hoc ſenſu a veteribus raro uſurpata haec vox occurrit, quae de figulis, & qui imagines ex materia ſequaci fingebant, obvia eſt. & cui bono a vulgata recedere, non addicentibus libris, & Servio recte explicante, pro propoſiti effectore? ut ſaepe apud Virgilium. vid. III. Georg. 9. & 17. & paſſim alibi. vid. etiam ad Petron. cap. CXII. BURM.

330. BIPATENTIBUS. *Alibi patentibus* Gudianus. *alii patentibus* tertius Rottendorphius a manu prima. *alii portis* ſecundus Moreti & Leidenſis unus. *portis alii in bipatentibus* Leidenſ. & Moret. tert. *portiſque alii* Menagii & Sprotii. *aliique patentibus*. Ed. Venet. *exſultans* idem Menagii prior. neſcio an valvas arcis, an regiae Priami intelligat. BURM.

331. MAGNIS NUMQUAM. *Umquam* libri veteres ad unum omnes, quotquot a me conſulti ſunt, exceptis Hamburgenſibus duobus, uno Moreti, Veneto noſtro, & Schefferiano. & recte. *numquam* tamen in Priſciano legas lib. XVII. Auſonius Periocha XX. Iliados, veram ſcripturam exhibet, niſi quod mendoſe illic, *millia quae magnis*. HEINS. *Numquam* Wittian. Edd. Venet. & Mediol. *umquam* abundare putat Markland. ad Statii III. Silv. I. XII.

332. OBSEDERE. *Obſidere* ſecundus Moreti. inf. ℣. 450.

333. OPPOSITI. Malim *oppoſitis*, ut ad *tela* referatur; quomodo ſcripti noſtri primus & ſecundus Moretani, Gudianus, Sprotianus & Rottend. tert. cum Voſſiano pr. a m. pr. & Pierii compluribus. HEINS. *Oppoſitis, ſtat ferri acies umbone coruſco* Ed. Venet. utraque lectio *oppoſiti*, & *oppoſitis* habet, quo ſe tueatur. Ovid. Halieut. 50.

Et ruit oppoſiti nitens in vulnera ferri.

ſed & idem Epiſt. XIII. 80.

Saevaque in oppoſitos pectora ferre viros.

ego tamen *oppoſiti* praeferrem, & literam *t* geminatam

[71] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [72] ſinonimon L. ſinonimum R. ſynonimum Baſil. [73] deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Portarum vigiles, & caeco Marte reſiſtunt.
Talibus Othryadae dictis & numine Divûm
In flammas & in arma feror: quo triſtis Erinnys,
Quo fremitus vocat, & ſublatus ad aethera clamor.
Addunt ſe ſocios Ripheus, & maxumus armis
Epytus: oblati per lunam Hypaniſque Dymaſque:
Et lateri adglomerant noſtro: juveniſque Coroebus

Myg-

SERVII.

335. CAECO MARTE. [74] [Aut confuſa pugna,] aut nocturno praelio: aut epitheton Martis eſt, cujus exitus ſemper incertus eſt: [Aut quia caecantur animae & agmina pugnantium.]

336. [75] [OTRHJADAE. Patronymici genitivus: nam *Panthus* Othriadis filius fuit.] NUMINE DIVUM. Subaudis *tali*, hoc eſt, mala injiciente deſideria: [76] [nam paulo poſt ait 396. *Vadimus immixti Danais, haud numine noſtro.*] [Cum ergo hoc eſſet, tamen omiſſo conſilio, *in flammas, & in arma feror.*]

337. ERINNYS. Impatientia animi hoc loco, [77] [quae in furorem impellit.]

338. FREMITUS. Perturbatio.] ET SUBLATUS. [78] Deeſt quo, &, unde ſublatus.

339. [ADDUNT SE SOCIOS. Non dixit quaero ſocios; ſed *addunt ſe*, ut ipſe ab illis videatur eſſe quaeſitus.]

340. OBLATI PER LUNAM. [79] [Agniti per Lunae ſplendorem.]

341. ADGLOMERANT. Adglomerantur, [80] [ut ſup. 81. *Nox humida coelo Praecipitat*] CHOROEBUS MYGDONIDES. [81] [Hic *Choroebus* filius Mygdones & Anaximenae fuit.] Ergo patronymicum éſt: nam ſi gentis eſſet, *Mygdonius* diceret: nullum enim gentis nomen in *Des* exit. Hunc autem Choroebum ſtultum inducit [82] Euphorion, quem & Virgilius ſequitur, dans ei inf. 390. *Dolus an virtus quis in hoſte requirat?* cum ſit [83] turpiſſima dolo quaeſita victoria.

VARIORUM.

natam crederem ex ſequentis *ſtat* prima. ſic x. 428. *oppoſitus Abat.* vide quae dixi ad Valer. Flac. VI. 605. BURM.

Ibid. FERRI ACIES. *Ferrea acies* in Hamburg. priore. quod placeret, ſi a membranis vetuſtioribus confirmaretur. HEINS.

335. RESISTUNT. *Reſiſtent* ſecundus Rottendorphius.

338. AD AETHERA. *In aethere* ſecundus Hamburgenſis. *ab aethere* primus Moretanus. *quod fremitus* Gudianus. *quo gemitus* Dorvillianus & Wirtian.

339. SOCIOS. *Sociis* Menagianus prior. ſed vulgata firmatur ex Ecl. VI. 20. *Addit ſe ſociam.*

Ibid. RIPHEUS. *Rypheus* in primo Rottendorphii. HEINS. *Repheus* Sprotii & ſecundus Menagii.

Ibid. ARMIS. *Iphytus annis* rectum: nam ſequitur, *Iphitus aevo jam gravior.* FABRIC. *Aepitus* in Mediceo. ſed in Menteliano utroque, Gudiano, duobus Rottendorfiis vetuſtioribus & Moretanis quatuor *Epytus*: recte. quod nomen Trojanum, unde & Rex Albanorum *Epytus*, de quo nos ad Naſonem libr. XIV. Metam. 613. & Faſt. IV. 43. Κῆρυξ Ἠπυτίδης apud Homerum Iliad. P. 524. ſic & lib. V. 577. *Epytides* legendum. praeterea *maximus armis* legendum ex membranis veteribus. nam *maximus annis* ad bellum minus habilis fuiſſet. ſed id commenti ſunt qui meminerant *Iphytum jam aevo gravem*, paullo poſt introduci; cum hic loci non de Iphito, ſed de Epyto agatur. HEINS. *Et Pythus* Vratiſl. *Ephitus* Francian. *Epitus* plurimi. pro *Aepitus Epithus* Wall. Aepytus etiam

The-

74 deſunt eiſdem. aut c. pugna, aut nocturna Dan. aut c. p. nocturno praelio Fabr. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 deſunt iiſdem. 77 deſunt eiſdem. ſed Baſil. quum alibi ſit Furia. 78 & unde ſublatus iidem & Dan. ſed Baſil. ordo eſt, unde ſublatus. 79 deſunt eiſdem. ducti p. L. ſplendorem Dan. Fabr. 80 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 81 deſunt eiſdem mox, diceretur Dan. 82 Nicol. Loens. Miſcell. Epiph. II. 3. ex Poëmate, quod inſcribitur *Minnas*, eſſe ſumtum, docet. vid. & Parrhaſ. ad Claud. II. Rapt. 133. 83 turpis L. Voſ. R. Steph. Dan.

Digitized by Google

Mygdonides. Illis ad Trojam forte diebus
Venerat, inſano Caſſandrae incenſus amore:
Et gener auxilium Priamo Phrygibuſque ferebat.
Infelix, qui non ſponſae praecepta furentis
Audierit.
Quos ubi confertos audere in proelia vidi;

In-

SERVII.

342. [84] [ILLIS AD TROJAM. Deeſt *qui*.]

343. [INSANO AMORE. Aut perpetuum epitheton amoris eſt, ut x. Ecl. 44. *Nunc inſanus amor:* aut *inſano*, magno, ut inf. 776. *Inſano juvat indulgere labori:* aut *inſano*, quia belli tempore amabat Chorebus.]

344. ET GENER. *Gener* dicitur, & qui eſt, & qui eſſe vult; ut hic indicat locus: [vel certe ſecundum ſpem illius: neque enim jam: nam ideo ſubjunxit *ſponſae*:] [85] ſicut etiam maritus: unde eſt IV. 836. *Quos ego ſim totiens jam dedignata maritos.*

345. [INFELIX. Quem mox manebat interitus: vel infelix cauſae ſuae: vel qui ſponſam non audierit.] PRAECEPTA. Propter illud ſupr. 246. *Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris.* FURENTIS. Vaticinantis: [86] [unde & Sibyllam *inſanam vatem* dicit III. 443.]

VARIORUM.

Thebanus memoratur a Statio lib. XI. 240. ubi vide variationes codicum in notis Barthii. *maximus armis* jure placuit Heinſio. Albinov. ad Livium 14.

Maximus ille armis, maximus ille toga.

Silius III. 615.

Socius, qui maximus armis.

& ita lib. I. 545. *nec bello major & armis.* & ita paſſim. BURM.

340. OBLATI. *Oblecti* Wallian. a. m. pr. qui &, *Hipaniſque Dimaſque.*

Ibid. PER LUNAM. *Per lucem* Waddel. Anim. Critic. p. 13. ut tolleret ſcilicet diſcrepantiam, quam in Virgilio quidam notant ad ℣. 255. & intelligit incendii lucem: vel legebat, *oblati fortuna.* ſed haec ſine libris. BURM.

341. ADGLOMERANT. *Glomerant* Regius.

Ibid. COROEBUS. In nonnullis, *Chorebus*: quomodo & apud Macrobium lib. V. Satur. cap. 5. legitur. in Mediceo paſſim, *Coroebus*, quomodo & Mentelianus interdum, aliique complures ex ſcriptis. bene: & ſic apud Nonium in *ſpecies*, meliora exemplaria, *furiata mente Coroebus.* Κόροιβος Graecum nomen eſt. ſic vocatus ille, qui Olympiade prima victor exſtitit, Κόροιβος Ἠλεῖος Pauſaniae, Straboni, Athenaeo & Euſeb. de Praepar. Euang. dictus. Alterius *Coroebi*, hominis ſtupidiſſimi, mentio fit apud Aelianum lib. XIII. Var. Hiſt. cap. 15. HEINS. *Thorebus* Pugetianus. *Chorebus* apud Stat. I. Theb. 605. & aliis in locis, ubi etiam *Coroebus* in aliis.

342. ILLIS QUI. Aufer τὸ *qui*, ſic jubentibus Mediceo, caeteriſque vetuſtioribus libris. & ſane elegantius longe ea vox ſubintelligetur. Priſcianus tamen & Macrobius lib. V. cap. 5. agnoſcit vulgatum. ſic lib. I. 378. ex praeſtantioribus membranis:

Sum pius Aeneas, raptos ex hoſte penates
Claſſe veho mecum.

non *raptos qui ex hoſte*. congeſſimus plura lib. III. Faſtorum Naſonianorum ℣. 387. HEINS. *Qui Trojam* Parrhaſ. *qui* adſcriptum in Witt. deeſt Wall.

343. CASSANDRAE. *Caſandrae* alter Mentelianus, duo vetuſtiores Rottendorphii, aliique nonnulli, etiam in Gudiano ſic nonnumquam ſcribitur. quomodo & apud Graecos frequenter, praeſertim in Aeſchyli Agamemnone. ſic *Caſſandrea* civitas etiam *Caſandrea* ſubinde Graecis & Romanis ſcriptoribus. HEINS. *Caſandrae* Regius. *captus amore* duo Moretani, Menagianus prior, Montalbanius & Zulichemius. *accenſus* Leidenſis unus. Hamburg. pr. Parrhaſ. & Wallian.

346. AU-

84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 85 ſic dicitur etiam maritus: nam inde eſt. *Quos* Fuld. *ego ſum* Fabr. al. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. u. e. S. *inſ. vatem adeas.* dicit alibi Fabr. al.

Digitized by Google

Incipio ſuper his: Juvenes, fortiſſima fruſtra
Pectora, ſi vobis audentem extrema cupido
Certa ſequi, (quae ſit rebus fortuna videtis:
Exceſſere omnes adytis ariſque relictis
Dî, quibus imperium hoc ſteterat) ſuccurritis urbi

In-

SERVII.

348. INCIPIO SUPER HIS. His incipio, [87] [id eſt, verbis.] SUPER autem, inſuper: quia jam audebant: unde paulo poſt: *Furor additus*. JUVENES FORTISSIMA FRUSTRA. Ordo talis eſt: Juvenes, fortiſſima pectora, fruſtra ſuccurritis urbi incenſae; quia exceſſerunt omnes dii: unde, ſi vobis cupido certa eſt me ſequi audentem extrema, Moriamur, & in media arma ruamus. [88] [Alii *ſequi*, pro ſequendi accipiunt.] [89] [Obſcuritatem autem facit hoc loco & ſynchefis, id eſt, hyperbati longa confuſio,] & eſt falſa lectio: nam multi [90] AUDENDI legunt, multi AUDENTI; ſed neutrum procedit. Ergo AUDENTEM legendum eſt.

351. EXCESSERE. Quia ante expugnationem evocabantur ab hoſtibus numina, propter vitanda ſacrilegia. [Inde eſt quod Romani celatum eſſe voluerunt, in cujus dei tutela Urbs Roma ſit: & jure Pontificum cautum eſt, ne ſuis nominibus dii Romani appellarentur, ne exaugurari poſſint. Et in Capitolio fuit clypeus conſecratus, cui ſcriptum erat: GENIO URBIS ROMAE SIVE MAS SIVE FOEMINA. Et Pontifices ita precabantur: *Jupiter optime maxime, ſive quo alio nomine te appellari volueris:* nam & ipſe ait: *Sequimur te, ſancte deorum, Quiſquis es.*]

352. QUIBUS. Subaudis auxiliantibus: [vel per quos ſtetit.]

VARIORUM.

346. AUDIERAT. *Audierit* legitur in libro Colotiano. URSIN. *Audierit* concinnius utique in Mediceo, & Gudiano & altero Mentelii. HEINS. Etiam Regius, ſed ſuperſcripta litera *a*.

347. QUOS UBI CONFERTOS AUDERE IN PROELIA VIDI. *Confectos* Francian. *confertos* Wall. & Witt. vid. ad III. Georg. 269. & ad Valer. Flac. III. 274. & ad Quinctil. Declam. XIII. 3. quia vero ſequitur mox, *audentem*, cogitaveram an non hic praeſtaret, *ardere in proelia*, quod verbum ſaepe cum *audere* permutatum a librariis. ut lib. XI. 895. & ita XII. 71. *Ardet in arma magis*. vide notas Heinſii ad lib. VII. 623. ſed contra ſcriptos nihil movere tutius. ſic Statius I. Theb. 439.

Neque enim meus audeat iſtas
Civis in uſque manus.

ubi vid. Barth. & notas Heinſii infr. ad lib. X. 455. & ad Gratii Cyneg. 498. ſic & *audere* abſolute Livius XXI. 4. *neque milites alio duce plus confidere aut audere*. vide Barth. ad Stat. VI. Theb. 19. BURM.

348. INCIPIO SUPER HIS. Varius uſus τοῦ *ſuper*. apud Virgilium ſaepe incertos de ſenſu facit, ut hic: an cum Servio explices *inſuper?* ſcil. quia videbam ſatis illos per ſe audere, & ideo non multo hortatu opus eſſet, incipio tamen his adloqui. ut apud Sil. Ital. I. 60. *His ſuper aevi Flore virens*, id eſt praeter jam dicta. vid. & Cl. Drakenb. ad lib. IX. 275.

His ſuper inſidiis contra, Nomadumque volucrem
Scipiadae datus ire manum.

ſic Heinſius apud Valer. Fl. VI. 88. pro *Hos ſuper*, malebat *His ſuper*. & forte apud eumdem lib. IV. 70.

Nam ſuper his vaſtos tellus quoque congerit amnes.

pro *ſuper hic*, vel *huc*. an incipio *ſuper his*, id eſt propter haec, quia videbam illis ſatis animi eſſe, incipio, *Juvenes* &c. vide quae diximus ad lib. I. Aen. 29. & etiam lib. X. 42. BURM.

Ibid. FORTISSIMA FRUSTRA. Non ſeparanda, ut lib. V 389.

Entelle, Heroum quondam fortiſſime fruſtra.

eadem ambiguitas apud Ovid. VIII. Met. 140. *O fruſtra meritorum oblite meorum*. ubi vid. Glarean. Lucan. VII. 736. *peritura fruſtra agmina*. BURM.

349. Au-

87 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 88 deſunt eiſdem. 89 *σύγχυσιν* Fab. ſychyſis Voſ. ſynchiſis L. ſynceriſis R. Daniel vero haec omiſit, ſed poſt, *legendum eſt* habet, & iſta ſententia ſynchefis eſt, i. e. h. l. confuſio. 90 *auditndi* l. m. *audentis*. Dan. *audiendi* etiam L. ſed ſub i puncto poſito.

Incenſae. Moriamur, & in media arma ruamus.
Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.
Sic animis juvenum furor additus. Inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos inproba ventris
Exegit caecos rabies, catulique relicti
Faucibus exſpectant ſiccis; per tela, per hoſtis

Va-

SERVII.

353. MORIAMUR ET IN MEDIA ARMA RUAMUS. [91] [Ὕστερον πρότερον: nam ante eſt in arma ruere, & ſic mori.] [Bene tamen *moriamur*, opportuniore loco poſuit: ante enim dixerat: *Quae ſit rebus fortuna videtis.*]

354. UNA SALUS VICTIS, NULLAM SPERARE SALUTEM. Plerumque enim deſperatione robur augetur, ut Statius x. Theb. 487. *Eſt ubi dat vires nimius timor.* Item: *Scimus mortem captivitatis eſſe remedium.* Hoc ergo ſuadet, ut aut deſperatione vincant; aut vitetur morte [92] captivitas. SALUS. Nunc remedium.

355. LUPI CEU. Hoc ad ferocitatem pertinet. [Ordo tamen eſt: ceu lupi: & eſt hoc dictum ab exemplo.] [93] [Sane apud veteres *lupus* promiſcuum erat, ut Ennius: *Lupus femina foeta repente.* [Et bene belli negotium lupo comparavit, qui eſt in tutela Martis, dei bellici.]

356. RAPTORES. Ab actu. ATRA IN NEBULA. Ab occaſione: vel certe nocti comparavit. IMPROBA VENTRIS. A neceſſitate, & ſane duplici; una, *Quos improba ventris Exegit caecos rabies:* altera, *Catulique relicti Faucibus expectant.*] NEBULA: ad noctem. CATULI: ad liberos, conjugeſque.

357. EXEGIT. Excluſit, de latebris ſcilicet, ut Terentius prol. Andr. [94] *Spectandae an exigendae ſint vobis prius.* [95] [CATULI. Sunt luporum non ſolum & canum, ſed & ſerpentum, [ut III. Georg. 438. *Catulos tectis, aut ova reponit.* Plautus etiam ſuum: [96] *Et ego te conculcabo ut ſues catulos ſuos.*] RELICTI. Deſerti & deſtituti, ut IV. Georg. 127. *Cui pauca relicti Jugera ruris.*

358. FAUCIBUS EXPECTANT SICCIS. Nimia cupiditate aperiuntur.

VARIORUM.

349. AUDENTEM. *Audendi* Mentelianus prior. Venetus & duo treſve alii a prima vel ſecunda manu. *cupido eſt* etiam. tres codices. *audentem in extrema cupido* Francianus. vid. ſupr. 347. BURM.

351. EXCESSERE OMNES ADYTIS. Sic Joſephus ante excidium Hieroſolymitanum, ait auditam vocem ex adytis, μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν. vide magnum Scaligerum ad annum MMXLIV. Chronici Euſebiani. HEINS. *Exceſſere adytis omnes.* Zulichem. in ſecundo Moretano erat diſtinctio poſt *adytis:* intelligo de ſacris & deis, quas Arce extulerat Panthus, ideoque de Arce tenenda deſperans, extrema audere & urbi incenſae ſaltem ſuccurrere volebat, etiam mortis manifeſto diſcrimine, niſi cum Cerda & Servio jungamus *fruſtra ſuccurritis*, & de re ſumma, tam arce, quam urbe defendenda deſperans, non de ſalute, & tutela cogitare ſocios, ſed de honeſta morte jubeat. & tunc parentheſis incipienda a *ſi vobis*, major diſtinctio poſt *incenſae* tollenda, & oratione continuata *moriamur* &c. legendum. intricatior paullo locus. vid. & Taubm. Catroeus interrogationis notam poſuit poſt *ſuccurritis urbi incenſae.* ut erat in Leidenſi. *ſuccurrimus* Parrhaſ. BURM.

352. IMPERIUM HOC. *Hoc* deeſt ſecundo Rottendorphio, & Leidenſi a manu prima.

355. FUROR ADDITUS. Imitatur Statius V. Theb. 33. *O miſerae, quibus hic furor additus.* novus acceſſit ad naturalem Schol. Barth.

356. IN

91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 captivitas, non remedium R. 93 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Nebula* ꝟ. 356. 94 *exſpectandae* L. Voſ. R. Donatus ibi etiam *excludere* explicat. ſed Nonius in *Exigere*, facere, cogere, & aliis exemplis utitur, ubi *excludere* explicat. forte melius *extruſit* hic legeretur. ſed propter Grammaticorum conſenſum nihil audeo mutare, imitatur Statius v. Theb. 204. *Leae, quas exigit ortu prima fames.* ubi Lutatius *evocat* reddit. BURM. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad 360. ſunt liberi luporum, canumque ſerpentumque Dan. Fab. omiſſis reliquis. 96 apud Plautum in Trucul. II. II. 13. legitur, *Jam, hercle, ego te mulier, quaſi ſus catulos, pedibus proteram.*

Vadimus haud dubiam in mortem: mediaeque tenemus
Urbis iter. Nox atra cava circumvolat umbra.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut poſſit lacrimis aequare labores?
Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos:
Plurima perque vias ſternuntur inertia paſſim
Corpora, perque domos, & religioſa deorum

Li-

SERVII.

359. [MEDIAEQUE TENEMUS URBIS ITER. Hoc ad audaciam pertinet; & contra, ubi de timore agit VII. 737. *Namque avia curſu Dum ſequor, & nota excedo regione viarum.*]

360. CAVA UMBRA. Bonum epitheton: naturale enim eſt, ut obſcurum ſit omne concavum: [97] [vel *cava*, inani: & hinc apparet occidiſſe jam lunam:] [nam ideo & Androgeos falſus eſt.]

361. QUIS. Etiam Graecorum, ut ſupr. ỳ. 6. *Quis talia fando.* [Et bene interrupta narratione exclamavit, ut affectum moveret.] LACHRYMIS AEQUARE LABORES? Hypallage, pro, laboribus aequare lachrymas, ut III. 61. *Dare claſſibus auſtros.*

363. URBS ANTIQUA. Vel nobilis: vel quia duobus millibus octingentis annis regnaſſe [98] affirmatur: [99] [& quod ſit *antiqua*, poſt ſubjunxit: *Multos dominata per annos.* Sane hoc dolentis eſt, non narrantis.]

364. STERNUNTUR INERTIA PASSIM. Aut non repugnantia, ut IV. 158. *Pecora inter inertia* [1] *votis Optat aprum.* Aut *inertia*, dum occiduntur, ut II. Georg. 172. *Imbellem avertis Romanis arcibus Indum:* hoc eſt, avertendo oſtendis imbellem: [aut per ſomnum inertia.]

265. RELLIGIOSA. Gradatim aſcendit, [2] [vias, domos, templa: [3] videtur enim & de diis invidiam facere, qui templa ſua violari cadaveribus paſſi ſunt. Sane *religioſus*, & homo dicitur attentus ad religionem; & locus, qui divinum cultum & venerationem meretur. Ergo *religioſa*, religionis plena.] Significat etiam metum.] [4] Sane *Relligio l* geminat in verſu propter metri neceſſitatem.

VARIORUM.

356. IN NEBULA. *In* deeſt fragmento Moreti & Leidenſi uni. comparatio ſimilis apud Apollon. Rh. II. 123. qui haber, ἤματι χειμερίῳ. BURM.

359. VADIMUS. Ipſum hoc verbum impetum & furorem notat. vid. Val. Flac. VI. 229. & Phaed. IV. 17. infr. 396. & 414. *in mortem haud dubiam* Oudartii & Leidenſ. unus. BURM.

360. NOX ATRA. Haec aſſuta eſſe, & imperfectum reliquiſſe verſum Maronem credebat Ortuinus: citat tamen Lutatius ad Stat. V. Theb. ult. ſed ille, *cavam c. umbram.* qui ibi, ut hic Servius *cavam* umbram obſcuram interpretatur. vel inanem. ſed ad lib. IV. 478. ubi, *vulgus cava ſub nocte repoſtum*, exponit vacuam ab opere. vid. ibi Barth. BURM.

361. FUNERA. *Vulnera* Sprotii. *foenera* alter Mentelianus. *talia* Dorvill. ex initio hujus libri.

362. AEQUARE LABORES. Sic Macrobius lib. V. Satur. cap. 1. ſed codices ſcripti apud illum praeferunt, *aequare dolorem.* quod Iſaacus Pontanus in editione ſua eſt ſecutus. *dolores* in priore Hamburgenſi. HEINS. *Explere* Sprotianus pro varia lectione. *lacrimas aequare dolori* Vratiſlavienſis. *lacrimis poſſit aequare* Venetus. *per lacrimas* Dorvillianus. quod ex gloſſa natum. *poſſit animis aequare.* Ed. Venet. non video vero hic hypallagen: nam notat, quis poſſit tantum lacrimarum effundere, quantum laborum tulimus, & potius hyperbole videtur. eſt vero ex locutionibus illis, quae utro-

que

97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 98 firmatur L. Voſ. R. Steph. Dan. Feſtus Fabr. al. falſum hoc docere Scalig. de Emend. lib. v. pag. 366. Ryckius notaverat. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 1 *votis optata pruina* Voſ. R. *v. optata ruina* L. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 3 f. videtur enim & Deis invidiam facere: ſcriptum erat *Deis*, unde primam ſyllabam geminavit librarius. 4 *Relligio* enim ſcribi debet propter Fuld. ſane *relligio* geminatus *l.* propter L. Voſ. R. Steph. Dan.

Digitized by Google

Limina. Nec ſoli poenas dant ſanguine Teucri:
Quondam etiam victis redit in praecordia virtus;
Victoreſque cadunt Danai. Crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.
Primus ſe, Danaûm magna comitante caterva,
Androgeus obfert nobis, ſocia agmina credens
Inſcius; atque ultro verbis conpellat amicis:

Fe-

SERVII.

366. POENAS DANT. Moriuntur [5] indigne: hoc enim proprie ſignificat, [ut XI. 841. *Heu nimium virgo, nimium crudele luiſti Supplicium.* Item X. 617. *Nunc pereat Teucriſque ſuo det ſanguine poenas.*

367. [6] [QUONDAM. Hic praeteriti temporis eſt.] REDIT IN PRAECORDIA VIRTUS. [7] Atqui ait Horatius III. Od. 5. *Nec vera virtus, cum ſemel excidit, Curat reponi deterioribus.* Sed ſententiae non ſemper generales ſunt; ſed interdum pro negotiorum qualitate formantur, [8] [& ad tempus dictae ſunt.]

368. VICTORESQUE CADUNT DANAI. Generaliter dixit *victores:* [9] [alias ſcilicet, non nunc:] [& ad fortunam partis retulit quae vincebat: neque enim victores erant, qui cadebant. CRUDELIS UBIQUE LUCTUS, UBIQUE PAVOR. Aut utrobique, id eſt, & apud Graecos, & apud Trojanos: aut *ubique*, per totam civitatem.]

369. PLURIMA MORTIS IMAGO. [10] [Aut definitio timoris eſt, aut] varietas mortis oſtenditur [11] [hic, id eſt, gladio, igni, ruina.] [Alii intelligunt *plurima mortis imago*, aut frequentiſſima, aut praeſentiſſima.]

371. ANDROGEOS. Et Graeca eſt & Attica declinatio: Unde eſt VI. 20. *In foribus lethum Androgeo:* [12] facit enim ὁ Ἀνδρόγεως τοῦ Ἀνδρόγεω.

VARIORUM.

que modo enuntiatae eumdem ſenſum faciunt; ut *ſpargere humum floribus*, & *ſpargere flores humo.* & ſimilia. vid. ad Ecl. IX. 20. & IV. Georg: 115. BURM.

363. RUIT. *Fuit* Hugenianus.

365. DOMOS. *Domus* uterque Mentelianus & Rottendorphius primus. HEINS. *Perque vias & religioſa deorum*, omiſſis mediis, Voſſianus unus.

366. POENAS DANT. *Dant poenas* quartus Moret.

367. QUONDAM. Legitur & *quaedam*. ſed illa generalis ſententia ſapientior, quae adverbio ſignificatur. nec aliter legit Helenius ad Horat. II. Od. 5. FABRIC. Et Lutat. ad Stat. V. Theb. 59.

370. SE. *Sed* alter Rottendorphius. *magna Danaum* Dorvil.

371. ANDROGEOS. *Androgeus*, tam hic, quam infra, ſcripti codices majori ex parte, niſi quod in Gudiano ſemel iterumque *Androgeos*. etiam in tertio Rottendorphiano, & Mentelii altero. *Androgeus* ex ſcriptis Giphanius Indice Lucretiano pag. 462. & Voſſius de Analogia lib. II. cap. 7. in omnibus ſcriptis ait legi *Androgeus.* cum Graecis ſit Ἀνδρόγεως, veriſimile eſt Maronem τὸ ω per υ potius Latinum, quam per ο efferri maluiſſe. Apud Naſonem quoque Epiſtola Ariadnes X. Ep. 99. ſcripti plerique *viveret Androgeus utinam.* certe Chariſius ab *Androgeos* ſecundum caſum *Androgeo* procedere nos monet, ab *Androgeus*, *Androgei*, quomodo a *Peneleus*, *Penelei*. *Androgei* autem apud Maronem poſt habebis, cum occurrat lib. VI. 20. *in foribus letum Androgeo.* quem illic ſecundum caſum contendunt eſſe Grammatici. *Androgeos* conſtanter in priſcis exemplaribus Chronici Euſebiani verſionis Hieronymianae. HEINS. *Androgeus* Parrhaſ. & Francianus & alii.

Ibid. OFFERT. *Effert* Hugenianus.

372. CONPELLAT. *Affatur* Bigotianus.

373. Se-

5 impune Fabr. Maſvic. al. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 7 at quia ait R. 8 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 9 deſunt eiſdem. 10 deſunt Dan. definitio mortis Fabr. in Voſſ. eraſa vox, ſed videbatur *mortis* fuiſſe. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 τὴν ἀναφορὰν Fuld.

Feſtinate, viri. Nam quae tam ſera moratur
Segnities? alii rapiunt incenſa feruntque
Pergama: vos celſis nunc primum a navibus itis?
Dixit: & extemplo (neque enim reſponſa dabantur
Fida ſatis) ſenſit, medios delabſus in hoſtis:
Obſtupuit, retroque pedem cum voce repreſſit.
Inproviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Preſſit humi nitens, trepiduſque repente refugit
Ad-

SERVII.

373. VIRI. Increpantis eſt, [ut ſolet in milites dici.]

374. SERA SEGNITIES. Quae ſeros facit, id eſt, tardos, ut: *Mors pallida.* [13] [Sane *ſegnities* juxta antiquos dictum eſt: nam modo *ſegnitia* dicitur: *ſegnis* autem eſt proprie frigidus, ſine igne, ut *ſecurus* ſine cura; *ſedulus* ſine dolo.] FERUNTQUE PERGAMA. Ἐμφατικῶς. [14] [Quaſi ipſam funditus civitatem in victoriam ſuam transferunt,] ut I. 68. *Ilium in Italiam portans victoſque penates.* ITIS. Pro venitis: ut contra Terentius Adel. II. II. 23. [15] *Niſi ego ad mercatum venio*: pro eo.

377. FIDA SATIS. Bene addidit *fida*, ut oſtenderet ſymbolum, quo utebantur in bello. [Ergo non dixit fidelia; ſed quae ad fidem habendam pellicere non poſſent.] MEDIOS. Manifeſtos, ut VI. III. *Medioque* [16] *ex hoſte recepi.* Et inf. 553. *Quamquam in media jam morte tenetur.* [17] [Ordo autem eſt: ſenſit in medios hoſtes ſe eſſe delapſum. Ergo DELAPSUS nominativum pro accuſativo poſuit, [ut Horatius I. Ep. VII. 22. *Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratus*: pro, ait ſe dignis paratum eſſe.]

378. RETROQUE REPRESSIT. Aut *retro* vacat; aut in *repreſſit*, *Re*, vacat. Sed veteres *retro repreſſit* dicebant, ut V. 21. *Nec nos obniti contra.*]

379. ASPRIS. Synaereſis eſt, [18] [ut: *Compoſtus.*] ANGUEM Καταχρηστικῶς [19] [cum *anguis* aquarum, non agrorum eſſe dicatur. Homerus δράκοντα dixit.]

380. HUMI NITENS. Incedens per humum: & eſt adverbium.

VARIORUM.

373. SERA. *Lenta* Wittian. ſed in marg. *ſera.*

375. A NAVIBUS ITIS. Addunt interrogationis notam Mentelianus alter, & ſecundus Rottendorphianus. HEINS. *A puppibus* ſecundus Hamburgenſis. *nunc primum celſis a navibus* Excerpta noſtra. *nunc pr. navibus itis* Parrhaſ. *vos nunc a navibus itis* Lutat. ad Stat. VII. Theb. 229. *nunc* deeſt Menagiano. BURM.

376. NEQUE ENIM. *Neque jam* Bigotianus.

377. DELAPSUS. *Delapſus in hoſtis* Mediceus & primus Moretanus, etiam Gudianus a manu prima. in caeteris, *dilapſus.* Apud Priſcianum lib. XVIII. quater quinquieſque, *illapſus* legas, qui interpretatur, *ſenſit illapſum ſe eſſe.* ſic *injicere ſe in ignem*, de quo Aeneid. VIII. 257. & *inferri in hoſtem*, de quo Aeneid. IV. 545. Apud Prudentium Apotheoſi, *Fragilis deus illapſurus in artus*, & *illapſus in artus.* HEINS. *Senſit* abſolute capiendum, ſcilicet intellexit, jam non ſocia agmina, ſed inimica eſſe, in quae delapſus erat. *dilapſus* Dorvill. & Wallian. vide Barth. ad Stat. XII. Th. 218.

378. OBSTUPUIT, RETROQUE. *Obſtupuitque, retroque* Barthius ad Statii II. Theb. 526. *retorſit* prior Hamburgenſis pro diverſa lectione. BURM.

379. IMPROVISUM. *Improviſam* Hugenianus. vid. ſupr. 203. ſed ſi vera eſt obſervatio Gloſſatoris apud Barth. ad Stat. II. Theb. 413. in comparatio-

13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 14 deſunt iisdem. 15 *niſi hoc ad* L. *niſi ergo ad* Voſ. ſed in Terentio Donatus agnoſcit, *niſi eo ad m. v.* 16 *ex oſtendere coepi* R. 17 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 379. ſed Dan. & Fabr. habent hic tantum, *nominativum* pro *accuſativo poſuit*, cetera ex Fuldenſi. 18 deſunt Voſ. R. 19 deſunt Voſ. R. Steph repetitum ex nota ſupr. 204. anguem poſuit pro ſerpente L. ſed Dan. tantum habet, Hom. δράκοντα dixit.

Digitized by Google

Adtollentem iras, & caerula colla tumentem.
Haud ſecus Androgeus viſu tremefactus abibat.
Irruimus, denſis & circumfundimur armis;
Ignaroſque loci paſſim, & formidine captos
Sternimus. Adſpirat primo fortunâ labori.
Atque hîc ſucceſſu exſultans animiſque Coroebus,
O ſocii, qua prima, inquit, fortuna ſalutis
Monſtrat iter, quaque oſtendit ſe dextra, ſequamur.

Mu-

SERVII.

382. [20] [HAUD SECUS. Non aliter: dicebant veteres, *ſecus*, ac juxta, unde & *extrinſecus*.] ABIBAT. Bene imperfecto uſus eſt: non enim abiit. [21] [TREPIDUS. Vel pavens, vel feſtinans.]

384. IGNAROSQUE LOCI. [Palantes: &] his circumſtantiis oſtendit, a paucis plures potuiſſe ſuperari: [Ordo autem eſt: paſſim ſternimus.]

385. ADSPIRAT. Favet, ut VII. 8. *Adſpirant aurae in noctem*. Unde & favor, aura dicitur, ut VI. 817. *Gaudens popularibus auris*. [22] [PRIMO. Quae poſtea non fuit.]

386. SUCCESSU EXULTANS. Foelicitate: quod eſt ſtultitiae.

387. QUA PRIMA INQUIT FORTUNA. Non quae prima; ſed, qua primum. Eſt autem hypallage, ut VI. 268. *Ibant obſcuri ſola ſub nocte*, pro ipſi ſoli. Quae fit non ornatus cauſſa; ut I. Aen. 212. *Pars in fruſta ſecant:* ſed neceſſitatis. [FORTUNA. Bene fortuna: neque enim conſilio Androgeos occiſus eſt. SALUTIS. Efficax adhortatio.]

388. DEXTRA. [23] [Vel fortuna dextra, id eſt, ſecunda [auctrix, propitia: ut laeva, contraria:] vel *dextra*, ad manum referendum.]

VARIORUM.

rationibus ſerpens & anguis debet poni maſculino genere. *qui in ſentibus* Menagii prior; *anguem* alter Rottendorphius. BURM.

380. NITENS. *Gradiens* Parrhaſ. ex interpretatione ſine dubio. *nitens pedibus*, *trep.* Wittian.

381. TUMENTEM. *Moventem* Oudartii. hic verſus margini adſcriptus erat in Cod. Graeviano.

383. CIRCUMFUNDIMUR. Multi veterum, *circumfundimus*: quos cave audias. lib. III. 634.

Una undique circum
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto.

IV. Georg. 274.

In foliis quae plurima circum
Funduntur.

in Gudiano a m. pr. *circumfudimus*. Pierius ex Donato probat *circumfundimus*, ſed non advertit. eſſe Graeciſmum, *circumfundimur ignaros*. HEINS. *Cicero* pro Milon. 126. *in illis publicorum praeſidiorum copiis circumfuſus ſedet*. Nepos Chabr. cap. IV. *quo facto circumfuſus hoſtium concurſu* &c. *circumfondimus* Francianus. Cicer. II. de Nat. Deor. 6. *terram craſſiſſimus circumfundit aër*. BURM.

384. PASSIM, ET. *Et paſſim* Venetus.

385. ADSPIRAT. Imitatur Statius XII. Theb. 197. *Adſpires pio fortuna labori*.

386. EXSULTANS SUCCESSU. *Succeſſu exſultans* ſcripti noſtri conſtanter, Schefferiano excepto. etiam *qua prima* paullo poſt, non *quae*. niſi quod ſecundus Rottendorphius & a manu prima Gudianus, *quam*, addito interpretamento, *in quam partem*. vide annotata Georg. III. 309. in tertio Rottendorphio, *qua primum monſtrat iter*, pro *prima*, quod nequaquam rejiciendum. deinde, *extendit ſe dextra* pro *oſtendit* fragmentum Moreti & ejuſdem quartus codex. HEINS. *Quod prima* Leidenſis a manu prima. *qua ſe oſtendit* ſecundus Hamburgenſis. *Oſtendit dextra* Zulichemius.

389. MU-

20 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 21 deſunt iisdem. 22 deſunt iisdem. 23 deſunt iisdem. vel fortuna vel precia * ut *laeva* contraria, vel ad manum refertur Dan. vel fortuna, id eſt ſecunda, ut laeva &c. Fabr. in Daniel. forte legendum, *vel fortuna propitia*, ut &c.

Mutemus clipeos, Danaûmque inſignia nobis
Aptemus. Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?
Arma dabunt ipſi. Sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clipeique inſigne decorum
Induitur, laterique Argivum adcommodat enſem.
Hoc Ripheus, hoc ipſe Dymas, omniſque juventus
Laeta facit: ſpoliis ſe quiſque recentibus armat.

Va-

SERVII.

389. CLYPEOS. Scuta majora, quibus latemus, ἀπὸ τῦ [24] καλύπτειν τὸ σῶμα. INSIGNIA. Arma omnia.

390. [DOLUS AN VIRTUS QUIS IN HOSTE REQUIRAT? Videtur deeſſe aliquid, ut puta: Dolus an virtus in bello proficiat, quis in hoſte requirat?]

391. ARMA. Subdiſtingue, ut ſit quaſi interrogantis: [25] [ut reſponſio: *Dabunt ipſi.*] COMANTEM. Aut criſtatam: quia de caudis animalium habebant criſtas, ut x. 869. *Criſtaque hirſutus equina.* [26] [Unde & ἵππουριν galeam dixit Homerus:] aut comas habentem, ut Statius VII. 369. *Non ego in terga comantis Abantiadas.*

392. [ANDROGEI. Modo Latine declinavit; alibi Graece: *Letum Androgeo.*] INSIGNE DECORUM. Ornamentum decorum: non enim ſunt duo epitheta, quod apud Latinos vitioſum eſt. Fecit hoc tamen Virgilius in paucis verſibus, qui tamen emendati ſunt, ut Ecl. III. 38. *Lenta quibus torno facili ſuper addita vitis.* Cum ante *Facilis* fuerit. [27] [Sane *clypei inſigne*, περιφραστικῶς pro clypeo.]

393. INDUITUR. Quia multa inerant in ſcuto lora, quibus manum inſerebant, ut inf. 671. *Clypeoque ſiniſtram Inſertabam aptans.* [ACCOMMODAT. Mire *accommodat*, ut ignorares quorum eſſet.]

394. HOC IPSE. Multi hic diſtinguunt, & ad Aeneam referunt: [& ideo ſubjungit: *Spoliis ſe quiſque recentibus armat.* Alii, *Hoc ipſe Dymas*, diſtinguunt; ut ignotis perſonis addita dignitas videatur, ut eſt: XII. 343. *Quos Imbraſus ipſe Nutrierat:* & repetitum *hoc*, emphaſis properantium, non figura (* vel rei) epanalepſis a quibuſdam traditur.

395. LAETA. Quod eſt πρόθυμοι.]

VARIORUM.

389. MUTEMUS. *Mutamus* Gudianus a manu prima. de *Clypeo* vid. ad IX. Aen. 709. *inſignia* de galeis & criſta capio. ut inf. 412.

Grajarum errore jubarum.

& ita Pyrrhus *projectis inſignibus proelio exceſſit* Flor. I. 18. id eſt galea, qua inſignis prae reliquis erat, ob inſignem criſtam & cornua hircina, teſte Plutarcho in Pyrrho. ita Livius XXVII. 23. Philippi *notum inſigne galeae* vocat. vid. Commentatores ad Caeſ. I. de Bell. Gal. 22. & II. 21. ita *inſignem galeam* lib. V. 367. Noſter, & Sil. X. 564.

Clypeus terror Nomadum, atque inſigne ſuperbum.

ubi galeam cum criſta intelligo cum Barthio. nam ita ſupr. 399. dixit *Galeis carpſere ſuperbum Criſtarum decus.* Idem XII. 224. & 241. ita forte apud Flor. IV. XII. 23. *ſpoliis & inſignibus.* BURM.

390. REQUIRAT. *Requirit* apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 16. *Reviſat* alter Hamburgenſis. HEINS. *Requirit* Hugenianus. conſtruendum vero, quis requirat, an dolus, an virtus in hoſte, ſcilicet, ſit melior, aut ſit adhibenda. ut II. Georg. 227. *Rara ſit, an ſupra morem ſit denſa, requiras. in hoſte* pro *in hoſtem.* vide ad Quinctiliani Decl. XV. cap. 6. & infr. 541. BURM.

391. ARMA? DABUNT IPSI. Ita Servius. perturbati hominis eſt, ſuis ipſum reſpondere interroga-

tio-

24 Καλύπτειν L. Voſ. R. Steph. Dan. al. vid. ad VII. 686. & VIII. 447. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 26 deſunt iisdem & Dan. ſed Fabr. & al. habent. in Statio legitur: *atque in terga comantes Non ego Abantiadas.* 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Vadimus inmixti Danais haud numine noſtro,
Multaque per caecam congreſſi proelia noctem
Conſerimus: multos Danaum demittimus Orco.
Diffugiunt alii ad navis, & litora curſu
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandunt rurſus equum, & nota conduntur in alvo.
Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis!

Ecce

SERVII.

396. INMIXTI. Vacat *In*, ut ſolet frequenter. HAUD NUMINE NOSTRO. Aut diis contrariis: [28] [hoc eſt, haud noſtro, non nobis utili.] [Et ideo paulo poſt 402. *Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis:* ut eſt XII. 599. *Nec dii texere Cupencum Aenea veniente ſui:* [29] [Aut quia in ſcutis Graecorum Neptunus; in Trojanorum fuerat Minerva depicta.

397. [CONGRESSI PROELIA. Bellum eſt totum tempus, ut Jugurthinum, Punicum, Macedonicum: Pugna unius diei: Proelium pars pugnae.]

398. [CONSERIMUS. Id eſt, adverſa fronte pugnavimus; ne forte nulla virtus videretur Trojanorum, ſi dolo pugnaſſent.]

400. FIDA PETUNT. Sibi ſcilicet. FORMIDINE TURPI. Epitheton timoris eſt. Sic Salluſtius incert. fragm. *Carbo turpi formidine Italiam atque exercitum deſeruit.*

401. CONDUNTUR IN ALVO. [30] Non conduntur, dum eunt; ſed cum eiſe coeperint: unde & ablativo uſus eſt, non accuſativo, ut in Georgicis I. 441. *Conditus in nubem.* Tale eſt autem hoc, quale illud: *Includuntur in carcere:* & *includuntur in carcerem.*

402. HEU NIHIL INVITIS FAS QUEMQUAM FIDERE DIVIS. Generalis quidem ſententia eſt; ſed loco congrua: ſequitur enim & Caſſandrae captivitas fidentis ſacerdotio, & praeceſſerat armorum mutatio, quae nunc deprehenditur: [31] [alioquin vitioſa eſt, cum diſcrepat [32] a ſpecialitate: [eſt autem cataſceue, non potuiſſe eos vincere, quamvis fortiter dimicarent. ECCE TRAHEBATUR. Bene diſſimulavit de ſtupro Caſſandrae.]

VARIORUM.

tionibus. ut IV. Aen. 660. *ſic? ſic juvat ire ſub umbras.* FABRIC. *Dabunt hoſtes* Bigot.

Ibid. COMANTEM. *Comatam* Hugenianus.

392. ANDROGEI. Vide ad lib. VI. 20. ubi volunt Grammatici ſecundi caſus eſſe, *in foribus letum Androgeo.* HEINS. *Androgeo* Dorvillianus a m. ſec. vid. inf. 425.

394. DYMAS. *Dumas* Wittian.

396. HAUD NUMINE NOSTRO. Neſcio quid venerit in mentem Nonio Marcello, ut *numen* pro *ornatu* hoc loco poni cenſeret. HEINS. *Nomine noſtro* Gudian. a m. pr. vel *omine bono* Zulichemius. quod ex interpretatione fluxit. vid. Broukh. ad Tibul. III. III. 28. vel lib. VI. Aen. 266. *numine veſtro pandere res.* id eſt pace, venia veſtra. *non n. n.* Wittian. Nonius poteſt cepiſſe, ut Servius in ſecunda interpretatione, quia in ſcutis non erat Trojanum numen, Minerva, ſed Graecorum Neptunus, pictum. BURM.

397. PER CAECAM. *Per totamque congreſſi.* Ed. Venet. pro *proelia*, *lumina* Menagianus prior.

398. DEMITTIMUS. *Dimittimus* Mediceus, etiam caeteri omnes, duobus aut tribus recentioris notae exceptis. adi annotata ſuperius ỷ. 85. HEINS. *Demiſimus* Leidenſis.

399. DIFFUGIUNT. *Defugiunt* Sprotianus & Menagianus.

400. FIDA. *Nota* ſecundus Hamburgenſis. de verbo *condere* vid. ad Ovid. XIV. Met. 176.

401. SCANDUNT. *Scandere* Moretanus codex, eleganter & probe, niſi quod vetuſtiores membranas circumſpecto, id ipſum comprobantes. vide obſervata nobis lib. I. Georg. 383. HEINS. Vid. ſupra

28 deſunt eiſdem. 29 aut quia ſcutis G. N. Trojanorum Dan. ut in Trojanorum Voſ. 30 nondum eunt, ſed cum L. Voſ. R. Dan. qui poſt *coeperint* aſteriſcum poſuit, quaſi aliquid deeſſet. 31 deſunt Dan. 32 ab ſpecialitate L. a ſpeſtialitate Voſ.

Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo
Crinibus a templo Caſſandra adytiſque Minervae,
Ad coelum tendens ardentia lumina fruſtra:
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.
Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Coroebus,
Et ſeſe medium injecit periturus in agmen.
Conſequimur cuncti, & denſis incurrimus armis.

Hîc

SERVII.

403. [33] PASSIS. Ut quidam volunt, ſacris, quae ſic vaticinari [34] ſoleret.] PRIAMEIA. Patronymicon quidem eſt, ſed ſpecies poſſeſſivi. *Priameis* vero tantum patronymicon eſt, ſicut *Priamides*. [Et bene VIRGO, non filia.]

404. [35] [ADYTISQUE. Oſtendit illam ſacerdotem eſſe: non enim accedunt ad adyta, niſi religioſi ſacerdotes, & ἐμφατικῶς, quaſi non ſufficeret, *a templo*, addidit *adytis*.]

405. [TENDENS ARDENTIA LUMINA. Quod eſt manuum, oculis dedit: [ſolent enim homines in magnis [36] motibus manus ad coelum tendere.] FRUSTRA. Secundum Epicureos: & eſt ſeparatum.

406. [37] ARCEBANT. Continebant; vel prohibebant.]

407. HANC SPECIEM. Injuriae faciem,] [quod Sacerdos, quod ab adytis, quod relicta, quod paſſis crinibus trahebatur. Cic. Philip. XI. 3. *Ponite itaque ante oculos P. C. miſeram quidem illam & flebilem ſpeciem, ſed ad incitandos noſtros animos neceſſariam.* Sane] *ſpecies*, medium eſt: nam & bona & mala eſt. FURIATA. [38] *Furiatus*, qui furit ex cauſſa; *Furioſus* vero eſt, a quo furor nunquam recedit, [& eſt figura Graeca μανεὶς τὰς φρένας. Quidam ſane participium FURIATA, a verbo figurato apud Horatium I. Od. 35. *furiare*, ſic *fortunare*, ſic III. Aen. 42. *ſcelerare*. SESE. αὐτὸς αὑτόν.]

408. PERITURUS. Melior ſenſus eſt, ſi ad dimicantis referatur affectum: ſicut de [39] Tarchonte, de quo dixit: *Et medios fertur moriturus in hoſtes:* cum vicerit. [Et bene Choroebum [40] non ſuadentem, pugnandum potius fuerat, * quam loquendum. DENSIS. Cataſceue, merito ſuperati ſunt a pluribus.]

VARIORUM.

ſupra lib. I. Aen. 124. ſed medium poni *ſcandere*, inter *diffugiunt*, *petunt*, & *conduntur* non elegans puto. vid. ad Lucan. IV. 265. BURM.

402. FAS QUEMQUAM. *Fas quicquam quemquam* Wall. *quemquam confidere* Ed. Venet. *fas quamquam* Bigot.

403. PASSIS. *Sparſis* Montalbanius, Parrhaſ. & Venetus. & Ed. Venet. quod furenti & fatidicae poſſet convenire. vid. ad lib. I. 480. *virgo Pr. ſparſis* Wall. a m. ſec.

406. TENERAS. *Geminas* in ſecundo Moreti. HEINS. *Jam teneras* Bigotii. vulgata eſt apud Schol. Stat. lib. VIII. 146. ubi *fruſtraque manu cum voce tetendit*. vid. inf. 688.

407. TULIT. *Pertulit* interpretatur Donatus ad Terent. Andr. I. I. 115.

408. MEDIUM INJECIT MORITURUS. In Mediceo ceteriſque melioribus *periturus*. vulgatum tamen a primo tertioque Rottendorphii, Voſſianis duobus, uno Hamburgenſi exceptis confirmatur.

prae-

33 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 34 ſoleret, ut ſi diceret ſacris Dan. 35 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 36 molibus Fuld. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. uſque *ſpecies medium*. injuriae faciem, quaſi relicta q. p. c. tr. Dan. Fabr. 38 *Furioſus* eſt a q. f. n. r. *Furiatus* vero q. f. e. cauſſa L. Voſ. R. Steph. Fabr. 39 memoriam credo impoſuiſſe Servio. nam hunc verſum de Tarchonte reperire nequii. forte reſpexit lib. XI. 741. *Equum in medios moriturus & ipſe Concitat.* ubi alii Codices, *moriturus in hoſtes*. & lib. IX. 554. de Helenore:

Haud aliter juvenis medios moriturus in hoſtes
Irruit.

de aliis etiam ſimiliter alibi locutus Poëta. BURM. 40 forte, non ſuadentem inducit, pugnandum enim p. f. q. l. BURM.

Digitized by Google

Hîc primum ex alto delubri culmine telis
Noſtrorum obruimur, oriturque miſerrima caedes,
Armorum facie & Grajarum errore jubarum.
Tum Danai gemitu atque ereptae virginis ira
Undique collecti invadunt; acerrimus Ajax,
Et gemini Atridae, Dolopumque exercitus omnis.
Adverſi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyruſque, Notuſque, & laetus Eois

Eu-

SERVII.

410. CULMINE. Tecto: quod ante culmis tegebatur. [ORITUR. Quaſi aliud initium calamitatis.]

411. CAEDES. Non praelium: MISERRIMA autem, quia inter cives.

412. [41] [FACIE. Feritate.] JUBARUM. Pro criſtarum, quae de caudis fiebant: [42] ut ſupra 391. dictum eſt. x. 869. *Criſtaque hirſutus equina.*

413. TUM DANAI. Ordo eſt: undique collecti invadunt. EREPTAE. [43] Σχῆμα διανοίας: Non enim dicit a Trojanis ſublatam, [44] ſed intelligendum reliquit.

414. [45] [ACERRIMUS AJAX. Oileus ſine dubio; quia Telamonius judicio ſuperatus, jam ſe peremerat. [Incertum eſt ergo quando ab Ajace vitiata ſit Caſſandra, quod, ſicut dicitur, in templo Minervae factum eſt, conſtat poſt ſtuprum Caſſandram protractam.]

415. GEMINI ATRIDAE. [46] Pro, duo: habet excuſationem, quia fratres ſunt, propter ſimilitudinem: nam numeri eſſe non poteſt: GEMINI enim ſunt proprie ſimul nati. EXERCITUS OMNIS. Bene excuſat propter victi pudorem, ut: *Obruimur numero.*

416. ADVERSI. [47] Id eſt, e contrario flantes.

417. EOIS EURUS EQUIS. Ab Eois equis: [48] id eſt, Solis: nam Eurus ab oriente flat. [49] Notandum ſane, quod, cum Eous E naturaliter [50] longum habeat; metri neceſſitate correptum eſt, propter ſequentem vocalem. [51] Rarum autem eſt: nam nec proprium nomen eſt, ut *Diana:* nec ſermo compoſitus, ut VII. 524. *Sudibuſve praeuſtis.*

VARIORUM.

praeterea *periturus in hoſtem*, praeſtare opinor, quia poſt ſubſequitur 511. *denſos fertur periturus in hoſtes.* HEINS. *Medium jecit moriturus* Venetus. & Parrhaſ. Terent. Andr. I. I. *ſe in ignem injicere.* & ita ſimili modo VIII. Aen. 256.

Non tulit Alcides animis, ſeque ipſe per ignem
Praecipiti injecit ſaltu.

ubi etiam *jecit* quidam codices. vid. ibi Heinſ. & ſup. 377. *periturus* & *moriturus* fere ſemper confunditur apud Ovidium, Lucanum & alios. *medium mittit* Wittian. BURM.

409. INCURRIMUS. *Concurrimus* alter Hamburgenſis.

410. CULMINE. *A culmine* Bigotii. *obruimur noſtrorum* alter Hamb.

412. ERRORE. *Horrore* Wallian. ita ſupr. 301. idem a m. pr. *tubarum.*

413. GEMITU. An Caſſandrae, an occiſorum Graecorum a Trojanis?

414. INVADUNT. *Vadunt* Ed. Venet. vid. ſup. 359.

415. DOLOPUMQUE. *Dolopumve* plurimi, & editi olim.

416. ADVERSI RUPTO. *diverſi magno* Macrob. lib. VI. Saturn. cap. 2. ſed idem lib. V. cap. 3. vulgatum agnoſcit. HEINS. Ut & Lutatius ad Stat.

41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. veritate Dan. 42 ut eſt *Criſtaque* iidem, Dan. 43 Σχήματα Dan. 44 qui intell. Dan. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 46 id eſt duo quod Steph. Fabr. al. *Gemini*, duo L. gemini autem duo Voſ. R. 47 id eſt contrario Dan. 48 unde equi ſolis oriuntur Dan. 49 ſciendum Dan. 50 longam L. Voſ. R. longum habet Steph. 51 raro L. Voſ. R.

Eurus equis: ſtridunt ſilvae, ſaevitque tridenti
Spumeus, atque imo Nereus ciet aequora fundo.
Illi etiam, ſi quos obſcura nocte per umbram
Fudimus inſidiis, totaque agitavimus urbe,
Adparent: primi clipeos mentitaque tela
Adgnoſcunt, atque ora ſono diſcordia ſignant.
Ilicet obruimur numero. Primuſque Coroebus

Pe-

SERVII.

418. STRIDUNT SYLVAE. Excurſus poëticus: qui ultra tres verſus fieri non debet, ne ſit vitioſiſſimum. [52] [STRIDUNT. Quidam antique declinatum tradunt; ut ſit prima verbi poſitio, *Strido*, *ſtridis*, [*ſtridit*, Et faciat *ſtridimus*, *ſtriditis*, *ſtridunt*, non *ſtrident*.] Nos autem *ſtrident* dicimus, a *ſtrideo*, *ſtrides*.]

419. SPUMEUS. Pro ſpumoſus. [53] [Ut *frondea*, pro frondoſa.] ATQUE IMO. [54] *Ab* minus eſt, [55] [id eſt, ab imo.] ILLI. Propter illud, *Hic primum ex alto*.

420. OBSCURA NOCTE PER UMBRAM. Per umbram noctis obſcura, ut I. 61. *Molemque & montes*.

421. FUDIMUS. Modo fugavimus: nam ſequitur: *totaque agitavimus urbe:* [56] alibi interimimus ſignificat. [57] [TOTAQUE. Per totam.]

422. MENTITAQUE TELA. [58] [Verbo communi,] hoc eſt, quae nos Graecos eſſe mentiebantur: ut ſolet, ſenſum dedit rei inanimatae: non enim poterant [59] tela mentiri.

423. [60] [SONO DISCORDIA. Sono diſcrepantia.] SIGNANT. Deſignant: aut per vocem, aut per ſymbolum, quo utebatur exercitus.

424. [61] [ILICET. Confeſtim, mox; ſed apud veteres ſignificabat, actum eſt. Olim enim Judex, ſi dare finem agendis rebus voluiſſet, per praeconem dicebat *Ilicet*; hoc eſt ire licet: id eſt, acta & finita res eſt. [Terent. in Adelph. V. III. 5. *Em tibi; reſcivit omnem rem, id nunc clamat, Ilicet.* Idem in Eunucho I. I. 9. *Actum eſt, ilicet, periiſti.* NUMERO. Ne videantur virtute ſuperati.] DIVAE ARMIPOTENTIS. [Bene Minervam Trojanis exreſſit iratam, cum etiam eum periſſe dicat, qui Sacerdotem liberare tentaverat.]

VARIORUM.

Stat. I. Theb. 350. *quondam rupto ceu* alter Hamburgicus. *adverſo rupti* Wittian.

417. LAETUS EOIS EURUS EQUIS. Servius male, *ab Eois equis; Laetus* enim hic, gaudens geſtiens, ſibi placens, ſemper utens. ut Graeci ſuo *ἀγαλλόμενος* utuntur. ſic lib. I. Aen. 276. *tegmine laetus*. DORVILLIUS. recte. ſed quia haec vox etiam proprietate quadam de triumphantibus dicitur, explicarem, quaſi triumphans & regnans, quum omnes vinceret violentia ſua. vide Broukhuſ. ad Propert. IV. I. 108. & ad Lucan. III. 20. *Zephyrique* etiam ſec. Rottendorph.. BURM.

418. EURUS EQUIS. Mihi videtur, Virgilium ſcripſiſſe, *Eurus aquis:* tamen non auſim affirmare, ſed mirum in modum placet. FABER. Nihil muta: equos enim ventis dant, & ipſos ventos equos appellant Poëtae. vide ad Valer. Flac. I. 611. *notus Eois Eurus equis*, prior Hamburgenſis. in Leidenſi uno erat τῷ *equis* ſuperſcripta litera *a*, *aquis*.

Ibid. STRIDUNT. Hanc lectionem agnoſcit Probus in Catholico, etſi ille & *ſtrident* memorat. vide annotata lib. IV. Aeneid. 689. HEINS. *Strident* Dorv. a m. ſec. & Wall.

419. FUNDO. *Ponto* Menagianus ſecundus.

420. PER UMBRAM. *Sub umbram* Leidenſis. praeterea *fundimus* quinque veteres, & Gudianus a manu prima. HEINS. *Per umbras* prior Hambur-

52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 53 deſunt iisdem. 54 ab imo eſt Fabr. ab imis eſt Steph. Dan. al. abminal eſt * id eſt ab imo Fuld. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. 56 alibi interemimus Dan. al. alibi peremimus Fabr. omiſſo τῷ *ſignificat*. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. 58 deſunt Dan. 59 tela illis mentiri Fabr. illi poterant t. m. Dan. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 61 deſunt iisdem uſque ad UNUS ℣. 425.

Peneleï dextra, Divae armipotentis ad aram,
Procumbit: cadit & Ripheus, juſtiſſimus unus
Qui fuit in Teucris, & ſervantiſſimus aequi.
Dis aliter viſum. Pereunt Hypaniſque Dymaſque
Confixi a ſociis: nec te tua plurima, Panthu,
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

Iliaci

SERVII.

425. Divae. Minervae.

426. [Justissimus. Juſtum, ſecundum leges aliqua ratione [62] conſtructum; aequum, juxta naturam accipiunt.] Unus. [63] [Non ſolus, ſed] praecipuus.

427. Aequi. Pro, aequitatis. Et optima figura eſt, a foeminino genere in neutrum tranſire.

428. Diis aliter visum. [Aut illum non eſſe juſtiſſimum, an aliter viſum; ſic enim periit ut injuſtus: Et bene] [64] in ingenti indignatione Aeneae, tamen nihil ſacrilegum datur, [65] & cum ſequatur: *Confixi a ſociis*. [66] [Pereunt. Pro perierunt.] Panthu. Vocativus Graecus eſt.

VARIORUM.

burgenſis. *obſcuram* alter Menagianus. *totaque agitamus in urbe* ſecundus Hamb. *fundimus* Wittian. & a m. pr. Wallianus, ſed eraſa litera *n*.

422. Adparent: primi clipeos. *Apparent primo*, in primo Moretano, ſecundo & tertio Rottendorphiis alteroque Menteliano, mutata diſtinctione. in Gudiano nulla prorſus diſtinctio apparebat. HEINS.

424. Ilicet. *Illic* Ed. Ven. *ilicet irruimur numero* Parrhaſ. *obruimur* Dorvillian.

425. Penelei. *Peneleo* Dorvil. a m. ſ. ut ſupr. 392. *Androgeo*. *Pelenei* Sprotii.

Ibid. Ad aram Procumbit. *Procubuit* Cariſius agnoſcit lib. I. Inſt. Gramm. & Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 3. aliter ſcripti. HEINS. *Procubuit* Dorvil. a m. ſec.

428. Aliter. Id eſt contra, explicante Donato ad Terentii Andr. Prolog. & Act. I. Sc. II. 18. qui & legit *viſum eſt*. ut erat in Menagii & Hamb. primis, & duobus Moretanis. male. vid. ad Lucan. II. 5. In Britannia vir quidam eruditus, ſed qui latere voluit, Ephemeridibus Londinenſibus, quae ſub titulo *Craftman* prodire ſolent, & ubi nemo, credo, quaereret, de hoc Virgilii loco diſſertationem juſſit inſeri; qua impiam hanc, ut vocat, ſententiam, &, ut vulgo explicant, pio Aeneae minime convenire adfirmat, neque etiam Virgilio, Deorum cultori & religionis obſervantiſſimo: ideoque poſt excuſſas diverſorum explicationes & verſiones varias, ſe *primum* veram horum verborum ſententiam deprehendiſſe jactat: cenſet vero hunc Riphea per ironiam a Poëta vocari *juſtiſſimum* & *ſervantiſſimum aequi*, ut nempe adparebat, & hominibus ſimulata religione videbatur; ſed Dîs, qui intus & in cute eum noverant, aliter eſſe viſum, & juſtitiae & aequitatis cuſtodiam fictam fuiſſe, & re vera fuiſſe, ut hodie dici ſolet, hypocritam, ideoque merito cecidiſſe. ſed praeterquam, quod Servius, ut Fuldenſis codex exhibet, jam ita expoſuerit, dicens, *aut illum non eſſe juſtiſſimum*, & ita gloriatio novae expoſitionis ſit vana, repugnat ſequentibus de Pantho, quem nec *pietas*, vera certe & non ſimulata, *nec Apollinis infula texit*, quo minus obrutus Graecorum telis configeretur. eodem modo ut nec *ſui Dii texere Cupencum* lib. XII. 539. Altera etiam Servii explicatio, quaſi has voces ingens indignatio & ira expreſſerint Aeneae, minime probanda, quia haec ſedato animo, ut omnia, in convivio Didoni narrat, &, ut ipſe Servius obſervat, nihil tamen ſacrilegi dixit. Ne vero omnium ſententias memorando notarum modum egrediar, haec credimus verba non ex impia, aut etiam temeraria, de Deorum iniquitatis & injuſtitiae opinione interpretanda, ſed & communi de inevitabili Deorum decreto, ſive ineluctabili fato, eſſe accipienda. & quum cauſſas hujus decreti ex diſciplina hominum etiam ſapientium, non poſſent reperire, eventus tales ſolebant

62 forte *conſtrictum*. ut ſtrictum jus ab aequo diſtinguat, ut ICti ſolent. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 64 deeſt L. 65 datur cum ſequatur L. nam ſequitur Fabr. al. ut cum ſequatur Steph. Dan. quod praeferrem. 66 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Teſtor, in occaſu veſtro, nec tela, nec ullas
Vitaviſſe vices Danaûm; &, ſi fata fuiſſent,

Ut

SERVII.

431. ILIACI CINERES. Naturale eſt, jurare per id, quod charum quis habuit: & excuſatur (ut ſupra diximus) fuga. [Ergo fuit neceſſarium jusjurandum. EXTREMA. Num ideo *Extrema meorum*, quia exiſtimet nihil ex ea ſupereſſe.]

432. TESTOR. Teſtificor: & deeſt *vos*.

433. VICES. Pugnas: quia per viciſſitudinem pugnabatur; ut & [67] Salluſtius docet. Legimus etiam poenas, *vices* dici. Horatius I. Od. 28. *Viceſque ſuperbae Te maneant ipſum.* Sed de bello uſurpatum eſt: nullum enim praelium caret periculo, [ergo vices periculi.]

VARIORUM.

lebant iniquitati & crudelitati deorum adſcribere; & ad haec convicia quaſi, recurrebant ſemper, ubi hos exitus rerum cum juſtitia & bonitate deorum, ut eas Philoſophi ratiocinando concipiebant, conciliare non poterant. & oportet parum verſatum eſſe in lectione veterum Poëtarum, qui has formulas, *ſic viſum ſuperis*, *ſic placitum*, *non ita*, vel *aliter dis viſum*, & ſimiles paſſim occurrentes ignoret. vide Noſtrum lib. I. Aen. 283. & ſupr. 405. & mox 502. Horat. I. Od. XXXIII. Ovid. I. Met. 306. XIII. 597. IV. Triſt. VIII. 15. & alibi paſſim. Lucanus initio libri II. quum naturam monſtrifero tumultu omnes leges & foedera rerum vertiſſe, & induxiſſe nefas dixiſſet, addit,

Cur hanc tibi, Rector Olympi,
Sollicitis viſum mortalibus addere curis?

& quae ſequuntur. Poëtarum princeps Homerus in ipſo Iliadis limine, quum multas fortium Heroum animas ad orcum miſſas ſe cantaturum dixiſſet, non aliam cauſſam adfert, quam Διὸς ἐτελείετο βουλή. & ejus veſtigiis deinde inſtiterunt ſequentes Poëtae, ut Heſiod. Ἐργ. ℣. 4. & Theogon. 1002. Apollon. Rhod. II. 154. & videndus Illuſtris Spanhem. ad Callimachi Hym. in Pallad. 135. ſic & Virgilius initio libr. III. eodem modo, ut hic de Ripheo & Pantho, ita de univerſa Troja ait:

Poſtquam res Aſiae, Priamique evertere gentem
Immeritam viſum ſuperis.

ubi videat Lector, quae obſervat Servius, & ad IV. Georg. 394. non poſſum non his addere locum Silii de Regulo, ſanctiſſimo ſine dubio viro, qui tamen triſtem etiam exitum ſortitus eſt, qualem ejus pietas non mereri videbatur. ſic ille lib. VI. 130.

Donec Dis Italae viſum eſt exſtinguere numen
Gentis, in egregio cujus ſibi pectore ſedem
Ceperat alma fides, mentemque amplexa tenebat.

immo licet agnoſcerent decreta Deorum, eaque immutabilia eſſe faterentur, non omnino tamen ſemper injuſtos Deos credebant, ſed ſaepe etiam criminibus & culpa ſe meruiſſe profitebantur. ut apud Stat. V. Theb. 57.

Dis viſum turbare domos: nec pectora culpa
Noſtra vacant, nullos Veneri ſacravimus ignes.

& quae ibi ſequuntur, adde & ejuſdem Poëtae III. 206. & 501. Immo & in ſermone non Poëtico, ſed communi & quotidiano, qualem Comici referunt, hoc effato ſine ulla impietatis ſuſpicione utebantur, ubi veras cauſſas alicujus eventus perſpicere non poterant. vide Plaut. Amphit. II. II. 5. Rudent. I. III. 3. & ita apud Terentium Eun. V. III. 36. quum Thais indignum factum Chaereae oſtendiſſet, ille excuſat ſtuprum illatum Virgini his verbis: *quid ſi hoc voluit quiſquam Deus.* & quod plus eſt, ipſa Dea Venus infr. ℣. 602. *Divûm inclementiam* evertiſſe Trojam ait. in his omnibus nihil magis impium & ſacrilegum eſt, quam in alia formula, qua *invidiam Diis facere* dicebantur, qua & Patres Eccleſiae uſos fuiſſe docui ad Lucan. II. 36. & quales loquendi formulae ſano ſenſu etiam a Chriſtianis uſurpari ſolent & poſſunt, licet ſe ſimul divino decreto, cujus cauſſas ignorant, parere prae ſe ferant. eodem modo ut veteres his verbis ineſſe ſimul quandam reverentiam, ut notat Servius, credebant, quia, etſi illis duri & crudeles Dii viderentur, tamen fato & decreto illorum cedebant, & obtemperando venerationem exhibebant. Caeterum tantum abeſt Ripheum fuiſſe.

ſimu-

67 retulerunt inter fragmenta ex incertis libris Salluſtii. Cortius vero pag. 1021. reſpexiſſe Servium ad Jugurt. cap. LIX. putaſſe ſuſpicatur.

Ut caderem, meruiſſe manu. Divellimur inde:
Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus aevo
Jam gravior, Pelias & vulnere tardus Ulixi,

Pro-

SERVII.

434. MERUISSE MANU. Id eſt, fortiter dimicaſſe: hi enim merentur occidi. Bene autem evaſiſſe ſe fatis imputat. Cum tam ſenex, [68] tam debilis, [Iphitus, & Pelias,] evaſerint, occiſis juvenibus. [DIVELLIMUR. Sic dixit, quaſi accuſet, quod non perierit.]

436. [69] [VULNERE ULYXI. Quod illi Ulyxes inflixerat.]

VARIORUM.

ſimulatorem juſtitiae & aequitatis, ut ſummum & rigidiſſimum obſervatorem aequi, ut fere Cato a Lucano deſcribitur lib. II. 389. fuiſſe credam. & Poëtam voluiſſe in Ripheo & Pantho duos ſanctiſſimos nobis diverſae ſectae homines adumbrare putem. in Pantho caſtiſſimum ſacerdotem, in Ripheo magiſtratum & judicem, ut eum fuiſſe ſuſpicor, qui *jus*, id eſt leges, & *aequum* obſervaverat ſemper, exhibere, qui quum his virtutibus ornati eſſent, non debuiſſe cadere hominibus videbatur; *ſed Dis aliter viſum*, ex quorum deſtinato conſilio ſimul cum impiis communi ruina involuti jacuerunt. BURM.

429. A SOCIIS. *A* deeſt Montalbanio, qui & *confiſſi* a m. ſec. *ab ſociis* Excerpta noſtra. *confoſſi* Vratiſlavienſis. *Panthea* Wallian.

Ibid. NEC TE TUA. Sic Stat. I. Theb. 644. *mea me pietas.*

430. NEC APOLLINIS. *Neque* Gudianus & primus Moretanus. HEINS. & Regius.

432. VESTRO. *Noſtro* Vratiſlavienſis.

433. VITAVISSE VICES. Recte explicat Servius de viciſſitudine in proeliis, ubi victores ſaepe cadunt. ita apud Sil. Ital. VII. 54. *vicis meritique labore Aequato*. Statius X. Theb. 749. *non belli tentare vices*. ubi vid. Schol. Barthii. ſed in pr. Hamburg. erat, *vitaviſſe manus*, & deinde in Sprotiano, *meruiſſe mea:* praeterea quidam *manu ut caderem* conjungunt, & intelligunt manu hoſtium. quod etiam firmari poſſet illis Lucan. lib. IV. 533.

Securaque pugnae,
Promiſſo ſibi fine, manu.

& Sil. Ital. II. 705.

Optabit cecidiſſe manu.

ubi v. Cl. Drakenb. notas. Senec. Agamem. 515.

Felix vocatur cadere qui meruit manu.

ut legebatur ante Gronovium, qui *gradu* repoſuit. ſed nullum video adduci exemplum, unde *cadere gradu* eleganter dici probetur eo ſenſu, quem dat vir ſummus. ex Virgilio vero in hac tragoedia multa tranſtuliſſe notavit in ejus principio Heinſius. cadere vero *manu* eſt gladio, ut explicat Serv. ad IX. Aen. 702. & qui ſua vel aliena *manu* moriuntur etiam: Lucan. IV. 484. *Arceſſas dum fata manu*, quod VII. 252. *ferro* dicit. vid. & ad lib. X. 426. ejuſdem Poëtae. ego tamen malim conjungere *manu meruiſſe ut caderem*, & cum Servio explicare fortiter dimicando meruiſſe mortem. nam in proeliis centies *manu* facere quid dicitur, qui ipſe fortiter pugnat. mox ỷ. 459.

Tela manu miſeri jactabant irrita Teucri.

& 645.

Ipſe manu mortem inveniam.

id eſt pugnando. vid. VI. 435. Tacit. XII. An. 30. *manu pugnam capeſſere*. & ita centies alibi. ſic lib. X. 320. *nec validae juvere manus*. id eſt *ſuae*, interprete Servio. BURM.

Ibid. SI FATA FUISSENT. *Dediſſent* Leidenſ. tertius. *tuliſſent* Bigot. & pro diverſa lectione Zulichemius. quam puto veram lectionem, quia ita frequentiſſime loqui ſolent, Silius XIV. 629. *ſi fata ferant*. Ovid. III. Met. 176. *ſic illum fata ferebant*. Epiſtol. Sabini III. 31. *Nec ſic fata ferant, tulerint ſic cetera quamvis*. Noſter III. 7. *quo fata ferant*. & ita etiam *fortuna* vel *fors fert*. ſupr. ỷ. 94. *& me fors ſi qua tuliſſet*, Ovid. I. Met. 297. & XI. 751. *fors tulit*. Lucan. IV. 243. *Fortuna tuliſſet*, ubi alii *dediſſet*. immo & abſolute, *ſi ita fert*, vel *ferret* dixerat, quod Tacito vindicavit lib. II. Hiſt. 44. Rykius contra Acidalium, qui ſi *ita fors tuliſſet* volebat, contra ſcriptos codices. jam vero *fuit*, *fuiſſet* commutata a librariis cum *tulit* & *tuliſſet*, docebunt notae

Heinſii

[68] quam debilis L. Voſ. R. Steph. Dan. al. evaſerint R. & a m. ſec. L. [69] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. quia illi U. inſluxerat Dan. vitioſe, pro inflixerat.

Protinus ad ſedes Priami clamore vocati.
Hîc vero ingentem pugnam, ceu cetera nuſquam
Bella forent, nulli tota morerentur in urbe:
Sic Martem indomitum, Danaoſque ad tecta ruentis
Cernimus, obſeſſumque acta teſtudine limen.
Haerent parietibus ſcalae, poſteſque ſub ipſos
Nituntur gradibus, clipeoſque ad tela ſiniſtris

Pro-

SERVII.

437. PROTINUS. [Servavit ordinem, ut primo de patria, poſt de rege curaverit] [70] [*Protinus* hic ſtatim. Alibi porro tenus.] CLAMORE &c. Bellico ſcilicet. [VOCATI. Clamorem ſecuti.] INGENTEM PUGNAM. Merito, quippe in domo regia, [ubi aut caput Reipub. erat, aut] de qua major ſpes erat praedae.

439. [71] [FORENT. Pro eſſent.] MORERENTUR. Non pugnarent, ut ſupra 411. *Oriturque miſerrima caedes.*

441. ACTA TESTUDINE. [72] Applicata; [73] [vel quae agebatur.]

442. [HAERENT PARIETIBUS. Quod illae, quae feruntur ad pugnam, clavos habeant vel uncos & figantur, ideo haerent.] POSTESQUE SUB IPSOS. Si circa portam, ſub poſtibus: ſi circa feneſtras, [74] circa poſtes.

443. [75] [NITUNTUR. Pro nitebantur.] AD TELA. Contra tela; [76] [& hoc verum eſt: nam, ſi ac tela, ſiniſtris manibus ſimul tenent tela & ſcutum, cum ſe tegunt.]

VARIORUM.

Heinſii ad Ovid. Remed. 48. & 528. & alibi ſaepe. BURM.

435. IPHITUS. *Iphytus* legitur apud Auguſtinum de re Grammatica. HEINS. *Yphitus* prior Hamburgicus. *Ephitus* Sprotianus. ſed *Iphitus* agnoſcit Donat. ad Terent. Andr. I. v. 8.

436. ULIXI. *Ulyſſi*, non *Ulixei* Auguſtinus ibidem. nec aliter Diomedes. Gellius Noct. Att. lib. IX. cap. 12. *Ulixi*, quomodo & ſcripti apud me potiores. *Ulixei* primus & ſecundus Moretanus, & Mentelianus alter a manu ſecunda. HEINS. Barth. ad Statii lib. XI. Thebaid. 310. in ſuo codice eſſe, *aevo jam gravior Pelia, & vulnere &c.* teſtatur. *Pelias tardus vulnere Ulixis* Parrhaſ inverſo ordine. Donatus ad Terent. Andr. I. v. 8. *Iphitus & Pelias mecum divellimur inde.* ſed ad III. II. 39. ut vulgo forte etiam legi poſſet, *Pelias ex vulnere tardus Ulixi.* nam *&* atque *ex* centies permutantur. vid. Drak. ad Liv. III. 29. recte vero Servius *vulnus* explicat. ſic Silius XIV. 434.

Volvitur in fluctus, Lychaei vulnere, Cydnus.

ubi vid. Cl. Drakenb. poſſet & *vulnus* pro telo vel haſta, qua vulnus infligitur, ſumi, ut inf. 529. & alibi. BURM.

437. VOCATI. Heinſius in ora codicis notaverat ſe malle, *vocari.* Heumannus Poecil. Tom. II. lib. III. p. 382. & diſtinguit,

Divellimur inde,
Iphitus & Pelias mecum (quorum Iphitus aevo
Jam gravior, Pelias & vulnere tardus Ulyſſi)
Protinus ad ſedes Priami clamore vocati.

non male. ita enim cauſſa apertior eſt, cur divelli ſe dicat. *vocati* vero, ut III. Georg. 43. *vocat ingenti clamore Cithaeron.* & IV. Aen. 303. *nocturnuſque vocat clamore Cithaeron.* BURM.

438. CEU CETERA NUSQUAM BELLA FORENT. Imitatur fere Statius III. Theb. 122 *Ceu nulla prius lamenta, nec atri Manaſſent imbres.*

440. SIC MARTEM. *Hic* Menagianus prior, cum utroque Hamburgenſi ut ſit repetitio. HEINS. *Hic* etiam Zulichemius a manu ſecunda.

441. ACTA. *Alta* Hamb. pr. Bigot. & Zulich. Parrhaſius in margine ſcripſerat, *atra.* nihil mutan-

70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Fabr. tantum habet, *Protinus*, ſtatim. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 Applicita L. Voſ. R. 73 deſunt iisdem Steph. al. 74 ſub poſtes Fabr. al. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 deſunt iisdem.

Protecti objiciunt: prenſant faſtigia dextris.
Dardanidae contra turris ac tecta domorum
Culmina convellunt (his ſe, quando ultima cernunt,
Extrema jam in morte parant defendere telis)
Auratáſque trabes, veterum decora alta parentum,
Devolvunt. Alii ſtrictis mucronibus imas
Obſedere fores: has ſervant agmine denſo.

In-

SERVII.

445. TECTA CULMINA. *Tecta* participium eſt. Aut eandem rem bis dixit. [Quamvis legatur, & *tota domorum.* Veteres *haec domus*, ut merito ablativus, *o*, terminatus, genitivum pluralem in *rum* mitteret, ut *bono*, *bonorum*; ſed mutata poſtea declinatio eſt, ut *hujus domus* faceret: quod cum ita evenerit, ut ablativus in *u* terminaretur, genitivum pluralem per *u* geminat, ut ab *hoc fructu fructuum*, ita & *domuum.* Nam & Juvenalis III. 72. *Viſcera magnarum domuum*, ait. Nos tamen de antiqua declinatione praeſumimus, ut ab *hac domo*, *harum domorum* dicamus.]

446. HIS. Propter quae pugnabant. Sic Lucanus III. 674. *In pugnam fregere rates.* [Vel *His*, hujuſmodi. QUANDO. Quatenus, quoniam.]

447. [EXTREMA MORTE. Hoc eſt ruina civitatis.]

448. DECORA. Ab eo, quod eſt *decus*; ut *pecus.*

450. OBSEDERE. Modo pro praeſidio tenebant: ut ſequentia indicant. HAS SERVANT. [77] [Alii *adſervant.*]

VARIORUM.

tandum. ſic *agere vineas* Sall. Jug. 92. *agere muros* Stat. II. Theb. 455. & paſſim. BURM.

443. NITUNTUR. Deeſt hic verſus tertio Menteliano.

Ibid. AD TELA. *Ac tela* Mediceus & Gudianus. etiam primus Moretanus a manu ſecunda, quod & Juntinam editionem inſedit & Pierii codices nonnullos; quanquam aliter Servius. *Clipeos ad tela* tertius Moreti. *Clipeos ad tela objectis*, pro clipeos telis objicientes. HEINS. *Clypeiſque* Hugenianus. unde in ora codicis fecerat Heinſius, *Clypeiſque ad tela ſiniſtras. ac tela* Ald.

444. PRENSANT. *Preſſant* ſecundus Hamburgicus & Venetus. *penſant* alter Menagianus. *dextris ſ. prenſant* Oudartii, Bigotianus & Leidenſ. unus. vid. ſupr. ad ŷ. 322.

445. DARDANIDAE CONTRA. *E contra* pr. Moret. adhaeſit litera ultima praecedentis vocis ſequenti, ut ſaepe in Servii notis occurrit *e contra*, ſed Latine ita dici non puto, ſed *e contrario.* deinde, *tecta domorum* Sprotian. pro var. lect. *Tota* Moretanus tert. & pro diverſa lectione Hamburg. alter. *ac tuta* Moret. quart. ſed ita & *tecta penetralia* dixit I. Georg. 379. vid. ad lib. IV. 260. BURM.

446. HIS. *Hi* Sprotii Ed. Ven. *convellunt hiſce & quando.* Parrhaſianus.

447. IN MORTE. *In* abeſt a priore Menteliano & quinque aliis. HEINS. Etiam Zulichem. Voſſ. Excerptis noſtris & Ed. Venet. deeſt. ita & infr. ŷ. 533. variant libri & alibi ſaepe. *parent* Parrhaſ. BURM.

448. DECORA ALTA. Τὸ *alta* poſt τὸ *decora* in duobus aut tribus vetuſtis codicibus erat omiſſum. in Gudiano τὸ *alta* quidem apparebat, ſed eraſa lectione antiqua, ut opiner illic lectum fuiſſe primo, *decora illa*, quod ex nonnullis ſuorum Pierius obſervat ac probat. HEINS. *Aëriaſque trabes* Hamburgenſis prior pro varia lectione. vid. mox ŷ. 481. Tibul. III. III. 16.

Aurataeque trabes, marmoreumque ſolum.

Claudian. Epiſt. ad Serenam 42.

Aurataeque ferant culmina celſa trabes.

decora illa dictum eſſet, ut infr. 503. quidam codices *ſpes illa*, alii *alta.* vid. ad Ovid. IV. Met. 560. *decora ampla* Ed. Venet. *decora alta* dixit etiam Sil. III. 144. & aperta imitatione Statius V. Th. 422.

Quinquaginta illi trabibus de more devinctis,

Ma-

77 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Inſtaurati animi, Regis ſuccurrere tectis,
Auxilioque levare viros, vimque addere victis.
Limen erat, caecaeque fores, & pervius uſus
Tectorum inter ſe Priami, poſteſque relicti
A tergo: infelix qua ſe, dum regna manebant,
Saepius Andromache ferre incomitata ſolebat

Ad

SERVII.

451. INSTAURATI ANIMI. Hic oſtenditur eos ſuperius defeciſſe: quod ſupra non dixit.

452. LEVARE. Juvare. VIMQUE. virtutem, ut Salluſtius Catil. I. *Sed noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt.* VICTIS. Qui vincebantur, ut I. 121. *Et qua vectus Abas.* [Hoc eſt, ſine vincendi ſpe laborantibus.]

453. LIMEN ERAT. Contra illud: *obſeſſis foribus* [78] quemadmodum ingreſſus ſit: & dicit per poſticum, quod generis eſt neutri, ut, Horatius I. Ep. V. 31. *Atria ſervantem poſtico falle clientem.* Nam ſi generis foeminini legeris *poſtica*, augurale eſt: ut, *antica*, *poſtica*. COECAE. Non omnibus notae. USUS. Verbum juris: *via*, *actus*, *uſus.* [79] [Has Graeci ἀνδρῶνας appellant.]

454. [TECTORUM INTER SE PRIAMI. Per quod iter ad utramque domum Priami commeabatur, ut appareat duas domos fuiſſe, alteram regiam Priami, alteram Hectoris, inter quas illi aditus.] [80] [POSTESQUE RELICTI. Relictum ſpatium cum domus aedificaretur, ubi oſtium fieret.] [Aut relicti ab hoſtibus, id eſt, quos hoſtes non obſederant.]

455. INFELIX. [Non cum regna manebant, ſed] ad praeſens retulit tempus *infelix*. DUM. Donec: & abſolutus eſt ſenſus. Alii tamen CUM legunt: ſed CUM MANEBANT, quomodo dicimus; cum conſtet MANEBANT, modum eſſe indicativum? Hoc ergo ſciendum eſt, quia quando conjunctivus [81] modus eſt, aliquid jungi, aut ſubaudiri, ut: *Cum venirem, vidi illum.* Si autem *Cum veniebam* dicamus; aut modus pro modo eſt, hoc eſt, indicativus pro conjunctivo: [82] aut *cum* non erit conjunctio, ſed adverbium temporis: & ſignificat tempore quo veniebam.

456. [ANDROMACHE. Notum eſt omnibus hanc de gente [83] Eetionis, fuiſſe uxorem Hectoris, matrem Aſtyanactis, de qua plenius omnia in III. lib. 97. narrantur. FERRE INCOMITATA. [84] [Ut & ad ſoceros iret ſaepius, &] non quaereret exequias famulorum.]

VARIORUM.

Magnorum decora alta patrum &c. BURM.

449. STRICTIS. *Fractis* Hamburgicus prior.

450. OBSEDERE FORES. Primus Moretanus *obſidere.* adi lib. IV. Georg. 436. HEINS. Vid. ſupr. 332. & ad Ovid. II. Art. Am. 526. *unas obſed.* Moret. ſec. & Wallian. vid. inf. ℣. 616. in multis codicibus difficile eſt diſcernere an *imas* an *unas* ſit. *quas ſervant* Menagianus prior. *aſſervant* Leid. unus. a m. pr. *ordine longo* Bigotianus. Lucan. IX. 543. *reſpexit in agmine denſo* &c.

451. ANIMI. *Animis* primus Moreti, Montalbanius, ſecundus Rottendorphius. & Wittian.

452. VIMQUE. *Et vim* Menagianus prior. Heinſius in ora ſcripſerat, *addere victi. addere tectis* Bigot. & a m. ſec. Wallian. qui &, *viros levare.*

453. PERVIUS USUS. Marcilius ad LXII. Tab. pro itinere, quod uſu acquiſitum eſt, interpretatur. pag. 129. ſomnia.

455. A TERGO: INFELIX QUA SE. *Qua ſe infelix* Menagii prior. HEINS. *Quo* ſecundus Hamburgicus & Oudartii.

456. SAEPIUS. Pro aliquoties Caſiſius lib. II. p. 193. adducto verſu ex I. Georg. 379. poni docet. BURM.

Ibid. ANDROMACHE. *Andromacha* alter Menagii. vid. ad Ovid. Epiſt. XIV. I. *Aſtionacta* Wallian.

458. EVA-

[78] quomodo Dan. [79] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [80] deſunt iiſdem. [81] deeſt L. [82] aut etiam *cum* Dan. vide ad I. Aen. 697. [83] Jectionis Fuld. [84] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Dan. Fab. habent, ne quaereret e. ſ. notandum vero hic *exſequias* dici de comitatu famulorum ſequentium.

Digitized by Google

Ad ſoceros, & avo puerum Aſtyanacta trahebat.
Evado ad ſummi faſtigia culminis: unde
Tela manu miſeri jactabant irrita Teucri.
Turrim in praecipiti ſtantem, ſummiſque ſub aſtra
Eductam tectis, unde omnis Troja videri,
Et Danaûm ſolitae naves, & Achaïa caſtra,
Adgreſſi ferro circum, qua ſumma labantis

Jun-

SERVII.

457. [85] [AD SOCEROS. Priamum & Hecubam. Quare ad ſoceros, cum *ſocer* & *ſocrus* dicatur? Solvitur: quia quae ex diverſis potiora ſunt, ad ſuum genus clauſulas ſtringunt: an quia omnes, qui ad ſocerum pertinent, ſocrus ſunt: ſoceros ad praeſens tempus retulit, vel ad Priamum, vel ad Hecubam? Dices: praeponderanti ſexui reſpondit, hoc eſt maſculino.] [86] [ASTYANACTA. Hunc quidam [87] ab Ulyxe; alii a Menelao, abſente Pyrrho, raptum & [88] praecipitem datum ferunt: Fatis enim praedictum fuerat, puerum, ſi ſupervixiſſet, ultorem patriae & parentum futurum.] TRAHEBAT. Quaſi puerum, ut ſup. 320. *Parvumque nepotem Ipſe trahit.*

458. EVADO. E, vacat, ut, *emortuus*. Sane minus eſt, hac. [89] Id eſt, hac evado.

459. JACTABANT. Spargebant, quaſi [90] [minus, vel] nihil profutura.

460. IN PRAECIPITI. In alto: unde quis poteſt praeceps dari. Sequitur enim, SUB ASTRA EDUCTAM [91] [Id eſt, extructam]

462. SOLITAE NAVES. Participium eſt ſine verbi origine. *Soleo* enim neutrale eſt: quod caret praeterito. [92] [ACHAICA CASTRA. Videtur alios Danaos; alios Achaïcos dixiſſe.] CASTRA. Ubi exercitus ſit, *caſtra* dicuntur. Unde eſt v. 519. *Nos caſtra movemus:* ut III. 520. *Velorum pandimus alas.*

463. SUMMA. Suprema: ut, ſupremum, ſummum dicimus, ut: *Pro ſupreme Juppiter!* LABANTES. Faciles ad reſolutionem. Et eſt ordo: *Turrim convellimus, impulimuſque.*

VARIORUM.

558. EVADO AD SUMMI. *Evado ſummi* Eugraphius in Eunuch. Terentii, contradicentibus ſcriptis. HEINS. Gujetus ad Terent. Andr. II. II. legebat, *Evado hac ſummi*, quod ex Servio traxit. lib. IV. 685. *gradus evaſerat altos*. ſed utrumque recte dicitur, & cum praepoſitione, & ſine. *evadere* vero, pro adſcendendo ſuperare ſaepe occurrit. vid. Barth. ad Stat. III. Theb. 468. & Cortium ad Salluſt. Jugurth. LIII. 3. & Non. in *Evadere*, qui vulgatam agnoſcit. BURM.

Ibid. UNDE. *Inde* Sprotii. mox, *jactabant undique* Excerpta noſtra.

460. TURRIM. *Turrem* Cariſius libro I. agnoſcit. *ſitis ſitim facit, ſecuris ſecurim, turris turrim, pelvis pelvim. & turrem tamen habes apud Virgil.* lib. II. *Turrem in praecipiti ſtantem*. at A. Gellius lib. XIII. cap. 19. Valerium Probum *turrim* hoc loco legiſſe teſtis eſt. nec aliter ſcripti codices Maronis. HEINS. Vid. Erythrae. in *turrim*.

461. UNDE. *Inde* Sprotii.

462. ET ACHAICA. *Et Achaïa* codices nonnulli. ſed recentioris notae. ut lib. v. 623.

Quas non manus, inquit, Achaïa bello
Traxerit ad letum.

apud Silium quoque lib. XV. 306.

Ille etiam Pelopis ſedes, & Achaïa adire;
Moenia praegaudens.

ita vetuſtiſſimus liber Colonienſis, alius recentior cum vulgatis, *Achaïca*, & *gavíſu*. HEINS. *Achaïa* Francianus, Wittian. & Parrhaſ. & Ed. Venet. quod placet magis, ob vitatum κακέμφατον; quod obſervant in *Dorica caſtra*. vid. ad Ovid. XII. Met.

85 hic locus varie interpolatus. . . . meliori ſexui reſpondit, id eſt Maſculino L. Voſ. R. Steph. & nihil praeterea. Quare ad ſoceros, cum ſocerus & ſocrus dicantur. ſed meliori s. r. i. e. maſculino Dan. & ita Fuld. niſi quod, cum *ſocer* &c. reliqua ex Fabr. & aliis. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 87 Auctor Iliadis parvae. vel a Neoptolemo apud Tzetz. pag. 161. RYCKIUS. 88 praecipitem * ferunt Dan. 89 id eſt hac via L. id eſt, hac evad. R. id eſt, evado Voſ. 90 deſunt omnibus, nec unde petitum novi, & ineptum eſſe patet, quia *irrita* addit Poeta, id eſt quae nihil proſunt. contra apud Lucan. 722. *Caeca tela manu, ſed non tamen irrita, mittit.* 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 deſunt iisdem.

Junctūras tabulata dabant; convellimus altis
Sedibus, inpulimuſque. Ea labſa repente ruinam
Cum ſonitu trahit, & Danaûm ſuper agmina late
Incidit. Aſt alii ſubeunt: nec ſaxa, nec ullum
Telorum interea ceſſat genus.
Veſtibulum ante ipſum primoque in limine Pyrrhus
Exſultat telis, & luce coruſcus aëna.

Qua-

SERVII.

464. [93] [TABULATA DABANT. Quidam *dabant* pro faciebant intelligunt, ut inf. 482. *Ingentem lato dedit ore feneſtram.* Olim ſane domus de tabulis fiebant; unde hodie in aedificiis ſurgentibus, primum & ſecundum tabulatum dicimus; ſummum autem eſt quod tectum ſuſtinet.]

465. [IMPULIMUSQUE. Quidam notant quod non ſit expreſſum, [94] *ubi* ſtantes ſummum tectum impulerint. REPENTE. Ne provideri aut vitari poſſit.

467. AST ALII SUBEUNT. Hic oſtendit priores periiſſe.]

468. TELORUM INTEREA CESSAT GENUS. Bene addidit GENUS. *Telum* enim dicitur ſecundum Graecam etymologiam ἀπὸ τῦ τηλόθεν, id eſt, quicquid longe jaci poteſt: quamquam legerimus de gladio IX. 747. *At non hoc telum mea quod vi dextera verſat*: & ſequitur: 749. *Dixit, & ſublatum conſurgit in enſem.* Telum autem illo loco dictum a longitudine, [95] ut, *muſtelam* dicimus. [96] [Sic Graeci βέλος dicunt ἀπὸ τῦ βάλλειν.]

469. VESTIBULUM. Veſtibulum eſt prima januae pars. Dictum autem, vel quod januam veſtiat: [97] [ut dicimus cameram duabus ſuſtentatam columnis:] vel quoniam Veſtae conſecratum eſt: unde nubentes puellae limen non tangunt: [98] [ne numini dicatum locum calcantes, ſacrilegium committant.] Lucanus II. 359. *Tranſlataque vetat contingere limina planta.* Singula enim [99] membra domus, ſacrata ſunt diis: ut culina, diis penatibus: maceries, quae ambit domum, [1] Hercaeo Jovi. [Ante videtur *Veſtibulum* & *Limen* pro una re dixiſſe.] PYRRHUS. [2] A colore comae dictus: qui Latine *byrrus* dicitur, [3] [Ita & Salluſtius *Criſpus*.]

470. [4] [LUCE AHENA. Pro luce aheni; ut III. Georg. 145. *Saxea procubet umbra.*]

VARIORUM.

Met. 7. & ſup. 28. & in Dorvilliano erat a m. pr. *Achaia*, & in margine *Cacophaton*. BURM.

463. FERRO CIRCUM. *Circum ferro* Parrhaſ.

Ibid. QUA. *Quae* Gudianus a manu prima. *labentes* Wittian. & Wallian.

464. ALTIS. *Imis* Hugenianus. pro varia lectione.

465. EA LAPSA. *Elapſa* Mentelianus prior, & tres alii. etiam Gudianus & tertius Rottendorphii a manu prima. HEINS. *Impulimus ea lapſa* Franciauus. *impulimuſque elapſa* Wittian. & Ed. Venet. *impulimus & ea lapſa* Dorvil.

Ibid. RUINAM. *Ruinas* Vratiſlavienſis.

466. AGMINA. *Agmine* Ed. Dan. Heinſ.

471. In

93 deſunt iisdem ad ℣. 468. 94 ſcrupulus, quem *Servius* injicit hic, ita poſſe eximi videtur, ſi in inferiori vel medio tabulato, ubi juncturae erant ſummi tabulati, eos ſtetiſſe ponamus, & ubi convulſas commiſſuras impellebant in agmina Danaûm. & hinc etiam *altas ſedes* vocat illa tabulata, quae erant ſupra Trojanos, ſtantes in inferiori tabulato, ad juncturas illas, quas convulſas jactabant. hoc vero ſatis intelligitur ex voce *juncturas*, quae diſcrimina tabulatorum indicant: ne autem ipſi opprimerentur, *impulerunt*, id eſt projecerunt in Danaos ſtantes ſub turri. BURM. 95 unde & *muſtelum* d. L. Voſ. R. Steph. unde & *muſtelam* Fabr. al. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph. ſed Fabr. & al. ponunt poſt *verſat*, quibus etiam deſunt, *dixit & ſublatum*. 97 deſunt Dan. ut videmus R. Voſ. L. Steph. Fabr. al. 98 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 99 deeſt L. Voſ. R. Steph. 1 lacuna erat in L. Herculi Jovi Voſ. R. credo pro *Herculeo Jovi*. ſed ridiculos error ex ignorantia librariorum. cui ſimilem deprehendit in Senecae Tragici codicibus doctiſſimus Oudendorpius ad Lucan. IX. 979. BURM. 2 a colore dictus, quia Latine *birrus* dicitur, a colore, quo tingitur L. Voſ. R. Steph. ſed qui Latine Steph. & quia tinguebatur R. quo tinguebatur Steph. & al. legendum eſſe *Burrhus* docent viri docti ad Quinctilian. I. 4. p. 44. quibus adde Caſtal. Obſerv. Decad. V. 8. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. 4 deſunt iisdem & al.

Digitized by Google

Qualis ubi in lucem coluber mala gramina paſtus,
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc poſitis novus exuviis nitiduſque juventa,
Lubrica convolvit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.
Una ingens Periphas, & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon; una omnis Scyria pubes

Suc-

SERVII.

471. In lucem coluber. [5] [Deeſt proceſſit.] [Sed *colubrum* nonnulli promiſcuum nomen tradunt, quod ut ſonantius fieret, finxit maſculinum, ut diceret *coluber*, Mala gramina pastus. Pro malis graminibus: id eſt, venenatis herbis, [6] [ὑπερβολικῶς κακὰ φάρμακα.] Pastus. Legimus & x. Ae. 709. *Sylva paſtus arundinea.* [7] [Nam illud aliud eſt: iii. Georg. 314. *Paſcuntur vero ſylvas, & ſumma Lycaei Horrenteſque rubos.*] Sed ſciendum eſt, quod licet hoc in uſu ſit, rarum tamen apud antiquos: pastus autem, pro qui paſcebatur: quia, ut ſupra diximus; [8] in hoc Latinitas deficit.

472. Tumidum. Qui ſemper iraſcatur. Bruma. Id eſt, hyems. Dicta autem bruma, quaſi βραχὺς ἡμέρα. id eſt, [9] brevis. [Eſt autem, ut hic locus indicat, generis feminini, numeri ſingularis.]

473. [10] [Exuviis. Bene corium, quo ſerpens exuitur, *exuvias*, dixit. Nitidusque juventa. Novus: conſtat enim ſerpentes innovari virtute, pelle depoſita.]

474. Lubrica terga. *Lubricum* dicitur & quod labitur, dum tenetur, ut piſcis, ſerpens: & locus, in quo labimur, ut v. 335. [11] *Nam ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens.*

476. Periphas. Ultima accentum non habet, ne foemininum ſit: nec tertia a fine, quia noviſſima longa eſt: Ergo ri habebit accentum. [12] [Agitator. Auriga, ſecundum uſum communem.]

477. Armiger Automedon. Pyrrhi armiger: nam Achillis auriga fuit. Scyria pubes. A Scyro inſula, una de Cycladibus, in qua fuit Lycomedes pater Deidamiae [13] [matris Pyrrhi; quam Achilles, commendatus ibi a matre Thetide, vitiavit; unde Pyrrhus natus eſt,] [quamvis alii, volente Lycomede, Deidamiam Achilli datam in matrimonium dicant.]

VARIORUM.

471. In lucem. Vereor ut vox ſana ſit, & repetita a praecedenti verſu. Homer. Iliad. X. 93. ἐπὶ χειῇ, id eſt latibulo ſuo. ut Cicer. in Vatin. ii. *tanquam ſerpens e latibulo:* forte, *e luſtro*, & hoc conveniret τῷ *micat arduus ad ſolem*, nec opus ellipſi τοῦ *proceſſit* cum Servio. ſed quia neſcio *luſtra* ſerpentum, ut ferarum dici, ἰλυὸν. de latebris ſerpentum, vide Miſcel. Obſerv. Tom. i. pag. 88. *ſub terram* Parrhaſ. vid. iv. Georg. 43. *gelidum*, ſed correctum *timidum* Dorvill. male explicat Servius, *tumidum*. ſed ita dixit a veneno. vid. Ovid. i. Metam. 460. & x. 313. BURM.

Ibid. Aena. *Ahena* ſcribi contendit A. Gellius lib. ii. cap. 3. idque ex auctoritate codicis veterrimi, qui ipſius Virgilii fuiſſe ferebatur. HEINS. *Coruſcat* Montalbanius, Wallian. & Ed. Venet.

473. Nunc positis. *Tum* prior Hamburgicus. *cum* duo Leidenſes, Sprotii & primus Rottendorphii. *compoſitis* alter ejuſdem & Leidenſis unus a manu prima. *compoſitis* ſecundus Hamburgenſis, quod non diſplicebat olim Heinſio. deinde, *cum volvit* Zulichemius, & Sprotii. BURM.

474. Pectore. *Corpore* Membranae Thuaneae Macrobii lib. v. Saturn. cap. 5. HEINS.

476. Periphas. *Peryphas* primus Moreti. *Peryſas* Leidenſis. *Periſas* Mentelii tertius & alius.

477. Scy-

5 deſunt iisdem ad *paſtus*. deeſt proceſſit, vel ſonantius finxit m. u. d. *Coluber*, nam, ut alii, promiſcuum eſt. Dan. Fabr. 6 legendum cenſet Cl. Dorvillius, βεβρωκὼς κακὰ φάρμακα, ex Homer. Il. X. 94. nulla enim in his hyperbole. de voce *malus* pro veneoato, vid. ad Sil. Ital. viii. 500. BURM. 7 in ſolo Fabr. & Fuld. inveni. 8 in hac ratione Dan. 9 a brevibus diebus L. reliqua deſunt etiam Dan. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 11 *Et ſeſe* L. Voſ. R. ut, *ſeſe* Steph. al. 12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 13 deſunt iisdem.

Succedunt tecto, & flammas ad culmina jactant.
Ipſe inter primos conrepta dura bipenni
Limina perrumpit, poſteſque a cardine vellit
Aeratos: jamque exciſa trabe firma cavavit
Robora, & ingentem lato dedit ore feneſtram.
Adparet domus intus, & atria longa pateſcunt:
Adparent Priami & veterum penetralia regum:
Armatoſque vident ſtantis in limine primo.
At domus interior gemitu miſeroque tumultu

Miſce-

SERVII.

478. SUCCEDUNT TECTO. Pro, ſub tectum cedunt. Et eſt figura: quia mutatus eſt caſus.

479. [14] [DURA. Valida limina, id eſt, firmiter clauſa. [Ideoque non aperit, ſed perrumpit.] BIPENNI. [15] Ecce nomen, quod ſervavit antiquitatem: quia veteres *pennas* dicebant, non *pinnas*.

480. VELLIT. Non dejecit: nam ſequitur paulo poſt, *Labat ariete crebro:* [16] ſed movet, ut VI. Ecl. 3. *Cynthius aurem Vellit, & admonuit.* [Vel certe vellere vult, ut XII. 585. *Ipſumque trahunt in moenia regem.* Nam quare facit feneſtram?]

482. INGENTEM FENESTRAM. Epitheto, ut ſolet, auxit tapinoſin: [17] [ut in dicendo *lato ore*. DEDIT autem, id eſt, fecit, ut Terentius Eun. IV. III. II. *Quas turbas dedit.*

483. PATESCUNT. Aperiuntur, ac per hoc videntur.

484. PENETRALIA. Ideo domorum ſecreta dicta, ab eo [18] quod aut penus ſit in ſolitaria parte domus: aut a Penatibus.]

485. ARMATOSQUE VIDENT STANTES. [19] Unde ſupra 449. *Strictis mucronibus imas Obſedere fores.* [Sic enim datur virtus ubique Trojanis.]

486. AT DOMUS INTERIOR. De Albano excidio tranſlatus eſt locus. TUMULTU. Tumultus dictus, quaſi [20] timor multus. Unde alia bella dicta [21] ſunt, *ut* Italicus, Gallicus tumultus. Bene autem addidit MISERO, quia eſt etiam terribilis.

VARIORUM.

477. SCYRIA. *Syria* duo Leidenſes, ſecundus Hamburgicus. *ſeria* ſecundus Menagii. *omnes* etiam Mediceus. *Actomedon* Wallian.

478. TECTO. *Muro* Serv. infr. ad ℣. 723. ubi etiam Mſſ. *& flammam ad faſtigia jactant.*

479. IPSE. An Periphas, an Pyrrhus? credo Pyrrhus: nam *ipſe* ſaepe de primario viro, duce vel Rege ponitur, & a vulgo, vel militibus aliis diſtinguitur, ut hic a Scyria pube Ductor Pyrrhus. vid. Serv. ad III. Georg. 387. & notas ad Lucan. IV. 734. & Ovid. V. Triſt. I. 45. *correcta* Leidenſis unus. BURM.

480. PERRUMPIT. *Prorumpit* Menag. prior. *praerumpit* Venetus. eadem varietas I. Georg. 98. & I. Aen. 105. & apud Lucan. I. 322. & alibi. *a cardine rumpit* etiam a m. pr. Wallian. BURM.

481. AERATOS. *Auratos* prior Hamburgenſis. vid. 448. *ferratos* Voſſ. *& jam* Menagii prior. *exciſſa* Oudartii.

482. LATO ORE. Gloſſa Wittian. lata apertura. recte: nam omne quod patet, *os* dici docet Barth.

ad

14 deſunt iisdem. 15 hoc nomen ſervavit Steph. Fab. al. reſervavit L. Voſ. R. 16 ſed movit L. Voſ. R. ſed & movet Fabr. 17 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. uſque ad ℣. 485. 18 quod eſt pen * aut a Penatibus Dan. quod eſt penus aut a penatibus Fabr. penitus Fuld. unde Maſvicius ſua habuit neſcio: certe non ex Regio, ut jactavit. vid. & infr. ad ℣. 508. 19 ut ſupr. Steph. Dan. Fab. al. 20 malim cum viris doctis *timor multus*. vid. ad Cicer. VIII. Phil. I. & infr. ad VIII. Aen. I. 21 ſunt. Italicus tumultus L. Voſ. R. Steph. ſunt. Italicum, tumultus Baſil. non male. ſed forte praeſtet, *& Italicum, tumultus*. deeſt vero *Gallicus* L. Voſ. R. Steph. *bene* autem deeſt L. quod Servius dicat de Albano excidio tranſlatum, locum patebit, ſi conferatur Livius lib. I. 29. ubi & vox *tumultus* occurrit. BURM.

Miſcetur; penituſque cavae plangoribus aedes
Femineis ululant. Ferit aurea ſidera clamor.
Tum pavidae tectis matres ingentibus errant,
Amplexaeque tenent poſtes, atque oſcula figunt.
Inſtat vi patria Pyrrhus: nec clauſtra, neque ipſi
Cuſtodes ſufferre valent. Labat ariete crebro
Janua, & emoti procumbunt cardine poſtes.
Fit via vi: rumpunt aditus, primoſque trucidant

In-

SERVII.

487. MISCETUR. Perturbatur, ut VII. 703. *Nec quiſquam aeratas acies ex agmine tanto Miſceri putet.* CAVAE AEDES. Tecta camerata. Aedem autem numero ſingulari, de templo tantum dicimus: plurali, & de domibus, & [22] de templo. Si aliter dictum inveneris, uſurpatum eſt, [23] [ut *mella*, *hordea*.]

488. [24] [FERIT CLAMOR. Secundum Philoſophos, qui dicunt vocem corpus eſſe, [25] bene *ferit* dixit: nam & fluvius habet mugitum, res incorporalis. AUREA SYDERA. Multi ad laquearia referunt, quod ſtultum eſt.]

489. PAVIDAE. Pro, paventes: *Pavidus* eſt ſemper timens: *pavens*, ex cauſſa: ut ſupra 407. *furiatus* & *furioſus*. [26] [Modo pro paventibus, pavidas poſuit.] [MATRES. Honoris nomen. ERRANT. Confuſio, Conſilio.]

490. AMPLEXAEQUE TENENT POSTES. Apollonii locus, in quo inducitur [27] Medea [patris Aeetae relinquens domum,] ita facere.

491. VI PATRIA. Secundum fidem generis ſui, ut III. 326. *Stirpis Achilleae faſtus.* Item de Hercule VIII. 301. *Salve, vera Jovis proles.*

493. CARDINE. A cardine. [PRIMOS. Quos dixit ſup. 449. *ſtrictis mucronibus*.]

VARIORUM.

ad Gratii Cyneg. 28. & ita *os vulneris* vidimus ad eumdem Poëtam 352. & Seren. Samon. cap. XLIV. BURM.

483. ADPARET. Deeſt hic verſus ſecundo Hamburgenſi. in Graeviano ſequens adſcriptus erat margini, quia ſcilicet duo verſus ab eodem verbo incipiebant. & hoc ſaepe accidiſſe & in verſibus & proſa vidimus ad Lucan. IX. 907. BURM.

487. PLANGORIBUS. *Clangoribus* prior Hamburgicus, Sprotii, Oudartii & Leidenſis unus. vid. lib. III. 226. IV. 668. & alibi. IDEM.

490. FIGUNT. *Fingunt* Venetus & Leidenſis unus a manu prima. *poſteſque & oſcula* Wittian.

491. NEC IPSI. *Neque* Mediceus, uterque Mentelianus, Rottend. pr. & quatuor alii. HEINS. *Proferre* ſec. Moreti. *ſubferre* Mentel. pr. & Excerpta noſtra. *ſufferre*, quod hic adgnoſcit Nonius, poſſet capi ut ſuſtinere Pyrrhi vim nequirent. ſed melius puto exponi pro *ſe ſufferre*, id eſt vix ſuſtinebant impetum, quin procumberent & clauſtra & cuſtodes in terram. ſic apud Sueton. Calig. cap. L. *Ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam ſubita defectione, ingredi, ſtare, colligere ſemet ac ſufferre vix poſſet.* ubi in aliis legitur *ſufferre ſemet* Terent. Heaut. II. IV. 20. *vix ſuffero.* & ita etiam *ſe ferre* dicitur, qui ſuis viribus & pedibus, ſine adminiculo ſtare & ingredi poteſt. Senec. Epiſt. CXXI. *Infans qui ſtare meditatur, & ferre ſe adſuevit.* Ovid. IV. Triſt. VIII. 4.

Me

22 de templis L. Voſ. R. Steph. Dan. al. & deinde ſi aliter legeris Fabr. al. ſi aliter inveneris, uſurpatur Dan. 23 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad 489. 25 bene ergo *ferit*, Dan. Baſil. reliquis omiſſis. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Dan. non habebat priora, *pro paventibus*, omiſit. 27 Medea patrem ſalutaſſe domum relinquens L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. ſed, *& domum*. ex iis plures habent Medea patrio * Aetae relinquens domum, ita facere Fuld. Apollonii vero locus eſt lib. IV. 26. & quem Valer. Flac. lib. VIII. 7. etiam ante oculos habuit. non vero, ſalutaſſe patrem. ſed ea inſcio & inſalutato fugiſſe ex domo patris, Poëtae illi canunt, quare nota illa Codd. & Edd. poſtponenda videtur illi Fuldenſis codicis, ſi ſuppleatur, *Medea patriam* (vel *patris ſui*) *Aeetae r. domum, ita facere.* BURM.

Inmiſſi Danai, & late loca milite conplent.
Non ſic, aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis
Exiit, obpoſitaſque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, campoſque per omnis
Cum ſtabulis armenta trahit. Vidi ipſe furentem

Cae-

SERVII.

496. NON SIC AGGERIBUS RUPTIS. Vult oſtendere gravius vaſtatam Trojam, quam agri fluviorum eruptione vaſtentur. Et ſciendum comparationes, aut pares eſſe, aut minores, [28] [aut ſimiles; at contra in ſimilitudine negatur comparatio ultro, ut hoc loco; [29] vel illo v. 144. *Non tam praecipites, bijugo certamine campum Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus.* [30] Huic contrarium eſt IV. Georg. 176 *Si parva licet componere magnis.*] SPUMEUS. Pro ſpumoſus.

497. EXIIT. Dicimus & *exivit.* Sed *v* ſubtrahit Virgilius, [31] ut brevem faciat, ſequente vocali. [Et proprie plena flumina, cum extra alveum ſuum creſcunt, *exire* dicuntur, ut I. Georg. 115. *Praeſertim incertis ſi menſibus amnis abundans Exit.*]

498. CUMULO. Augmento, [32] [exuberante fluctu, ut I. 105. *Cumulo praeruptus aquae mons.*]

499. VIDI IPSE FURENTEM. Ut ſupr. 5. *Quaeque ipſe miſerrima vidi.* [Et hic *vidi*, pro admiratione poſuit, at vero *Vidi Hecubam*, pro admiratione. Sane VIDI IPSE, hac particula addita miſeriorem ſe oſtendit, cujus ante oculos caſus patriae ſuorumque fortuna conſtituerat.]

VARIORUM.

Me mihi ferre grave eſt.
II. Faſt. 297.

Nullus adhuc erat uſus equi, ſe quiſque ferebat.
Metaphorice Lucan. I. 72. *nec ſe Roma ferens.* & de capite hominis labante VI. 97. *feſſumque caput ſe ferre recuſat.* BURM.

493. EMOTI. *Emoto cardine* apud Nonium habes, teſte Pierio. quomodo in Naſonis lib. I. Amor. VI. 2.

Difficilem moto cardine pande forem.
in editionibus tamen Nonii poſtremis, voce *poſtis, emoti cardine poſtis:* ut & apud Scholiaſten Horatii lib. IV. Od. ult. *Emoto* tamen in Hamburgenſi legebatur. Horat. II. Ep. 11.

Dura, ſed emovere tamen me tempora grato.
Plin. lib. VI. Ep. 16. *Nam crebris vaſtiſque tremoribus tecta nutabant, & quaſi emota ſedibus ſuis, nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbatur.* Stat. XI. Theb. 348.

Venti tranſverſa frementes
Confligunt, axemque emoto cardine vellunt.
lib. X. 68.

Jam ſaxa fatiſcunt
Emotaeque trabes.
Sex. Pompejus. *ſollicitare, loco ſuo quid emovere.* HEINS. *Ordine poſtes* Bigotii. *emoto* Ed. Venet. *remoto cardine* Francianus. vid. inf. 610. & VI. 382. vide de verbo *emovere* Lambin. & Torrent. ad Horat. IV. Od. ult.

494. RUMPUNT. Manuſcriptum, *rapiunt aditus.* FABRIC. *Irrumpunt* Hamburg. ſed *rumpunt* pro *irrumpunt* poſitum. plura diximus lib. I. Georg. 446. HEINS. Vid. ad lib. X. 372.

496. SPUMEUS AMNIS. *Exit Amnis & oppoſitas evincit.* prior Hamburgenſis.

497. EVICIT GURGITE. *Erupit* apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 5. non male, niſi quod *aggeribus ruptis*, & *rumpunt aditus* paullo ante praeceſſerant: in Veneto noſtro, *ejecit.* prior Hamburg. *evincit.* Schefferianus quoque, *oppoſitaſque trahit de gurgite.* ſed *trahit* mox ſubſequitur. HEINS. Vulgatam ſervat Donatus ad Terent. Adelph. IV. IV. 17.

498. IN ARVA. *In arma* Bigotianus, & Excerpta noſtra a manu prima. *tumulo* Ed. Venet.

499. TRAHIT. *Rapit* Menagianus prior. ſimilis ſcripturae diſcrepantia in vetuſtis Naſonis exemplaribus apparet lib. VIII. Metam. 554.

—— Vidi contermina ripae
Cum ſtabulis armenta trahi.
adeantur curae noſtrae ſecundae iſtic loci. HEINS. *Armenta parat* ſecundus Hamburgicus. vid. ad I. Georg. 203. & 482. & Lucan. II. 409.

Ibid.

28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 29 vel illic Fabr. 30 deeſt Dan. 31 brevem faciat ſequentem vocalem L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Caede Neoptolemum, geminoſque in limine Atridas:
Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras
Sanguine foedantem, quos ipſe ſacraverat, ignis.
Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum,
Barbarico poſtes auro ſpoliiſque ſuperbi

505. Pro-

SERVII.

500. [GEMINOSQUE IN LIMINE ATRIDAS. Poteſt ſubaudiri furentes.] GEMINOS. More ſuo, fratres: *gemini* enim ſunt non duo, ſed ſimul nati, [33] [ut ſupra diximus ℣. 203.]

501. CENTUMQUE NURUS. Aut finitus eſt numerus pro infinito, ὑπερβολικῶς: aut certe ideo *centum*, quia Barbarorum [34] fuit non ſingulas conjuges habere, ſed plures. Aut illud dicit, *centum nurus*: id eſt, plures foeminas, [ut Lucanus: I. 164. *Cultus, geſtare decoros Vix nuribus, rapuere mares.* [35] Hoc eſt foeminis.] [36] [Aut novas nuptas; ut aetatis hoc nomen ſit, non adfinitatis.] Aut *centum per aras*: licet incongruum ſit, quia ſequitur: *Haec ara tuebitur omnes*: & unus per centum aras occidi non poterat. [37] [Eſt autem haec plena affectuum & doloris repetitio:]

502. QUOS IPSE SACRAVERAT IGNES; ut, ET RELLIGIOSA DEORUM LIMINA: per quod latenter oſtenditur, nihil prodeſſe religionem. FOEDANTEM, [38] [autem eſt,] cruentantem. [Salluſtius in I. *Cum arae, & alia diis* [39] *ſacra, ſupplicum ſanguine foedarentur.* Et Terent. In Eunuch. V. V. I. [40] *Proh deûm atque hominum fidem, facinus foedum, o infelicem adoleſcentem.*]

503. QUINQUAGINTA ILLI THALAMI. *Illi*, pro illic. [41] Thalami celebrati ab Homero Il. Z. 244. Πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο, Πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι· ἔνθα δὲ παῖδες Κοιμῶντο Πριάμοιο παρὰ μνηστῇς ἀλόχοισι. Et bene de thalamis verum expreſſit numerum: poteſt enim unus thalamus plures habere conjuges: & eſt zeugma: *Quinquaginta thalami procubuere, & poſtes ſuperbi.*

504. AURO BARBARICO. Id eſt, aut multo [ait cultu barbaro: quia Barbari copiae magis quam elegantiae ſtudent: aut a Barbaris capto, aut vere barbaro, id eſt, Frygio: quia πᾶς μὴ Ἕλλην, [42] βάρβαρος. Nam & Homerus Phrygas barbaros appellat. Et Virgilius XII. 777. *Barbara tegmina crurum.*] Aut vere *Barbarico*: quia πλησίον τῶν βαρβάρων. [43] [Aut cultu barbaro, aut Barbaris apto.] [SPES TANTA NEPOTUM. Aut nepotes ſignificat, qui eſſent futuri magnae ſpei, aut connubia, de quibus ſperabantur tanti nepotes, ut I. Ecl. 14. *Modo namque gemellos Spem gregis.*] SPOLIIS SUPERBI. Hoc fuit moris antiqui: ut ipſe in ſeptimo 184. *Captivi pendent currus, curvaeque ſecures,* [44] [*Et criſtae capitum, & portarum ingentia clauſtra.* Ideo bene dixit: *Spoliis ſuperbi.*]

VARIORUM.

Ibid. FURENTEM. *Frementem* Parrhaſ.

500. GEMINOSQUE. *Geminos* Bigotianus. *Atrides* prior Hamburgenſis.

503. ILLI. Servius pro illic. ut inf. 548. ſed & nominativus eſſe poteſt, ut ſupra quidam codices 448. *decora illa parentum.* BURM.

Ibid. SPES TANTA. *Illa* eſt in Juntina editione: ſcripti noſtri cum codicibus vulgatis faciunt, niſi quod Gudianus & Venetus, *ſpes ampla* & Schefferianus, *ſpes alta.* HEINS. Sed illud *quanta* maxime arridet, quod eſt in Pieriano codice. Terent. Heaut. II. III. 9. *quanta de ſpe decidi?* BURM.

504. BAR-

33 deſunt iiſdem & Dan. non ſemper vera Servii ſententia. nam & Homer. Il. A. 16. Ἀτρείδα, δύω κοσμήτορε λαῶν vocat. & Schol. explicat δισσὼ, id eſt geminos, duplices. BURM. 34 fuerat L. Voſ. ſed deerant Voſſ. poſt *plures feminas*, ad, *aut centum per aras.* 35 *mares.* feminas L. Voſ. R. Dan. hoc eſt foeminas R. Dan. 36 deſunt iiſdem. aut *nurus* novas &c. Fabr. ad finem notae poſt *poterat* hoc habet Baſil. 37 deſunt L. Voſ. R. Dan. 38 deſunt L. Voſ. R. hoc eſt cr. Dan. Fabr. al. 39 *ſacrata* apud Salluſtium. 40 in Terentio deeſt, *atque hominum.* unde Bentlejus legit, *Pro deum atque hominum, facinus foedum.* ſed exemplis probari debuerat, vel *pro* cum Genitivo conſtrui, vel per ellipſim poſſe *fidem* ſubaudiri: nam & Heaut. I. I. 9. legitur, *pro deum atque hominum fidem:* & ita ſaepe. BURM. 41 illi celebrati L. Voſ. R. Steph. Dan. al. Graeca deſunt iiſdem. 42 Βαρβαρὸν Fuld. ſed Βάρβαρος jam correxit Voſſius ad fragmenta Tragicorum pag. 100. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. ab 44 deſunt iiſdem. ſed Baſil. deſunt tantum ultima *ideo* &c.

Digitized by Google

Procubuere. Tenent Danai, qua deficit ignis.
Forſitan &, Priami fuerint quae fata, requiras.
Urbis uti captae caſum, convolſaque vidit
Limina tectorum, & medium in penetralibus hoſtem;
Arma diu ſenior deſueta trementibus aevo

Cir-

SERVII.

505. [TENENT DANAI QUA DEFICIT IGNIS. Ignis potuit deficere; Danai non potuerunt.]

506. FORSITAN ET PRIAMI FUERINT QUAE FATA REQUIRAS. [Bene de Priamo obtulit narrationem, quia breviter perſtrinxerat: *Priamumque per aras Sanguine foedantem quos ipſe ſacraverat ignes:* Et] bono uſus eſt ordine: ut ante reipublicae, poſt regis [45] interitum, inde privari, hoc eſt ſua fata narraret. [46] [Hoc eſt illud I. 750. *Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.*] De morte autem Priami varie lectum eſt. Alii dicunt, quod a Pyrrho in domo quidem ſua captus eſt; ſed ad tumulum Achillis tractus, occiſusque juxta Sigeum promontorium: nam in Rhoeteo Ajax ſepultus eſt: tunc ejus caput conto [47] fixum [48] Pyrrhus circumtulit. Alii vero quod juxta Hercaei Jovis aram extinctus ſit, dicunt: unde Lucanus IX. 979. *Hercaeas, monſtrator ait, non reſpicis aras?* [49] [Dictus autem Jupiter Hercaeus, quia ara ejus erat intra aulam & ſeptum parietem aedificata, quod Graece ἕρκος dicitur:] & hanc opinionem plene Virgilius ſequitur. Licet etiam illam praelibet; ut ſuo indicamus loco.

507. [URBIS UBI CAPTAE CASUM. Bene omnia collegit, & captam, & dirutam, & incenſam.]

508. MEDIUM IN PENETRALIBUS HOSTEM. Hypallage eſt, pro, in mediis penetralibus. Si autem MEDIIS legeris, non ſtat verſus, niſi excluſo S, ut XII. 709. *Inter ſe coiiſſe viros, & decernere ferro.* Et bene Priamum [50] non niſi in extremis arcat periculis, [51] [ut magis irritet hoſtem in necem ſuam, [qua poſſit captivitatem vitare,] quam ut defendat aliquem. Sane *penetralia* proprie Deorum dicuntur, [nonnumquam etiam imae, & interiores partes privatarum domorum vocantur: unde & Penum dicimus locum, ubi conduntur, quae ad vitam ſunt neceſſaria.] Hic autem videtur opportunius *penetralia* de domo regis dixiſſe: quoniam Reges proprie ſuggeſtum imitantur deorum.

509. ARMA DESUETA. [Ab hominis conſuetudine, ſenſum ad arma tranſtulit:] quia jam pugnare deſierant.] TREMENTIBUS AEVO. Non timore.

VARIORUM.

504. BARBARICO. Imitatur Seneca in Herc. Fur. 475.

Auro decorum ſyrma barbarico trahit.

ubi Aſiatico explicat Gronovius. bene Servius de Phrygia ſumſit. nam de opere Phrygio, quo non ſolum veſtes variis figuris ſolebant pingi, ut loco a Servio citato ex lib. XII. 777. ſed & metallis & lapidibus figurae ſolebant variae incidi, unde *Barbaricarii* poſtea dicti, qui auro, argento & aere arma & galeas inducebant. vid. Leg. I. Cod. Theod. de Fabricenſ. & Leg. I. Cod. Juſtin. de Excuſat. Artific. & quae jam Salmaſius de Ann. Climact. pag. 509. & alii viri docti obſervarunt. BURM.

506. REQUIRAS. *Requires* eſt apud Cariſium lib. II. HEINS. *Requiris* prior Hamb. Oudart. & Graevian. *requires* Wittian. & Voſſ. ſed vulgata ſervanda. Nam *forſitan* ſubjunctivo modo gaudere vidimus ad Ovid. I. Ep. 77. IV. 53. & ſaepe alibi. & ita Noſter II. Georg. 288. *& fuerint Priami* Oudart. *fuerunt* Francian. a m. pr. BURM.

507. URBIS UBI CAPTAE. *Uti* Mediceus, & *convolſa*. *Uti* etiam in caeteris noſtris, excepto Gudiano ac Sprotiano, qui tamen id pro diverſa lectione adſcriptum exhibent. utroque ad haec Hamburgenſi & duobus aut tribus aliis minoris momenti: *uti* interpretantur *poſtquam*

Ve-

45 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. 46 deſunt iisdem & Dan. & al. 47 affixum Fabr. al. contra libros: quia, credo, in Cicerone XI. Phil. 2. legerant, *caput abſcidit. idque adfixum geſtari juſſit in pilo.* ſed & ibi *fixum* alii dederunt. Juſtin. XXIV. 5. *caput ejus amputatum & lancea fixum circumfertur.* *praefixum* habet Suet. Caeſ. LXXXV. & Noſter. IX. 465. & alii ſaepe. codices puto ſequendos. BURM. 48 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. 49 deſunt eisdem. 50 deeſt Dan. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad *Trementibus* ℣. 509. Dan. deſunt ad *ſane penetralia.* Baſil. deſunt ad *defendat aliquem.* praeterea defendat aliquid Fuld. L. Voſ. R. Steph. al.

Circumdat nequidquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur, ac denſos fertur moriturus in hoſtis.
Aedibus in mediis, nudoque ſub aetheris axe,
Ingens ara fuit; juxtaque veterrima laurus

In-

SERVII.

510. CIRCUMDAT. Non apte ſibi cohaerere facit; ſed potius oneri ſumit. INUTILE FERRUM. Ipſe inutilis. *Ferrum* enim de his eſt, quae & conjunctis ſumunt epitheta: ut *venenum*.

512. [52] AEDIBUS IN MEDIIS. Omne aedificium *aedes* dicuntur; ſed Varro locum, quatuor angulis concluſum, *aedem* docet vocari debere. [Idem Rerum Divinarum libro ſexto intulit: Ideo loca ſacra civitates habere voluiſſe, [53] ne per continua aedificia incendia prolaberentur; & ut eſſent quo confugerent plerique cum familia ſua in periculis: quod etiam in Comoediis a ſervis timentibus legimus factum, hoc Virgilius hoc loco ſubtiliter tangit, cum dicit: *Aedibus in mediis, nudoque ſub aetheris axe Ingens ara fuit: &c.* Ex nomine enim Penatium & arae, intelligitur loci ſacri veneratio, ut non immerito illuc confugerit Regina cum ſuis: nam ſubjunxit: *Hic Hecuba & nati nequidquam altaria circum Praecipites, &c.* Unde apparet veram conſuetudinem fuiſſe fugiendi a periclitantibus ad ararum praeſidium.] NUDOQUE SUB AETHERIS AXE. [54] Hoc eſt, ſub divo, quod *impluvium* dicitur. Axis autem eſt [55] aut Plauſtrum ſeptentrionale, aut pars Septentrionis, aut Spiritus, quo mundus movetur, [ut IV. 482 *Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum:*] ſicut docet [56] Lucanus.

513. VETERRIMA. Uſurpatum eſt. Ergo, ut ſupra diximus, hoc tantum [57] uti, ſi neceſſe ſit, licet: [58] [& comparativum non habet, ſicut *deterior* poſitivum] [LAURUS. Daphne, filia Ladonis, fluvii Arcadiae, & Terrae fuit, quae aſpernata viro jungi, ſemper venatibus operam dabat. Hanc cum Apollo adamaſſet, & eam ut comprimeret, inſequeretur, illa a Terra matre petit auxilium, quae recepta a matre eſt, nec multo poſt in locum ejus, arborem lauri naſci *]

VARIORUM.

Veteres membranae. vid. Giſan. Indic. Lucret. in *uti*. HEINS. *Ubi hic* Venetus & Parrhaſ. *uti*. Leidenſis & pro varia lectione *ubi*. *uti* etiam Schol. Juvenal. ad Sat. X. 268. qui & *collapſaque vidit caſus* Hamburg. pr.

508. ET MEDIUM IN PENETRALIBUS. Ita bene alter Mentelianus, cum Mediceo & quatuor aliis. Gudianus aliique nonnulli, *mediis in penetralibus*, quod turbat rationem metri. quidam, *mediis penetralibus*, alii, *medium penetralibus*. HEINS. *Mediis penetralibus* Francian. Wallian. & Leidenſ. unus. *mediis in penetralibus* Parrhaſ. ſed inducto *in*, credo manu Parrhaſ. videntur confudiſſe ex ỳ. infr. 665. *Medium penetralibus ignem*. Oudartii & Hugen. quod interpolatum eſt ex ỳ. 297. ſed vox haec *mediis*, & de homine, & de rebus & locis ſaepe varie ponitur. ſic I. 348. *quos inter medius venit Furor*. inf. X. 397. *ipſa inter medias*, pro media inter matres. XI. 237. *ſedet in mediis*, pro medius inter alios, ut alii loquuntur. vid. ad Ovid. XIII. Met. 780. Valer. Flac. II. 174. *has inter medias flet*, pro media inter has. ubi aliquid diximus. Propert. I. X. 8.

Et mediis coelo Luna ruberet equis.

pro medio in coelo, ubi vide Paſſeratium. Statius I. Silv.

52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *nudoque*. 53 forte legendum, *ne continua aedificia per incendia prolaberentur*. videntes incongruum ordinem verborum ediderunt Commelin. Emm. & Maſvic. *ne per cont. aed incendio prol.* ſed nec hic ſenſus conſtat. ſed aedificia proprie *prolabi* dicuntur. ut Suet. Aug. XXX. *prolapſiones aedificiorum*. mox ỳ. 555. *prolapſa Pergama*. BURM. 54 ſub ſeptentrione, aut ſub ſpiritu, quo mundus movetur. hoc eſt ſub dio Dan. ſub dio Fabr. 55 aut ſeptentrio, aut Fuld. 56 neſcio quem Lucani locum reſpiciat, niſi forte illum lib. I. 456. *regit idem ſpiritus artus Orbe alio.* quia Servius ad I. Georg. 242. ubi de duobus, ſeptentrionali & auſtrali, axibus agit, hunc locum Lucani adducit. potuit & eo reſpicere Lucanus lib. IV. 643.

Quisquis ineſt terris, in ſeſſos ſpiritus artus
Erigitur.

videant acutiores. BURM. 57 deeſt Steph. 58 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Incumbens arae, atque umbra conplexa Penates.
Hic Hecuba & natae nequidquam altaria circum,
Praecipites atra ceu tempeſtate columbae,
Condenſae, & Divom amplexae ſimulacra ſedebant.
Ipſum autem ſumtis Priamum juvenalibus armis
Ut vidit: Quae mens tam dira, miſerrime conjux,
Inpulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit.
Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis
Tempus eget: non, ſi ipſe meus nunc adforet Hector.
Huc tandem concede: haec ara tuebitur omnis:

Aut

SERVII.

514. COMPLEXA PENATES. *Penates* ſunt omnes dii, qui domi coluntur.

515. NEQUIDQUAM. Aut ſecundum Epicureos, [qui dicunt deos nihil curare;] aut propter vim bellicam. ALTARIA. Superorum & *arae* ſunt, & *altaria:* Inferorum tantum *arae.* *Ara* autem dicitur a precibus, quas Graeci ἀρὰς dicunt: unde contra [59] imprecatio κατάρα dicitur. [60] [Alii volunt ab *altitudine*, ſed male.]

516. PRAECIPITES. Feſtinae propter tempeſtatem: & bene ATRA addidit: quia eſt & clara, ut IX. 19. *Unde haec tam clara repente Tempeſtas.*

519. DIRA. Modo proprie: *dira* enim eſt deorum ira. Ergo [61] *quae mens dira*, id eſt, infuſa ex deorum ira.

520. [62] [TELIS: Armis.] RUIS. Aut feſtinas, aut incedis ſeniliter, [63] [& inconſulto.]

522. NON SI IPSE MEUS. [Mire, *meus*, ut matris exprimeretur affectio. Et] ſubaudis, [64] filius poſſet defendere.

VARIORUM.

1. Silv. II. 10. *medias fallit permixta ſorores.* Plin. V. Ep. VI. *medios*, vel *medius agros ſecat.* hinc illae librariorum crebrae aberrationes. vid. & inf. VIII. 696. *medium penetralibus* poſſet capi. ut apud Ovid. II. Amor. XVI.

Non ego ſi medius Polluce & Caſtore ponar.

vid. ad Lucan. IV. 158. BURM.

509. TREMENTIBUS. *Timentibus* Rottendorphii a manu ſecunda. *diſtincta* Wallian. *nec quicquam* Francianus.

511. CINGITUR. Vid. ad VII. Aen. 187. *Hae denſos* Gudianus. & Parrhaſ. & Wittian. *moriturus fertur* Oudartii.

517. SEDEBANT. De Ovidii verſu lego, *tenebant*, qui hunc imitatus locum lib. XV. Met. 412. ita canit:

Dardanidas matres, patriorum ſigna deorum,
Dum licet, amplexas, ſuccenſaque templa tenentes
Invidioſa trahunt victores praemia Graji.

FABRIC. *Sedebant* codices vetuſti plerique. de qua ſcriptura egi copioſius ad Naſonis lib. II. Amor. Eleg. XIII. 17. ſic infra hoc libro 574.

Abdiderat ſeſe, atque aris invíſa ſedebat.

Mediceus tamen a manu prima; *tenebant*, etiam primus Rottendorphius: quomodo & Moretani duo, & prior Hamburgenſis. alter vero *ferebant.* HEINS. *Tenebant* Parrhaſ. & Regius. ſed hoc minus convenire praecedentibus, *altaria circum*, & *condenſae* puto. quare *ſedebant*, quod & Wallian. & Francian. habent, praetuli. Wittian. etiam a m. pr.

518. JUVENALIBUS. Mediceus aliique vetuſtioris aevi, *juvenalibus:* neque hoc tantum loco, ſed & alibi paſſim, cum apud Noſtrum, tum in aliis ſcriptoribus antiquis veterrimae membranae agnoſcunt.

59 precatio L. Voſ. R. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 61 *quae mens* infuſa ex L. Voſ. R. 62 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 64 deeſt L. Voſ. R. Fuld.

Aut moriere ſimul. Sic ore effata, recepit
Ad ſeſe, & ſacra longaevum in ſede locavit.
  Ecce autem elabſus Pyrrhi de caede Polites;
Unus natorum Priami, per tela, per hoſtis
Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat
Saucius. Illum ardens infeſto volnere Pyrrhus
Inſequitur, jam jamque manu tenet, & premit haſta.
Ut tandem ante oculos evaſit & ora parentum,
Concidit, ac multo vitam cum ſanguine fudit.

Hîc

SERVII.

524. [AUT MORIERE SIMUL. Ut religio, aut pariter omnes ſervet, aut ſimul moriamur omnes.] ORE EFFATA. Abundat, *Ore* [65] [eſt enim figura pleonaſmus.]

528. VACUA. [66] [Aut *vacua*, quia omnes ad aram confugerant: aut [67] *vacua*, jam ſine defenſoribus: aut *vacua*, jure Graecorum, & poſſeſſione vacantia: aut certe ampla, vel] magna, quae difficile [68] complentur.

529. INFESTO VULNERE. Bonum ſchema *vulnus* pro telo. [69] [An *vulnus*, quod inflixit; [70] an quod infligeret.]

530. PREMIT. Urget, ut I. 324. *Apri curſum clamore prementem:* alibi interficit: vel opprimit, ut IX. 330. *Armigerumque premit.*

531. [UT TANDEM ANTE OCULOS. Hoc ideo deſcribitur, ut & contra propoſitum Priamus incitetur.] EVASIT. Pervenit.

532. VITAM CUM SANGUINE FUDIT. Modo eos ſequitur, qui ſanguinem ſedem vitae volunt, alibi eos, qui ipſum ſanguinem vitam volunt, ut IX. 349. *Purpuream vomit ille animam.* [Poteſt tamen κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligi [71] item vulneratum Politen.]

VARIORUM.

ſcunt. quod ſemel hic ſufficiat monuiſſe. Cariſius libr. I. *Juvenale ablativo e litera finietur, ſi homo ſic vocetur, Juvenali, ſi res, ut ait Maro juvenali in corpore vires. etenim non perſona cenſetur.* HEINS.

520. IMPULIT. Deeſt hic verſus Graeviano.

521. NEC DEFENSORIBUS. *Non defenſ.* Montalbanii. *defenſoribus aſtis* Menagii prior.

522. MEUS. *Meis* Montalbanius. male lib. I. 232. *Quid meus Aeneas:* nimis hic acutus Cerda. nec ipſam ex alio, quam Priamo concepiſſe, fateri voluiſſe fingendum eſt. ſed matris amor & adfectus hinc prae patris intelligitur, vid. & III. 489. ſic Val. Flac. I. 647. *non meus Orion.* BURM.

524. AUT MORIERE. *Vel* Parrh. *affata* idem, ſec. Moreti, Francian. Rottend. pr. & Wallian.

525. SACRA SEDE. Catroeus de ſede, in qua ſacrificantes ſacerdotes ſedere ſolebant, capit. ſed ſimpliciter ara intelligitur, ad quam omnes confugerant. *A ſede* Bigotianus. *in* deeſt Excerptis noſtris. *longaevom* Gudian. BURM.

526. PYRRHI DE CAEDE POLITES. *Polites de Pyrrhi caede* Voſſian.

528. FUGIT. *Fuit* ſecundus Moreti. & Voſſian. *fugiens vacua* Bigotii.

529. INFESTO. *Infecto* ſecundus Moreti & Edit. D. Heinſii. *infauſto* Menagii prior. Servius bonum ſchema dicit. Heineccius de fundam. Stili, Part. I. cap. III. §. 31. obſcuritatis damnat. ſed *vulnus* pro haſta, telo, quo vulnus infligitur, apud Poëtas ob-

65 deſunt L. Voſ. R. Steph. eſt autem pleonaſmus Dan. 66 Quare *vacua?* aut quia &c. Fabr. al. deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. *vacua* quia in unum ad aras omnes confugerunt, an *vacua* &c. Fuld. 67 *vacua* a Trojanis civibus, aut *vacua* jure Fabr. al. 68 complectuntur Voſ. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 70 an quia Dan. Fabr. 71 forte *iterum vulneratum:* nam ſaucius jam fugiebat Pyrrhum. *item* autem & *iterum* paſſim confuderunt librarii. vid. ad Suet. Caeſ. XXXVI. Aug. XVI. & alibi paſſim. alterum vero vulnus impoſitum docent illa, *premit haſta*, id eſt ferit, percutit. vid. ad Lucan. II. 310. & inde forte in vernaculam linguam tranſiit *priemen*, pro vulnerare. BURM.

Hîc Priamus, quamquam in media jam morte tenetur,
Non tamen abſtinuit, nec voci iraeque pepercit.
At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis,
Dî, ſi qua eſt coelo pietas, quae talia curet,
Perſolvant grates dignas, & praemia reddant
Debita: qui nati coram me cernere letum
Feciſti, & patrios foedaſti funere voltus.

At

SERVII.

533. HIC. Id eſt, tunc: [72] [temporale eſt, non locale.] MEDIA. Manifeſta; [aut certe poteſt ſecundum conſuetudinem dictum: neque enim eſt mors prima, media, poſtrema:] & poteſt referri [73] [vel ad Priamum,] vel ad Politen.

534. [NON TAMEN ABSTINUIT, NEC VOCI, &c. Bene Priamo animoſitatem regiam dedit, ut mori honeſte velit.]

535. [AT TIBI PRO SCELERE, EXCLAMAT. Ordo eſt: [74] at dii perſolvant tibi grates dignas.] [75] [AUSIS. Quidam proprie ſumptum tradunt, nec poſſe in proſa dici.]

536. SI QUA EST. Vel ſecundum Epicureos; vel deſperat: quia impune ante aras conſpicit caedes. CURET. Ulciſcetur.

537. GRATES. Prout res fuerit, vel in bonis, vel in malis dicuntur, ſicut *praemia*.

538. CORAM. Modo adverbium temporis eſt: quia verbo cohaeret, ut I. 595 *Coram quem quaeritis adſum:* [76] [Coram autem ſignificat in conſpectu, quod ἐνώπιον dicitur: & *coram* ad perſonam certam refertur; *palam* ad omnes.] ME CERNERE. De ſpectaculo queritur, non de morte: [quia jure belli Politen Pyrrhus occiderat; ſed cur ante oculos patris.

539. FOEDASTI. Crudeles impioſque feciſti.] FUNERE. Cadavere: ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. *Funus* enim eſt jam ardens cadaver, quod dum portatur, *exſequias* dicimus: crematum, [77] *reliquias:* conditum jam, [78] *ſepulcrum.*

VARIORUM.

obvium. vid. ſup. 436. & VII. 533. & X. 140. XII. 376. & Sil. Ital. I. 397. & V. 251. ubi Drakenb. oportet Poëtici ſermonis non rudem eſſe, qui de illis judicium ferre cupit. BURM.

532. AC MULTO. *Et vitam multo* Wallian.

533. HIC PRIAMUS. Non exſecrantem hic Priamum inducit Neoptolemum Poëta, quod filium ejus occideret, hoc enim belli jure poterat facere, ſed quod ante ejus oculos interficeret. Victorius lib. I. var. lect. 8. NANSIUS.

Ibid. IN MEDIA. *In* deeſt ſecundis Menagii & Hamburgico & Parrh. *media jam in* prior Moreti. vid. ſup. 508.

535. SCELERE, EXCLAMAT. *Scelere tanto* prior Hamburgenſis. *at tibi* Ed. Venet. *& tibi* Voſſ.

536. EST COELO. *In coelo* Leidenſis. *eſt pietas coelo, q. t. curat* Menagii prior. *ſi qua coelo* Bigotian. *ſi qua coelo eſt* Dorvil. *curent* Mediceus & Parrhaſ.

539. FOEDASTI FUNERE VULTUS. *Vultus* Mediceus, pro *voltus*, confuſa turbataque literarum ſerie. ita & alibi frequenter in veterrimis membranis exaratum offendas: quomodo & *volnus* pro *vulnus*, *divom* pro *divum*, *avolſus* pro *avulſus*, *Volcanus* pro *Vulcanus*, ut paullo poſt in optimo Mediceo, *Avolſumque umeris caput*, & mox, *avolſaque ſaxis ſaxa*. atque ita porro. *Volſci* quoque & *Vulſci*. *Volteja* gens in antiquis numiſmatis, non *Vulteja*. *volgus* & *volgatum*, & *aevom*, ſimiliaque paſſim in Maronis noſtri membranis. HEINS. *Vulnere vultus* Venetus & Parrhaſ. & ſecundus Hamburgenſis. *ſanguine* Bigotii a manu prima. & Dorvillianus, & Wallian. *& funere* ſecundus Moreti. *funere* rectum. ut lib. VI. 150. *totamque inceſtat*

72 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. eidem, *media* autem, manifeſta. 73 deſunt Fuld. 74 atque * Dii Fuld. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. forte, *quidam Poëtice ſumptum.* vid. Serv. ad XII. 351. dixerunt etiam *auſus*, *ſûs*, de quo vid. ad VI. Aen. 614. BURM. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. ultima, & *coram* deſunt Baſil. contra Dan. habet. 77 reliquias & buſtum Fabr. al. jam reliquias Dan. 78 ſepultum Voſ. Steph.

At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo: ſed jura fidemque
Supplicis erubuit, corpuſque exſangue ſepulcro
Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remiſit.
Sic fatus ſenior, telumque inbelle ſine ictu
Conjecit: rauco quod protinus aere repulſum,

Et

SERVII.

540. [AT NON ILLE SATUM. Tribus generibus parentes objicimus filiis, cum [79] bonis eos negamus, aequales, ut hoc loco: cum malos objicimus, ut III. 248. *Laomedontiadae*; item cum non ſolum bonos adimimus, ſed inſuper malos objicimus, ut IV. 365. *Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor*.]

541. IN HOSTE PRIAMO. Aut Archaiſmos eſt, pro, *in hoſtem*: aut *in hoſte*, id eſt, cum hoſtem gereret, cum ipſe hoſtis eſſet. [Hic *Priamo* nomen poſitum, ſenſum validiorem fecit, hoc eſt, Priamo, qui tunc fui; quaſi jam eſſe deſierit, id eſt, quem operae pretium fuit occidere. [80] JURA FIDEMQUE. Quia, quod Homerus mutat, [81] dicitur Priamus duce Mercurio ingreſſus Achillis tentoria, excitatum rogaſſe, quem dormientem potuiſſet occidere. *Jura*, vero, [82] quod a rege rogabatur: [*Fidem*, quia ſupplex. Quidam *jura fidemque* ita intelligunt: *Jura*, quod Hectorem reddidit: *Fidem*, quod me in mea regna remiſit.]

542. [SEPULCHRO. Pro, ad ſepulchrum.]

543. REMISIT. Quia comitatus uſque ad Trojam eſt: [& mire *in mea regna remiſit*, cum potuiſſet per me mea regna capere.]

544. IMBELLE. [83] [Ipſe imbellis] ut ſup. 510. *Inutile ferrum*.

545. [84] [RAUCO AERE. Ad ſcutum retulit. PROTINUS REPULSUM. Statim prohibitum.

VARIORUM.

ſtat funere claſſem. id eſt cadavere, ut ipſa Lexica docent, & Barth. ad Stat. I. Theb. 36. & hinc apud eumdem Poëtam lib. II. 571. librarii pro, *neque enim temnenda jacebant Funera*, ſuppoſuerunt *corpora*, quae vox etiam cadavera ſaepe notat, ut ſatis conſtat, & de quo exempla plura, quam Barthius, facile colligere licet: paſſim vero hae voces confuſae. vid. ſup. 361. & inf. 561. ubi etiam *funere* Parrhaſ. BURM.

540. QUO TE *A quo te* Regius.

541. JURA FIDEMQUE SUPPLICIS ERUBUIT. Idem eſt, quod *jus* & *fas*, quae ſaepe alibi occurrunt: jus divinum & humanum: nam ſupplices non laedi oportet. in primis, quia ut Servius notat, duce Mercurio, id eſt caduceum praeferens ingreſſus erat tentorium Achillis. ſic Ovid. II. Ep. 31.

Jura, fides ubi nunc, commiſſaque dextera dextrae.

ſic & Lucan. VIII. 450.

Ne jura, fidemque
Reſpectumque Deum veteris ſperaveris aulae.

ubi vide & Stat. I. Achill. 404.

Jura, fidem, ſuperos, una calcata ruina.

fides ſupplicis eſt erga ſupplicem praeſtita, ut infr. 784. *lacrimae Creuſae* & ſimilia exempla vidimus ad I. Aen. 716. & paſſim obvia ſunt. de verbi *erubeſcere* ſignificatione & conſtructione vide, quae diximus ad Ovid. Ibin ℣. 352. & Cerda recte negat eſſe verbum neutrum. *exhibuit* erat hic in Bigotiano. BURM.

542. CORPUSQUE. Giſanius ex ſcriptis Indic. Lucret. p. 462. *corpus exſangue*. & ita Mentelii prior. HEINS. Et primus Rottendorphius, & Regius, cui alia manu *que* additum erat. mox, *meque in m. r. receſſit* Parrhaſ.

544. FATUS. *Fatur* Bigotianus & Leidenſis unus.

545. CONJECIT. *Projecit* Parrhaſ. quod neſcio an praeferendum: ut hoc verbo irritum ictum notet. ut VI. Aen. 836. *projice tela manu*. & *projicimus*

79 bonos Fuld. 80 JURA. quod electorum (lege Hectorem) reddidi. *Fidem*, quod me in mea regna remiſit. Dan. Fabr. quae in fine notae leguntur in aliis, ſed deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 81 & celat propter turpitudinem Achillis Fabr. al. 82 quia Rex rogabat Fuld. reliqua ad ℣. 543. deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. (cui & ſic deeſt) al. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *nequicquam* ℣. 546.

Et ſummo clipei nequidquam umbone pependit.
Cui Pyrrhus: Referes ergo haec, & nuntius ibis
Pelidae genitori. Illi mea triſtia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere. Hoc dicens, altaria ad ipſa trementem

Tra-

SERVII.

546. ET SUMMO CLYPEI NEQUICQUAM UMBONE PEPENDIT. Eandem rem bis dixit; cum praeceſſiſſet, *Rauco quod protinus aere repulſum:* quod idem eſt, [85] [& nihil attinuiſſe dici putant:] *Summo clypei nequicquam umbone pependit.* [Tanquam non omnino neceſſe eſſet, ut de ſummo clypei penderet, & potuiſſe dici, nec de clypeo pependit; ſed duplicationem narrationis [86] per *ἐπεξεργασίαν* excuſat. Sane quidam, NEQUICQUAM UMBONE PEPENDIT, hunc ſenſum volunt, telum repulſum ne ſummatim quidem haerere potuit, ut penderet: alii unam eandemque rem bis dictam volunt, & ſuperfluum putant.] NEQUICQUAM. [87] Non: ſic Perſius II. 51. *Nequicquam fundo ſuſpiret nummus in imo.* [88] [PEPENDIT. Quomodo *pependit*, cum dixerit, *Rauco quod protinus aere repulſum?* ſolvitur; *Nequicquam pependit*, id eſt, non pependit. vel ſecundum Donatum: *Penetrato ſcilicet aliqua ex parte ſcuti contextu, telum pendens inhaerebat.*]

547. REFERES ERGO HAEC. Sarcaſmos eſt, jocus cum amaritudine, ut XII. 359. *En agros, & quam bello, Trojane, petiſti Heſperiam:* [89] Aſteiſmos autem, eſt urbanitas ſine iracundia, ut III. Ecl. 91. *Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.*

548. [90] [ILLI. Pronomen, modo adverbium, ut inf. 661. *Patet iſti janua letho.*]

549. DEGENEREM. Non reſpondentem moribus patris.

550. [HAEC DICENS. Oſtendit ſimul dum diceret feciſſe.] ALTARIA AD IPSA. Unde ſperabat auxilium: [aut quia Achilles in templo occiſus eſt, & ex ſimilitudine vindicta ..... TREMENTEM. Non formidine, ſed aetate.]

VARIORUM.

cimus proprie omnia, quae e manu in terram mittimus, ut notum. & ideo *imbelle* telum vocat, ut *imbelle ferrum* dat Aeſoni Valer. Flac. I. 759. quod non illis viribus emittitur, ut vulnus poſſit inferre. ſic idem III. 118. *imbelle oeſtrum*, quia clypei vicem in repellendis telis non poterat fungi. vide Barth. ad Stat. IV. Theb. 754. qui mancam Servii gloſſam dicit. *telumque immane* Wallian. Stat. VIII. Theb. 584. *leviter, digitis imbelle ſolutis Abjecit jaculum.* ubi alii *objecit*. BURM.

Ibid. REPULSUM EST. Cum Pierius teſtetur in multis codicibus *ſepultum* exſtare. Giſanius in Indic. Lucret. in *Fictus*, opinatur Virgilium dediſſe, *repultum*. HEINS. *Repulſum eſt* Pugetianus, Parrhaſ. & Ed. Venet. quod recte explicat ex Donato Pierius, nimirum penetravit corium, quo obtectum erat aes clypei, quod *raucum* vocat, quod non magnum, ſed obſcurum ex levi ictu ſonum dabat. ut Servius *raucam vocem* tenuem explicat I. Georg. 388. & ita alibi. ſed non penetrato aere pependit in pelle clypei, circa umbonem. ita Ovid. XII. Met. 98. *decimo tamen orbe moratum. repulſum* vero ipſum ſonitum illum indicat, ut *aera repulſa.* apud Ovid. III. Met. 533. *repultum* vero illud Giſanii ineptum & antiquarium. ſed *ſepultum* a librariis, ſolitis haec verba confundere, ortum. vid. ad Ovid. Remed. 484. *nequicquam* pro *non* cepit Scholiaſtes Horat. ad I. Epiſt. III. ſed *nequicquam* eſt fruſtra, ſine effectu. BURM.

546. ET SUMMO. *E ſummo* Vratiſlav. & non citat Lutat. ad Stat. I. Theb. 377. *umbone* Dorvil. *repellit* alter Hamb.

547. CUI. *Tum* ſecundus Moreti. *cum* tertius.

548. TRISTIA FACTA. Sic & Cariſius. at apud Nonium in *triſte* legitur, *triſtia dicta.* apud Donatum

85 deſunt Dan. Fabr. 86 per * *ἐπὶ ἐξεργασίαν* Fuld. qui illa *ſane* &c. praeponit prioribus, *eandem rem* &c. 87 non ſic. & Perſ. Fabr. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 89 Antiſmos Voſ. Steph. Dan. Aſtuſmos Fabr. Aſtiſmos R. L. ſed recte *aſteiſmos*, qualem & Lutatius invenit in Stat. XI. Theb. 508. ubi *aſtiſmos* editur. apud Quinctil. VIII. 6. pag. 748. *ἀστεϊσμὸς* vocatur. alii *aſtuſmon* vocant Latinis Urbanitas, de qua Quinctil. lib. VI. 3. circa finem, & alibi ſaepe. BURM. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al.

Digitized by Google

Traxit, & in multo labſantem ſanguine nati,
Implicuitque comam laeva; dextraque coruſcum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.
Haec finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit, Trojam incenſam, & prolabſa videntem
Pergama; tot quondam populis terriſque ſuperbum

Re-

SERVII.

552.[91] [IMPLICUITQUE COMAM LAEVA. Quomodo *comam*, ſi armatus galea erat? Sed non omnes crines galea tegit: ſive quia non habebat galeam: nam hoc dixit: *Arma diu ſenior deſueta trementibus aevo Circumdat nequicquam humeris, & inutile ferrum Cingitur:*] DEXTRAQUE CORUSCUM EXTULIT. *Coruſcum*, ſi ornatum gemmis caput regis acceperis, ſenſus talis eſt: ſublato capite gladium in vaginam recondit, quae lateri ſemper cohaeret: ſi vero *coruſcum gladium* vis intelligere, lateri Priami infixum accipe: &, κατὰ τὸ σιωπώμενον, poſtea caput eſſe ſublatum.

553. [92] [LATERI CAPULO TENUS ABDIDIT ENSEM. Si *jacet ingens litore truncus, avulſumque caput.*] Si latus percuſſit Priami, quomodo truncum? Hoc poſtea factum eſt: nam hoc inſignibus viris fieri ſolet, ut alibi XII. 511. *Curruque abſciſſa duorum Suſpendit capita:* aut κατὰ σιωπώμενον, *lateri ſuo*, id eſt, Pyrrhi, dicit, qui in vaginam recondit gladium.]

554. HAEC FINIS. [Ut dies, ſi tempus longum ſignificat, generis foeminini eſt, &] omnia Latina nomina, inanima, ſimplicia, a verbo non venientia, NIS ſyllaba terminata, maſculina ſunt: inanima, propter [93] *clunis, canis:* ſimplicia, propter *bipennis:* a verbo non venientia, propter *finis.* [94] Ergo Juvenalis XI. 164. bene dixit: *Ad terram tremulo deſcendunt clune puellae.* Horatius male I. Sat. II. 89. *Quod pulchrae clunes.* HIC. Talis, ut IX. 481. *Hunc ego te, Euryale, aſpicio?* SORTE. Fatali neceſſitate: [vel *ſorte*, fortuna, ut XII. 432. *Utere ſorte tua:* & quidam, *exitus ſorte*, pro ſortis tradunt, ablativum pro genitivo.]

555. TROJAM INCENSAM. Pro, Ilium.

556. PERGAMA. Proprie Trojanae arces ſunt; unde κατ' ἐξοχὴν arces omnes *Pergama* dicuntur: ut Poëtam dicimus, & intelligimus Virgilium. [95] [SUPERBUM. Nobilem.]

VARIORUM.

natum in Adelphos Terentii Act. I. Sc. 2. *triſtia fata.* ſed ad Hecyram Act. I. 2. *facta* bene legitur, & ad Phorm. I. 2. etiam in codice Sprotiano, *fata.* HEINS. *Fata* etiam ſecundus Moreti. *illic* Zulichemius. Donatus ad Phormionis locum *illi* poſitum pro *ibi* vel *illic* notat. v. Serv. ad II. Georg. 17. & hic Pier. & ſupr. 503. BURM.

550. HAEC. *Hoc* ſcripti omnes, tribus aut quatuor recentioribus exceptis. HEINS.

551. LAPSANTEM. *Laxantem* Venetus & prior Hamburgicus.

552. INPLICUITQUE. *Implevitque* ſecundus Hamburgicus. *coma* Gudianus a manu prima. ſed tunc *laevam* legendum. quod autem coma implicuiſſe laevam dicat, credendum, vel galeam primum detraxiſſe, vel Priamum ſubito raptam galeam comis ſparſis impoſuiſſe, ita ut extra galeam dependerent. nec de galea mentio fit ℣. 509. & per arma thoracem intellexit ibi Cerdaeus, quia humeris circumdabat. deinde, *ſcapulo tenus* Sprotianus a m. ſ. & Wittian. qui & *addidit enſem. extulit* male Vondelius vertit, ex vagina traxit. jam enim gladio educto inſecutus Politen interfecerat. ſed *extulit* eſt ſuſtulit, intentavit ejus corpori. ſic Cicer. II. Cat. I. *Quod non cruentum mucronem, ut voluit, extulit.* ſic & Ovid. XIV. Ep. 45. *ter ſuſtulit enſem.* ita, *extulit oculos ad ſidera* inf. 687. pro ſuſtulit. quae de capite coruſco Priami Servius notat, abſona ſunt. BURM.

554. HAEC FINIS. De hoc loco actum lib. III. ℣. 145. & ſic Maronem ſcripſiſſe veteres grammatici complures teſtantur. vide Voſſ. de Analog. lib.

91 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 92 deſunt iisdem 93 deeſt omnibus. 94 ergo *clunis*, Juvenalis L. Voſ. R. Steph. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Regnatorem Aſiae. Jacet ingens litore truncus,
Avolſumque humeris caput, & ſine nomine corpus.
At me tum primum ſaevus circumſtetit horror:
Obſtupui: ſubiit cari genitoris imago,
Ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem. Subiit deſerta Creüſa,

Et

SERVII.

557. REGNATOREM ASIAE. Quia imperaverat & Phrygiae & Mygdoniae. JACET INGENS LITORE TRUNCUS. Pompeji tangit hiſtoriam, [cum *ingens*, dixit, non magnus:] quod autem dicit *littore*, illud, ut ſupra diximus, reſpicit, quod in Pacuvii tragoedia continetur: [96] [*Priami corpus ad litus tractum:* aut *littus* pro ſolo accipiamus, ut I. 255. *Littoraque & latos populos.*] [Aut ideo *littore*, ut oſtendat littus jam eſſe, ubi fuerat Troja, ut III. 11. *Et campos ubi Troja fuit.*] Quod autem Donatus dicit, *littus*, locum eſſe ante aras a *litando* dictum; [vel quod *lituo* illud ſpatium deſignatur] ratione caret: nam a *litando*, LI brevis eſt, & ſtare non poteſt verſus.

558. [AVULSUMQUE HUMERIS CAPUT. Hoc eſt, quod κατὰ τὸ σιωπώμενον accipi debet: hoc enim claris & fortibus viris fieri ſolebat, ut IX. 465. *Quin ipſa arrectis viſu mirabile in haſtis Praefigunt capita.*] SINE NOMINE. Sine [97] agnitione, [aut ſimpliciter ſine nomine: a capite enim quis nomen ducit.]

559. SAEVUS HORROR. Quia eſt & bonus, ut [Stat. I. Theb. 493.] *Laetuſque per artus Horror iit.* [Eſt & amoris, ut Terentius Eun. I. 2. *Totus, Parmeno, tremo horreoque, poſtquam aſpexi hanc.*]

561. [AEQUAEVUM. Amabiliter locutus eſt; plus enim eſt *aequaevum*, quam *longaevum*.]

562. VITAM EXHALANTEM. Secundum eos, qui animam volunt eſſe ventum, ut IV. 705. *Atque in ventos vita receſſit.* DIREPTA. Pro, diripienda: participium pro participio.

VARIORUM.

lib. I. cap. 29. HEINS. Praeterea, *hac exitus illum ſorte tulit* voluerat olim Heinſius, quem vid. ad Ovid. II. Amor. XII. 13. *Hic finis Priami, hic fatorum exitus* Francianus. vide Oudend. ad Lucan. VIII. 702. BURM.

555. ET PROLAPSA. *Et lapſa* Menagianus & Hamb. ſec. Bigot. & Leidenſ.

556. QUONDAM POPULIS. *Populis quondam* Parrhaſ. & Wallian. *Regnator populis* dictum pro *populorum.* ſic Valer. Flac. II. 621. *Occiduis regnator montibus Atlas.* BURM.

557. LITORE *Aequore* Dorvil. cum gloſſa, *Troja erat prope litus.* unde & *litore* inveniſſe gloſſator videtur. quae Servius hic de *litore* adfert, redolent acumina Grammaticorum. forte κατὰ τὸ σιωπώμενον debet intelligi, corpus poſtea projectum fuiſſe in litus, ut alii ad Sigaeum promontorium, ubi Achillis tumulus erat. niſi forte ſcripſerit Maro *limine* ſcil. regiae, ut has voces confuſas etiam videmus ſupr. ℣. 321. & alibi. de hoc loco etiam diſputat Gutherius de Jure Manium lib. II. 26. ad Pompeji caedem reſpexiſſe Poëtam quoque notat Landinus ad Horat. I Od. 2. vulgata defendi poteſt illis Senecae Troad. 140. *Magnoque Jovi victima caeſus Sigaea premit litora truncus.* BURM.

558. AVULSUMQUE. *Avolſumque* Gudianus. *abſciſumque* Oudartii, & Leidenſis unus. ſed crudelius & atrocius eſt *avellere*, quam *abſcindere.* dein *caput humeris* Bigotianus & Graevianus. Silius lib. IV. 239. dixit, *diviſum humeris jacuit caput.* BURM.

559. AT ME TUM. *Ut me* Menag. ſec. *cum primum* Sprotian. Dorvill. alter Rottend. & Wallian. *at mecum primum* Wittian. *circumſtetit error* Hugenian. *horror* Leidenſ. unus,

561. VULNERE. *Funere* Oudartii & a manu prima Parrhaſ. vid. ſupr. ℣. 539.

562. SUBIIT. *Subit &* alter Mentelii, Rottendorphii primus ac ſecundus, & quinque aut ſex alii.

96 deſunt iisdem & Dan. Fabr. & al. ad *Quod autem.* 97 agnitione aut dignitate Fuld. Fabr. *ſine nomine*, quia ex capite vel facie homo dignoſcitur ab alio. unde & caput pro toto homine dici docuit Jac. Gothofr. ad l. 11. Cod. Theod. de poenis. BURM.

Digitized by Google

Et direpta domus, & parvi caſus Iuli.
Reſpicio, & quae ſit me circum copia luſtro.
Deſeruere omnes defeſſi, & corpora ſaltu
Ad terram miſere, aut ignibus aegra dedere.
[Jamque adeo ſuper unus eram: quum limina Veſtae
Servantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem

Tyn-

SERVII.

563. [CASUS. Aut interitus, aut captivitas.]

564. COPIA. Notandum, de exercitu numero dixiſſe eum ſingulari, ut Salluſtius [98] lib. I. Hiſt. * *Con Sertorios neque rumpor. Et an Levi copiam avibus:*] cum *copias* de exercitu numero plurali dicamus; [ut Salluſtius Catil. VI. *Memorare poſſem, quibus in locis maximas hoſtium copias pop. Romanus parva manu fuderit.*] *Copia* vero, aliarum rerum ſit.

565. [DESERUERE OMNES DEFESSI. Dolore: vox non accuſationis: ſic enim ſe purgat, ut alios non culpet: dicendo autem *defeſſi*, etiam illos excuſat, a quibus deſertus eſt.]

566. [IGNIBUS AEGRA DEDERE. Poſt hunc verſum, hi verſus fuerunt, quos Tucca & Varus obliti ſunt: *Jamque adeo ſuper unus eram*, &c. verſus, enim refert * uſque illum: *Talia jactabam*, &c. in quibus hae variae lectiones: PERMETUENS TROJAE: ms. *Praemetuens Trojae*. ARIS INVISA: ms. *Argis invisa*. REGINA TRIUMPHO: ms. *Regnata Triumpho*. SUDAVIT SANGUINE: ms. *Sudarit ſanguine*. NEC HABET VICTORIA: ms. *Habet haec victoria*. SUMSISSE MERENTIS: ms. *Sumſiſſe merentes*. ULTRICIS FLAMMAE: ms. *Ultricis famae*. MENTE FEREBAR: MS. *Mente loquebar*.]

VARIORUM.

lii. Gudianus a manu prima. *ſubit deſerta* pro *ſubiit*. cum τὸ *i* geminare librarius neglexiſſet, ſollemni errore hinc nata ſcripturae diſcrepantia. HEINS. *Subit* & Vratiſlavienſis, Regius, Wittian. Voſſian. & Wallian. vid. IV. Georg. 5.

563. DIREPTA. Servius pro diripienda capit, de quo videbimus infr. h. l. ỷ. 721. ſed & hic potuit ſuſpicari Aeneas jam per ejus abſentiam direptam fuiſſe, ut reliquae aedes in urbe. BURM.

564. CIRCUM ME. *Me circum* veteres, Montalbanio & priore Hamburgenſi exceptis. eleganter omnino. HEINS. *Deſpicio* Oudarti. *me circum* Editio Juntina & P. Danielis Codd. Regius, Francianus Wittian. Parrhaſ. Voſſianus. & ita Commentator Crucquianus ad Horat. I. Sat. I. 57. in Wallian. a m. pr. erat, *ſit rerum mihi copia* ſed deletum. de praepoſitione poſt poſita vid. Serv. ad I. Aen. 32. & mox ỷ. 598. de *copia* pro manu militum. vid. Barth. XXI. Adv. 20. & Cort. ad Salluſt. Catil. LVI. BURM.

566. DEDERE. *Dederunt* Bigot. ne rhythmus in verſu ſit.

667. JAMQUE ADEO. Duo & viginti verſus in hoc loco ſunt a quibuſdam ſublati, quod cum iis, quae in Deiphobi hiſtoria lib. VI. ſcribuntur, non cohaereant. Ibi enim Helenam non in arce deprehenſam, ſed proditionis adjutricem in mariti cubiculo fuiſſe dicitur. Videmus tamen Poëtas non raro diverſa ſcribere, non ignoratione hiſtoriae, ſed diſſenſionibus eorum ſcriptorum, quos ſequuntur. FABRIC. Verſus hi viginti & duo abſunt a codicibus noſtris, ſi alterum Menagianum excipis, in quo recentiori manu erant adſcripti, addita ſubſcriptione, *Iſta metra non ſunt de textu*. ſecundus Rottendorphianus initio operis ſeorſim exaratos exhibebat. HEINS. Deſiderantur hi verſus in Regio, Parrhaſiano, Wittiano, Franciano, Wallian. & aliis, quos vidi, codicibus, nec non in Ed. Baſil. ſed leguntur in prolegomenis ad Aeneida in Voſſ. V. R. L. & Ed. Steph. in Dorviliano erant, & adſcriptum, *Tucca & Varus detraxerunt haec Virgilio carmina, quum emendarent hunc librum juſſu Octaviani*. vide praeter ab aliis laudatos, de his verſibus Fr. Campani quaeſtionem Virgilianam. Decembr. Polit. Literar. part. XIII. lib. 2. H. Steph. in diſſert. de Criticis pag. 48. & Catroeum & Segraeum, quem legiſſe operae pretium erit. optime enim de his judicaſſe mihi viſus eſt. & Addiſon. Itinerar. Italiae pag. 300. Ed. Francicae. initium vero *jamque adeo* Virgilianum eſt. vid. inf. v. 864.

98 *inter fragmenta Salluſtii legitur, cum Sertorius neque erumperet, tam levi copia, navibus fugam maturabat.*

Tyndarida adſpicio: dant clara incendia lucem
Erranti, paſſimque oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos everſa ob Pergama Teucros,
Et poenas Danaûm & deſerti conjugis iras
Praemetuens, Trojae & patriae communis Erinnys,
Abdiderat ſeſe, atque aris inviſa ſedebat.
Exarſere ignes animo: ſubit ira cadentem
Ulciſci patriam, & ſceleratas ſumere poenas.
Scilicet haec Spartam incolumis patriaſque Mycenas
Adſpiciet, partoque ibit regina triumpho?
Conjugiumque, domumque, patres, natoſque videbit,
Iliadum turba & Phrygiis comitata miniſtris?
Occiderit ferro Priamus? Troja arſerit igni?
Dardanium toties ſudarit ſanguine litus?

Non

VARIORUM.

v. 864. VIII. 585. Valer. Flac. III. 70. *Jamque adeo nec porta ducem* &c. vid. Markl. ad Stat. v. Silv. II. 61. & ita paſſim. BURM.

Ibid. LIMINA. *Lumina* Edit. Juntae. *lumina vaſto* Rottendorphius ſecundus a manu ſecunda. *vaſtae* V. *vaſte* L. Vos. R. *& tacita* Voſ.

569. TYNDARIDA. *Tyndaridam* Ed. Venet.

570. FERENTI. *Tuenti* Ed. Venet.

571. EVERSA OB. *Obverſaque Perg.* Ed. Venet.

572. ET POENAS DANAUM. *Et Danaum poenam* Rottendorphius ſecundus & V. Idem & Menagianus paullo poſt, *Praemetuens*, non *permetuens*. recte. quomodo apud Lucretium III. 1031.

At mens ſibi conſcia facti.

Praemetuens. HEINS. Utitur & hoc verbo Phaedr. I. Fab. 16. ubi vide. *praemetuens* Ed. Venet. etiam & *Danaum poenas* & *praemetuens* V. Leid. Voſ. Reg. *Et Danaum poenas*. & mox *praemetuens* Steph. in prolegomenis. ſed aliter hic edidit. *Erinnyn* etiam ab Aeſchylo Agamem. ℣ 758. vocari Helenam notavit Cl. Dorvillius. BURM.

574. INVISA. Varie explicant. vel pro non viſa, latens. ut apud Lucan. III. 247. *inviſum orbem* Mſ. pro *ignotum* dant. vel inviſa Deis, ad quorum aras ſedebat. ut 601. *facies inviſa Lacaenis*. vel Trojanis. ut lib. IV. 541. vid. & lib. VIII. 245. & notas ad Valer. Flac. IV. 785. BURM.

575. IGNES. *Ignis* Voſ. Reg.

577. INCOLUMIS. *Incolomis* Voſſ. Reg.

578. IBIT REGINA. Si haec Virgilii a manu ſunt, imitatus poſſet videri Ovidius Epiſt. XVI. 333. *Ibis Dardanias ingens regina per urbes*. & Statius II. 362. *geminas ibis regina per urbes*. & Claud. Epithal. Hon. 279. *Regina*, id eſt regia pompa, ut regis uxor, quaſi parto triumpho, domum redibit. BURM.

579. PATRES. *Patris* alter Menagii.

580. ET PHRYGIIS. Copula deeſt nonnullis.

581. FERRO. *Ferro ut Priamus* Menagianus. *ferro Priamo ut* Rottend. Leid. Voſſ. *Priamus ut* V. *ferro pro Priamo ut Troico* Reg. *arſerit ignis* Ed. Juntina.

582. SUDARIT. *Undarit* conjiciebat Heinſius. & ita Valeſius in Valeſianis, pag 192. Claudian. II. in Rufin. 67. *Puerique cruore Maternos undare ſinus*. & hinc forte ℣. 609. librarius dedit, *undantem ſanguine fumum*, ut perperam ibi Zuichem. vide ad Sil. Ital. II. 455. ubi recte nihil mutandum cenſet Cl. Drakenborchius. *ſudari* V. *ſudaret* Regius. BURM.

583. NON

Non ita. Namque etſi nullum memorabile nomen
Feminea in poena eſt, nec habet victoria laudem;
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumſiſſe merentis
Laudabor poenas: animumque expleſſe juvabit
Ultricis flammae, & cineres ſatiaſſe meorum.
Talia jactabam, & furiata mente ferebar;]
Quum mihi ſe, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulſit
Alma parens, confeſſa deam; qualiſque videri
Coelicolis, & quanta ſolet: dextraque prehenſum

Con-

SERVII.

589. Cum mihi se. Ordo eſt: cum mihi ſe videndam oculis obtulit, non ante tam clara.

590. In luce. In nimbo, qui cum numinibus ſemper eſt.

591. [Confessa deam. Divino habitu: quia in primo, venatricis habitu ſe obtulerat. Qualis & quanta. Qualitas & quantitas hoc loco ad pulchritudinem pertinet.]

592. Dextraque prehensum. Ea corporis parte, qua Helenae ictum minabatur, quae in templo Veſtae ſtabat ornata. [99] Ut enim in primo diximus, aliquos hinc verſus, qui ſuperius notati ſunt, conſtat eſſe ſublatos, nec immerito: nam & turpe eſt viro forti contra foeminam iraſci: & contrarium eſt, Helenam in domo Priami [1] fuiſſe illi rei, quae in ſexto 495. dicitur: quia in domo inventa Deiphobi, poſtquam ex ſumma arce vocaverat. Hinc autem verſus eſſe ſublatos, Veneris verba declarant, dicentis: *Non tibi Tyndaridis facies inviſa Lacaenae.* [Sane quidam *inviſa* figurate dictum putant: adſerunt enim ad Trojam Helenam non veniſſe, id eſt, non viſam a Trojanis: quia, cum eam rapuit Paris, ad Aegyptum profectus dicitur, mutato itineris curſu, ne a Graecis forſan inſequentibus comprehenderetur; ibi a Proteo receptus hoſpitio; ſed cum Helena Proteo ſuam narraſſet injuriam, ab eo retenta eſt: tum ſine ea Paris venit ad Trojam. Graeci autem putantes quod occultaretur a Trojanis, & nollent ſibi eam reddere, deleverunt Trojam fruſtra, cum Trojani vere dicerent ſe Helenam non vidiſſe. Alii dicunt a Proteo quidem Paridi Helenam ſublatam, & quibuſdam diſciplinis fantaſma in ſimilitudinem Helenae Paridi datam, quod etiam Homerum volunt tetigiſſe ſubtiliter, ubi Aeneas a Neptuno * appoſita nube liberatur.]

VARIORUM.

583. Non ita.* Vide ad Ovid. vii. Met. 510. & Sil. Ital. x. 185.

Ibid. Etsi nullum memorabile nomen. Reprehenditur hic Virgilius in quibuſdam, ſed defenditur a Schotto ii. Obſerv. Hum. 38. & Barneſ. ad Euripid. Oreſt. 1134. de *memorabili nomine.* vid. ad iv. Aen. 94. BURM.

584. Nec habet. *Habet haec* Rottendorphius & Leid. Voſ. Reg.

585. Tamen et. *Tanti & ſumpſ.* Ed. Venet.

Ibid. Merentis. Eſt pro *merentes.* HEINS. *Merentes* alter Menagii. & mox *animum expreſſiſſe* Ed. Venet.

587. Ultricis flammae. Non ſatis haec intelligo. niſi flammam ultricem capias, pro ardore, quo ferebatur ad ulciſcendum animus Aeneae. *famae* habet Juntina edit. *flammam* Rottend. *famam* V. Leid. Venet. Voſ. Reg. Ed. Venet. unde *flammam* faciebat Maittaire. ſed nec ſic ſenſus apparet. an *ultrici flamma*, ut ſcilicet illam in incendium

mit-

99 ut enim dictum eſt, verſus illos qui &c. Fuld. 1 fuiſſe hilarem, quae in ſexto dicitur in domo inventa eſſe Deiphobi. &c. Fabr.

Continuit, roſeoque haec inſuper addidit ore:
Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quonam noſtri tibi cura receſſit?
Non prius adſpicies, ubi feſſum aetate parentem
Liqueris Anchiſen? ſuperet conjuxne Crëuſa,
Aſcaniuſque puer? quos omnis undique Grajae
Circum errant acies: &, ni mea cura reſiſtat,
Jam flammae tulerint, inimicus & hauſerit enſis.

Non

SERVII.

593. ROSEO. [a] Pulchro. [Quidam reprehendunt non conveniſſe in ruina & exitio civitatis, Venerem roſeo ore loqui cum filio: ignorantes hoc epitheton Veneri eſſe perpetuum. INSUPER. [3] Super, quod continuerat [4] eum.

594. INDOMITAS. [5] Magnas [nunc: &c.

595. QUID FURIS? AUT. Quia furor eſt, virum fortem ruere in mulieris interitum: [aut *quid furis*, cum extinctos ſocios vides velle pugnare: & bono verbo uſus eſt, virum fortem a praelio revocans.] Et QUID, nonnulli admirantis volunt eſſe, non interrogantis.] NOSTRI CURA. Et hoc loco, ut ſolet, unam ſe de Aeneae familia facit, ut I. Aen. 212. *Unius ob iram prodimur*. *Noſtri* autem & *veſtri*, genitivi plurales ſunt antiqui, & ex Graeco venientes, ſicut ſingulares ſunt *mis* & *tis*. Non eſt autem poſſeſſivum; ſed ab eo, quod eſt *Nos*: & hoc eſt, unde dicimus: *Noſtri cauſa facit*, hoc eſt, *noſtrum*.

597. SUPERET. [6] Supervivat, [ſuperſit.]

598. ASCANIUSQUE PUER. Filius, ut IV. 94. *Tuque puerque tuus*. Horatius I. Od. 12. *Pueroſque Ledae*: & eſt Graecum, nam παῖδας dicunt. Interdum tamen etiam ad aetatem refertur, [7] [& ad hominis conditionem.]

599. [CIRCUM ERRANT. Mire, quaſi quaerentes; tanquam prope ſint, & [8] adhuc opera ſua non advertant.]

600. HAUSERIT ENSIS. [9] [Aut percuſſerit, ut X. 314. *Latus haurit apertum*: aut voraverit.]

VARIORUM.

mitterem. *cineris* V. Leid. Voſ. Reg. *ſacraſſe* al. BURM.

588. FEREBAR. *Ferebam* V.

589. OCULIS. *Oculos* Mediceus, ſecundus Hamburgenſis & Sprotianus. *Tum mihi* Montalbanius, Venetus & quartus Moreti, Leidenſis unus & Bigotii & Parrhaſ. *ante oculos t. c. videnda* Francianus. *tum mihi ante oculos ſeſe*, cum hiatu Wallian. BURM.

590. PURA. *Clara* Bigotianus. quod interpretationis loco ſuperſcriptum in Regio. *in nocte refulſit* Zulichemius a manu prima.

592. DEXTRAQUE. *Dextramque* Mediceus, ut more ſollemni graeciſſet Maro. HEINS.

594. NATE, QUIS INDOMITAS. *Quid* Oudart. *quis indomitus tantas* Menag. ſec. & Excerpta noſtra. ſed *indomitas iras* etiam dixit Ovidius V. Metam. 41. BURM.

596. ADSPICIES. *Aſpicias* Leidenſis unus. *ibi* Mediceus.

597. ANCHISEN. *Anchiſem* plurimi. *conjuxque* Wittian.

Ibid. SUPERET. *Votereſt* male legitur apud Macrobium lib. IV. Saturn. 3. HEINS. *Supereſt* etiam primus Rottendorphius, alter Hamburgicus, & duo Moretani (cum interrogationis nota) & Bigotianus.

599. CIRCUM ERRANT. *Circuerant* Ed. Venet. ſed, errant circum quos omnes, conſtruendum. vid. ſupr. ℣. 564.

600. INI-

a pulchro perpetuum epitheton Veneris, omnes praeter Fuldenſem, a quo alia fluxerunt. 3 deeſt Voſ. Dan. 4 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 5 magnas nunc *. Et *quis*, nonnulli admirantis volunt eſſe; non Int. aut *quis furor* &c. Fuld. 6 SUPERSIT. ſupervivit L. ſuperſit deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 8 adhuc * ſua opera ſua n. adv. Fuld. 9 deſunt R.

Digitized by Google

Non tibi Tyndaridis facies inviſa Lacaenae,
Culpatuſve Păris; Divom inclementia, Divom
Has evertit opes, ſternitque a culmine Trojam.
Adſpice: (namque omnem, quae nunc obducta tuenti
Mortalis hebetat viſus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam; tu ne qua parentis
Juſſa time, neu praeceptis parere recuſa)

Hîc,

SERVII.

601. TYNDARIDIS. Atqui Jovis eſt, non [10] Tyndarei filia; ſed ſic dicimus *Tyndaridis*, de Helena, ut de Hercule, Amphitryoniades: nam de Jove & Leda nati ſunt Pollux & Helena: de Tyndareo & Leda, [11] [Clytaemneſtra &] Caſtor, qui & ſolus mortalis fuit: unde Virgilius in ſexto 121. *Si fratrem Pollux alterna morte redemit:* qui immortalitatem ſuam cum fratre partitus eſt. Helenam vero immortalem fuiſſe indicat tempus: nam conſtat fratres ejus cum Argonautis fuiſſe; Argonautarum autem filii [12] Thebano Eteoclis & Polynicis bello dimicaverunt. Item illorum filii contra Trojam bella geſſerunt. Ergo ſi immortalis Helena non fuiſſet, tot ſine dubio ſeculis durare non poſſet. Hanc autem legimus [13] prius a Theſeo raptam: & in Aegypto commendatam Proteo: [alia fabula a Paride raptam, &c, cum ad Aegyptum cum ea iſſet, a Proteo, cognito raptu, ſubtractam Paridi dicit.] FACIES INVISA. Pulchritudo Helenae odioſa, id eſt, Helena: & eſt Graecum, [14] ut *vis Herculea*, hoc eſt, Hercules. [Oſtendit autem naturae culpam non eſſe hominibus adſcribendam.] LACAENAE. A provincia Laconica. Et notandum, derivationem minorem eſſe principalitate, quod rarum eſt.

602. CULPATUSVE PARIS. Criminoſus [15] [reus.] [16] [DIVUM INCLEMENTIA. Latenter hic Venus ſe purgat invidiae, dicendo Trojam deorum conſpiratione ſubverti: poterat enim ei objici, quod niſi ipſa rapiendi Helenam Paridi auctor fuiſſet, Troja non fuiſſet everſa.]

604. ASPICE. De Homero tractum, qui inducit Minervam praeſtantem iſta Diomedi: [17] Il. E. 127. Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν, Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς, ἠμὲ θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα. [Et bene ſubdiſtinguit; quia non ſolum dicitur, ſed etiam manu ſignificatur.] NAMQUE OMNEM. Ordo eſt: Omnem tibi nubem eripiam, quae humida circum caligat, & mortales. [18] hebetat viſus tuenti: [19] dicitur enim nebula orta de terris obeſſe noſtris obtutibus: unde aquila, quia ſupra nebulam eſt, plus videt. [20] Eſt etiam theologica ratio: quia ignorantes uſum [21] Venerium, videre dicuntur & numina: unde nunc merito poſt Veneris abſceſſum numina vidiſſe dicitur Aeneas. OBDUCTA. Superducta. TUENTI. Modo videnti; alias defendenti.

606. NEQUA PARENTIS JUSSA TIME. [22] [Pro *Ne:* & *ne* particula imperativo jungitur modo: ſed interdum praeſenti tempori; interdum futuro, [23] prout aliquid volumus, aut ad praeſens, aut ad futurum referri: [poteſt ſane hoc praeceptum & ad generalitatem, & ad ſpecialitatem referri:] *Juſſa time:* veretur enim, ne imperanti fugam non obtemperet.

VARIORUM.

600. INIMICUS ET. *Inimicuſque* Edit. Juntina. *hauſerit ignis* Oudartii a manu prima. *flammae abſtulerint* etiam Bigotii.

601. NON TIBI. Hunc etiam verſum non ſublatum, vel mutatum a Tucca & Vario miratur Addiſon Itiner. d. l. quia videtur reſpicere verſus praecedentes deletos ab iis.

602. CUL-

10 Tyndaridei L. mox Amphitryonides Steph. al. 11 *deſunt* L. Dan. 12 cum Thebanis dimicaverunt *L. Voſ.* R. Steph. Dan. al. 13 primo L. Fuld. 14 ut βίη Ἡρακλῆος, *vis* Fabr. 15 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 16 divinam inclementiam latenter hic Venus * ſuam purgat Fuld. 17 Graeca deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 18 habeat Dan. habitat R. 19 volat L. 20 eſt enim L. Voſ. R. Steph. 21 venereum Fabr. al. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. *ne* particula prohibentis Fabr. al. pro *ne*, & haec particula Dan. 23 prout neceſſe fuerit. JUSSA. Dan. mox; ad futurum fieri L. Voſ. R. Steph. Fabr. al.

Hîc, ubi disjectas moles, avolſaque ſaxis
Saxa vides, mixtoque undantem pulvere fumum,
Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit; totamque ab ſedibus urbem
Eruit.

SERVII.

608. [SAXIS SAXA. Dicendo *ſaxis ſaxa*, renovavit narrandi magnitudinem.

609. UNDANTEM. Aut abundantem; aut quia in modum undarum attollitur, ut VIII. 257. *Qua plurimus undam Fumus agit.*]

610. NEPTUNUS MUROS. [24] Hoc quidem habet fabula: quod Neptunus cum Apolline Trojae fabricati ſint muros. Sed conſtat Laomedontem ſupradictis diis certam voviſſe pecuniam, ad ſacra facienda: quam, [25] invadentibus Myſiis hoſtibus, tranſtulit ad murorum fabricam: unde dii & feciſſe muros, & offenſi eſſe dicuntur. Simul notandum, quod deos facit opera ſua evertere; ut PORTAS Junonem, quarum dea eſt: ([26] nam portam luminis naſcentibus praebet [ut Terent. Andr. III. I. 15. *Juno Lucina fer opem*] ARCES. Minervam: (legimus enim II. Ecl. 61. *Pallas quas condidit arces.*) Neptunum, MUROS: ipſi enim fundamenta ſunt conſecrata, cujus & moventur arbitrio: unde *ἐνοσίχθων* [27] [*καὶ ἐνοσίγαιος*] dicitur, hoc eſt, terram movens aquae concuſſione; ſicut terrae motus continent opiniones. [Ergo cum Neptunus infeſtus indicatur, Apollo tamen etiam poſt piaculum Trojanis favet: quia cum propter Chryſis ſacerdotis filiam offenderant Graeci.] TRIDENTI. Omnia in NS exeuntia, aut participia ſunt, aut nomina; ſed ſi participia ſint, ablativum & in I & in E mittunt pro noſtro [28] arbitrio: Juvenalis XV. 81. *Nec ardenti decoxit aheno.* Contra XIV. 118. *Semperque ardente camino.* Si vero nomina fuerint, [29] tantum modo in E exeunt. Si autem eadem ſint & nomina & participia, ut *amans*, cum nomina fuerint, [30] omni modo in E mittunt; cum participia, licenter utimur. Ergo quia *tridens* nomen eſt, *tridente* debuit dicere; ſed novitatem affectavit, nulla [31] cogente neceſſitate. Sane in nominibus, quae & [32] propria ſunt, & appellativa poſſunt eſſe, ut *Liberalis*, *Foelix*, *Juvenalis*, ablativus a proprio, in E exit; ab appellativo, in I.

611. [33] [QUATIT. Concutit, commovet.]

VARIORUM.

602. CULPATUSVE. Ita Stat. III. Theb. 702. *culpatam facem*, de nuptiis impermiſſis, ubi antiquus Scholiaſtes *culpabilem* reddit.

Ibid. DIVUM INCLEMENTIA, DIVUM. Ita legendum eſt, tum ex his, quae Pierius in medium adducit, tum ex Aelii Donati ſententia ad Terent. Andr. V. 3. MUSON. Quanto majorem vim, habet illa *κατ' ἀναφορὰν βόησις*, quae eſt in libris antiquis, *Divum inclementia*, *Divum Has evertit opes.* quam lectionem Terentianus in Andriam interpres aperte aſſerit. FABRIC. *Divum inclementia*, *Divum* Julius Rufinian. agnoſcit de Schematis Lexeos. p. 31. & Donatus ad Terentii Andriam Act. V. ſc. 3. perperam alii, *verum incl. divum*, quae tamen ſcriptura a Priſciano exhibetur initio libri XV. & rurſus libro XVIII. & in ſex codicibus noſtris, ſed illis non magnae auctoritatis, apparet. *ſaevum incl. divum* in Sprotian. HEINS. *Divum inclementia ſummis* Bigotianus. *umquam inclementia* Zulich. a m. pr. Venet. *inclementia divum* Parrhaſ. Wittian. & Ed. Venet. BURM.

603. STERNITQUE. *Sternit* Voſſian. & Leidenſis unus a manu prima.

604. ADSPICE. Perperam hic parentheſim inchoant editiones pleraeque. Quum hoc verbum jungendum ſit ſequentibus, *hic ubi vides* ℣. 608. ſed credebant editores *adſpice & vides* inepte iterari. vide vero quae ad Nemeſ. I. Ecl. 34. adnotavimus, & infr. lib. V. 655. *Adſpice* ergo primum dicit Venus, ſed quia nubes & umbra obſtabat, illa erepta, addit, *vides*. BURM.

Ibid. OBDUCTA. *Adducta* Menagianus prior. *timenti* Zulichemius pro diverſa lectione.

605. HEBETAT. *Hebetet* Francianus. haec Gruterus

24 hoc autem Dan. 25 imminentibus hoſtibus Steph. imminentibus Myſiis L. R. imm. mercenariis Myſiis Voſ. immin. Miis vel Myſiis Dan. Moeſis Ger. Voſ. invadentibus Miſiis hoſtibus Fab. invadentibus hoſtibus Baſil. 26 & portam Dan. Fabr. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 28 arbitratu Fabr. 29 omnimodo L. Voſ. R. Dan. 30 omnia in *e* Fabr. omnino Fuld. 31 agente R. 32 propria eſſe poſſunt, & appellativa L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Eruit. Hîc Juno Scaeas ſaeviſſima portas
Prima tenet, ſociumque furens a navibus agmen
Ferro adcincta vocat.
Jam ſummas arcis Tritonia (reſpice) Pallas
Inſedit, nimbo effulgens & Gorgone ſaeva.

Ipſe

SERVII.

612. JUNO SCAEAS SAEVISSIMA PORTAS. [Quidam ideo Junonem has portas tenuiſſe accipiunt; quia eam fatorum arbitrium volunt: & fatum fuit, ad exitium Trojae, per has portas equum introduci: quia ipſa eſt *Curritis*, & ſub hoc nomine intereſt bellis: nam ideo I. 16. *Hic illius arma, hic currus fuit.*] [34] [SCAEAS. Priſcas.] SAEVISSIMA. Quae & fugam vetabat.

613. SOCIUM. Sibi devotum. FURENS. Iraſcens.

614. [35] [FERRO ACCINCTA. Ferro armata, ut XI. 486. *Cingitur ipſe furens certatim in praelia Turnus.*]

615. JAM. Praeterea, ut II. Georg. 57. *Jam quae ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos.* ARCES. [Ordinem tenuit, primum *muros*, deinde *portas*, poſt *arces*: a muris enim in arcem convertendus eſt totus impetus. Ob hoc autem] [36] *arces* Minervae dantur; quod ipſa ſit inventrix aedificiorum, ut II. Ecl. 61. *Pallas quas condidit arces.* [Et quia ſumma quaeque poſſidet ſapientia. Praeterea in capite eſſe dicitur; idcirco creditur patris Jovis capite generata.] TRITONIA PALLAS. [37] Notandum, [38] duo antonomaſia ſine proprio nomine. Et eſt nimiae iracundiae, cum dicitur: Quanquam irata ſit Graecis, [39] nequaquam tamen Trojanis parcere: licet in hiſtoria lectum ſit, vehementius iratam Minervam, quod poſt victoriam ei ſacrificare [40] noluerint, ut Horatius Epod. X. *Quum Pallas uſto vertit iram ab Ilio, In impiam Ajacis ratem.* [RESPICE. Dicendo *reſpice*, oſtendit vere jam caliginem ab oculis ejus eſſe ſublatam.]

616. [INSEDIT. Adeo irata, ut ante ſacerdotem ibi Caſſandram defenderet.] NIMBO EFFULGENS. Nube divina: [41] [eſt enim [42] fulgidum lumen, quo deorum capita cinguntur; ſic etiam pingi ſolet.] Alii *limbo* legunt [43] [ut IV. 137. *Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo*:] & eſt pars veſtis extrema, quae *inſtita* dicitur: ut Horatius I. Sat. II. 29. *Quarum* [44] *pulſata talos tegit inſtita veſte.* [45] [GORGONE SAEVA. Aut etiam per *ſaevam Gorgonem* fulgens: aut ipſa *ſaeva* terrore *Gorgonis*. Sane *Gorgones* tres fuiſſe dicuntur, Stheno, Euriale, Meduſa; quarum aſpectus intuentes vertebat in lapides. Hae autem mirae pulchritudinis fuiſſe dicuntur: & quiſquis eas vidiſſet, ſtupore defigebatur. Ideo fictum eſt, quod in lapides mutarentur. [Sed alia fabula refert, Meduſam mirae parſimoniae virginem fuiſſe, & ob hoc acceptam Minervae: quae compreſſa a Neptuno Pegaſum equum dicitur edidiſſe; quod poſteaquam Minerva cognovit, ejus caput dicitur amputaſſe & ſuo affixiſſe pectori, eique tribuiſſe vim, ut quidquid vidiſſet mutaret in ſaxum.]

VARIORUM.

terus explicat ad Liv. I. 15. de horrore, quo occurrente numine perfuſi, & obſtupefacti ſtabant. *mortales viſus.* Wallian. *que* ſuperſcripto. *tibi limina circum* Leid. unus. BURM.

607. NEU. *Ne* Leidenſes duo.

608. DISJECTAS. *Tibi disjectas* ſecundus Menagii. *diſcretas* primus ejuſdem. *dejectas* Bigotii. *disjectaque ſaxis* Hugenianus.

609. PULVERE. *Sanguine* Zulichemius a manu prima. vid. ſup. 582.

610. NEPTUNUS. *Neptunos* Gudianus a manu prima. *immota* Menagianus alter: *magnoque remota* Vratiſlavienſis. ſed vulgata legitur apud Lutatium

34 deſunt iisdem. 35 *Accincta*, id eſt armata, quod ipſa. * *curritis, hic illius arma, hic currus fuit.* Dan. id eſt armata, reliquis omiſſis Fabr. deſunt vero L. Voſ. R. Steph. al. Accincta enim ferro &c. Fuld. 36 ideo Minervae dicuntur eſſe Dan. Fabr. 37 deeſt Dan. 38 duo antonomaſia ſunt ſine Dan. duplex antonomaſia ſine Fabr. vid. ad lib. XI. 483. 39 non tamen Fabr. 40 noluerit R. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 fulvidum l. quod d. c. tingunt etiam Fabr. forte, quod d. c. cingit. deinde addit Fuld. ſic etiam pingi ſolet, alii *nimbum*. clavum tranſverſum in veſte exiſtimant. alii &c. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 44 *ſubſuta* L. R. *ſuta* Voſ. *ſubſtricta* Steph. Fabr. al. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 617.

Ipſe Pater Danais animos vireſque ſecundas
Sufficit: ipſe Deos in Dardana ſuſcitat arma.
Eripe, nate, fugam, finemque inpone labori.
Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam.
Dixerat: & ſpiſſis noctis ſe condidit umbris.
Adparent dirae facies, inimicaque Trojae
Numina magna Deûm.

Tum

SERVII.

617. IPSE PATER. Qui omnibus unus eſſe conſuevit, ut X. 112. *Rex Juppiter omnibus idem.* Et bene honeſta Aeneae cauſa fugiendi eſt. VIRESQUE SECUNDAS. Quia fuerunt & in Trojanis; ſed non proſperae.

618. [46] [SUFFICIT. Subminiſtrat, ſuggerit.]

619. ERIPE. Accelera, raptim fac: [47] [vel, *eripe te fuga*]

620. NUSQUAM ABERO. Bona oeconomia: nam, ſi tenent Danai, qua deficit ignis, neceſſarium eſt praeſidium numinis, ut Horatius Art. Poet. 191. *Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit.* LIMINE SISTAM. In limine, ut XI. 686. *Sylvis te, Tyrrhene, feras agitare putaſti:* [48] [id eſt, in ſylvis.]

621. [49] [SPISSIS NOCTIS SE CONDIDIT UMBRIS. Denſis.] [Abſceſſu enim plerumque numina demonſtrantur fuiſſe, cum ſubito apparere deſierint.]

622. APPARENT DIRAE FACIES. Secundum matheſin, poſt abſceſſum Veneris dira [50] dicit apparuiſſe numina: cujus praeſentes radii intervenientes [51] [circumquaque diviſos] anaereticôs temperant. [Vel quia *dirae* appellantur, quae ſunt in miniſterio Jovis, quando morbos, aut lethum, aut bellum hominibus molitur: quia in XII. ait: 845. *Dicuntur geminae peſtes, cognomine Dirae.*]

623. [NUMINA MAGNA DEUM. Quia Jovem, Junonem, Neptunum & Minervam dixerat.]

VARIORUM.

num ad Stat. I. Achill. 89. ſimilis diverſitas ſupra ỳ. 493. BURM.

611. A SEDIBUS. *Ab ſedibus* in Gudiano. rectius. vid. lib. III. Aeneid. 687. HEINS.

612. SCAFAS. *Socias* Dorvillianus, ex ſequenti verſu voce petita.

613. SOCIUM. Quia, ut lib. VI. 90. *Teucris addita Juno Nuſquam aberat.*

614. VOCAT. Supplevit Dorvilliani codicis librarius, *ſaevaſque accendit ad iras.* ſic Venerem in caede Lemniorum fingit Statius V. Theb. 281. *Sat funeſta Venus ferroque accincta furentes Adjuvat.* BURM.

616. INSEDIT. *Inſidet & nimbo* Biggotianus. *obſedit* ſecundus Moreti. vid. ſupr. ỳ. 450. ſed *inſedit* praefero. vid. viros doctos ad Florum lib. III. XXI. 7. & IV. VII. 6. *nimbo & fulgens* Mediceus. *nymbo fulgens* Ed. Mediol. *effugiens* Ed. Dan. Heinſ. vitioſe. *limbo* Moreti ſec. pro varia lectione. *Clypeo* Zulich. a m. ſec. *nimbo* Gloſſator codicis Parrhaſ. exponit, *cryſtallino fulgore.* vide ad Claudian. Conſ. Manl. 118. *Gorgona ſaeva* Francian. BURM.

617. ANIMOS VIRESQUE. *Animoſque vireſque* Francian. vitioſe. *vires animoſque ſecundas* Wallian. haec vero ſollemniter junguntur, ut robur corporis & animi conſtantia indicentur. vid. ad lib. X. 337. & ita *arma & animi*, de quibus adi notas infr. h. l. 799. BURM.

619. FUGAM. *Fuga* ſubintellecto *te* Sciopp. Suſp. Lect. II. 15. HEINS. Et ita unus Leidenſis. *excipe nate* Pugetianus. *fuga* natum ex Servii interpretatione. forte, *arripe nate fugam.* ſic *rapere fugam* Ovid. III. Faſt. 867. ubi vide. *eripere* fugam, quod agnoſcit & Serv. ad I. Aen. 382. eſſet auferre & adimere fugiendi facultatem, ut ad Ovidium

46 deſunt iisdem. ſed Baſil. habet tantum, *ſufficit*, miniſtrat. 47 deſunt iisdem. 48 deſunt iisdem & Dan. 49 deſunt L. Voſ. R. Steph. 50 dicuntur Dan. Fabr. *dira* ignorat Fuldenſ. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. *anaereticos* Fabr. intervenientes noxios anthericos L.

Tum vero omne mihi viſum conſidere in ignis
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.
Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum,
Quum ferro adciſam crebriſque bipennibus inſtant
Eruere agricolae certatim; illa uſque minatur,
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat;
Volneribus donec paullatim evicta ſupremum
Congemuit, traxitque jugis avolſa ruinam.

De-

SERVII.

* 624. Tum vero. Quia ante & ab Hectore audierat, & per ſe viderat, everti Trojam; ſed [52] non omnem: [ſingulas enim res viderat, ut: *Jam proximus ardet Ucalegon.*] Vel, *Tum vero*, quando & [53] Dii viſi ſunt ſaevientes. [Et ex imo verti quia ſuperiori excidio, quando ab Hercule expugnata eſt, nec omne Ilium conciderat, nec ex imo fuerat Troja ſubverſa. Per haec ergo fit certior cauſſa fugiendi.]

626. [Ornum. P... Oceani filia a Sarpedone Ilii filio adamata eſt, quem cum * venientem ſprevilſſet, faciente Venere, Iaſonem tunc ad Colchos euntem inefficaciter adamavit, quo [54] abſente cum conficeretur, in hanc arborem dicitur commutata.]

627. Ferro et bipennibus. [55] Ἓν διὰ δυοῖν vel ταυτολογία eſt: [56] [ideo, *crebris bipennibus.*]

628. Eruere. Pro dejicere: & eſt Acyrologia. [57] [Usque. Tam diu.] Minatur. Aut eminet, ut iv. 88. *Minaeque Murorum:* Aut movetur.

629. Tremefacta comam. Solita figura. [Comam autem, pro ramis: per illam metaphoram, ii. Georg. 431. *Tondentur cytiſi.*]

630. [58] [Vulneribus. Pro ictibus. Jugis. Cacuminibus montium] Ruinam. Aliarum ſcilicet arborum.

VARIORUM.

dium vi. Met. 572. docuimus. nec facile accedam viris doctis, qui *eripere fugam* dici poſſe eodem modo, ut *eripere iter*, *aequor* & ſimilia, credunt. vid. Heinſ. ad Val. Flac. ii. 252. & Oudend. ad Frontin. iii. i. §. 2. *eripere* & *arripere* etiam commutantur lib. iii. 477. & vii. Aen. 186. & apud Curt. vi. ix. 3. BURM.

620. Nusquam. *Numquam* ex Excerptis Voſſianis profert Arntz ad Aur. Vict. Vir. Ill. cap. ii. & ita Mediceus a m. pr. ſed imitatio Stat. iii. Sil. ii. 100. *Nuſquam abero*, vulgatae favet. BURM.

Ibid. Limine. *In limine* ſecundus Menagii. *limite* Menagii prior, Venetus. & Oudartii & prior Hamburgicus. *patris te in limine* Francian. *patrio tutum te lumine* Wallian. vid. ſupr. ỳ. 321.

622. Dirae facies. *Facies dirae* Wall. qui & mox, *magna divum* vitioſe a m. pr.

624. Visum. *Viſum eſt* Sprotianus, Montalbanus, alter Menagii, Zulichemius. *in igne* ſecundus Hamburgicus.

626. Summis antiquam. *Antiquam ſummis* prior Hamburgicus.

627. Bipennibus instant. *Actam* Macrobii lib. v. Sat. cap. 11. vetuſtus codex Thuaneus. apud eumdem Macrobium nonnulla exemplaria paullo poſt, *vertice mutat.* ſed male. HEINS. *abſciſam* prior Hamburgicus & Oudartii. *abciſam* Menagianus alter. & Wittian. pro illo *actam* apud Macrobium poſſet *ictam* legi. vid. lib. xi. 135. ubi eadem diverſitas, & alibi. ſed tunc etiam *certant* pro *certatim* praeſtaret. BURM.

629. Et. *Ut* Wallian.

630. Supremum. *Supremo* prior Hamburgicus.

632. Du-

52 non omnibus locis, vel *tum vere*, quando dii viſi ſunt ſaevientes Fabr. 53 diviſi Fuld. 54 abſente * ad luchi Fuld. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. habent tantum, Tautologia eſt. Dan. tantum, ἓν διὰ δυοῖν. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. ideo & quia bipennibus Baſil. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. minatur autem aminet, aut Steph. forte legendum, *minatur.* ſcilicet caſum, aut &c. 58 deſunt iisdem.

Deſcendo, ac ducente Deo flammam inter & hoſtis
Expedior. Dant tela locum, flammaeque recedunt.
Atque ubi jam patriae perventum ad limina ſedis,
Antiquaſque domos; genitor, quem tollere in altos
Optabam primum montis, primumque petebam;
Abnegat exciſa vitam producere Troja,

Ex-

SERVII.

632. AC DUCENTE DEO. Secundum eos, qui dicunt utriuſque ſexus participationem habere numina: nam ait Calvus: *Pollentemque deum Venerem*. Item Virgilius VII. 498. *Nec dextrae erranti deus abfuit:* cum aut Juno fuerit, aut Alecto. Eſt etiam in Cypro ſimulacrum barbatae Veneris, [59] [corpore & veſte muliebri, cum ſceptro, & natura virili,] quod Ἀφρόδιτον vocatur, [cui viri in veſte muliebri, mulieres in virili veſte ſacrificant: quamquam veteres *Deum* pro magno numine dicebant. Salluſtius fragm. inc. [60] *Ut tanta mutatio non ſine deo videretur*.] Et hoc ad Graecorum imitationem, qui ὁ θεὸς, & ἡ θεὸς dicunt, ſicut ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ ἄνθρωπος, vir & foemina.

633. [DANT TELA LOCUM, FLAMMAEQUE RECEDUNT. Illi reddidit: *Flammam inter & hoſtes Expedior:* hic eſt hiatus.]

635. ANTIQUASQUE DOMOS. [61] *Caras*. [Salluſtius fragm. inc. *Antiquitatis curaeque pro Italica gente*. Et aliud pendet ex alio: nihil enim intereſt, utrum *caram* dicas, an caritatis cauſam. Sane *domos* ambitioſe dixit, [62] [pro domo una; non domum.]

636. PRIMUM. Praecipuum: [63] [vel *primum*, ante filium & uxorem. Sed Varro Rerum humanarum, ait [permiſſum a Graecis Aeneae, ut evaderet, & quod carum putaret, auferret: illum patrem liberaſſe, cum illi, quibus optio eſſet data, aurum & argentum abſtuliſſent. Sed Aeneae propter admirationem iterum a Graecis conceſſum, ut quod vellet, auferret, ille, ut ſimile, quod laudatum fuerat, faceret, deos penates abſtuliſſe, tunc] a Graecis ei conceſſum, ut & quos vellet ſecum & ſua omnia liberaret: quod Poëta Veneris praeſidio praeſtitum dicit Aeneae. PETEBAM. Pro adpetebam & optabam.

637. VITAM PRODUCERE. Figurate, [64] pro vitam producturum.

VARIORUM.

632. DUCENTE DEO. Alii codices *Dea*. ſed nil mutandum, uti partim ex Servii commentariis, partim ex Donato ad Terentii Eunuch. Act. v. Sc. 2. & Adelph. v. 6. apparet. ſed erudite in primis genuinam lectionem adſeruit Macrobius lib. III. Saturn. cap. 8. HEINS. *Diſcedo* prior Hamb. & ita apud Macrob. *deſcendo ducente Dea* Zulichem. *abducente Deo* Mſſ. apud Serv. ad IV. Aen. 228. & VII. 498. *Adducente Deo* Excerpta noſtra. *hac ducente* Bigot. Venerem *Deum* dici docet & Gevartius III. Elect. I. in verbis Calvi. *Deum* pro *Deorum* poſſe ſumi notat Voſſius ad Catull. pag. 259. quod J. Douzae adſcribit Taubmannus. *Dea* praefert Catroeus. BURM.

633. EXPEDIOR. Scholiaſtes Horatii ad Carminis ſecularis illa,

Cui per ardentem, ſine fraude, Trojam
Caſtus Aeneas, patriae ſuperſtes,
Liberum munivit iter,

hunc locum laudans dat nobis *experior*. & Horatius his verbis amovet ab Aenea ſuſpicionem proditionis. Catroeus ex lexicis ſapiens explicat, paro me ad tranſeundum per flammas. ſed *expedior* notat tam praeſens fuiſſe Deae auxilium, ut dicto citius, inter flammam & hoſtes evaſerit: nam *expediri* eſt periculo liberari, cui implicitus undique erat, uti notiſſimum. paullo aliter dixit Juſtinus XXXVIII. 7. *aegre inde fugam ſibi expediſſe*. BURM.

634. AST UBI. *Atque* cum ſcriptis praeſtantioribus. ſoli Venetus, Schefferianus & Montalbanus *aſt*. Leidenſis, *Ac ubi*. HEINS. *Aſt* etiam Wallian. & Wittian.

636. PRI-

59 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. ad ℣. 635. 60 *ut tanta repente mutatis*, in fragm. Salluſtii, & apud Donat. ad Terent. Eun. V. II. 36. 61 Caras, ambitioſe dixit, Steph. Dan. reliquis omiſſis. Salluſtii verba deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 deſunt L. Voſ. R. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Vos o* ℣. 638. 64 deeſt Dan.

Exſiliumque pati. Vos o, quibus integer aevi
Sanguis, ait, ſolidaeque ſuo ſtant robore vires,
Vos agitate fugam.
Me ſi coelicolae voluiſſent ducere vitam,
Has mihi ſervaſſent ſedes. Satis una ſuperque

Vi-

SERVII.

638. Exilium. Dictum quaſi extra ſolum.] Vos o. Obliqua oratio eſt: nam aperte quidem hoc agit, ut relinquatur; latenter vero aliud, [65] [id eſt, voluntatem fugiendi:] per quod nimia Aeneae oſtenditur pietas: qui nec juſtis cauſſis movetur, ut patrem relinquat. [Sane rhetorica ſuaſio eſt: deliberatur enim de ipſa re, utrum fugiendum ſit: & ejus partes ita ponuntur, ut ſi qui diſſuadent an ſupervivendum patriae, quod ideo aperte non dixit, ne caeteros a fuga dehortari videretur; ſed ait: *vos fugite, qui poteſtis*: a tempore, *Satis una ſuperque*: ab invitis diis, *Jampridem invifus diis & inutilis annos Demoror*: Sic quidem & illud colligitur an, debilis patriae ſuperare debeat.]

639. Integer aevi sanguis. Plenam aetatem ſignificat ex ſanguine, qui non eſt integer, niſi in juvenibus: nam dicunt Phyſici minui ſanguinem [66] per aetatem: unde & in ſenibus tremor eſt. [Sane *aevum* hic ad annos referre debemus, cum alibi tempus ſignificet, ut VIII. Ecl. 27. *Aevoque ſequenti*. Et III. 415. *Tantum aevi longinqua valet mutare vetuſtas*.] Suo robore. [67] [Id eſt, proprio,] ſine alterius auxilio, quo eget Anchiſes. [Et duas res dicit: & juvenes eſtis, & ſani, quorum utrumque mihi deeſt. Stant. Perſtant ſolidaeque ſunt.]

640. Agitate. Diſponite, cogitate. [Salluſtius fragm. incert. *Traditur fugam in Oceani longinqua agitaviſſe*.]

641. Coelicolae. Ad quos noſtra pertinet vita, ut I. 387. *Haud credo invifus coeleſtibus auras Vitaleis carpis*, Et XI. 52. *Nos juvenem exanimum, & nil jam coeleſtibus ullis Debentem*. Et VI. 730. *Igneus eſt ollis vigor & coeleſtis origo Seminibus*. Anima enim, coeli pars eſt; [68] [corpus vero aquae]; umbra inferorum. [69] Ideo ergo non poſuit generale deorum nomen; ſed addidit *Coelicolae*, ne crederentur inferi dii, qui datores vitae non ſunt.

642. Satis superque. Ad augmentum *ſuperque* addit; eſt autem [70] Tmeſis. Sane ſciendum eſt, eſſe aliqua, quae augmentum non recipiunt, [71] ne minus ſignificent: *ut ſatis perfectus*: Nam quaeritur, utrum *perfectior* poſſit facere, ne incipiat [72] *ſatis perfectus* minus ſignificare.

VARIORUM.

636. Primum. *Primos montis* Sprotianus.

637. Producere. *Perducere* ſecundus Moreti: *abſciſa* etiam alter Hamburgicus. *exciſſa* Guell. male. Cerda *exſciſſa*. ita Serv. ad III. Aen. 201. vid. ad IV. 425. BURM.

638. Integer aevi Sanguis. Plaut. Merc. III. II. 7. *Adoleſcens quum ſis, tum cum eſt ſanguis integer*. *Integer annorum* Stat. I. Theb. 415. ubi Lutatius alium locum ex lib. IX. Aen. 255. laudat. BURM.

639. Robore. *Corpore* Parrhaſ. male. Ovid. II. Met. 403. *Quae poſtquam firma ſuique Roboris eſſe videt*. BURM.

640. Fugam. *Et rebus ſervate ſecundis* ſuppleverat librarius codicis Franciani, ſed poſtea eraſum erat. ſumtum ex lib. I. 207. & legerat ſciolus ille Leonidae verba ad milites apud Juſtin. II. II. *Agitare fugam*, eſt meditari, parare, ut ex Salluſtii loco a Servio adducto patet. Florus IV. II. 51. *ut fugam in Parthos, Africam vel Aegyptum agitaret*. & ita paſſim alii. BURM.

642. Superque. Somniat hic Servius, qui cum recte ſcripſiſſet, *ad augmentum*, ſubjungit, eſſe tmeſim: quid enim abſurdius, quam *ſupervidimus*? eſt enim *ſatis ſuperque* elocutio etiam Ciceroni familiaris, aliiſque Poëtis. NANSIUS. vid. Valer. Flac. II. 571. diſcedit a Servii & alio-

rum

65 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 66 qui non eſt per aetatem L. 67 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 68 deſunt eiſdem. 69 adeo Voſ. R. Steph. Dan. 70 Temeſis L. Voſ. R. 71 nec Dan. 72 deeſt Steph. al.

Vidimus excidia, & captae ſuperavimus urbi.
Sic o, ſic poſitum adfati diſcedite corpus.
Ipſe manu mortem inveniam. Miſerebitur hoſtis,
Exuviaſque petet. Facilis jactura ſepulcri.
Jam pridem inviſus divis, & inutilis annos

De-

SERVII.

643. [73] [UNA EXCIDIA. Sub Laomedonte, ab Hercule unum excidium viderat.] [74] Emphatice dixit *excidia.* [75] [SUPERAVIMUS. Supervixímus.]

644. SIC O, SIC POSITUM AFFATI DISCEDITE CORPUS. Senſus talis eſt: Praeſtate vos mihi funebre ſolatium: hoc eſt, adfamini me, ut dici mortuis ſolet, *Vale, vale, vale:* [76] [unde III. 68. *Et magna ſupremum voce ciemus:*] nam ideo & *poſitum*, & *corpus* dixit: MORTEM autem ego manu hoſtis inveniam: nam hic ordo eſt: [77] [Ego inveniam mortem manu hoſtis: ille miſerebitur & petet exuvias]

645. MISEREBITUR HOSTIS. Dixit affectu ejus, qui cupiebat interimi, ut eum hoſtis quaſi miſeratus occideret. Sic in nono Aeneidos 495. mater Euryali: *Aut tu, ſumme Pater divum, miſerere, tuoque Inviſum hoc detrude caput ſub tartara telo, Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam* [78] [& x. 676. *Vos o potius miſereſcite venti.*] [Alii ſic exponunt & *miſerebitur*, id eſt, quod illi hoſtili animo fecerint, ego miſericordiae loco ducam.]

646. EXUVIASQUE PETET. Quaſi objectio: Sed ſpoliatum linquet cadaver: & reſponſio, FACILIS JACTURA SEPULCHRI. Aut ſecundum Epicureos, qui dicunt nihil ſupereſſe poſt mortem: [aut *facilis*, contemptibilis, & levis ſapienti viro, ut ſit *jactura* diſpendium:] aut hoc dicit: Facilis ſepulturae jactura eſt, quam poteſt ruina praeſtare.

647. [INUTILIS. Ideo, quia debilis fuiſſe dicitur poſt fulmen.] ANNOS DEMOROR. Quaſi feſtinantes diu vivendo detineo.

VARIORUM.

rum interpretatione Catroeus, & *una excidia* praeſentem Trojae caſum, & prima incendii initia & ſcintillas capit, quia debuiſſet dicere *duo excidia.* nam ſi ſatis fuiſſet una videre, haec non vidiſſe dicendus eſſet. ſed *vidimus* debet conjungi ſequentibus, & *captae ſuperavimus urbi.* quod ipſi acciderat capta urbe ſub Laomedonte: nunc vero ſe iterum ſuperfuturum negat. *ſatis ſuperque* formula uſitata. Silius IX. 193.

Mihi magna ſatis, ſat vero ſuperque
Bellandi merces ſit gloria. BURM.

643. ET CAPTAE. *Et* deerat Sprotiano, Rottend. pr. Mentel. tert. Leidenſi, Hugeniano, Voſſiano & Walliano.

644. SIC O. Aberat hic verſus a Mediceo. HEINS.

Ibid. DISCEDITE. *Dimittite* prior Hamburgenſis.

645. IPSE MANU MORTEM INVENIAM. Id eſt, mea manu, ſupplet Cerda, & tunc vel capiendum, ut ſupra ỳ. 434. explicuimus, *meruiſſe manu*, id eſt pugnando: vel ſibi mortem conſciſcendo, ut apud Lucan. VII. 307. *nam me ſecura manebit Sors* (vel *mors*) *quaeſita manu.* & IV. 484. *Arceſſas dum fata manu.* ubi de deſperatis, qui in certam mortem ruentes pugnaturi ſunt. ſed quis tantum animi fuiſſe ſeni, aetate feſſo, & qui vix ingredi poterat, & mox humeris filii exportandus erit? quare rectius manu hoſtium intelligunt alii, a quibus ſe occiſum iri ſperabat, ut & Gloſſa Leidenſis Codicis explicat. & hoc ſequentia, *miſerebitur hoſtis Exuviaſque petet*, volunt. non enim ſenem inutilem in captivitatem abducere vellet hoſtis, ſed propter exuvias interficiet, quae occiſis demum detrahi ſolebant, & cadaver inſepultum abjici: levem hanc vero ſepulchri jacturam dicit, quia ex opinione vulgi hoc grave videbatur. ſimiliter Silius IV. 140. elangueſcentibus cumulatione ſpondeorum verſibus,

Sic elangueſcens, ac jam caſura, petitum
Invenit vulnus, caedemque invenit ab hoſte.

& *invenire* in ſimilibus verbum eſt elegans, de

quo

73 deſunt L. Voſ. R. ab Hercule deeſt Fab. al. unum exc. viderat deſunt Danieli. 74 ſed emph. L. Voſ. R. Steph. Dan. al. & emph. Fabr. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 deſunt iiſdem ad MORTEM. Dan. priora, unde e. m. s. v. & habet, ſed Baſil. ultima. nam &c. 77 deſunt L. Voſ. R. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al.

Demoror: ex quo me Divom pater atque hominum rex
Fulminis adflavit ventis, & contigit igni.
Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat.
Nos contra effuſi lacrimis, conjuxque Creüſa,

Aſca-

SERVII.

649. FULMINIS AFFLAVIT VENTIS, ET CONTIGIT IGNI. Tria ſunt fulminum genera: eſt quod afflat; quod incendit; quod findit. De hoc autem ſiluit. Fulminatus autem eſt Anchiſes: quia ſe cum Venere concubuiſſe jactabat. [79] [Sane *afflati* tactique, dicuntur capti membris, ut Cicer. III. Catil. 8. *Tactus etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus.*] AFFLAVIT VENTIS. [80] Bene dixit: quia ſcit non jaci fulmina, niſi cum flatu ventorum, ut in VIII. 429. *Tris imbris torti radios, tris nubis aquoſae Addiderat.* [Sane de fulminibus hoc ſcriptum in Reconditis invenitur: *Quod ſi quem principem civitatis, vel regem fulmen afflaverit, & ſupervixerit, poſteros ejus nobiles futuros & aeternae gloriae.* Fabula ſane talis eſt: Cum inter aequales exultaret Anchiſes, gloriatus traditur de concubitu Veneris: quod cum Jovi Venus queſta eſſet, emeruit, ut in Anchiſem fulmina mitterentur; ſed Venus eum cum fulmine poſſe vidiſſet interimi, miſerata juvenem, in aliam partem detorſit: Anchiſes tamen afflatus igne coeleſti, ſemper debilis vixit.]

651. NOS CONTRA. Praepoſitiones, vel adverbia in A exeuntia, modo producunt ultimam litteram; excepto [81] *puta*, & *ita:* quia apud Ennium & Pacuvium brevia ſunt. Hinc eſt, quod etiam numerorum nomina [82] indeclinabilia A producunt, ut I. 269. *Triginta magnos volvendis menſibus orbes.* Alia vero, quae declinantur, brevia ſunt, ſecundum rationem nominum in A exeuntium. [83] [EFFUSI LACHRYMIS. Pro effuſi in lachrymas.]

VARIORUM.

quo vide ad Ovid. VII. Met. 281. exſpectabo ergo fatalem vitae finem & mortem ab hoſte, inquit Anchiſes: & ita accepiſſe Aeneam apparet ex ỳ. 660. & 670. *numquam omnes moriemur inulti.* ſi tu vis manu hoſtili cadere, ego certe pugnans & ulciſcens meorum caedem moriar: mirum prioris ſententiae auctores non adduxiſſe locum ex lib. VI. 435.

Qui ſibi letum
Inſontes peperere manu.

praeſertim quum in Codd. Mſ. ibi quoque legatur *reperere manu.* ſed ibi vulgata lectio ſervanda, & *ſibi* ſenſum illum exigit. apud Senecam quoque Herc. Fur. 1245. Hercules ſibi redditus, *mortis inveniam viam.* BURM.

Ibid. MISEREBITUR. *Miſerabitur* Venetus & ſecundus Moretanus. mox, *petat* ſecundus Hamburgenſis.

647. ANNOS DEMOROR. *Annis* Sprotianus & Francianus. credebant ſcilicet librarii *morari* & *demorari* eſſe verba neutra, & *inutilis annis* eſſe conjungenda. ut apud Ovid. I. Ep. 105. quidam codices, pro *inutilis armis* exhibent. ſed *morari annos*, recte explicat Servius. ſic apud Horat. III. Od. 27. *impudens Orcum moror.* Senec. Herc. Fur. 1257.

Cur animam in iſta luce detineam amplius
Morerque, nihil eſt.

Stat. VII. Theb. 364.

—— feras tibi demoror improbus umbras.

Propert. I. XIX.

Non ego nunc triſtes vereor, mea Cynthia, manes,
Nec moror extremo debita fata rogo.

& ita paſſim veteres, ubi mortem optant. & hinc fere tentor, ut apud Horat. II. Od. 17. ubi vulgo legitur,

Ah, te meae ſi partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera,

credam poſſe melius legi, *quid morer alteram*; idque antiqui Scholiaſtae firmare videntur, qui explicant, *partem quae apud me eſt non retinebo*, vel *detinebo* potius, ut hic Servius. *invisus Divis vitaeque*

79 deſunt iisdem ad ỳ. 651. afflatitii. Fuld. initio notae Barthius ad Stat. V. Theb. 586. legit, *eſt quod adflat, eſt quod incendit, eſt quod findit.* ita ejus membranae. 80 bene, qui ſcit Fabr. 81 *puta* apud Enn. R. *puta* & *ita* apud L. Voſ. de *puta* vid. Scriver. ad Martial. III. 4. & Voſſ. ad Catull. pag. 26. 82 indeclinabilia producuntur L. Voſ. R. Steph. Dan. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Aſcaniuſque, omniſque domus, ne vertere ſecum
Cuncta pater, fatoque urguenti incumbere vellet.
Abnegat, inceptoque & ſedibus haeret in iſdem.
Rurſus in arma feror, mortemque miſerrimus opto.
Nam quod conſilium, aut quae jam fortuna dabatur?
Mene efferre pedem, genitor, te poſſe relicto

Spe-

SERVII.

652. OMNISQUE DOMUS. Modo familia, alias domicilium: interdum re vera [84] domum.

653. [FATOQUE URGENTI. Simile eſt, ut *currentem incitare, praecipitantem impellere.*]

655. [RURSUS IN ARMA FEROR. Quaſi quodam doloris impetu, quod pater liberari non acquieſceret.] MORTEM OPTO. Contra fatorum vim, & matris auxilium.

656. [NAM QUOD CONSILIUM. Quaſi [85] vetuerit regina, audito: *Mortemque miſerrimus opto*, ſic reſponderet Aeneas: *Nam quod conſilium, aut quae jam fortuna dabatur.*]

657. MENE. Probatae pietatis filium: nam pronomina habent vim ſuam, nonnunquam & emphaſin, ut III. Ecl. 25. *Cantando tu illum?* [Sane, *mene efferre pedem genitor* & caetera Rhetorice per deliberationem tractantur, an Aeneae relicto patre fugiendum ſit.] POSSE. Plus eſt, quam velle.

VARIORUM.

saeque nocens etiam Polynices apud Stat. III. Theb. 367. ubi Scholiaſtes explicat *malo aſtro. natus.* Vide Barth. BURM.

649. IGNI. *Igne* Oudartii Macrob. IV. 3. ſed *igni* fere ſemper Virgilius. vid. IV. 2. & ita Lutat. ad Stat. II. Theb. 85. vid. ad Vellej. Paterc. II. 78. ceterum huc reſpexiſſe puto Ovidium III. ex Ponto VI. 17.

Fulminis adflatos interdum vivere telis
Vidimus, & refici, non probibente Jove.

BURM.

651. EFFUSI LACRIMIS. *Effuſis lacrimis* alter Mentelianus, & alii tres. *effuſi lacrimas* Rottendorfii ſecundus. Eleganti Graeciſmo. HEINS. *Nos circum* Montalbanius. *effuſi lacrimas* etiam Excerpta noſtra. *effuſis lacrimis* Wittian.

652. VERTERE. *Evertere* Menagius prior. & quartus Moretanus. vid. ad lib. I. 20. & ad Val. Flac. II. 572. *vellet* pro *velit* illuſtrat Barth. ad ſimilem Statii lib. I. 658. locum. BURM.

653. INCUMBERE. *Obcumbere* Zulichemius.

654. INCEPTOQUE. *Incepto* Wallian.

656. AUT QUAE JAM. Mentelianus prior & prior Hamburg. a manu prima, & Leid. τὸ *jam* non agnoſcunt, hiante verſu, in quibus plurimum eſſe Maronem jam demonſtravimus. confirmat id ipſum quoque Montalbanius codex. *Et quae jam fortuna* primus Moretanus. HEINS. *Jam* hic neceſſario requiritur, & eleganter notat idem, quaſi dixiſſet, poſt omnia, quae tentata ſunt fruſtra, ad ſervandum patrem, patriam &c., nihil amplius jam reſtabat, quod experirer. vid. ad Ovid. II. Art. 597. ita *jam amplius* infr. III. Aen. 260: & *jamjam* IV. Aen. 371. recte vero nec conſilio, nec fortunae jam locum eſſe dicit, quia omnes hominum actiones, vel conſilio, id eſt data opera, ratione ſuſcipiuntur, vel caſui vel fortunae permittuntur. Cicer. II. Agrar. 3. *ſi qua in re me non modo conſilio, verum caſu lapſum eſſe arbitrentur.* ubi vide Lauredani notas. Florus IV. II. §. 59. *relicto paludamento, ſive caſu, ſive conſilio.* vid. & infr. lib. VII. 216. & ad Phaedr. V. 3. hinc & dicunt ſaepe, *conſulto*, & *conſulto conſilio*. Gell. II. 19. *quae aut conſulto conſilio latuerint, aut contra ſpem, opinionemve uſu venerint.* ubi vide Gronov. Amm. Marc. XIV. II. *conſulto conſilio cognitos.* BURM.

657. MENE EFFERRE. *Mene ferre* Zulichemius & primus Rottendorphius. *mene & ferre* Mediceus, male. vide Donat. ad Terent. Andr. IV. V. 13. Heinſius volebat *mene ecferre*. ſed talia in Virgilio non deprehendi. vid. Pier. ad III. 79. BURM.

659. Ex

84 domus L. Voſ. Fabr. al. in R. *omniſque domus* verba textus erat, & inde *domum* reddidit. 85 vetuerit Fuld.

Speraſti? tantumque nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta Superis placet urbe relinqui;
Et ſedet hoc animo, perituraeque addere Trojae
Teque tuoſque juvat: patet iſti janua letho,
Jamque aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus,
Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.
Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignis

Eri-

SERVII.

658. NEFAS. Scelus. EXCIDIT. Bene excuſat patrem, dicendo *excidit*, & ipſam temperat objurgationem.

660. [PERITURAE. Bene *periturae* dixit, non perditae: quia adhuc poſſe videatur evadere per ſuam & Anchiſae fugam: ideo amet addere, tanquam magnam portionem exilio Trojae genus Anchiſae conjungeret.]

661. [86] [JUVAT. Delectat] [quaſi malum illi voluptati ſit.] PATET ISTI. Apocope eſt, pro iſtic: Pronomen enim eſſe non poteſt: quia non praecedit nomen.

662. MULTO PRIAMI DE SANGUINE. Quaſi bis ſanguinem fuderit Priamus, quia & filium ejus Pyrrhus occiderit.

663. NATUM ANTE ORA PATRIS. His rebus terret eum, qui non poteſt mortem timere. OBTRUNCAT. Obtruncare conſuevit.

664. [87] [Hoc. Ideo. QUOD. Propter quod.]

VARIORUM.

659. EX TANTA. *Ex tota* Oudartii a m. ſec.

660. PERITURAEQUE ADDERE TROJAE TEQUE TUOSQUE JUVAT. Ex interpretatione Donati aliam ipſum ſecutum lectionem apparet: quam cum non ſequendam cenſeam, nec adferam quidem in medium. FABRIC. Legit ille, *Te quoque noſque juvat. juvet* primus Rottendorf. *periturae te addere* primus Moreti. *patet iſtic* plurimi codices & Ed. Mediol. *illic* Edit. Venet. *janua* eleganter, & imitatus Stat. III. Theb. 67.

Atque olim non haec data janua leti.

vid. ad Valer. Flac. III. 386. BURM.

662. JAMQUE. *Namque* Montalb. *multo maculatus ſanguine* Venetus. *aderat* Zulich. *Priami multo* Leidenſ. & Wittian.

663. PATREM QUI OBTRUNCAT. *Patremque obt.* multi veterum. puto autem Maronianum eſſe, *qui obtruncet*, quamquam aliter veteres membranae: quarum etiam plurimae, *gnatum*, non *natum*. HEINS. *Qui obtruncet* Mentel. pr. a m. pr.

664. HOC ERAT. Immo *hoc* in ſcriptis fere omnibus. ſed in diverſa contendit Pierius, Priſcianum ſecutus. certe pr. Moretanus diſertim, *hocce*, etiam tertius a m. ſec. Montalbanius vero *hocc* per duplex *cc*, quomodo in veterrimis exemplaribus ſua aetate lectum fuiſſe teſtatur Priſcianus lib. XII. ce *quoque ſolebant per omnes caſus vetuſtiſſimi addere articularibus vel demonſtrativis pronominibus, hoc eſt ab adſpiratione incipientibus, ut* hicce, haecce, hocce. *unde* hoc *quaſi duabus conſonantibus* cc *ſequentibus Poëtae ſolent producere, ut* hocc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes Eripis? *& ſic in antiquiſſimis codicibus invenitur bis* cc *ſcriptum; quomodo & apud Terentium in* Andria IV. IV. I. hocc ne eſt credibile aut memorabile? Idem lib. XIII. *Quamvis reliquis quoque caſibus &c.* qui locus Pierio quoque eſt animadverſus. Et Probus de hoc loco in Grammatica Ed. Putſ. pag. 1390. Marius Victorinus lib. I. Artis Gram. pag. 2467. ubi de eliſione literarum agit. *At* hicce *&* hocce, *pronominibus, ſi vox ſequens a vocali incipiat,* c *noviſſimam detrahetis: ut,* hicc' alienus oves cuſtos bis mulget in hora, *&*, manibuſque meis Mezentius hicc' eſt. *&* hocc' erat alma parens, *&* hocc' Ithacus velit. Terentianus Maurus ℣. 1583.

Creticus offendit pes primus, & aſperat aures,
Dabo & latentem, ſed notandum, Creticum.

olus hicc' inflexit ſenſus: *nam primus & iſtic*
Pes longiorem tertiam dat ſyllabam.

cc ge-

86 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 87 deſunt iisdem.

Eripis, ut mediis hoſtem in penetralibus, utque
Aſcanium, patremque meum, juxtaque Creüſam,
Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam?
Arma, viri, ferte arma: vocat lux ultima victos.
Reddite me Danais: ſinite inſtauratâ reviſam
Proelia. Numquam omnes hodie moriemur inulti.
Hinc ferro adcingor rurſus, clipeoque ſiniſtram

In-

SERVII.

668. ARMA, VIRI, FERTE ARMA. Notant hoc Critici: quia ſaepius armari aliquos dicit, cum exarmatos nuſquam oſtendat: qui neſciunt non omnia a poëta (ut ſupra diximus) dici debere: nam & diem deſcribit, nocte non praemiſſa. [88] Superfluo enim dicuntur ea, quae neceſſe eſt fieri. Quis enim domum ingreſſus, non ſtatim arma deponat? [vel quia ad auferendum patrem arma depoſuerat: vel quia armis Graecorum fuerat armatus. VOCAT LUX ULTIMA VICTOS. Id eſt, victis moriendum eſt.]

669. REDDITE ME DANAIS. [89] [Vel quibus me eripuit mater: vel tanquam quaerentibus & invenire cupientibus: & bene *reddite*,] quaſi retineatur: nam ideo ait *ſinite*. [90] [INSTAURATA. Renovata:] [quod verbum & de feriis & de ſcenis ſolebat apud veteres uſurpar]

670. [NUNQUAM. Pro non, ut III. Ecl. 49. *Nunquam hodie effugies*.]

VARIORUM.

cc *geminum quoniam ſermonis regula poſcit*
Ut fiat, hicce *plena vox (excluditur*
Vocalis) dabitur: nec conſona pellitur ulla:
Niſi quae duabus obſtat una vocibus.
Quum venit in medium, voceſque oblimat adhaerens
Biſſenus iſtam literam monſtrat locus.
Aut geminum in tali pronomine fugimus cc
Spondeus ille non erit, qui talis eſt.
Hoc illud, germana fuit, *ſed &*, hoc erat alma?
Iambus ille fiet, iſte tribrachys.

locum paullo prolixiorem adſcripſimus, ut conſtaret, quem ſcribendi modum veteres obſervarint, ex hiſce pronominibus. Marcian. Capell. lib. III. *Duplices autem ſunt* x *&* z. *aliquando* I *&* c *fieri poſſunt duplices, ut ſi* I *inter vocales ſit, ut* ajo, Troja. *item* c *ut*, hoc erat alma parens. Claudianus Bell. Gild. 236. *Hoc erat in fratres* Ovid. XI. Met. 694.

Hoc erat, hoc animo quod divinante timerem?

HEINS. *Hocc erat* Wittian. & Ed. Mediol. vid. Voſſ. de arte Gram. II. 28. de formula *hoc erat* vid. Barth. XLV. Adv. 8. & nos ad Petron. XCIII. Gronov. Obſ. in Script. Eccl. XVIII.

Ibid. PER IGNES. *Per hoſtes* Venet. & Parrh.

665. ERIPIS. *Eripit* Mediceus. *hoſtem penetralibus* Parrhaſ. *atque Aſcanium* Hugenian. Wittian.

666. ASCANIUMQUE PATREMQUE. *Aſcanium patremque* ex ſcriptis omnibus. HEINS. Et Franciano, *Aſcanium, Anchiſemque patrem, juxtaque* Parrhaſ.

667. MACTATOS. *Mactato* ſecundus Hamburgicus, vel *mactantem*. *mactato* ſecundus Rottendorphius. *jactantes* prior Hamburgicus, unde in ora codicis Heinſius *jactatos* conjiciebat. ut apud Naſonem III. Ep. 50.

Pectora jactantem ſanguinolenta virum.

& X. Met. 721.

Inque ſuo jactantem ſanguine corpus.

& V. 59.

Laudatos jactantem in ſanguine vultus.

in quibus locis alii codices *verſantem* habent. *mactatum* Wallian. ſed in marg. vel *mactatos*. *maculatum* Parrhaſ. apud Lucan. I. 267. legitur etiam,

Victo jure minax mactatis curia Gracchis.

& alii *jactatis:* ubi vide. BURM.

668. ULTIMA. *Optima* Wallian. a m. pr. ut ſo-

88 ſuperflue R. Fabr. al. 89 quia retinebatur, & ideo ait *ſinite*. DANAIS, quibus me ſuſtulit mater Dan. Fabr. R. prior nota deerat L. Voſ. R. Steph. al. qui tantum habebant, quibus ſuſtulit mater. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *tendebat* ỹ. 674.

Inſertabam aptans, meque extra tecta ferebam.
Ecce autem conplexa pedes in limine conjux
Haerebat, parvumque patri tendebat Iulum:
Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum:
Sin aliquam expertus ſumtis ſpem ponis in armis,
Hanc primum tutare domum. Cui parvus Iulus,
Cui pater, & conjux quondam tua dicta relinquor?

Ta-

SERVII.

672. [Insertabam. Cunctationem oſtendit hoc verbo ejus, qui nec ire ad proelium velit, nec domum relinquere: ſic & *ferebam*, dixit.

674. Patri. Melius patri, quam mihi.] Tendebat. Offerebat; ſed non manibus eum geſtans.

675. Si periturus abis. [91] Argutum dilemma, id eſt, complexio, quae adverſarium ab utraque parte concludit.

676. [92] [Expertus. Quidam participium praeteriti temporis; ſed vim praeſentis habere volunt: quia praeſens deficit.

677. Tutare domum. Hoc eſt, cui defenſori relinquimur, ſi tu deſeris?] Cui parvus Iulus; Interrogantis eſt: & ſimul epitheton commendat aetatem.

678. Conjux quondam tua dicta relinquor? *Quondam*, aut aliquando ſignificat, quaſi nunc uxor non ſit, quae relinquitur: aut [93] certe *quondam* ſemper ſignificat, ut in Georgicis III. 99. *Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis.* Et eſt [94] ſenſus: quam ſemper conjugem nominaſti. Haberi enim quaevis poterat: nominari non niſi nobilis. [Et bene ex ductu literarum, quod eventurum timet, quaſi jam contigerit, deflet; ſe autem ideo ultimam facit, quod ipſa loquitur; diverſam autem aetatem pueri, ſenis, & foeminae, ad miſerationem commovendam videtur objicere.]

VARIORUM.

ſolent librarii variare. vid. Ovid. VII. Met. 662. X. 672. & ad Lucan. VII. 700. & alibi. BURM.

670. Numquam. *Nuſquam* in Pierianis quibusdam. noſtri potiores pro vulgata ſtant ſcriptura. & recte. ſic Ecl. III. 49.

Numquam hodie effugies, veniam quocumque vocaris.

Naevius equo Trojano, *numquam hodie effugies, quin mea manu moriare.* Agnoſcit & Priſcianus receptam lectionem lib. XVIII. & Donatus praeſertim ad illa in Adelphis IV. 1133. *Verum hodie numquam monſtrabo.* HEINS. *Unquam* Francian. *hodie* etiam pro hac nocte poni docet Donatus ad Terent. Andr. I. II. 25. vid. & ad Adelph. II. I. 3. II. II. 7. ubi *hodie* aliter explicat. vid. ſupr. I. Aen. 732. & V. Aen. 738. BURM.

671. Hic. *Hinc* libri Veteres. HEINS. Et ita Regius, Parrh. Wittian. & Wallian. *clipeo rurſuſque* Wallian. recte *inſertabam* cunctationem indicare notat Servius, quum aliter, *rapere*, *corripere* arma noſter & alii ſoleant dicere. nullus vero ex noſtris hic a vulgata diſſentit. *aptare* etiam proprium verbum in re militari, quo utuntur de armis jam manu captis, loco ſuo & membris corporis, quibus tuendis parata ſunt, accommodandis, ut clypeum laeva, gladium ſtrictum dextra, galeam capite, & ita porro. Livius XXII. 19. *trepidatione nautarum capere & aptare arma miles prohibebatur.* & aliquoties alibi. BURM.

673. Complexa. *Comprenſa* Hamburgenſis prior. Graeciſmus. HEINS. *In limina* Hugenianus.

674. Parvumque. *Parvum patri* Francianus. *patri* plus eſſe quam *mihi*, notat etiam Serv. ad. I. 486.

675. Rape. *Trahe* Voſſian. *cape* Dorvill. *in omnia ducere* dixit Lucan. X. 461. ubi vide.

678. Re-

[91] Argumentum dilemma L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. [92] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Cui* ℣. 677. [93] deeſt Dan. [94] deeſt L. Voſ. R. deinde quia Dan. ſed omnes habent *quam*; quare ſola Danielis editione uſus videtur Vlitius, qui ad Gratii Cyneg. 500. emendat hic, *quam*. BURM.

Talia vociferans gemitu tectum omne replebat:
Quum ſubitum, dictuque oritur mirabile monſtrum.
Namque manus inter, maeſtorumque ora parentum,
Ecce levis ſummo de vertice viſus Iuli

Fun-

SERVII.

680. SUBITUM. Pro ſubito, adverbium eſt temporis ſecundum veteres. [ORITUR. Oriuntur divina * ut Sol ideo & quia dicuntur *oritur*.]

681. MANUS INTER. Mutavit accentum praepoſitio poſtpoſita. Sane *Inter* [95] plerumque pro *per* ponitur; ſed raro apud Virgilium, ut VII. 30. *Hunc inter fluvio Tyberinus amoeno.* Bona autem oeconomia ad Iulum venit, dicens eum fuiſſe *inter manus* parentum, hoc eſt, inter amplexus: non enim poſſumus eum illo tempore portatum dicere, quem [96] [& mox pedibus patris comitem fuiſſe, &] poſt ſeptem annos legimus, & venatum iviſſe, & bella tractaſſe. MIRABILE MONSTRUM. *Τῶν μικρῶν* eſt, dictum a monſtrando, id eſt, monendo: & refertur ad praeſens ejus ſignificatio. *Prodigium* autem eſt, quod in longum tempus dirigit ſignificationem.

682. [97] LEVIS. Pro leviter.

VARIORUM.

678. RELINQUOR. Quidam tollunt interrogationis notam. ſed male. ſic lib. IV. 323.

Cui me moribundam deſeris hoſpes?

HEINS. Donat ad Terent. Andr. I. v. 46. profert cum nota interrogationis. *tua quondam* Dorvillianus. idem vero haec verba notant, quod illa Didonis lib. IV. 324. *Hoſpes,*

Hoc ſolum nomen quoniam de conjuge reſtat.

& ita poſtea ỷ. 431. *conjugium antiquum vocat.* BURM.

679. OMNE. *Illa* Hamburg. ſec.

680. CUM SUBITUM. *Cum ſubito* Mediceus, & alii nonnulli, etiam Gudianus & Rottendorf. a manu prima. HEINS. *Tum* Leidenſ. *ſubito* etiam multi ex noſtris, & Ed. Venet. *miſerabile* etiam Gudianus, Venetus. & Parrhaſ. vid. III. 26. BURM.

681. ORA. *Arma* Venetus.

682. ECCE LEVIS. *Lenis* Montalb. pro diverſa lectione. ſed contra metrum, & ſorte ex interpretatione. quia hoc epithetum de igne cepiſſe videtur, uti *apicem* de flamma interpretatur etiam Lutat. ad Stat. v. Theb. 87. & *leuem*, & *levem* ignem ſaepe permutari in Mſſ. vidimus ad Ovid. II. Met. 811. & ad Seren. Samon. ỷ. 1006. ſed aliud eſt quod moratur. nam Servius dicit perite dixiſſe *lucem*, quae vox hic non occurrit, ſed *lumen*: quia initio levis fuit flamma, quae ſurgebat de vertice Iuli, ſed poſtea quum paſceretur, id eſt creſceret, *lux* potuit vocari, quia purus & clarus ſplendor erat ſine fumo, ut explicat Servius. & certe qui proprie amant loqui, ita diſtinguere ſolent, ut *lumen* dicant, de facibus, lucernis & ſimilibus, ſed *lucem* de ſole aut tanto incendio, ut aequet fere claritatem diei, ut ita ſupr. 569. dixit, *dant clara incendia lucem*, id eſt ſimilem ſolis & diei. & mox 697. *longo limite ſulcus Dat lucem*, cum extra illum limitem fumo & quadam obſcuritate lumen erat offuſum. & ita Cicero diſtinguit III. de Fin. 14. *ut obſcuratur & offunditur luce ſolis lumen lucernae.* Sueton. Caeſ. XXXI. Julium Caeſarem *ad lumina*, id eſt faces iter nocturnum ingreſſum narrans, addit, *luminibus exſtinctis, quum deceſſiſſet via, & diu errabundus, tandem ad lucem*, id eſt ſolis ortum, *ducem reperit.* & quae plura ſunt ad manum exempla. non tamen ſemper ſervaſſe hoc diſcrimen certum eſt, & noſter etiam Virgilius lib. VI. 256. *lumine quarto* dixit pro luce, vel die quarto. vid. Serv. ad Eclog. VII. 43. quid tamen faciemus Servio? an ille legit:

Ecce levem ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lucem apex?

ſed tunc vitiatur metrum, cui ut medearis, poſſes fingere *Lucem fundere apex.* certe videtur alia lectio Servio fuiſſe, aut an haec ſint ab ejus manu,

du-

95 plerumque praeponitur Dan. Fabr. recte: quod ex ſuis ſchedis, quas ſe triplo locupletiores & emendatiores vulgatis habere gloriatur, emendat Scioppius Suſpect. Lect. III. 5. plerumque poſtponitur L. Erythraeus vero carpit Servium, quod raro praeponi *inter* apud Maronem dicat, quum collegerit loca, quibus & praeponitur, & quibus poſtponitur. cum conſule. BURM.
96 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. in Fuldenſi vero deeſt τὸ *legimus*. 97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Fundere lumen apex, tractuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.
Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem

Ex-

SERVII.

683. FUNDERE LUMEN APEX. [98] *Apex* proprie dicitur in ſummo flaminis pileo virga lanata, hoc eſt in cujus extremitate modica lana eſt: quod primum conſtat apud Albam Aſcanium ſtatuiſſe. Modo autem ſummitatem pilei intelligimus. [Suetonius tria genera pileorum dixit, quibus ſacerdotes utuntur, *apicem*, *tutulum*, *galerum*; ſed *apicem*, pileum ſutile, circa medium virga eminente; *tutulum*, pileum lanatum, metae figura; *galerum*, pileum ex pelle hoſtiae caeſae.] Tangit, ut frequenter diximus, latenter hiſtoriam: hoc de igni, ad Servium Tullium pertinet. Nam quum Tarquinius Priſcus cepiſſet [99] Ocriculanam civitatem: ex captiva quadam in domo ejus natus eſt [1] Servius Tullius; qui cum obdormiſſet, caput ejus ſubito flamma corripuit: quam cum vellent reſtinguere, Tanaquil regis uxor, auguriorum perita, prohibuit. Flamma puerum cum ſomno deſeruit. Unde intellexit eum clarum fore uſque ad ultimam vitam. Perite ſane *lucem* dixit, non ut in ſeptimo 76. *Tum fumida lumine fulvo Involvi*: nam & illic ſplendor eſt; ſed cum fumo, qui ſemper cauſſa lachrymarum eſt. In Aſcanio autem ſolus oſtenditur ſplendor. [2] [FUNDERE, LAMBERE, PASCI: hiſtorico more.]

684. CIRCUM TEMPORA PASCI. [3] [*Paſci*, creſcere, ut VII. 391. *Sacrum tibi paſcere crinem*. Sunt autem hic [4] infiniti pro indicativis.]

VARIORUM.

dubito: certe mihi vulgata ſatis placent, & *levem apicem* cum Servio de pileo Aſcanii, qui, ut pueri, erat levis, capio. Catroeus etiam in voce *apex* erravit, quem flammam in acutum exeuntem reddidit. ſed ſi *apex* ſit ſummae flammae acumen, ille non poteſt dici fundere lumen ex vertice, ſed ſurgens ex vertice, exire, & deſinere in apicem flamma poſſet intelligi. BURM.

683. MOLLI. *Mollis* Mediceus & Mentelianus uterque, & caeteri, uno alteroque exceptis recentioris notae. *mollis* pro *molles*, ut ad *comas* referatur. quam ſcripturam Donatus quoque agnoſcit. apud Martialem IV. 42.

Molleſque flagellent Colla comae.

apud Tibull. I. IX. 9.

Quid molles prodeſt coluiſſe capillos.

apud Horat. Arte Poëtica 33.

Molles imitabitur aere capillos.

quo ſenſu Noſter lib. VI. Aen. 847. cit.

Excudent alii ſpirantia mollius aera.

apud Statium Epicedio Glauciae II. II. 44.

Molliſque decorae Margo comae.

ſic lib. IV. 66. *eſt mollis flamma medullas*. ubi τὸ *mollis* ad medullas, non ad flammam eſt referendum. praeterea *tractu mollis* in Sprotiano. Silius tamen ſummus Maronis imitator de Maſaniſſa libr. XVI. 119.

Subtus rutilante coruſcum
Vertice fulſit apex, criſpamque involvere viſa eſt
Mitis flamma comam.

ſed aliud eſt *mitis*, aliud *mollis* flamma. *molles comas* duo Voſſiani, aliique quatuor. HEINS. *Mollis* Regius, Vratiſl. duo Leidenſes, Graevianus, Francianus, Wittian. & a m. pr. Dorvill. Wallian. & Ed. Mediol. *molles* Parrhaſ. & Ed. Venet. Regius pro gloſſa habebat, *infantiles*. incommodi illi accuſativi in *is*, qui incertos ſaepe faciunt, ut hic, quid melius ſit, an *mollis flamma*, an *molles comas*, aut etiam an *molli tractu*, ſit praeferendum, quum omnia idoneis exemplis illuſtrari poſſint. *mollis flamma* etiam lib. IV. 66. occurrit, ubi eadem ambiguitas eſt. quare hoc praeferrem, quia licet *molles comae* recte etiam dicantur, tamen non hic id agit Poëta, ut quales fuerint Aſcanii comae nos voluerit docere: ſed quid circa illas ignis egerit. ſed retinet iterum manum, quia tunc duo epitheta eſſent, *mollis* & *innoxia*, & hic praecipue

98 haec Dan. & Fab. ponunt poſt illa *Suetonius* &c. quae deſunt L. Voſ. R. Fuld. Steph. al. qui poſt *intelligimus*, habent. *Tangit* &c. praeterea poſt *intelligimus* Dan. & Fab. habent, ſunt autem in his verſibus, infinitivi pro indicativis: at & Fuld. erat, ſunt autem hic infiniti pro indicativis. denique pro Suetonius habent *Sytonius*. vitioſe. nam Suetonium de veſtibus ſcripſiſſe apparet ex Servio ad VII. Aen. 612. 99 Vericulanam L. Voſ. R. Steph. Dan. 1 Servius Tullius Hoſtilius Dan. quae ultima vox eſt a mala manu. 2 haec debent poni in ſeq. nota: poſt *indicativis*, *fundere*, *lambere*, *paſci* ut in L. R. Steph. Dan. Hiſtoricorum more addunt Fabr. al. 3 deſunt Voſ. 4 infinitiva Steph. Dan. Fabr.

Digitized by Google

Excutere, & ſanctos reſtinguere fontibus ignes.
At pater Anchiſes oculos ad ſidera laetus
Extulit: & coelo palmas cum voce tetendit:
Juppiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis,
Adſpice nos; hoc tantum: &, ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium, pater; atque haec omina firma.

Vix

SERVII.

686. SANCTOS RESTINGUERE FONTIBUS IGNES. [5] [Religioſos;] non quos tunc [6] ſanctos ſciebant; ſed quos mox [7] probaturi ſunt. [Et bene *fontibus*, non aquis. *Sanctos* vero, ut venerabilius fieret: ſane *ſanctum* eſt interdum non idem quod *ſacrum*; neque idem quod *religioſum*: interdum non aliud quam *ſacrum*; hic ergo *ſanctos* ſacros accipiemus: quippe quo loco auſpicia fierent, ſicut ex Anchiſae perſona oſtenditur, cum dicit: *Oculos ad ſydera laetus Extulit*. Et: *Da deinde auxilium, pater, atque haec omina firma*. Aliter *ſanctum* accipi per ſingula loca dicitur.]

687. [AT PATER ANCHISES. Et hic & alibi Anchiſen divinandi peritum inducit.] OCULOS AD SYDERA. Contra opinionem Theocriti, qui eum [8] fulmine coecatum fuiſſe commemorat.

688. [ET COELO PALMAS CUM VOCE TETENDIT. Fugae defenſio eſt, ut videatur non ſolum utilis & neceſſaria, ſed & honeſta: quoniam divina ſuadebant: nam & ideo inducitur noluiſſe, ut quod vincitur & conſentit argumentum voluntatis divinae ſit.]

689. SI FLECTERIS. Aut ſecundum Stoicos locutus eſt, qui fati adſerunt neceſſitatem: aut ſecundum Epicureos, qui dicunt deos non curare mortalia.

690. ASPICE NOS. Quia intuentes dii juvant: [nam de Jove in x. libro ſic ait, cum in Africa eſſet Aeneas I. 227. *Et Libyae defixit lumina regnis*. Aut ſecundum Mathematicos, quod, quidquid Jupiter irradiaverit, felix facit:] unde eſt x. 473. *Atque oculos Rutulorum* [9] *rejicit arvis*. Et contra I. 482. *Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat*.

691. ATQUE HAEC OMINA FIRMA. Secundum Romanum morem petit, ut viſa firmentur: non enim unum augurium vidiſſe ſufficit, niſi confirmetur ex ſimili: nam ſi diſſimilia ſint poſteriora, ſolvuntur priora: unde eſt IX. Ecl. 13. *Quantum Chaonias aquila veniente columbas*: nam aquila ſine dubio columbis plus poteſt.

VARIORUM.

pue Poëta docere vult modum, & faciem hujus prodigii. quare ego cum pluribus ſcriptis & editis, eligerem *molli tractu*. ut etiam in Rottend. pr. & aliis. & hoc adſerui ad Gratii Cyneget. ỳ. 361. & hoc etiam Servii nota videtur firmare, qui ad ỳ. 694. *flammarum tractus* vocat. *Tactu molle* poteſt dici corpus, & quodcumque non durum apparet, vel tactu *molli*, quod non duriter tangimus. *molli* agnoſcit etiam interpres Horat I. Sat. v. 74. ſi quis *tactu* tueri vult; quia tangere de igni, fulmine &c. ſaepe occurrit, per me licet. BURM.

685. PAVIDI. *Trepidi* Wallian. & pro *metu*, *manu* Hugenianus.

686. SANCTOS. *Sacros* alter Mentelius a manu prima: & ita edidit P. Daniel. diverſitas nata ex compendio ſcripturae, qualis in Zulichemio & uno Leidenſi erat *ſcos*. unde *ſacros* & *ſanctos* licet facere. ut mox ỳ. 700. *ſcm* pro *ſanctum*. ſed *ſanctos* habet Macrobius lib. III. Sat. 3. *exſtinguere* quartus Moreti & Voſſian. BURM.

687. AT PATER. *Et* Francian.

688. ET COELO. *Ac coeli* Rottend. pr. *ad coelos* ſecundus. ut ſupr. ỳ.406. *ad coelum tendens ardentia lumina*. & *ad coelum tendit palmas*. lib. x. 845. *& palmas coelo* Zulich. *coelo* centies pro ad coelum. ut v. 451. *it clamor coelo*, quo exemplo ſaepe utitur Servius. ſupr. 276. *jaculatus puppibus ignes*, pro *in puppes*. dixit tamen etiam IV. 665. *it clamor ad alta Atria*. vid. ſupr. ỳ. 405. imitatus vero haec Statius VIII. Theb. 146. *fruſtraque manus cum voce tetendit*. BURM.

690. HOC TANTUM. *Nos tantum, & ſi quid pie-*

5 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 6 ſacros L. Voſ. R. Steph. Dan. 7 probaruni L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. 8 nuſquam reperi *ſulmine* 9 *rejicit arvis* R. *rejicit in arvis* Voſ.

Vix ea fatus erat ſenior: ſubitoque fragore
Intonuit laevom, & de coelo lapſa per umbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam, ſumma ſuper labentem culmina tecti,
Cernimus Idaea claram ſe condere ſilva,
Signantemque vias: tum longo limite ſulcus

Dat

SERVII.

692. [FATUS ERAT. Proprietatem diſciplinae ſecutus, quod Augurum *effata* dicuntur.]

693. INTONUIT LAEVUM. Siniſtrum, proſperum: quia caeleſte eſt: [quae enim nobis *laeva* [10] ſunt, caeleſtibus *dextra* ſunt,] ut ſupra VI. ℣. 54. diximus. *Siniſtrum* autem a *ſinendo* dictum, quantum ad auguria pertinet: quod nos agere aliquid ſinat, [11] [unde alibi IV. Georg. 7. *Si quem numina laeva ſinunt.* [Sed hoc loco Pontificalis inducitur diſciplina: nam oſtendit Anchiſen, cum vellet fugam filii ſequi, omine, quod de [12] Aſcanii capite ſe obtulit, a diis, [13] commonitum, petiſſe de coelo confirmationem: ſubjungit enim: *Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoque fragore Intonuit laevum:* Proſperum, quia ſereno caelo ſive audita, ſive viſa fuerint, quod hic utrumque oſtendit: *Subitoque fragore Intonuit laevum:* quod ad auditum ſcilicet pertinet. Iterum adjunxit quod ad viſum pertinet: *Et de caelo lapſa per umbras Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit.* Hoc autem auſpicium cum de caelo ſit, verbo Augurum *maximum* appellatur.] Siniſtras autem partes Septentrionales eſſe Augurum diſciplina conſentit: & ideo ex ipſa parte ſignificantiora eſſe fulmina: quoniam altiora & viciniora domicilio Jovis.]

694. MULTA CUM LUCE CUCURRIT. Nunc theologicam rationem ſequitur, quae adſerit flammarum, quos cernimus, tractus, nimbum eſſe deſcendentis numinis. Alibi phyſicam, ut I. Georg. 365. *Vento impendente videbis, Flammarum longos a tergo albeſcere tractus.* FACEM DUCENS. Lumen, quod utique ex facibus naſcitur.

695. [14] [SUPER LABENTEM. Quidam hoc verbum unam partem orationis eſſe tradunt.]

696. IDAEA CLARAM SE CONDERE SYLVA. Stellae hujus curſus ſignificat Trojanos conglobatos ad domum Aeneae [15] inde Idam petere. Quod dicit, MULTA CUM LUCE, oſtendit claros: quod SIGNANTEMQUE VIAS, ſcintillas quaſdam dicit relictas, quae oſtendunt remanſuros in diverſis partibus ſocios: quod, LONGO LIMITE, oſtendit errorem: quod, SULCUM dicit, ſignificat inf. 780. *longum maris aequor arandum:* Quod ait, SULFURE FUMANT, divini ignis odor oſtenditur: [Fulgura enim odor ſulphuris ſequitur.] Ex fumo autem mors Anchiſae [16] cognoſcitur, ſicut ejus oratio ſequens indicat v. 740. [*Et tenuis fugit ceu fumus in auras.*] CEDO EQUIDEM. [17] Quaſi dicat, licet me ſciam moriturum: & bene [18] quod divinarit Anchiſes, totum ei conceditur. [Quidam *fumum*, bellum, quod in Italia futurum erat, ſignificari tradunt.]

VARIORUM.

pietate Hugenianus. *hos* Mediceus. *hoc tantum* explicat Schol. Statii ad lib. XI. Theb. 192. plura a te non peto. vid. & Claud. III. Raptus Proſ. 299. & inf. IX. 636. BURM.

691. OMINA. Ita & meliores ſcripti. perperam *omnia* antehac legebatur. HEINS. *Atque omnia* Hugenianus. multi *oia*. unde illa varietas.

693. UMBRAS. *Umbram* Francianus. *laevom* Gudianus.

694. MULTA. *Magna* Dorvillii. mox, *lambentem*.

697. LUMINE. *Limite* ſcripti, non *limine*, quod nonnullae editiones perperam expreſſerunt. Naſo lib. XV. Metam. 849.

Flam-

10 ſunt * dextra ſunt Fuld. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 694. 12 Aſcanii * pro capite auſpicii ſe obtulit Fuld. 13 commotum Fuld. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 15 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 16 deeſt L. R. mors eſt Anchiſae, ſicut Voſ. 17 quaſi licet quam L. quaſi licet dicam me e. m. R. quaſi ſcilicet etiam ſcit ſe e. m. Voſ. Dan. & Steph. niſi quod *ſcias* habent, licet me ſciam eſſe moriturum Baſil. deſunt vero Fabr. ad ℣. 699. 18 quamdiu vivit Anchiſes L. Voſ. R. Dan. quod divinarit Baſil.

Dat lucem, & late circum loca ſulfure fumant.
Hîc vero victus genitor ſe tollit ad auras,
Adfaturque deos, & ſanctum ſidus adorat.
Jam jam nulla mora eſt. Sequor, &, qua ducitis, adſum.
Di patrii, ſervate domum, ſervate nepotem:
Veſtrum hoc augurium, veſtroque in numine Troja eſt.
Cedo equidem, nec, nate, tibi comes ire recuſo.

Di-

SERVII.

699. VICTUS GENITOR. [Quaſi pertinax] a priſtino propoſito recedens. SE TOLLIT AD AURAS. Verbum Augurum: qui viſis auſpiciis, ſurgebant ex templo [19] [unde eſt *extemplo*, adverbium.]

700. AFFATURQUE DEOS. Agit diis gratias; [vel certe invocat: *Jamjam nulla mora eſt*. Et: *Cedo equidem*, oſtendit eum Aeneae dictis conſenſiſſe.]

702. [DII PATRII, SERVATE DOMUM, SERVATE NEPOTEM. Hic oſtendit Anchiſen ea, quae optabat, per impetrationem augurii meruiſſe. VESTRUM HOC AUGURIUM. AUGURIUM enim eſt exquiſita deorum voluntas per conſultationem avium, aut ſignorum. Perite ergo ſignum de coelo *augurium* dixit, ideo & adjecit, *ſervate domum*, id eſt, genus, familiam.] [20] [*Servate nepotem*, a quo certa erat Romanae prolis propagatio.]

703. VESTROQUE IN NUMINE TROJA EST. [21] In vobis habeo Trojam: propter illud ſup. 642. *Has mihi ſervaſſent ſedes*. [Alii ita exponunt: Augurium numenque veſtrum efficiat, ne putem Trojam periſſe.]

704. CEDO. [*Cedere* proprie dicitur, qui contra ſententiam ſuam alteri conſentit, ut III. 188. *Cedamus Phoebo*.] COMES IRE RECUSO. Tantum ad ſolatium itineris, [22] quippe moriturus, ut in ſexto Aeneas 112. *Ille meum comitatus iter*. [23] Vult enim Virgilius etiam Aeneae concedere patris peritiam.

VARIORUM.

Flammiferumque trahens ſpatioſo limite crinem Stella micat. apud Senecam Troaſin 356.

Et ſtella longa ſemitam flamma trahens.

vide Aeneid. v. 526. HEINS. *Lumine* Edit. Juntina. *ſulcos* primus Rottendorphius. *cum longo limite ſulcans* Wallian. Senec. Thyeſt. 698.

E cavo aethere cucurrit limitem ſidus trahens.

BURM.

699. SE TOLLIT. *Se tollere*, omnino eleganter Gudianus a manu prima. conſulantur annotata Georgicon lib. I. 383. HEINS. *His vero* primus Rottendorphius pro varia lectione. *ad aras* Zulichemius. ſed tollit *in* vel *ad auras* hic nihil aliud eſt, quam ſurgit humo, corpus & manus erigens ad coelum. vid. ad II. Georg. 47. male Vondelius, oculos tendit in coelum, reddidit. *ſe tollere* vario ſenſu dici vidimus ad Gratii Cyneg. 311. BURM.

700. SIDUS. *Lumen* Zulichemius.

701. QUA DUCITIS. *Quo* Leidenſ. ſed. vid. lib. I. 401. & Ecl. IX. 4.

702. NEPOTEM. *Nepotes* ſecundus Moreti. ſed Macrobius lib. III. Sat. 4. *nepotem*, & Nonius in *ſervare*.

703. AUGURIUM. *Augurium eſt* Menagianus prior. *veſtrum o augurium* unus Leidenſis. vid. ad Ovid. I. Epiſt. 101.

Ibid. IN NUMINE. Varie explicant. ego credo in tutela debere explicari. nam *ſervare* hic tueri, cuſtodire, explicat Nonius. *eſt* deeſt Moreti ſecundo. contra ſupr. 396. *haud numine noſtro*. BURM.

704. NATE. *Gnate* in Montalbanio. HEINS. *Tibi* explicat. Serv. ad VI. Aen. 112. imitatur Statius I. Achil. 539.

Nos

19 deſunt L. Baſil. alii, unde *extemplo*. omiſſo τῷ *adverbium*, quod habet Fabr. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. a quo certus * Romanam prolem propagaturum (propagatum) in Fuld. 21 in vobis ea omnia habeo propter &c. Fuld. 22 quoniam prope moriturus Fuld. 23 vult ergo Virg. Fabr. vult Virgilius Maſvic.

Dixerat ille: & jam per moenia clarior ignis
Auditur, propiuſque aeſtus incendia volvunt.
Ergo age, care pater, cervici inponere noſtrae:
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte gravabit:
Quo res cumque cadent, unum & commune periclum,
Una ſalus ambobus erit. Mihi parvus Iulus
Sit comes, & longe ſervet veſtigia conjux.

Vos

SERVII.

705. DIXERAT ILLE. Hic diſtinguendum. [Alii *ille & ignis*, ſed male.] ET JAM. Dum negat, dum oſtenduntur auſpicia.

706. PROPIUSQUE. [Quamvis ſecreta domus ſit.] Propter illud ſup. 300. *Arboribuſque obtecta receſſit*. Et ordo eſt: Incendia propius volvunt aeſtus, id eſt, calorem: unde etiam *aeſtas* dicitur.

707. ERGO AGE. Quia conſenſiſti, & ignis propinquat. *Age* autem, non eſt modo verbum imperantis, ſed hortantis adverbium: adeo ut plerumque *age*, *facite*, dicamus, & ſingularem numerum copulemus plurali. CERVICI. *Cervix*, cum numero ſingulari dicitur, collum ſignificat: ſi plurali utamur, ſuperbiam oſtendimus, ut in Verrinis [24] Cicero: *Frangere cervices.*

710. AMBOBUS ERIT. [25] [Quomodo *ambobus*, cum dicat: *Dextra ſe parvus Iulus* [26] *Implicat?* Solvitur: hujuſmodi enim aetas in captivitate ſolet recipi, ut alibi inf. 766. *Pueri, & pavidae longo ordine matres*. Ergo] ad filium & ad patrem poteſt referri, ſed melius ad patrem: quia de Aſcanio poſt loquitur.

711. ET LONGE SERVET VESTIGIA. *Longe*, valde, ut I. 13. *Tyberinaque longe Oſtia*: nam *longe* non poteſt: quia ſequitur, *Pone ſubit conjux*. Et bene ire ſingulos facit: ſcit enim multitudinem facile poſſe [27] deprehendi: [vel *longe* ideo, ut ſit prooeconomia quod errare potuerit.] *Servet* autem, cuſtodiat, ut VII. 52. *Et tantas ſervabat filia ſedes:* vel IV. Georg. 459. *Servantem ripas.*

VARIORUM.

Nos vocat ille labor, neque enim comes ire recuſo.

quae dicit Diomedes Ulixi. cum dativo, ut hic Lucan. VI. 828. *Sextoque ad caſtra parentis It comes*. vid. ad Ovid. I. Art. 301. ubi male *it comes armenti* quidam. ſed Regius codex *armento*. BURM.

705. DIXERAT. *Dixerat ille quidem*, *per* Ed. Venet. *ille etiam* Wittian.

706. AUDITUR. Vid. ſupr. ad 301.

Ibid. VOLVUNT. *Volvit* Venetus. *propius aeſtus* Voſſ.

707. ERGO. Hoc addimus, quum hortamur tarde quid facientes Donat. ad Terent. Adel. IV. II. 33. Hecyr. I. I. 6. & alibi. BURM.

708. SUBIBO. *Subito* prior Menagianus. & Venetus noſter. non placet: vulgata ſcriptura ſe tuetur illo IV. Aeneid. 599. loco, *Quem ſubiiſſe humeris confectum aetate parentem*. HEINS.

709. CADENT. Ita pro diverſa lectione Hamburg. pr. *cadit* ſecundus. *cadet* Mentelius tert. a m. pr. & Oudartii. *cadat* Wittian. *cadunt* Wallian. *periclum eſt* Leidenſis unus.

710. PARVUS. *Parvus* ſcripti conſtanter. Apud Donatum eſt legere, *mihi ſolus Iulus*. Quod Pierio impenſe placet, ne paucis interjectis verſibus ter repetatur *τὸ parvus Iulus*. Idque etiam in Florentina Juntarum editione occurrit. ſed codices vetuſti omnes ad unum a me conſulti, *parvus Iulus*. HEINS. *Solus* praefert Catroeus. contra Erythraeus, in *parvus*.

711. LON-

24 deeſt L. Voſ. R. in Cicerone v. Verr. 42. legitur in vulgatis Ed. *frange cervicem*: quod, quia de collo agitur, rectius videtur. nam ita & Horat. II. Od. 15. *Illum & parentis crediderim ſui Fregiſſe cervicem*. ſed & apud Ciceronem in Vatin. cap. XI. legitur, *fregeriſne in carcere cervices ipſi illi Vettio*. quare utrumque in uſu fuiſſe crediderim. BURM. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 26 *implicuit* Fabr. al. 27 comprehendi Steph. Dan. Fab. al.

Vos famuli, quae dicam, animis advertite veſtris.
Eſt urbe egreſſis tumulus templumque vetuſtum
Deſertae Cereris, juxtaque antiqua cupreſſus,
Religione patrum multos ſervata per annos.
Hanc ex diverſo ſedem veniemus in unam.
Tu, genitor, cape ſacra manu, patrioſque Penates.

Me,

SERVII.

712. [FAMULI. Unde familia.]

713. URBE EGRESSIS. Hic ablativo junxit, ut Horatius I. Sat. V. I. *Egreſſum magna me accepit Aritia Roma.* Salluſtius lib. I. Hiſt. accuſativo, ut: [28] *Raro egreſſa fines ſuos.* Ergo utrumque dicimus. TUMULUS. Modo terra tumens; alias ſepulchrum. Prudenter autem circa turbatos pluribus utitur praeceptis: [diverſa ſigna dat:] quia ſcit timoris comitem eſſe oblivionem. TEMPLUMQUE VETUSTUM DESERTAE CERERIS. Bene Cereris fanum ante urbem eſſe [29] facit, quae dea ruſticorum eſt. Et [30] librat Aeneas & Cereris templum, & vetuſtum elegit, ad quod nec viris erat aditus, ſicut hoſtes putabant: nam Aeneas ſcit ante eſſe profanatum: [propter quod] nec praedae ſpe Graeci poterant [31] duci.

714. DESERTAE CERERIS. Utrum [32] a ſacerdote, qui in ſexto extinctus inducitur, ut VI. 484. *Cererique ſacrum* [33] *Polybetem.* An *deſertae*, belli tempore, propter decennalem obſidionem. An *deſertae* a filia, ut I. Georg. 39. *Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.* ANTIQUA CUPRESSUS. [Ad vetuſtatem retulit. *Cupreſſum* autem funebrem arborem bene ante templum deae lugentis [34] eſſe confirmat.

715. RELLIGIONE PATRUM. Timore: & eſt reciprocum. Sic Terentius Heaut. I. II. 54. *Nam nil mihi eſſe, religio eſt dicere*, id eſt, metus. Item Virgilius contra VII. 60. *Multoſque metu ſervata per annos.* Connexa enim ſunt *timor* & *religio*, ut Statius III. Theb. 661. *Primus in orbe deos fecit timor.*

716. [EX DIVERSO. Ut non ſit ſuſpicio Graecis.]

717. CAPE SACRA MANU. Non eſt dantis, ſed hortantis, ut tollat: quia ſequitur: *Me bello e tanto digreſſum, & caede recenti Attrectare nefas.* Scit enim Graecos ex pollutione Palladii piaculum commiſiſſe.

VARIORUM.

711. LONGE. Recte defendit hic Virgilium Catroeus. & *longe* pro non longo intervallo capit, quia debebat veſtigia ſervare. Maſvicius edidit *longo*, vitioſe. BURM.

713. URBE EGRESSIS. Heinſius malebat, *urbem egreſſis.* & ita alios hoc verbum conſtruere certum eſt. vide ad Ovid. III. Met. 388. ubi utriuſque caſus ſunt exempla. ſic *urbem egredi* dixit Valer. Max. I. I. 2. & IX. VI. ext. 2. & idem *urbe egredi* IX. III. I. & ille ſaepius variat conſtructionem. codices vero variant lib. VII. III. ext. I. in *porta* vel *portam* egreſſo, & ibid. §. 10. in *urbe* & *urbem egreſſus.* apud Claudianum quoque VI. Conſ. Honor. 494. *muros*, vel *muris egreſſa Ravennae.* quare ſemper tutius ſequi numerum codicum, ut hic nullum variare vidi. BURM.

Ibid. VETUSTUM DESERTAE. Catroeus vertit, ac ſi eſſet, *templumque vetuſtae Deſertum Cereris*, & more ſuo Epithetum *vetuſtae* omittit. ſic 743. dixit, *antiquae Cereris.* ſed centies duo epitheta diverſorum caſuum commutantur, & utraque ſubſtantivo accommodari poſſunt. ſed ſequamur codices. *deſertae* Guellius ratione Proſerpinae, quae matrem deſcribit, interpretatur. Ego vero explico, quia hoc templum non frequentabatur tunc, ut olim, ſive bello, ſive quocumque caſu; & ita capio illa Tibulli I. I. 15.

Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agro,
Seu vetus in trivio florea ſerta lapis.

ubi vel palus, vel arboris truncus, jam vetuſtate putrefactus, & ideo deſertus, nec ea frequentia cultus, ut olim, quum recens eſſet. ſoluere vero Cereris templum extra urbem aedificari ex Vitruv. lib.

28 *rara* L. 29 dicit Baſil. deeſt L. R. 30 librat R. liberat Steph. Dan. 31 adduci Fabr. 32 deeſt praepoſitio L. Voſ. 33 *Polybatem* Steph. Dan. al. *Polybeeten* Voſ. R. *Polipoeten* L. 34 induxit Fuld.

Me, bello e tanto digreſſum & caede recenti,
Adtrectare nefas; donec me flumine vivo
Abluerò.
Haec fatus, latos humeros ſubjectaque colla
Veſte ſuper, fulvique inſternor pelle leonis;
Succedoque oneri. Dextrae ſe parvus Iulus

In-

SERVII.

719. FLUMINE VIVO. [35] Perenni [quia jugiter aqua fluens viva vocatur] ſemper fluenti, id eſt, naturali, ut I. 167. *Vivoque ſedilia ſaxo.* Eſt [36] autem augurale verbum.

720. [37] [ABLUERO. Pro abluam.]

721. LATOS HUMEROS. Aut more Heroum ſe laudat: aut certe ſternendo latos facit. [Vel *latos*, ſufficientes vecturae: vult enim oſtendere totum ſe ad onus praebuiſſe, & ideo *humeros*, non *humerum*.]

722. [INSTERNOR. Eleganter tanquam onus laturus, ut de animalibus.]

723. SUCCEDOQUE ONERI. Figura eſt, ut ſupr. 478. *Succedunt muro*, [38] *& flammas ad culmina jactant*.

VARIORUM.

lib. I. cap. 7. notavit Dorvillius. BURM.

716. HANC. *Hac* conjecerat Heinſius. *E diverſo* ſecundus Moreti & Parrhaſ. *ex diverſa* Leid. unus. *ex adverſo* Menagii prior. *veniamus* Zulichemius, Wallian. & Vratiſlavienſis. BURM.

717. TU, GENITOR. *Tum* Leid. a m. pr. *cape ſaxa* Venetus.

718. E TANTO. *Et tanto* ſecundus Rottendorphius. *bello tanto* Dorvill. *bello egreſſum ex tanto* Wittian.

719. ATTRECTARE. *Attractare* ſecundus Rottendorphius, & Francianus & Ed. Venet. ſic *detractare* in ſcriptis. vide Broukh. ad Propert. II. II. II.

Ibid. NEFAS. Vid. Forcatul. Penu juris civilis. cap. I. NANSIUS.

Ibid. FLUMINE. *Donec in flumine* Leidenſis & Regius. Maſvicius in var. lect. ex Regio, *donec me in*. ſed *me* ibi non legitur, niſi in gloſſa ubi eſt alia manu *ſcilicet me*. quod indicio eſt, abeſſe in verbis Virgilii, & quam peritus fuerit codicum veterum Maſvicius. *flumine in uno* Hugenian. BURM.

721. HAEC. *Hoc* Zulichemius.

Ibid. SUBJECTAQUE. *Projecta*, quod in ſuorum nonnullis exſtare monet Pierius, minime contemnendum, etſi codices noſtri vulgatam lectionem mordicus tuentur. *projecta colla*, pro erectis collis videtur poſuiſſe. ſic *immanem corporis projectum* habes apud Lucretium III. 1000. ſed copioſe de hoc vocabulo acturi ſumus Aeneidos Decimo ✠. 586. non diſſimili modo *jacere* transfertur ad res inanimatas & immobiles. quomodo apud Feſtum Avienum deſcriptione orbis, non ſemel occurrit. *ager glebam jacit* & *ceſpitem jacit*, de quo plura Aeneidos lib. v. 89. HEINS. *Projecta* in nullo codice reperi, quare puto *ſubjecta* retinendum, & debere capi, pro mox oneri ſubjicienda: nam aliter non video, cui rei *ſubjecta* poſſint dici: non certe humeris, quod tamen naturalis verborum ordo requireret. ut apud Ovid. XIV. Met. 304. *redeunt humeri, ſubjecta lacertis Brachia ſunt*. ſed colla non *ſubjecta* humeris, ſed contra. quare priori ſenſu capio, nec hoc rarum, participium tale praeteriti temporis, ponere pro futuro. ſic ſupr. 563. *direpta* pro diripienda a Servio exponitur. ſic ex Stat. VIII. II. *adſumtum* pro adſumendum, ut Schol. Barthii. & lib. I. Theb. 244. *ſuperis adjuncta ſiniſtris Connubia*. ubi Lutat. explicat *adjungenda*. ſic apud Lucan. VII. 305. *& caput hoc poſitum roſtris*, pro mox ponendum. vide plura in notis Cortii ad Plin. VII. Ep. XIX. §. 6. & apud Brouckh. ad Propert. II. X. 49. & III. X. 3. & quae nos diximus ad Valer. Flac. I. 457. reſpicit haec Ovid. I. ex Pont. I. 33.

Quum foret Aeneae cervix ſubjecta parenti.

BURM.

723. PAR-

[35] in his ordo verborum turbatus in Fuldenſi. [36] deeſt Voſ. Steph. Dan. [37] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [38] *& flammam ad faſtigia jactant* L. Voſ. R.

Implicuit, ſequiturque patrem non paſſibus aequis:
Pone ſubit conjux. Ferimur per opaca locorum.
Et me, quem dudum non ulla injecta movebant
Tela, neque adverſo glomerati ex agmine Graji,
Nunc omnes terrent aurae: ſonus excitat omnis
Suſpenſum, & pariter comitique onerique timentem.
Jamque propinquabam portis, omnemque videbar
Evaſiſſe viam; ſubito quum creber ad auris

Vi-

SERVII.

724. IMPLICUIT. Puerilem expreſſit timorem, [ne manu excidat patris. SEQUITURQUE PATREM, &c. Bene de praeſente puero, qui, ut putabatur, inter manus reginae erat poſitus, expreſſit adfectum.]

725. PONE. Poſt; ſed loco tantum, non & tempori adjungitur, & eſt adverbium. Atque ideo ultima ſyllaba habet accentum. [39] [SUBIT. Sequitur.] OPACA LOCORUM. Quia dixit ſup. 300. *Arboribuſque obtecta receſſit*. Eſt autem elocutio, ut I. 422. *Strata viarum*. [Alii *per opaca* * caſu accipiendum putant: vel *opaca*, obſcura. Alibi *opacum*, amoenum.]

726. ET ME QUEM DUDUM. Naturalia plus timet; quaſi & vir fortis & pius non timet bellicum timorem; ſed naturalem: propterea quia ſequitur: COMITIQUE, ONERIQUE TIMENTEM.

727. GLOMERATI EX AGMINE. Propter illud ſup. 414. *Undique collecti invadunt*.

728. [40] [NUNC OMNES TERRENT AURAE. Hic [41] oſtendit etiam fortes viros pro ratione temporis & cauſarum, & debere, & decere metuere.] SONUS EXCITAT OMNIS. Conſternat.

729. [SUSPENSUM. Sollicitum. COMITIQUE. Quidam *comiti*, pro comitibus accipi volunt: nam & pro Creuſa eum timere putant intelligi, & ſingulariter dictum, ut *equitem* & *peditem* de multitudine dicimus.]

730. [42] [JAMQUE PROPINQUABAM PORTIS. Quomodo *portis*, ſi ferimur per opaca locorum? Solvitur: ſed *per opaca locorum* extra portas ſubit. Has autem portas dixit, quas acceperat, cum colonia fieret. Et honor eſt patriae. Circulus ducitur extra civitatem, ex terra aratro verſa, in omnium circuitu. Et a portando *portae* appellatae ſunt.]

731. SUBITO CUM. Hyſterologia eſt. NATE. Haec ſingula pronuntianda ſunt: quia perturbatis, jugis non datur [43] ſermo; [nec gaudentibus, nec dolentibus: quidam adfectioſe diſtinguunt.]

VARIORUM.

723. PARVUS. *Parvulus* Mentelius primus. *Iulos* primus Moreti.

725. PONE. Deerat hic verſus Graeviano, ſed alia manu margini adſcriptus. *ſubiit* tert. Mentelii. *ſubit* hic etiam *ſequitur* explicat Lutatius ad Stat. VIII. Theb. 85. *opaca* hic malim obſcura, ubi incendia non dabant lucem, ne hoſtes conſpicerent nos, interpretari: ut mox 752. *obſcura limina portae. traimur per* Dorvil. pro *trahimur*. BURM.

726. INJECTA. *Adverſa* Zulichemius a manu prima. vid. lib. x. 777.

727. EX AGMINE. *Examine* prior Menagianus. HEINS. Et Regius ſuperſcripta litera *g*.

728. TERRENT AURAE. *Aurae terrent* ſecundus Moreti. citat haec Senec. Ep. LVI. conſentiens vulgatis.

729. COMITIQUE ONERIQUE. *Comiti oneri* relicto hiatu, quartus Moretanus. HEINS. Et ſecundus Hamburgenſis. *ſuſpenſum, pariter* Dorvill.

730. PROPINQUABAM. *Propinquandum* Excerpta noſtra.

731. EVASISSE VIAM. In D. Heinſ. Ed. vitioſe *exarſiſſe. evaſiſſe vicem* Marklandus ad Stat. v.

Silv.

39 deſunt L. Voſ. R. Steph. 40 deſunt iisdem & Dan. 41 oſtendit fortes viros interdum Fabr. al. 42 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 43 oratio L. Fabr. al.

Viſus adeſſe pedum ſonitus: genitorque per umbram
Proſpiciens, Nate, exclamat, fuge, nate; propinquant.
Ardentis clipeos, atque aera micantia cerno.
Hîc mihi neſcio quod trepido male numen amicum
Confuſam eripuit mentem. Namque avia curſu
Dum ſequor, & nota excedo regione viarum;
Heu! miſero conjux fatone erepta Creüſa

Sub-

SERVII.

733. PROPINQUANT. Non dicit qui: propter ſequentem de Corybantibus oeconomiam. CERNO. [44] [Nonnulli quaerunt ex cujus perſona *cerno* dictum ſit. Sed] altius intuentes, *cerno*, Aeneae dant: [ut ipſe hunc verſum dixiſſe videatur.]

735. [NESCIO QUOD TREPIDO. Excuſatio eſt conjugis longius derelictae. Et bene *neſcio quod* ait: quia hoc poſtea a ſimulachro uxoris agnoſcit.] MALE AMICUM. Non cum utilitate mea favens uxori, quae in numerum miniſtrarum Matris deûm relata eſt. [45] [Vel *male amicum*, iratum, ut ſup. 23. *Statio male fida carinis*.]

736. MENTEM. Memoriam: [46] quod paulo poſt ait: *Nec prius amiſſam reſpexi*.

738. FATONE EREPTA CREUSA. Ordo eſt: *Fato erepta Creuſa, Subſtititne, erravitne via*. Non enim dubitat fato eſſe ſublatam: cum audierit inf. 777. *Non haec ſine numine divum Eveniunt*.

VARIORUM.

Silv. II. 152. male. alia res ſupra 432. ubi pugnabant. BURM.

732. UMBRAM. *Umbras* ſecundus Hamburgenſis. *reſpiciens* Venetus.

733. FUGE, NATE. Vitioſe Lutatius ad Statii VI. Theb. 806. *Euge ante* quod correxit Barthius. BURM.

734. ARDENTIS. *Ingentes* alter Hamburgenſ.

735. NESCIO QUOD. *N. quid* Ed. Venet. & ita Zulichem.

737. REGIONE VIARUM. Ita & lib. IX. 385.

Fallitque timor regione viarum.

ubi Servius rectum iter, ab eo quod regat tramitem, explicat, laudante Cerda. nec obloquor, quum hic ita ſumi poſſit: vel potius ſe a viis celebribus & frequentibus deflexiſſe ad avias, vel ſemitas, ne occurreret hoſti, oſtendit. & ita regio viarum poſſent eſſe illi loci in urbe, ubi viae celebriores erant, ut qui opponuntur aviis & propioribus ad moenia & portas: quae non ita notae eſſe ſolent omnibus, & per quas raro commeare ſolent honeſtiores, quia ibi plebs habitabat. noſtratibus, *achterſtraaten* dicuntur. ita contra Ovidius de Phaëtontis equis II. Met. 202.

Exſpatiantur equi, nulloque inhibente per auras
Ignotae regionis eunt.

ubi exſpatiantur eſt quod hic *excedere*, & ignota regio, pars illa coeli, quam Sol peragrare non ſolebat. & ita extra urbem *regiones viarum*, ut Appiae, Flaminiae, dicebantur loca ad illas vias ſita. ſic Martial. III. Epigr. 4.

Flaminiae dices de regione viae.

id eſt de Foro Cornelii, quod ad viam Flaminiam erat ſitum. & ita Rutilius Itineris lib. I. 593.

Quum Flaminiae regionibus irem.

id eſt per illa loca, quae via Flaminia tangit, in Etruria ſita. ſic apud Terent. Eun. V. IX. 32.

Cur te in his ego conſpicor regionibus.

id eſt hac parte urbis, vel in hujus regionis viis. nam poſtea addit, *ſi te in platea offendero hac poſt unquam*. Cicero etiam diſtinguit metaphora utens, *regionem* & *viam* in V. Verr. 70. *haec eadem eſt noſtrae rationis regio & via*. BURM.

738. FATONE. *Fatove* Dorvillian. qui & *erravitne viam*. ut & Francian.

739. SEU

[44] deſunt praeter illa, altius intuentes *cerno*, Aeneae dant. L. Voſ. R. Steph. Dan. reliqua Fabr. Fuld. & aliis debentur: *cerno* vero Anchiſae non poſſe tribui credunt, quia caecus erat. ſed oculos ſup. 687. ad ſidera effert. Anchiſae caecitas ſolius Theocriti auctoritate nititur. BURM. [45] deſunt eidem & al. Fabr. vero ponit ante *non cum* &c. [46] ut paulo poſt, *Nec* L. Voſ. R. Steph.

Digitized by Google

Subſtitit, erravitne via, ſeu laſſa reſedit,
Incertum; nec poſt oculis eſt reddita noſtris:
Nec prius amiſſam reſpexi, animumve reflexi,
Quam tumulum antiquae Cereris ſedemque ſacratam
Venimus. Hîc demum conlectis omnibus una
Defuit; & comites, natumque, virumque fefellit.
Quem non incuſavi amens hominumque Deorumque?
Aut quid in everſa vidi crudelius urbe?
Aſcanium, Anchiſemque patrem, Teucroſque Penates

Com-

SERVII.

740. NEC POST OCULIS EST REDDITA NOSTRIS. [47] Conſtat: nam umbram ejus vidit tantummodo. [Alioquin mentiebatur dicendo, non vidi.]

743. HIC DEMUM. Hic una defuit; aliter vitium eſt. [*Huc* enim dicere debuit. UNA. Id eſt, ſola: & videtur improprie de neceſſaria perſona *una* dixiſſe, quae non ſic debet numerari, quaſi numero defuerit; ſed quaſi affectus dolentis; *Sola* enim de multis intelligitur.]

744. [COMITES. Utrum natum & virum; an ſeparatim alios, an famulos dixit?] NATUMQUE. Qui per aetatem matrem deſiderare debuerat. [VIRUMQUE. Videtur excuſaſſe oblivionem ſuam, & culpam ad deos retuliſſe.] DEORUMQUE. Hypermetrus verſus eſt ideo; [48] [ne ſi *deûm* per genitivum pluralem diceret, ὁμοιοτέλευτον faceret.] [Dicendo autem: *Quem non incuſavi amens hominumque deorumque*, dat ſibi amentiam, quia in furore incuſavit deos etiam, quod nunquam: cum enim dixit *quem*, non intelligimus etiam deos.]

746. VIDI CRUDELIUS. Bene his verbis ſe futurus commendat maritus, [qui apud foeminam ſic oſtendit priorem ſe amaſſe uxorem.]

VARIORUM.

739. SEU LASSA RESEDIT. *Seu rapta* pro diverſa lectione in margine Codicis Gudiani. & ſic primus Rottendorphius quoque a manu prima. in nonnullis, *lapſa*, quomodo & Mediceus. HEINS. *Seu laſſa* video pluribus codicibus & editionibus confirmari. *Lapſa* tamen eſt in Montalb. Hamb. pr. & Veneto. Parrh. & Zulichem. & nullus fere Poëtarum locus occurrit, ubi non librarii alterutrum verbum expreſſerint. nec alienus ab hac lectione ſum, quia vix credibile, tam brevi itinere, & in principio fugae jam laſſatam fuiſſe mulierem; ſed veroſimilius feſtinantem, & virum properantem patre jubente, & filio vix paſſibus aequis patrem trahentem ſecuto, aſſequi cupientem, per tenebras fuiſſe lapſam, & tunc, ut a lapſu ſe reficeret, reſediſſe. *rapta* ſi fuiſſet, non reſediſſe poteſt fingi, ſed ablatam in alium locum, vel interfectam. ut fuiſſe ex ejus ſimulacro, poſtea Aeneae ſe offerente, apparuit. *ſeu laſſa* Hamb. ſec. & Menag. ſec. *Incertum eſt* Hugenian. Venetus, Oudartii, Witt. & Wallian. ſed ſolent omittere verbum ſubſtantivum, ut ſaepe Sueton. vid. ad Veſpaſ. I. & ita *dubium*. vid. ad Caeſ. LVIII. & Ovid. IV. Triſt. IV. 69. & paſſim. BURM.

741. ANIMUMQUE. *Animumve* Mentelianus uterque, & ceteri fere codices, excepto Mediceo, primo Moretano, Schefferiano & Hamburgenſi priore. HEINS. *Animumve* Regius, Parrh. Wittian. & Wallian. *refluxi* Voſſ.

742. CERERIS. *Cereri* Moretanus ſecundus. HEINS.

744. FEFELLIT. *Reflexit* Excerpta noſtra a manu prima. *defuit*, *comites*, ſine copula Francianus.

745. INCUSAVI. *Incuſo* ſecundus Hamburgenſis. *deoſque* Leidenſis. *deumque* quatuor Moretani, Menagius & duo alii. Ed. Venet. Vid. I. Aen. 229. & hoc ex compendio ſcripturae *dm̄que*, ut in Zulichemiano & aliis. *hominum demenſque deorum* Francianus.

[47] conſtat hoc Fabr. al. [48] deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Commendo ſociis, & curva valle recondo.
Ipſe urbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat caſus renovare omnis, omnemque reverti
Per Trojam; & rurſus caput objectare periclis.
Principio muros obſcuraque limina portae,
Qua greſſum extuleram, repeto; & veſtigia retro
Obſervata ſequor per noctem, & lumine luſtro.
Horror ubique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.
Inde domum, ſi forte pedem, ſi forte tuliſſet,
Me refero. Inruerant Danai, & tectum omne tenebant.

Ili-

SERVII.

748. VALLE RECONDO. Hic jam oſtenditur nimia multitudo.

749. [URBEM REPETO. [49] Quidam *repeto*, pro repetere ſtatuo accipiunt.] [50] [ET CINGOR FULGENTIBUS ARMIS. [51] [Si armatus erat, quare *cingor?* ſolvitur: hoc ad ſcutum refertur: ideo ſcutum non habebat, patrem & filium continuerat.]

750. STAT CASUS. Placet, ut XII. 678. *Stat quidquid acerbum eſt, Morte pati.*

752. OBSCURA LIMINA. Aut per noctem obſcura: aut certe [51] * poſticum *Limina* ſignificat.

753. [QUA. Pro unde.] RETRO OBSERVATA SEQUOR. [52] [Relego retro] ſequor mea veſtigia.

754. LUMINE LUSTRO. Oculos circumfero: [non enim facem ferre poterat, quia proderetur.]

755. IPSA SILENTIA. Ipſa, quae terrere non debent, praecipue inter hoſtes; ſed, ut diximus, naturalibus [53] tantum cedit.

756. SI FORTE PEDEM, SI FORTE. Iteratione auxit dubitationem.

VARIORUM.

nus. *deorumque* in Wallian. ſed correctum erat *deumque*, in margine vulgata eſt apud Donat. ad Terent. Adelph. III. II. 6. & V. III. 4. BURM.

748. VALLE. *In valle* primus Moreti a manu ſecunda.

750. RENOVARE. *Renovare meos* Zulichemius. *revocare* Venetus, & alter Menagianus. vid. Broukh. ad Propert. I. XV. 25. *omnem* hic pro tota poni docet Scholiaſtes Statii I. Theb. 81. vid. Serv. ad lib. I. 185. *renovare urbis*, *omnemque* Dorvill. BURM.

752. PRINCIPIO. Deeſt hic verſus ſecundo Moretano.

Ibid. OBSCURA. Cerda dubitabat, num melius eſſet *obſeſſaque*, ſed antea ℣. 725. *opaca locorum* dixit, id eſt obſcura. BURM.

754. ET LUMINE. *Et* deeſt Sprotiano. *& lumina* ſecundus Hamburgenſis. & a manu prima tertius Rottendorphius. male. *luſtro*, hic, oculis inquiro. vid. ad Sil. Ital. IX. 43. & XVI. 518. BURM.

755. HORROR UBIQUE ANIMOS. *Animum* Scholiaſtes Statii Theb. I. 494. *Horror ubique animo* alter Hamburgenſis, primus & ſecundus Moreti. ſed Gudianus a manu prima, duo Menteliani & primus Rottend.

Horror ubique: animos ſimul ipſa ſilentia terrent. HEINS. *Animo* Excerpta noſtra. idem Scholiaſtes ad Statii lib. I. 368. *nunc ipſa ſ. t.* Dorvil. *tunc ipſa.*

757. IRRUERANT. *Irruere* Gudianus a manu prima. *intus erant* prior Hamburgicus. *&* deeſt primo Hamburgenſi. *omne replebant* Menagii prior.

758. AD

49 qui * repeto Fuld. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. licet intempeſtive *Fulgentibus* dixerit, tamen poteſt ſignificaſſe ſcutum & galeam, quibus ſolis caruerat, patrem portans, & filium ducens Fuld. 51 * poſtica limina dici Fabr. poſticum dicit Baſil. 52 deſunt Voſ. relego retro, & proſequor Fuld. 53 natam. . . ceditur, eraſa voce R.

Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento
Volvitur: exſuperant flammae: furit aeſtus ad auras.
Procedo, & Priami ſedes arcemque reviſo.
Et jam porticibus vacuis Junonis aſylo
Cuſtodes lecti Phoenix & dirus Ulixes
Praedam adſervabant. Huc undique Troïa gaza
Incenſis erepta adytis, menſaeque Deorum,

Cra-

SERVII.

758. ILICET. Confeſtim [54] hic ſignificat & *Ilico*, ſed metri ratione variantur. SUMMA AD FASTIGIA VENTO. Qui [55] auget flammas, ut ſup. 304. *Veluti cum flamma furentibus auſtris.* FASTIGIA autem, modo de ſummitate proprie dixit: alibi [56] [per contrarium] de imo, ut eſt II. Georg. 288. *Forſitan & ſcrobibus quae ſint faſtigia quaeras.* Inde eſt IV. Ecl. 51. *Coelumque [57] profundum:* quaſi cujus porro ſit fundus: [58] cum de imo *fundus*, de ſummo *faſtigium* dicatur.

760. PRIAMI. Patris ejus. ARCEM. Ne vel illuc confugiſſet.

761. VACUIS. Magnis: quippe illic erant omnia. [Alii *vacuis*, pro vacuatis intelligunt, ut ſit nomen pro participio: aut *vacuis*, a nobis: aut certe *vacuis*, latis.] JUNONIS ASYLO. Templo: unde nullus poſſit ad ſupplicium extrahi. Dictum *aſylum*, quaſi *aſyrum*. [59] [Alii, *aſylum* ideo dictum, quod nullus inde tolleretur, id eſt, quod συλᾶσθαι, hoc eſt, abripi nullus inde poterat] vel quod fugienti illuc ſpolia non detraherentur: σῦλα enim Graece aut furta, aut ſpolia dicuntur.] Hoc autem non eſt in omnibus templis, niſi quibus conſecrationis lege conceſſum eſt. Primo autem apud Athenienſes ſtatutum eſt ab Herculis filiis, quos inſequebantur ii, qui erant a patre ipſorum oppreſſi; ſicut docet [60] in duodecimo Statius 497. *Fama eſt, defenſos acie poſt buſta paterni Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes.* Hoc *aſylum* etiam Romulus imitatus eſt: unde eſt VIII. 342. *Quem Romulus acer aſylum Rettulit:* non ſtatuit. [Quem locum deus [61] Lycoris, ſicut Piſo ait, curare dicitur. Sunt quidam qui dicunt, ideo Graecos in templo Junonis, quod *Aſylum* erat, praedam convexiſſe, vel captivos concluſiſſe, quod ibi caedem fieri non liceret: & ideo foeminas & pueros clauſos, quod imbellis eſſet aetas & ſexus, quibus etiam hoſtes parcere conſueverunt.]

762. PHOENIX. Achillis magiſter.

763. HUC. Pro illuc. GAZA. Cenſus, Perſarum lingua: & eſt numeri ſingularis tantum.

764. MENSAEQUE DEORUM. Poſtquam exceſſere omnes adytis.

VARIORUM.

758. AD FASTIGIA VENTO. *Ad faſtigia tecti* Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. II. Od. 4. HEINS. Et ita Mediceus a manu prima. *illicet* omnes fere ſcripti.

760. PROTINUS AD. Vetuſtiores libri miro conſenſu, *Procedo, & Priami ſedes arcemque reviſo.* probe omnino. ſic ſequenti libro 349.

Procedo, & parvam Trojam ſimulataque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum
Agnoſco.

in nonnullis Codicibus legebatur, *Protinus ad Priami ſedes.* HEINS. *Procedo ad Priami* Ed. P. Dan. & D. Heinſii. *&* moveri non debere recte judicat Cl. Dorvillius. ut inf. 804. *Ceſſi*, & ỷ. 632. *Deſcendo ac ducente Dea.* ita *ad* etiam pro *&* ſuppoſuere mox ỷ. 781. *praecedo* Moreti pr. vid. VIII. 462. *ſedemque arcemque* Ed. Venet. BURM.

762. LECTI. *Laeti* Venetus & Voſſianus. Maſvicius ex Markiano *durus* notat, falſo. *dirus* ibi legitur,

54 hic ſignificat quod ilico Dan. 55 urget Fuld. 56 deſunt Dan. 57 *profundum*, cujus porro fundus eſt Dan, quaſi cujus ſit porro fundum Fabr. 58 quin cum de imo profundus Fabr. al. 59 deſunt L. Voſ. R. Steph. ſed tantum habent, *vel quod fugienti &c.* Fabr. & alii in fine notae poſt *ſtatuit.* addunt; dictum autem, quaſi ſine abſtractione confugientium: σύρω enim *traho*, ἀπὸ συλῶ ſacra detraho de ſacris locis. vel quod fugienti &c. 60 in ſeptimo Steph. Dan. Fabr. al. & priores duo omittunt ipſa verba Statii. 61 Lycoreus Maſvic.

Crateresque auro ſolidi, captivaque veſtis
Congeritur. Pueri & pavidae longo ordine matres
Stant circum.
Auſus quinetiam voces jactare per umbram,
Inplevi clamore vias, maeſtuſque Creüſam
Nequidquam ingeminans iterumque iterumque vocavi.
Quaerenti, & tectis urbis ſine fine furenti,
Infelix ſimulacrum atque ipſius umbra Creüſae

Viſa

SERVII.

765. [62] [CRATERESQUE AURO SOLIDI. Qui ſunt vel inaurati, vel laminis tecti, vel incruſtati.] CAPTIVAQUE VESTIS. Pro captivorum, [63] [& eſt nota elocutio.]

766. LONGO ORDINE. [64] [Longa multitudine, ut in ſexto 754. *Unde omnes longo ordine poſſet:*] [65] cum non dicat per ordinem. [Non enim ordo erat in multitudine.]

768. [66] [AUSUS. Quia inter hoſtes] VOCES JACTARE. Quae contrariae ſunt latere cupienti. [Et hic oſtendit, & ſe fato evaſiſſe, & fato conjugem perdidiſſe; ſed] inquirendi officium ad *vocem* tranſtulit, propter noctem: ibi enim voce opus eſt, ubi viſus non ſuppetit; *voces* vero, quia: *Iterumque iterumque* [67] *vocavi.*

771. TECTIS. Per tecta: & eſt Antiptoſis.

772. INFELIX SIMULACRUM. Mihi, non ſibi, ut VII. 309. *Quae potui infoelix?* Per *ſimulacrum* autem apotheoſin oſtendit: quia *ſimulachra* deorum ſunt; *umbrae*, [68] inferorum: [69] [ſic Ulyxes in Homero Odyſſ. Λ. 600. apud inferos *umbram* Herculis cernit: quia poſt mortem *umbrae* inferos; *animae* coelum petunt.] [70] [Τὸν δὲ μετ', εἰσενόησα βίην Ἡρακληείην, Εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι Τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.]

VARIORUM.

gitur, ſed Parrhaſius in margine *durus* ſcripſerat.

763. ADSERVABANT. *Obſervabant* in nonnullis. pro *aſſervabant* ἀρχαϊκῶς. ſed Mediceus, uterque Mentelianus, Gudianus, aliique nonnulli cum Voſſiano priore & tertio Rottendorphio, *adſervabant*. HEINS. *Obſervant* Parrhaſ. *obſervabant* Francianus & Wallian. Stat. x. 34. *Praedam adſervatis, opeſque Jam veſtras.* ubi Scholiaſtes Barthii *cuſtodietis* exponit. BURM.

765. CRATERESQUE. *Crateres* Zulichemius & Venetus. *craterasque* Mediceus.

767. STANT CIRCUM. Venetus ita ſupplet verſum, *crebris ſua carpunt pectora pugnis.* in Excerptis noſtris, *crebriſquè premunt* &c. in Franciano ſupplementum eraſum erat penitus. *& tacitis implent mugitibus auras* Wittian. ſed tacitis mugitibus implere aëra abſurdum videtur.

768. UMBRAM. *Umbras* Leidenſis unus, Wittian. Wallian. Hamburgenſis prior. & Montalbanius a manu ſecunda. Juntinae editioni ſuperſcriptum erat ab Heinſio per *urbem*. ſed per *umbram* eſt per obſcuram noctem. ut ſup. 732. & ſaepe alibi ita numerus hujus nominis variatur. BURM.

769. VIAS. Quidam codices & Ed. Steph. apud Serv. lib. III. 341. *viam* habent.

770. NEQUIDQUAM. *Nec quicquam* Francianus.

772. SINE FINE FURENTI. *Sine more* in tertio Moretano, quomodo alias ſaepe. lib. VIII. 635. *raptae ſine more Sabinae.* lib. VII. 377. *Immenſum ſine more furit lymphata per urbem.* praeterea *ruenti* primus Rottendorphius & Gudianus, & Moreti primus. etiam pro diverſa lectione tertius Rottendorphii & Hamburgenſis prior. ſic lib. V. 694. *Tempeſtas ſine more furit.* ſuperiori verſu Gudianus & alter Hamburgenſis hiatu relicto, *iterum iterumque vocavi.* ſic & lib. III. 436. codices nonnulli. HEINS. *Sine fine* praeferrem. ut indefeſſum inda-

62 deſunt L. Voſ. R. Steph. 63 deſunt Dan. 64 deſunt R. 65 quum ordinem linquat Baſil. 66 deſunt L. Voſ. R. Steph. 67 *vocavit* L. Voſ. R. 68 inferorum, quae coelum petunt Fabr. 69 deſunt Dan. 70 Graeca deſunt L. Voſ. R. Steph.

Digitized by Google

Viſa mihi ante oculos, & nota major imago.
Obſtupui, ſteteruntque comae, & vox faucibus haeſit.
Tum ſic adfari, & curas his demere dictis:
Quid tantum inſano juvat indulgere dolori,
O dulcis conjux? non haec ſine numine Divom
Eveniunt. Nec te hinc comitem aſportare Creüſam

Fas:

SERVII.

773. MAJOR IMAGO. Quia *umbra* major eſt corpore. [Et per hoc mortuam vult oſtendere, aut ex homine deam factam.]

774. [STETERUNTQUE COMAE. Prae horrore.]

775. [71] [TUM SIC AFFARI. Infinitus modus pro indicativo: & hic verſus in plerisque dicitur non fuiſſe.] QUID TANTUM. Conſolatio eſt: ſequitur etiam divinatio, quae animis liberatis corpore conceditur: unde etiam morientibus datur, [72] [ut infra x. 740. Orodes Mezentio:] *Nec longum laetabere: te quoque fata Proſpectant* [73] [*paria, atque eadem mox arva tenebis.*]

776. [74] [INSANO. Hic ſine ratione, aut certe] *magno*, ut Ecl. IX. 43. *Inſani feriant ſine littora fluctus.* INDULGERE. Vel permittere, vel, operam dare, ut IX. 165. *indulgent vino.*

777. SINE NUMINE DIVUM. Sine fati neceſſitate: ut enim [75] Statius dicit, *Fata ſunt, quae dii fantur:* [76] [vel quae indubitanter eveniunt.]

778. EVENIUNT: NEC TE COMITEM HINC ASPORTARE CREUSAM. Hic verſus ſcanſione caret: unde multi [77] ei HINC, multi AS, ſyllabam detrahunt; [78] ſi tamen vis fide ſervata hunc ſcandere, [79] fiat converſio, ut: [80] *Eveniunt, nec te hinc comitem aſportare*, & poteſt ſcandi per ſynaloepham. Aliter, nec [81] ecthlipſim, nec hiatum, nec ſynaloepham recipit. [82] [Et *aſportare* bene dixit: non enim Virgilius ſine ratione *as* ponere potuiſſet. Et haud temere *aſportare* dixit clam deportare: nam quid ibidem faceret *as*, quae ſyllaba quaeſtionem in ſcanſionem facit? & Cicero ait in primo libro Verrinarum Divinat. cap. IX. *Non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrabantur; ſed, quod iiſdem litteris illius Praetura, & tua Quaeſtura conſignata ſit, aſportare te velle ex Sicilia litteras ſuſpicantur.*] CREUSAM. Quia Latina declinatio eſt, erit Latinus accentus.

VARIORUM.

dagandi ſtudium notet. & ita ſaepe Noſter & Ovidius. *ſine more* tamen Leidenſis unus. *iterum, iterumque* Parrhaſ. *ſine fine ruenti* Wittian. quod & poſſet defendi. BURM.

772. IPSIUS. *Unius* Zulichemius. ſed *ipſius* Nonius in *imago.*

774. STETERUNTQUE. *Steterantque* Zulichemius, & duo priores Moretani. vid. lib. II. 48. *ſteterequе* Francianus. ut lib. III. 48. etiam habet.

775. ADFARI. *Effari* Hamb. ſec.

776. JUVAT INDULGERE LABORI. Τὸ *labori* ſuſpicor enatum ex illo libri VI. 135. *inſano juvat indulgere labori.* in membranis certe plerisque ac priſcis editionibus, *dolori.* Menagianus tamen prior, & Rottendorphius primus, cum aliis quinque minoris rei, *labori.* Aruſianus Meſſius:

Quid

71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 73 poſt acren Mezentio L. poſt Orodes Mezentio Voſ. poſt urem Mezentio R. *atque eadem* &c. deſunt Steph. Dan. Fabr. al. Acron Mezentio poſt, atque aut eadem m. a. t. Fuld. 74 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. tranſponit Fab. magno. *ut in. f. s. l. fl.* aut *inſano*, ſine ratione, Daniel tantum habet INSANO, ſine ratione. 75 poſſet aliquis in errorem induci, & credere hic innui locum Statii adductum ſup. h. ℣. 54. ſed alius intelligitur Statius, ſcriptor comoediarum antiquus, qui Caecilius Statius dictus, ut jam notatum in Theſauro Fabri in *fatum*, a Buchnero credo: citatur & ad I. Georg. 74. ſed ſolo Caecilii nomine. G. Voſſius putabat reſpici ad Stat. I. Theb. 213. BURM. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 77 deeſt L. Dan. Fab. al. 78 vix tamen fide s. ſcanditur Dan. 79 ſit L. Voſ. R. ſit Steph. Baſil. deeſt Dan. 80 *Eventum hinc comitem* Voſ. Steph. *Eveniunt hinc* Com. R. vox media ita ſcripta, ut me extricare nequeam an ſit *nec tete*, vel *nunc tete* neſcio. *converſio aut nec te hinc c. aſp.* Dan. in Fuldenſi omnia hoc ordine; caret: ſi non convertatur, ut per eclipſes, ac ſynaloephas ſcandatur. ita, *Eveniunt nec te hinc com. a. Cr.* ut ita ſcandamus * *Eveniunt n. t. h. a. c. fas.* hic verſus caret ſcanſione unde m. *aſ.* ſyl. detrahunt, ſic tamen vix fide ſervata &c. 81 Eclipſim Steph. Dan. Fabr. al. Eclipſin Voſ. R. Eglipſim L. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Fas: aut ille ſinit ſuperi regnator Olympi.
Longa tibi exſilia, & vaſtum maris aequor arandum.
Et terram Heſperiam venies: ubi Lydius, arva
Inter opima virûm, leni fluit agmine Thybris.
Illic res laetae, regnumque, & regia conjux

Par-

SERVII.

779. FAS. [83] [Pro fato:] quia ſequitur: *Regnumque & regia conjux Parta tibi.* [84] [ILLE. Superfluum hoc loco pronomen] OLYMPI. Cur in penultima accentus ſit, manifeſta eſt ratio apud Latinos: quanquam Graeci diſtinctionem velint per accentum facere montis & coeli, quod ſuperfluum eſt.

780. LONGA TIBI EXILIA. Subaudi, obeunda. ARANDUM. Quia legimus v. 199. *Subtrahiturque ſolum:* non immerito dixit nunc *arandum*. HESPERIAM. Sequenti epitheto Italiam ab Hiſpania ſegregavit; quae & ipſa *Heſperia* dicitur. [Et videtur per derivationem etiam errori finem dediſſe:]

781. UBI LYDIUS TYBRIS. [85] Tuſcus, dictus [86] Lydius a fratre Tyrrheni; Tuſci enim a Lydis originem ducunt: nam Lydus & Tyrrhenus duo fratres, cum eos provincia una non ferret, in ſortem miſerunt, ut, diviſis copiis, proficiſceretur unus ad novas ſedes quaerendas: profectus Tyrrhenus eſt, qui ex ſuo nomine Tuſcos Tyrrhenos vocavit. LYDIA autem dicta eſt, in qua frater remanſerat: unde nunc traxit, ut *Lydium* diceret. THUSCI autem, a frequentia ſacrificii dicti ſunt, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ θύειν. Conſtat namque illic a Tage aruſpicinam repertam, ut Lucanus I. 637. meminit: *Sed conditor artis Finxerit iſta Tages.* [87] [Et alibi I. 584. *Haec propter placuit, Tuſcos de more vetuſto Acciri vates.*] [Apud Tuſcos etiam togae uſus eſt, nam hoc habitu in Lydia Jovis ſimulachrum fuiſſe dicitur.]

782. LENI AGMINE. Leni impetu, [88] [vel fluore: & multis rebus hoc nomen adjungitur.]

783. [REGNUMQUE ET REGIA, Cur ergo Aeneas horum non meminit, & condidit in Thracia & aliis locis?]

VARIORUM.

Quid juvat inſano tantum indulgere dolori. HEINS. *Quid tandem* I. j. i. *dolori* Vratiſlavienſis. *quid tam inſano* pr. Moreti. *labori* Parrhaſ. Wallian. Wittian & ita Schol. Stat. v. Theb. 670. incertum tamen an hunc, an alterum ex lib. VI. reſpexerit. Servius etiam ad Ecl. IX. 43. & I. Georg. 481. *labori*, ubi etiam in quibusdam codicibus & Edd. *dolori* legitur. ſed *inſanus* melius *dolor*, quam *labor* mihi dici videtur. id eſt magnus. Albin. in Druſum 417.

Tu tamen auſa fores tanto indulgere dolori.

BURM.

779. FAS. Immo, *Fas, aut ille ſinit*, quod Mediceum, Mentelianum utrumque, Gudianum, alioſque ex melioribus noſtris codices occupavit. *Fas* pro fato ponit. ſic lib. VI 438. ex optimis membranis,

Fas obſtat, triſtique palus inamabilis unda.

Auſonius Moſella 77.

Sed neque tot ſpecies, obliquatoſque natatus, &c.
Edere fas: haud ille ſinit, cui cura ſecundae
Sortis.

ubi *aut ille* Edit. Aldina. deinde, *nec te comitem hinc portare Creuſam* Mediceus prior, Mentelianus, tres Moretani, (quos inter primus *portaſſe*) Voſſiani uterque. at duo Moretani, *nec te comitem portare.* alter Hamburgenſis, *nec te hinc comitem portare.* Venetus & prior Hamburgenſis, Gudianus a manu prima, *nec te hinc comitem aſportare.* etiam Mentelianus alter. quod probat Naſcimbaen. quem vide. *nec te comitem hinc aſportare.* in Sprotiano *abſportare.* HEINS. *Comitem hinc aſportare* Wittian. Dorvil. & Francian. *comitem aſportare* Parrhaſ. *comitem hinc portare* Regius a m. pr. *haud* Parrhaſ. & Wallian. & plures. *haud ille ſinet* Wittian. male. Servius *ille* ſuperfluum credidit. vid. ad lib. VII. 110. BURM.

Ibid. SUPERI. *Summi* Excerpta noſtra.

780. EXSILIA. Celeberrimus Bentlejus, apud Terent. Phorm. II. 1. 13. reperiens,

Pe-

83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. vid. ad lib. VI. 428. 84 deſunt iisdem. 85 qui per Tiberim fluit, Tuſcus Fuld. 86 Ludius L. 87 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Fabr. niſi quod ille habet, *vel flore.*

Parta tibi: lacrimas dilectae pelle Creuſae.
Non ego Myrmidonum ſedes Dolopumve ſuperbas
Adſpiciam, aut Grajis ſervitum matribus ibo,
Dardanis, & divae Veneris nurus:
Sed me magna Deûm Genetrix his detinet oris.
Jamque vale, & nati ſerva communis amorem.

Haec

SERVII.

784. [89] [PARTA. An parata, an acquiſita armis?] LACHRYMAS DILECTAE PELLE CREUSAE. Melius ad poſteriora referimus, ut dicat: Noli flere: nec enim captiva ſum: male enim plerique dicunt: quia habes uxorem paratam.

786. SERVITUM. Ut ſerviam. [90] [Verbum finitum,] & modus gerundi eſt.

787. DARDANIS. Laus a majoribus. NURUS. Laus a cognatione. [Sane hunc verſum quidam ita ſupplevit: *& tua conjux.*]

788. HIS ORIS. In quibus [91] colitur [92] [plus quam in Creta.]

789. JAMQUE VALE. Recedentis ſignificatio eſt: unde & mortuis dicitur, ut XI. 97. *Salve, maxime Palla, Aeternumque vale.* NATI SERVA COMMUNIS AMOREM. [Quaſi mater ſollicita, quod dixerat eum aliam habiturum uxorem. Bene ergo] propter futuram novercam commendatur Aſcanius.

VARIORUM.

Pericla, damna, exſilia, peregre rediens ſemper cogitet,

quia Cicero, memoria ſua ſine dubio fidens, vocem *exſilia* omiſit, eam ejecit, & addit, *quis porro* exilia *dixiſſet numero plurali?* ſed dixit hic Virgilius, & mox lib. III. 4.

Diverſa exſilia, & deſertas quaerere terras.

dixit Silius lib. III. 567.

parumne eſt
Exſilia errantes totum quaeſiſſe per orbem.

item Valer. Fl. III. 350.

Inachidoſque vias, pelaguſque emenſa juvencae
Exſiliis.

Idem v. 686.

Inopis poſt longa ſenectae
Exſilia.

Claudian. Bell. Gild. 199.

Exſiliis diſperſa feror.

Senec. Herc. Fur. 93.

Ultra nocentum exilia.

denique Ovidius etiam XV. Met. 515. II. ex Pont. v. 8. IX. 60. ex quibus, & ſine dubio pluribus veterum locis, patet *exſilia* eſſe errores vagos extra patriam, ſine certis ſedibus, vagantium, ſive Deorum, ſive Principum juſſu. vide Servium ad I. Aen. 2. nec hic, ut acutiſſimus vir ratiocinatur, debere reſpici, an pluralis ille ſpectet multorum hominum, & turbae exſilia; quum non de modica tantum domô & familia, ſed de uno etiam homine dici *exſilia* conſtabit excutienti loca adducta, & in primis Ovidii. quibus adde Stat. XI. Theb. 377. qui *exſilia* & *errores* jungit. *Quae tua nocte dieque Exſilia erroreſque fleo.* verum eſt Theſauros Stephani & Fabri his exemplis carere, ſed eo fine metiri ſcientiam Linguae Latinae nefas eſt. BURM.

Ibid. VASTUM. *Longum* Gudianus, pro diverſa lectione. & ita citat Serv. ſupr. ad ℣. 696.

781. AD TERRAM. *Et terram* Donatus agnoſcit & ſcripti meliores noſtri conſtanter, excepto primo Rottendorphio, & quinis aliis. apud Probum tamen lib. primo Art. Gramm. vulgata ſcriptura occurrit. Forte, *Ut terram Heſperiam venies.* pro *dum venies.* ſed & alterum ſic capi poteſt. ut lib. III. 8. *jam prima inceperat aeſtas, Et pater Anchiſes dare fatis vela jubebat. Venire* ſine praepoſitione ponitur frequenter apud Maronem. ut Eclog. I. 66. *Pars Scythiam & rapidum Cretae veniemus Oaxen.* lib. I. 2. *Italiam fato profugus Lavinia venit Litora.* libro eodem 388. *Tyriam qui adveneris urbem.* & 365. *Devenere locos, ubi nunc ingentia cernis Moenia.* & lib. VI. 85. *Et regna Latini Dardanidae venient*, ut Pierius in nonnullis ſuorum

89 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. *parata* apud Serv. ad IV. Aen. 29. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. dein, gerundivus Fabr. al. 91 loquitur R. 92 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al.

Haec ubi dicta dedit, lacrimantem, & multa volentem
Dicere, deſeruit, tenuiſque receſſit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum;
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago,
Par levibus ventis, volucrique ſimillima ſomno.
Sic demum ſocios conſumta nocte reviſo.

At-

SERVII.

793. MANUS EFFUGIT IMAGO. Quaſi imago, quae non tenetur: naturale enim eſt, ut non poſſit teneri: nam in ſexto quod ait 370. *Da dextram miſero*, auxilium ſignificat.

794. [PAR LEVIBUS VENTIS, Puris & non vehementibus.] SIMILLIMA SOMNO. [93] [Pro ſomnio:] ſic Cicero: *Simillimum deo judico:* nam genitivo [94] plurali debuit jungi ſuperlativus.

795. SIC DEMUM. Noviſſime.

VARIORUM.

rum codicum teſtatur inveniſſe. Ovid. III. Met. 462. *Verba refert aures non pervenientia noſtras.* atque ita paſſim. vide Voſſ. de Conſtructione cap. 66. & quae annotamus lib. XI. p. 861. ubi in optimo codice legitur, *poſtquam acies Italas venit*, non *vidit*. Fannius in Annalibus apud Cariſium, *domina ejus ubi villam venerat*. HEINS. *Heſperiem* ſecundus Hamburgenſis. *& terram* Francianus. ut & Parrhaſ. & Ed. Venet. & Graeci ἱκεῖν ſine praepoſitione ponunt. vid. ad Sapph. fragm. IX. p. 26. Ed. Wolf. BURM.

Ibid. LYDIUS. Meliſſus, notante Grutero, ita quoque capiebat illa Catulli Carm. XXXII. *Gaudete, voſque Lydiae lacus undae.* ubi *Ludiae* Scaliger.

Ibid. ARVA, OPIMA VIRUM. Ita Val. Flac. VI. 38. *Aeterno quamquam Moeotia pubes Marte cadat, pingui numquam tamen ubere deſit.*

782. LENI. *Laeto* Dorv. ſed *leni* habet Commentator Crucquianus Horatii I. Sat. VI. I.

Ibid. AGMINE. Vid. ad I. Georg. 322. & Barth. ad Stat. I. Theb. 356.

783. ILLIC RES LAETAE. In vetuſtiſſimo codice H. Colotii ſcriptum eſt, *Res Italae*. URSIN. *Res Italae* in Mediceo, caeteris pro vulgata ſcriptura ſtantibus. *res laeta* Moretanus quartus, quod & editiones nonnullas occupavit. HEINS. *Res latae* primus Rottendorphius. *res laeta* Dan. Heinſ. Ed. *res laetas* etiam dixit Ovid. IV. Triſt. XIV. 32. & IV. ex Pont. IV. 15. Silius XI. 23. vid. ad Lucan. I. 80. Servius hic ſcrupulum movet. ſed quia jam viderat Aeneas ſe errore locorum deceptum, ut mox lib. ſeq. narrabit, praeterit ſedes in Thracia & alibi locatas, ſed Italiam ſolam, quo fata eum vocabant, nominat. BURM.

785. SUPERBAS. *Superbam* Francianus.

786. AUT. *Haut* primus Rottendorphius. *haud* tertius Rottend. & Francianus.

788. DEUM GENETRIX. Hoc minime fictitium cenſet Schott. II. Obſervat. 15. *hic deſtinet* Ed. Venet. *me detinet* ſecund. Hamburg.

789. AMOREM. *Amores* Graevianus. *ſerva nati* Montalbani.

791. DICERE. *Diſcere* ſecundus Hamburgenſis. *plura v. dicere* Leidenſis.

792. COLLO. *Circumdare brachia collo* ſecundus Moreti. *ter conatus eras* Macrob. lib. V. Saturn. 7. *colla & dare* Dorvill.

793. COMPRESSA. Mediceus optimus *comprenſa*, quod praetulerim, quamquam aliter Donatus. *comprenſa* etiam Montalbanius cum primo Moretano, & utriſque Voſſianis & Schefferiano, & Gudianus a manu prima. Moretanus quartus id ipſum quoque pro diverſa lectione agnoſcit. HEINS. *Conata manus* ſecundus Hamburgenſis. *compreſſa* Parrh. ita ſaepe apud Lucanum variatur. *compreſa* Zulich. vid. ad VI. 701. XI. 723.

794. SOMNO. Lego, *ſomnio:* non enim dicitur *levior ſomno*, ſed *ſomnio*. FABER. *Simillima fumo* legere eſt apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 5. ſed

93 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. pro ſomno Dan. forte, pro *ſomni*. ſed *volucri*, exigit *ſomno*. 94 deeſt *plurali*, & *ſuperlativus* L. Voſ. R. Steph. al.

Atque hic ingentem comitum adfluxiſſe novorum
Invenio admirans numerum; matreſque, viroſque,
Conlectam exſilio pubem, miſerabile volgus.
Undique convenere, animis opibuſque parati;
In quaſcumque velim pelago deducere terras.
Jamque jugis ſummae ſurgebat Lucifer Idae,

Du-

SERVII.

797. INVENIO ADMIRANS. Cum inveniſſem, admiratus ſum. [Vel admiratus ſum tantos evadere potuiſſe. Sane adamat poëta ea, quae legit, diverſo modo proferre. Naevius belli Punici primo de Anchiſa & Aenea fugientibus haec ait: *Eorum ſectam ſequuntur multi mortales.* [95] Ecce hoc eſt: *Invenio admirans numerum.* Multi alii e Troja ſtrenui viri; ecce hi ſunt *animis parati:* ubi foras cum auro illuc exibant; ecce & *opibus inſtructi.*]

798. EXILIO. Ad exilium. Donatus contra metrum ſenſit, dicens EX ILIO, quaſi de Ilio. Nam I longa eſt. MISERABILE VULGUS. Magnum eſt quod addidit *vulgus.* Sic Statius XII. 472. *Unde hoc examen,* [96] *& una Tot miſerae.*

799. [UNDIQUE CONVENERE. Videtur hoc loco tanquam omnium conſenſu regnum ad Aeneam eſſe delatum.] ANIMIS OPIBUSQUE PARATI. Et volebant & poterant, [vel fortes pariter & divites.

800. DEDUCERE TERRAS. Juxta morem Romanum *deduci coloniae* dicebantur. Bene ergo de Aenea dixit *Deducere*, quod eis civitatem conditurus erat.]

801. JAMQUE JUGIS SUMMAE SURGEBAT LUCIFER IDAE. Ut Trojanis videtur. Sic alibi VIII Ecl. 30. *Tibi deſerit Heſperus Oetam.* [Secundum perſuaſionem eorum, qui circa montes habitant,] illinc enim oriri, vel occidere, putantur ſydera, unde videri vel incipiunt, vel deſinunt. [Hoc eſt autem, quod ei Venus promittit: *Nunquam abero:* Varro enim ait hanc ſtellam Luciferi, quae [97] Veneris dicitur, ab Aenea, donec ad Laurentum agrum veniret, ſemper viſam, & poſtquam pervenit, videri deſiiſſe. Unde & perveniſſe ſe agnovit. [99] [Bene autem poëta diligentia ſua dierum horis, hic quae aguntur, accommodat: ut hoc loco, quod de patria cum patre & filio diſcedit Aeneas, ait *ſurgebat.*]

VARIORUM.

ſed τῷ *ſomno* non auſim controverſiam movere, quia & Homerus in ſimili narratione σκιῇ ἴκελον ἢ ὀνείρῳ quamquam & Noſter libr. V. Aen. 740. de umbra Anchiſae,

Dixerat, & voluceres fugit ceu fumus in auras. HEINS. Et IV. Georg. 449. *Ceu fumus in auras fugit. ſimillima ferro* Leidenſis a manu prima. vid. lib. VI. 700. ubi tres iidem verſus recurrunt. *Voluceris* vero epitheton ſomno convenit. alatus enim Deus fingitur. vide Broukh. ad Tibul. II. 1. 89. BURM.

796. ADFLUXISSE. *Effluxiſſe* duo Hamburg. vid. ad lib. X. 143. *hic* etiam deſiderabatur in tert. Rottend.

798. COLLECTAM EXILIO PUBEM. Donatus fidem facit, a nonnullis ſua aetate ſolitum legi, *collectam ex Ilio pubem.* eleganter profecto, quae ſcriptura Hadriano Wallio noſtro quoque multum arridebat. deinde diſtinguendum, *miſerabile vulgus undique convenire*, annuentibus vetuſtis membranis, quas inter utroque Menteliano. *& miſerabile* tertius Rottendorphius. HEINS. Sed *ex Ilio* ſi legatur, vis metro affertur, ut H. Steph. initio Schediaſmatis ſui recte cenſet, cum Servio: niſi *Ilio* biſyllabum fecerit Maro, ut in multis locis. ubi *Ilion*, pro *Ilium* in ſcriptis occurrit. ut mox III. 3. & alibi. *mirabile* Leidenſis. BURM.

799. ANIMIS *Animiſque* ſecundus Moreti, & primus Rottendorphus. & hinc poſſet defendi vulgata lectio apud Dictyn Cret. II. 39. *ubi eos contra ſe tendere paratos armis, atque animis uterque exercitus animadvertit.* ubi *animis* ejiciunt Mercerus, & eum ad verbum deſcribens Daceria. ſic & III. Georg 182. *animos atque arma videre Bellantum.* lib. XII. Aen. 788 *armis animiſque refecti.* Stat. VII. Theb. 727. *Illum armis animiſque cupit.* & ita etiam haec duo conjungit Vellej. Pater. II. 119. ad quem locum etiam quaedam notavit

vir

95 ecce hoc * eſt Fuld. 96 deeſt R. L. et Voſ. 97 Venus Fabr. al. 98 videre Fuld. 99 deſunt Fabr. al.

Ducebatque diem: Danaique obſeſſa tenebant
Limina portarum; nec ſpes opis ulla dabatur.
Ceſſi, & ſublato montem genitore petivi.

SERVII.

802. DUCEBATQUE DIEM. Quia Lucifer lucis eſt praevius.

803. OPIS. Ferendi auxilii: [1] [vel ad caeteros liberandos, qui non fuiſſent occiſi:] [vel ad eruendam de captivitate patriam: quia dicit, *Danaique obſeſſa tenebant Limina portarum.*]

804. CESSI [2] [Deeſt, igitur.] *Ceſſi* autem, ſcilicet tantis difficultatibus vel malis; & proprie *cedere* dicuntur, qui patriam relinquunt. [3] [SUBLATO GENITORE. Ubique inventa opportunitate pietatem ſuam erga patrem vult oſtendere.] MONTEM. Ut oſtendit in nono, Idam ſignificat, [4] [ubi Virgilius inquit IX. 80. *Tempore quo primum Phrygia formabat ab Ida Aeneas claſſem, & pelagi petere alta parabat.*]

VARIORUM.

vir doctus in Animadv. Miſcell. Critic. T. VIII. p. 78. ſic *vires & animos* conjungi vidimus ſupra h. l. 617. imitatur Statius lib. III. Silv. I 167. *macte animis, opibuſque* BURM.

800. DEDUCERE. *Decurrere* Gudianus pro diverſa lectione. HEINS.

802. DANAIQUE. *Danai* ſine copula Francianus.

804 MONTEM. *Montes* Mediceus noſter optimus, & alius ejusdem Bibliothecae apud Pierium. Apud Donatum *montis*, quod tantundem eſt & ſic Rottendorphius primus a manu prima. HEINS. *Montis* Ed. Juntin. *montes* Leidenſis & Venetus. & Parrhaſ. & Ed. Venet. & ita mox lib. III. 6. ſic & apud Lucan. IV. 167.

Ad montes tendentem praevenit hoſtem.

ubi in duobus Rottendorphianis *montem.* quod tractum montanum poteſt notare. BURM.

1 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 2 deſunt Dan. qui habet occiſi. ceſſi, hoc eſt tantis &c. 3 patre portato ductore Dan.
4 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. nihil habet niſi, MONTEM, hoc eſt Idam.

Digitized by Google



L. F. D. B. inv. P. Tanje sculp.

P. VIRGILII MARONIS
Aeneidos.

LIBER TERTIUS.

POSTQUAM res Aſiae, Priamique evertere gentem

In-

SERVII.

1. POSTQUAM RES ASIAE, PRIAMIQUE EVERTERE GENTEM. Secundum interrogationem Didonis, poſt inſidias Graecorum, & caſus ſuorum, proprios errores exſequitur, quos pertulit antequam ad Africam perveniret, [1] ordine, ut ſupra diximus, commutato: nam rectum operis initium eſt II. 13.

VARIORUM.

1. EVERTĒRE. *Vertere* Mediceus. vid. lib. I. 20. ſed *que*, niſi in caeſura, produci nequit. & recte Berſmannum corripit Oudendorpius ad Lucan. IX. 1028. auſum *que* producere, & *pulſoque ſceptro* probare. vid. infr. VI. 687. BURM.

2. IM-

1 Ordine rerum, u. ſ. d. continuato Wagenz. Cod. quem poſtea litera W. notabimus.

Digitized by Google

Inmeritam viſum Superis, ceciditque ſuperbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troja;

Di-

SERVII.

Fracti bello, fatiſque repulſi. Fuga autem ejus haec eſt: relinquens Ilium, Idam tenuit: inde Antandrum civitatem, juxta quam factis navigiis tenuit Thraciam, in qua [2] Aenum [3] oppidum conſtituit, ut multi putant. Mox prodigiis territus, Delum tenuit. Illic accepto augurio, errore patris praetervectus [4] Cycladas, venit ad Cretam: ubi cum peſtilentia laboraret, a diis Penatibus monitus, ad Strophadas [5] delatus eſt inſulas. Inde praetervectus maritima Graeciae, apud Epirum ſuſceptus eſt Heleni hoſpitio. Unde [6] provectus Calabriam tenuit: & illinc, ſtatim territus adventu Diomedis, abſceſſit; navigavitque uſque [7] ad Scyllam, & Charybdim, quae ſunt Aetnae vicinae. Unde vento pulſus, circuita maxima parte Siciliae, [8] Drepanum venit: ubi, ſecundum Virgilium, perdidit patrem. Inde, ut eſt in primo, ad Didonis regna pervenit. POSTQUAM. Haec particula connectendis adjungitur rebus, ut III. 662. *Poſtquam altos tetigit fluctus.* Sic enim dictis ſequentia copulantur. RES. [9] [Quamvis multa prout locus exegerit ſignificet;] modo tamen imperium, [10] [ut inf. 54. *Res Agamemnonias*:] [11] [aut RES hic pro univerſo ſtatu Aſiae.] Bene autem ASIAE, quaſi orbis tertiae partis: nam Phrygia in Aſia eſt; Ilium in Phrygia, ſed minore. PRIAMIQUE EVERTERE GENTEM. Non eſt iteratio: nam potuit aliud ſine alio fieri, ut vel Phrygia tota everteretur; vel ſolum [12] Ilium.

2. GENTEM IMMERITAM. Bene *gentem*: nam Laomedontis, & Paridis culpa, univerſa gens perire non debuit. VISUM SUPERIS. [13] [Ut ipſe ait, Neptunum, Junonem, Minervam, vidiſſe ſe everſores Trojae.] Laus Ilii eſt, quod non niſi dii potuere ſubvertere. Quotieſcumque autem ratio, [14] [vel judicium] non apparet, *ſic viſum*, interponitur, ut Horatius I. Od XIII. 10. *Sic viſum Veneri:* cum amorem oſtenderet non eſſe pulchritudinis. Et bene accuſatio in deos habet quandam venerationem; alioqui ſacrilegium eſt.

3. SUPERBUM ILIUM. Nobile. *Ilium* autem Virgilius neutro tantum genere declinat, Horatius [15] etiam foeminino, ut IV. Od. IX. 18. *Non ſemel Ilios vexata.* Sane modo *Ilium* proprie de civitate dixit: nam regio Troja eſt: quamvis interdum pro civitate provinciam ponat, ut inf. II. *Et campos, ubi Troja fuit.* HUMO FUMAT NEPTUNIA TROJA. *Humo*, [16] ab humo, id eſt, funditus; ut ſignificet patriae ſuae ſolum quoque arſiſſe. Sane quaeritur quomodo dixerit CECIDIT, & FUMAT? ſed aut per licentiam poëticam, tempus pro tempore poſuit, ut II. 12. *Meminiſſe horret, luctuque refugit.* Aut certe naturam rerum expreſſit: nam *ruina* fit [17] brevi; *fumus* vero longo permanet tempore. [18] [Nam, quod ait Probus, ad diſcernendum tempus circumflectendam ultimam ſyllabam, ut intelligamus, *fumavit*, non procedit [19] [quamvis accentus differentiae cauſſa adhibetur; ut *pone*, verbum, nullum habet accentum;] *pone* tamen in ultima habet accentum, cum ſignificat *retro.*] [20] [NEPTUNIA TROJA. Bene & ſubtiliter etiam diis invidiam commovet; ut ea cecidiſſe dicat, quae putabantur deorum. Sane fabula talis eſt: Laomedon, rex Trojanorum, ſollicitus pro opibus ſuis, petit ab Apolline & Neptuno, ut Ilium cingerent muris, mercede promiſſa: quo impetrato, quae diis promiſerat, denegavit. Sed Neptunus iratus, cetos, id eſt, belluas marinas immiſit; quod malum Trojani paſſi ſunt, nece filiarum, quas bellua conſumebat; donec apertiore reſponſo Heſiona, Laomedontis filia, monſtro exponeretur, quam Hercules Troja everſa liberavit, & amico ſuo Telamoni dedit uxorem. Sane Laomedonte occiſo, Priamo Phrygiae donavit imperium. *Neptunia* autem *Troja*, quia Neptunus & Apollo eam cinxit muris, ſicut praediximus II. 610.]

2. IM-

2 domum cons. u. m. dicunt W. 3 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. Aeneum oppidum Baſil. al. 4 Cycladam R. 5 devectus L. Voſ. R. Steph. Dan. 6 profectus iidem. 7 ad Siciliam W. 8 Drepanon W. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 10 deſunt Dan. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 Ilium per ſſet Dan. 13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. *viſum*, placuit W. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 15 autem Voſ. R. Steph. 16 id eſt ab humo, ut ſign. L. Voſ. R. Steph. id eſt ab h. & ſignificat Fabr. al. 17 in brevi L. Voſ. R. Steph. al. in W. erat. *fumat* pro *fumavit*, aut naturam rei expreſſit, quia cito fit caſura, fumus vero diutius permanet. 18 deſunt Dan. 19 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. qui habent: non procedit, quia *pone* tantum verbum in ultima habet accentum, ut ſignificet retro. Legendum vero puto, *pone* tamen adverbium. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Daniel vitioſe mox, petit Apollini & Neptuno.

Digitized by Google

Diverſa exſilia, & deſertas quaerere terras
Auguriis agimur Divom, claſſemque ſub ipſa
Antandro & Phrygiae molimur montibus Idae;

In-

SERVII.

4. DIVERSA EXSILIA. Multi ad illud referunt I. 602. *Magnum quae ſparſa per orbem:* conſtat namque diverſas partes orbis tenuiſſe Trojanos, [21] [ut Helenus & Antenor;] ſed melius eſt, ſpecialiter hoc Aeneae dare, qui compulſus auguriis eſt, diverſas [22] terras, hoc eſt, in diverſa regione poſitas, quaerere: ideo, *Incerti quo fata ferant.* DESERTAS. A Dardano accipe: nam ubique uberes eas eſſe legimus, [23] [ut I. 531. *Atque ubere glebae:*] [24] [aut *deſertas*, ut quidam volunt, quas & tenuimus & deſeruimus, ut Cretam & Thraciam.]

5. AUGURIIS AGIMUR DIVUM. [25] [*Auguriis*, pro oſtentis, id eſt,] ex flamma, quae tempora Aſcanii paſta eſt, & curſu ſtellae, & Creuſae admonitione, quae dixit II. 781. *Et terram Heſperiam venies.*

6. SUB IPSA ANTANDRO. Juxta *Antandrum*; eſt autem civitas Phrygiae, dicta *Antandros*, vel quod [26] de *Andro* inſula eam condiderunt coloni, quaſi ἀντὶ Ἄνδρου: vel quia Graeci, venientes per Thraciam, ceperunt Polydorum: pro cujus pretio hanc a Priamo accepere civitatem, quae ex facto nomen accepit, [27] [quaſi ἀντὶ ἀνδρός, id eſt, pro viro: quia pro redemptione Polydori data fuit.] Fertur tamen quod poſt acceptum pretium a Graecis occiſus ſit lapidibus: quamvis huic opinioni Virgilius non conſentiat. [28] [Nonnulli adſerunt *Antandron* inſulam eſſe, vicinam Trojanis regionibus; ab hac populos Medos coactos loci anguſtia ad vicina littora profectos, civitatem *Antandron* ex nomine patriae condidiſſe.] Alii a Polymneſtore occiſum dicunt poſt everſam Trojam, & in maria praecipitatum. Cujus cum mater Hecuba agnoviſſet cadaver, cum captiva duceretur, flendo in canem [29] converſa eſt, cum ſe praecipitare vellet in maria. Quod ideo fingitur, quia nimio dolore inaniter Graecis conviciabatur. PHRYGIAE IDAE. Ad diſcretionem Cretenſis. MOLIMUR. [30] [Fabricamus.] paramus. Et bene petit loca, in quibus & lateret: & navigia praepararet.

VARIORUM.

2. IMMERITUM. Sic ſolus ex noſtris Rottendorphius tertius, addita interpretatione, *ſine merito placuit Diis.* caeteri *immeritam*, quod amplector omnino, ſic flagitante ſententia ac mente auctoris. HEINS. *Viſum* eſt Menagii primus, Graevianus & Wittian. *immeritam viſum ſuperis* etiam vetus Horatii Scholiaſtes ad lib. I. Od. 33. *viſum eſt* alii. ſed vide quae dixi ad Lucan. II. 5. & ſupr. II. 428. *immeritam* recte. ut apud Stat. IV. Silv. VI. 82. ex Gronovii ſententia. *Quum ſacrilega face miſcuit arces Ipſius, immeritaeque domos ac templa Sagunti. cadit atque* marg. Berlm. BURM.

3. ILIUM. Vondelius de regia capit, & Trojam de urbe. rectius Servius. & mox ỹ. 11. *campos ubi Troja fuit.* ſic *Trojam & Pergama* II. 555. *Ilion* duo Hamb. Venetus, Rottend. alter & Voſſian. BURM.

Ibid. FUMAT. Ex Pindaro, qui Ode Pyth. V. 110.

Σὺν Ἑλένᾳ τῷ μόλον, καπνωθεῖσαν πάτραν ἐπεὶ ἴδον.

male pro *fumavit* capiunt quidam. ſed recte Servius. & centies Virgilium praeſenti ſubjungere praeteritum, & contra, notavimus alibi. vid. II. Aen. 12. BURM.

4. DESERTAS. *Deſertas quaerere terras* noſtri, excepto Menagiano & Voſſiano priore, in quibus *diverſas.* nec aliter Hamburgenſis primus pro diverſa lectione. HEINS. *Deſertas* Francianus, Voſſian. Wall. Witt. & Serv. ad IV. 341. & Ed. Venet. *diverſas* Parrh. Dorvill. & Catroeus ita vertit, deſertas quas nemo occupavit. *incultae* a Vondelio & aliis redduntur. vid. inf. 123. ubi *deſerta litora Cretae.* ſed ibi alia ratio eſt. hic ſcrupulum movet quidam, ſi *deſertas* legas, quod Servius inter au-

21 deſunt iisdem. in W. erat quia per orbem diſperſi ſunt Trojani, vel ad Aeneam tantum referas. 22 terras e regione poſitas L. Steph. terras, hoc eſt e regione p. Voſ. R. Baſil. ſed W. *diverſa*, id eſt, in remota regione. 23 deſunt Dan. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. id eſt monemur ex flamma Baſil. mox copulae, *&* curſu, *&* Creuſae deſunt L. Voſ. R. Dan. Flamma Aſcanii, per ſtellam, Creuſe admonitione W. 26 de Antandro W. L. Voſ. R. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. *Quamvis huic* &c. praeponuntur illis, *fertur tamen* W. L. Voſ. R. Steph. mox Ger. Voſ. malebat, nonnulli adſerunt Andron inſulam. 28 deſunt L. Voſ. R. Baſil. 29 verſa eſt L. Voſ. W. 30 deeſt L. Voſ. R. W. Steph. al.

Incerti quo fata ferant, ubi ſiſtere detur;
Contrahimuſque viros. Vix prima inceperat aeſtas;
Et pater Anchiſes dare fatis vela jubebat:
Litora quum patriae lacrimans portuſque relinquo,

Et

SERVII.

7. INCERTI. Quia quiſquis navigat, licet mente deſtinet locum, quo tamen feratur, incertus eſt. [31] [Ergo non ignari, quibus dictum erat ut Italiam peterent; ſed *incerti*, ubinam eſſet Italia.] QUO FATA FERANT, UBI SISTERE DETUR. A praeteritis tractum eſt: quia nec in Thracia permanſit, nec in Creta: [32] [propter diuturnum errorem, & quia, ſicut dictum eſt, ad multa delatus loca eſt: aut propter dubietatem oraculorum: certum enim erat nos a Troja debere proficiſci, incertum tamen ubi eſſet conſiſtendum.]

8. CONTRAHIMUSQUE VIROS. Colligimus [33] [eos ſcilicet, qui ad auxilium venerant:] unde eſt I. 113. *Unam, quae Lycios fidumque vehebat Orontem.* Item XII. 516. *Et fratres Lycia miſſos; & Apollinis agris:* VIX. Mox, ut I. 34. *Vix e conſpectu Siculae telluris in altum Vela dabant laeti.* PRIMA AESTAS. [34] Aut prima pars aeſtatis: quia eſt & adulta, & praeceps: [35] [aut vernum tempus dicit: quamvis Paleſatus tradat, capto Ilio Aeneam poſt triennium navigaſſe.]

9. [36] [ET. Haec conjunctio velocitatem videtur oſtendere.] PATER ANCHISES. [37] [Ut agendarum rerum auctoritatem adſignet Anchiſae. Et] ut diximus, τὸ πρέπον ſervat; ut pater jubeat.

10. [38] [LITTORA TUM PATRIAE LACHRYMANS. Amat Poëta quae legit, immutata aliqua parte, vel perſonis, ipſis verbis proferre. Naevius enim inducit uxores Aeneae & Anchiſae cum lachrymis, Ilium relinquentes his verbis, *Amborum uxores noctu* [39] *Trojade exibant, Capitibus opertis, flentes ambae, abeuntes lacrymis cum multis.* Hoc iſte Aeneam eodem in tempore ejuſdem rei cauſa inducit feciſſe, cum dixit: *Littora tum patriae lacrymans portuſque relinquo.* Et multi tradunt hoc in primo dictum: *Trojae qui primus ab oris.*

VARIORUM.

auguria numerat Creuſae admonitionem lib. II. 781. ubi *arva opima* promittit viro, quae *deſertis terris* non congruunt. itaque dubius haereo quid praeferam. eadem diverſitas lib. XII. 664. an deſertas a majoribus, ut infr. ỳ. 94. ubi *antiquam* jubentur exquirere matrem, quae ubere laeto excipiet; & alibi in hoc libro. & ita Creuſae monitis omnia congruerent. BURM.

5. CLASSEMQUE. *Claſſimque* Sprotianus. ut & infra ỳ. 462. lib. IV. 375. 426. & libr. v. 612. deinde *Antandro Phrygiae*, omiſſa particula, primus Rottendorphius, & tres alii minoris rei. male. HEINS. *Claſſeſque* primus Rottendorphius pro varia lectione. *ſub ipſa Antandro* recte explicare mihi Cerda videtur. *&* deerat Walliano.

7. FERANT. *Ferent* Montalbanius, & alter Menagii. *ubi ſiſtere detur*, dixit etiam Ovid. I. Metam. 307. ubi tamen *ſidere* praefert Heinſius, quem vide. BURM.

8. INCEPERAT. In altero Menagiano, *inceſſerat*. Mediceus *inceperit*. HEINS. *Ut prima* alter Hamburgicus. mox, *& pro cum pater* Montalban. *at pater* Leidenſis & Voſſian. *ventis vela* duo Hamburgenſes pro varia lectione. & Ed. Venet. Heinſius in ora, *ut pater*. male. nam *&* hic, ut Servius docet, velocitatem oſtendit: ſic II. Georg. 80. *nec longum tempus, & ingens Exiit arbor.* ita & lib. v. 857.

Vix primos inopina quies laxaverat artus,

Et

31 deſunt iisdem. 32 deſunt iisdem. 33 deſunt hoc loco, ſed ponuntur poſt *Apollinis agris* L. Voſ. R. Steph. al. Maſvicius, ne quid deeſſet, bis nobis dedit. 34 Aut vernum tempus dicit, aut quia eſt & adulta & praeceps L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. quia eſt adulta, & praeceps. vel ver dicit W. 35 deſunt L. Voſ. R. Steph. 36 deſunt iisdem. 37 deſunt iisdem. dum Anchiſes vivit, ſemper poteſtatem ejus timuit W. Wagenz. adſcripſerat ſ. ei *tribuit*. 38 deſunt W. Voſ. L. R. Steph. al. ſed Fabr. habet prima verba, *amat... proferre*, reliqua omittit. 39 *Trojade.* forte pro *de Troja*, vel *Troade.* puto vero huc pertinere fragmentum Naevii apud Non. in *percontat. Blande & docte percontat Aeneas, quo pacto Trojam urbem reliquerit.* quod Steph. in Fragm. Poëtar. Veter. pag. 214. edidit vitioſe, *Ennius* pro *Aeneas* ponens. emendat hos etiam verſus Voſſius, in notis ad Naevii Fragmenta, pag. 76. aliter paullo legi apud eumdem Nonium in verbo *linquo* addit, quod reperiſſe nequii, ſed in *liquidum* legitur in editione Merceri eiſdem verbis ex lib. II. Belli Punici. BURM.

Et campos ubi Troja fuit. Feror exſul in altum
Cum ſociis, natoque, Penatibus, & magnis DIs.
Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis,

(Thra-

SERVII.

11. [40] [CAMPOS UBI TROJA FUIT. Hoc eſt, quod ait: *Omnis humo fumat Neptunia Troja.*] EXSUL. Quaſi [41] trans ſolum miſſus; aut extra ſolum vagus.

12. CUM SOCIIS, NATOQUE, PENATIBUS, ET MAGNIS DIIS. Duo humana poſuit, & duo divina; humana, ſocii & natus: divina, Penates, & dii: patris non fit mentio: quia ſecundum Virgilium ad Italiam non venit. PENATIBUS, ET MAGNIS DIIS. Varro quidem unum eſſe dicit, *Penates & magnos deos:* nam & in baſi [42] ſcribebatur: MAGNIS DIIS. Poteſt tamen [43] hic & pro honore dici. Nam & *dii magni* ſunt, Juppiter, Juno, Minerva, Mercurius: qui Romae colebantur. *Penates* vero apud Laurolavinium: unde apparet non eſſe unum. [44] [Idem Varro, & alii complures, *magnos deos* adfirmant ſimulachra duo virilia, Caſtoris & Pollucis, in Samothracia ante portum ſita, quibus naufragio liberati vota ſolvebant. Alii *deos magnos* Coelum ac Terram putant, ac per hos Jovem & Junonem. Dii Penates a Samothracia ſublati, ab Aenea in Italiam advecti ſunt; unde Samothraces cognati Romanorum eſſe dicuntur: quos inter caetera ideo *magnos* appellant, quod de Lavinio tranſlati Romam, bis in locum ſuum redierint; quod Imperatores in provincias ituri, apud eos primum immolabant; quod eorum nomina nemo ſciat; quod [45] praeſentes adeſſe ſentiantur: nam cum ambae virgines in templo deorum Lavinii ſimul dormirent, ea quae minus caſta erat fulmine exanimata, alteram nihil ſenſiſſe; [46] quod Romani Penates in cultu habeant, quos niſi ſacerdoti videre fas nulli ſit: qui ideo *Penates* appellantur, quod in penetralibus aedium coeli ſedeant: nam & ipſum *penetral*, *penus* dicitur, ut hodie quoque *penus Veſtae claudi*, vel *aperiri* dicitur. Vel *Penates* erant, quos domo ſecum attulerat; Dii familiares; hi vero, ut Palladium, & quos Panthus ex arce ei attulerat.]

13. TERRA PROCUL. *Procul*, eſt quaſi porro ab oculis: unde poteſt & *ſatis longe* ſignificare, & *non valde*, [47] [ut in quinto 124. *Eſt procul in pelago ſaxum:* quod [48] ſatis longe fuiſſe intelligi non poteſt, ne voluptas pereat ſpectaculi:] [49] quamquam & hic ſimilis poſſit eſſe ſignificatio: brevis eſt enim Helleſponti tranſitus. VASTIS. Aut vaſtatis, [50] [& per hoc, deſertis:] aut magnis.

VARIORUM.

Et ſuperincumbens.
VIII. 444.

Nec plura effatus, & illi
Ocius incubuere omnes.

ubi *at* perperam alii. Plin. V. Epiſt. 14. *Pauci dies, & liber Principis ſeverus.* VII. 27. *Excipiunt temporis medium, & rurſus ſimile aliud priori ſidum fecit.* ubi in Voſſ. Cod. & non videtur. ſic apud Claud. I. Rapt. 117. *Vix ea fatus erat: & nuntius aſtra tenebat.* ex codice Juniano. vid. ad Lucan. I. 231. & ita utitur *nec* pro *& non.* Stat. VI. Theb. 115. *vix ſigna audita, nec urbem Invenies.* BURM.

10. LITORA TUM. *Cum* Mediceus & Mentelianus uterque aliique ex praeſtantioribus omnes. quod & Macrobius agnoſcit lib. IV. Saturn. 3. mox *Gnatoque* uterque Mentelianus, duo vetuſtiores Rottendorphii, Moretanus primus & tres alii. HEINS. *Litora dum* Wittian. Wallian. *cum* multi.

12. NATOQUE. *Cum nato, magniſque penatibus, & Dis.* Menag. pr. *Gnatoque* ſeptem.

14. A-

40 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 41 trans ſalum R. L. Baſil. 42 ſcribebantur Voſ. 43 hoc pro honore L. Voſ. Steph. al. hoc & pro Dan. hoc & in honore Fabr. 44 deſunt haec L. Voſ. R. Steph. aliis ad ✝. 13. in Dan. vero turbato ordine leguntur, & deerant ultima, *vel Penates* &c. magnis diis redeuntibus in ſuum locum, forte congruere poteſt illud de Praeneſtinis ſortibus apud Sueton. Tiber. LXIII. 45 praeſentes * ſentiantur Dan. 46 quos immani * penitus in cultu habent Dan. mox pro *in penetralibus aedium coeli ſedeant*, Schefferus in Adverſariis Tom. VIII. Obſervat. Crit. inſertis pag. 413. legit, *coeli ſoleant*, vere, ut puto. & confirmatur ex Servio ad II. Aen. 514. ubi dicit penates eſſe, *qui domi coluntur.* BURM. 47 deſunt Dan. 48 ſatis non l. f. in. poteſt Voſ. 49 hic tamen pro non valde longe ponitur: brevis &c Dan. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph.

(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo;
Hoſpitium antiquum Trojae, ſociique Penates,
Dum fortuna fuit. Feror huc, & litore curvo
Moenia prima loco, fatis ingreſſus iniquis:

Ae-

SERVII.

14. THRACES ARANT. Figurate: nam minus eſt, *quam*. ACRI. [51] Saevo & cruento. LYCURGO. [52] [Lycurgus, ut alii dicunt, cum indignaretur Liberum ab omnibus gentibus coli, ut primum eum Thraciae fines cum ſocio comitatu introiiſſe cognovit, comprehenſas Bacchas ejus flagellis verberavit, ipſum vero inſequi, ut occideret, coepit. Sed poſtquam ſe Liber fugiens, ut evaderet, praecipitavit in mare, [53] a Thetide nympha exceptus liberatus eſt.] [54] LYCURGUS autem hic, filius Dryantis, rex gentis Biſtonum fuit: qui, ut habet fabula, dum contemnens Liberum patrem, manu ſua ſemper ejus amputaret vites, immiſſo a Libero furore, ipſe ſibi crura ſuccidit. Re vera autem abſtemius fuit: quos conſtat acrioris eſſe naturae, quod etiam de Demoſthene dictum eſt. Alii ſic referunt: [55] [Fuit Lycurgus, Thraciae rex, filius Dryantis: qui quod Thraces immoderate vino deditos conſpiceret, vites omnes toto regno excidi juſſit, ut ſcribit Plutarchus eo in opuſculo, quod de Poetarum utilitate conſcripſit. Hinc datus eſt Poëtis locus fabulae: Lycurgum infeſtiſſimo Bacchum odio proſecutum eſſe: adeo ut & nutrices illius in Nyſa latentes, perſequeretur, & Baccho ipſi tantum terroris incuſſerit, ut, praecipiti fuga trajecto mari, in Naxum ſe receperit: ideoque juſta Numinis ira Lycurgum in furorem converſum, &, cum vites quoque, ne Baccho in poſterum libaretur, excidere vellet, tibias ſibi ſuccidiſſe.] REGNATA. [56] Participium ſine verbi origine.

15. HOSPITIUM ANTIQUUM. [57] Aut carum: aut re vera antiquum: nam tanta inter ipſos familiaritas fuit, ut Ilione, filia Priami, [58] Polymneſtori nuberet Thracum regi [59] [cui Polydorum, filium ex Hecuba, Priamus pater initio belli Trojani, communis Martis exitium veritus, cum magno auri pondere educandum tradidit, antiquo hoſpiti, amico, & genero ſuo. Sed illic, deleta Troja, ceteriſque omnibus fere Priami liberis interfectis, auri cupiditate adductus, Polydorum in littore ſpatiantem telis aggreditur, & fruſtra fidem Deorum hominumque implorantem, occidit, caeſoque tumulum ſuperinjecit, cui ſupercrevere myrti virgulta. Id cum mater Hecuba intellexiſſet, ſimulavit ſe ingens adhuc auri pondus velle ſecreto illi indicare, quod pro filio acciperet. Quod avarus rex verum exiſtimans, illius unguibus occaecatus eſt. Exſtat tamen & alia de Polydoro fabula: nempe Graecos, per Thraciam venientes, hunc cepiſſe: Priamum autem pro redemptione filii Graecis dediſſe urbem, quae poſtea ab eventu Antandros dicta eſt: qua accepta, illos tamen nihilominus Polydorum lapidibus obruiſſe.] SOCIIQUE PENATES. Vel propter ſupra dictam conjunctionem Iliones & Polymneſtoris: vel, quia cum omni haereditate majorum, diviſerant etiam deos Penates, Dardanus & Iaſius fratres; quorum alter Thraciam, alter Phrygiam incoluit occupatam.]

16. DUM FORTUNA FUIT. [60] Scilicet bona: & ſimul oſtendit fidem cum foelicitate deficere. Sane ſciendum, quod quotieſcumque *fortunam* [61] ſolam dicimus, *foelicitatem* intelligi: unde & *fortunatos* tantum felices: & *infortunatos* ſolos infelices vocamus. LITTORE CURVO. Perpetuum epitheton littorum eſt: nam quod in ſexto ait VI. 901. *Tunc ſe ad Cajetae* [62] *recto fert littore portum*, ſignificat eum ita navigaſſe, ut non [63] linqueret littus.

17. PRIMA LOCO. Quia apud Cretam alia fecit.

51 cruento, vel ſtrenuo, & bellicoſo, vel inſano, quia voluit Bacchi vineas exſtirpare W. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 53 & Athen. * Nympha Dao. a Nympha ex. & liber. Fabr. a Thetide emendaverat Ger. Voſſ. ex Phurnuto, Hygin. in Poet. Aſtr. in *Tauras*, & ante omnes ex Homeri Iliad. Ξ. 54 Lycurgus autem, Rex Thraciae fuit, qui ut habet, &c. uſque ad *dictum eſt*. W. L. Voſ. R. Steph. al. & praeterea nihil. 55 deſunt etiam Dan. 56 quod ſupra diximus, participium &c. W. 57 nomine antiquum, aut carum ſignificat, aut revera, &c. W. 58 Polimeſtori vel Polymeſtori L. Voſ. R. Steph. 59 deſunt iiſdem ad ℣. 16. ſed Baſil. addit, cui Polydorum filium Priamus belli tempore parvulum commendaverat aleodum, reliqua deſunt Dan. etiam deſunt ad *ſociiſque*. 60 ſcilicet bona, quando abſolute ponitur W. 61 dicimus, ſolam felicitatem Voſ. quod ſequentibus melius congruit. 62 *ſe ad Caletam* L. *tunc ad Setagetum* Voſ. *tunc ſe ad Cagetum recto* R. 63 relinqueret R. L. Voſ.

Aeneadaſque meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionaeae matri, Diviſque ferebam
Auſpicibus coeptorum operum: ſuperoque nitentem
Coelicolûm regi mactabam in litore taurum.

For-

SERVII.

cit. Modo autem [64] Aenum ſignificat, ut Salluſtius incert. fragm. *Aenum & Maroneam: viamque militarem.* Quanquam Homerus dicat inde auxilia ad Trojam veniſſe. Ergo jam fuerat. [65] Euphorion, & Callimachus, hoc dicunt etiam, quod [65] *Aenum dicatur a ſocio Ulyſſis illic ſepulto eo tempore, quo miſſus eſt ad frumenta portanda.* FATIS INIQUIS. Bene quid ſit futurum praeoccupat.

18. AENEADAS. Ecce nec Virgilius Aenum dicit. [66] [*Aeneadas* autem hic ſecundum accuſativum nomen derivatum; aliter juxta nominativum.]

19. SACRA DIONAEAE MATRI. Veneri, a matre [67] Dione, ſecundum Homerum. Et bene diſpenſat, ut cum adverſam navigationem ſubjungit, Dionaeam Venerem dicat, ut hoc loco: ſi proſperam, de mari eam dicat eſſe procreatam, ut v. 801. *Unde genus ducit.* Haec autem, in quantum poteſt, [68] [non ſemper,] reſervat.

20. AUSPICIBUS COEPTORUM OPERUM. Jovi, qui arcis deus eſt: Apollini, propter auguria: Libero, [69] quaſi cauſa libertatis: nam dii alii ſi [70] invocentur, ad privatam pertinent cauſſam: unde de Didone legimus IV. 59. *Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curae*, propter nuptias: quamvis enim reipublicae utilitas ſimularetur, erat tamen etiam ſpecialis cauſſa Didonis. Similiter & hic Aeneas ſacrificat Veneri [71] [ſcilicet, ut placeat matri.] Quod autem de Libero diximus, haec cauſſa eſt: ut ſignum ſit liberae civitatis: nam apud majores aut ſtipendiariae erant, aut foederatae, aut liberae. Sed in liberis civitatibus ſimulachrum Marſyae erat, qui in tutela Liberi patris eſt. [72] [Sed *auſpicia* omnium rerum ſunt; *auguria* certarum: auſpicari enim cuivis, etiam peregre licet; augurium agere, niſi in patriis ſedibus non licet. Peritiſſime ergo Virgilius veteris conſuetudinis meminit, cum facit Aeneam, quia peregre, id eſt, in Thracia agit, auſpicantem, id eſt, *Auſpicibus coeptorum operum.*]

21. MACTABAM IN LITTORE TAURUM. Contra rationem Jovi taurum ſacrificat: adeo ut hinc putetur ſubſecutum eſſe prodigium: ubique enim Jovi juvencum legimus immolatum, ut IX. 627. *Statuam ante aras aurata fronte juvencum.* Et in Bucolicis legimus III. Ecl. 87. *Jam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.* Item Juvenalis XIII. 9. *Qui vexat naſcenti robora cornu.* Nam in victimis etiam aetas eſt conſideranda.

VARIORUM.

14. ARANT. *Erant* ſecundus Moreti & Mediceus. vid. ad Lucan. IV. 334.

Ibid. LYCURGO. *Lygurgo* ſcripti plerique, & codex Aruſiani Meſſii. ſic *Agragas* paſſim in veterrimis membranis pro *Acragas*. *Lycurgo* tamen in Mediceo & Gudiano. HEINS. *Ligurgo* Francianus. Wallian. Wittian. & Leidenſis unus, & ita apud alios quoque occurrit ſcriptum.

16. DUM. *Cum* Leidenſ. unus.

Ibid. CURVO. *Corvo* Mentelii prior. *curro* ſecundus Hamburgenſis. *& in litore* Francianus.

18. NOMEN. *Gentes* Montalbanius pro varia lectione. vid. ad III. Georg. 122. *cunctos* tertius Rottendorphius. *Aeneadeſque* Mediceus. vid. ad Amm. Marc. XXII. 8. Valeſii notas. BURM.

19. DIVISQUE. *Diiſque* Francianus.

20. AUSPICIBUS. *Auſpiciiſque* Vratiſlavienſis. *auſpiciis* Wittian. *ſuperumque* Parrhaſ. adſcripſerat orae codicis. neſcio unde.

22. TU-

64 Aeneum Dan. mox, quod *Aenon* dicitur Baſil. 65 Euphorion, qui illic natus dicitur, & Callimachus legit Meurſius ad Helladii Chreſtomathiam pag. 54. BURM. 66 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 67 Diana L. R. Diona Voſ. W. mox, ſi adverſa navigatio ſequatur. & mox, ſi proſpera, de mari Steph. Dan. ſi ſequantur adverſa, & mox, ſi proſpera erit navigatio. Fabr. al. 68 deſunt Voſ. Steph. Dan. poteſt, nos ſemper L. R. 69 deeſt L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. quae de Marſya hic pag. 496. narrantur excuſſi ad Petron. cap. XXXVI. BURM. 70 vocentur Voſ. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Forte fuit juxta tumulus, quo cornea ſummo
Virgulta, & denſis haſtilibus horrida myrtus,
Acceſſi, viridemque ab humo convellere ſilvam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras:
Horrendum, & dictu video mirabile monſtrum.
Nam, quae prima ſolo ruptis radicibus arbor

Vel-

SERVII.

22. FORTE FUIT JUXTA TUMULUS. [73] [Excuſat dicendo, *Forte fuit*, quod juxta eum locum ſacrificaverit. *Tumulus* autem dicendo, uno] hoc ſermone, & collem & ſepulchrum fuiſſe ſignificat: [74] [poteſt enim *tumulus* & ſine ſepulchro, interpretatione collis, interdum accipi: nam & terrae congeſtio ſuper oſſa, *tumulus* dicitur. Sane apparatus mortuorum *funus* dici ſolet; exſtructio lignorum, *rogus*; ſubjectio ignis, *pyra*; crematio cadaveris, *buſtum*; locus, *uſtrina*; operis exſtructio, *ſepulchrum*; nomen inſcriptum, *monumentum*.] QUO SUMMO. [75] In quo ſummo. CORNEA VIRGULTA & MYRTUS. Bene [76] legit haſtis apta virgulta: nam legimus II. Georg. 447. *Et bona bello cornus.* [77] [Item VII. 817. *Et paſtoralem praefixa cuſpide myrtum.*] [78] [Et alibi II. Georg. 446. *Ac myrtus validis haſtilibus.*] Ergo ſi telis fuerat confixus, merito illic haec coaluere virgulta. *Cornus* autem declinatur ut *ficus*, ſi arbor ſit: nam *cornu* animalis, indeclinabile eſt: licet genitivum uſurparit Lucanus VII. 217. ut *Cornus tibi cura ſiniſtri, Lentule.* Sic Cicero in Arato: *Hujus genus*, pro genu.

23. [79] [VIRGULTA. Copioſe, virgulta, haſtilia, ſylvam, ramos, arborem, vimen, corticem, ſtipitem, ſegetem, jacula. HORRIDA MYRTUS. *Horrida*, ad loci faciem retulit; [80] non ad arboris naturam: vel certe umbroſam. MYRTUS. Sane de *myrto* fabula talis eſt. Haec *Myrtus*, ex fama de plebe antiquorum nata, Graeco vocabulo Myrene vocitata eſt, forma pulcherrima: hanc cum quidam popularium dives & nobilis adamaſſet, a parentibus ejus poſtulavit uxorem. Interea latrones urbem occupaverunt, quam cum depopulantur, Myrenen, fratribus ejus occiſis, captivam duxerunt, & in latebris condiderunt, donec alia loca vaſtarent. Sed haec Myrene inventa occaſione fugit, & ad cives reverſa eſt. Gratulati cives, eam ſacerdotem Veneris eſſe juſſerunt; quae cum ſacra celebraret, unum de latronibus per quos abrepta fuerat in plebe cognovit, eumque comprehenſum in medium vulgus extraxit. Latro, poenis adactus, omnia, quae intendebantur, confeſſus eſt: ſocios quoque ubinam eſſent prodidit. Sed juvenis, qui eam ante amaverat & petierat ſibi conjugem, ad inveſtigandos latrones ſibi negotium depopoſcit; quos cum inventos cepiſſet, & praemium poſceret, data ei poteſtas eſt a populo, ut virginem, quam amaverat, in matrimonium duceret. Ob quam rem irata Venus, illum mori fecit; virginem autem in *Myrtum* arborem vertit, eique, quod ſacerdos fuiſſet, praeſtitit ut perpetuo, & ſuavi odore gauderet.]

24. ACCESSI. Non ad *cornum*; ſed ad *myrtum*, quae inter verbenas eſt. Et bene matri ſacrificaturus aras coronat ex *myrto*. SYLVAM. [81] [Sicut dictum eſt,] bene variat, ut nunc ſylvam, nunc [82] vimina, nunc virgulta, nunc arborem dicat.

25. [83] [RAMIS TEGEREM. Excuſatio a voluntate.]

26. MONSTRUM. Bene *monſtrum*: nam ſtatim quid eſſet apparuit: & hoc [84] proprietatis eſt; abuſione [85] tamen plerumque corrumpitur.

VARIORUM.

22. TUMULUS. *Tumulos* Gudianus a manu prima. *tumulus juxta* Montalbanius.

23. DEN-

73 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 75 id eſt, in ejus ſummitate W. 76 elegit Fabr. al. poſuit W. 77 deſunt Dan. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 24. 80 nam ad Dan. fabulam de Myrto emendaſſe ſe lib. CXLI. Adv. 22. dicit Barthius, qui libri quum adhuc premantur, conjicere vitia emendanda nobis non licet. confer Serv. ad v. Aen. 72. ubi inconcinnam eſſe fabulam adfirmat. agit vero ibi Barthius de haſtilibus ex Myrto. BURM. 81 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 82 numina Voſ. Steph. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 84 proprietas eſt Voſ. Steph. 85 autem Voſ.

Digitized by Google

Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttae,
Et terram tabo maculant. Mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusque coit formidine ſanguis.
Rurſus & alterius lentum convellere vimen
Inſequor, & cauſſas penitus tentare latentis:
Ater & alterius ſequitur de cortice ſanguis.
Multa movens animo Nymphas venerabar agreſtis,

Gra-

SERVII.

28. Liquuntur. Li in verbo producitur, ut hoc loco. [86] [Item I. Georg. 43. *Canis cum montibus humor Liquitur.*] In nomine vero corripitur, ut *liquor.*

29. Tabo. [87] Corrupto ſanguine. [88] [Et eſt nomen caſus ſeptimi tantum, ut ſunt: *ſponte, natu:* quod ſi velis declinare, *haec tabes, hujus tabis*, dices.]

30. Membra quatit. Cauſſa pendet ex cauſſa: nam timor ſanguinem gelat, qui coactus frigus gignit. [89] [Gelidusque coit. Phyſice loquitur & rationabiliter: nam hinc & pallor naſcitur, cum ſe ad praecordia fugiens contrahit ſanguis.]

31. Lentum vimen. Molle & flexuoſum: [90] unde & *vietos*, dicimus curvos per ſenectutem.

32. Tentare latentes. Miraculum enim eſt, ex arbore ſanguinem fluere.

34. Multa movens animo. Non dicit quae; ſed ex ſequentibus intelligimus. Cogitabam, inquit, ne forte ſanguis eſſet ex Nymphis: [91] [ne forte bellum immineret, quod ſanguinem vidiſſem; ne lucum Nympharum violaſſem.] Hamadryades namque cum arboribus & naſcuntur, & pereunt: unde plerumque caeſa arbore ſanguis emanat: nam ut Ovidius ait VIII. Met. 762., quum Eriſichthon arborem incideret, primo ſanguis effluxit: poſt ululatus ſecutus eſt. Inde Statius VI. 113. *Nec amplexae dimittunt robora Nymphae.* Item: Cogitabam, ne forte [92] ex terra Martis jure ſanguis efflueret: nam, quod dicit haec ſe veneratum eſſe numina, illas conſtat praeceſſiſſe cogitationes.

VARIORUM.

23. Densis hastilibus. Vide ad Gratii Cyneg. 129. Stat. IV. 301.
Hic Paphias Myrtus a ſtirpe recurvant.

24. Convellere. *Avellere* Excerpta noſtra.

25. Aras. *Aram* primus Moretanus cum altero Hamburgenſi & Voſſiano. HEINS. *Tegerem frondentibus* ſecundus Hamburgenſis.

26. Horrendum, et dictu video. Montalbanius vocibus tranſpoſitis, *Horrendum video & dictu mirabile monſtrum.* apud Nonium in *Horrendum* legas, *Horrendum dictu video, mirabile monſtrum:* ut *horrendum* per parentheſim ponatur, ut libr. VIII. 564. *cui tres animas Feronia mater (Horrendum dictu) dederat.* Macrobius lib. III. cap. 10. *Horrendum dictu & viſu mirabile monſtrum*, quod ſi ſequimur, ne oratio hiulca ſit, corrigam, *Horrendum edictu, & viſu mirabile monſtrum.* HEINS. Vide lib. II. 680. *horrendum dictu* Pugetianus. *dictu & video* Wallian. *miſerabile* Venetus a manu prima.

27. Nam, quae. *Namque ut prima* Ed. Mediol. *cum quae* Sprotianus. *arbor* alter Rottend. Wall. Wittian. & Venetus. quod praetuli, ne tres ſyllabae in *s* exirent. BURM.

28. Liquuntur. *Linquuntur* agnoſcit Nonius verbo *linquere.* ut & II. Georg. 187. *hue ſummis linquuntur rupibus amnes.* & ſic Gudianus a manu ſecunda, & alii tres quatuorve ſequioris notae. HEINS. *Hinc* Francianus. & Editio Mediol. *liquuntur* eraſa litera *n* Regius. *linquuntur* Edd. Venet. & Med.

33. Ater et. *Alter* primus & ſecundus Moretanus, aliique duo: etiam Gudianus & Mentelianus alter a manu prima. quos cave audias; & tamen ea ſcri-

86 deſunt Dan. 87 Dan. Fabr. & Maſv. bis, ſemel ad Atro, & iterum *Tabo* haec exhibent. priora delevi. 88 deſunt Dan. in fine, pro dices, dicis L. Voſ. R. Steph. de Tabo & tabe, vide ad Lucan. IV. 321. & VI. 548. 89 deſunt eisdem. 90 unde & *victos* iidem. unde & qui incurvi ſunt per ſenectutem Dan. ubi deeſt, *vieti* dicuntur. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 ex terra in jure R. *jure*, id eſt more ſolito, quia Mars ſanguineus Deus belli.

Gradivumque patrem, Geticis qui praeſidet arvis,
Rite ſecundarent viſus, omenque levarent.
Tertia ſed poſtquam majore haſtilia niſu
Adgredior; genibuſque adverſae obluctor arenae;
(Eloquar, an ſileam?) gemitus lacrimabilis imo
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad auris:

Quid

SERVII.

35. GRADIVUMQUE PATREM. *Gradivum*, [93] [Θούριον Ἄρηα] id eſt, exſilientem in praelia: quod in [94] bellantibus ſit neceſſe eſt. [95] [Aut gravem deum patrem: aut ideo, quia apud Pontifices Mars *pater* dicitur. Alii *gradivum*, quod gradum inferant, qui pugnant; aut quod impigre gradiantur: [96] [aut ab haſtae concuſſione, quod Graece dicitur κραδαίνω. Alii *gradivum*, quia nunquam equeſter fuit,] [97] a *gradu* dictum, quod huc & illuc gradiatur; unde Martem communem dici. Nonnulli eundem Solem & Vulcanum dicunt; ſed Vulcanum generis eſſe omnis principem; Martem vero Romanae tantum ſtirpis auctorem. PATREM. Ideo, quia a Poëta pene omnibus diis nomen paternum additur, ut fiant venerabiliores.] GETICIS. Thraciis. *Getae* autem populi ſunt [98] Myſiae: quae, quia lata eſt, multas continet gentes.

36. RITE SECUNDARENT. Recte proſperos facerent. VISUS. Pro viſa poſuit [99] [tunc enim maſculino utimur genere, cum de his loquimur, quibus videmus: ut ſi dicas, *Nubecula obeſt viſibus meis.* Si autem neutro utamur, ea quae videntur ſignificamus; ut ſi hoc loco diceret: *Rite ſecundarent viſa:* quod propter metrum [1] nequaquam potuit.] Similia ſunt, *nuntius* & *nuntium*; *auditus* & *auditum*. OMENQUE LEVARENT. Bonum ac leve facerent, [2] [id eſt, in bonum converterent.]

38. OBLUCTOR. Acrius nitentem oſtendit.

39. ELOQUAR, AN SILEAM? Parentheſis eſt, ad miraculum poſita: [3] [qua magnitudinem monſtri oſtendit: & bene auditorem adtentum vult facere.] GEMITUS LACHRYMABILIS. Poteſt enim eſſe iraſcentis. [4] [Et *lachrymabilis*, cum lacrymis: an dignus lacrymis.]

40. [5] [IMO AUDITUR TUMULO. Ex imo tumulo: ut longe vox, cum quodam defectu ſonans, auditu ipſo miſerabilior videretur. AUDITUR. Vetus codex habet, *auditus*.] VOX REDDITA. Pro data: redditur enim quidquid ad nos per alterum tranſit: quanquam hic etiam hoc poſſit intelligi: nam ad eum vox miſſa per tumulum eſt. [6] [Uti etiam epiſtola reddita dicitur, quae per nuntium a mittente ad nos accipitur.]

VARIORUM.

ſcriptura editiones nonnullas temere occupavit. HEINS. Ita & Wallian. Reg. & Parrhaſ. a manu correctrice. *alterque alterius* Zulichemius. *rurſus & alterius* prior Hamburgenſis a manu prima. *alter &* a ſecunda. ita *ater* & *alter* confunduntur. apud Liv. XXII. x. §. 6.

35. GRADIVUMQUE. *Grandaevamque* ſecundus Moreti & alter Hamburgicus. *Gradivomque* Gudianus a manu prima. *praeſidet armis* idem Hamb. *oris* Menagii prior. vulgata exhibetur a Lutatio ad Stat. III. Theb. 221. BURM.

36. SECUNDARENT. *Secundaret* & *levaret* Wittian. *lavarent* Mentel. a m. pr.

37. TERTIA. *Tertio* legit Chariſius, teſte Giphanio Indic. Lucr. in *adverbiis:* ut *poſtremo* apud Juvenalem Sat. XI. 91. quod eſt in pleriſque ſcriptis,

Poſtremo ſeveros
Cenſoris mores etiam collega timeret.

ſic & alii *ſero* corripuerunt. ſed Noſter lib. IV. Georg.

93 deſunt Dan. 94 bellatoribus ſic. Fab. bellatoribus ſit, neceſſe, vel quod gradum inferant, uſque ad *Alii gradivum* Baſil. reliqua deſunt ad *Patrem.* 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad GETICIS 96 deſunt Dan. 97 alii a gratitudine, quod Dan. in fine vero poſt *auctore* habet, alii Gradivum, quia numquam equeſter fuit, aut a gradu. 98 Maeſiae Dan. 99 deſunt Voſ. 1 non potuit, omiſſis ſequentibus Dan. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 deſunt iiſdem. 4 deſunt iiſdem. 5 deſunt iiſdem. 6 deſunt iiſdem & Dan. ubi etiam Fabr. al.

Quid miſerum, Aenea, laceras? jam parce ſepulto:
Parce pias ſcelerare manus. Non me tibi Troja
Externum tulit: aut cruor hic de ſtipite manat.
Heu! fuge crudelis terras, fuge litus avarum.
Nam Polydorus ego. Hîc confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & jaculis increvit acutis.

Tum

SERVII.

41. LACERAS. Per membra [7] disjicis: nam *lacerare*, eſt ſaepius vulnerare, [8] [ut VI. 495. *Lacerum crudeliter ora Deiphobum vidi.*]

42. [9] [PARCE. Id eſt, parce tibi: vel ſepulto parce, cui vivo nemo pepercit.] SEPULTO. Modo [10] [mortuo, vel] jacenti, ſignificat [11] [ut IX. 189. *Somno vinoque ſepulti.* Item IV. 424. *Occupat Aeneas aditum, cuſtode ſepulto:* nam *ſepultus*, eſt quaſi ſine pulſu:] non enim hunc ſepultum poſſumus dicere, [12] cujus ſepultura non ſit in hoc rite perfecta; ſed fortuita ſit obrutus terra. PIAS. Bene etiam ille, qui laeditur, excuſat Aeneam, quod pietatis grande teſtimonium eſt. [13] [*Pias* autem, propter Penates de excidio liberatos: aut quia ſacrificabat.] SCELERARE. Polluere: [14] [& eſt ſermo Plautinus, quo hodie non utimur;] [15] [nomen tamen fecit ſine verbi origine: non enim dicitur *ſcelero*.]

43. EXTERNUM TULIT. Ordo eſt: Troja me tibi tulit: & bene *tulit*, hoc eſt; educavit. *Non externum tibi:* nam & civis Aeneae fuerat, & cognatus. [16] [Et cito ſe & Trojanum eſſe, & affinem oſtendit. HAUD CRUOR HIC DE STIPITE MANAT. Mire, quaſi oſtendens cruorem ſuum. DE STIPITE. De ligno ait: nam *ſtipes*, vere eſt lignum ſectum, ſiccum.]

44. CRUDELES TERRAS. Id eſt, crudelium & avarorum: [17] [ex moribus enim cultorum terrae laudantur vel vituperantur, ut VI. 638. *Devenere locos laetos.*]

45. POLYDORUS EGO. Sive *ego* diſtinguas: ſive EGO HIC, ſubaudias *ſum*, neceſſe eſt. [18] [Et quaſi δεικτικῶς, id eſt, Polydorus ſum, non ſtipes.

46. TELORUM SEGES. Multitudo. Plautus Aulularia I. I. 6. *Stimulorum ſeges.* Sane putatur non veriſimile jaculis conjectis puerum occiſum: nam repugnat cum illo 55. *Polydorum obtruncat:* nam emiſiſſe radices jacula mirum eſt; niſi monſtruoſum ſit.] INCREVIT. Reviruit. Traxit autem hoc de hiſtoria Romana: nam Romulus, [19] captato augurio, haſtam de Aventino monte in Palatinum jecit: quae fixa fronduit, [20] [& arborem fecit. Vituperabile enim eſt, poëtam aliquid fingere, quod penitus a veritate diſcedat. [21] Denique objicitur Virgilio de mutatione navium in Nymphas: & quod dicit per aureum ramum ad inferos eſſe deſcenſum: tertium, [22] cur Iris Didoni comam ſecuerit. Sed hoc purgatur Eurypidis exemplo, qui de [23] Alceſte hoc dixit, cum ſubiret fatum mariti.]

VARIORUM.

Georg. 122. maluit dixiſſe, *fera comantem Narciſſum.* & III. Georg. 500. *crebra ferit.* etſi illis etiam locis *fero* & *crebro* codices nonnulli. deinde, *niſu* codices noſtri, non *nixu*. HEINS. *Majori* Leidenſis. *niſu* Edd. primae.

38. OBLUCTOR. Hoc Graecos vocare *ἀντιβαίνειν*, docet Cl. *Hemſterh. ad Lucian. Dial.* p. 60. *averſae* alter Rottend. *alloquar* Venetus.

40. ET VOX. *Et* deeſt Menagio priori. *ad auras* Wall. Wittian. prior Hamburgicus pro diverſa lectione. ut & Zulichem. ita & inf. 93. & ſaepe alibi.

43. EXTERNUM. *Externum* agnoſcit Donatus ad Terentii Andr. I. IV. 3. & Lutatius ad Statii I. Theb.

7 diſſicis L. Voſ. R. diſcicis Dan. deſcindis Commel. 8 deſunt Dan. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. 10 deſunt iiſdem. 11 deſunt Dan. 12 eum L. Voſ. R. Steph. al. 13 deſunt iiſdem. 14 deſunt Dan. in Theſauro Fabri dicitur in Ed. Veneta A. 1534. legi *ſcelerare*, polluere; Plautinus ſermo, hodie non in uſu, reliquis omiſſis. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 16 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 44. 17 deſunt iiſdem. 18 deſunt iiſdem uſque ad *increvit* ℣. 46. 19 capto Dan. 20 deſunt Dan. ad ℣. 47. 21 ideoque Steph. diſſ. de Criticis p. 38. 22 quod Iris Fabr. 23 Alciſte L. Steph. Alciſti Voſ. R. lege, Alceſti.

Tum vero ancipiti mentem formidine preſſus
Obſtupui, ſteteruntque comae, & vox faucibus haeſit.
Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threïcio regi; quum jam diffideret armis
Dardaniae, cingique urbem obſidione videret.

Ille,

SERVII.

47. [24] [TUM VERO. Adfirmative. ANCIPITI. Duplici, quod & ſanguinem [25] viderat, vel *ancipiti formidine*; una, quod ſepulchrum laeſerat; altera, quod metuere coeperat [26] laeſum ipſum.

49. HUNC POLYDORUM. Licet de *Polydoro* ſuperius ſit relatum; tamen propter varietatem rei neceſſe eſt repeti. Priamus, cum videret longa obſidione res ſuas in ultimo conſtitutas, filium parvulum, Polydorum, [27] Polymneſtori, regi Thraciae, genero ſuo per Ilionem filiam, cum magno auri pondere nutriendum commendavit; qui, victa Troja, auri cupiditate impulſus, Polydorum obrutum telis occidit.]

50. INFELIX. Aut qui jam *infelix* eſſe coeperat: aut cui etiam proviſa nocuerunt: [28] [aut *infelix*, quia ſuperſtes liberis fuit: aut quia illi perfidia non ab hoſtibus tantum eſt.] MANDARAT. [29] Aphaereſis eſt, ſive *commendarat* dixeris ſive *amandarat*: [Et *mandarat* eſt amoris; *amandarat* vero odii eſt: & *amandare*, eſt ſub ſpecie legationis aliquem relegare. FURTIM. Ne Graeci ſcirent.]

51. THREICIO REGI. [30] Auxit ex provincia crudelitatem, ex qua fuerunt, Diomedes, [31] [qui equos habebat, qui humanis carnibus veſcebantur:] [32] Lycurgus, [33] [ob injuriam Liberi patris punitus:] Tereus, [34] [qui Philomelae, ſorori uxoris, poſt inlatum ſtuprum linguam abſcidit.] *Threïcio* autem pro [35] *Thracio*, ut ſupra pro *Thracia*, *Threïſſa*: nam ſolutio eſt Ionicae linguae. Cum enim ſit Θρᾷξ, Iones dicunt [36] Θρήϊξ, cujus ſolutio facit *Threïcius*, vel *Threïſſa*.

52. CINGIQUE URBEM OBSIDIONE VIDERET. Inter ipſa principia obſidionis: nam poſtea jam minime poterat.

VARIORUM.

Theb. 439. *extremum* Wittian. *externum dedit* Wallian. BURM.

Ibid. HAUD. *Aut* cum vetuſtioribus codicibus, & Priſciano lib. XVIII. qui *aut* pro *neque* poni obſervat. nec aliter duobus locis prae ſe fert Marius Plotius libello de metris. par mendum quoque lib. II. 778. amovimus. ſollemnis in Marone error. ſic infra hoc libr. ỳ. 162. turbant libri veteres, *Aut Crete juſſit conſidere Apollo*. & lib. X. 529.

—— *Non hic victoria Grajum*
Vertitur, aut anima una dabit diſcrimina tanta.

ita probe optimus Mediceus. in nonnullis tamen exemplaribus minus vetuſtis, addita adſpiratione, *Haut cruor hic*. HEINS. Ita & Francianus. Wall. Leid. unus. *haud* Regius. Wittian. Edd. Ald. & aliae nonnullae. vid. ſupr. lib. II. 779. & Oudend. ad Lucan. II. 362. & ita fere ſemper variatur.

44. AVARUM. *Amarum* ſecundus Hamburgenſis. quod quidem aliquis tueri poſſet, ſed quia propter aurum occiſus eſt Polydorus, praeſtat ſervare vulgatum, & alteram lectionem adſcribere ſolitae aberrationi librariorum, qui has voces ſaepe confuderunt. vid. ad Ovid. IV. Triſt. X. 51. BURM.

46. INCREVIT. *Implevit* primus Rottendorphius & Sprotianus. HEINS.

47. TUM. *Nunc* alter Hamburgicus.

48. STETERUNTQUE. *Steterantque* Wallian. Hamb. pr. & Zulichem. *ſtetereque* Francianus, ut lib. II. 774. *comae*, *vox* Dorvill.

49. MAGNO. *Magno c. p. vaſto* Parrhaſ.

50. MANDARAT. *Commiſit* Excerpta noſtra. ex interpretatione: nam *mandare* pro commendare poni docet Barth. ad Stat. IV. Theb. 624.

51. THREICIO. *Traicio* Parrh. *Thraicio* Dorvill.

52. OB-

24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 50. 25 videret Fabr. 26 I. . . . * ipſum Dan. *Letum ipſum* Ger. Voſſ. 27 Polumneſtori Dan. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 29 aphaereſis eſt, aut commendarat, aut amanderat Baſil. aut emendarat R. reliqua deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 30 hauſit Steph. auſit Voſ. 31 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 32 Ligurgus L. Voſ. A. Lygurgus R. 33 deſunt iisdem. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 35 Traicio Voſ. R. 36 Θρῄξ. L. Voſ. R.

Ille, ut opes fractae Teucrûm, & Fortuna receſſit,
Res Agamemnonias victriciaque arma ſecutus,
Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames? Poſtquam pavor oſſa reliquit,
Delectos populi ad proceres, primumque parentem
Monſtra Deûm refero, &, quae ſit ſententia, poſco.

60 O-

SERVII.

53. [37] [ILLE UT OPES FRACTAE ET FORTUNA. Bene utrumque innexuit: ſaepe enim alterum ſine altero valet: aut opes, aut fortuna. ILLE UT. Vel poſtquam, vel tantum quod: vel deeſt ſtatim; ut ſit: ille, ſtatim ut.] FORTUNA. Melior ſcilicet.

54. RES AGAMEMNONIAS. Hoc eſt, imperium, [38] [vel partes Agamemnonis.] VICTRICIA. Omnia nomina a verbo venientia, cum in OR exeunt, maſculina ſunt, ut *victor*: cum in TRIX, foeminina ſunt, ut *victrix*: neutra vero non faciunt, niſi tantum ex numero plurali: unde eſt, *victricia* [39] *arma*.

55. FAS OMNE. Et cognationis, & juris hoſpitii. OBTRUNCAT. Occidit, intellige: nam *obtruncare*, proprie eſt, [40] capite caedere.

56. [41] [VI. Violentia.] POTITUR. Hoc verbum de his eſt, quae permiſcent conjugationes: cum enim ſit tertiae conjugationis, infinitum tamen modum a quarta facit, ut *potiri*: [42] [unde plerique decipiuntur, ut *potiris* dicant. Similiter *fio*, pro *fiere*, *fieri* facit, permixta conjugatione.] [43] [QUID NON MORTALIA PECTORA COGIS. Ad quod flagitium homines non compellis, deteſtandi auri cupiditas?]

57. AURI SACRA FAMES. *Sacra*, execrabilis, [44] [ut VI. 574. *Sacrae panduntur portae*.] [45] [Alii *ſacra* devota accipiunt: unde & *ver ſacrum*. Alii *ſacrum*, pro ſceleſtum, vel ſacrilegum.] Tractus eſt autem ſermo ex more Gallorum: nam Maſſilienſes quotiens peſtilentia laborabant, unus ſe ex pauperibus offerebat, alendus anno integro publicis & purioribus cibis. Hic poſtea, ornatus verbenis & veſtibus ſacris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipſum [46] reciderent mala totius civitatis, & ſic, [47] praecipitabatur. Hoc autem in Petronio cap. ultimo lectum eſt. Sane ſciendum latenter Aeneam hoc agere, ut Trojanos Didoni ex infoelicitatis ſimilitudine commendet: nam & ejus marito [48] frater, auri cauſſa, intulit necem.

58. [49] [PROCERES. Qui proceſſerunt ante alios. PRIMUMQUE PARENTEM. Bene *primum*, id eſt, ante proceres.

59. MONSTRA DEUM. Quae oſtenderant: & modo mala: nam medium eſt, quia interdum dicuntur & bona.]

VARIORUM.

52. OBSIDIONE. *Inſidione* alter Hamburgicus.

53. ET FORTUNA. Copula deeſt Montalbanio. *Teucrum fractae, fortunaque receſſit* Dorvill.

55. ABRUMPIT. *Abrupit* Dorvillian. Leidenſis unus, Montalbanius, Zulichemius, & Regius. *obrumpit* tertius Mentelius, Leidenſis & Voſſian.

56. PECTORA. *Corpora* Wallian. & *caeca fames*. Servius explicat *quid* cogis, ad quod flagitium. ſed illa praepoſitio eleganter omittitur, ut ſit duplex accuſativus. vid. Gronov. & Drakenb. ad Liv. IV. 26. & adde quae notavi ad Quinctil. de Inſt. Orat. XII. pag. 966. & Decl. CCCV. p. 591. ubi pro, *id coëgiſti*, Francius malebat *ad id*: quo nihil opus. Vellej. Paterc. II. 81. *quod cogere ſe putat poſſe, rogare non ſuſtinet*. vid. ad Lucan. VI. 498. *cogere* tamen *ad*, vel *in aliquod* dici non negamus.

37 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 38 deſunt iisdem. 39 deeſt L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 40 capita Steph. 41 deſunt Daniel. 42 deſunt Dan. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 44 deſunt Dan. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 46 recederent W. 47 necabatur W. projiciebatur L. Voſ. R. Dan. Fabr. al. Cl. Ryckius *praecipitabatur* probat, quia eo verbo Petronius ſaepe utitur, ut bis cap. CII. *projiciebatur* vel *porriciebatur* Ger. Voſ. 48 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. 49 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 60.

Omnibus idem animus ſcelerata excedere terra;
Linqui pollutum hoſpitium, & dare claſſibus auſtros.
Ergo inſtauramus Polydoro funus, & ingens
Adgeritur tumulo tellus: ſtant manibus arae,

Cae-

SERVII.

60. OMNIBUS IDEM ANIMUS. *Idem*, plus eſt quam ſi diceret *ſimilis* [50] [Eſt autem unus animus, aut idem conſilium. Et hoc juxta diſciplinam auguralem dixit, quae appellatur *conſenſio*; ſicut in libro ſecundo dictum eſt.] SCELERATA TERRA. Pro ſceleratorum, ut ſupra II. 765. *Captiva veſtis.*

61. CLASSIBUS AUSTROS. Hypallage eſt: [51] [nam claſſes auſtris damus.]

62. INSTAURAMUS FUNUS. Modo ſepulchrum, quod virgulta [52] evellendo diruerat: nam proprie *funus*, eſt incenſum cadaver.

63. [53] [AGGERITUR TUMULO TELLUS. Ut oſtenderet verum tumulum; ne forte aliquis alius [54] illud errore violaret.] STANT. Poſitae ſunt. [Multa autem, ut ſupra I. 646. diximus, hic ſermo ſignificat.] MANIBUS. *Manes*, ſunt [55] animae illo tempore, quo, de aliis recedentes corporibus, necdum in alia tranſierunt. Sunt autem noxiae, & dicuntur [56] κατ' ἀντίφρασιν: nam *manum*, [57] [ut ſupra I. 139. diximus,] bonum eſt: unde & *mane* dictum eſt. Similiter etiam *Eumenidas* dicimus, [58] [ἀπὸ τῆς εὐμενείας, id eſt, benevolentia,] ut *Parcas*, *bellum*, [59] *lucum*. Alii *Manes* [60] a *manando* dictos intelligunt: nam Manibus plena ſunt loca inter lunarem & terrenum circulum, unde & defluunt. Quidam *Manes*, deos infernos tradunt: [61] [eoſque inter numina laeva numerant, placarique putant ſacrificiis, ne noceant.] Quidam alios *Manes*, alios deos infernos dicunt: plurimi deos *coeleſtes* ut vivorum, ita *Manes* mortuorum tradiderunt. [62] [Alii putant, hoc nomine appellatas fuiſſe animas ſeparatas a corpore: unde videmus vetuſta ſepulcrorum monumenta DIIS MANIBUS eſſe inſcripta. In qua etiam ſententia videtur eſſe Apulejus de Daemonio Socratis: *Manes*, inquit, *animae dicuntur melioris meriti, quae in corpore noſtro Genii dicuntur: corpori renunciantes, Lemures: cum domos incurſionibus infeſtarent, Larvae appellabantur; contra, ſi aequi & faventes eſſent, Lares familiares.* Sunt etiam, qui putent *Manes* eoſdem eſſe, quos vetuſtas *Genios* appellavit: duoſque *Manes* corporibus ab ipſa ſtatim conceptione aſſignatos fuiſſe, qui ne mortua quidem corpora deſerant, conſumptiſque etiam corporibus ſepulcra inhabitent. Cicero II. De Legibus 10: *Deorum* Manium *jura ſancta ſunto.* Atque eandem ob cauſſam Manes pro oſſibus ipſis & ſepulcris ponuntur. Perſius Sat. I. 38. *Nunc non e Manibus illis Naſcuntur violae.* Idem Sat. V. 151. *Indulge genio: carpamus dulcia: noſtrum eſt, Quod vivis: cinis, & Manes, & fabula fies.* Quandoque *Manes* dicuntur poena, ut in VI. 743. *Quiſque ſuos patimur Manes.*] Alii *Manes* [63] nocturnos dicunt eſſe ejus ſpatii, quod inter coelum terramque eſt: & ideo humoris, qui noctu cadit, poteſtatem habere: unde *mane* quoque ab iiſdem *Manibus* dictum.

VARIORUM.

gamus. vid. Liv. XXXVI. 4. & 39. & Jac. Gronov. ad Liv. XXXV. 19. BURM.

57. RELIQUIT. *Relinquis* Venetus, tertius Mentelius a manu prima.

58. AD PROCERES. *Populi & proceres* Menagius prior. *dilectos* alter Hamburgicus.

59. ET, QUAE. *Et* deeſt Menagiano priori.

61. LINQUERE. *Linqui* in codicibus noſtris magno conſenſu, ſi Moretanum tertium, Venetum & Hamburgenſem priorem excipimus. Quod miror a Pierio non fuiſſe monitum. Donatus tamen ad Andriae Terentianae prologum *linquere* agnoſcit. ſed vide ſimiles loquendi modos a nobis collectos ad Eclog. VI. 85. HEINS. *Linqui* etiam Francianus, Regius. Witt. Zulich. Wallian. Dorvill. a m. ſec. & Ald. & Junt. *liqui* Zulich. *linquere* infr. ȳ. 289. parum referre putem. ut & lib. V. 773. *caedere* vel *caedi jubet.* vid. ad Lucan. X. 347. *polluto*

tertius

50 deſunt iisdem. 51 deſunt iisdem. 52 vellendo L. Voſ. R. Steph. Dan. al. diluerat Voſſ. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. 54 aliud Dan. cui deinde *multa autem* &c. deſunt. 55 deeſt Voſ. quod de, idem, & Baſil. 56 per antiphraſin Steph. 57 deſunt Dan. Fabr. 58 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 59 vid. I. Aen 446. de luco, de Parcis I. Georg. 278. ubi κατ' εὐφημισμὸν ducit dictas. 60 a manendo Voſ. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Atraque* ȳ. 64. Dan. vero ad *Quidam alios.* 62 deſunt Dan. ad *Alii manes.* 63 nocturnas Dan.

Caeruleis maeſtae vittis atraque cupreſſo;
Et circum Iliades crinem de more ſolutae.
Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,

San-

SERVII.

64. CAERULEIS VITTIS. Cato ait, depoſita veſte purpurea, foeminas uſas caerulea, cum lugerent. Veteres ſane *caeruleum*, *nigrum* accipiebant. *Vittae* autem *caeruleae* in acerbo funere, praecipue filiorum familias, adhiberi ſolebant, ſicut hic: nam Polydori funus, utpote adhuc pueri, acerbum eſt: & quia ejus aetatis erat, ut filius familias adhuc eſſe potuiſſet. MOESTAE ARAE. Cicero pro Murena in fine *Imaginem lugentem.*] ATRAQUE CUPRESSO. Nigra, funeſta: nam inferis conſecrata eſt: quia caeſa nunquam revireſcit. [64] [Dicitur autem *Cypariſſus* per ſynaereſin *Cypreſſus*, deinde converſione *y* in *u*, *Cupreſſus*. Eſt autem arbor procera, caudice oblongo & recto, fronde indecidua, odore vehementi. Duo ejus ſunt genera: nam quae ſterilis eſt, foemina dicitur, ad metae formam in faſtigio convoluta: unde & κωνοειδὴς peculiari epitheto appellatur. Contra mas latius ſpargit ramos, conoſque profert nuci pineae non abſimiles, licet minores: mira inter arbores foecunditate: quippe quae trifera eſt, fructuſque habet, & Januario, & Majo, & Septembri maturos; nulli tamen rei utiles, & imo potius noxios, quemadmodum & ipſa arbor, cujus etiam umbra noxia creditur. Dicta autem eſt *Cypariſſus*, ut Didymo placet, ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους, hoc eſt, ab aequaliter pariendo; quod aequaliter & ramos pariat, & fructus. Fructus ejus a figura, *Coni* appellantur: unde ipſa arbor perpetuo epitheto *Conifera* appellatur, ut inf. 680. *Aëriae quercus, aut coniferae Cypariſſi.* Fabula autem de Cupreſſo talis eſt: Cum haberet in deliciis Cypariſſus puer cervum, & [65] ipſe ab Apolline diligeretur, imprudens cervum ſuum jaculo occidit, eumque dum luget, neglecta conſolatione Apollinis, dolore conſumptus eſt cujus ut exſtaret memoria, in luctuoſam arborem, id eſt, cupreſſum, mutatus eſt, quae defunctis adhibetur.] Moris autem Romani fuerat, ramum cupreſſi ante domum funeſtam poni, ne quiſquam Pontifex per ignorantiam pollueretur ingreſſus. Hinc Horatius II. Od. 14. *Nec* [66] *te praeter inviſam cupreſſum ulla brevem dominum ſequetur.* ATRA autem, quod atratos lares ſignificet.

65. CRINEM DE MORE. Aut de more gentis, ut etiam in Aegypto eſt: aut [67] certe de more plangentium.

66. [68] [INFERIMUS. Inferias damus, proprie.] TEPIDO LACTE. [69] Statim mulcto. CYMBIA. Pocula in modum cymbae facta.

VARIORUM.

tertius Rottendorphius a manu prima. *auſtrum* prior Hamburgicus. Pierius in ora codicis ex Romano, *linquere* notaverat. BURM.

62. POLYDORO. *Polydori* ſecundus Rottendorphius & Moreti ſecundus. mox *cumulo* alter Hamburgicus, & prior pro varia lectione. *tellus tumulo* Sprotianus.

64. CAERULEIS. Nigris interpretatur Servius, ut poſt Huet. ad Manil. I. 701. & Noriſ. ad Cenotaph. Piſan. Diſſ. III. cap. 5. jam notavimus ad Valer. Flac. III. 400. & jam ante Carrion ad lib. I. 82. ſic in Ciri 215. *caeruleas umbras* dixit, ut & Stat. II. 528. & ita alii. BURM.

Ibid. MAESTAE. *Nexae* Voſſian. vid. ad Val. Flac. II. 466. *moeſtae* an *maeſtae* ſit ſcribendum. vid. Noriſ. ad Cenot. Piſan. Diſſ. IV. cap. VI. IDEM.

Ibid. CUPRESSO. *Cupreſſu* Mentelius primus. & prior Hamburgicus a manu ſecunda. & ita Francianus. *Cupreſſo* Commentator Crucquianus ad Horatii II. Od. 14. BURM.

65. ET CIRCUM. *At* prior Hamburgicus. *Iliadas* Voſſian. Graeciſmus vero hic *crinem ſolutae* reddendum puto Senecae in Medea ℣. 13. *Ultrices Deae crinem ſolutae ſqualidum ſerpentibus*, ut vidi in Mſ. Trajectino. rectius vero *crinis* ſerpentibus *ſqualeas datur*, ut *ſqualentia ora Medeae* Ovid. IV. Met. 655. Ovid. IV. Faſt. 854. etiam, *Maeſtas Acca ſoluta comas*: & ita *effuſae comas* XIII. Met. 688. Noſter. XI. 35.

Et maeſtum Iliades crinem de more ſolutae.

& ita alii ſaepe. BURM.

66. TEPIDO. *Trepido* alter Hamburgicus. & Excerpta

64 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. uſque ad *Moris*. Dan. ad *Fabula*. 65 ipſe Apolline dil. Fabr. pro Apollini, puto. 66 deeſt Steph. al. 67 certe more L. Voſ. R. Baſil. aut certe more praeliantium Steph. 68 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 69 ſtatim ut mulcto Voſ.

Sanguinis & ſacri pateras: animamque ſepulcro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.
Inde, ubi prima fides pelago, placataque venti

Dant

SERVII.

67. SANGUINIS SACRI. De victimis ſumpti. [70] [Ideo autem *lactis* & *ſanguinis* mentio facta eſt: quia adfirmantur animae *lacte* & *ſanguine* delectari. Varro quoque dicit mulieres in exſequiis & luctu ideo ſolitas ora lacerare, ut ſanguine oſtenſo inferis ſatisfaciant: quare etiam inſtitutum eſt, ut apud ſepulchra & victimae caedantur. [71] Apud veteres, etiam homines interficiebantur; ſed mortuo Junio Bruto, cum multae gentes ad ejus funus captivos miſiſſent; nepos illius eos, qui miſſi erant, inter ſe compoſuit, & ſic pugnaverunt: & quod muneri miſſi erant, inde *munus* appellatum. Sed quoniam ſumptuoſum erat & crudele, victimas vel homines interficere; ſanguinei coloris coepta eſt veſtis mortuis injici, ut & ipſe teſtatur VI. Aeneid. 221. *Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota.* & V. Aeneid. 79. *Purpureoſque jacit flores.* Alii ſanguinis inferendi ad [72] adeſcendas defunctorum animas illa ratione conſuetudinem tradunt, ut quod amiſerunt videantur accipere. Sanguis enim velut animae poſſeſſio eſt, unde [73] exſangues mortui dicuntur. Nam & Homerus in Necromantia non prius facit loqui animas, niſi ſanguine guſtato. Alii *lac* & *ſanguinem* ab hoc accipiunt, quod una res nutrit, alia nutriatur.]

68. ANIMAMQUE SEPULCHRO CONDIMUS. Bene animam lacte & ſanguine ad tumulum dicit elicitam: lacte namque corpus nutritur poſt animae conjunctionem: & anima ſine ſanguine nunquam eſt, quo effuſo recedit. Legimus praeterea in ſexto, inſepultorum animas vagas eſſe: [74] & hunc conſtat non legitime ſepultum fuiſſe. Rite ergo reddita legitima ſepultura, redit anima ad quietem ſepulchri, quam [75] Stoici terris condi, id eſt, medium ſecuti, tam diu [76] durare dicunt, quam diu durat & corpus: unde Aegyptii, periti [77] ſapientia, condita [78] diutius reſervant cadavera; ſcilicet ut anima multo tempore perduret, & corpori ſit obnoxia, nec cito [79] ad alios tranſeat. Romani contra faciebant, comburentes cadavera, ut ſtatim anima in generalitatem, id eſt, in ſuam naturam rediret. Dicit ergo nunc ſacrificiis quibuſdam elicitam animam, & ſepulchro conditam, obnoxiamque factam corpori: quod ante horrebat, quaſi per vim extorta. Ideo autem Stoicos medium ſequi diximus: quia Plato perpetuam dicit animam, & ad diverſa corpora tranſitum facere ſtatim, pro meritis vitae prioris. Pythagoras vero, non *μετεμψύχωσιν*, ſed *παλιγγενεσίαν* eſſe dicit, hoc eſt redire, ſed poſt tempus. SUPREMUM. Non eſt nomen, ſed adverbium, ut VII. 399. *Torvum clamat.* CIEMUS autem, [80] eſt hoc loco quod dicimus more ſolenni, [id eſt, tertio:] VALE. NOS TE, ORDINE QUO NATURA PERMISERIT, CUNCTI SEQUEMUR. [81] [Quidam dicunt eorum mortuorum nomina ter vocari, qui in aliena terra dimittuntur, ut in VI. 506. *Et magna manes ter voce vocavi.*]

69. FIDES PELAGO. [82] [Hoc eſt, ubi fidem pelago habere coepimus, nos tuto navigaturos:] quia alibi ait V. 851. *Toties coeli deceptus fraude ſereni.*

VARIORUM.

cerpta noſtra a manu prima. *fumantia* Oudarti. *Kymbia* Parrhaſ. mox, *ſacras pateras* eadem Excerpta a manu ſecunda.

67. ANIMAMQUE. Anima ſepeliri nequit, ſed Poëtae ita ſaepe loqui ſolent, ubi corpus, vel hominem condimus. ſic lib. XI. 24. *egregias animas* dicit, quae paullo ante *corpora*. Lucan. I. 447. *fortes animas belloque peremtas* dixit. & III. 751.

Feſtinantem animam morti non credidit uni.

& ita *ψυχὴν* de homine dici in ſacris literis, ſaepe

jam

70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 68. 71 hic aliquid deeſſe ſuſpicabatur Barthius ad Stat. V. Theb. 315. 72 ſatisfaciendas, vel ad aſſiſtentes Barth. d. l. Ger. Voſ. ad adoleſcendas. an ad ineſcandas, vel eliciendas. ut ℣. ſeq. animam elicitam dixit, & ſacrificiis elicitam animam. alii *adeſcandas.* BURM. 73 exſanguines Dan. 74 & hinc Dan. 75 Stoici herciſcundi, id eſt medium ſecuti L. Fab. Stoici ſecundum id medium ſecuti L. Stoici, id eſt ſecundum med. ſecuti R. Stoici medium ſequentes. Cl. Rykius in margine, conjecerat, Stoici ἡμισεύοντες, quod Latinis literis ſcriptum erat, *Hemiſeuontes.* 76 durari Commel. 77 ſapientiae Dan. Fabr. al. vid. ad Sueton. Claud. XLII. 78 deeſt L. 79 ad alias L. ad alia Steph. Dan. Fabr. al. 80 hoc loco eſt, dicimus more ſollemni vale &c. omiſſis, (id eſt tertio) Voſ. R. & Steph. al. L. niſi quod, more ſolito. in Steph. Fabr. aliis deeſt *eſt.* 81 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 82 deſunt iiſdem: contra Dan. deſunt, *quia alibi* &c. *coeli* deeſt L. Voſ. R. Steph. al.

Dant maria, & lenis crepitans vocat auſter in altum,
Deducunt ſocii navis, & litora conplent.
Provehimur portu: terraeque urbeſque recedunt.
Sacra mari colitur medio gratiſſima tellus

Ne-

SERVII.

70. Lenis crepitans auster. Duo epitheta poſuit, vitioſe, ut diximus ſupra II. 392. Fecit autem hoc [83] prope in decem verſibus. Auster autem, quivis ventus: [84] [nam ad Thraciam Aquilone navigatur. *Lenis* autem ideo, quia ſuperius ait 8. *Vix prima inceperat aeſtas*: & lenes venti per aeſtatem ſunt.

71. Deducunt. Proprie, ut e contrario *ſubducunt*.]

72. Terraeque urbesque recedunt. Phyſicam rem dixit: ita enim navigantibus videtur, quaſi ab his terra diſcedat. [85] [Item aliter: Juno, cum vidiſſet Latonam a Jove adamatam, juravit eam non parituram in terris: Juppiter mutavit eam in coturnicem, quae Graece ὄρτυξ adpellatur, & monſtravit ut veniret Delon, quae illis temporibus circa omnia litora ferebatur ventis. [86] Poſt partum vero Latonae, [87] quo Dianam & Apollinem peperit, Ortygia dicta eſt, quae ante Delos nominabatur: & poſtea Delos, cum eam Apollo revinxiſſet Gyaro & [88] Mycone, altiſſimis montibus.]

73. Sacra mari colitur medio. Ordo eſt: In mari medio Aegaeo colitur tellus ſacra Neptuno, & Nereidum matri, id eſt, Doridi gratiſſima. Fabula autem talis eſt: Poſt vitiatam Latonam, Jupiter cum etiam ejus ſororem [89] Aſterien vitiare vellet; illa optavit a diis, ut in avem [90] converteretur; verſaque in coturnicem eſt. Et cum vellet [91] mare transfretare, quod eſt coturnicum: adflata a Jove, & in lapidem converſa, diu ſub fluctibus latuit. Poſtea ſupplicante Jovi Latona, [92] levata ſuperferri aquis coepit. Haec primo Neptuno & Doridi fuit conſecrata. Poſtea, cum Juno gravidam, [93] Pythone immiſſo, Latonam [94] perſequeretur, terris omnibus expulſa [95] Latona, tandem [96] aliquando [97] applicando ſe littoribus a ſorore ſuſcepta eſt: & illic Dianam primo, poſt Apollinem peperit: qui ſtatim occiſo Pythone, ultus eſt matris injuriam. Sane nata Diana, parturienti Apollinem matri dicitur praebuiſſe obſtetricis officium. Unde cum Diana ſit virgo, tamen a parturientibus invocatur: haec namque eſt Diana, Juno, Proſerpina. Nata igitur duo numina terram ſibi [98] natalem errare non paſſa ſunt; ſed eam duabus inſulis religaverunt. Veritas vero longe alia eſt: nam haec inſula cum terrae motu [99] laboraret, qui fit ſub terris [1] latentibus ventis, ſicut Lucanus III. 460. *Quaerentem erumpere ventum Credidit*, [2] oraculo Apollinis, terrae motu caruit: nam praecepit, ne illic mortuus ſepeliretur, [3] [ut in Vulcano:] & juſſit quaedam ſacrificia fieri: poſtea e [4] Mycone Gyaroque, vicinis inſulis, populi venerunt, qui eam [5] tenerent; quod etiam Virgilius latenter oſtendit. Quod autem diximus Dianam primo natam, rationis eſt: nam conſtat primo noctem fuiſſe: cujus inſtrumentum eſt Luna, id eſt, Diana: poſt, diem, quem Sol efficit, qui eſt Apollo. Ut autem Delos primo Ortygia diceretur, factum eſt a Coturnice, [6] quae Graece ὄρτυξ vocatur; Delos autem, quia diu latuit, & poſt apparuit: nam δῆλον, Graeci, manifeſtum dicunt. Vel quod verius eſt: [7] quia, cum ubique Apollinis reſponſa obſcura ſint, manifeſta illic dantur oracula. [8] Delos autem & civitas dicitur & inſula, unde interdum

83 improprie prope io Voſ. propemodum Fab. improprie in Steph. Dan. vid. Steph. diſſ. de Criticis p. 222. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 72. 85 deſunt iisdem. 86 poſt quartum * vero Dan. 87 quae D. e. A. p. O. d. e. quae ante Cynthus. Barth. ad Stat. IV. Theb. 796. probante Ez. Spanhemio ad Callim. in Delum ℣. 37. 88 Mycono malebat Heinſius. quem vid. ad ℣. 76. 89 Aſturien L. Voſ. R. vide hanc fabulam fere iisdem verbis narrari a Scholiaſte Statii Ad I. Achil. 206. & a Scholiaſte Lucani ad lib. v. 79. 90 verteretur Dan. Fabr. 91 maria Dan. Fab. 92 elevata eſt ſuper aquas Dan. elevata ſuper aquas fieri (leg. ferri) coepit Fabr 93 Phitone L. Voſ. R. & mox iterum. 94 inſequeretur Dan. Fabr. 95 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 96 deeſt Dan. 97 applicante ſe litoribus ſorore L. Voſ. R. Dan. Fabr. 98 naturalem Dan. quod non operae pretium eſt, ut aliis non animadverſum, emendare in *natalem*, ut fecit Muncker. ad Hygin. Fab. LIII. qui videtur uoi, & vitioſiſſimae Danielis aut Emmeneſſianae, quae eam exprimit fere ſemper, editioni adquieviſſe. BURM. 99 laboret Fabr. 1 Labentibus Voſſ. 2 petito oraculo Steph. & al. 3 deſunt L. R. Baſil. 4 Micono L. Voſ. R. 5 tenuerunt Dan. Fabr. 6 quo ortix Voſ. dicitur Dan. Fabr. 7 quia ubicumque R. quia utique Schol. Statii ad I. Achil. 388. 8 Delos & civitas Voſ. Steph. Delos autem civitas Dan.

Digitized by Google

Nereidum matri, & Neptuno Aegaeo:
Quam pius Arcitenens, oras & litora circum
Errantem, Gyaro celſa Myconoque revinxit,

In-

SERVII.

terdum recipit praepoſitionem. [9] [SACRA MARI. Sane *ſacrum* dicitur, quod rite ſacratur Deo, ut aedes, arae, ſimulacra, dona. Hic igitur aedium ſacrarum, etſi non aperte, attamen ejuſdem ritus meminit, cum de inſula loqueretur, in qua praeterquam ut *ſacra* dixerat, id eſt, ſacrata, gratam quoque poſuit non ſolum Doridi matri Nereidum, quae traduntur deae maris, ſed Neptuno etiam addidit, dominatori videlicet omnium in mari deorum. TELLUS. Major dignitas eſt *tellus*, quam ſi dixiſſet *inſula*.

74. NEREIDUM MATRI. Doridi, quinquaginta nympharum matri, conjugi Nerei. NEPTUNO AEGEO. Quia in Aegeo mari haec inſula poſita eſt. Sane inter Helleſpontum & Adriaticum mare, omne illud *Aegeum* appellatur, quod nomen a patre Theſei Aegeo, rege Athenienſium traxit, qui in mare ſe praecipitavit, ſperans mortem filii. Cum enim in labyrintho Minotaurus eſſet incluſus, & quotannis ex nobilitate Athenienſium, ſeptem pueri vel puellae ad veſcendum Minotauro mitterentur, tandem dolor Theſeum ſubiit. Profectus itaque eſt ad Minotaurum perimendum: [10] pepigitque cum patre, ut, ſi illud monſtrum viciſſet, vela candida navibus daret; ſi forte a Minotauro fuiſſet oppreſſus, navigium cum atris velis rediret. Sed cum extinxiſſet Minotaurum, oblitus, non cum candidis, ſed cum nigris velis reverti coepit; & patri, in ſpecula conſtituto, triſte ſui interitus ſignum dedit: qui extinctum filium credens ſe praecipitavit in mare, unde Aegeum pelagus appellatum eſt.

75. PIUS ARCITENENS. [11] [Apollo eſt. Bene *pius*, aut] qui ultus eſt matrem [de [12] Titycone, de Niobe, de Pythone: aut quia patriam ſtabilivit errantem. Legitur & *prius*.]

76. [13] [MYCONE GYAROQUE REVINXIT. Quidam per hiſtoriam dictum putant: nam inter Myconem & Gyarum, Scyrum, unam de Cycladibus eſſe dicunt: unde fuit Pherecides philoſophus. Alii nullum auctorem alium eſſe adſerunt, qui Delon ab Apolline religatam dicat. Conſtat enim eam ante [14] evagare, & propter Latonae partum reſtitiſſe. Alii hanc inſulam inter Myconem & Gyarum humilem eſſe dicunt, ut his quaſi vinculis contineatur. REVINXIT autem, [15] putant, retraxit.]

VARIORUM.

jam obſervatum, ut & a Poëtis Graecis fieri patet ex Sophocl. Philoct. 55. Φιλοκλήτου ψυχὴν. & Pind. XI. Pyth. 32. Ἀγαμέμνονος ψυχὴ. vid. Stolberg. ad Soph. Ajac. 154. *animaque* Francian. BURM.

69. PRIMA FIDES. *Prona fides pelago* primus Moretanus, ut apud Ovid. II. Art. 674.

Prona venit cupidis in ſua vota fides.

HEINS. Sic *confiſus pelago* Sil. III. 153. ita Lucan. V. 540.

Multa quidem prohibent nocturno credere ponto.

Claudian. Bell. Get. 47.

Non poſcimus amnis
Undoſam ſervare fidem.

& quae plura apud Poëtas obvia, id genus. vid. ad Val. Flac. I. 333. *prona fides* pr. Moreti a m. pr. & ita lib. X. 242. pro *primus*, alii *pronus*, teſte Pierio. & ſaepe haec commutari docuit ad Terent. Adelph. III. II. 18. & Horat. Art. Poet. 60. Bentlejus, & Daviſ. ad Cicer. II. de Finib. 32. & Heinſ. ad Claud. Epith. Honor. 2 & alii ſaepe. *pacataque* Parrhaſ. in marg. quomodo vero venti dent placata maria vid. ad I. Aen. 66. BURM.

70. LENIS CREPITANS. In nonnullis Pierii codicibus,

9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ♈. 75. 10 placuitque Dan. 11 qui ultus eſt matrem L. Voſ. R. Steph. al. & nihil praeterea uſque ad ♈. 78. 12 Heinſius adſcripſerat lege, *Tityo:* unde *Typhaone* habuerat Maſv. neſcio an pro *Typhone*, qui & *Typhoeus* dicitur. vid. ad Val. Fl. VI. 170. & Erythr. Ind. in *Typhoeus*. *Titycnem*, ut Dan. & Fabr. habent, non novi. BURM. 13 primam hanc periodum *Quidam* uſque ad *Philoſophus*, Pithoeus in notis ad Moſaic. Leg. Collat. Tit. XV. ſe ex optimo exemplari reponendam arbitratum fuiſſe teſtatur. & tota haec ad hunc verſum nota Danieli, qui an ab eo acceperit neſcio, debetur. BURM. 14 veteres hac forma verbum hoc extuliſſe. & *vagare* apud eos in uſu fuiſſe docebunt notae Heinſ. ad Ovid. VIII. Met. 13. vid. & Non. Marc. in *ruſpari*. & fortaſſe a librariis ſaepe loco motum fuiſſe docent codices MS. in quibus legitur. ut apud eumdem Ovid. XI. Met. 567. Lucan. VII. 567. & Claudian. II. in Ruſin. 436. BURM. 15 putant, num retraxit Dan.

Inmotamque coli dedit, & contemnere ventos.
Huc feror: haec feſſos tuto placidiſſima portu
Adcipit. Egreſſi veneramur Apollinis urbem.

80 Rex

SERVII.

78. Coli dedit. A vicinis ſcilicet populis. Ventos contemnere. Propter terrae motum.

79. Apollinis urbem. Delon: & eſt definitio. [16] [Ejuſdem nominis & urbs, & inſula, Delos dicitur.]

VARIORUM.

dicibus, *leno crepitans*. de qua ſcriptura adeantur, quae obſervamus curis ſecundis ad Naſonem lib. IV. ex Pont. X. 43. noſtri tamen codices hoc loco vulgatis exemplaribus conſtanter ſubſcribunt, niſi quod in tribus quatuorve recentioribus, *levis*, non *lenis*. *Lene crepitans auſter*, ut IV. Georg. 373. *ſaxoſumque ſonans Hypanis*. pro quo codices plurimi perperam, *ſaxoſuſque*. HEINS. In ora codicis Heinſius conjecerat, *ſegnes crepitans v. a. i. altum*. *Lenis* defendit Britannus doctus in Miſcel. Obſerv. Vol. I. Tom. I. pag. 10. & certe duo epitheta, ubi unum eſt participium, ſaepe poni notum eſt. vid. ad IV. Georg. 19. vide & de hoc verſu H. Steph. diſſert. de Criticis pag. 41. & 221. ſi Heinſii conjectura placere poſſet, commode ex *lenis* liceret facere, *lentos crepitans* &c. ſed moras ultro feciſſe poſt prodigium hoc nullum indicium eſt apud Noſtrum; an vero permiſerit ſibi Virgilius, producere ſyllabam brevem ante *cr*, ut poſterioris aevi poëtae, dubito. vid. ad Calp. III. Ecl. 69. quare vel *lenis* retinerem, vel legerem, *lene increpitans*. ut centum in locis illa praepoſitio vel addita vel omiſſa eſt a librariis in verbis compoſitis. BURM.

72. Provehimur. *Praevehimur* Wittian. & prior Hamburgenſis. male, ut infr. 506. vid. ad Lucan. IX. 1011. *Terrae urbesque* Idem & Edit. Veneta.

73. Colitur medio. *Medio colitur* Gudianus, duo priores Moretani atque Rottendorphii, duo Hamburgenſes, & unus Voſſianus cum Leidenſi. HEINS. ita & Regius, Parrh. Pugetianus & Wittian. forte etiam legendum, *gratiſſima Delus*. vid. ad Ovid. VI. Faſt. 177. & ita potuit apud Senec. Herc. Fur. 15. inſulae hujus nomen tranſiiſſe in *tellus*. ſi legatur:

Quibuſque natis mobilis Delus ſtetit.

cui loco confer Callimach. in Del. 255. & quae ibi Spanhemius notavit. veriſimiliorem facit hanc lectionem, quod in Cod. Traj. *tellus* exponatur *Delos*. BURM.

74. Neptuno. *Neptunio* Parrhaſ. Leidenſ. unus & Ed. Venet. & Juntin. cur *Neptuno* grata dicatur, vid. viri doctiſſimi Exercitationem de Delo in Miſcell. Obſerv. Crit. vol. VII. pag. 79.

75. Pius Arcitenens. *Arquitenens* in Mediceo & Menteliano utroque, & Montalbanio & tertio Rottendorphio: quod & ipſum agnoſcit Macrobius lib. VI. Saturn. 5. & ſic apud Naevium Hoſtiumque legit. HEINS. *Prius* Venetus, Regius & Francianus, & hoc probat Jan. Broukhuſius ad Propert. IV. VI. 28. & Catroeus. qui *prius errantem* jungunt. *architenens* Parrhaſ. & Wall. in Wittian. eraſum videtur *qui*, & reſtabat *arcitenens*. *arcitenens* etiam Ovidio obtruſit Heinſius Remed. Amor. 75. BURM.

76. Mycone. In Mediceo & Menteliano utroque aliiſque octo, *Myconoe*. ſed *Mycono* verum eſt, quod in aliis pleriſque legitur, ut Pierius monuit. vulgata ſcriptura exſtat apud Scholiaſten Statii VII. Thebaid. 183. perperam: *Myconos* enim, non *Mycone* dicitur. ſcriptum prius fuerat, *Mycono e celſa*. hinc natus error eſt. deinde ex fide Pierianorum quorundam ſcribendum, *Gyaro e celſa*, *Myconoque revinxis*. quod pluribus demonſtravi ad Naſonem, Epiſtola Cydippes ℣. 81. nam cum Naſo lib. VII. Metam. 463. *humilem Myconon* dicat, *altam Gyaron* Petron. *celſa Myconos* non poteſt ferri. HEINS. Sed ad Ovidium legit *Gyaro celſa*, non *e celſa*. neque capio quid ſibi praepoſitio haec velit: neque in Pierianis *e* memoratur. *celſae* unus Leidenſis. *Myconoe celſa* alius Leid. pro *revinxit* eſt *ligavit* in priori Hamburgico. *Myconee celſa Giaroque* Francianus. *Mycono celſa Gyaroque* Regius. *Michonae celſa Giaroque* Dorvil. *Micone celſa* Wall. & Wittian. *Mycone excelſa Gyaroque* Serv. ad III. Georg. 6. ubi etiam *Myconoë* Codd. BURM.

77. Contemnere. *Componere* Oudartii. male: vid. II. Georg. 360. & ad Claudian. II. in Rufin. 123. BURM.

*78. Tu-

16 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Rex Anius, rex idem hominum Phoebique ſacerdos,
Vittis & ſacra redimitus tempora lauro,
Occurrit: veterem Anchiſen adgnoſcit amicum.
Jungimus hoſpitio dextras, & tecta ſubimus.

Tem-

SERVII.

80. REX ANIUS. [17] [Anius autem, rex Deli, Apollinis ſacerdos, cum trium filiarum eſſet parens, ne unius tantum Dei [18] eſſet tutus auxilio; filias numini Liberi patris devovit, qui parem ei gratiam reddens, effecit, ut quidquid una attigiſſet verteretur in fruges; altera, in vinum; tertia, in oleum. Id cum comperiſſet Agamemnon, dux Argivorum, cum mille navibus oppugnaturus iret Trojam, miſit qui eas [19] arceſſerent, ut poſſet alere Graeciae exercitum: quae cum vinctae tenerentur, invocaverunt Liberum patrem, quas ille in columbas vertit, & ita vincula fecit effugere: unde hodieque Deli columbas violare nefas eſt. Hunc tamen Anium Paleſatus etiam propinquum tradit Anchiſae. Alii dicunt hujus Anii filiam, occulte ab Aenea ſtupratam, edidiſſe filium [20] nomine Anium. REX ET SACERDOS. Hic Anius, Apollinis filius, rex Deli & ſacerdos fuit, qui habuit filium Andron nomine: unde Andros inſula appellata eſt, ad quem Anchiſes ante Troicum bellum conſultum venerat; an Salaminam peteret comes Priamo: unde & agnoſcitur.] [21] Sane majorum haec erat conſuetudo, ut rex eſſet etiam ſacerdos, [22] & pontifex. Unde hodieque Imperatores, dicimus Pontifices.

81. VITTIS ET LAURO. *Vittae*, ſacerdotum ſunt: *laurus* vero etiam Imperatoris victoris.

82. ANCHISEN AMICUM. Κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligendum: nam quomodo fuerint amici, palam poëta non dicit.

83. HOSPITIO. [23] [Licet Probus quaerat, quid ſit, *Jungimus hoſpitio dextras*; tamen] caſus ſeptimus eſt, id eſt, jure hoſpitalitatis: nam *ad hoſpitium* non poteſt intelligi: quia jam amicus fuit: [24] [aut ſicut quidam tradunt, *jungimus dextras*, & *hoſpitio tecta ſubimus*.]

VARIORUM.

78. TUTO. *Toto* Montalbanius. & *feſſos* Excerpta noſtra. *huc feſſos* Dorvil.

81. LAURO. *Lauru* hoc loco agnoſcit Cariſius lib. I. pag. 109. ubi de Analogia agit, etſi *lauro* mendoſe nunc in ejus exemplaribus circumfertur: nam aliud illum velle ſequentia ſatis evincunt. *Laurus Maro*, inter victrices hederam tibi ſerpere laurum. *Idem* Liminaque lauruſque Dei. *Idem* & ſacra redimitus tempora lauru. *Lauri Maro.* & Vos, o lauri, carpam. *Lauro Maro* faciemque ſimillima lauro: *ſed ablativum ſingularem dativo non habet ſimilem: ait enim Plinius*, huic lauro, & *tamen ab hac* lauru, & laurum *facere*. HEINS.

82. ANCHISEN AGNOSCIT. *Agnovit* ex antiquis fere ad unum omnes, niſi quod cum vulgatis facit Mediceus. *agnovit* etiam Donatus in Terentii Andr. Act. III. Sc. 3. *Anchiſem cognovit* Gudianus a manu prima, quod & Schefferianus confirmat. HEINS. *Veteremque Anchiſem agnovit* Sprotii. & prior Hamburgicus, & ſecundus Moreti. *veterem Anchiſem agnovit* Francianus. Donat. ad Terent. Phorm. I. II. 17. *veteremque Anchiſem agnovit* & Sprotianus, Hamb pr. & Wallian. *veterem Anchiſem cognovit* Parrhaſ. *agnovit* & Serv. inf. ad ỳ. 183. *agnoſcit* Ald. ita lib. V. 976. *veterumque agnoſcunt ora parentum. Anchiſemque agnovit* Dorvil. BURM.

83. JUNGIMUS. Heinſius in ora codicis conjecerat, *jungimur.* ac *tecta*, habet Serv. inf. ad ỳ. 611. an non poſſit *Hoſpitio* eſſe dativus caſus? jungimus

17 deſunt iiſdem ad *Sane.* 18 eſſet totas * auxilio filia numini Dan. quae ſublata lacuna Muncker. ad Lactant. Argum. Fabul. Ovidii lib. XIII. fab. IV. corrigit, & legit, *eſſet tutus auxilio*, *filias numini* &c. quam medicinam jam ante Servio fecerat Ger. Voſſ. in ora codicis ſui, & addit idem in mentem veniſſe Mercero ad Dict. Cretenſ. lib. I. 23. & in editione Lucii Baſil. jam legebatur. BURM. 19 accerſirent Dan. Fab. ſed legendum *arceſſerent*, jam ſatis conſtat inter eruditos. & tamen Maſvic. *accerſerent* dedit. 20 nomine An. * Dan. 21 majorum enim haec L. Voſ. R. Steph. al. 22 vel pontifex L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. ut rex eſſet etiam ſacerdos. unde hodieque Imperatores Pontifices dicimus, corrigebat ex membranis Modius ad Juſtin. XXXVI. 2. *hodieque* etiam habent Dan. & Fabr. Maſvic. vero dedit nobis *hodie quoque*, ſollemni in ſexcentis locis aberratione ſcribarum, ut ad Sueton. Claud. XIX. Galb. I. Veſp. II. & alibi notavimus. ſequendos vero codices puto, quum utrumque locum ſuum tueri poſſit. BURM. 23 deſunt Voſ. R. Steph. al. 24 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Templa dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto.
Da propriam, Thymbraee, domum: da moenia feſſis,
Et genus, & manſuram urbem. Serva altera Trojae

Per-

SERVII.

84. [25] [Templa Dei. Hoc juxta augurii genus, quod *ſtatvum* dicitur, retulit, in quo conſiderantur, quo in loco auguria peragi debeant: nam ideo ait: *Templa dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto:* & ſubjunxit: Quove ire jubes. Et exinde: Da pater augurium. Sane quaeritur, cur ſaxum vetuſtum dixerit; ſed traditur a plurimis, inter quos etiam Epafus, vir peritiſſimus, refert, Delphis quodam tempore eveniſſe, ut templum, religioſum ante & intactum, ſpoliatum incenſumque ſit; ac poſt multas Corinthii urbes inſulaſque proximas terrae motu hauſtas; Delon neque antea, neque poſtea hoc incommodo vexatam, ſicut Tuthrodes: quod etiam Cicero in praetura Verrinarum lib. I. 18. ita ait: [26] *Tantaque vis hujus religionis eſt, & ſemper fuit, ut ne Perſae quidem, cum bellum toti Graeciae diis hominibusque indixiſſent, & mille navium claſſem Delum appuliſſent, quicquam conarentur, aut violare, aut attingere.* Non mirum ergo, ſi aut ad tempora Poëta reſpondit, aut ad priſtina; utpote quod religio nunquam omnino vexata illo ſuo antiquo & vetuſto ſaxo colebatur: vel *vetuſto*, religioſo. Et quod Venerabar ait, oſtendit ſe precatum.

85. Da propriam. *Da*, dic, indica: Apollo enim non dandi, ſed dicendi habet poteſtatem. Quaeritur etiam cur Aeneas, cum Delum veniſſet, nullis prius hoſtiis caeſis, ſtatim a precibus coeperit: quia tradunt multi, inter quos & Varro, eſſe aras tam Apollinis, quam filii ejus, non tantum Deli, ſed in plurimis locis, apud quas hoſtiae non caedantur; ſed conſuetudo ſit, deum ſolemnitate precum venerari. Quod autem ait, Neptuno & Apollini tauris poſtea ſacrificatum, apud alias aras hoc factum accipi oportet.] Propriam. Perpetuam, ſtabilem, firmam, ut I. 73. *Propriamque dicabo.* Et bene poſt experimentum male conditae civitatis, perpetuas poſtulat ſedes. Thymbraee. *Thymbraeus Apollo* dicitur ab agro, Trojae vicino, pleno *Thymbra*, [27] [quae Satureja dicitur. Et bene Deli poſitus, *Thymbraeum* appellat, quem in Troja adſueverat colere in agro,] in quo ejus & nemus eſt, & templum: ubi a Paride Achilles occiſus eſt: unde fingitur manu Apollinis vulneratus. Ergo *Thymbraeus*, ut *Delius:* nam numina a locis frequenter nomen accipiunt. [28] [Alii *Tymbram* locum in Delo conſecratum Apollini tradunt.] Sane quia Graece Τύμβρη facit, in derivatione, [29] η in diphthongum mutat: ut Αἴτνη. *Aetnaeus*; Δίρκη. *Dircaeus*. Domum. Familiam, ut V. 121. *Domus tenet a quo Sergia nomen.*

86. Mansuram urbem. [30] [Perpetuam.] Duo [31] petit, & urbem & perpetuitatem. *Manſuram* autem ideo, vel propter Trojam: vel propter eam, quam in Thracia condidit. Serva altera. Non quia prima [32] ſervavit; ſed quia ſervare voluit, ut Homerus [33] dicit.

VARIORUM.

gimus dextras hoſpitio, ut hoſpitium, oblatum ſcilicet ab Anio, accipiamus, & in ejus ſignum dextras jungamus. ita hoſpitio inito fides per dextram jungitur. ſic lib. XI. 64.

Nec vos arguerim Teucri, nec foedera, nec quas
Junximus hoſpitio dextras.

& ut *dextras*, ita *dona hoſpitio jungere* lib. IX. 361. quod explicat Servius hoſpitii jura mutuis muneribus copulare. nam hoſpitem hoſpiti dextram porrexiſſe docet Cicero pro Dejotaro cap. III. *Per dexteram te iſtam oro, quam Regi Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti.* ſi vero ſit ablativus, ut Servius vult, & *hoſpitium* pro jure hoſpitalitatis ponatur,

debe-

25 deſunt iisdem uſque ad *propriam* ℣. 85. 26 apud Ciceronem legitur, *tantaque ejus auctoritas religionis:* unde forte poſſet legi, *tantaque vis & auctoritas.* deinde Daniel edidit, *cum bellum totae Aſiae*, *Diis.* Fabr. *tota Aſia.* ſed abſurde. deinceps *mille numero navium claſſem.* eleganter, & ex uſu: &c, *ad Delum appuliſſet.* ceterum *Tuthroden*, qui hic laudatur, eſſe Thucydidem, & ejus lib. II. cap. 8. reſp ci me docuit Cl. Dorvillius. & in hac hiſtoria Macrobium laudare perperam lib. III. pro II. mox malim, *ſi aut ad haec* (vel *ſua*) *tempora Poeta reſpexit.* BURM. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Deli poſitum Fabr. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 29 non diphthongon mutat. & mox. *Aetnae*, *Aetnaeus*, *Dircae*, *Dircaeus* Voſ. R. quaſi voluerit a Genitivo Latino *Tymbrae* derivare *Tymbraeus*, non *Tymbreus*, ut deberet dici, ſi a *Tymbre* nominativo deduceretur. vid. & inf. ℣. 105. 117. BURM. 30 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. vid. ad Lucan. VIII. 74. 31 ponit Voſ. R. Steph. 32 ſervaverit Steph. Fabr. al. 33 oſtendit Baſil.

Pergama, reliquias Danaûm atque inmitis Achilli.
Quem ſequimur? quove ire jubes? ubi ponere ſedes?
Da, pater, augurium; atque animis inlabere noſtris.

Vix

SERVII.

87. [34] [ACHILLI. Sic veteres declinabant.]

88. QUEM SEQUIMUR. [35] [Apollo enim exſulantibus ſedem debebat oſtendere: nam Phoenix, Cilix, Cadmus, a patre Agenore ad quaerendam ſororem miſſi; & prohibiti, niſi reperta fuiſſet, domum ne auderent reverti, Apollinis monitis diverſas regiones petierunt: Phoenix Phoeniciam; Cilix Ciliciam; Cadmus Boeotiam:] [36] quia Cadmus oraculo Apollinis bovem ſecutus, [37] in Hyanthe Boëtiam condidit. [38] [Veteres enim oraculis ſigna, quibus civitatem conderent, accipiebant.]

89. DA, PATER. *Pater*, religionis, ut ſupra I. 699. diximus, nomen eſt: nam & hominibus datur, ut II. 2. *Inde toro pater Aeneas*: & montibus, ut XII. 703. *Pater Apenninus*: & fluminibus, ut VIII. 540. *Tybri pater*. Numinibus etiam, ut V. 14. *Quidve pater Neptune paras*. Item II. 618. *Ipſe pater Danais animos vireſque ſecundas Sufficit*. Item VII. 327. *Odit & ipſe pater Pluton*. AUGURIUM. Modo oraculum; ſed uſurpative: [39] [*augurium* enim, eſt exquiſita deorum voluntas per [40] conſultationem avium aut ſignorum; quod tunc peti debet, cum id, quod animo agitamus, per augurium a diis volumus impetratum; ut in hoc loco Aeneas, poſtquam omnia, quae volvebat animo, petit, ait: *Da pater augurium*. Et eſt ſpecies iſta augurii, quae *Legum dictio* appellatur: *Legum dictio* autem eſt, cum condictio ipſius augurii certa nuncupatione verborum dicitur, quali conditione augurium peracturus ſit: quod hic facit, exſequens formas petitionis verſibus ſupradictis: tunc enim quaſi legitimo jure legem adſcribit: *Da pater augurium*.] ANIMIS ILLABERE NOSTRIS. Quia Apollinis [41] [oracula vel] reſponſa, licet ſemper obſcura, vera tamen ſunt: unde cum intelligentia oraculum poſtulat.

VARIORUM.

deberet intelligi vetus hoſpitii jus, quod olim interceſſerat Anchiſae cum Anio, unde *veterem amicum* vocat. & ita *jungi hoſpitio* lib. VII. 264. dicitur pro jure hoſpitii jungi. Val. Flac. III. 18.

Quid hoſpitiis junctas concurrere dextras.

& lib. VI. 12.

Quos malus hoſpitio, junctaque ad foedera dextra
Luſerit Aeetes.

& ita eſſet dictum *hoſpitio jungi* ut *foedere jungi*. de quo ad lib. VIII. 56. & ita apud Silium XI. 161.

Damnatumque caput temerati foederis aris
Jungitis hoſpitio.

in verbis Servii *ad hoſpitium* debent capi, ac ſi *hoſpitio jungimus* idem valeret, quod *ad hoſpitium* jungimus dextras. ut ſcilicet Anius hoſpitem reciperet, ille vero acciperet oblatum hoſpitium. BURM.

84. VENERABAR. *Veneramur* duo Menteliani, duo Rottendorphii cum Sprotiano & Schefferiano. HEINS. Ita & Hugenianus

85. DA PROPRIAM. *Patriam domum* Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. III. Od. 13. ut Noſter libro XI. 25. *qui ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo*. de Italia, cum Aeneas, cujus haec ſunt verba, Trojanus eſſet. lib. II. Georg. 512.

Atque alio patriam quaerunt ſub ſole jacentem.

hoc eſt, quam patriae loco poſſint habere. HEINS. *Da, Thymbraee, domum propriam* Montalbanius. *Da* hic recte *dic* Servius explicat. nam de vatibus & oraculis proprie hoc verbum poni, & inde *data fata* &c. vidimus ad lib. I. 382. BURM.

87. ACHILLIS. *Achilli* Mediceus primus & quar-

34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 35 deſunt iiſdem & Dan. 36 qui Fabr. al. 37 in Hyantheo Dan. in Hyanthaeo Fabr. hac forma aut regionis aut urbis nomen extuliſſe veteres neſcio. niſi quis in nota Servii ad ℣. 84. *multas Corinthii arces*, pro agri Corinthii ea forma dictum eſſe vellet. ſed Hyantes populi dicuntur paſſim, qui Boeotiam olim incoluerunt. & ad Apollon. Rh. lib. III. 2241. ubi Ὑάντιον Ὀγχηστόν vocat, Scholiaſtes explicat τὸ Ὑάντιος πόλιν, & inde ut a *Byzas*, *Byzantius*, ita ab *Hyas*, *Hyantius* derivari docet Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. 804. ſed ſi regio indicetur, quam Hyantes vel Hyanthii incolunt, videtur debere dici vel *Hyantis*, vel *Hyantia*. vid. Steph. in Ὑάντες. ſed nondum ita vocatam Boeotiam inveni. *Hyanteus* pro *Hyantias* etiam eſt apud Ovid. VIII. Met. 310. & *Hyanteos agros* dixit Stat. I. Theb. 183. ubi *Hyantheos* edidit Lindenbrogius. ſed *jaateos* in duobus Codicibus vidi. Barthius recte *Hyanteos*. BURM. 38 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 39 deſunt iiſdem. 40 conſolationem Dan. male. vid. ad II. Aen. 703. unde huc tranſlata verba credo. BURM. 41 deſunt L. Voſ. Steph. Dan. Fab. al. reſponſa ſemper obſcura ſunt, vera tamen L. Voſ. R. Steph. Dan.

Digitized by Google

Vix ea fatus eram: tremere omnia viſa repente,
Liminaque, laurusque dei; totuſque moveri
Mons circum, & mugire adytis cortina recluſis.

Sub-

SERVII.

90. [42] [Tremere omnia. In conſequentibus quid ſit *omnia* docuit, dicendo: *Liminaque laurusque dei*. Et hoc augurium juxta auguralem diſciplinam dictum eſt, quod appellatur *tripudium ſonubium*, id eſt, a ſono: ad quod pertinet, ſi arbor ſponte radicibus cadat; ſi terra tremat; quod hic Aeneae factum oſtendit, antequam voce divina reſponſa perciperet.] Visa repente. Stoicos & Academicos ſequutus eſt, qui dicunt ea, quae contra naturam ſunt, non fieri, ſed fieri videri: unde magica ars [43] [a Romanis] omnis excluſa eſt: ſicut Plinius Secundus docet in Naturali hiſtoria. [44]

91. Liminaque. *Que* brevis, eſt pro longa poſita: [45] quod hac ratione defenditur: aut quia omnia monoſyllaba ad artem non pertinent, & his licenter uti [46] poſſumus: aut certe, quia omne μόριον, id eſt, particula, quae ſui ſubſtantiam non habet, membrum putatur ſuperioris orationis, quod ſi eſt, *liminaque*, quaſi una pars orationis eſt: & poteſt *que* finalitatis ratione, vel produci, vel corripi. [47] [Laurusque dei. Aut ideo ſingulariter, quia in Delo inſula *Laurus* Apollini conſecrata eſt: aut lucum dicit: aut quia traditur, Latonam duas Laurus amplexam, Dianam & Apollinem enixam. Fabula ſane de *Lauro* talis eſt: Daphne Penei, vel, ut alii dicunt, Ladonis filia, ab Apolline adamata eſt; a qua cum precibus & promiſſis non potuiſſet Apollo, ut ſecum concumberet, impetrare; vim ei adhibere conatus eſt, cumque eam inſequeretur, & illa fugiens defeciſſet laſſata, Terrae imploravit auxilium, quam Terra hiatu facto recepit, & pro ea arborem edidit, quae Graece nomen ſuum retinuit, Latine *Laurus* dicitur; ſed Apollo eam etiam mutatam ita dilexit, ut adſcriberet efficeretque, ut propter virginitatem ſervatam ſemper vireret. Moveri. Quia opinio eſt ſub adventu deorum moveri templa.]

92. Mons. Cynthus: unde Cynthius Apollo. Cortina. Locus unde oraculum datur. Dicitur autem *Cortina*: vel quod Apollinis [48] tripus corio Pythonis tectus eſt: vel quod certa illinc reſponſa funduntur, quaſi *certina*: vel quod eſt verius: [49] quia cor illic vatis tenetur: nam caverna [50] quaedam in templo Apollinis fuit, ad quam [51] Phoebas rapta vaticinabatur, ut Lucanus v. 159. oſtendit. [52] [Alii *cortinam* quaſi *ortinam* tradunt; quod inde vox oriatur. Reclusis. Nunc apertis; alias denuo cluſis.]

VARIORUM.

quartus Moretanus, uterque Voſſian. Menteliani & Menagiani, cum tribus Rottendorphiis, Gudiano & Montalbanio. quinque aut ſex alii, *Achillis* mendoſe. vide lib. I. 30. HEINS. *Achilli* Francianus. vid. Cerdam.

89. Augurium. Hanc vocem de omnibus Deorum monitis dici, & hic oraculum notare, docet Barth. ad Stat. IV. Theb. 617.

90. Vix ea fatus. Vide haec illuſtrantem Giphanium Indic. Lucret. in *praeſtringere*, & qui *liminaque laurusque* legit pag 462. HEINS. *Fatus erat* Parrhaſ. in ora codicis ſui. *omnia* vero, ut Servius, deinde per ſpecies redduntur. vid. ad Phaedr. IV. fab. 24. & ſupr. ad Ecl. VI. 34. inf. IX. 192. idem in Livio obſervarunt viri docti ad Lib. VII. XXXII. 9. & alibi. BURM.

91. Liminaque. *Limina ſunt* Zulichemius. *lauroſque* tertius Rottendorphius a manu prima. *limina laurusque* Francianus. *liminaque & laurus*, Parrhaſ. in ora codicis. Wittian. a m. prima.

92. Mons. Cerdam, qui in monte templum Apollinis ſitum fuiſſe hic notat, egregie refutavit nuper vir omnibus ingenii & doctrinae ornamentis inſtructus, in Vol. VII. Miſcel. Obſerv. Critic. t. I. p. 88. ubi de Delo inſula tot indicta aliis

pro-

42 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. mox malim, *arbor ſponte radicitus cadat*. vid. ad Sueton. Veſpaſ. V. BURM. 43 deſunt L. Voſ. Dan. Fabr. al. 44 addunt, Quocirca & Dido inducitur dicens v. Aen. 443. *magicas invita accingier artes*. Fabr. al. ad quem locum videndus Servius. 45 quae L. Voſ. R. Steph. 46 non poſſumus Vol. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 92. 48 tripos L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 49 quod Dan. Fabr. 50 quidem Dan. 51 Phoebus Dan. Phoebe L. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed pro iis habet Baſileenſis Aut quia Virgines inſtinctae Apollinis ſpiritu, intendebantur ad danda reſponſa, id eſt ἀπὸ τῦ τὴν Κῆρ τείνειν. quae tranſlata huc ſunt ex Servii nota ad lib. VI. 347. adde & Scholiaſt. ad Lucan. v. 152. BURM.

Submiſſi petimus terram, & vox fertur ad auris:
Dardanidae duri, quae vos a ſtirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos ubere laeto
Adcipiet reduces. Antiquam exquirite matrem.
Hîc domus Aeneae cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.
Haec Phoebus: mixtoque ingens exorta tumultu

100 Lae-

SERVII.

93. SUMMISSI PETIMUS TERRAM. [53] Inclinati, [54] [utrum corpore an anima? an, quia ſupplices rogamus, an, quod verum eſt, *inclinati*?] Et ſciendum, pro qualitate numinum, orantes interdum ima, interdum ſumma reſpicere: nam poteſtates aliae coeleſtes ſunt, aliae terrenae, aliae permixtae: unde nunc Apollinem deprecantes, terram petunt. [55] [Ipſe enim eſt & Sol, & Liber pater, qui inferos petiit, ut Horatius II. Od. 19. *Te vidit* [56] *inſomnis Cerberus*.] Bene ergo *terram petunt*, unde ad eos reſponſa perveniunt: & quia Apollo etiam inferis notus eſt.

94. DARDANIDAE. Ut diximus ſupr. 73. obſcura quidem, ſed vera ſunt omnia: nam dicendo *Dardanidae*, oſtendit Italiam, unde *Dardanus* fuit: quod ſi Cretam ſignificaret, *Teucriadae* diceret. DURI. Vel futurum oſtendit [57] laborem: vel eorum arguit inſipientiam, [58] [qui intellecturi non fuerant.] STIRPE. [59] [Hoc verbo Trojanis factus eſt error. Sane] *ſtirps*, genere foeminino, originem ſignificat, ut VII. 293. *Heu ſtirpem invisam*: maſculino, arborem, ut XII. 770. *Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum.* Sed Horatius contra regulam nititur, ut III. Od. 29. *Stirpiſque raptas & ſpecus & domus.*

95. PRIMA TELLUS. Italia, unde Dardanus venit: Teucer enim de Creta poſt venit. UBERE LAETO. Quod eſt Italiae proprium, ut alibi I. 531. *Atque ubere glebae.*

96. ANTIQUAM EXQUIRITE MATREM. [60] *Terram* Apollo ſignificat. Tractum autem eſt de hiſtoria: nam Brutus, & filii Tarquinii, cum oraculum Delphici Apollinis peterent, reſponſum eſt: *ejus imperium fore, qui primus matrem reverſus oſcularetur*: quod ſolus Brutus agnoſcens, de navi egreſſus, ſimulans caſum, oſculatus eſt terram: unde & potitus imperio eſt. EXQUIRITE. [61] Hoc dicendo oſtendit difficultatem.

97. [62] [HIC. Pro illic.] DOMUS AENEAE. [63] Ad illud reſpicit: *Da propriam, Tymbraee, domum.*

98. NATI NATORUM. Propter illud, *manſuram urbem*: nam oraculum ſemper ad petita reſpondet. Sane hic verſus Homeri Iliad. Υ. 308. eſt, quem & ipſe Orpheo ſuſtulit. Item Orpheus de oraculo Apollinis Hyperborei. Mire autem ſequenti verſu haec oſtendit, dicendo: *haec Phoebus*. [64] [Graecus vero verſus hic eſt: Καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.]

99. TUMULTU. Quia dixit, *Exquirite.*

VARIORUM.

protulit, ut jure meritoque inter primos Graecae antiquitatis illuſtratores locum mereatur. BURM.

93. AD AURIS. *Ad auras* ſecundus Hamburgenſis. Witt. ut & variatur ſupr. ℣. 40. *&* etiam deeſt Leidenſi uni & Oudartii.

94. DURI. Catroeus vertit, *generoſi*; ſed *laborioſi* Taubman. Servius *tardi* ad intelligendum; ut ita in Euangelio Lucae XXIV. 25. Βραδεῖς τῇ καρδίᾳ. vid. Paſſer. ad Cicer. pro Archia, cap. IX. BURM.

95. LAETO. *Laeta* prior Rottendorphii pro diverſa lectione. vel *toto* Sprotii.

96. MATREM. *Terram* Zulichemius.

98. ILLIS. *Ipſis* Venetus.

99. EXORTA. *Excita* Hugenianus.

100. SINT.

[53] deeſt Dan. [54] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [55] deſunt L. [56] in Horatio legitur *inſons*. & ita hic Baſil. *in ſomnis* Voſ. R. Steph. [57] deeſt Voſ. [58] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [59] deſunt iisdem. [60] id eſt terram. Tractum L. Voſ. R. Steph. ſcilicet terram Baſil. matrem autem terram Ap. ſign. Dan. [61] dicens *exquirite* oſt. Dan. bene oſtendit diſ. Baſil. [62] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [63] reſpicit hoc Voſ. R. Steph. [64] deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Urſino non ſit veroſimile, Homerum ex Orpheo & Orpheum ex Hyperboreo Apolline hoc carmen ſumſiſſe.

Laetitia: & cuncti, quae ſint ea moenia, quaerunt;
Quo Phoebus vocet errantis, jubeatque reverti.
Tum genitor, veterum volvens monumenta virorum,
Audite, o proceres, ait, & ſpes diſcite veſtras.
Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto;
Mons Idaeus ubi, & gentis cunabula noſtrae.

Cen-

SERVII.

100. LAETITIA. Propter promiſſam imperii aeternitatem: [65] [finis enim auſpicii in demonſtratione comprehenſus, dedit petentibus laetitiae optandam gratulationem.]

101. [66] [VOCET. Aut revocet, aut hortetur.]

102. MONUMENTA VIRORUM. Hiſtorias.

103. SPES DISCITE VESTRAS. Aut quaſi ſenex loquitur: aut quia ut ſupra II. 687. diximus, ſcit ſe eſſe moriturum: ubique enim ſciens futurorum inducitur.

104. CRETA. Dardanus, Jovis filius & Electrae, profectus de Corytho, civitate Tuſciae, primus venit ad Trojam: & illic parva aedificia collocavit. Poſt cujus obitum Teucer venit ex Creta, & invenit Dardani ſocios habitantes in vallibus, qui conſtituit arces & moenia. Modo ergo errat Anchiſes: nec reſpiciens adventum Dardani, oraculum Cretam [67] ſignificare argumentatur ex his, quae ſolent ab advenis fieri. Ida, inquit, illic eſt, quae & in Troja ad ſimilitudinem dicta, ut inf. 497. *Effigiem Xanthi Trojamque videtis, Quam veſtrae fecere manus.* Item ſacrorum ſimilitudo: [68] quam apud majores nefas erat perire: unde Aeneas in duodecimo 192. *Sacra deoſque dabo, ſocer arma Latinus habeto.* JOVIS MAGNI. Quia illic dicitur nutritus eſſe: quod ut Salluſtius dicit ideo fingitur, quia [69] *Primos Cretenſes conſtat inveniſſe religionem.* Sane nati Jovis fabula haec eſt: Saturnus, poſtquam [70] a Themide oraculo comperit a filio ſe poſſe regno depelli, natos ex Rhea uxore [71] filios devorabat: quae [72] natum Jovem, pulchritudine delectata, Nymphis commendavit in monte Cretae Dictaeo: ubi eum aluerunt apes. [73] [Pro quo involutum lapidem glutiendum Saturno dedit: quem cum Saturnus, fraude cognita, vehementius quaereret,] [74] ei adhibiti ſunt Curetes & Corybantes, qui tinnitu aeris, [75] [id eſt, luſus excogitato genere, ut cum clypeis aereis inter ſe currerent,] prohiberent audiri pueri vagitum: unde ipſi ſunt Matris deum miniſtri: [76] [ſed nonnulli eoſdem Curetes & Corybantes dicunt.] Ut autem fingatur Saturnus filios ſuos [77] comeſſe, ratio haec eſt: quia dicitur deus aeternitatis eſſe ac ſeculorum; ſecula autem annos ex ſe natos in ſe revolvunt: unde Graece [78] Κρόνος, quaſi χρόνος, id eſt, tempus dicitur. MEDIO PONTO. Poteſt quidem intelligi ſecundum Salluſtium in fragm. incert., longe a continenti; ſed altior eſt hoc loco [79] Poëtae intuitus: nam apud [80] Coſmographos legimus, quae inſula in quo ſit mari: ut Sardinia in Africo; Delos in Aegeo; & de aliis [81] omnibus. De Creta omnes dubitant in quo ſit mari: nam parte Libycum, parte Aegyptium, parte Achaicum, parte Ionium reſpicit. [82] [Ergo *medio ponto*, ac ſi dici poſſit medio pontorum, quod Latinitas non recipit.]

105. MONS IDAEUS UBI. [83] *Idaeus*, derivativum eſt pro principali: & eſt Ἴδη, *Idaeus*; ut Αἴτνη, *Aetnaeus*. CUNABULA GENTIS. Nutrimenta: nam ubi jacent infantes, *cunae* vocantur. Et latenter dat gloriam Trojanis, dicens eos a diis origi-

65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 66 deſunt iisdem. 67 ſignificare credit, arg. Steph. Dan. al. ſed Baſil. addit copulam, credit, & arg. 68 quae L. Voſ. R. rectius credo. nam ipſa *ſacra interire noluerunt*, dicit Cicero pro Muraena cap. XII. 69 *primo* L. Voſ. R. Steph. al. Fabula vero ſequens iisdem fere verbis narratur a Scholiaſta Stat. ad I. Achil. 387. 70 e Themi Dea L. a Themi Dea R. ex Thea al. 71 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 72 nati Jovis pulchritudine Baſil. natum J. p. ejus Fabr. 73 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 74 & L. Voſ. R. Steph. Dan. al. & Schol. Statii. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. *aeris* Dan. concurrerent Fabr. 76 deſunt iisdem. 77 Comediſſe L. Voſ. Steph. 78 Κόρονος L. R. Κόρνος Voſ. 79 deeſt Voſ. 80 chorographos Dan. conographos L. corographos Voſ. R. 81 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 82 deſunt Voſ. Steph. ergo in medio Baſil. 83 deeſt L. Voſ. R. Steph. al.

Centum urbes habitant magnas, uberrima regna:
Maximus unde pater, ſi rite audita recordor,
Teucrus Rhoeteas primum eſt advectus ad oras.

Op-

SERVII.

riginem ducere: unde eſt VII. 219. *Ab Jove principium generis.* Ibi enim & de Dardano, & de Teucro intelligimus, quaſi Jovis *cives.*

106. CENTUM URBES HABITANT. Non dicit *qui*, ſed intelligimus Cretenſes: aut certe habitant pro habitantur, ut II. 229. *Inſinuat pavor*, pro inſinuatur. Et [84] primo quidem *centum* habuit Creta civitates: unde Hecatompolis dicta eſt: poſt viginti & quatuor: inde, [85] [ut dicitur,] duas, Gnoſon & [86] Hierapidnam. [87] [Quamvis Livius plures a Metello expugnatas dicat.] UBERRIMA REGNA. Hic decipitur, [88] quia audivit: *Ubere glebae.*

107. MAXIMUS UNDE PATER. Fallitur: nam antiquior [89] dicitur Dardanus. [90] [Alii *maximus*, antiquiſſimus tradunt. Per *patris* autem appellationem, majorum cognationem oſtendit.] SI RITE AUDITA RECORDOR. [91] Bene dubitatione excuſat errorem.

108. [92] [TEUCRUS. De hoc fabula duplex eſt: nam & de parentibus ejus dupliciter traditur. Alii enim [93] Curetis & Idaeae nymphae: alii, inter quos & Trogus, Scamandri filium tradunt: qui Scamander, cum Creta frugum inopia laboraret, cum parte tertia populi ad exteras ſedes quaerendas profectus eſt, ab Apolline monitus, ibi eum habiturum ſedes, ubi noctu a terrigenis oppugnatus eſſet. Cum ad Frigiam veniſſet & caſtra poſuiſſet, noctu mures arcuum nervos & loramenta armorum adroſerunt. Scamander hos interpretatus hoſtes eſſe terrigenas, in Idae montis radicibus aedificia collocavit, qui cum adverſus Bebrycas finitimos bellum gereret, victor in Xantho flumine lapſus non comparuit: qui poſt a Cretenſibus in honorem regis ſui, Scamander appellatus eſt, filioque ejus Teucro regnum traditum, qui cives [94] e ſuo nomine Teucros appellavit; qui poſt a rege Trojani dicti ſunt, & templum Apollini conſtituit, quem Sminthium appellavit. Cretenſes enim murem Sminthicem dicunt. Alii non Scamandrum, ſed Teucrum ipſum ſub conditione ſupradicti oraculi profectum Creta dicunt, & civitatem & templum condidiſſe: & Sminthos mures vocari a Frigibus. Tradunt praeterea nonnulli Dardanum, a Teucro in Frigia inventum, filiam ſuam ei ſociaſſe, & Dardanum populares ſuos ſocero cognomines feciſſe. Quidam Teucros appellatos: Trojanos autem a Troo Rege. RHOETEAS. *Rhoeteum*, promontorium Troados, licet alii [95] *Rhetias* legant, propter Rhetiam, Rhitonis filiam. Et] amat Virgilius declinationes Graecas, ſalva [96] regulae reverentia, in Latinas convertere, & Graecam diphthongum in E longum mutans, Αἰνείας *Aeneas*; Μήδεια *Medea.* Ῥοίτειον Rhoeteum.

VARIORUM.

100. SINT. *Sunt* Leidenſis. *ſint haec* Venetus. lib. II. 123. *Quae ſint ea numina Divum Flagitat.* vide quae diximus ad Lucan. I. 126.

101. JUBEATQUE. *Jubeatve* Edit. Ald. & Juntina.

102. VIRORUM. *Priorum* Montalbanius. *volvens veterum* multi.

103. O PROCERES. *O* deeſt Leidenſi uni, Hugeniano & ſecundo Hamburgenſi, & a manu ſecunda Menteliano ſecundo. *dicite* Sprotii, Hugenianus & Voſſian.

105. UBI. *Ibi* Sprotianus, Venetus, duo Hamburgenſes, Wittian. & Excerpta noſtra. *&* deeſt Zulichemio.

106. URBES. Multi ex Pierianis, *urbis.* quod ex noſtris ſolus Rottendorphius ſecundus & alter Voſſianus agnoſcunt. At Valerius Probus apud A. Gellium, lib. XIII. cap. 19. uſum ſe aſſeverat codi-

ce,

84 primum L. Voſ. R. Steph. al. 85 deſunt L. Voſ. R. Steph. duas ſcilicet Gn. Baſil. 86 Ierapidniam Voſ. R. Aerapidimam L. *Hierapytna* vocanda. vid. Meurſ. Cretam lib. 1. cap. 11. 87 deſunt iiſdem. C. Lebius Dan. Livius Epitom. XCIX. Gnoſon, Lyctum & Cydoneam. ſed addit alias plurimas. Florus III. 7. Gnoſam, Erythraeam & Cydoneam. 88 quia audit Voſ. R. Steph. qui audit Dan. forte etiam, quia audivit. *ubere laeto*, legendum quod ℣. 95. ex oraculi voce audivit. nam illud *ubere glebae* lib. 1. 531. ab Aenea dictum. & inf. 164. Anchiſae umbra in ſomniis Aeneae dicit BURM. 89 eſt Dard. L. Voſ. R Steph. al. 90 deſunt Voſ. R. Steph. hic in L. erant folia aliquot exciſa uſque ad ℣. 275. 91 in dubitatione Dan. *bene* deeſt Fabr. 92 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad *amat.* 93 Cureas Dan. Cures Fabr. Idae uterque. 94 a ſuo Fabr. mox, a rege *Troe* Trojani, legerem. ut deinde a *Troe* pro a *Troo.* 95 *Retiam* l. p. *Retiam* Rithonis Dan. 96 deeſt Dan. Fabr.

Optavitque locum regno. Nondum Ilium, & arces
Pergameae ſteterant: habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybelae, Corybantiaque aera,
Idaeum-

SERVII.

109. OPTAVITQUE. Elegit, ut I. 425. *Pars optare locum tecto.*

110. HABITABANT VALLIBUS IMIS. Hi ſunt, qui cum Dardano venerant.

111. [97] [HINC. Id eſt, de Creta, unde venerat Teucer.] MATER CULTRIX CYBELI. [98] [*Mater* proprie; *cultrix* autem *Cybeli*, id eſt,] Montis Phrygiae, in quo colitur, a quo [99] *Cybele* dicta eſt. Alii dicunt *Cybelum* ſacerdotem ejus primum fuiſſe [1] [in Phrygia,] & ab eo *Cybelen* dictam. Nonnulli CULTRIX CYBELE legunt, ut ſit quaſi *Cybeleïa*. Alii *Cybele*, ἀπὸ τῦ [2] κυβιςᾷν τὴν κεφαλὴν, id eſt, a capitis rotatione, quod proprium eſt ejus ſacerdotum. CORYBANTIAQUE AERA. *Corybantes*, [3] Daemones ſunt, miniſtri Matris deûm. [4] [Dicti autem ſunt Daemones,] [5] quaſi δαήμονες, qui totum ſciant. [6] [*Aerea* autem *cymbala* Corybantibus, [7] Iaſionis filiis, quibus vagitum Jovis celaverunt: quos quidam *Corybantes* dictos tradunt, ἀπὸ τῆς Κόρης. *Corybas* enim Proſerpina, quae Κόρη dicitur Graece, ſine patre [8] natus. Alii *Corybantes* ab aere appellatos, quod apud Cyprum mons ſit aeris ferax, quem [9] Cypri Corium vocant.

VARIORUM.

ce, qui ipſius Maronis fuerat, in eoque *urbes* exſtitiſſe ſcriptum. HEINS. *Centum habitant urbes* Parrhaſ. Wallian.

108. TEUCER. *Teucrus* eſſe veram ſcripturam, quam meliores membranae exhibent, ex Cariſio obſervamus infra ad lib. VIII. 100. qui non uno loco ſic Virgilium ſcripſiſſe contendit, uti & Priſcianus libro VI. Lactantius quoque Maronis noſtri ſtudioſiſſimus ſcriptor, libr. I. de falſa religione cap. 21. Apud Cypri Salaminem humanam hoſtiam Jovi Teucrus immolavit, idque ſacrificium poſteris tradidit. pro *advectus ad oras* vetuſti plerique *in oras*, ſed cum Mediceo Cariſius *ad oras.* HEINS. *Delaectus* pro *delatus* Leidenſis unus. qui & a manu ſecunda, *devectus. adductus* alter Hamburgenſis. *ad oras* etiam Sprotii & prior Hamburgicus. de nominibus in *er* & *us*, vide praefationem in Phaedrum. *Critheas in oras* Dorvil. BURM.

109. OPTAVITQUE. *Aptavitque* Wallian. Leidenſis unus, ſecundus Hamburgenſis, & pro varia lectione prior, & Leidenſis alius, & tertius a manu prima, & Ed. Venet. *locum regni* alter Hamburgicus. vid. lib. I. 425. *Ilion &* Hamburg. pr. & Venet.

111. HINC MATER CULTRIX CYBELE. Variis modis exhibetur hic locus in membranis jam inde a Servii aetate, ſed verba ejus ſunt mutila & depravata, ut mox videbimus. apud Nonium Marcellum in *Colere* circumfertur, *Hic mater cultrix Cybele*, non *Hinc*, quomodo & Servius praefert ad verſum 220. decimi Aeneidos. ſed aliter ſcripta Maronis exemplaria. Idem Servius hic loci pro genuina ſcriptura videtur agnoviſſe, *Hinc mater cultrix Cybeli.* certe & in altero Menteliano a manu prima legebatur *Cibili. Cybeli* quoque, Servii ſecutus auctoritatem, Pierius Valerianus eſt amplexus, idque in nonnullis quoque exemplaribus vetuſtis a ſe inventum teſtatur. ſive τὸ Κύβελον ὄρος Φρυγίας placet intelligi, ſive τὸ ἱερόν. Auctor Etymologici magni: Κύβελον ὄρος ἐν Φρυγίᾳ. Ἔνθα τῆς μητρὸς τῆς Κυβέλης ἱερὸν ἅγιον ἐστι. plura ibi ad rem. Stephanus Byzantius: ἔστι καὶ Κύβελλα Φρυγίας, καὶ Κύβελλον ἱερόν, ἀφ' οὗ Κυβέλη ἡ Ῥέα λέγεται, καὶ Κυβεληγενής, καὶ Κυβελις. Κύβελον igitur ὄρος Φρυγίας. quomodo & Diodorus Siculus enunciavit libro III. Bibliothecae, εἰς ὄρος ἐκθεῖναι τὸ προσαγορευόμενον Κύβελον. ſed & τὰ Κύβελα Graecis, quod mons ille in colles complures diviſus fuiſſe videatur. Strabo libro XII. ἡ Κυβέλη ἀπὸ τῶν Κυβέλων. Scholiaſtes Ariſtophanis in Avibus: Κυβέλην φασὶ παρὰ τὰ Κύβελα ὄρη. Heſychius: Κύβελα, ὄρη Φρυγίας, καὶ ἄντρα καὶ θαλάμοι. Apollodorus libro ter-

97 deſunt Voſ. R. Steph. al. 98 deſunt Voſ. R. Steph al. 99 & Cylebe Voſ. 1 deſunt Voſ. R. Steph. al. 2 Κυβίζειν Voſ. R. Steph. Κυβιςᾷν Baſil. 3 Deimones Voſ. Daimones R. 4 deſunt Voſ. 5 quaſi daemones, qui t. ſciunt Voſ. R. ſed hic, *ſitiunt* habet. 6 deſunt Voſ. R. Steph. al. uſque ad *fida.* ℣. 112. 7 Jaſonis Dan. Fabr. ſed Maſvic. *Jaſionis* juſſit edi, quod furto ſublegit Munkero, quem maluiſſe *Apollinis* legere ex Tzetze ad Lycophr. p. 19. Ryckius in margine notaverat. ſed meliora doctus ab Heinſio. *Jaſionis* praetulit in notis ad Hygin. Fab. CXXXIX. BURM. 8 NATUS, an nata? Sc. Κόρη an in genere Corybas notet, ſine patre natum, neſcio. 9 Cypricorium, una voce Dan. & Fab. Meurſius in Cypro I. 27. legit, Cypri *Curium* vocant.

Idaeumque nemus: hinc fida ſilentia ſacris,
Et juncti currum dominae ſubiere leones.

Ergo

SERVII.

112. IDAEUMQUE NEMUS. Ut oſtenderet Idaeum montem, qui ſit in Troja, de Cretae Ida cognomen indeptum.] FIDA SILENTIA SACRIS. Hinc, inquit, inventum eſt, ſervare ſacris fidele ſilentium.

113. ET JUNCTI CURRUM DOMINAE SUBIERE LEONES. *Dominas*, deas dicunt, ut alibi VI. 397. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.* [10] [Sane *dominam* proprie Matrem Deûm dici, Varro & caeteri adfirmant: nam & ibi Proſerpinam ideo a Virgilio *dominam* appellatam, quod ipſa Terra eſſe dicatur, ſicut & Mater Deûm. Sane] fabula talis eſt: [11] Schyros civitas eſt, [12] inde fuit virgo [13] Atalante [14] [Schoenei filia,] praepotens curſu: adeo ut, [15] [cum reſponſum accepiſſet, ſe poſt nuptias, ut quidam volunt, interituram; ut quidam vero, in naturam aliam commutandam,] ſponſos provocatos, ac victos, occideret. Poſtea Hippomenes Venerem, ut ſibi [16] [in eo certamine] adeſſet rogavit: a qua cum accepiſſet de horto Heſperidum tria mala aurea, provocavit puellam [17] [ad curſum, & cum ſe videret poſſe ſuperari,] ſingula coepit jacere. Tunc Atalante cupiditate colligendorum majorum retenta, ſuperata eſt. Sed Hippomenes potitus victoria, [18] [cum gratiam Veneri, vel oblitus eſſet, vel neglexiſſet referre, impulſu ejus,] in luco Matris Deûm, amoris impatientia, cum victa concubuit: unde irata dea in leones eos convertit, & ſuo currui ſubjugavit; & praecepit, ne [19] ſecum unquam leones coirent: nam & Plinius in Naturali hiſtoria dicit, Leonem [20] cum Pardalide, & Pardum cum Leaena concumbere. Ideo autem Mater Deûm curru vehi dicitur: quia ipſa eſt Terra, quae pendet in aëre: ideo ſuſtinetur rotis, quia mundus rotatur, & [21] volubilis eſt: ideo ei ſubjugantur leones, ut [22] oſtendatur maternam pietatem totum poſſe ſuperare: [23] ideo Corybantes ejus miniſtri [24] cum ſtrictis gladiis eſſe finguntur, ut ſignificetur, omnes pro terra ſua debere pugnare. Quod autem turritam geſtat coronam: oſtendit ſuperpoſitas terrae eſſe civitates, quas inſignitas turribus conſtat. [25] [Hanc eandem *Heram* appellari, hoc eſt dominam tradunt. Alii ipſorum leonum dominam a Virgilio dictam arbitrantur.]

VARIORUM.

tertio Bibliothecae, αὖθις δὲ εἰς Κύβελα τῆς Φρυγίας ἀφικνεῖται. ſed & illic Κύβελα ſcribendum. Suidas: Κυβέλη, ἡ Ῥέα παρὰ τὰ Κύβελα ὄρη. ὀρεία γὰρ ἡ θεός. recte. unde & *montium dea* Catullo dicta in Galliambo. Quemadmodum autem Graeci τὸ Κύβελον & τὰ Κύβελα extulerunt, ſubintelligentes τὸ ὄρος & τὰ ὄρη, ſic Latinis *Cybelus* videtur dictus montem ſubintelligentibus. Apud Vibium certe Sequeſtrum, *Cybelus Phrygiae*, ubi varii montes recenſentur. Caeterum quod Ortelius in Theſauro Geographico contendit Κύβελον & *Cybelum* maſculino genere proferri a Diodoro Siculo, Servio & Lactantio, ſeu quicumque auctor eſt argumentorum in Metamorphoſes Naſonianas conſcriptorum, fallitur & fallit. De Diodoro jam vidimus. Lactantius, ſeu quicumque ſcriptor, fabula ſecunda decimi libri Metamorphoſeon: *Ad cantum Orphei deſiderantis conſuetudinem conjugis, cum plurima animalia capta vocis dulcedine conveniſſent, & in his etiam arbores elicitas, inter eas ſtupens cantibus fuit pinus Cybeles montis, qui in Phrygia eſt.* Vides *Cybelen* non *Cybelum* montem appellari, quod fruſtra volebat Ortelius. ſed & Servius hic loci, cum nomen *Cybeli* ſecundo caſu proponat elatum, non poteſt dici, id maſculino genere extuliſſe. idem Aeneidos undecimo v. 768. illo loco, *Forte ſacer Cybele Chloreus. Nunc montem pro numine, quod in eo colitur, poſuit.* Quamquam & illic loci par ſcripturae diverſitas, cum in codicibus nonnullis *ſacer Cybelo* legatur, ut pluribus ibi a me monebitur. ſed vulgatam lectionem agnovit Macrobius libro Saturnal. V. cap. 1. & XV. Naſo etiam Dindymis & Idae montibus, in quibus magna Mater cole-

10 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad *Fabula.* 11 Schoenos Fabr. al. 12 exinde Voſ. R. Dan. Fabr. 13 Athlante Voſ. Atlante Steph. Fabr. Ataianta Baſil. Atlantes Dan. Cyrinei filia Dan. Fabr. ſed deſunt reliquis. 14 deſunt Voſ. R. Steph. al. 15 deſunt iiſdem. 16 deſunt iiſdem. 17 deſunt iiſdem. & ſingula iiſdem. 18 deſunt iiſdem. 19 ne inter ſe Dan. Fab. 20 cum parda libenter, & Voſ. Dan. Fab. cum Pardali, & Baſil. 21 revolubilis Voſ. R. Steph. 22 oſtenduntur mater pietatem R. oſt. maternam p. omnia poſſe ſup. Fabr. 23 inde Steph. Fabr. 24 cum ſuis gladiis Baſil. 25 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Ergo agite, &, Divom ducunt qua juſſa, ſequamur:
Placemus ventos, & Gnoſia regna petamus.

Nec

SERVII.

114. [26] [DIVUM DUCUNT &c. Et neceſſarium poſuit, & honeſtum.]

115. GNOSIA REGNA. Cretam, a *Gnoſo* civitate ejus, [27] [& eſt argumentum a poſſibili.]

VARIORUM.

colebatur, accenſet tertium Cybelen Faſtorum libro IV. 249.

Dindymon, & Cybelen, & amoenam fontibus Iden,
Semper & Iliacas Mater amavit opes.

nam montium cultrix haec dea credebatur, ut jam ſupra vidimus. Cum igitur mons hic Phrygiae non minus *Cybele*, quam *Cybelus* & *Cybelon* ſit dictus, nihil cauſae eſt, cur *Cybelen* utroque Maronis loco in *Cybelon* mutemus. Nam quod *Cybelen* Ortelius Phrygiae civitatem facit, non plus meretur fidei, quam cum *Dindyma* & *Cybelum* eosdem montes fuiſſe perſuaſum nobis cupit, quos in Naſonis loco jam producto videmus liquido diſtingui ac ſeparari. ſed & Feſtus Pompejus *Cybelen* montem videtur agnoviſſe: *Cybele mater, quam dicebant Magnam, dicta a loco, qui eſt in Phrygia.* Ut huic Maronis loco corrumpendo anſam praecipuam videatur dediſſe, quod Cybeles nomen ad ipſam matrem referri debere ſunt opinati, qui interpolarunt, cum montem Phrygiae deſignari nos contendamus. Nunc ſcripturae diverſitates expendantur. prior Mentelii & Rottendorphii tertius, *Hinc mater cultrix Cybile.* idem Rottendorphii liber, ut & Moretanus primus poſteriorem ſyllabam in *mater* recentiori manu adſcriptam exhibebant, eraſa veteri ſcriptura, quam τὸ *matris* prae ſe tuliſſe haud difficulter tamen appareret. *Hinc matris cultrix Cybele.* mons nimirum. In Pierianis nonnullis, *Hinc matris cultrix Cybeles.* quod ſi admittimus, *Cybelae* omnino malim. ita enim Maronem ejuſcemodi nomina efferre ſolere cum alibi demonſtravimus, tum infra hoc ipſo libro 376. & libro VIII. 13. ſed cum praecipuae auctoritatis libri, etiam Nonius Marcellus, *mater cultrix Cybele* agnoſcant, ſcribendum utique, *mater cultrix Cybelae*, montis videlicet. quomodo & Aeneidos undecimo 768. *ſacer Cybelae Chloreus.* Idque voluiſſe Nonium Marcellum ſit manifeſtum, dum *colere* pro *inhabitare* hoc loco capiendum monet. *Colere, inhabitare.* Virgil. Aeneidos III. *Hic mater cultrix Cybelae.* & *rurſum, quas dira Celaeno Harpyiaeque colunt aliae.* quamquam *Cybele* nunc illic contra Nonii mentem circumfertur. ita *colendi* verbum & apud Naſonem in Amoribus II. XIII. 7.

Iſi, Paraetonium genialiaque arva Canopi
Quae colis, & Memphin palmiferamque Pharon.

apud Phaedrum in fabellis, *ſus nemoricultrix*, nemorum inhabitatrix; & *cerva ſilvicultrix.* apud Catullum in Galliambo. Quid quod apud Servium in membranis verae etiam ſcripturae exſtat veſtigium? ita enim illic circumfertur. *Cultrix Cybeli* (*Cybelei* Rottend.) *montis Phrygiae, in quo colitur, a quo & Cybele dicta eſt. Alii dicunt Cybellum ſacerdotem ejus primum, & ab eo Cybelem dictam. nonnulli cultrix Cybelae* (ſic Rottendorphianus) *legunt, ut ſit quaſi Cybeleïa. alii Cybebe.* ſic Mentelianus. & Rottendorphius, *alii Cybelae.* opinor *Cybebae.* & mox emendo, ἀπὸ τῦ κυβηβᾶν τὴν κεφαλήν. nam in Rottendorphii codice ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΥΒΙCΕΑΙ ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ. in Menteliano, ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΥΒΙCΘΑΙΩΝ ΚΕΦΑΛΗΝ. quod eſſet ἀπὸ τῦ κυβιςᾶν τὴν κεφαλήν. ſed vix video, quid illis ſibi velit Servius, *alii Cybele* vel *Cybelae*, niſi refingis *Cybebe.* Nam Cybelen etiam Κυβήβην dictam monet Heſychius aliique ex Grammaticis Graecis ἀπὸ τῦ κυβηβᾶν, quod interpretantur ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ῥίπτειν. apud Feſtum quoque: *Cubebe mater, quam vocabant magnam, ita appellabatur, quod agebat homines in furorem. quod Graeci* Κυβηβᾶν *dicunt.* ſed ea lectio in Marone noſtro nequaquam toleranda, cum ſecunda in *Cybebe* ſeu Κυβήβη ſyllaba producatur. ſic libro Aeneidos decimo ℣. 220. in optimo veterrimoque codice Gudiano exaratum offendi, *Nymphae, quas alma Cybebe Aequoris eſſe deas juſſit.* Genuinum igitur Virgilii, *Mater cultrix Cybelae*, non *Cybele.* quomodo & apud Catullum in Galliambo peccatur, cum refingi oporteat,

Tympanum, tubam Cybelae, ſua, mater, initia.

Eleganter *tympanum tubam Cybelles* per appoſitionem vocat. *Cybelae* pro *Cybeles*, antiquo more, ut jam diximus. ſic Aeneidos VIII. 139. *Cyllene* pro *Cyllenae* legebatur, *Cyllenae gelido conceptum vertice*

26 deſunt iiſdem. 27 deſunt iiſdem.

Nec longo diſtant curſu: modo Juppiter adſit,
Tertia lux claſſem Cretaeis ſiſtet in oris.
Sic fatus, meritos aris mactavit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo;

120 Ni-

SERVII.

116. NEC LONGO DISTANT CURSU. A Delo ſcilicet: [28] [eſt argumentum a facili.] MODO JUPPITER ADSIT. Aut aër: ac ſi diceret, tantummodo ſit ſerenum, ut Horatius I. Od. I. *Manet ſub Jove frigido Venator, tenerae conjugis immemor.* [29] [Id eſt, ὑπὸ Διός ſub divo.] Aut re vera *Jupiter*, qui praeeſt inſulae [30] Cretae, quam [31] petebant: [32] [aut quia ventos proſperos Jupiter praeſtat.]

117. [33] [TERTIA LUX. Hoc quidam juxta ſpeciem auguralem poſitum tradunt, quae appellatur *Condictio*, id eſt, denuntiatio, cum denunciatur: ut ante diem tertium quis ad inaugurandum adſit, quod Anchiſes poſt impetrationem augurii, & Apollinis reſponſum, ſuadens in Cretam eundum, oſtendit condictionem in tertium diem: addit enim: *Modo Juppiter adſit*, hoc & pro civitate dicitur.] CRETAEIS. Quia Κρήτη, ideo [34] *Cretaeis*, ut *Aetnaeis*.

118. MERITOS HONORES. Unicuique aptos. [35] [*Taurum* figurate dixit: varietas enim ipſa idem ſignificat.] Ratio [36] enim victimarum fit pro qualitate numinum: nam aut [37] hae immolantur, quae obſunt eorum muneribus, ut porcus Cereri; quia obeſt frugibus: hircus Libero; quia vitibus nocet. Aut certe [38] ad ſimilitudinem: ut inferis nigras pecudes; ſuperis albas immolent: tempeſtati atras; candidas ſerenitati, [39] [ut infra: *Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.* Sane hic oſtendit dicendo *meritos*, rite Neptuno & Apollini tauros.]

119. TAURUM NEPTUNO. Propter futuram navigationem. PULCHER APOLLO. Propter oraculum datum. [40] [Sane hoc loco Virgilius ſequutus veterum opinionem, Neptunum tantum & Apollinem nominavit: dicuntur enim hi dii Penates fuiſſe, quos ſecum advexit Aeneas: quamvis diverſis locis alias opiniones aliorum ſecutus Poëta de diis Penatibus diverſa dixerit. Et quidam *pulcher Apollo* epitheton datum Apollini reprehendunt: *pulchros* enim a veteribus exoletos dictos: nam & apud Lucilium Apollo *pulcher* dici non vult.]

VARIORUM.

tice fudit. ubi nos plura. Hinc ea ipſa Mater harum regionum cultrix, quae & cultrix Cybeles. ſacra Phrygia per Cretam didita deſignat. HEINS. *Cibeli* Regius. hic turbatum erat in Parrhaſiano, & a prima manu *cultri* fuit, adſcripta deinde litera *s*, *cultris*, & ſuperſcriptum *cum*. ſed Parrhaſius in margine *cultrix*, ut & *Cibelae* a prima m. ſed *Cybele* correctum. in aliis *matris cultrix Cybeles*, ut ad montem vel civitatem referatur. ſic in nummo aereo M. Julii Philippi ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. ubi Cybele turrita exhibetur Antiochiae culta. Cerda malebat, *hic mater*. & ita citatur a Servio ad X. Aen. 220. & in Wall. *hinc mater Cybele cultrix*. Daviſ. ad Minuc. Fel. cap. VI. etiam *Cybeli* legendum cenſet. & Catroeus hic magnifice ſe jactat popularibus ſuis, quaſi haec emendatio a ſe profluxerit: non legunt enim polituli in Francia adoleſcentes Latinos commentarios. BURM.

Ibid. AERA. *Ira* Wittian.

112. HINC FIDA. *Et fida* Commentator Cruquianus Horatii lib. III. Od. I.

113. JUNCTI. *Vincti* Francianus. *victi* Dorvillianus.

114. DIVUM. *Divom* Gudianus. *qua ducunt* Witt. Parrhaſ. & Venetus, *qua fata* Ed. Venet.

115. GNOSSIA REGNA. *Gnoſia* ſcriptum eſt in libro Colotiano, & in argenteis nummis ΚΝΩΣΙΩΝ. URSIN. *Gnoſia* in ſcriptis. in Gudiano tamen, & nonnullis ſcriptis *Cnoſia* exaratum apparet, ut lib. V. 306.

28 deſunt iiſdem. 29 deſunt iiſdem & Dan. 30 deeſt Voſ. R. Steph. al. 31 petemus Voſ. R. petimus Steph. al. 32 deſunt Voſ. R. Steph. al. 33 deſunt iiſdem. vid. ſupr. ad ꝟ. 89. 34 *Cretaeus ut Aetnaeus* Fabr. al. 35 deſunt Voſ. R. Steph. al. 36 autem Baſil. enimv. fuit Voſ. 37 haec Voſ. R. Steph. 38 a ſimilitudinem Dan. vitio operarum. unde Commel. & Emmen. *a ſimilitudine* fecerunt. ad Georg. II. 380. *per ſimilitudinem* dixit. 39 deſunt Voſ. R. Steph. al. ſed Baſil. deſunt a *Zephyris*. 40 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.
Fama volat, pulſum regnis ceſſiſſe paternis
Idomenea ducem, deſertaque litora Cretae:
Hoſte vacare domos, ſedeſque adſtare relictas.
Linquimus Ortygiae portus, pelagoque volamus,

Bac-

SERVII.

120. NIGRAM HYEMI PECUDEM, ZEPHYRIS FOELICIBUS ALBAM. Bono uſus eſt ordine, ut prius averteret mala, ſic conciliaret optanda. Fruſtra enim profutura poſcuntur adverſis ſequentibus: [41] [nam & Romani veteres Diis aſperioribus ſacrificabant, ne nocerent.]

121. PULSUM REGNIS CESSISSE PATERNIS. Non dicit quare. Sed talis hiſtoria eſt: *Idomeneus*, [42] [de ſemine Deucalionis natus,] Cretenſium rex, cum poſt everſam Trojam reverteretur, in tempeſtate devovit diis [43] ſacrificaturum ſe de re, quae ei [44] primo occurriſſet. Contigit autem, ut filius ejus primus occurreret: quem cum, [45] [ut alii dicunt,] immolaſſet; ut [46] alii, immolare voluiſſet: [47] [& poſt orta eſſet peſtilentia,] a civibus pulſus regno, Sallentinum Calabriae promontorium tenuit, juxta quod condidit civitatem: unde eſt inf. 300. *Et Sallentinos obſedit milite campos Lyctius Idomeneus.* Relatio ergo hiſtoriae ad injiciendum Trojanis [48] Cretam eundi deſiderium pertinet: & re vera aliter [49] [ad hoſtis] provinciam ire non [50] poterant.

122. IDOMENEA. Hujus nominis penultima ſyllaba, natura brevis, contra regulam producta eſt. Sed quia quinque Graecae linguae ſunt, Aeolica, Ionica, Dorica, Attica, Communis, [51] hinc fit, ut in uno nomine varietas inveniatur: ut [52] ecce in *Idomeneus* Communis lingua facit genitivum [53] Ἰδομένεος; Dorica, Ἰδομενῆος; Attica Ἰδομενέως; Ionica Ἰδομενῆος: unde eſt [54] hic in verſu accuſativus, ſicut & [55] *Ilionea*.

123. HOSTE. Multi hic diſtinguunt. ASTARE. [56] Eſſe, quod tunc ſignificat, quando de his loquimur, quae cadere non poſſunt; ut ſi dicas *terras aſtare.* [57] [Et oſtendere vult ſe non temere credidiſſe.]

124. [58] [ORTYGIAE. De hac plenius ſupra ỳ. 72. dictum eſt. PELAGOQUE VOLAMUS. Quia ut alibi I. 224. *Mare velivolum.*]

VARIORUM.

v. 306. HEINS. Mox, *nec diſtant longo* alter Menagii.

117. SISTET. *Siſtat* alter Hamburgicus. ſed *ſiſtet* agnoſcit Interpres Horatii ad lib. I. Od. 22. qui *Jupiter adſit*, explicat, de tempeſtate idonea. ut forte in Servio legendum, *hoc & pro tempeſtate dicitur.* niſi *pro civitate*, favente Jove in Creta condenda, velit quis capere. BURM.

118. MACTAVIT. *Mactabat* apud Nonium in *Honor.* & apud Macrobium lib. IV. Saturn. cap. I. ſcripti noſtri, *mactavit* conſtanter. HEINS. *Honores* hic ſunt, victimae, quas *litales*, *litabiles*, vel *habiles* varie Mſſ. dant apud Lactantium lib. I. cap. 21. vide Gronov. Obſerv. in Eccleſ. ſcript. cap. 17. BURM.

119. PULCHER. Culpant hoc epitheton. ſed vid. Phil. Carol. & Gronov. ad Gell. XIII. 26. utitur etiam Claudian. VI. Conſ. Honor. 25. IDEM.

121. REGNIS. *Regno c. paterno* prior Hamburgicus. ſed vulgata legitur apud Commentatorem Crucquianum Horat. II. Od. 2. & Noſter ſaepe plurali hoc numero uti ſolet, ut potentiam & lati regni amplitudinem innuat. loca ubique obvia. ſic *pulſus regnis* VII. 217. modo ỳ. 108. *uberrima regna.* BURM.

123. DOMOS. *Domus* primus Mentelianus & tres alii. etiam Gudianus a manu prima. ſic & infra

41 deſunt iisdem. 42 deſunt iisdem. 43 ſacrificaturum, ſed de re Dan. 44 primum Dan. utroque loco. *primo* vero bis R. primum & deinde *primus* Steph. al. 45 deſunt Dan. 46 alii vero Dan. 47 deſunt Voſ. R. Steph. al. 48 deeſt iisdem 49 deſunt Voſ. 50 poterat Dan. 51 deeſt R. Voſ. Steph. al. 52 ecce hoc Steph. ecce in hoc Voſ. R. ecce in *Idomeneos* Dan. 53 *Idomeneus* Dorica. *Idomenes.* Attica *Idomeneus.* Ionica *Idomeus.* Voſ. & R. ſed hic ultimo loco *Idomeneus.* Ἰδομενῆος Pab. 54 in hoc verſu Voſ Steph. al. 55 *Ilioneo* Voſ. *Iliona* R. 56 eſſe ſub hoc Dan. Fabr. 57 deſunt Voſ. R. Steph. al. 58 deſunt iisdem.

Bacchatámque jugis Naxon, viridemque Donyſam,
Olearon, niveamque Paron, ſparſáſque per aequor
Cycladas, & crebris legimus freta conſita terris.
Nauticus exoritur vario certamine clamor.
Hortantur ſocii, Cretam proavoſque petamus.

Pro-

SERVII.

125. BACCHATAMQUE JUGIS NAXON. Aut vitibus conſitam: aut celebratam *Bacchis*: aut ubi Bacchus ex Indis, [59] [vel ut quidam volunt, poſt devictos Gigantes,] egit triumphum: nam, ut ſupra I. 67. diximus, ipſi conſecrata eſt, quae & Dia dicitur. [60] [*Bacchatam* ergo, in qua bacchatus ſit Liber: aut ideo gratam Baccho, quod ibi cum relicta [61] a Theſeo Ariadne libentiſſime concubuerit, [62] cui etiam coronam donavit, quae poſtea inter ſidera collocata.] VIRIDEMQUE DONYSAM. [63] Vel a colore marmoris Lacedaemonii, [64] [vel ſylveſtrem.]

126. OLEARON. [65] Non adjecit epitheton, cauſſa varietatis. NIVEAMQUE PARON. Unde candidum marmor, ut I. 593. *Pariuſque lapis* [66] *circumdatus auro.* SPARSASQUE PER AEQUOR CYCLADAS. Et hae, quas dixit, Cyclades ſunt: unde minus eſt, *& alias. Sparſas* autem, quia nullo ordine continentur, ut Stoechades, quae ἀπὸ τῦ ςοίχυ dictae ſunt: rectae enim ſunt. *Cyclades* vero non ideo dicuntur, quia in rotunditate ſunt; ſed quod longo ordine eas circumire neceſſe eſt: [67] [alii [68] Sporadas, nomine *Cycladum* dictas tradunt, quod ſparſae ſunt.]

127. LEGIMUS. Praeterimus, ut inf. 292. *Littoraque Epiri legimus*. Tractus autem ſermo a nautis, quod, funem legendo, [69] [id eſt, colligendo,] aſpera loca praetereunt. FRETA CONCITA TERRIS. Vel propter promontoria: vel quod naturale eſt, ut concitatiora ſint maria vicinitate terrarum: quas conſtat anhelitum quendam ex ſe [70] emittere: unde in quinto navigaturus Aeneas, Eryci ſacrificat.

128. NAUTICUS EXORITUR VARIO CERTAMINE CLAMOR. [71] Celeuſmaticum eſt hoc hemiſtichium. Et bene metro Celeuſmatis uſus eſt, [72] [id eſt,] Anapaeſtico trimetro hypercatalectico. Celeuſma autem quaſi praeceptum. Unde Saluſtius fragm. incert. *Impediebant juſſa nautarum.*

129. [73] [CRETAM PROAVOSQUE. Sane *proavos* appellando, cognationem declarat.]

VARIORUM.

fra ŷ. 540. Membranae veteres, & libr. VII. 394. codices nonnulli. HEINS. Ita fere ubique variant ſcripti. *domus* Ed. Ven. *domum* Mediceus. *atque vacare* Zulichem. a m. ſec. *Cretae Hoſte. vacare* &c. Wittian.

125. BACCHATAMQUE. *Bacchantemque* Menagianus prior. quod non ineptum, ſi locum pro hominibus capiamus. ſed *bacchatam* dixit, ut *virginibus bacchata Lacaenis Taygeta* XII. Georg. 487. & Valer. Flac. III. 20.

Dindyma ſanguineis famulûm bacchata lacertis.
Pierius notat in libris eſſe, *Naſon*, & Cl. Dorvillius animadvertit apud Livium legi *Naſos Ortygia Syracuſana*. lib. XXV. 24. ſed in nummis Siciliae vocari *Naxon*. BURM.

Ibid. DONYSAM. *Donuſam* legit Voſſius ad Pomp. Melam lib. II. cap. 7. HEINS. *Doniſam* & *Donuſam* nonnulli. *Dinoſam* alter Hamburgicus.

126. OLEARON. Scripti omnes vetuſtiores cum Mediceo, *Olearon*. Straboni etiam Ὠλίαρος: etſi Ptolemaeo Stephanoque Byzantio Ὠλίαρος. vide quae diximus ad Ovid. lib. VII. Metam. 478. HEINS.

Ibid. PARON. *Pharon* Mediceus & Regius.

127. FRE-

[59] deſunt iiſdem. [60] deſunt iiſdem. [61] Atheſiona Duc * libentiſſime Dan. Atheſiona lib. Fab. [62] qui Dan. [63] a colore m. L. Voſ. Steph. al. a colore amorae al. armorum is Lacedaemonii R. [64] deſunt Voſ. R. Steph. al. [65] nam, vitioſe. Dan. ſecuti tamen Commel. & Emmenes. [66] *circumdatur* Fabr. al. [67] deſunt Voſ. R. Steph. al. qui hic ſubjungunt notam ad ŷ. 127. *vel propter promontoria* &c. Schol. Statii ad I. Achil. 390. neceſſe eſt, propter promontoria periculoſa. habet & ille, in rotunditatem. videntur hic notae Guellii de his inſulis. BURM. [68] Sparadas Dan. [69] deſunt R & Maſvic. omiſerat. [70] mittere Voſ. [71] *celeuma* dicunt, & bene Voſ. R. Steph. *celeuſma* d. Baſil. metro celeuſmatico Fab. & al. celeumatis Voſ. R Steph. potuiſſe & de ŷ. 129. *Cretam proavoſque petamus*, dici, eſſe celeuſmaticum, notabat Cl. Dorvillius. [72] deeſt Steph. [73] deſunt R. Voſ. Steph. al.

Proſequitur ſurgens a puppi ventus euntis,
Et tandem antiquis Curetum adlabimur oris.
Ergo avidus muros optatae molior urbis,
Pergameamque voco, & laetam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcemque adtollere tectis.

Jam-

SERVII.

130. Surgens. Flans, ut inf. 481. *Et* [74] *ſando ſurgentes demoror auſtros.* [75] Et contra, non flans, *ponens* & *reſidens* dicitur, ut vii. 27. *Cum venti poſuere, omniſque repente reſedit Flatus.*

131. Et tandem. Ad deſiderium pertinet navigantium: nam ſequitur: *Ergo avidus muros.* Curetum. [76] Hi *Curetes* primi cultores Cretae eſſe dicuntur. [Alii tradunt *Curetes* & Corybantes Matris Deûm miniſtros, cuſtodes, ſicut dictum eſt ſupr. ꝟ. 111., pueri Jovis, ad plurimas res [77] maximi uſus hominibus extitiſſe. Adlabimur. Oſtendit proſperam navigationem fuiſſe.

132. Ergo avidus muros. Ordo eſt: Avidus urbis optatae muros molior; non, avidus molior.]

133. Pergameamque voco. [78] Zeugma a ſuperioribus, hoc eſt, urbem. [79] [Legitur ſane in libris antiquioribus: Aeneam vere Cretam tempeſtate delatum, locum Trojam nomine, *Pergamum* appellaviſſe. Alii dicunt: *Pergamum* in Creta conditam a Trojanis captivis, qui ex claſſe Agamemnonis illo erant delati, ibique putant Aeneam quendam, generis auctorem, Ilio incolumi, cum eo ad ſacrum Apollinis veniſſe; & gravidam hoſpitis filiam feciſſe; ex qua ortus eodem nomine Aeneas, claſſem Agamemnonis eſt adgreſſus hyeme disjectam; cui ſe feruntur junxiſſe hi, qui Cretam ſeceſſerant, deſerto Agamemnone: unde loco nomen *Pergamum* ab illo conditum, quod obtinuiſſe deſertores feruntur, juxta [80] Cydoniam: quod Poëtam latenter attigiſſe debemus accipere.] Gentem. Sociorum multitudinem. [81] Laetam. Propter Pergama reſtituta.

134. Amare focos. [82] Sacrificia celebrare. [83] [Quidam *focos*, lares; & per hoc domicilia tradunt. Ergo *focos*, pro, Penates poſuit. At e contrario, penates pro focis, ut i. 704. *Flammis adolere penates.* Sane Varro Rerum divinarum libro, refert: *inter ſacratas aras*, focos *quoque ſacrari ſolere; ut in Capitolio Jovi, Junoni, Minervae; nec minus in plurimis urbibus oppidiſque: & id tam publice, quam privatim ſolere fieri*; focum *autem dictum a* fovi, *ut* colinam, *ab eo, quod ibi ignis colatur: nec licere vel privata, vel publica ſacra ſine foco fieri*: quod hic oſtendit Poëta: *focorum* enim commemoratione, inſtantium ſacrificiorum mentio inducitur: quod ita eſſe multis locis docetur. Quidam *aras* ſuperorum deorum volunt eſſe; Medioximorum, id eſt, marinorum, *focos*; Inferorum vero [84] *mundos*.] Arcemque attollere. Poëtica periphraſis, id eſt, domos aedificare: nam *arx* eſt locus in civitate munitus.

VARIORUM.

127. Freta concita. In omnium fere ſcriptis, *freta concita*: mendoſe. qui naevus Nonii quoque codices pertinaciter inſedit, voce *fretum* & Scholiaſten Statii Theb. i. 120. ſed bene primus Moretanus *freta conſita*. HEINS. *Conſita* Dan. Heinſius edidit. *concita ventis* prior Hamburgenſis pro varia lectione. & Wall. a m. pr. ſed *terris* a ſec. ut & Parrhaſ. & Dorvillian. Wittian. & alii. ſed *conſita* ad *Sporadas* referunt recte Interpretes. & ita has voces confuderunt Librarii apud Lucan. ix. 690.

128. Exoritur. *Exagitur* Oudartii. de *clamore* nautico. vid. ad Val. Flac. i. 186.

129. Cretam. *Cretan* primus Moreti. HEINS. *Cretas* Hugenian.

131. Adlabimur. *Allabitur* Venetus. & Mediceus a manu prima. qui &, *ſet tandem. illabitur*

Zu-

74 *flando* Voſ. R. Steph. Dan. inepte & falſo, quod & Maſvic. dedit nobis. 75 econtra Voſ. R. Steph. al. 76 Curetes ſunt primi cultores Cretae Voſ. R. Steph. al. reliqua vero deſiderantur ad ꝟ. 133. 77 maxime Dan. 78 Zeuma Voſ. R. 79 deſunt Voſ. R. Steph. al. vide de Pergamo Meurſ. Cret. i. 13 80 Cydoneam Dan. Fab. ſed *Cydonia* ſemper vocatur. vid. Meurſ. Cret. i. 8. 81 *Laetam* autem Voſ. R. Steph. al. 82 ſacrificia. edidit ſolus Maſvic. 83 deſunt Voſ. R. Steph. al. 84 *tumulos* legit Barth. ad Stat. iv. Theb. 457. & pro *marinorum* legit, *aëreorum*, & omnia haec ſuſpecta habet, quia ad Eclog. v. 66. alia ex Varrone de aris & focis profert. BURM.

Jamque fere ſicco ſubductae litore puppes,
Connubiis arviſque novis operata juventus;
Jura domoſque dabam: ſubito quum tabida membris,
Corrupto coeli tractu, miſerandaque venit
Arboribuſque ſatiſque lues, & lethifer annus.

Lin-

SERVII.

135. FERE. Re, longa eſt. [85] [SICCO SUBDUCTAE LITTORE PUPPES. In ſiccum ſubductae littus.]

136. OPERATA JUVENTUS. Perfecit ſacrificia propter connubia, & novas ſedes: quia apud veteres, neque uxor duci, neque ager arari, ſine ſacrificiis peractis poterat, ut alibi: I. Georg. 339. *Laetis operatus in herbis.* Item Juvenalis XII. 92. *Et matutinis operatur* [86] *feſta lucernis.*

137. [[87] SUBITO CUM. Id eſt, cum ſubito.]

138. CORRUPTO COELI TRACTU. Hic eſt ordo peſtilentiae, ut Lucretius VI. 1095. docet: primo aëris corruptio; poſt aquarum & terrae; mox [88] omnium animalium. Notandum ſane Apolline offenſo peſtilentiam ſemper creari: quod etiam Homerus oſtendit, cum eum armatum inducit ſagittis. [89] [Sic dicens Iliad. A. 45. Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην. Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο, Αὐτοῦ κινηθέντος.] Unde & Apollo dicitur ſecundum aliquos ἀπὸ τοῦ [90] ἀπολλύειν. Contra, ſi citharam teneat, mitis eſt: unde Horatius Carm. Secul. 33. *Condito mitis placiduſque telo Supplices audi pueros, Apollo.* [91] [MISERANDA. Metonymia, quae miſeranda facit.]

139. [92] [ARBORIBUSQUE SATISQUE LUES. Quidam dicunt, diverſis numinibus vel bene vel male faciendi poteſtatem dicatam; ut Veneri conjugia; Cereri divortia; Junoni procreationem liberorum: ſterilitatem horum, tam Saturno quam Lunae: hanc enim ſicut Saturnum orbandi poteſtatem habere.]

VARIORUM.

Zulichemius. ſed correctum, *allabimur. labimur* alter Hamburgicus.

132. OPTATAE. *Aptare* Wall. novi qui hinc malebat, *aptare emolior urbis.* ſed *moliri* muros eſt fundamenta ponere, *emoliri* opus profligare & perficere. Plautus Bacch. IV. 5. *inſanum magnum molior negotium, metuoque ut hodie poſſiem emolirier.* ſic de initio operis ſupr. ỷ. 6. *claſſem moliri.* Flor. I. 7. *molientibus aedem in fundamentis repertum eſt caput humanum.* & ita centies. *optatae* etiam paſſim, de loco quem poſt navigationem & labores attingunt. infr. 509. I. 172. & alibi. BURM.

133. VOCO, LAETAM. *Et* in melioribus libris: perperam ab aliis omittitur, inter quos alter Mentelius, primus Moreti, Montalbanius & prior Hamburgenſis. HEINS. Omittunt & Reg. Parrh. Venet. Wittian. & Ed. Junt. & al. *Pergameonque* Ed. Venet.

134. AMARE. Libenter incolere, ut ſedem perpetuam futuram. vid. ad II. Georg. 487. ſic *amor* lib. IV. 347. vid. Gronov. ad Senec. Thyeſt. ỷ. 82. Catroeus ex Turnebo vertit, aedificare domos, ſibi contrarius, quum ỷ. 123. *domos deſertas* fuga Idomenei *vacare*, & ſtare etiam ſenſerit, quas nunc eos amare, id eſt incolere, quaſi a ſe eſſent conditae, hortatur Aeneas, & in illis penates collocare. erravit de verbis Servii, qui *arcem* pro domibus cepit; male, quum ſit arx ad urbis tutelam, ut in omnibus fere urbibus. deinde iterum, *domos dabam* vertit, ſolum aſſignaſſe, in quo ponerent domos, quum ipſas domos, deſertas incolis, ſociis ſuis diviſerit: nam tempus breve aedificationi vix ſuffecit. & hinc mox, *moenia magnis Magna para*, id eſt ab integro conde, non inhabitatas aliis occupa. BURM.

135. PUPPES. *Claſſes* Hamburg. pr. *pupes* hic & vers 130. *pupe* Voſſian. & alibi.

136. ARVISQUE. *Armiſque* Venetus.

137. DABAM. *Dabant* Zulichemius.

138. TRACTU. *Tactu* manus prima prioris Hamburgici. ſed *tractus coeli*, eſt aëris hauſtus. *corrupta*

ter-

85 deſunt Voſ. R. Steph. al. 86 *feſtina* Voſ. R. Steph. vitioſe. Lipſius legit, *operitur feſta lucernis.* vid. Comment. defendit *operatur* Vlitius ad Grat. Cyneg. 42. *matutinus* ediderat Commel. quod ſecutus, ut ſolet, Emmeneſſius. BURM. 87 deſunt Voſ. R. Steph. al. 88 deeſt Dan. 89 deſunt Voſ. R. Steph. 90 ἀπολλύειν Dan. Fab. al. 91 deſunt Voſ. R. Steph. al. 92 deſunt iisdem.

Linquebant dulcis animas, aut aegra trahebant
Corpora. Tum ſterilis exurere Sirius agros.
Arebant herbae, & victum ſeges aegra negabat.
Rurſus ad oraclum Ortygiae Phoebumque remenſo
Hortatur pater ire mari, veniamque precari:

Quam

SERVII.

140. Linquebant dulces animas. Item alibi IV. 385. *Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus.* Quare anima dicitur relinqui, & non magis relinquere? Secundum eos ſcilicet, qui dicunt animam eſſe perpetuam: & ad diverſa corpora tranſitum facere: quod ſi eſt, bene [93] dicimur nos animas linquere, quorum nihil praeter corpus eſt: nam anima perpetuitatis eſt: unde Palinurus in ſexto 362. *nunc me fluctus habet:* hoc eſt corpus, quod ſolum meum eſt. [94] [Aut certe ſimpliciter *animae eos linquebant:* quia morientibus maxime dulces videntur. Terentius Adelph. III. v. 5. *Animam relinquam potius, quam illam deſeram.* Aut aegra trahebant. Duo mala ſignificat, aut mortem, aut aegritudinem prolixam. *Aegra* autem, aegrota: & bene addidit *corpora:* quia & animus aeger poteſt eſſe.]

141. Exurere Syrius agros. *Syrius*, ſtella eſt in ore Canis poſita: quae annis omnibus oritur circa octavum Kalendas [95] Julii: quae orta, plerumque peſtilentiam toto anno facit; plerumque paucis diebus; interdum innoxia naſcitur. Hinc eſt Stat. I. Theb. 635. *Et in totum regnaret Syrius annum.* Item ſupra: *Et letbifer annus.* Tunc autem peſtilentiam creat, ſi in hanc rem etiam caeterorum conſentiat curſus aſtrorum. Sane *Canicula*, in cujus ore eſt, tantum generis foeminini eſt: cum ſit *Canis* communis generis, unde hoc naſcitur: nam in diminutione mutavit genus. [96] [Steriles exurere agros. Exurendo ſteriles reddere.]

142. Seges aegra. *Seges* interdum terram ſignificat. Horat. I. Epiſt. VII. 21. *Haec ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis.* Interdum [97] frumentum, ut I. Georg. I. *Quid faciat laetas ſegetes.* Hoc loco utrumque poteſt intelligi.

144. [98] [Hortatur pater ire mari. Bene filium mittit; quia erroris cauſſa pater fuerat. Veniamque precari. Et beneficium, ut I. 519. *Orantes veniam:* & re vera veniam erroris Anchiſae, [99] [qui oraculum male interpretatus eſt.]

VARIORUM.

tertius Rottendorfius a m. pr. *tracta* tert. Mentel. *tractu* eleganter; ut ita *aëra trahere*, & *haurire* dicimur: ut *tractus aquarum* de bibentibus, Lucan. IV. 388. & ita alibi. niſi quis velit de plaga coeli corrupta capere, ut ita II. Georg. 182. *tractus* a Servio plaga, regio exponitur. & hoc eſt *vitium aëris.* ut Ecl. VII. 57. de ſiccitate nimia dicit. eligat lector. priori favet Lucret. VI. 1126.

Et quum ſpirantes mixtas hinc ducimus auras,
Illa quoque in corpus pariter ſorbere neceſſe eſt.

vide ad Lucan. VII. 412. BURM.

140. Linquebant dulces animas Quaſi Poëtae & Scriptores ſemper Philoſophorum placita ſequerentur, Servius hic nimis acute diſputat. Quum, ſi uſum ſpectemus, & *anima* dicatur nos *relinquere*, & nos *animam*, ut jam oſtendi ad Quinctil. Declam. XIII. 6. ubi *vitam*, quae centies pro anima & viciſſim ponitur, *relinquere in aura* dixit. & Ovid. XIII. Met. 522.

Vitam pariter regnumque reliquit.

eodem modo in gravi languore & defectu virium *animus* dicitur *relinquere.* ut apud Ovid. X. Met. 459.

Et color & ſanguis, animuſque reliquit euntem.

Caeſar de Bell. Gal. VI. 38. *reliquit animus Sextium, gravibus acceptis vulneribus.* Plaut. Mil. IV. VIII. 37.

Animus hanc modo hic reliquit.

& ita ſaepe alii. BURM.

141. Tum.

93 dicimus Voſ. Dan. Fabr. al. 94 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 141. 95 Julias R. hinc Servium in Graecia ſcripſiſſe efficere vult Bodinus ad Oppian. 121. Cyneg. 322. licet citet eum ad X. Aen. 273. ubi etiam de Sirio agit, ſed lectorem ad hunc locum remittit. BURM. 96 deſunt L. Voſ. Steph. al. 97 frumenta R. Voſ. Steph. al. 98 deſunt iidem. 99 deſunt R. Baſil.

Quam feſſis finem rebus ferat: unde laborum
Tentare auxilium jubeat: quo vertere curſus.
Nox erat, & terris animalia ſomnus habebat.
Effigies ſacrae Divom, Phrygiique Penates,
Quos mecum a Troja, mediiſque ex ignibus urbis

Ex-

SERVII.

145. LABORUM TENTARE AUXILIUM. [1] [*Laborum*, periculorum, ut III. Georg. 452. *Non tamen ulla magis praeſens fortuna laborum. Tentare* autem *laborum auxilium*,] propter peſtilentiam [dixit: & quidam *auxilium* diſtinguunt; ut ſequatur, *Jubeat quo vertere curſus.*]

146. VERTERE CURSUS. Propter ſedes ait.

148. [2] [EFFIGIES SACRAE DIVUM, PHRYGIIQUE PENATES. Ἐν διὰ δυοῖν. Varro ſane Rerum [3] humanarum ſecundo, ait: Aeneam deos Penates in Italiam reduxiſſe, quaedam lignea vel lapidea ſigilla, quod evidenter exprimit dicendo: *Effigies ſacrae divum, Phrygiique Penates.* Quamvis alio loco alias opiniones ſecutus diverſa dixerit. Sane hos deos Dardanum ex Samothracia in Phrygiam; Aeneam vero in Italiam ex Phrygia tranſtuliſſe, idem Varro teſtatur: quos quidam dicunt, ideo inductos a poëta monere per ſomnum: monitu nam eorum per quietem juſſum cum Latino foedus feciſſe: eorum etiam monitu Latinum Aeneae ſe conjunxiſſe: eoſdem tradit viſos aliquotiens in ſomnis quid fieri vellent imperaſſe: eaque noſtros publice curaſſe majores.

149. MEDIISQUE EX IGNIBUS URBIS EXTULERAM. Hoc quibuſdam videtur ad majeſtatem potius deorum referendum, quam ad jactantiam virtutis Aeneae, & ſignificantius erit, ſi quae non legeris intelligas.]

VARIORUM.

141. TUM. *Dum* Parrhaſ. in marg. *ferius* alter Menagii. *exuere* Wallian.

142. NEGABAT. *Negabant* a manu prima Gudianus. eleganter. de qua locutione complura dicemus ad lib. VI. Aen. 209. HEINS. *Ardebant* etiam Montalbanius, & alter Hamburgicus, Dorvillian. tertius etiam Mentelianus *negabant* a manu prima.

143. ORACLUM. *Oraculum* Editio Juntae & multi codices.

Ibid. REMENSO. *Reviſo* Pugetianus.

145. QUEM. *Quam* Mediceus & Mentelianus uterque & caeteri vetuſtiores. quomodo & Nonius hic loci agnoſcit in *Finis*. ubi plura exempla ex antiquis ſcriptoribus proferuntur. Agnoſcit & Cledonius lib. II. Art. Gramm. qui tamen alterum exemplum ſubdit, *Hic finis fandi*. Noſter lib. V. 327. *Feſſique ſub ipſum Finem adventabant*, ut recte vetuſtiſſimi libri. lib. II. 554 *Haec finis Priami fatorum*. quam ſcripturam Cariſius initio lib. IV. Inſtit. Gramm. agnoſcit, ut veram. etiam A. Gellius ex ſententia Valerii Probi lib. XIII. cap. 19. cum contra Noſtrum lib. I. Aeneid. 245. ſcripſiſſe adſeveret, *Quem das finem, rex magne, laborum.* idem lib. I. cap. 3. *quatenus quaque fini ames tamquam forte fortuna oſurus.* Paullo antea, *quatenus quaque fini dari amicitiae venia debeat.* ita in antiquis exemplaribus, & ſaepe alias apud illum. Etiam apud Columellam ſub finem libri III. apud Noſtrum lib. X. 116. *haec finis fandi.* ſic enim Scholiaſtes Horatii Crucquianus. vide Voſſium de his locis lib. I. de Analog. cap. 29. Hoc Maronis loco ſex codices ex noſtris recentioris notae, *quem finem*, cum vulgatis exemplaribus amplectuntur. HEINS. *Quem finem feſſis* Leidenſ. duo & Oudartii. *quam* Wittian. & Wallian.

146. TENTARE. *Temptari* Leidenſis unus, & Oudartii. vide ad Lucan. X. 348. & ſupr. ad Ecl. VI. 85. *auxiliumque jubet* alter Hamburgicus.

147. ET TERRIS. *In terris* prior Hamburgicus

1 propter peſtilentiam R. Voſ. Steph. al. nec quidquam praeterea ad hunc verſum. 2 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ỿ. 150. 3 *divinarum* edidit Maſvicius. quum *humanarum* habeant Dan. Fabr. Comm. Emmenes. ſed quia de Diis hic agitur, credidit malulus noſter ex libris rerum divinarum eſſe deſcriptum. ſed aeque humanarum ac divinarum rerum libros ſcripſerat Varro. & Macrob. lib. III. 4. confirmat hanc lectionem, de penatibus ibi actum fuiſſe oſtendens. *Varro Humanarum ſecundo Dardanum refert, Deos Penates ex Samothracia in Phrygiam, & Aenean ex Troja in Italiam detuliſſe.* & Servius mox ỿ. 167. & paſſim alibi. BURM.

Extuleram, viſi ante oculos adſtare jacentis
In ſomnis, multo manifeſti lumine, qua ſe
Plena per inſertas fundebat luna feneſtras.
Tum ſic adfari, & curas his demere dictis:
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo eſt,
Hîc canit; & tua nos en ultro ad limina mittit.

Nos

SERVII.

150. VISI ASTARE. Non adſtabant; ſed videbantur: unde & *viſa* dicuntur: non enim ſunt; ſed videntur.

151. INSOMNIS. Multi hic diſtinguunt, & volunt unam partem eſſe orationis, id eſt, vigilantis; [4] [quemadmodum videbat Lunam infuſam feneſtris? Multi *in ſomniis* dicunt, & poſterioribus jungunt: unde & *viſi*; ſed corpus poſt ſomno vinci volunt; mentem vero vigilare & meminiſſe omnium: ideo etiam dormiens de Luna ſcire potuit.] Sane [5] *in ſomniis* colliſio eſt, quomodo *peculi* pro *peculii*. MULTO LUMINE. Cum nimbo ſuo, [6] [qui circa deos ſolet videri.]

152. INSERTAS. Aut clatratas: aut non ſeratas; ut ſit, quaſi *inſeratas*, id eſt, non clauſas: & dictum, quomodo, *Aſproſque molares*, pro aſperos. I. 248. *compoſtus* pro *compoſitus*. XI. 118. *vixet*, pro *vixiſſet*: [7] [vel *inſertas feneſtras*, quaſi lumine ſuo Luna inſeruerat, ab inſerendo, quod ſe per rimas inſereret. FUNDEBAT. Scilicet abundans lumen.]

153. TUM SIC ADFARI. Hic verſus in multis non invenitur: [8] [qui tamen admodum neceſſarius eſt.]

154. ORTYGIAM. Ad Ortygiam: more ſuo detraxit praepoſitionem, [9] ut paulo poſt, *Cretae*, pro in Creta. [10] [Sane quibuſdam viſum eſt [11] verum auxilium deorum Penatum: cur enim ante peſtilentiam non monuerunt mutandas ſedes? ideo aliquibus videtur ſomnium fuiſſe appetitum.

155. CANIT. Proprie: quia oraculum.] EN. Quaſi demonſtrantis eſt, ut fidem faciat, ne ſomnium putetur, ut paulo poſt: *Haud dubitanda refer*.

VARIORUM.

cus a m. ſec. *& ſomnus terris animalia habebat* Dorvillianus.

149. A TROJA. *Ab Troja* Parrhaſius adſcripſit. ita lib. VI. 335. & alibi.

Ibid. MEDIISQUE. *Mediis* ſecundus Moreti. forte etiam, *urbe extuleram*.

150. ANTE OCULOS ADSTARE JACENTIS. Menagianus, *ante oculos jacentes*. ut *oculi jacentes* ſint *ſomno lapſi*. contra *ſtantes genae* apud Statium pro oculis inſomnibus. Gronovius plura ad Senecae Trag. Hippol. 364. HEINS. *Jacentes* Wittian. *jacenti* Graevianus & Leidenſis eleganter. vid. ad Suet. Domit. IV. & ad Calpur. IV. Ecl. 110.

151. MULTO MANIFESTI. *Manifeſto lumine* a manu prima Gudianus. nec aliter Menagianus prior, & Hamburgenſis alter. HEINS. *Manifeſte* Leidenſis. vid. inf. IV. 358. *inſomnes* etiam primus Rottendorphius: alii diviſis vocibus, *in ſomnis*, & ita Wittian. Wallian. Edit. Juntina, D. Heinſ. & Nicolai, & aliae, & Catroeus. vid. ad II. Aen. 270. & IV. 353. BURM.

152. INSERTAS. *Incertas* Menagianus prior. male hic hypallagen ſtatuunt Interpretes, quaſi eſſet pro Luna inſerta per feneſtras. ſed feneſtrae inſertae erant parietibus. BURM.

154 DELATO. *Dilato* Hamb. alter. *Quae t. d. Ortygiae* Sprotianus. *Quid tibi* Parrh. in marg. neſcio cujus manu. *eſt* non legitur in Zulich. nec aliis duobus. *Hinc canit* tert. Rottend. *Lumina* alter Hamb.

155. NOS EN ULTRO. *Nos ultroque* Pugetianus. *en ultra* Hugen. *En tua nos ultro ad l. m.* Dorvill.

256. IN-

4 deſunt Voſ. R. Steph. al. qui reliquis ejectis tantum habent, multi in ſomnis dicunt, ut ſit colliſio quomodo *peculi* pro *peculii*. multi *in ſomniis* Fabr. al. multi *ſomnis* Dan. 5 *in ſomnis* Dan. *in ſomnis* ἀκυρολογία ſeu colliſio Fabr. 6 deſunt R. Baſil. 7 deſunt Voſ. L. Steph. al. ad ℣. 154. 8 deſunt Dan. 9 ut paulo poſt, *haud dubitanda refer*. Steph. omiſſis mediis, quod accidit quia & ibi *paullo poſt* praecedit. 10 deſunt R. Voſ. Steph. al. 11 in Dan. erat *verum* vitioſe, pro *verum*. ſed inde *rarum* fecerunt Genevenſes, & eos ſecuti, ut & Maſvicius.

Nos te, Dardania incenſa, tuaque arma ſecuti;
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus aequor:
Idem venturos tollemus in aſtra nepotes,
Imperiumque Urbi dabimus. Tu moenia magnis
Magna para, longumque fugae ne linque laborem.
Mutandae ſedes. Non haec tibi litora ſuaſit
Delius, aut Cretae juſſit conſidere, Apollo.

Eſt

SERVII.

156. DARDANIA. Derivativum nomen eſt a conſtitutore: [12] & notandum regionem pro civitate poſitam. TUAQUE ARMA SECUTI. Ac ſi diceret, tuas partes [13] [vel imperium, ut XII. 192. *Socer arma Latinus habeto*.]

157. SUB TE. [14] Sub tuo jure agentes. PERMENSI. Evecti, [15] ut contra, II. 181. *Pelagoque remenſo*. [16] [Multi autem *permenſi* ſine *n* legunt, a verbo [17] *permetior*. Hic verſus variaſſe dicitur.]

158. IDEM. Nos ſcilicet, qui te ſumus ſecuti. [18] [VENTUROS. Plus eſt, quam ſi dixiſſet *futuros*: nam quaſi eos jam eſſe ſignificat.] IN ASTRA NEPOTES. Significat [19] Cajum Julium Caeſarem, qui primus inter deos tranſlatus eſt. Et bene *in aſtra*, cujus ſydus apparuit, ut IX. Ecl. 47. *Ecce Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum*.

159. URBI. Romae, κατ' ἐξοχὴν, ut ſupra I. 258. diximus. MAGNIS. Id eſt, nepotibus: & bonum ornatum a ſermonis fecit ſimilitudine: [20] [*magnis* vero dixit, vel Penatibus, ut *Magnis diis*: vel nepotibus; ſed ad exhortationem Aeneae pertinet, *magna para*, dicendo.]

160. FUGAE. Profectionis. [21] [Dicens autem *fugae*, videtur crimen proditionis excuſare.]

161. MUTANDAE SEDES. Argumentum a neceſſitate. Simul arguitur error Anchiſae. [22] [SUASIT. Deeſt, capere.]

162. DELIUS &c. Ordo autem eſt: *Delius Apollo*. [23] [CRETAE. Pro *in Creta*. Non ſic dicitur *Cretae*, quemadmodum *Romae*: neque enim bene, ſicut dictum eſt, ſine praepoſitione inſulae ponuntur; niſi hae tantum, quae ejuſdem nominis civitates habent.]

VARIORUM.

156. INCENSA, TUAQUE. *Incenſaque tua* Wallian.

157. PERMENSI. *Permiſſi* Sprotian. a m. pr. *emenſi* Dorvil. a m. pr.

158. IN ASTRA. *Ad* Mentelii prior. & ita Servius Fuldenſ. ad lib. I. 22.

159. MAGNIS. Nepotibus explicat etiam Mart. de Roa I. Sing. 16. *magna* vero aeterna & inexpugnabilia. ſed ad Imperium latum reſpicit. ut ita *Italiam magnam* IV. Aen. 345. & *magnae* urbes Metropoles ſunt. vid. ad II. Aen. 295. BURM.

160. NE. *Neu* prior Hamburgicus. *furorem* Wallian. a m. pr.

161. SUASIT. *Suadet* Sprotius pro varia lectione.

162. AUT CRETAE. *In Creta* Cledonius lib. II. Art. Gram. pag. 1922. ſed perperam. *aut Crete* duo Veteres. totidem, *conſidere juſſit*. HEINS. *Aut Creta* Leid. unus & Montalbanius a manu ſecunda. *aut certe* Zulichemius a prima manu, *Crete* a ſecunda. *Cretae* Menagii, Sprotii & prior Hamb. *haud Crete* Venetus. & *haud Creta* Ed. pr. *aut conſiſtere* idem. *conſiſtere juſſit* prior Hamburgicus. vid. ad VI. 67. BURM.

265. Oe-

12 & ſciendum Dan. Fabr. 13 deſunt R. Baſil. vel tuum imperium Voſ. ſed reliqua, ut *ſocer* non habet. 14 duce, ſub &c. Voſ. 15 ut eſt contra Voſ. R. Steph. Dan. ut econtra Baſil. 16 deſunt Voſ. R. Steph. al. 17 *permedior* Dan. quod Genevenſ. & Comm. fideliter ſecuti. 18 deſunt Voſ. R. Steph. al. 19 Gajum Voſ. R. 20 deſunt Voſ. L. Steph. al. ubi tantum, & ſimilitudine *magnis magna para* dicendo. in Baſil. deerat praepoſitio *a*, ante ſermonis. 21 deſunt Voſ. R. Steph. al. 22 deſunt iiſdem. 23 deſunt iiſdem.

Eſt locus, Heſperiam Graji cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebae.
Oenotri coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem.
Hae nobis propriae ſedes; hinc Dardanus ortus,
Iaſiusque pater, genus a quo principe noſtrum.

Sur-

SERVII.

163. Est locus. Ut ante I. 530. diximus, [24] totius orbis comparatione. Hesperiam. Deeſt, *quam*, [25] [ut ſupra I. 16. dictum eſt.] Cognomine. Ab Heſpero, Hiſpaniae rege: vel ſtella, quam intuentur petentes Italiam.

164. [26] [Antiqua. Nobilis, ut jam dictum eſt I. Aen. 530.]

165. Oenotrii. [27] Dicti, vel a rege ejuſdem nominis, vel a vino: Italis enim primis vitem oſtendit Saturnus, ut in ſeptimo 179. legimus, *Vitiſator curvam ſervans ſub imagine falcem, Saturnuſque ſenex.*

166. [28] [Italiam dixisse. Bene omnia *Italiae* nomina in unum contulit, propter errorem Aeneae.]

167. Propriae sedes. Perpetuae: quia infirmas & in Creta & in Thracia [29] condidit. Hinc Dardanus ortus, Iasiusque pater. Iaſius & Dardanus fratres fuerunt, [30] [Jovis &] Electrae filii: [31] [vel ut quidam volunt;] [32] ſed Dardanus de Jove, Iaſius de [33] Corytho procreatur; de cujus nomine & mons & oppidum nomen accepit: poſtea Iaſium dicitur Dardanus occidiſſe. [34] [Hi tamen fratres, cum ex Etruria propoſuiſſent ſedes exteras petere, profecti: & Dardanus quidem, contracta in Troja juventute, Dardaniam urbem condidit, a qua Trojanorum origo crevit. Iaſius autem Samothraciam cepit, & ibi liberum locum imperio tenuit. Alii dicunt utrumque ex Corytho Jovis filio procreatos, & ſicut dictum eſt, relicta Italia profectos; ſed Iaſium Samothraciam imperio tenuiſſe; Dardanum vero in Phrygiam perveniſſe, ibique auxilio fuiſſe Teucro, Scamandri filio, qui tum finitimas gentes bello ſubigebat, filiamque ejus duxiſſe in matrimonium, & poſt mortem ſoceri regnum adeptum, Dardaniam, Trojanam regionem, ab ſuo nomine appellaſſe. Graeci & Varro Humanarum rerum, Dardanum non ex Italia, ſed de Arcadia urbe Pheneo oriundum dicunt: alii Cretenſem: alii circa Trojam & Idam natum. [35] [Sane per patris appellationem cognationem....*]

168. A quo principe nostrum. Non ab Iaſio, ſed a Dardano: nam anteriori reſpondit. Quod autem dicit, *A quo principe genus noſtrum eſt*, poteſt & generaliter intelligi, [36] [id eſt,] unde originem ducimus: ut *Deos penates*, quaſi Trojanos intelligas: & ad ritum referri, de quo dicit Labeo in libris, qui appellantur, De [37] diis Animalibus, [38] [*quibus origo* animalis eſt:] in quibus ait: *Eſſe quaedam ſacra, quibus animae humanae vertantur in deos, qui appellantur Animales, quod de animis fiant.* Hi autem ſunt dii Penates & [39] Viales.

VARIORUM.

165. Oenotri. *Oenotrii* Mediceus & alii plures. vid. lib. I. 532. *tenuere* Wall. parum refert, ſed alterutrum eſt ex interpretatione; & alibi haec verba commutarunt librarii. vid. ad Ovid. VII. Epiſt. 16. Lucan. IX. 440. & apud Noſtrum I. Aen. 532. *tenuere* etiam Vratiſlav. BURM.

166. Dixisse. *Duxiſſe* Montalb. *gentes* Hamburg. prior & Wall.

167. Hae. *Haec* Menagii prior & Francianus. *vobis* Leidenſis. *hac vobis* Wittian. *hae propriae vobis* Wallian. *hic Dardanus* tert. Mentel. a m pr.

168. Nostrum. *Veſtrum* Ed. Venet.

269. Age,

24 deeſt iiſdem. 25 deſunt Dan. Fabr. 26 deſunt Voſ. L. Steph. al. *nobilis* ſolum habet Fabr. 27 vel a rege vel a vino. Italis &c. Steph. al. vel a rege a vino R. vel a rege vel a Lavino Voſ. 28 deſunt Voſ. R. Steph. al. 29 condiderat edidit Maſvic. neſcio unde petitum. 30 deſunt Voſ. R. Steph. al. 31 deſunt iiſdem. 32 Dardanum de J. Jaſium d. c. procreatum Dan. *ſed* deeſt Dan. Fabr. 33 Corinto R. Corito Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 34 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ꝟ. 163. 35 deſunt Fabr. 36 deſunt Voſ. R. Steph. al. 37 de diis quibus origo animalis eſt Dan. Fabr. hanc eſſe interpretationem puto. 38 deſunt Voſ. R. Steph. al. vide Caſaub. ad Sueton. Caeſ. LXXXVIII. 39 vitales Fabr.

Surgė age, & haec laetus longaevo dicta parenti
Haud dubitanda refer: Corythum, terraſque requirat
Auſonias. Dictaea negat tibi Juppiter arva.
Talibus adtonitus viſis, ac voce Deorum,
(Nec ſopor illud erat; ſed coram adgnoſcere vultus,

Ve-

SERVII.

169. [40] [LAETUS. Id eſt, omiſſa triſtitia, quam de ſociis habebat amiſſis: vel quia ei deſignatus evidenter fuerat locus, ad quem ſine errore & pergere, & pervenire deberet.]

170. HAUD DUBITANDA REFER. [41] [Ideo dicunt, ſi forte non crederet, quod per ſomnium vidit:] aut quia dubitaverant de conſilio Anchiſae, aut ne propter ſomnium non crederent: [42] [aut quia non dubie, ut Apollo, noverunt.] CORYTHUM. [43] Deſignant civitatem, ne erraret, & partem provinciae, ne alter error ex magnitudine procreetur locorum. [Quidam autem de *Corytho* hanc fabulam tradunt: Dardanus, cum equeſtri praelio ab Aboriginibus pulſus, galeam perdidiſſet; propter quam reſiſtens, & in audaciam ſuos reducens, victoriam adeptus eſt; tum ob rem feliciter geſtam, oppidum, ubi galeam amiſerat, condidit; cui *Corytho* nomen indidit, eo quod Graece [44] κόρυς galea dicitur: vel *Corythum* montem, in quo *Corythus* ſepultus eſt. Alii *Corythum*, a *Corytho*, Paridis & Oenones filio, conditam ferunt.

171. AUSONIAS. Appellata *Auſonia* ab Auſone, Ulyxis & Calypſus filio: & primo pars, poſtea omnis Italia nominata.] DICTAEA. *Dictaeus*, mons Cretae eſt, [45] ubi herba Dictamnos naſcitur; quae admota vulneribus, ferrum inhaerens ſolet expellere, qui mons dictus eſt a Dicte Nympha, quae illic colitur, quam cum [46] Minos rex amaret, & inſequeretur per loca avia, illa ſe amore caſtitatis praecipitem dedit: & excepta piſcatorum retibus in vita [47] retenta eſt, a qua rex abſtinuit, & nomine ejus Dictaea loca appellari juſſit. In hoc monte dicitur [48] altus Jupiter, ut IV. Geor. 152. *Dictaeo caeli regem pavere ſub antro.* NEGAT TIBI JUPPITER ARVA. Ex definito: & bene *Juppiter:* quaſi ipſe, qui Cretenſibus praeeſt.

172. TALIBUS ATTONITUS VISIS. Hoc eſt, talibus deorum vultibus, [49] [propter *Viſi ante oculos adſtare:*] unde ſequitur, *Et voce deorum:* nam & voce ſe dicit attonitum & viſis. *Attonitus* vero, eſt ſtupefactus: nam proprie *attonitus* dicitur, cui caſus vicini fulminis & ſonitus tonitruum dant ſtuporem.

173. NEC SOPOR ILLUD ERAT. Soluta elocutio.

VARIORUM.

169. AGE, ET HAEC. *Age, & laetus* Wittian.

170. DUBITANDA. *Dubitata* Zulichem. vid. Junii t. Animad. 6.

Ibid. CORITUM. *Corythum* ex ſcriptis etiam lib. VII. 209.

Hinc illum Corythi, Tyrrhena ab ſede profectum. lib. IX. 10.

Nec ſatis extremas Corythi penetravit ad urbes. lib. X. 719.

Venerat antiquis Corythi de finibus Acron.
quibus locis perperam *Coriti* in vulgatis libris legebatur. ſive a Dardani patre illic ſepulto, ſive a Paridis & Oenones filio nomen deducitur: nam Lydos Etruriam inſediſſe antiquitus quis ignoret? certe in veterrimo omnium Mediceo ubique ſic ſcriptum id nomen occurrit, quomodo & Lactantii exemplaria corrigenda libr. I. de Falſa religione ſub finem, *Dardanum & Iaſium Corythi filios fuiſſe.* Apud Silium Italicum lib. IV. 721. eſt pari modo ſcribendum, *ſedemque ab origine priſci ſacratam Corythi.* & V. 123. *Corythi nunc diruat arcem.* apud Rutilium quoque in Itinerario I. 600. *Per Corythi populos arva beata regis.* ubi *Corythi populos* pro Etruſcis ponit. Tzetzes in Lycophronem quatuor

Pa-

40 deſunt Voſ. R. Steph. al. 41 deſunt iiſdem. 42 deſunt iiſdem. 43 deſignat partem provinciae, ne alter error ex magnitudine procreetur locorum, iidem, nec reliqua habent uſque ad *Dictaea* ℣. 171. 44 *Coris* Dan. 45 dictus a Dicte Nympha, quae illic colitur, in quo dicitur altus Jupiter, ut, *Dict. c. r. p. ſ. antro.* Voſ. R. Steph. al. reliquis omiſſis. 46 minus * Rex Dan. 47 reducta Dan. 48 altus Baſil. 49 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Velataſque comas, praeſentiaque ora videbar:
Tum gelidus toto manabat corpore ſudor)
Conripio e ſtratis corpus, tendoque ſupinas
Ad coelum cum voce manus, & munera libo
Intemerata focis. Perfecto laetus honore
An-

SERVII.

174. VELATAS COMAS. Vittatas, ut v. 366. *Victoris velatum auro vittiſque juvencum.* [50] [Aut coronatas, ut v. 72. *Velat materna tempora myrto:*] nam Dii, qui erant apud Laurolavinium, non habebant velatum caput.

175. [51] [MANABAT. Fluebat. Hinc & *lapis manalis*, quem trahebant Pontifices, quotiens ſiccitas erat.]

176. CORRIPIO E STRATIS CORPUS. Ne ſatietate videatur reliquiſſe ſomnum. Et ſciendum, quia, quotiens ex abrupto ſomnus aufugerit, ſignificat omen infelix: ut ecce hoc loco tempeſtas ſequitur. Item in ſecundo 302. *Excutior ſomno:* & ſtatim ſequitur civitatis excidium: nec ſine ratione: nam ſi ſomnus munus deorum eſt, ut II. 269. *Et dono divum gratiſſima ſerpit:* [52] non ſine infoelicitatis ſignificatione ex abrupto deorum munus abſcedit.

177. TENDOQUE SUPINAS AD COELUM CUM VOCE MANUS. Honeſta elocutio, cum uno ſermone reſpondemus duobus, ut inf. 568. *Interea feſſos ventus cum ſole reliquit.* [53] [*Ad coelum* autem ideo, quia Dii Penates, & Jovis & Apollinis fecerunt mentionem.]

178. INTEMERATA. Rite perfecta: ut ſi leniter vinum fundendum eſt, aut mola injicienda, ſic fiant, ut ratio exigit ſacrificii: aliter ſi fiant, *temerata*, ac turbata ſunt ſacra: unde Helenus inf. 406. *Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorum Hoſtilis facies occurrat, &* [54] *omina turbet.* Item in octavo 110. *Audax quos rumpere Pallas Sacra vetat, raptoque volat.* FOCIS. [55] [Et hic, ſicut ſuperius ỳ. 134. dictum eſt, oſtendit cum aris etiam *focos* ſolere numinibus conſecrari; ſed hic] ideo *focis*, non aris: [56] [quia privatim ſacrificium ſequitur, [57] nam] Penatibus ſacrificat. PERFECTO HONORE. Peracto ſacrificio, qui eſt honor deorum. [58] [Et bene ordinem ſervat, ut ante ſacrificet, quam ſomnium narraret.]

VARIORUM.

Paridis filios numerat, Βούνικον, Κόρυθον, Ἀγανὸν, καὶ Ἰδαῖον. Dictys Cret. tres, *Bunomum*, *Corythum atque Idaeum*. apud Naſonem lib. VII. Met. 361. *Pater Corythi*, pro Paride ponitur. ubi codices veterrimi maximam partem *Coridi*. Apud Juvenal. Sat. VIII. 62. ubi agit de generoſis equis,

Sed venale pecus Corythae poſteritas &
Hirpini.

ubi quid Corythae poſteritas ſibi velit, non ſatis adſequuntur Interpretes. Scholiaſtes vetus perplexe & mendoſe, *Coryſe* poſteritas Coryſeorum, id eſt equorum: in Achaia prima nobilitas fuit. ſed cum veterrimum exemplar bibliothecae pro *Achaia* illic agnoſcat, in *Tuſcia*, minimum abeſt, quin in Juvenali ipſo cenſeam caſtigandum *Corytheia poſteritas*. Interpretes Corythan & Hirpinum, equorum nomina eſſe contendunt. eſt & *Corythus* unus ex Cyzicenis apud Valer. Flac. lib. III. 99. deinde, *require* alter Hamburgenſis, Schefferianus & Moreti quartus. ceteri, *requirat*, Mentelian. priore, Veneto & altero Menagiano exceptis, in quibus *requiras*. quomodo & Hamburgenſis prior, pro diverſa lectione. HEINS. *Choritum*, *Chorythum*, *Coritum*, *Corytum*, *Corintum* varie dant Mſſ. de Corytho egimus ad Rutil. Iter. I. 600. ubi vidimus Franc. Mariani opinionem de hac urbe, ut quidam cenſent, Poëtica, quae numquam exſtitit. ſed poſtea vidi eum refutatum a Nic. Marcello Venuto, cujus epiſtolam dedit doctiſſimus Gorius in Inſcript. Florentinis T. II. pag. 364. ubi *Cortonam* hodie dici probatur. *require* Parrhaſ. Dorvill. Ed.
Ve-

50 deſunt iisdem. 51 deſunt iisdem. Non. Marcel. in *Trulleum.* dicit manalem lapidem, qui tunc *movetur*, quum pluviae exoptantur. hic *trahi* dicitur. ut & Fulgent. Expoſ. Serm. Antiq. in *manales lapides. qui in modum cylindrorum per limites tractos dicit.* BURM. 52 non ſine infelicitate ex abrupto Voſ. R. Steph. al. 53 deſunt iisdem. 54 *omnia* Steph. Baſil. 55 deſunt Voſ. R. Steph. al. 56 deſunt iisdem. 57 non Dan. Fab. quia penatibus Voſ. R. Steph. al. 58 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Anchiſen facio certum, remque ordine pando.
Adgnovit prolem ambiguam, geminoſque parentis;
Seque novo veterum deceptum errore locorum.
Tum memorat: Nate, Iliacis exercite fatis,
Sola mihi talis caſus Caſſandra canebat.
Nunc repeto haec generi portendere debita noſtro;

Et

SERVII.

180. AMBIGUAM. Non incertam; ſed modo duplicem, ut in ſequentibus probat, dicens, *Geminoſque parentes.* [59] [Ergo GEMINOS, hic duos, ut II. 415 *gemini Atridae.*]

181. [SEQUE NOVO. Adventu ſcilicet Teucri. VETERUM LOCORUM. Id eſt, Italiae: deeſt ſane, *eſſe*, ut ſit deceptum eſſe. Sane *novo errore veterum locorum:*] aut per contrarietatem ſermonum [61] declaravit: aut *novo* pro magno poſuit, [62] [ut III. Ecl. 86. *Pollio & ipſe facit nova carmina.*]

182. EXERCITE. Fatigate, [63] [exercitate.] nam exercitatus, peritus ſignificat: ut *expertus*, & *expers*. Nam *expertum rerum* ſi dixero, ſignifico *peritum:* ſi *expertem*, *ignarum.*

183. CASUS CASSANDRA CANEBAT. Haec compoſitio jam vitiola eſt, quae majoribus placuit, ut ſup. 82. *Anchiſen agnovit amicum.* Et v. 866. *Sale ſaxa ſonabant.* [64] [Et bene Caſſandrae inſeruit teſtimonium, quae divinationem ab Apolline acceperat.]

184. PORTENDERE. [65] [Significat *debita portendere:*] Minus eſt, deberi, ut in ſeptimo 256. *Portendi* [66] *generum.*

VARIORUM.

Venet. Junt. & aliae. BURM.

172. VISIS. *Juſſis* Hugenianus, Rottend. pr. Hamb. ſec. Servius explicat *vultibus*. ſed *viſa* ſunt in ſomnis oblata. *viſis* pro vultu poſſent capi, ut commutarunt librarii codicis Turriani apud Lucan. IV. 569. BURM.

Ibid. AC VOCE. *Et voce* Mediceus, Parrhaſ. pr. Rottend. Dorvill.

174. VELATASQUE. *Vittataſque* Wallian.

Ibid. VIDEBAR. *Videbam* primus Rottendorphius a manu ſecunda.

175. CORPORE. *Pectore* primus Moreti, & Hamburgenſis prior a manu ſecunda.

176. E STRATIS. *E* deeſt Franciano. vid. lib. IV. 572. *ex* Voſſian. *ex ſtructis* Dorvillian. *Exigit e ſtratis corpus* dixit Silius XVI. 234. BURM.

178 PERFECTO. *Praefecto* Francianus. *Anchiſem* Zulich. Hamb. pr. Venet. Sprotian. duo Moretani, & alii.

180. AMBIGUAM. Nonius *ancipitem* videtur agnoviſſe in *anceps*. quamquam & illic *ambiguam* nunc circumfertur. HEINS. Ut & apud Commentatorem Crucquianum ad Horat. I. Od. 7. qui *duplicem* explicat, ut Servius. BURM.

181. DECEPTUM ERRORE LOCORUM. *Decepto* Rottend. tert. *errore viarum* pr. Hamb. ſed Rufin. de Schem. Lex. p. 31. agnoſcit *locorum. novum* vero *errorem* ſine ullo ſenſu, & puerile eſſe dicit Pearce ad Longin. Περὶ ὕψους cap. III. Servius etiam laborat in hoc epitheto explicando. ſed credo Anchiſen, obliviosum ſenem, voluiſſe dicere, ſe olim quidem de Heſperia ex monitu Caſſandrae aliquid inaudiviſſe, ſed nunc ex Apollinis oraculo obſcuro & dubio, novo errore fuiſſe deceptum, quum antiquam matrem interpretatus eſſet de Teucro, qui ex Creta coloniam duxerat in Troada, quum debuiſſet de Dardano explicare, qui ante Teucrum eo adpulerat, & Dardaniam condiderat. vid. ad ỷ. 94. & quia etiam quidam Dardanum ex Creta deduxerunt, inde in errorem deductum. nimirum ỷ. 103. Anchiſes de Creta accipiebat, Dardano omiſſo, de Teucro cogitans, & quia Trojani, & Teucri & Dardanidae dicuntur, proles erat ambigua & geminus Parens. vid. Meurſ. Cretam lib. II. 7.

59 deſunt iisdem. 60 deſunt iisdem. 61 declamavit Voſ. R. Steph. al. 62 deſunt iisdem & Dan. 63 deeſt Voſ. R. Steph. al. 64 deſunt iisdem. 65 deſunt iisdem & in R. etiam, *minus eſt*, deſiderabatur. 66 *generos* Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Et ſaepe Heſperiam, ſaepe Itala regna vocare.
Sed quis ad Heſperiae venturos litora Teucros
Crederet? aut quem tum vates Caſſandra moveret?
Cedamus Phoebo, & moniti meliora ſequamur.
Sic ait: & cuncti dicto paremus ovantes.
Hanc quoque deſerimus ſedem, paucisque relictis

Vela

SERVII.

185. REGNA VOCARE. Satis proprie, unde in octavo 38. *Expectate ſolo Laurenti arviſque Latinis.*

186. TEUCROS CREDERET. Scilicet propter longitudinem ſpatii.

187. TUNC VATES CASSANDRA MOVERET. Bene *tunc:* quia jam probavit. [67] [Et duo argumenta poſuit, quibus purgavit errorem.]

188. CEDAMUS PHOEBO. [68] [A neceſſario & utili ſcilicet.] Cujus inſtinctu Dii Penates profutura dixerunt, ut ſup. 155. *Hic canit, & tua nos en ultro ad limina mittit.* MELIORA SEQUAMUR. Poteſt bis ſubaudiri *meliora*; [69] aut *meliora moniti*, aut *meliora ſequamur.*

189. [70] CUNCTI. Hoc eſt cuncti *adſentimur:* nam *cuncti profecti*, pugnae cum paucis relictis. OVANTES. Alacres, non utique gaudentes. Hoc autem tractum eſt ab his, qui de pugna venientes, cum multitudine populi obviam ad numina minora ibant: & ibi oves diis immolabantur, fugatis hoſtibus: unde dicuntur *ovantes.*]

190. HANC QUOQUE. Quemadmodum Trojam & Thraciam. Et cum dolore dictum accipe: *Hanc quoque deſerimus*, [71] [*ſedem:* expreſſit enim miſeriam totius ſedis relictae.]

VARIORUM.

II. 7. deinde quia error *locorum*, non *virorum* dicitur, poſſet dici Anchiſes erraſſe de monte *Ida*, quae quum aeque in Creta eſſet, atque in Troade, hinc cunabala gentis inde credebat repetenda. ceterum hic Ruaeus & alii Virgilium culpant; quod ignarum verae patriae Italiae Anchiſen inducat, qui ex verbis Creuſae lib. II. 781. potuiſſet *Heſperiam* colligere eſſe Italiam, nec quaerendam in Aſia: nam non modo ibi nomine hoc inſignitur, ſed & Thybri fluvio ejus ſitus indicatur. neſcio quid dicam. certe Aeneas non debuerat oblitus eſſe. an quia ille credens, certius Apollinis eſſe oraculum Creuſae dictis, noluit obloqui parenti? an incertum Aeneam non multum fidei habuiſſe Creuſae umbrae, quae ipſi apparebat? nam & poſt illam viſam dicit ſupr. ℣. 7.

Incertum quo fata ferant, ubi ſiſtere detur:
& Anchiſen ignoraſſe patet ex ℣. 183. ubi ſolam Caſſandram id monuiſſe dicit, quae fidem numquam potuit facere vaticinationibus ſuis. Aeneas vero oraculum, quod certum apparebat, praetuliſſe umbrae Creuſae videtur, nec patri, qui de Creta interpretabatur, voluiſſe obloqui. BURM.

182. NATE. Apud Nonium in *exercitum* eſt *nate*, non *gnate*, & ſic ſcripti Noſtri. HEINS. *Italicis* Sprotianus.

183. CANEBAT. *Canebas* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. *caſus tales* idem & Menagius prior. & ita cacephaton abierit. in Wittiano hic verſus poſt ſequentem legebatur. *Caſſandra monebat* ſecundus Moreti.

184. NUNC. *Nam* Excerpta noſtra.

185. VOCARE. *Vocavit* Hugenianus. *vacare* Zulichemius a manu prima.

186. HESPERIAE. *Italiae* Montalbanius. *ab Heſperiae v. litore* V.

187. AUT QUEM TUM. Servius in x. Aen. 68. *ut quem* in Codd. *quem tu* al. *moveres* Pugetianus & multi alii. *moveres* pr. Hamb. a m. ſec. *quem etiam* Wallian.

188. CEDAMUS. *Credamus* Venetus. *majora ſequamur* alter Hamburgicus. *moniti &* Montalban. vulgata eſt apud Nonium in *cedere*, qui *obſequi* interpretatur. vid. inf. VI. 849. BURM.

189. DICTIS. *Dicto* prior Mentelianus, Mediceus,

67 deſunt iisdem. 68 deſunt iisdem. 69 ut mel. moniti meliora ſequamur Voſ. R. Steph. al. meliora m. aut Dan. Fab. 70 deſunt Voſ. R. Steph. Danieli deſunt ab OVANTES. ad finem notae, quae habent Fabr. Baſil. al. 71 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Vela damus, vaſtumque cava trabe currimus aequor.
Poſtquam altum tenuere rates, nec jam amplius ullae
Adparent terrae, coelum undique & undique pontus:
Tum mihi caeruleus ſupra caput adſtitit imber,
Noctem hiememque ferens; & inhorruit unda tenebris.
Continuo venti volvunt mare, magnaque ſurgunt
Aequora. Diſperſi jactamur gurgite vaſto.
Involvêre diem nimbi, & nox humida coelum
Abſtulit. Ingeminant abruptis nubibus ignes.

200 Ex-

SERVII.

191. CAVA TRABE. Navium periphraſis optima. [72] [CURRIMUS AEQUOR. Sicut I. 67. *Tyrrhenum navigat aequor.*]

192. [73] [POSTQUAM ALTUM TENUERE RATES Homeri eſt Od. M. 403. Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα· Δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων Νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς· ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.]

194. SUPRA CAPUT. Capitalis, pernicioſus.

195. NOCTEM, HYEMEMQUE. Pluviam cum obſcuritate. [74] [*Hyemem* dixit: nam χειμὼν etiam tempeſtas dicitur a Graecis. FERENS. Adferens.] INHORRUIT UNDA TENEBRIS. Horridior eſt facta per tenebras.

196. [75] [MAGNA AEQUORA. Aut epitheton eſt, ut ſurgant aequora, quae magna ſunt, ut: *Magna aequora*, magni fluctus.]

197. GURGITE VASTO. Epitheto auxit Tapinoſim.

198. [76] [INVOLVERE DIEM. Aſpectum ademerunt. NIMBI. Nubes.] NOX HUMIDA. [77] Nubes caliginoſae.

VARIORUM.

ceus, Gudianus cum aliis quatuor, quod concinnius mihi vulgato videtur. lib. VII. 433.

Rex ipſe Latinus
Ni dare conjugium & dicto parere fatetur.

lib. XII. 568. ex vetuſto codice,

Ni frenum accipere & dicto parere fatentur.

ſed lib. XII. II.

Nihil eſt quod dicta retractem,
Ignari Aeneadae, nec quae pepigere recuſent.

HEINS. *Dictis cunctis* multi.

191. VASTUMQUE. *Vaſtum cava* Voſſian. & pr. Moreti.

193. ULLAE APPARENT TERRAE. *Ulla apparet tellus* ſcripti codices & nuperae editiones Macrobii lib. V. Saturn. cap. 3. ſed cap. V. vulgata ſcriptura occurrit, & ſic vetuſti codices Maronis a me inſpecti. HEINS.

194. ADSTITIT. *Inſtitit* Hugenianus.

196. VOLVUNT. *Volvent* primus Moreti. *volvont* Gudianus. vel *agitant* ſecundus Hamburgenſis.

197. GURGITE. *Turbine* alter Hamburgicus. HEINS. *Jactatur* tertius Mentelii a manu prima. *turbine* etiam Excerpta noſtra.

198. COELUM. *Coelo* alter Hamburgicus. nimir. *diem abſtulit*. & ſic quoque prior Mentelianus a manu prima. mox, *abrupti nubibus ignes* legit Giphanius Indice Lucretiano, quia Lucretius ipſe lib. II. 40.

Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concurſant.

HEINS. *Abrupti* Moreti ſecundus. & ita Lambinus. ſed ibi vindicat vulgatam lectionem Drakenb. ad Sil. Ital. III. 196. BURM.

200. ET

72 deſunt iisdem. 73 deſunt iisdem. 74 deſunt iisdem. 75 deſunt iisdem. malim, *aut magna aequora*, m. fl. vid. ad Val. Flac. I. 50. 76 deſunt iisdem. 77 nubis Voſ. R. nubes caliginoſa Steph. Baſil.

Excutimur curſu, & caecis erramus in undis.
Ipſe diem noctemque negat diſcernere coelo,
Nec meminiſſe viae media Palinurus in unda.
Tris adeo incertos caeca caligine ſoles
Erramus pelago: totidem ſine ſidere noctes.
Quarto terra die primum ſe adtollere tandem
Viſa, aperire procul montis, ac volvere fumum.
Vela cadunt; remis inſurgimus: haud mora, nautae

Ad-

SERVII.

200. EXCUTIMUR CURSU. A propoſito itinere avertimur. COECIS IN UNDIS. Incertis: quia ſydera non apparebant: [78] [aut quae non viderentur.]

201. IPSE. [79] [Hoc eſt,] navigandi peritus: hoc enim ſignificat emphaſis pronominis. [80] [NEGAT DISCERNERE COELO. Figurate, ut II. Aeneid. 637. *Exſciſſa vitam producere Troja.*

202. VIAE. Mari dedit, quod proprium terrae eſt; ut alibi v. 158. *ſulcari* ait: unde & terra, *aequor.* I. Georg. 50. PALINURUS. Hic Iaſii filius, gubernator Aeneae fuit, qui, Aenea de Sicilia ad Italiam veniente, praecipitatus in mare, nomen in Lucania monti celebri dedit.]

203. INCERTOS SOLES. Bene *incertos*, quia quantavis ſit obſcuritas, tamen noctis eſt manifeſta diſcretio: unde ſuperflua quaeſtio eſt eorum, qui dicunt, tres dies quomodo tranſiiſſe ſcierunt, ſi noctem a die diſcernere non poterant? [81] [Ergo *incertos* obſcuros dixit, ut VI. Aeneid 270. *Quale per incertam lunam.*] CAECA CALIGINE. Caecephaton in ſermone.

204. [82] [ERRAMUS PELAGO, TOTIDEM SINE SYDERE NOCTES. *Hinc Pelopis gentes* [83] *Maleaeque ſonantia ſaxa Circumſtant, pariterque undae terraeque minantur. Pulſamur ſaevis & circumſiſtimur undis.* Hi verſus circumducti inventi dicuntur, & extra paginam in mundo.]

205. ATTOLLERE VISA. *Viſa* naturaliter dixit: quotiens enim [84] propinquamus littoribus: & exſurgere terra videtur, & fumum ex ſe emittere.

206. APERIRE. Oſtendere, ut Saluſtius: *Caput aperire ſolitus.* [85] [VOLVERE FUMUM. Pro apenuntur montes, ac fumus volvitur.]

207. [86] [REMIS INSURGIMUS. Cum remos a ne * remos, id eſt, exſurgentes fortius remigamus.]

VARIORUM.

200. ET CAECIS. *Caeciſque* alter Hamburgicus. *& ceſis* Wallian.

201. DISCERNERE. *Decernere* prior Hamburgicus. *diſcrimine* Sprotianus.

202. VIAE. *Viam* Mediceus. & mox *mediis P. in undis* Ed. Venet. *meminiſſe* hic eſt ſcire, ut antea ſolebat. vid. ad Valer. Flac. v. 584.

203. TRES ADEO. *Tris* praeter ſcriptos, Priſcianus lib. VII. & Nonius Marcellus agnoſcunt. HEINS. *Treis* Schol. Ant. ad IV. Od. 2. Horatii. *T. in calig.* Venet. & Parrhaſ.

204. PELAGO. *Vento* Parrhaſ.

Ibid. TOTIDEM. *totidem Et* Montalbanius. *& totidem* Hugenian.

205. PRIMUM. *Primo* tertius Mentelii.

206. VOLVERE. *Vellere fumum* Hugenianus. *volvere ſummum* Zulichemianus pro varia lectione.

207. REMIS. *Remiſque* Hugenianus. *inſurgunt* ſecundus Moreti, & Parrhaſ. vid. ad Valer. Flac. II. 13.

78 deſunt Voſ. R. Steph. al. id quae * non vid. Dan. 79 deſunt Voſ. R. Steph. al. 80 deſunt iisdem ad ⳩. 203. 81 deſunt iisdem. 82 deſunt iisdem. 83 *male aequiſonantia* Dan. hi verſus *circumducti* dicuntur, ut & infr. ⳩. 226. videndum an poſſit referri ad illa, quae Sueton. de Auguſti more ſcribendi refert cap. LXXXVIII. qui abundantes literas in alterum verſum non transferebat, ſed ibidem ſtatim ſubjiciebat, *circumducebatque.* ubi vide interpretes. BURM. 84 appropinquamus Baſil. 85 deſunt Voſ. R. Steph. al. 86 Maſvic. edidit, cum remis inhaerentes, id eſt exſurg. fortius remigamus, quod unde petierit neſcio. Fabr. cum remos exſurgentes fortius remittamus. quod non intelligo. deſunt vero Voſ. R. Steph. al. *Remis inſurgere* dixit etiam Val. Flac. II. 13. locus corruptus, quem dedi ex Danielis codice. *demittamus* legendum, ſcilicet in Maſe. vel remis in. ſ. *remigamus.* BURM.

Digitized by Google

Adnixi torquent ſpumas, & caerula verrunt.
Servatum ex undis Strophadum me litora primum
Adcipiunt. Strophades Grajo ſtant nomine dictae,
Inſulae Ionio in magno: quas dira Celaeno,
Harpyiaeque colunt aliae, Phineïa poſtquam

Clau-

SERVII.

209. SERVATUM EX UNDIS. Ac ſi diceret, de periculis in graviora ſe perveniſſe diſcrimina. STROPHADUM ME LITORA. [87] Phineus, Agenoris filius, Thracum rex; vel, ut quidam volunt, Arcadiae Cleobulam, Aquilonis & Orihyiae filiam, habuit uxorem, & ex ea duos filios, quibus ſuperinduxit novercam: quos noverca ad patrem tanquam ſtupri adfectatores detulit: ob quam rem eos Phineus caecavit: quare irati dii, vel, ut quidam volunt, Aquilo, ventus, propter nepotum injuriam, eum caecavit: & ad Pelagias inſulas detulit; adpoſuitque Harpyias, quae cum ei diu cibos abriperent, [88] [ſomnoſque inquietarent; hic] Iaſonem cum Argonautis, propter vellus aureum Colchos petentem, ſuſcepit hoſpitio: cui etiam ductorem [89] [propter Symplegadas petras] dedit. Hoc ergo beneficio inlecti Argonautae, [90] [cum ei gratiam vellent referre,] Zethum & Calain, filios Boreae & Orithyiae, alatos juvenes, ad pellendas Harpyias miſerunt, quas cum ſtrictis gladiis perſequerentur, pulſae de Arcadia pervenerunt ad inſulas, quae appellabantur Plotae. Et cum ulterius vellent tendere, ab Iride admoniti ut deſiſterent a Jovis canibus, [91] ſuos converterunt volatus: quorum converſio, id eſt, στροφή nomen inſulis dedit. Quod Apollonius pleniſſime exſequitur. Ut autem Jovis canes dicerentur, haec ratio eſt: quia ipſae Furiae eſſe dicuntur: unde etiam epulas [92] dicuntur abripere, quod eſt Furiarum, ut VI. 606. *Et manibus prohibet contingere menſas.* Unde & avari finguntur Furias pati: quia abſtinent partis. Item [93] has Furias eſſe paulo poſt ipſe teſtatur, dicens inf. 252. *Vobis Furiarum ego maxima pando.* Furias autem canes dici, & Lucanus [94] docet, dicens VI. 733. *Stygiaſque canes in luce ſuperna Deſtituam.* Et in ſexto Virgilius 257. *Viſaeque canes ululare per umbram, Adventante dea.* Sane apud inferos *Furiae* dicuntur, & *canes:* apud ſuperos *Dirae* & *aves:* ut ipſe in XII. 846. oſtendit; in medio vero, *Harpyiae* dicuntur. Unde duplex in his effigies invenitur: &, has Virgilius tres dicit, [95] [quarum nomina ſunt] Aëllo, [96] Ocypete, Celaeno. Apollonius duas [97] dixit, quem in XII. 845. Virgilius ſequitur, ut: *Sunt geminae peſtes.* [98] [Quidam autem dicunt, hunc Phineum ob divinitatem a Thracibus regem cooptatum, conſilia divina prodidiſſe: & obcoecatum adpoſitis Harpyiis.]

210. [99] [STANT. Sunt.]

211. IONIO IN MAGNO. In magno mari Ionio. Et ſciendum, *Ionium* ſinum eſſe immenſum, ab Ionia uſque ad Siciliam: & hujus partes eſſe Adriaticum, Achaicum, & Epiroticum. Maria enim vel a provinciis, vel ab inſulis, vel a civitatibus, nomen accipiunt. Bene ergo *in magno*, quaſi in quo etiam alia maria ſunt. [1] [Quidam ſane *Ionium* ab Io Inachi filia dictum volunt, quod amata hoc mare tranaverit; quod in VII. 790. ubi de ſcuto Turni loquitur, plenius invenies. Nonnulli *Ionium* ab Ionio rege, qui in inſula, quae ante Illyricum jacet, regnaverat, dictum tradunt.]

212. HARPYIAEQUE COLUNT ALIAE. Ergo & Celaeno Harpyia. [2] [Has Heſiodus dicit Thaumantis & Electrae filias, quas, ſicut dictum eſt, quidam Furias putant, cum Furiarum mater, ſecundum Heſiodum Terra, ſecundum Aeſchylum Nox ſit. PHINEIA. Verſio Graeca eſt.

VARIORUM.

II. 13. & infr. 560. & V. 189. *remis ſurgere* dixit Rutil. I. 400.

208. AD-

87 Phineus Rex fuit Arcadiae (Thraciae aut Odryſiae, Brodaeus ad Oppian. II. Cyn. 616.) Hic ſuis liberis ſuperduxit novercam, cujus inſtinctu eos caecavit: ob quam rem irati Dii ei oculos ſuſtulerunt, & adhibuerunt Arpyias, quae &c. Voſ. R. Steph. al. omiſſis aliis. 88 deſunt iiſdem. 89 deſunt iiſdem. 90 deſunt iiſdem. 91 & ſuos converterent Dan. 92 exhibentur Dan. forte perhibentur. 93 ipſas Voſ. R. Steph. & mox, idem teſtatur. 94 teſtatur, ut *ſtygiaſque* iidem. *deſtituant* Steph. 95 deſunt iiſdem. 96 Cypete Steph. 97 deeſt Voſ. R. Steph. al. 98 deſunt iiſdem. 99 deſunt iiſdem. 1 deſunt iiſdem. 2 deſunt iiſdem ad ℣. 214.

Clauſa domus, menſaſque metu liquere priores.
Triſtius haud illis monſtrum, nec ſaevior ulla
Peſtis & ira Deûm Stygiis ſeſe extulit undis.
Virginei volucrum voltus, foediſſima ventris
Proluvies, uncaeque manus, & pallida ſemper
Ora fame.

Huc

SERVII.

213. Mensasque metu. Hoc eſt, ſicut dictum eſt, pulſae a Zetho & Calai.]

214. Nec saevior ulla Pestis, et ira deum Stygiis sese extulit undis. Ut *poena* [3] in Statio: & non dicit has de inferis [4] natas; ſed pejores eſſe omnibus inde procreatis.

216. [5] [Virginei volucrum vultus. Si ſubdiſtinguas *virginei*, major erit admiratio. Foedissima. Hic turpis, ut Terentius in Eunucho iv. iv. 17. *Nunc heu videtur foedus, quia* [6] *aliam non habet.* Alibi *foedum*, cruentum, ut ii. 502. *Sanguine foedantem.* Et vii. 575. *Foedatique ora Galeſi.*]

217. Proluvies. Sordis effuſio. [7] [Et vitavit, ne diceret *ſtercus:* & per hoc nimiam edacitatem oſtendit: & quidam volunt *proluvies* cum ſtercus ventris ſignificet, a Virgilio hoc loco figuram ventris ſignificatam; ergo quaſi annoſum & panticoſum ventrem. Aliquando *proluvies*, ſola effuſio. Terentius Adel. v. ix. 28. *Quod* [8] *proluvium, quae haec eſt ſubita largitas:* aliquando pro aquis multis ponitur.] Uncaeque manus. Manus pro unguibus poſuit: hoc eſt [9] γαμψώνυχας.

218. Fame. Veluti fame: nam abundare [10] dicit armenta. Aut re vera fame, quam eis inferebat non inopia, ſed avaritia. [11] [Alii [12] famis praeſides eſſe tradunt: quia & Phineo propterea adpoſitae ſunt. & Trojanos ab epulis prohibent, & his tantum famem praenuntiant, & ipſae ſunt famis pallidae.]

VARIORUM.

208. Adnixi. *Obnixi* agnoſcit Nonius, in *niti* & *obniti*, addito altero exemplo ex Georg. iv. 84.

Uſque adeo obnixi non cedere.

lib. x. 359. habes,

Stant obnixi omnia contra.

lib. xii. 721.

Cornuaque obnixi infigunt.

quomodo & Solino cap. xxix. *prona ad humum & obnixa cornua.* familiare id & aliis compluribus locis Maroni uſum: hoc tamen loco vulgatae ſcripturae eſſe adhaerendum contendo. praeſertim cum idem hic verſus denuo occurrat lib. iv. 583. ſed ut ſummam Nonii ſupinitatem mireris, idem verbo *verrere* vulgatum *adnixi*, hoc loco prolato, amplectitur. lib. iv. 690. ex priſcis exemplaribus, *cubito adnixa* caſtigamus, ubi plura de hoc verbo. HEINS. *Adniſi* Venetus.

209. Litora primum. *Prima* Mediceus. vid. inf. ℣. 641. nec aliter Gudianus, qui & *excipiunt*, non *accipiunt*, quod poſterius confirmant primus & tertius Moretani, Venetus & Rottendorphius tertius, cum priore Menteliano. HEINS. *Servatumque ex* Francianus. *excipiunt* Leid. unus. & Ed. Venet. ſed lib. ii. 70. *accipere* hoc fere ſenſu occurrit. BURM.

210. Stant. *Stant de* Francianus. *ſtant Grajo* prior Hamburgicus.

211. Insulae Ionio in magno. Pari licentia Priſcianus Periegeſi, 519.

Ad notias partes hinc ſaeva Ceraunia nautis
Inſulae Ambraciae contra cernuntur in alto.

ita ex tribus veterrimis codicibus ſcribendum, quomodo & alibi non uno loco. Creticum in hoc Maronis loco agnoſcit Terentianus Maurus & Marius Victorinus. HEINS. *Inſulae in magno Ionio* prior Hamburgicus. *in* deeſt Zulich. a m. pr. vide de

3 in Statio * Dan. in Stacio Voſ. in Stygio Fabr. in Stygiis Steph. al. 4 eſſe natas Dan. 5 deſunt Voſ. Reg. Steph. al. 6 *illam* legitur hodie in Terentio. 7 deſunt Voſ. Reg. Steph. al. 8 *pluvium* Dan. Steph. *proluvium* legendum eſſe docuerunt viri docti. *quae iſtaec* etiam legitur hodie. 9 Καμψώνυχας Fabr. al. Καμψώνυχας Steph. & ita apud Homerum bis terve legitur. vid. Il. Π. 428. Καμψώνυχας Dan. 10 facit Voſſ. 11 deſunt Voſ. R. Steph. al. 12 famis Dan. in fine notae melius eſſet, fame pallidae.

Huc ubi delati portus intravimus; ecce
Laeta boum paſſim campis armenta videmus,
Caprigenumque pecus, nullo cuſtode, per herbas.
Inruimus ferro, & divos, ipſumque vocamus
In partem praedamque Jovem. Tum litore curvo
Exſtruimuſque toros, dapibuſque epulamur opimis.
At ſubitae horrifico lapſu de montibus adſunt

Har-

SERVII.

219. Delati. Quod neceſſitatis eſt: nam voluntate aliquo non deferimur, ſed venimus.

220. Laeta. Pinguia: nam in animalibus, in quibus cognoſci non poteſt ſenſus, laetitiam pingue corpus oſtendit, non mens, ut in hominibus. [13] [Passim campis. Ulyxis ſocii boves Solis occidiſſe inducuntur, Virgilius credibilius finxit.]

221. Caprigenumque pecus. Satis nove, & affectate. [14] [Nullo custode. Deeſt *cum.*] Per herbam. Ordo eſt: non per herbam; ſed per campos in herbis videmus armenta.

222. Ipsumque vocamus. *Ipſum*, id eſt, regem deorum; aut certe *Praedatorem*; hoc eſt, cui de praeda debetur aliquid: nam Romanis moris fuit, ut bella geſturi, de parte praedae aliquid numinibus pollicerentur: adeo ut Romae fuerit unum templum *Jovis Praedatoris*: non quod praedae praeeſt, ſed quod ei ex praeda aliquid debeatur. [15] [Vel quod hic Deus juſtitiae praeeſt. Ergo cum eum invocant, teſtantur ſe nihil mali facere, cum ſine cuſtode interimunt armenta.]

223. In partem praedamque. In partem [16] praedae.

22. Dapibusque epulamur. *Dapes*, deorum ſunt: *epulae*, hominum. Bene ergo utrumque poſuit: nam & ſacrificiis & conviviis operam tribuunt. Opimis. Pinguibus.

225. [17] [Subitae. Pro ſubito, adverbium in nomen deflexum.] Lapsu. Celeritate, ut ſupra II. 14. [18] [Adsunt. Velocitatem oſtendit.]

VARIORUM.

de hoc loco Palmer. Graec. Antiq. I. cap. 16.

212. Phineia. *Pheneia* Mentel. & Hamburg. priores.

214. Haud. *Triſtior haud illis monſtris* Wittian. *aut* Editio Juntina & Mediceus. *haud ſaevior* Venetus. Wallian. *haud illo monſtrum* Schol. Juven. Sat. IX. 38.

215. Stygiis. *A Stygiis* tertius Rottendorphius. mox *vultus volucrum* prior Hamburgenſis. *voltus* Gudianus.

221. Caprigenum. Hunc locum notavit Floridus Sabinus in Apologia, quam ſcripſit in linguae Latinae calumniatores pag. 39. NANSIUS.

Ibid. Per herbam. *Per herbas* codices omnes cum Mediceo, exceptis Sprotiano & Rottendorphio tertio. quod amplector, cum *per herbam* poſtea mox ſequatur, idque Macrobius agnoſcit lib VI. Saturn. 5. ejuſdem codex Thuaneus a me conſultus, *caprigenumque genus.* Apud Priſcianum duobus locis *herbam* eſt legere. HEINS. *Herbas* Ed. Mediol. *genus* etiam alter Hamburgicus. vid. III. Georg. 264.

222. Et divos. *Et* deeſt Montalbanio & Wallian.

223. In praedam. *In partem praedamque* omnes noſtri, excepto Moretano ſecundo. quod & Servius expreſſit. deinde ſcripti, *tum litore*, non *tunc*. HEINS. Eſt ἓν διὰ δυοῖν, pro *in partem praedae* vocamus, ut loquitur Livius lib. V. 21. ubi vide Cl. Drakenb. *vocare* illuſtravit Gronovius ad Senec. Oed. 304.

In vota ſuperos voce ſollemni voca.

vid. & Heinſ. ad Val. Flac. II. 577. BURM.

224. Dapibusque. *Dapibus* Editio Juntina.

225. At

13 deſunt Voſ. R. Steph. al. Ulyſſis ſocii boves ſolos dicuntur Dan. Fabr. ſed hic, inducuntur. 14 deſunt Voſ. R. Steph. al. 15 deſunt iisdem. 16 ſcilicet praedae Dan. ſed Fabric. addit, Partem enim ſolent Diis immolare, partem retinere ſibi. unde Ovidius XII. Met. 154. *Sacra tulere ſuam, pars eſt data caetera menſis.* BURM. 17 deſunt Voſ. R. Steph. al. 18 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Harpyiae, & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntque dapes, contactuque omnia foedant
Inmundo: tum vox taetrum dira inter odorem.
Rurſum in ſeceſſu longo ſub rupe cavata,
Arboribus clauſi circum atque horrentibus umbris,
Inſtruimus menſas, ariſque reponimus ignem.
Rurſum ex diverſo coeli caeciſque latebris

Tur-

SERVII.

226. HARPYIAE. υι Graeca diphthongus eſt: nam Latina eſſe non poteſt: quia ne υ quidem habemus. CLANGORIBUS ALAS. Deeſt *cum*, ut ſit: alas quatiebant cum clangoribus, ut IV. Georg. 484. *Atque Ixionii vento rota conſtitit orbis*, id eſt, cum vento Aliter Acyrologia eſt, ſi *clangorem* dixit alarum ſonitum. [19] [Plautus in Querulo de anſeribus: *Cuncti alas quatiunt diris cum clangoribus*. Sed ſane hic verſus, qui circumductus eſt, talis auditur: *Reſonant magnis ſtridoribus alae*.

227. CONTACTUQUE OMNIA FOEDANT. Subaudiendum, quae relinquebant]

228. TUM. Praeterea: deeſt erat, [20] [vel audiebatur: & tria mala ipſarum poſuit, vocem, tactum, odorem.]

229. RURSUM. Ad illud ſolum pertinet: *Inſtruimus menſas:* nam ante in ſpeluncis non fuerant. Et ſciendum, hanc particulam interdum ſic poni, ut iteratum aliquid ſignificet, ut ſi dicas: *Veni ad te mane, rurſum veni*. Interdum ſine iteratione eſt, ut: *fui apud te, rurſum veni:* non ideo dicis rurſum, quia etiam primo veniſti; ſed quia illic fuiſti. [21] [CAVATA. Pro cava: nam *cavatum*, proprie manu factum dicimus.]

231. ARISQUE REPONIMUS IGNEM. Ecce quod dixit: *In partem praedamque Jovem*. Sane ſciendum, iterationem hanc fieri ſecundum ritum ſacrorum: nam diſplicuiſſe prima ex prodigiis indicatur. Sunt autem hae *animales hoſtiae*, quae tantum immolantur, & caro ſacerdotibus proficit. Alibi tantum ſanguinem in aras fundi ſignificat, ut ſup. 67. *Sanguinis & ſacri pateras*. Alibi partem corporis, ut V. 237. *Extaque ſalſos* [22] *Porriciam in fluctus*. Alibi integras victimas, ut VI. 253. *Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis*.

232. EX DIVERSO COELI. [23] Ut *ex ſecreto montium*, ſubaudis, *loco*.

VARIORUM.

225. AT SUBITO. *Subitae* multo elegantius eſt in veterrimis libris. vulgatum Moretanus ſecundus, Venetus, alter Hamburgenſis, tum & Mentelianus prior a prima manu exhibebant. ſic libr. VII. 446. ex optimis libris:

At Juveni oranti ſubitos tremor occupat artus.

libr. XI. 538.

—— *Subitaque animum dulcedine movit.*

quod male mutant exemplaria nonnulla. *ſubitum monſtrum* reſtituimus membranis ductoribus lib. V. 522. praeterea in Sprotiano, *Horrifero lapſu*. HEINS. *Et ſubitae* Voſſian. *ac ſubitae* Wittian. *horrificus*, & *horrifer* commutantur a librariis apud Ovid. I. Met. 725. XV. 471. & Lucan. II. 372. BURM.

226. ALAS. *Auras* Gudianus. etiam pro diverſa lectione prior Mentelianus. ut lib. V. 377. *& verberat ictibus auras*. lib. X. 892. de equo, *calcibus auras verberat*. HEINS. *Auras* Pugetianus. *allas* Parrhaſ. & in marg. *halas*. *plangoribus* praefert Catroeus, quod *vox dira* ſequitur. vid. lib. II. 487. IV. 668. mihi vulgata placet. BURM.

229. RURSUM. Recte notat Servius, non iterum, quaſi in ſpelunca prius epulati erant. hic ergo locus addi poterit iis, quae de *voc. iterum* diximus I. Georg. 490. in uno Leidenſi erat, *rurſus ſeceſſu*. BURM.

230. ARBORIBUS CLAUSI. *Clauſam* Mediceus, Mentelianus quoque prior. ſed in illo *clauſa* repoſitum erat ab emendatrici manu, ut & in Gudiano. *clauſa* etiam primus Moretanus, alter Mentelii,

cum

19 deſunt iisdem ad ℣. 228. 20 deſunt iisdem. poſt hanc notam Dan. ſubjici illa ex nota ad ℣. 226. *ſed ſane hic verſus* &c. 21 deſunt iisdem. 22 *proiciam* Voſ. R. 23 deeſt Voſ. R. Steph. al.

Turba ſonans praedam pedibus circumvolat uncis:
Polluit ore dapes. Sociis tunc, arma capeſſant,
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud ſecus ac juſſi faciunt, tectoſque per herbam
Diſponunt enſis, & ſcuta latentia condunt.
Ergo ubi delapſae ſonitum per curva dedere
Litora; dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta

Ae-

SERVII.

233. TURBA SONANS. [24] [Si tres ſunt, quomodo *turba?* ſolvitur: Figura ἔμφασις eſt: nam tres ſunt: & ad ſaevitiam retulit earum *turbam:*] impetumque oſtendit: nam de tribus loquitur. Et alludit ad Furias, de quibus ait alibi VI. 572. *Vocat agmina ſaeva ſororum.* [25] [Ergo *turba*, tanquam turba. Quare *turba*, cum tres dixerit? quia apud Graecos, qui dualem numerum habent, pluralis numerus a tribus incipit. Ergo bene *turba*, quaſi plures: vel *turba*, propter tumultum & ſtrepitum alarum. Alii tradunt ideo *turbam*, quod plures, non tres tantum Harpyiae ſint. Alii, quod eis cum Furiis conſortium, unde inf. 252. *Vobis Furiarum ego maxima.* Alii eas etiam Parcas eſſe: unde & divinatio ei data eſt.] PRAEDAM PEDIBUS CIRCUMVOLAT UNCIS. Aut circum praedam [26] dixit volat uncis pedibus: aut intra volam interiorem manus amplectitur praedam: unde & *involare* dicimus, *intra volam tenere:* unde & pira quaedam *volema* dicuntur, [27] [eo quod *volam* impleant.]

234. [28] [POLLUIT. Contingit: & pollutum ſacrificium contactum dicitur: & hoc eſt: *Contactuque omnia foedant Immundo.*

235. DIRA. Sabini & Umbri, quae nos *mala*, *dira* appellant.

236. AC JUSSI. Hic *juſſi*, utrum verbum an participium ſit; id eſt, utrum illi juſſi ſint, an ego juſſi?] TECTOSQUE PER HERBAM DISPONUNT. Hoc eſt diſponunt & tectos faciunt. [29] Sic & ſcuta condendo latere faciunt.

239. [30] [SIGNUM. Utique militare.] MISENUS. Bene Miſenum dicit tubicinem. Ipſe eſt enim, qui dicitur filius fuiſſe Aeoli: unde ait VI. 164. *Miſenum Aeolidem:* quia conſtat ſonum omnem ex vento creari.

VARIORUM.

cum Menagii priore & altero Hamburgico. quod arridet omnino. caeteri vulgatis exemplaribus ſubſcribunt. HEINS. *Clauſas* etiam Heinſius conjecerat, ut ad *menſas* referatur, & ita Vratiſlavienſis codex. *clauſa* Leidenſ. unus. Regius, eraſa ultima litera, quae an *s*, an *m*, *clauſas* vel *clauſam*, fuerit neſcio. *circumclauſi* Parrhaſius emendaverat. *clauſum* Francianus.

231. IGNEM. *Ignes* Leidenſis & primus Moreti. *menſis ariſque r. ignes* ſecundus Hamburgenſis. *imponimus* Montalbanius & ſecundus Menagii.

232. COELI. *Caelo* Zulichemius a manu prima. *tenebris* Leidenſis.

233. TURBA. Nodi, quos hic nectit Servius, facile ſolvendi. vide quae dixi ad Ovid. XIX. Epiſt. 154. acumina illa Ictorum non debent Poëtae curare, nec ad anguſtas illas definitiones ſe adſtringere. nec verum eſt, pluralem numerum ſemper tres notare: nam & ipſi Icti de duobus explicant, *ut ſi quis poſt annos, indiſtincte, liber eſſe juſſus, poſt biennium liber erit*, ut reſpondet Julianus in L. XVII. §. 3. de manum. Teſtamento. & Ulpianus L. XII. de Teſtibus. *pluralis elocutio duorum numero contenta eſt*. BURM.

234. SOCIIS. *Socii* Montalbanius, prior Hamburgicus & Zulichemius. vid. ad lib. VII. 35. *capeſcant* Francianus. *capeſſunt* ſec. Hamb. non turbare debet variatio modorum, *capeſſunt* & *bellum gerendum*. vid. ad Valer. Flac. VI. 10. Quinctil. I. 7. fine & Grat. Cyneg. 243. & alibi ſaepe.

236. FACIUNT. *Faciant* tertius Rott. *& juſſi* Witt. re-

24 deſunt Voſ. R. Steph. Dan. qui ab, *impetum oſtendit*, incipiunt. 25 deſunt Voſ. R. Steph. al. 26 deeſt iiſdem. 27 deſunt iiſdem. 28 deſunt iiſdem ad ℣. 236. TECTOSQUE. 29 ſicut & Dan. Fabr. 30 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Aere cavo. Invadunt ſocii, & nova proelia tentant,
Obſcaenas pelagi ferro foedare volucres.
Sed neque vim plumis ullam, nec volnera tergo
Adcipiunt; celerique fuga ſub ſidera lapſae
Semeſam praedam & veſtigia foeda relinquunt.
Una in praecelſa conſedit rupe Celaeno,
Infelix vates, rumpitque hanc pectore vocem:

Bel-

SERVII.

240. NOVA. Mira, ut III. Ecl. 86. *Pollio & ipſe facit nova carmina:* nam *novum* [31] bellum non eſt, cujus extat exemplum. Hercules enim in monte Arcadiae Stimphalo vicit Stimphalidas, ut Statius IV. Theb. 298. *Et aeriſonum Stimphalon.* Aut *nova* ideo, quia vulnerari non poterant.

241. OBSCOENAS. *Obſcoenae* ſunt aves, quae canendo adverſa ſignificant, ut paulo poſt: *Infoelix vates.* PELAGI VOLUCRES. Quia dicuntur Ponti & Terrae filiae: [32] unde in inſulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Alii dicunt eas Neptuni filias, qui fere prodigiorum omnium pater eſt, nec immerito: nam ſecundum Mileſium Thaletem, omnia ex humore procreantur: unde eſt IV. Georg. 382. *Oceanumque patrem rerum* Hinc fit, ut, quotieſcumque deſunt parentes, redeatur in generalitatem. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus [33] parentes. [34] [Quidam *Pelagi* adverbialiter accipiunt, ut *belli*, ut *domi*, propterea quod res in inſula geritur.] Alii vero dicunt, Harpyias eſſe filias Thaumantis & Electrae. [35] [FOEDARE. Cruentare. Ennius: *Ferro foedati jacent.*]

242. VIM PLUMIS ULLAM. Naturale enim eſt, ut eludat ictum plumarum levitas: unde & addidit *plumis:* nam [36] quod Donatus dicit ideo eas fuiſſe invulnerabiles, quia de Styge erant natae, non probatur.

244. [37] [SEMESAM. Semicomeſam.] VESTIGIA. Vel pedum ſigna: [vel indicium ſordium, quibus epulas diſcedentes polluebant.]

246. INFOELIX VATES. Nuntia infoelicitatis, ut Homerus Il. A 106. μάντι κακῶν. [38] [Hoc eſt, nobis infoelix, ut I. 330. *Sis foelix*, id eſt, nobis: & videtur hic auſpicii genus inducere ſecundum augures, quod de diris colligitur; quorum unum genus eſt, quod ex ſignis colligitur, quo nunc utimur. Diram autem eſſe Harpyiam duplici modo memorat, & oſcinis & alitis: etenim cum facit loquentem oſcinem, auſpicium expungitur; dirum tamen, quod futuram famem denunciat: nam ipſe ait inf. 362 *Sive deae, ſeu ſint dirae obſcoenaeque volucres.* Et 256. *Quam vos dira fames.* Verum cum ait 258. *Pennis ablata refugit*, ab alite auſpicium factum docuit: [39] aliter enim certa genera avium ab auguribus appellantur, quae pinnis vel volatu omina poſſunt facere: quae ſi fuerint proſperae, *praepetes*; ſi adverſae [40] *inhibrae* dicuntur; quod etiam in XII. 862. ſignificat, cum dicit: *Alitis in parvae ſubito collecta figuram:* ubi vere diram vult videri.] RUPIT VOCEM Cum indignatione loquitur, ut X. 63. *Quid me alta ſilentia cogis Rumpere?* Et notandum ut ſupra II. 129 diximus *rumpit vocem:* [41] [cum hoc de ſilentio melius dicatur fieri. An *rumpit:* quia tantum humanam habens faciem, contra naturam ſui corporis loquitur?

VARIORUM.

rectoſque Montalbanius. male dubitat Servius, an ſit ego *juſſi*, quum ſit participium. ut infr. 561. ubi

[31] deeſt Dan. [32] unde inſulis habitant Voſ. unde inſulas h. Baſil. utrumque dici vidimus ad Eclog VI. 2. ſic ad IV. Aen. 40. mappalibus habitant, vel, in mappalibus. BURM. [33] parentem Steph [34] deſunt Voſ. R. Steph. al. [35] deſunt iiſdem. [36] quod alii dicunt Dan. quod ideo probat Ryckius, quia hodie in Donato haec non leguntur. forte tamen in perditis olim legebatur. & Pierius multa ex ſuo codice Donati, aliis indicta, profert, ut & alii. [37] deſunt R. Voſ. Steph. aliis, mox iidem, *pedum ſigna* & nihil praeterea. [38] deſunt iiſdem ad *rupit.* [39] *alites* legebat Tollius ad Auſon. Epigr. I. & puto recte. [40] *inebrae* dicuntur a Feſto, quae in auguriis aliquid fieri prohibent. & *enebrae.* vid. Scal. ad Feſt. in *enubro inhibenti.* infr. ad ℣. 461. legitur *inferae.* [41] deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 248.

Bellum etiam pro caede boum ſtratiſque juvencis,
Laomedontiadae, bellumne inferre paratis,
Et patrio Harpyias inſontis pellere regno?
Adcipite ergo, animis atque haec mea figite dicta:
Quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo
Praedixit, vobis Furiarum ego maxima pando.

Ita-

SERVII.

247. BELLUM ETIAM PRO CAEDE BOUM STRATISQUE JUVENCIS. Iteratum eſt ad augendum invidiam, ut inf. 326. *Stirpis Achilleae faſtus, juvenemque ſuperbum.* Aut num aetates boum voluit comprehendere?]

248. LAOMEDONTIADAE. Perfidi: a rege natum opprobrium, qui deos fefellit. [42] [Sane alibi indifferenter hoc nomen ex perſona poëtae ponitur, ut VIII. 18. *Laomedontius heros.* VII. 105. *Laomedontia pubes.* BELLUMNE. Neceſſario iteravit, ut verbum, in quo culpa conſiſtit.]

249. PATRIO REGNO. [43] [Aut] Neptunio: [44] [aut ſicut alii dicunt, quia Thaumas, earum pater ex Electra, Ponti & Terrae filius fuit. Alii *patrio*, proprio accipiunt, ut I. Georg. 52. *Et patrios cultusque locorum*, id eſt, proprios, [45] non quos patriam agri habeant: aut, ut alii, quoniam Neptuni filiae fuerunt.]

250. ACCIPITE ERGO. Quia nos bellis appetiſtis: ac ſi diceret, ut futuram famem jam nunc poſſitis timere.

251. QUAE PHOEBO PATER OMNIPOTENS. Tribuit auctoritatem, nec poſſint a ſe dicta, [46] [quaſi ab irata conficta,] contemni. Simul notandum, Apollinem, quae dicit, [47] ab Jove cognoſcere. PHOEBUS APOLLO. Purus, impollutus: & eſt Apollinis fixum [48] antonomaſivum: quod alii dari non poteſt: nam ſunt & alia communia, ut: *Pater omnipotens.*

252. FURIARUM MAXIMA. Adeo ipſae ſunt Furiae, ut & unum epitheton habeant, & cauſis conſentiant: nam ait de Tiſiphone VI. 605. *Furiarum maxima juxta Accubat, & manibus prohibet contingere menſas:* quod etiam hae faciunt, & inferentes Trojanis famem & praenuntiantes. [49] [Alii dicunt ideo adſumpſiſſe ſibi Furiae nomen Harpyiam, ut terreat.]

VARIORUM.

ubi Anchiſes jubebat, non Aeneas. & ubi debuiſſent dicere, *juſſit.* ſic apud Tacitum de Morib. Germ. cap. XI. *Illud ex libertate vitium, quod non ſimul, nec ut juſſi conveniunt.* ut recte Lipſius legit. & ita paſſim. BURM.

Ibid. PER HERBAM. *Per orbem* primus Rottendorphius pro varia lectione. *per herbas* Parrhaſ. vid. modo ad ℣. 221.

238. DELAPSAE. *Dilapſae* cum ſcriptis melioribus. HEINS. Sed *delapſae* Zulichemius & alii. ut & Edd. optimae: rectius. nam ex alto labuntur in menſas Trojanorum, non in diverſas partes. *dederunt* alter Hamburg. BURM.

240. TENTANT. In Leidenſi, *coeptant.* HEINS.

241. PELAGI FERRO. *Ferro pelagi* Parrhaſ.

242. VULNERA. *Vulnere* alter Hamb.

243. SIDERA. *Sidere* duo priores Moretani. *ſemenſam* Gudianus, qui &, *relinquunt. ſemeſſam* Parrhaſ. *veſtigia prima relinquens* edidit Steph. in Servio ad XI. 573.

246. RUPITQUE. *Rumpitque* in noſtris codicibus, excepto utroque Hamburgenſi, Moretanis totidem & duobus Voſſianis. HEINS.

247. BELLUM. *Bella* prior Hamburgicus. quod invidioſius. ſed ſequitur *bellumne.* at Schol. Stat. II. Theb. 463. *bellumne inf. paratis.* in Wittiano *neque* erat a m. pr.

Ibid. STRATISQUE. *Caeſiſque* primus Moretanus. HEINS.

249. PATRIO INSONTES HARPYIAS. *Harpyias inſontis* ſcripti vetuſtiores. optime. alterum

enim

42 deſunt iisdem. 43 deeſt iisdem. 44 deſunt iisdem. 45 ut quae proprios nunquam patriam agri habeant * aut Dan. 46 deſunt iisdem. 47 a Jove R. Steph. al. Cl. Dorvill. adducebit locum ex hymno Mercurii ℣. 529. [illegible] δαίμονες ἐκ Διὸς ὀμφῆς. vid. Serv. ad I. Aen. 20. Stanlej. ad Aeſch. Eumen. 19. & Potter. ad Lycoph. ℣. 6. BURM. 48 antonomaſium Reg. Steph. al. antonomaſticum Fabr. 49 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Italiam curſu petitis, ventiſque vocatis
Ibitis Italiam, portuſque intrare licebit:
Sed non ante datam cingetis moenibus urbem,
Quam vos dira fames noſtraeque injuria caedis
Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas.
Dixit: & in ſilvam pennis ablata refugit.

At

SERVII.

253. ITALIAM CURSU PETITIS. Ex his, quae norunt, fidem dicendis [50] accommodat. [51] [Id eſt, ex hoc mihi fidem habebitis futurorum, ſi praecedentia vera ſunt.

255. DATAM. Fatis conceſſam.]

256. QUAM VOS DIRA FAMES. Ut Varro in ſecundo Divinarum dixit: *Oraculum hoc a Dodonaeo Jove* [52] *apud Epirum acceperunt:* quod modo dixiſſe fingit Harpyias: ſed tamen colorato tangit hiſtoriam, dicendo: *Quae Phoebo pater omnipotens*. NOSTRAEQUE INJURIA CAEDIS. [53] [Quidam *injuriam*, pro vindictam accipiunt: & Harpyia] iſta mentitur: nam imminens Trojanis eſt fames fatalis.

257. AMBESAS. Undique eſas, hoc eſt, rotundas: Majores [54] enim noſtri has menſas habebant in honore deorum: paniceas ſcilicet.

258. REFUGIT. Non metu; nec enim minantibus [55] congruit, ſed ne poſſit rogatu placari.

VARIORUM.

enim legibus metricis adverſatur; τὸ *Harpyia* enim tetraſyllabum eſt, in quo mediae duae corripiuntur, ut in illo Rutilii pentametro 608. *circumſiſtentis repulit Harpyias*. quamquam me non fugit Maronianum illud hemiſtichium inf. 365. *Harpyia Celaeno*, in quo penultima ſyllaba eliditur. certe Mediceus codex *Harpeia* illic agnoſcit. ſic *Orithyia* quinque ſyllabarum eſt apud Naſonem VII. Met. 695. HEINS. Ita & Francianus, Wittian. & multae editiones. *Arpias inſontes* Wallian.

250. ACCIPITE ERGO ANIMIS. Diſtinguendum eſt poſt τὸ *ergo*. HEINS. *Figite dextra* Mediceus a manu prima. plurimi vero diſtinguunt poſt *animis*. ut lib. V. 304. alii *accipite* abſolute capiunt, pro audite, ut IV. 611. *Accipite haec*. vid. & X. 104. *Accipite haec animis* tamen dixit lib. V. 804. & J. F. Gron. ad Liv. XXII. 39. ex illis Livii, *conſilia animis acciperetis*, illuſtrat. ſed liberum cuique eſſe alterutrum probare puto, & poteſt etiam *animis* bis intelligi, *accipite animis*, & *figite animis*, quod Virgilio familiare. vid. ad II. Ecl. 28. II. Aen. 124. ſupr. h. l. 188. V. 327. & alibi. vid. & ad V. 807. & Brouckh. ad Propert. II. XIII. 27. apud quem Poëtam idem non obſervatum lib. I. XVI. 25. obſcuravit ſenſum.

Tu ſola, humanos numquam miſerata labores,
Reſpondes tacitis mutua cardinibus.

ubi *numquam miſerata*, & *numquam reſpondes* ſenſu debet repeti. vide Gronov. ad Senec. Ep. XXII. fin.

252. EGO. Deeſt Leid. duobus Hamburg. & Ed. Venet.

253. VENTISQUE VOCATIS IBITIS ITALIAM. Primus Rottendorphii, Mentelii alter, mutata diſtinctione, exhibent.

Italiam curſu petitis, ventiſque vocatis.
Ibitis &c.

HEINS. *Petitis curſu* Francianus. diſtinguunt etiam poſt *vocatis* Wittian. & Wallian. ſed tunc forte melius foret, *ventoſque vocatis*. ſed retinent me loca lib. V. 211. & VIII. 707. ſed & *vocare imbrem votis* I. Georg. 157. BURM.

254. PORTUSQUE. *Portus* alter Mentelianus a manu prima.

255. DATAM. Non intellexit Catroeus, ſed *datam* eſt fatis promiſſam. ut recte Servius. ita inf. 501. *data moenia*. plene dixit lib. IV. 225. *Fatiſque datas non reſpicit urbes*. vid. ad lib. I. 382. BURM.

257. AB-

50 accommodant R. accommodarunt Voſ. Steph. 51 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 256. 52 apud Epicurum Dan. Ed. quod Amſtel. Commel. ſecuta. 53 deſunt Voſ. R. Steph. al. 54 enim has habebant, iidem. 55 congruit, ſed ne poſſet placari, iidem.

Digitized by Google

At ſociis ſubita gelidus formidine ſanguis
Deriguit: cecidere animi: nec jam amplius armis,
Sed votis precibuſque jubent expoſcere pacem,
Sive Deae, ſeu ſint dirae obſcaenaeque volucres.
Et pater Anchiſes, paſſis de litore palmis,
Numina magna vocat, meritoſque indicit honores.

DI,

SERVII.

259. [56] [GELIDUS DIRIGUIT. Id eſt, gelidus factus, diriguit.]

260. NEC JAM AMPLIUS ARMIS. Subaudi, uſi ſunt: nec enim poteſt eſſe ab inferioribus zeugma: quod plerumque fit, ut per omnia unus ſermo ſufficiat, ut inf. 359. *Trojugena, interpres divum: qui Numina Phoebi, qui Tripodas, Clarii lauros, qui ſydera* [57] *ſentis*, per omnia, *ſentis*, intelligis. Plerumque aliud ſubauditur, ut hoc loco: Item XII. 435. *Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem; Fortunam ex aliis*: ſubaudis, *opta*: nam fortuna non diſcitur.

261. SED VOTIS PRECIBUSQUE. Duplici ratione placantur numina: aut votis, aut precibus: unde eſt inf. 437. *Junonis magnae primum prece numen adora.* Item Ibid. 438. *Junoni cane vota libens.* JUBENT. Volunt, ut II. 3. *Infandum regina jubes renovare dolorem.* [58] [Terentius Andr. III. III. 1. *Jubeo Chremetem.*]

262. SIVE DEAE. Quia divinant. OBSCOENAEQUE VOLUCRES. Quia in his ventris cernebant proluviem. Bene autem, etiam ſi aves ſunt, [59] eas dicit placandas, propter peſſima omina.

263. PASSIS. Apertis, ſolutis.

264. NUMINA MAGNA. [60] [Hoc eſt] Jovem, Minervam, & Mercurium, ſecundum Samothracas, [61] [ut ſup. ℣. 12. *Penatibus & magnis diis.* Ita autem invocat, ut *magna* dicat.] MERITOS. Congruos, id eſt, expiatorios, unde: *Dii probibete minas.* [62] [INDICIT. Sacrorum verbo uſus eſt: nam ſupplicationes & dies feſti *indici* dicebantur.

VARIORUM.

257. ABSUMERE. *Aſſumere* nonnulli. *conſumere* alter Hamburgicus a manu ſecunda. vid. III. Georg. 268. *ſubigit* etiam Leidenſis. *ſubiget* Voſſian. ſed vulgata eſt apud Rufinianum de figur. Sent. p. 27. BURM.

258. PENNIS. *Pinnis* Gudianus & tertius Mentelii cum Mediceo, & ſupra ad ℣. 246. Servius. *in ſilvas* Parrhaſ. & Ed. Venet. vid. II. Georg. 414. & alibi.

259. SUBITA GELIDUS. *Gelidus ſubita* Dorvillianus. *ſubito* alter Hamburg. *ſubito ſociis* Wal.

260. DIRIGUIT. *Deriguit* Mediceus, aliique vetuſtiores. & recte pro *riguit*. quomodo & infr. 308. *Deriguit viſu in medio.* atque ita alibi paſſim. ut lib. VII. 447. *Deriguere oculi.* ſic *deripere* pro rapere, *deſtringere* pro ſtringere, *depugnare*, *decertare*, *depraeliari* pro pugnare, certare, praeliari, & ſimilia. HEINS. Ita & apud Lucan. II. 78. Mſſ.

Ibid. NEC. *Non* Zulichemius. *nec amplius* deleto *jam* Parrhaſius: cujus particulae vim vidimus ad lib. II. 656.

Ibid. ARMIS. Non agnoſcit hic ellipſim τῦ *uti* Cl. Dorvillius, quia & pax armis & bellis poteſt poſci. ut Nepos dicit XV. 5. *Pax paritur bello.*

262. DIRAE. *Durae* Parrhaſ.

263. ET PATER. Ita codices, exceptis priore Mentelio, primo & ſecundo Rottendorphio, & tribus aliis, in quibus, *at*. HEINS. *At* Editio Juntina Ald. *en* Sprotian. a manu ſec. & ita correxit Parrhaſ.

Ibid. PASSIS. *Sparſis* Zulichemius. ſed *paſſis* Serv. ad IV. 205.

264. INDUCIT. *Indicit* legendum ex ſcriptis omnibus, ſi Sprotianum excipias. dictum ad Eclog. V. 40. HEINS. Ita Juntae editio & aliorum. *meritos indicit* Leidenſ.

265. MI-

56 deſunt iisdem. 57 deeſt Voſ. R. Steph. 58 deſunt Voſ. R. Steph. & aliis. & recte; huc enim non pertinet. vid. quae dixi ad II. Aen. 3. BURM. 59 eas dicit eſſe placandas Voſ eas eſſe dicit pl. Steph. 60 deſunt Voſ. R Steph. al. 61 deſunt Voſ. R. Steph. al. ſed Dan. omittit tantum *ſecundum Samothracas.* 62 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad *Avertite* ℣. 265.

DI, prohibete minas: DI, talem avertite caſum:
Et placidi ſervate pios. Tum litore funem
Deripere, excuſſoſque jubet laxare rudentis.
Tendunt vela Noti: ferimur ſpumantibus undis,
Qua curſum ventuſque gubernatorque vocabant.
Jam medio adparet fluctu nemoroſa Zacynthos,

Du-

SERVII.

265. DII PROHIBETE MINAS. Hoc per ſpeciem auguralem, quae *invocatio* appellatur, nonnulli dictum putant. *Invocatio* autem, eſt precatio uti avertantur mala: cujus rei cauſa id ſacrificium augurale peragitur: & hic de auſpicio Harpyiarum invocatione ſuſcepta.] AVERTITE CASUM. Bene, etiam ſi contingat, caſum credit eſſe, non ultionem: [63] [aut certe ideo *caſum*, ne, ſi fatalis, averti non poſſit. *Caſum* autem, id eſt, periculum: nihil eſt enim fame gravius, quod ait poſtea: *Obſcaenamque famem, quae prima pericula vito.* Salluſtius: fragm. incert. *Sin vis obſiſtat, ferro, quam fame, aequius perituros*] SERVATE PIOS. Propter facta ſacrificia. [64] [Merito ergo ſervate nos, qui pii ſumus, ut VII. Aeneid. 21. *Quae ne monſtra pii paterentur talia Troës.*]

269. VENTUSQUE GUBERNATORQUE VOCABANT. Honeſtius hac elocutione per pluralem utimur numerum; licet poſſit [65] & ſingularis eſſe.

270. [66] [JAM MEDIO APPARET FLUCTU. Juxta morem cotidianum, dixit *medio*, ut ſi dicamus, *in medio mari naufragium fecit*, cum interdum non longe a littore contingit.] NEMOROSA ZACYNTHOS. [67] [Hae omnes inſulae Graeciae ſunt, quas Homerum ſecutus, mutatis tantum conjunctionibus, de Graeco in Latinum tranſtulit: *Nemoroſa* autem Hom. Iliad. I. 24. ὑλήεσσα Ζάκυνθ- commemorat.]

VARIORUM.

265. MINAS. *Nefas*, & *peſtem* prior Hamburgicus. *talemque avertite* Excerpta noſtra. *advertite* Montalb.

266. ET PLACIDI. *Dii placidi* prior Hamburgicus. *placide* Gudianus a manu prima.

267. DERIPERE. Sic caſtigatiores Membranae; Gudianus, uterque Mentelius & duo Rottendorphii. perperam in vulgatis, *diripere*. lib. IV. 593. pari modo corrigendum, *Deripiantque rates alii navalibus*. Mediceus tamen *diripere* hic loci. HEINS. *Extenſoſque* Oudartii pro varia lectione. *diripere* Wall. Parrhaſ. Dorvill. & Wittian. *laſſare* Venetus. vid. Stat. VII. Theb. 141.

268. FUGIMUS. *Ferimur* omnino rectius in Gudiano, & ſecundo tertioque Rottendorphio, Leidenſi uno & Veneto. *effugimus* mox ſubſequitur. ſic lib. V. 626.

Jam ſeptima vertitur aeſtas
Cum freta, cum terras omnes, tot inhoſpita ſaxa
Sideraque emerſae, ferimur.

& lib. VII. 594.

Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella.

Lucret. lib. IV. 388.

Qua vehimur navis fertur, cum ſtare videtis.

& poſtea ỳ. 895.

Corpus ubi, ut navis velis ventoque feratur.

Ovidius lib. XV. Metam. 176.

Et quoniam magno ferar aequore.

Idem & Triſt. V. 17.

Si tamen haec navis vento ferretur amico.

apud Silium lib. X. 618.

Adverſis etenim ferri, non eſſe virorum.

Valer. Flac. lib. I. 198. *ſed non ſponte feror.* ſic & Graeci. Theognis:

Οὕνεκα νῦν φερόμεσθα κατ' ἱστία λευκὰ βαλόντες.

HEINS.

269. VOCABANT. *Vocabat* in Mediceo, priore Mentelio, Gudiano, duobus Rottendorfiis & ſeptem aut octo aliis. HEINS. *Curſu* Hugenianus. *vocabat* Francianus, Parrhaſ. Wall. & Witt.

270. JAM

[63] deſunt eisdem. [64] deſunt iisdem. [65] etiam Steph. deeſt Dan. Fabr. [66] deſunt Voſ. R. Steph. al. vid. ad v. 1. [67] Inſulas Graeciae commemorat. iidem; & nihil praeterea.

Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua ſaxis.
Effugimus ſcopulos Ithacae, Laërtia regna,
Et terram altricem ſaevi exſecramur Ulixi.
Mox & Leucatae nimboſa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus feſſi, & parvae ſuccedimus urbi.

An-

SERVII.

271. SAMEQUE. Cephaleniae [68] civitas eſt iſta: nam *Samos*, in Aſia eſt. [NERITOS. Mons Ithacae.]

272. EFFUGIMUS. Celeriter [69] tranſimus. LAERTIA REGNA. Inriſorie, cum praemiſerit ſcopulos, ut I. 139. *Immania ſaxa, Veſtras, Eure, domos.*

274. LEUCATAE NIMBOSA CACUMINA MONTIS. [70] *Leucate*, eſt mons altiſſimus, [71] [prope peninſula] in promontorio Epiri, juxta Ambraciam, [72] [ſinum &] civitatem: quam Auguſtus Nicopolin appellavit, victis illic Antonio & Cleopatra. Ibi & templum Actiaco [73] [in promontorio] Apollini conſtituit, & ludos Actiacos. Unde nunc Virgilius, in honorem Auguſti, quae ipſe fecit, dat ejus origini: nam Aeneam illic dicit ludos celebraſſe: [74] & alibi inducit Aeneam templum promittentem Apollini, quod feciſſe conſtat Auguſtum, ut VI. 69. *Tum Phoebo & Triviae ſolido de marmore templum Conſtituam.* [75] [Sane de hoc *Leucate* amatores ſe in mare, ad excludendum amorem, praecipitare dicebantur. NIMBOSA CACUMINA. Semper enim, quamvis aliis coeli partibus ſerenis, Leucatis montis cacumen nubibus tectum eſt.]

275. ET FORMIDATUS NAUTIS. [76] [Aut quod locus hoſtilis:] aut propter aſperitatem locorum, quia ſaxoſa ſunt: aut, ut quidam volunt, [77] quia moris erat, aliquem ei de nautis immolari, [78] [ac per hoc qui formidaretur. APERITUR APOLLO. Nauticum verbum, quotiens cedente eo, quo impeditur aſpectus, aliquid pateſcit, ut III. 530. *Portuſque pateſcit Jam propior.*]

276. HUNC PETIMUS. Occurrebat: Cur formidatum [79] petiſtis? Ideo intulit, FESSI. [80] [Vel quia hyemis imminebat adventus: nam ideo & parvae urbi ſucceſſit, quia terra erat hoſtilis: aut ideo hoſtili terrae, quia erat parva.] PARVAE URBI. Ambraciae ſcilicet, apud quam pugnavit Auguſtus, contra Antonium: unde Ovid. XIII. Met. 713. *Certatam lite Deorum Ambraciam.* *Parvae* autem in adulationem Auguſti dictum: nam hanc Auguſtus diruit primo, quod ei bello Actiaco fuiſſet inimica. *Parva* ergo, quam parvam fecerat Caeſar; ſed poſtea inſtauravit, & appellavit Nicopolin.

VARIORUM.

270. JAM MEDIO. *In medio* Sprotianus. *apparent* Francianus.

Ibid. ZACYNTHOS. *Zacynthus* apud Servium de Ultimis Syllabis, & apud Sergium in Art. Donati. utraque lectio exſtat apud Cledonium. vulgata apud Bedam de metris, & Marcianum Capellam lib. VI. ubi tamen vetuſtus codex Bibliothecae Leidenſis, quem inſpexi, *Zacyncthus*. *Zacynthus* etiam in Rottendorphii tertio, Voſſiano & Hamburgico altero: quod & alter Mentelianus a ſecunda manu prodebat. HEINS. *Iacintos* Zulichemius, quartus Moreti, Venetus, Menagianus prior, Leidenſis. *Jacynthus* Francianus. *Zacintos* Wallian. Wittian. & Parrhaſ. *Jacinthos* Dorvill.

271. SAMEQUE. Scripti admodum variant, *Same*, *Samos* & *Samo* exhibentes. ſed plures *Same*. *Samae* Mediceus. vid Liv. XXXII. 16. XXXVI. 42. XXXVII.

68 deeſt iisdem. ut & illa, Neritos m. Ith. 69 traximus Dan. 70 *Leucata* Voſ. L. (qui hic iterum incipiebat) Reg. Steph. Dan. *Leucas* Baſil. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 deſunt iisdem 73 deſunt. L. Voſ. R. Steph. Dan. 74 ut alibi Dan. Fabr. al. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. malim etiam, ad excutiendum amorem. 76 deſunt iisdem. 77 hoc fabuloſum. nam tam infame littus non acceſſiſſent Trojani. *Formidatus*, eſt metu & veneratione cultus. ibi enim Apollo Actiacus invocabatur, ut arceret naufragia. NANSIUS. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 79 petitis, ideo intulit L. Voſ. R. Steph. 80 deſunt iisdem ad *Tellure potiti* ℣. 278. Dan. vero ad *Parvae autem.* niſi quod interjiciat *Parvae urbi Ambraciae* ſcilicet.

Anchora de prora jacitur. Stant litore puppes.
Ergo inſperata tandem tellure potiti,
Luſtramurque Jovi, votiſque incendimus aras;
Actiaque Iliacis celebramus litora ludis.
Exercent patrias oleo labente palaeſtras

Nu-

SERVII.

278. INSPERATA TELLURE. An quia ſaxoſa loca; an quia per medios hoſtes navigaverant; an quia tempeſtate; an quia cum Graeca natione? TELLURE POTITI. *Potior* & *illa re*, dicimus, & [81] *illius rei*; ſed per ſeptimum caſum in uſu eſt; per genitivum figurate ponitur. Saluſtius Jug. XXV. *Ut prius quam legatos* [82] *conveniret*, *Adherbalis potiretur*. Legimus & [83] per accuſativum; ſed uti non poſſumus. Terentius Adel. V. IV. 16. [84] *Patria potitur commoda*.

279. LUSTRAMURQUE JOVI. Aut *luſtramur*, id eſt, purgamur, ut Jovi ſacra faciamus: [85] [aut dubium eſt, utrum faciendis, an ſolvendis votis:] aut certe *luſtramur Jovi*, id eſt, expiamur. Piaculum enim commiſſum fuerat, tauro in Thracia immolato, ut diximus ſupra ℣. 21. & licet multa fuiſſent ſecuta ſacrificia; intelligebatur tamen adhuc numen iratum, non deſinentibus malis. Sciendum ſane, moris fuiſſe, ut piaculo commiſſo ludi celebrarentur: nam cum Romani iracundia Matris Deûm laborarent, & eam nec ſacrificiis, nec ludis placare poſſent: quidam ſenex, ſtatutis ludis Circenſibus, ſaltavit: quae ſola cauſſa fuit placationis. Unde & natum proverbium eſt: *Omnia ſecunda*, *ſaltat ſenex*. [86] [Quamvis haec ex alio ordine & alia ex cauſſa [87] narretur hiſtoria. Aut *luſtramur Jovi*, quia ſupra dixerat: *Ipſumque vocamus*, *In partem praedamque Jovem*: & poſtea poena Harpyiarum ſecuta eſt. Ergo quoniam non ad juſtum ſacrificium Jovem invocaverint, ideo illi piaculum ſolvunt: hoc eſt enim *diis luſtrari*, offenſa eorum liberari. Sane *luſtramur*, apto verbo uſus eſt, mentionem ludorum facturus: horum enim certaminum ſacra celebratio, *luſtrum* vocatur: luſtrato enim populo, dii placantur. VOTISQUE INCENDIMUS ARAS. Id eſt, vota facientes. Dubitatur vero, utrum Jovis aras, an Veneris dixerit: Varro enim templum Veneri ab Aenea conditum, ubi nunc Leucatem dicit; quamvis Menander & Turpilius comici a [88] Phaone Lesbio id templum conditum dicunt: qui, cum eſſet navicularius, ſolitus a Lesbo in continentem proximos quoſque mercede transvehere, Venerem mutatam [89] in anus formam gratis transvexit: quapropter ab ea donatus unguenti alabaſtro, cum ſe in dies [90] inde tum ungeret, foeminas in ſui amorem trahebat, in queis fuit una, quae de monte Leucate, cum potiri ejus nequiret, abjeciſſe ſe dicitur: unde nunc [91] *auctorare* ſe quotannis ſolent, qui de eo monte [92] jaciuntur in pelagus: quidam id fieri propter Leucaten puerum dicunt, quem cum Apollo vellet rapere, in mare ſe projecit, montemque cognominem ſibi fecit.]

280. ACTIA LITTORA. Ut ſupra diximus, propter Auguſtum hoc dicit, qui [93] illic ludos ſtatuit [94] agonales, [95] [devicto Antonio & Cleopatra.]

281. PATRIAS PALAESTRAS. *Palaeſtrae* uſus primum apud Athenienſes repertus eſt. Trojani autem, [96] praeter Dardanum & Teucrum, etiam ab Athenienſibus originem ducunt: unde & Minervam colunt. Hinc eſt in ſecundo II. 188. *Neu populum*

81 *illis reis* R. mox, per ſeptimum in uſu L. Voſ. R. Steph. al. 82 *videret* L. Voſ. R. Steph. al. 83 deeſt Baſil. 84 *patriam p. commodam* Dan. inepte & falſo. 85 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 280. 87 narretur Stotian. * aut Dan. Salmaſ. ad Tertul. Pall. p. 286. Ed. Med. *haec narretur ſtoria*, & dixiſſe *ſtoriam* pro hiſtoria, ut *Spania*, *ſtrix* &c. docet. narretur factum Fabr. quia ſcil. *hoc* praeceſſerat. ſed Salmaſius, & Caſaub. ad Suet. Caeſ. 6. recte *haec*. hic etiam, *haec & alio ordine* &c. aliter vero narratur ad Lib. VIII. Aen. 110. BURM. 88 Faccone Dan. 89 in navis Dan. 90 inditum ungeret Dan. 91 Tollius ad Auſon. Cupid. Crucif. ℣. 24. *auctorare ſe quotannis ſolent*, *qui ſe de eo monte jaciant in pelagus*. non male. ſed ego explicarem de hominibus devotis pro ſalute publica, ut de Maſſilienſibus ſupr. Serv. ad ℣. 57. & Petronius Cap. ult. ubi plura viri docti. & hoc verbum *auctorare* notat, quod indicat illos ſe quaſi vendidiſſe, ad hanc expiationem ſubeundam. vide Strabon. lib. X. p. 452. BURM. 92 jacunt * in Dan. pro, jacunt ſe. 93 illis Steph. 94 & agonem Dan. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 96 propter Dan. Fabr.

Digitized by Google

Nudati ſocii. Juvat evaſiſſe tot urbis
Argolicas, medioſque fugam tenuiſſe per hoſtis.
Interea magnum ſol circumvolvitur annum,
Et glacialis hiems aquilonibus aſperat undas.

Aere

SERVII.

pulum antiqua ſub relligione tueri. Antiqua, ſcilicet ab Athenienſibus tradita. ILIACIS ergo, Athenienſibus: unde Ilienſes didicerunt : [97] [nam & Veſtam ideo Trojani colunt, quia eadem Terra eſt: terrigenas autem Athenienſes nemo dubitat.]

283. FUGAM TENUISSE. Foeliciter navigaſſe: nam *tenere* eſt implere int 636. *Ni teneant curſus*, [98] [*certum eſt dare lintea retro*:] id eſt, impleant. Et poteſt intelligi ſecundum communem ſenſum, ob hoc eos luſtratos, id eſt, [99] expiatos, ob hoc ſacrificaſſe, & ludos celebraſſe: quia hoſtiles terras proſpera navigatione tranſierant.

284. MAGNUM SOL CIRCUMVOLVITUR ANNUM. [1] [*Magnum*, ne putemus lunarem eſſe, propterea dixit:] antiqui enim tempora ſideribus computabant, & dixerunt [2] primo lunarem annum triginta dierum: unde invenitur vita in aliquibus nongentorum annorum, ſcilicet lunarium. Poſtea ſolſtitialis annus repertus eſt, qui XII. continet menſes. Mox majore cura *magnum annum* eſſe voluerunt, omnibus planetis in eundem [3] recurrentibus locum. Et [4] hic fit, ut ſupra I. Aen. 269. diximus, ſecundum Ciceronis Hortenſium, poſt annos XII. [5] mille nongentos quinquaginta quatuor, ſolſtitiales ſcilicet. Bene ergo nunc *magnum* addidit, Planetarium: ne lunarem [6] intelligeres: bene *Solis* nomen; ne, quia dixerat *magnum*, illum [7] VII. *Planetarum* acciperes: de quo varia dicuntur & [8] a Metone, & ab Eudoxo & a Ptolemaeo, & ab ipſo Tullio: nam in libris De Deorum natura lib. II 20. *tria millia annorum* [9] dixit *magnum annum tenere*. [10] [Poſſumus tamen accipere, Trojanos ibi annum duodecim menſium feciſſe.]

VARIORUM.

XXXVII. 10. & 11. XXXVIII. 29. & 28. ubi *Sameos* incolas vocat. adde Heinſ. ad Ovid. Remed. 264. *Nericos* Francianus. *Nerytos* Mediceus. BURM.

272. EFFUGIMUS SCOPULOS. *Effugimus Ithacae ſcopulos* ex ſcriptis nonnullis Giſan Ind. Lucret. p. 462. HEINS. Et ita Parrhaſ. & Edd. Mediol. & Ald. *Ithaci*, *Lerceaque regna* Wallian. *& Laertia* Wittian.

273. ULYSSIS. *Ulixi* Medic. & Mentel. prior. duo Voſſiani, Moretani totidem, ac Menagianus, & Sprotianus. *Ulixe* Gudianus a m. pr. Moreti a ſec. *Ulixes*. HEINS.

274. LEUCATAE. *Leucaten umbroſa* Sprotianus. *Leucatem* Oudartii: mox, *formidandus* alter Mengii.

376. SUCCEDIMUS. *Succeſſimus* Zulichemius a manu prima.

278. POTITI. *Potimur* Pugetianus.

279. VOTISQUE. *Votis* tertius Rottendorfius. *luſtramuſque* Ed. Venet.

280. ACTIA. *Acciaque* ſex ſeptemque Codices. & Ed. Venet. *Acteaque* Sprotian. & alter Hamb. *Actejaque* Voſſ. *celebrantur* in uno Voſſiano Heinſius reperit. hinc poſſit firmari lectio, quam praeferebam aliis apud Ovid. V. Faſt. 697.

Sollemni Circum ludo celebrate, Quirites.

BURM.

281. LABENTE. *Lactente* Sprot. a m. pr. male. Ovid. III Triſt. XII. 21.

Nunc ubi perfuſa eſt oleo labente juventa.

ubi nihil mutandum. Fannius de ponderibus ℣. 95.

Addunt ſemiſſem librae labentis olivae.

ubi a ii, *liventis* vel *flaventis*. BURM.

282. NUDATI. *Audaces* Pugetianus.

284. CIRCUMVOLVITUR. *Circumvertitur* Zulichem. Barlandus intelligit *per annum* circumvolvitur.

285. ASPERAT. Vondelius vertit, glacie conſtringit. quia ſcilicet *glacialis hiems* dicitur, quod epitheton recte hiemi datur, licet hic, ubi Aeneas ver-

97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 98 deſunt eiſdem. 99 expiatos ſacrificaſſe Baſ. 1 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. qui incipiunt ab, *Antiqui tempora* &c. 2 primum Steph. 3 decurrentibus L. Voſ. R. 4 & hoc fit Voſ. Steph. Dan. 5 milia, vel millia L. Voſ. R. Steph. al. 6 intelligeremus, & mox, acciperemus Dan. Steph. 7 illum planetarum iidem, & Fabr. illum in planetarum Dan. 8 a Menture L. Voſ. R. Steph. Dan. neſcio vero quo auctore Maſvicius illa, *& ab Eudoxo, & a Ptolemaeo*, ejecerit. 9 dicit Dan. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Aere cavo clipeum, magni geſtamen Abantis,
Poſtibus adverſis figo, & rem carmine ſigno:
AENEAS HAEC DE DANAIS VICTORIBUS ARMA.

Lin-

SERVII.

286. AERE CAVO CLIPEUM. Aeris cavi, ut I. Aen. 75. *Pulchra prole.* [11] [*Clypeum* hic maſculino; at neutro alibi IX. 709. *Clypeum ſuperintonat ingens.*] MAGNI GESTAMEN ABANTIS. [12] Hunc Abantem poſſumus intelligere cum Androgeo [apud Trojam occiſum, ut II. 389. *Mutemus clypeos.* Sed Virgilius amans, inventa occaſione, recondita quaeque ſummatim & antiquam contingere fabulam, de Abante dixit: *Abas* namque, Lyncei & Hypermneſtrae filius, viribus praeſtans, cum vicinas civitates ſubvertiſſet, magnuſque terror univerſis eſſet, diem ſupremum obiit: populi autem quos ille devicerat, regno ejus infeſti, manu facta urbem dirututi muros ſubiere: cumque in eo eſſent, ut jam civitatis potirentur, ſenex quidam juvenem egregiae formae ſecurum in publico excidio notavit in foro: cumque ex eo quaeſiſſet, cur patriae non ſuccurreret, & reſpondiſſet, quod arma non haberet; tunc ſenex ei Abantis arma conſecrata demonſtrat, hortaturque ut eis uteretur: quibus tunc ſumptis juvenis properat in aciem. Hoſtes vero viſo *Abantis clypeo* fugerunt. Quidam ſane *Abantem* inventorem clypei ferunt; ſed hoc nomen in penultima ſyllaba habet accentum.

287. POSTIBUS ADVERSIS FIGO. Proprie: *figi* enim *dona* dicuntur, ut IX. 408. *Sacra ad faſtigia fixi:* & ſciendum, inter ſacratas res etiam dona eſſe, ſicut in libris Sacrorum invenitur, quae tamdiu *dona* dici poſſunt, quamdiu non profanentur. Rite ergo dicendo: *Aeneas haec de Danais victoribus arma*, oſtendit clypeum, quem dono obtulerat, conſecratum. Sciendum tamen, hunc clypeum ab Aenea apud Samothraciam in templo conſecratum, quod poëta per tranſitum tetigit.] REM CARMINE SIGNO. *Rem*, votum, id eſt, voluntatem. [13] [*Carmine* autem, epigrammate.] Et ſciendum, *carmen* dici, quicquid pedibus continetur: nam & hic unum verſum, *carmen* dixit: & in Bucolicis [14] duos, ut V. Ecl. 43. *Tumulo ſuperaddite carmen: Daphnis ego in ſylvis hinc uſque ad ſydera notus, Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.*

288. DE DANAIS VICTORIBUS. Irriſio eſt, ut II. 368. *Victoreſque cadunt Danai.* [15] Subaudis autem, arma conſecravit, [16] [vel poſuit. Sane hic *arma* clypeum ſolum dicunt, ut X. 841. *At Lauſum ſocii exanimem ſuper arma ferebant.*

VARIORUM.

verſatur non conſtringat aquas, ſed alibi. ut apud Lucan. I. 18.

Aſtringit Scythico glacialem frigore pontum.

& ſaepe. hic vero notat mare innavigabile & intractabile facit. vide Barth. ad Stat. I. Theb. 138. Valer. Flac. II. 435.

Ipſe Deus tunc aſperat undas.

ſic Noſter lib. II. 110.

Saepe illos aſpera ponti
Intercluſit hiems.

Ovid. XV. Met. 720.

Aſper enim jam pontus erat.

III. Faſt. 580.

Aſperior quovis aequore frater erat.

BURM.

286. AERE CAVO. *Aere novo* Sprotian. *clypeo* Rottendorph. ſec. mox, *averſis fingo* Venetus.

287. CARMINE. De uno verſu dici obſervat Servius. aliquando de pluribus & parte operis: ut Tacit. XV. 170. de Lucano, *recordans carmen a ſe compoſitum &c. verſus ipſos retulit*. & hinc recte obſervavit Cl. Drakenborchius ad Livii lib. X. VIII. 2. *carmina* dici de univerſo opere Sibyllinorum. ſed *carmen*, ubi de particula eorum, aut vaticinatione quadam, libris illis comprehenſa agitur. ſic *carmina* & *verſus*, ut diverſa etiam ponit Tacit. XVI. 19. & Auctor Dialogi de Oratoribus cap. IX. Ovidius ſaepe *carmen* vocat titulum ſepulchri. immo & de ſoluti ſermonis verbis VI. Met. 582. ſed ne quid nimis, deſino. BURM.

289. CON-

11 deſunt eiſdem. 12 penultima habet accentum. & hunc Abantem intelligamus occiſum cum Androgeo R. L. Voſ. Steph. al. reliqua vero deſunt uſque ad *Rem carmine* ℣. 287. 13 deſunt iisdem. 14 duo L. R. Dan, 15 conſecravit ſubaudis Steph. ſubaudi conſecravit &c. Fabr. 16 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 291.

Linquere tum portus jubeo, & conſidere tranſtris.
Certatim ſocii feriunt mare, & aequora verrunt.
Protenus aërias Phaeacum abſcondimus arces,
Litoraque Epiri legimus, portuque ſubimus
Chaonio, & celſam Buthroti adcedimus urbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat auris,

Pria-

SERVII.

289. LINQUERE TUM PORTUS. Id eſt, poſt inſultationem carminis neceſſario ſtatim fugit.]

291. AERIAS ARCES. Id eſt, altas. PHAEACUM. Corcyram inſulam dicit, ſitam [17] inter Epirum & Calabriam, ubi regnavit [18] Alcinous, [19] [quam incoluerunt Phaeaces.] ABSCONDIMUS. Nauticus ſermo eſt: [20] Sane mira uſus eſt celeritate, ut ante abſconditam quam viſam inſulam diceret.

292. PORTUQUE SUBIMUS CHAONIO. Ut VII. 161. *Subeunt muro*: nam ſi *Chaonios* legeris; [21] [non *Chaonio*,] difficilis eſt ſcanſio, non excluſo *s*.

293. BUTHROTHI URBEM. Id eſt, [22] Buthrotum, ut I. 244. *Fontem Timavi*. Haec autem civitas eſt in Epiro, cujus pars eſt Chaonia: quae ante [23] Moloſſia dicta eſt: [poſita eſt autem in ſaxo, quod mari cingitur: in quo fons hujus naturae eſſe perhibetur, ut, cum mare quietum fuerit, creſcat; cum vero fluctibus attollitur, decreſcat.]

294. INCREDIBILIS RERUM FAMA. Incredibilium rerum fama. Et bene non credidit: unde & poſtea interrogat: *Pyrrhin' connubia ſervas?*.

VARIORUM.

289. CONSIDERE. *Conſiſtere* ſecundus Moreti. & Venetus. eadem variatio inf. lib. V. 136. ſed imitatio Valerii Flac. II. 442. & III. 459. ubi nihil variantes codices nihil mutandum ſuadent. praeterea ſediſſe, non ſtetiſſe remiges notum eſt. unde *inſurgere tranſtris*, & *remis*, & ſimiles loquendi modi. Val. Flac. I. 450. II. 13. & ſupr. hoc libro ℣. vid. 207. & V. 189. BURM.

291. ABSCONDIMUS. Enallage. FABER. *Aſcendimus* Montalbanius & alter Hamburgicus. & ita Dan. & al. apud Servium inf. ℣. 416. vid. ad Val. Flac. II. 423. *urbes* Sprotianus. BURM.

292. PORTUQUE. *Portuſque ſubimus Chaonio* diſertim a manu prima legitur in Mediceo. ſed *Chaonios* ab interpolatrice manu repoſitum. Certe Valerius Probus *portus Chaonio* agnoſcit, ut *Chaonio* ſit ſecundi caſus, quomodo *Androgeo* lib. VI. Aen. 20. ſed ſophiſticas haſce Grammaticorum argutias a manu & mente Maronis alienas eſſe quam maxime opinor. audiamus tamen Probum in Arte Gramm. de hoc loco diſſerentem: Portus Chaonio, *pro Chaonii maris portus. quamvis legatur*, portuſque ſubimus Chaonios. *eſt ergo genitivus Chaoni*. Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. I. Epiſt. VII. 33. videtur agnoſcere *portumque ſubimus*. *Portuſque ſubimus Chaonios & celſam* tertius Rottendorphii, Schefferianus, alter Hamburgicus & Sprotianus, nec aliter a manu prima Rottendorphius primus; a ſecunda Montalbanius. Voſſius itidem de Analog. II. 7. non probat *Chaonio*, etii Schottus lib. II. Obſerv. Human. cap. I. e Probo Maronem hic caſtigandum cenſet. HEINS. *Portuque ſubimus Chaonio* Parrhaſ. *Chaonia* Zulichem. lib. VIII. 125. *Progreſſi ſubeunt luco*. ubi v. Servium. credo ſcriptum fuiſſe, *portumque ſubimus Chaoniom*. unde *Chaonio* fluxit, ut ſaepe. vide ad Phaedr. XI. 10. & Suet. Aug. XIV. & alibi. vel *portu*, ſit pro *portui*, ut ſaepe fieri ſolet. vid. lib. V. 864. de duplici caſu huic verbo adjuncto vid. ad Ovid. Epiſt. XVIII. 62. BURM.

293. ADSCENDIMUS. *Accedimus*, non *adſcendimus*, in Mediceo utroque, Menteliano & ceteris, prae-

17 contra Epirum & Vetereum Dan. quod quid monſtri ſit neſcio. an forte, *Veretum*, quod oppidum in angulo extremo Italiae prope Sallentinum promontorium, ex quo trajicere ſoliti, qui brevi itinere mare tranſire vellent. ſed ejus oppidi nulla fere mentio apud Veteres. vid. Cluver. Ital Ant. lib. IV. c. 13. p. 1240. BURM. 18 Alchinous L. Calcinous Voſ. Alcinoit R. 19 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 20 & mira bene Dan. Fabr. *uſus eſt* deeſt Voſ. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 22 Bathrotium iidem. 23 Moloſia L. R. Voſ. & ita mox, *Moloſum*, & *Moloſa* iterum. ſed reliqua deſunt iisdem & Steph. al.

Priamiden Helenum Grajas regnare per urbis,
Conjugio Aeacidae Pyrrhi ſceptriſque potitum:
Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito.
Obſtupui; miroque incenſum pectus amore,
Conpellare virum, & caſus cognoſcere tantos.
Progredior portu, claſſis & litora linquens.

Sol-

SERVII.

297. PATRIO MARITO. Atqui Thebana fuit [24] [de Thebis Phrygiis;] ſed aut provinciam pro patria poſuit, ut I. 380. *Italiam quaero patriam.* Item Saluſtius: *Hiſpaniam ſibi patriam eſſe.* Aut certe ſecundum Jus locutus eſt: quia uxor viri domicilium ſequitur. Juncta ergo Hectori, facta Trojana eſt: nam & *ceſſiſſe*, de Jure verbum eſt. *Cedi* enim *haereditas* dicitur, [25] [ergo merito dicta eſt Heleno civi nupſiſſe.] CESSISSE MARITO. [Sic ſit, ut dicimus, *Ex haereditate paterna illud mihi ceſſit.*] Conſuetudinis [26] ſane regiae fuit, ut, legitimam uxorem non habentes, aliquam licet captivam, tamen pro legitima haberent: adeo ut liberi ex ipſa nati ſuccederent. Pyrrhus hanc quaſi legitimam habuit: & ex ea filium Moloſſum ſuſcepit. Poſtea, cum vellet Hermionem, Menelai & Helenae filiam, Oreſti jam ante [27] deſponſatam, ducere uxorem, Oreſtis inſidiis, in templo Delphici Apollinis occiſus eſt. Verum moriens praecepit, ut Andromache, quae apud eum conjugis locum tenuerat, Heleno daretur [28] [quae peperit Moloſſum prius Pyrrho] propter ſupradictum beneficium, quo eum a navigatione, [29] [caeteris Graecis navigantibus, quos tanquam vates ſciebat tempeſtate perituros] prohibuerat. Inde factum eſt, ut teneret [30] Helenus regnum privigni, qui ſucceſſerat patri: a quo Moloſſia dicta eſt pars Epiri: quam, [31] [ſicut dictum eſt,] Helenus [32] poſtea a fratre Chaone, quem [33] in venatu per ignorantiam dicitur occidiſſe, Chaoniam nominavit: quaſi ad ſolatium fratris extincti: [34] [quamvis de hoc nomine etiam aliae cauſae apud diverſos alios inveniantur.]

300. PROGREDIOR PORTU, CLASSES, ET LITTORA LINQUENS. [35] Hyſteronproteron in ſenſu: ante enim linquitur littus, & ſic a portu proceditur. [36] [Sane ſecuritatem verbo oſtendit, dicens: *Claſſes & littora linquens:* quippe cum regnum civium peteret: aliter in primo I. 306. *Exire locoſque Explorare novos.*] Notandum ſane, finitum eſſe verſum participio, quod rarum apud Latinos eſt; apud Graecos vitioſiſſimum.

VARIORUM.

praeter Sprotianum, Montalbanium & duos Voſſianos cum Leidenſi. infr. lib. I. 200.

Vos & Scylleam rabiem penituſque ſonantes
Acceſtis ſcopulos.

HEINS. *Burrhoti* Wall. *Biroti* Excerpta noſtra. *Butroti* Zulich. *Bythroti* Regius. *Butrotum* Leid. a m. pr. *Botrothum* Hamburg. prior. *Bitroti* Francian. *Accedimus*, quod plurimi habent, verum puto, quia demum ℣. 300. ex portu progreditur ad urbem, ſed ante urbem invenit Andromachen. quia vero *celſam* videbat ſciolus quidam, ille *adſcendimus* etiam ſcribi debere credidit. ſed *celſa* adparebat adnavigantibus. *Accedere* vero ſaepiſſime apud Noſtrum & alios etiam cum accuſativo ſine praepoſitione, etiam de navigantibus occurrit. ſic infr. 441. *Cumaeam adceſſeris urbem.* vid. Drakenb. ad Silii libr. VI. 604. ſic apud Lucan. II. 609. *Brundiſii conſcendit in arces*, ubi alii *concedit* & *conceſſit*. & hoc loco *arcem* in MSſ. eſt apud Serv. ad I. Aen. 294. BURM.

294. HIC. *Hinc* Ed. Mediol.

295. PRIAMIDEN. *Priamidenque* Wall.

296. SCEP-

24 deſunt eiſdem. 25 deſunt iiſdem. CESSISSE MAGISTRO vel MARITO Voſ. poſt quae reliqua deſunt L. Voſ. R. Steph. illa vero, *conſuetudinis* &c. repetuntur in Dan. Ed. ad ℣. 319. 26 deeſt iiſdem. 27 deſponſam Dan. ſed ad ℣. 319. deſponſatam. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 29 deſunt iiſdem. & etiam apud Dan. infr. ad ℣. 319. 30 deeſt iiſdem & Dan. ad ℣. 319. 31 deſunt iiſdem. 32 poſitam Steph. 33 in venatione L. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. hic, & etiam aliae &c. Dan. ad ℣. 319. 35 Hyſtero proteron L. Voſ. R. Dan. 36 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. illa vero, quae de participio in fine verſus obſervat Servius, vix ab eo profecta credit Broukhuſius ad Tibul. III. IV. 46.

Sollemnis quum forte dapes, & triſtia dona,
Ante urbem in luco falſi Simoëntis ad undam
Libabat cineri Andromache, Maniſque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem ceſpite inanem,
Et geminas, cauſſam lacrimis, ſacraverat aras.
Ut me conſpexit venientem, & Troïa circum
Arma amens vidit; magnis exterrita monſtris
Deriguit viſu in medio: calor oſſa reliquit.
Labitur: & longo vix tandem tempore fatur:

Ve-

SERVII.

301. SOLEMNES. [37] [Non feſtas,] ſed legitimas, anniverſarias. TRISTIA DONA. Acerba: tale eſt illud v. 49. *Quem ſemper acerbum, Semper honoratum, ſic dii voluiſtis,* [38] *habebo.*

302. IN LUCO. *Lucum*, ut ſupra I. 441. diximus, nunquam ponit [39] ſine religione: nam in ipſis habitant manes piorum, qui Lares viales ſunt: unde in ſexto 673. *Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.* [40] [Et in v. 760. *Tumuloque ſacerdos, Ac lucus late ſacer additur Anchiſeo:* & hic *lucus*, qui ad reddenda ſolennia Hectori & Aſtyanacti fuerat dicatus.] FALSI. Simulati.

303. [41] [LIBABAT CINERI. Non dixit cujus; ſed exin latius intelligitur.] MANESQUE VOCABAT. Sacrificiis [42] inani ſepulturae conciliabat manes Hectoreos: & bene in luco, ut diximus ſupra I. 441.

304. AD TUMULUM. Id eſt, cenotaphion. VIRIDI CESPITE. Herboſo.

305. GEMINAS. Unam marito, alteram filio: aut certe illud reſpicit, [43] quia inferi pari gaudent numero, ut v. Ecl. 66. *Ecce duas tibi Daphni.* Superi vero impari, ut VIII. Ecl. 75. *numero Deus impare gaudet:* [44] [vel *geminas*, Diti patri & Proſerpinae: aut quia elatae mortuorum arae, deorum *altaria* dicuntur, ut v. Ecl. 66. *En quatuor aras, Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phoebo.* Quamvis hoc frequenter poëta ipſe confundat. LACHRYMIS SACRAVERAT. Hoc tantum, ut cauſam lachrymarum haberet.]

306. MONSTRIS. Rebus ſcilicet inſperatis: [45] [& hoc ad Andromachen refertur, quae putat monſtrum: aut certe *monſtris*, quod tunc advenerat Aeneas, cum illa Manes invocaret, & eum crederet eſſe defunctum.]

308. DERIGUIT VISU IN MEDIO. Dum me cernit, [46] obſtupuit: [47] [aut antequam nos manifeſtius videret.] CALOR OSSA RELIQUIT. Id eſt, extimuit, ut I. 92. *Solvuntur frigore membra.*

VARIORUM.

296. SCEPTRISQUE. *Regniſque* Leidenſis unus.

298. INCENSUM. *Inſenſus* alter Hamburgicus cum Sprotiano, ut ſit Graeciſmus. HEINS. Et ita Leidenſis a manu prima, & Francianus a ſecunda. *amore eſt* Parrh.

299. COGNOSCERE. *Agnoſcere* Venetus.

300. LINQUENS. *Linquo* prior Hamburgicus a manu ſecunda. *egredior portu &* etiam Leidenſis. *claſſemque & litora* Parrhaſ. *claſſes ac litora* Hamb. pr.

301. SOLLEMNES TUM. *Solemnis cum forte* Mediceus, ceterique omnes, Sprotiano excepto, & aliis duobus aut tribus, haud magnae rei. HEINS. *Dapis* Gudian. a m. pr.

302. UNDAM. *Undas* Montalbanius, & alter Hamburgicus. *Simeontis* Francianus, & Parrhaſianus.

304. TUMULUM. *Cumulum* alter Menagii.

305. GEMINAS. *Et geminans* Sprotii. *cauſſa* Leidenſis

37 deſunt iiſdem. 38 deeſt L. *ab eo* Voſ. *habeo* Steph. 39 niſi in religione L. 40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 41 deſunt iiſdem. 42 inanis Fabr. 43 nam inferi Dan. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 45 deſunt iiſdem. 46 obſtupuit L. Voſ. R. Fabr. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Verane te facies, verus mihi nuntius adfers,
Nate dea? vivisne? aut ſi lux alma receſſit,
Hector ubi eſt? dixit, lacrimaſque effudit, & omnem
Implevit clamore locum. Vix pauca furenti
Subjicio, & raris turbatus vocibus hiſco.
Vivo equidem, vitamque extrema per omnia duco.
Ne dubita: nam vera vides.
Heu! quis te caſus dejectam conjuge tanto

Ex-

SERVII.

310. VERANE TE FACIES. Ordo eſt: O nate dea, afferſne te mihi, vera facies, verus nuntius: [48] [& opportunum principium foeminae, quam incertam timor fecerat. VERUS MIHI NUNTIUS ADFERS. Quidam ſic exponunt: prout adferris, id eſt, vivus mihi nuntiaris.]

311. VIVISNE. Et ſecundum muliebrem adfectum, ſicut ſupra dictum eſt, interrogat: & bene ſuſpicatur: nam & inferis ſacrificat, & in luco, in quo habitant manes.

312. HECTOR UBI EST? DIXIT, LACHRIMASQUE EFFUDIT. Hoc ad Aeneae pertinet gloriam, ut ab Hectore nunquam diſceſſiſſe videatur. [49] Senſit autem hoc: ſi umbrae videntur [50] in ſacris, cur non eorum magis, quibus ſacrificatur? [51] [DIXIT, LACHRYMASQUE EFFUDIT. Bene, poſtquam ad mentionem Hectoris ventum eſt, tacuit & flevit.]

313. FURENTI. [52] Inſolabiliter & impatienter dolenti.

314. [53] [TURBATUS. Lugente ſcilicet Andromache: Cato ait: *Verba tertiato & quartato quempiam dicere prae metu.*] HISCO. *Hiſcere*, eſt hiare, nec loqui poſſe. [54] [Nam qui nimium moerent, ſingultibus ore etiam aperto verba reddere non poſſunt. Vel *hiſco*, hic, loquor.]

315. VIVO EQUIDEM. [55] [Hoc cum patho legendum eſt:] ac ſi diceret: ſi tamen vita eſt, infeliciter vivere.

316. [56] [NAM VERA VIDES. Propter illud: *veraue te facies.*

317. HEU. Disjungendum ab interrogatione, ut ſeparatim luctuoſa vox audiatur. CASUS. Hic eventus, ut I. 241. *Tot caſibus actos.* Alibi periculum. DEJECTAM CONJUGE TANTO. Dapnas, per comparationem virorum factum.] EXCIPIT. Signate locutus eſt, quia *dejectam* dixerat: *excipiuntur* enim, quae cadunt.

VARIORUM.

denſis unus. *cauſſas* ſecundus Hamburgenſis. mox, *Troica* prior. *arma timens* ſecundus. *exterrita rebus* Leidenſ. a m. ſec. ſed Statius I. Achil. 662. *Obſtupuit tantis regina exterrita monſtris.*

308. DERIGUIT VISU IN MEDIO. Diſtinguit poſt τὸ *deriguit* alter Mentelianus & Gudianus, cum Moreti quarto. praeterea tam hic, quam alibi in vetuſtiorum pleriſque, *deriguit*. HEINS. Vid. ſupr. 260. *deriguit: viſu in medio calor* alter Mentelii. & quartus Moreti, & Graevianus. *relinquit* Venetus, & Dorvillianus.

310. VERUS. *Verum* Mediceus a manu prima. *adfert* Zulichemius & Excerpta noſtra. *adfers te* debet conſtrui. vid. infr. 346.

312. EFFUDIT. *Effundit* primus tertiuſque Rottendorphii. HEINS. Ita & Graevianus. *complevit* etiam Excerpta noſtra.

316. NE DUBITA: NAM VERA VIDES. *Vera fides*

48 deſunt iisdem. 49 ſentit L. Voſ. R. 50 in ſacris reperi in omnibus. niſi quod, in aliorum ſacris Fabr. unde vero Maſvicius petierit illa, *in inferiis dandis*, monitum oportuit. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 52 inſolubiliter L. intolerabiliter, inconſabiliter & imp. Voſ. inconſolabiliter & imp. Steph. a. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 54 deſunt iisdem & Dan. qui tantum ultima, vel *hiſco*, hic loquor, habet. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. qui poſt *reddere non poſſunt* ỳ. praecedenti, ſtatim ſubjicit, *ac ſi diceret* &c. *hoc* enim *& hos* legendum eſt * ac ſi Dan. unde alii, huc enim *ethos* conjunctim ediderunt: Maſvicius iterum, nihil monito lectore, *hoc cum patho*. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Excipit* ỳ. 317.

Excipit? aut quae digna ſatis Fortuna reviſit?
Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſervas?
Dejecit voltum, & demiſſa voce locuta eſt:
O felix una ante alias Priameïa virgo,
Hoſtilem ad tumulum Trojae ſub moenibus altis

Juſſa

SERVII.

318. DIGNA. Congrua, & priori conveniens.

319. HECTORIS ANDROMACHE. [57] Si *Andromache*, ſequentibus junge: ſi *Andromachen*, ſuperioribus. [58] [Sed cum ſupra Heleno nuptam dixerit, cur hic Hectoris dixit? ſed ipſe quaeſtionem ſolvit, dicendo *incredibilis*.] CONNUBIA SERVAS. Tenes, ut in VII. 3. *Et nunc ſervat honos ſedem tuus oſſaque nomen.* [59] [Aut certe amas, ut IV. Georg. 459. *Servantem ripas:* aut quia audierat nuptam Heleno. *Servas.* Pro ſervaſti.

320. [60] DEJECIT VULTUM. Decenter, quia de concubitu admonita eſt.] DEMISSA. [61] [Humili, tenui; & verecunde, quia de Pyrrho dictura eſt.]

321. O FOELIX. Bene: [62] [nec ad interrogata reſpondit,] & virginitatem laudat, & mortem: ut oſtendat ſe invitam Pyrrhi pertuliſſe connubium, & eſſe ſuperſtitem ſuis miſeriis. PRIAMEIA VIRGO. [63] [Quia notum eſt nomen, omiſit.] Ideo *felicior:* quia virgo extincta eſt. [64] [UNA ANTE ALIAS hic abſolute junxit, ut: *filia ante alias.* Jungitur tamen & comparativo, ut I. 347. *Scelere ante alios immanior:* & ſuperlativo, ut IV. 141. *Ipſe ante alios pulcherrimus omnes.*]

322. HOSTILEM AD TUMULUM. Quia grande eſt mortis ſolatium, praemiſſus hoſtis interitus. [65] [Fabula talis eſt:] Achilles, dum circa muros Trojae bellum gereret, [66] Polyxenam viſam adamavit: & conditione pacis in matrimonium poſtulavit. [67] [Alii dicunt, quod, cum ad redimendum corpus Hectoris ab Achille, etiam ipſa cum patre veniſſet, adamata eſt.] Quam cum Trojani fraude promiſiſſent, Paris poſt Tymbraei Apollinis ſimulacrum latuit, & venientem Achillem ad foedus miſſa vulneravit ſagitta. Tunc Achilles moriens petiit, ut, [68] devicta Troja, ad ejus ſepulchrum Polyxena immolaretur: quod Pyrrhus implevit. [69] [Eſt alius ordo fabulae hujus: Cum Graeci victores in patriam vellent reverti, e tumulo Achillis vox dicitur audita, [70] querentis, quod ſibi ſoli de praeda nihil impertiviſſent. De qua re conſultus Calchas, cecinit, Polyxenam Priami filiam, quam vivus Achilles dilexerat, ejus debere manibus immolari; quae cum admota tumulo Achillis occidenda eſſet, manu Pyrrhi aequanimiter mortem dicitur ſuſcepiſſe: invenitur enim apud quoſdam, quod, etiam ipſa Achillem amaverit, &, ea neſciente, Achilles fraude & inſidiis ſit peremptus. TROJAE SUB MOENIBUS ALTIS. Solarium dedit mortuae, quod licet ad hoſtilem tumulum, ſed in ore patriae perierit: unde duplex felicitas, quod & virgo, & in patria meruerit interire.

VARIORUM.

fides Leidenſis, alter Menagii & Moretani duo, quod velim a vetuſtioribus membranis confirmari. videantur, ſi tanti eſt, quae annotamus de hoc loquendi genere ad Naſonis Epiſtolam Paridis ℣. 60. ſic libro IV. Aeneid. 12.

Credo equidem, nec vana fides.

Prudentius Apotheoſi,

Cae-

57 hic flagitioſe negligens Maſvicius edidit, *ſi Andromache ſuperioribus.* media omittens, ita ut nullus inde ſenſus oriri poſſit. 58 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 59 deſunt iiſdem ad *Demiſſa* ℣. 320. in Dan. erat, aut certo oms *. 60 hic in Dan. repetebantur omnia, quae ſupr. 297. legebantur. *Conſuetudinis regiae fuit* &c. quae Lucius, Commelin. & Emmeneſſ. etiam iterarunt, ſed recte Maſvicius ejecit, monente ſcilicet Rykio in ora codicis ſui, & linea tranverſa inducente. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 deſunt aliis, Maſvicius hoc interjecit. & hic ordinem verborum mutavit. nam in omnibus legitur, ut edidimus. ille vero, *ut oſtendat ſe invitam, ut ipſa paullo poſt dicit, eſſe ſuperſtitem patriae & Pyrrhi pertuliſſe connubium.* quae unde petierit, & *ſuperſtitem patriae* ediderit, neſcio. BURM. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. qui jungunt. VIRGO. Achilles dum &c. ſed poſt fabulam habent, *implevit.* VIRGO ideoque &c. & tunc HOSTILEM *ad* 4. Quia g. eſt &c. *interitus:* praeterea, nomen dimiſit habet Dan. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Dan. continuat hoc modo, extincta eſt. *& ante alias* hic &c. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 66 Prolienam, & mox Proxellena L. 67 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 68 evicta iidem. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 324. 70 quaerentes Dan.

Juſſa mori, quae ſortitus non pertulit ullos,
Nec victoris heri tetigit captiva cubile!
Nos, patria incenſa, diverſa per aequora vectae,
Stirpis Achilleae faſtus, juvenemque ſuperbum
Servitio enixae tulimus. Qui deinde ſecutus

Le-

SERVII.

323. JUSSA MORI. Bene hoc ex praecepto Achillis, quam ad tumulum ſuum juſſit occidi. SORTITUS. Quia captivi & praeda inter victores ſorte dividebantur, ut eſt IX. 268. *Et praedae ducere ſortem.*]

324. NEC VICTORIS HERI TETIGIT CAPTIVA CUBILE. Singula habent emphaſin ſuam: nam parum erat dominum dicere, niſi & victoris adderet faſtum. [71] [Merito ergo foelix, quae ſola morte tot poenas effugit.] TETIGIT CAPTIVA CUBILE. *Tetigit*, [72] non cum fiducia conjugali ſecure aſcendit, ſed [73] [quod eſt pecudum quadrupedum,] ut ſolent captivae dominorum toros paventes leviter contingere: & *cubile* dixit, non lectulum genialem.]

325. [74] [DIVERSA PER AEQUORA VECTAE. Tanquam parum fuerat, patriam incenſam.

326. STIRPIS ACHILLEAE. Cum magno dolore dictum Achilleae: quia ab eo Hector occiſus eſt; & idem bis dixit.] FASTUS. Superbiam: & eſt quartae declinationis: nam liber, qui dierum habet computationem, ſecundae declinationis eſt: unde [75] erravit Lucanus, X. 187. dicendo: *Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.*

327. SERVITIO ENIXAE TULIMUS. Hoc eſt, pertulimus, donec in ſervitio poſitae [76] eniteremur. [77] [Fabula autem eſt, ut praediximus.] Et bene plurali utitur numero, ad excuſandum pudorem.

VARIORUM.

Caelum habitat, terris intervenit, abdita rumpit
Tartara, vera fides: Deus eſt, qui totus ubique eſt.

HEINS. *Nec dubita* alter Hamburgicus & Leid. *ne dubites* alius Leidenſis. *ne dubita, ne vera vides* Gudianus a manu prima. *vera fides* etiam Excerpta noſtra, & in Petrenſi invenit Marklandus, qui ad Stat. I. Silv. I. 63. alibi illuſtraturum promittit. eodem modo *manifeſta fides* II. 309. ubi vide. ita *fides* & *vides*, apud Silium lib. III. 622. confuſa, ubi *vides* recte praetulerunt viri docti. BURM.

317. HEU. *Quis* dijungi vult Servius. ſed apud Stat. VII. 490. *Heu quis monſtraverit hoſtem.* ubi MſſT. *ecquis*, *&* *quis* v. Barth.

318. SATIS. *Sarris* Zulichemius. *qua digna* Regius. *remanſit* Wal.

319. SERVAS. *Servat?* Gudianus a manu prima. HEINS. *Andromachae* Mentelius prior. *Andromachen* Leidenſes duo & prior Hamburgicus, & Excerpta noſtra. *Pyrrhi* Montalbanius, alter Hamburgicus & Zulichem. & Parrhaſ.

320. DEMISSA. *Dimiſſa* duo Moretani, Zulichemius, Leidenſis, tres quatuorve alii. *ſubmiſſa* Excerpta noſtra.

321. ALIAS. *Alios* Montalbanius.

326. FASTUS. *Fatus* alter Mentelius a manu prima, ut & in Zulichemio fuiſſe videtur. Heinſius inde *flatus* conjiciebat: de qua voce vide illum ad Ovid. I. Art. Am. 715. ſed *faſtus* vindicat Commentator Crucquianus Horatii lib. II. Od. 4. ubi *inſolentem Achillem* explicat. BURM.

327. ENIXAE. *Enixe* adverbium eſt ſervitutis gravitatem exprimens. Quod ſi nomen velimus *Enixae*, interpretandum erit, ſubjugatae & labore exercitae, ut Nonius duobus locis exponit. Servii enim expoſitio minus placet. FABRIC. *Enixam* pro labore exercitam Nonius hoc loco capit. non video quo jure, cum vel ex Euripidis Andromachae conſtet, eam ex Neoptolemo liberos ſuſtuliſſe.

71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 non adſcendit: nec genialem lectulum. ſed *cubile* iidem: ſed Baſil. non adſcendit, nec voluptuoſum lectum, ſed *cubile*, quod eſt pecudum quadrupedum. cetera deerant illis omnibus. 73 deſunt Dan. trajicit vero Fabr. *contingere* & *cubile* dixit, quod eſt pec. quad, non l. genialem. & recte mea ſententia. nam nota ſunt *cubilia* ferarum, ut hoc quoque notaverat Cl. Dorvillius. BURM. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 75 non erraſſe docuerunt abunde viri docti. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. II. 10. & Commentatores ad Lucani locum. 76 niteremur L. R. eniteſeremur Steph. 77 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Ledaeam Hermionen Lacedaemonioſque Hymenaeos,
Me famulo famulamque Heleno tranſmiſit habendam.
Aſt illum, ereptae magno inflammatus amore
Conjugis, & ſcelerum Furiis agitatus, Oreſtes

Ex-

SERVII.

328. LEDAEAM HERMIONEM. Id eſt, [78] Ledae neptem, [79] [Tyndarei uxoris, quam Juppiter in Cygnum mutatus gravidam fecit, quae ovum peperiſſe dicitur, unde nati ſunt Helena, Caſtor & Pollux.] LACEDAEMONIOSQUE HYMENAEOS. Cum ingenti felle: ac ſi diceret: infoelices maritis ſemper: ut Paridi, & Deiphobo.

329. TRANSMISIT HABENDAM. Herili voluntate, non lege conjugii: [80] [vel quia inter captivos matrimonio fides non ſtabat:] unde & *habendam* dixit: [81] [& *transmiſit*: quia alii tradidit: quidam permiſit accipiunt.]

330. [82] [EREPTAE CONJUGIS. Hanc Hermionen quidam dicunt, cum Oreſti eſſet deſponſata, poſt a Menelao, apud Trojam admirante virtutem Pyrrhi, eam promiſſam. Alii dicunt a Menelao quidem apud Ilium Pyrrho deſponſatam; [83] ſed a Tyndaro Oreſti, morante apud Trojam Pyrrho, ut quidam, promiſſam, ut quidam, conjunctam tradunt: quam cum Pyrrhus, confiſus voluntate Menelai, armatus multitudine rapuiſſet, ab Oreſte inſidiis interfectus eſt. Si ergo Oreſtes eam uxorem non duxerat, cur *conjugis* poſuit? Sic ergo intelligendum eſt, quam ſperabat conjugem, ut in ſecundo II. 344. *Et gener auxilium*, cum adhuc ſponſus eſſet.

331. SCELERUM FURIIS. [84] Matricidii ſcilicet. [Oreſtes enim, Agamemnonis filius, cum, interfecto patre a Clytaemneſtra conjuge & adultero Aegiſto, ipſe ſubtractus periculo eſſet, apud [85] Strophium, patrem Pyladis, educatus eſt: Qui, cum adoleviſſet cum amico Pylade, tam Aegiſtum, quam matrem peremit: ob quam cauſam Furiis agitatus eſt, nec ante furore liberatus, quam perveniſſet in Tauricam regionem: ubi ſoror ejus Iphigenia ſubducta [86] a Diana, apud Aulidem ſacrificio, templo Dianae, praeerat, & more gentis, deae hoſpites immolabat. Ibi cum ad aras pertractus eſſet, ut tanquam hoſpes occideretur, agnitus a ſorore, ſubtractus eſt morti: poſt, accepto reſponſo, ſublato Dianae ſimulacro, ſororem reduxit in Atticam; ubi, in honorem conſervati numinis, Tauropolin appellavit.] AGITATUS. Stimulatus. Cicero in Roſciana cap. XXIV. *Agitari & perterreri Furiarum taedis ardentibus.*

VARIORUM.

ſe. certe Moloſſus ejus filius a Tragicis celebratur. Hinc Enniana Tragoedia, *Andromachemoloſſus* uno titulo, ut recte dramatis titulum conſtituit vir ſummus Joſias Mercerus, ut *Proteſilaodamia*. Idem Nonius in *ſubnixa* interpretatur *Enixae* hoc loco pro *ſubditae*, non magis feliciter, quam priori interpretamento. denique in *Enixa* capit pro *ſervitio ſubjugata*, itaque ter impegit in hujus loci explicatione. HEINS. In Zulichemio ſuperſcripta interpretatio *adjunctae. enixe* Parrhaſ. Wittian. & Wallian. ſed *enixa* de partu cum Heinſio, ut alibi Noſter utitur, capio. ſic enim ſe confert Polyxenae, quae virgo obiit: *ſervitio* pro in ſervitio enixae. BURM.

328. LACEDAEMONIOSQUE. *Lacedaemoneſque* Leidenſis. *Lacedaemonios* alter Leidenſis.

329. ME FAMULAM FAMULOQUE. *Me famulo famulamque* ſcripti noſtri omnes & plerique Pieriani, cum Donato. niſi quod prior Hamburgicus cum vulgatis facit. Forte, *me famulo famulam Heleno.* cujuſmodi hiatus Maroni ſollemnes eſſe, ſed paſſim ab imperitis perperam ſublatos, jam demonſtratum eſt compluribus exemplis. atque ita a prima manu in Montalbanio legebatur. praeterea in Sprotiano *transmittit*. inf. ỳ. 596. ſimilem hiatum habes in omnibus fere membranis,

Si pereo, hominum manibus periiſſe juvabit.

HEINS. *Me famulamque famulo* Ed. Mediol. *tranſmittit* Sprotianus. *conceſſit* prior Hamburgicus.

330. IN-

78 Ledeae L. Voſ. R. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 80 deſunt iiſdem. 81 deſunt iiſdem 82 deſunt iiſdem ad ỳ. 331. 83 ſed Tyndario Dan. 84 matricidio ſcilicet L. Voſ. R. Steph. & Baſil. quae addit, quia Oreſtes occiderat Clytemneſtram in patris Agamemnonis ultionem. ſed reliqua deerant omnibus illis ad *Agitatus*. 85 Strofium Dan. Strophium Fabr. 86 Achana Dan. Fabr. diſtinguendum puto, ſubducta a Diana apud Aulidem ſacrificio, templo &c.

Digitized by Google

Excipit incautum, patriaſque obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi regnorum reddita ceſſit
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,

Chao-

SERVII.

332. EXCIPIT. Dolo interficit, [87] [ut VI. Aeneid. 173. *Aemulus exceptum Triton.*] PATRIAS ARAS. Alii Achilleas [88] intelligunt, [89] [ubi ille adorabat Apollinem: aut quod ibi Achilles occiſus ſit:] [90] nam Pyrrhus, ut in hiſtoria legimus, occiſo patre in templo Apollinis Tymbraei, reverſus ad patriam, in numinis inſultationem, in templo ejus Delphico aras patri conſtituit, & illic ei coepit ſacrificare: [91] [neque enim aut Pyrrhus, aut Apollo, Delphis oriundi ſunt.] Alii *Patrias*, Apollineas volunt, [92] a *Patris*, Achajae civitate, in qua [93] *Patrius Apollo* colitur. Nec debemus quaerere, cur non *Delphicas* dixerit: quia epitheta in alieno negotio plerumque alia ponuntur, ut in quarto IV. 345. *Italiam magnam Grynaeus Apollo, Italiam Lyciae juſſere capeſſere ſortes*: cum a Delio eum tantum conſtet accepiſſe reſponſa. [94] [Sunt, qui dicunt ab Aeſculapio aras Apollini ſtatutas, *Patrias* nominatas. Alii in templo Apollinis aram fuiſſe inſcriptam: ΠΑΤΡΙΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ: ab hoc, quod [95] Icadius, Apollinis & Nymphae Lyciae filius, cum in adultam aetatem veniſſet, primo regionem, in qua natus erat, a matre Lyciam nominavit; deinde in ea urbem quoque Apollini condidit; ſortes & cortinam conſecravit; &, ut illum patrem eſſe teſtaretur, *Patora* cognominavit. Inde cum Italiam peteret, naufragio vexatus, Delphini tergo exceptus dicitur, ac prope Parnaſſum montem delatus, patri Apollini templum conſtituiſſe, & a Delphino locum Delphos appellaſſe: aras deinde Apollini tanquam patri conſecraſſe, quas ferunt vulgo *Patrias* dictas. Hinc ergo & Delphinum ajunt inter ſacrata Apollinis receptum, cujus rei veſtigium eſt, quod hodieque Quindecimvirorum cortinis Delphinus in ſummo honore ponitur: & pridie quum ſacrificium faciunt, velut ſymbolum, Delphinus circumfertur: ob hoc ſcilicet, quia Quindecimviri librorum Sibyllinorum ſunt antiſtites; Sibylla autem Apollinis vates, & Delphinus Apollini ſacer eſt. Invenitur tamen apud Cornificium Longum, Iapydem & Icadium profectos a Creta in diverſas regiones veniſſe; Iapydem ad Italiam; Icadium vero duce Delphino ad montem Parnaſum, & a duce Delphos cognominaſſe: & in memoriam gentis, ex qua profectus erat, ſubjacentes campos Criſaeos vel Cretaeos appellaſſe, & aras conſtituiſſe.

333. REDDITA. [96] [Quomodo *reddita?* cum conſtet Helenum fuiſſe Trojanum, nec de Graecia ullam habuiſſe partem. *Reddita* ergo,] more veteri pro data accipiendum: *re* ergo abundat. Ennius in Annalibus: *Ut* [97] *Ilia reddita nuptum.* Et alibi: *Iſque dies poſt aut Marcus quam regna recepit.* Et pro accepta, ut *reddita*: quod Heleno debebatur imperium.] CESSIT PARS HELENO. Per privignum, ut diximus ỳ. 297. ſupra.

334. [98] [CHAONIOS COGNOMINE CAMPOS. Epirum campos non habere omnibus notum eſt; ſed conſtat, ibi olim regem nomine *Campum* fuiſſe, ejuſque poſteros [99] Campylidas dictos, & Epirum [1] Campaniam vocatam, ſicut Alexarchus, hiſtoricus Graecus, & Ariſtonicus, referunt. Varro filiam *Campi* Campaniam dictam, unde provinciae nomen; poſt vero, ſicut dictum eſt, [2] Chaoniam ab Heleno appellatam, qui fratrem ſuum Chaonem, vel, ut alii dicunt, comitem, dum venaretur, occiderat. Alii filiam *Campi* Ceſtriam ab Heleno ductam uxorem, & de nomine ſoceri *Campos*; de nomine *Chaone*, *Chaonas* dixiſſe.

VARIORUM.

330. INFLAMMATUS. *Flammatus* in Gudiano. HEINS.

87 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 88 dicunt Voſ. 89 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 90 aut quod in hiſtoria loquitur Pyrrhus, occiſo patre Dan. Fabr. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 a Patras L. Voſ. R. 93 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 94 deſunt iisdem ad *ceſſit* ỳ. 333. 95 Icadios Dan. 96 deſunt Dan. 97 *illa* Dan. 98 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 336. 99 Campylid. * Dan. 1 Campaniamque Dan. ſed abjecit copulam Camillus Pereg. Diſſert. 1. cap. 2. de Campania felice. quem & vide cap. 12. ſed Palmerius de Graecia antiq. lib. 11. cap. 2. Servium deceptum fuiſſe credit, quum falſum ſit, Epirum campos non habere, & Alexarchum non de Epiro haec dixiſſe, ſed de continenti Italiae parte, quae Campania dicta fuit. Ariſtonicum vero fuiſſe nimium fabularum auctorem, in Epiro vero fuiſſe paſtiones & fertiles campos, patet ex Attico, qui ibi plurimas poſſeſſiones habuit. vid. Nepot. Attic. XIV. & ſaepe eorum meminit Cicero. BURM. 2 Caoniam, & Caonem Dan.

Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit:
Pergamaque, Iliacamque jugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui curſum venti, quae fata dedere?
Aut quiſnam ignarum noſtris deus adpulit oris?

Quid

SERVII.

335. TROJANO A CHAONE. Vel fratre Heleni; vel, ut alii volunt, hunc *Chaonem*, licet ſuperius cauſa hujus nominis dicta videatur; tamen quidam dicunt hunc *Chaonem* pro omnium incolumitate, cum peſtilentia laborarent ſocii Heleni, ex reſponſo immolandum ſe obtuliſſe: unde in honorem ejus Epirum, quae Campania dicebatur, *Chaoniam* nominavit Helenus: & hoc fuit, quando navigaverunt a Troja cum Pyrrho. Alii dicunt, quod cum Helenus cum Pyrrho ab Ilio navigaret, & tempeſtate jactarentur, Dianae unum e Trojanis amicum Heleni voviſſe, ut, ſi illi periculum evaſiſſent, ſe pro eorum incolumitate interimeret: qui ſe, poſtquam illi evaſerunt, ſicut promiſit, occidit: unde factum eſt, ut ejus nomine Helenus adeptus regnum, Epirum [3] *Dianiam* nominaret. DIXIT. Nominavit, ut VIII. 331. *Fluvium cognomine Tybrim Diximus.* Et I. 533. *Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem.*]

336. PERGAMAQUE. *Pergama* legendum, non, ut plerique, PERGAMEAM: qui per imperitiam contra metrum ſentiunt. Decipiuntur autem [4] cum utrumque derivativum volunt; cum ſit *Pergama* principale.

337. QUI CURSUM VENTI? [5][Servat hunc ordinem, ut a ſui perſona incipiens, mox quaerat alienam, ut I. 369. *Sed vos qui tandem, quibus aut veniſtis ab oris.* Et hoc totum] cum admiratione dictum eſt. QUI VENTI? Id eſt, tam proſperi. QUAE FATA? Tam nobis foelicia.

338. QUIS DEUS? Qui praeſtitit, ut te videre poſſemus. Tale eſt & illud Aeneae ad Didonem adulatorium inf. 715. *Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris.* IGNARUM. Aliud diſponentem.

VARIORUM.

HEINS. Sic lib. IV. 54. ubi ſimilis diverſitas de voce *flammatus.* vid. ad Valer. Flac. I. 108. & IV. 655. BURM.

331. SCELERUM FURIIS. *Furiis ſcelerum* Venetus.

332. EXCIPIT INCAUTUM. Serv. ad III. Ecl. 18. citat, *excipit incautum inſidiis.* ſed ultima vox ſeparanda, ut ſit expoſitio τῦ *excipit.* id eſt inſidiis excipit. & in Cod. Leid. vox *inſidiis* deerat. & ad lib. IV. 70. citat, *Excipit incautum Triton.* confundens cum alio loco ex lib. VI. 173. ubi *Aemulus exceptum Triton.* recte diſtinguit ad IV. 114. BURM.

Ibid. PATRIASQUE. *Patrias* pr. Hamburg. & alter Menag. a m. pr. vid. Macrob. I. 17. & Erythr. in *patrias aras.* BURM.

334. PARS, *ſors Heleno* Voſſianus unus. HEINS. Forte rectius, quaſi hereditate & teſtamento Pyrrhi, ut tutori filii ſui ex Andromache. unde *ceſſit* de hereditate explicuit Servius ſupr. ỷ. 297. & *cedere* dicuntur nobis, quae adquirimus quocumque modo. Ovid. IV. Faſt. 951.

Phoebus habet partem: Veſtae pars altera ceſſit.

& VIII. Epiſt. 101.

Sors haec una mihi conjux bene ceſſit Oreſtes.

ut Heinſ. legebat pro *Pars.* quae voces paſſim a librariis commutatae. vid. ad Ovid. IV. Triſt. V. I. & Val. Flac. VII. 441. BURM.

335. OMNEM. *Urbem* prior Hamburgicus. *A Trojano* tertius Rottendorphius. *dixi* ſecundus.

336. PERGAMAQUE. *Pergameamque* Mediceus.

337. SED TIBI QUI CURSUM VENTI. Senſus obſcurior, nec verba exprimunt, quod volunt Interpretes: nam ſatis ſcire poterat Andromache, quinam venti ex Trojana regione ferrent in Epirum, ut non opus eſſet hoc interrogare. Nonius in *curſus* explicat de navigatione in genere, ut ſenſus eſſet, qui venti, aut qui Dei te ad navigandum impulerunt? Servius, *qui venti* explicat, id eſt proſperi: ſed tunc ponendum eſt, Andromachen ſciviſſe Aenean evaſiſſe ex Trojano incendio, & novas ſedes quaeſiviſſe; ſed neſciviſſe, quo tenderet,

ſci-

3 ita Dan. Fabr. unde vero *Chaoniam* petierint alii neſcio; quum hic unus e Trojanis, amicus Heleni, non appelletur Chaon, ſed diverſa origo a priori tradatur: quare reduxi veterem lectionem. BURM. 4 dum L. Voſ. Steph. a. cum utrique R. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Quid puer Aſcanius; ſuperatne, & veſcitur aura?
Quem tibi jam Troja * * * *
Ecqua tamen puero eſt amiſſae cura parentis;

Ec-

SERVII.

339. [6] [PUER ASCANIUS. Filius: quia Graeci [illegible] etiam filios dicunt.] SUPERATNE. Vivit. Sane nove dictum eſt, & caret exemplo, ut pauca in Virgilio. Alii dicunt *ſuperat*, ſuperſtes eſt; ſed *ſuperſtes* [7] praeſentem ſignificat, ut Cicero in Muraeniana cap. XII. *Suis utriſque ſuperſtitibus*, id eſt, praeſentibus.

340. QUEM TIBI JAM TROJA. Hemiſtichium: nec in ſenſu plenum. Sunt autem duo talia, ut hoc VIII. 41. *Conceſſere deum:* quem quidam ita complevit: *Conceſſere deum profugis nova moenia Teucris.*

341. AMISSAE CURA PARENTIS. Si *parentis*, [8] Creuſae accipis, occurrit [9] illud: unde ſciebat eam periiſſe? Et alii dicunt potuiſſe hoc vel Heleno divinante cognoſci; vel Aenea requirente per Trojam, ut III. 769. *Implevi clamore* [10] *vias*. Sed utrumque viribus caret. *Parentem* ergo, patriam accipiamus, ut Tullius I. Catil. 7. *Si tibi patria*, [11] *quae communis omnium parens eſt*. Et eſt ſenſus: Doletne perditam patriam?

VARIORUM.

ſcilicet in Italiam. quod ſi admittamus, legendum foret, *qui curſum huc venti, quae fata dedere?* ut lib. I. 534. *huc curſus fuit*. & lib. IV. 46. *huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas:* & ita rogaret, qui venti adverſi te in haec litora impulere, aut an fatis impulſus aberraſti? ſed quum ſupra ỳ. 311. Poëta eam ignaram fatorum Aeneae, & dubiam an videret, aut an cum Hectore apud inferos foret, inducat, malim legere, quum nunc vera fides facta eſſet, eum vivere, *Quo curſum venti, quae fata dedere?* ut de ejus propoſito & itinere, quod inſtituerat, certior per ipſum fieret. BURM.

338. AUT QUIS TE. *Aut quiſnam ignarum*, non *quis te*, omnes noſtri, excepto priore Hamburgico. Mentelianus tamen prior quoque, *quis te*, ſed a manu prima. HEINS. *Ignarus* Montalb. *quis jam* Ed. Venet. *quis te* Mediol. & Ald. *quiſnam* etiam Wittian. Wallian. & Parrhaſ. qui non, ut Maſvicius, *quis te* habet. ſed, ut ſolet, Parrhaſii manum non diſtinxit a librarii. Parrhaſius enim induxit *nam*, & *te* ſuperſcripſit, aut retento *quiſnam*, notavit ſuper *ignarum*, ſubintelligendum *te*, ut & Pierius *te* additum a Paraphraſte putabat. BURM.

339. VESCITUR AURA. Non rejecerim quod Pierius in ſuorum pleriſque reperit, *auras*, etſi id noſtris omnibus abeſt. Graeciſmum enim Maroni paſſim captatum ſapit. vide id pluribus locis ex Plinio aliiſque confirmatum a Voſſio cap. XXII. de conſtructione. HEINS. *Aut veſcitur* Excerpta noſtra. *aura* fuit in Parrhaſiano, ſed *s* videtur alia manu adſcriptum, neſcio an Parrhaſii: nam & diverſa ab ejus manu adparet aliquando. *auras* probat Brouckh. ad Tibul. II. V. 63. vid. ad I. 546. BURM.

340. QUEM TIBI. Sex codices ex noſtris,

Quem tibi jam Troja peperit fumante Creuſa.

ſed vetuſtiores hiatum relinquunt intactum; recte, quos inter Mediceus, Gudianus, Menteliani duo, Voſſiani totidem, tres Rottendorphiani, Moretani quatuor. ſed Hamburgicus alter,

Quem tibi jam Troja natum fumante reliqui.

HEINS. *Obſeſſa eſt enixa Creuſa* Hugenianus. *Troja eſt obſeſſa enixa Cr.* Wall. *Quae tibi jam* alter Menagii. ſed ſi fumante Troja peperit Creuſa, quomodo ille ſe implicare manui patris, & paſſibus non aequis ſequi potuit? deinde inepte mox rogaret, an cura parentis eſſet puero vix nato ardente Troja, niſi *fumante Troja* de initio belli, & vaſtatis agris capias. Praeterea infr. 491. aequalem Aſcanium filio ſuo Aſtyanacti facit, qui jam ante Trojae caſum ingredi certe poterat, ut patet ex lib. II. 457. Vondelius hic haeſiſſe videtur, & ſecutus Servium *parentis* explicuit per *patriae*. ſed Aeneae & Hectoris commemoratio, etiam Creuſam intelligi docet. de qua potuerunt ſcire Andromache & Helenus, qui poſt dirutum Ilium cum Pyrrho in Epirum navigarunt. BURM.

341. ECQUA JAM. *Et qua tamen puero eſt* vetuſtio-

6 deſunt iiſdem. 7 Terentius tamen Andr. III. III. 7. dixit, *quaeſo ut ſit ſuperſtes*, id eſt *ſalvus*, teſte Donato. NANS. Et Heaut. V. IV. 7. *ita mihi atque huic ſis ſuperſtes*. 8 Creuſam L. 9 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 10 *viam* Voſ. R. Steph. 11 *quod* L.

Digitized by Google

Ecquid in antiquam virtutem animoſque viriles
Et pater Aeneas & avunculus excitat Hector?
Talia fundebat lacrimans, longoſque ciebat
Incaſſum fletus: quum ſeſe a moenibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus adfert,
Adgnoſcitque ſuos, laetuſque ad limina ducit,

Et

SERVII.

342. ANIMOSQUE VIRILES. Atqui ſupra dixerat, *puer*; ſed *animos viriles* ait, parentum conſideratione. Inde & in nono de ipſo ℣. 311. *Ante annos animumque gerens curamque virilem.*

343. [12] [AVUNCULUS. Quidam *avunculus*, humiliter in heroico carmine dictum accipiunt.

345. INCASSUM FLETUS. Et *longos*, & *incaſſum* bene addidit, ut foemineos monſtraret adfectus.]

VARIORUM.

tuſtiores noſtri Mediceus, Gudianus, uterque Mentelianus, duo Voſſiani, tertius Rottendorphii, & Sprotianus. recte omnino. idque Donatus etiam agnoſcit. & Giphan. Indic. Lucret. in *& quis* & Cariſius Inſt. lib. I. apud quem male *amiſſi parentis*. contra quem diſputat copioſe Voſſius de Analog. lib. I. 15. ſed Voſſius Pierium ſecutus in vitioſos Cariſii Codices incidit, dum citant, *Ecquae jam puero eſt*. in quibuſdam Pierii, *Ecqua tamen puero eſt*, quod eodem recidit. *Quae tamen & puero eſt*, in primo Rottendorphio & decem aliis. in quarto Moreti, *Qua tamen & puero eſt*. HEINS. *Quae tamen & puero* Leidenſis, Graevianus & Wittianus, cui ſuperſcriptum, *Ecquae tam. Etque tamen* Francian. & mox, *& quid*. in Parrhaſ. fuiſſe videtur, *Et qua tamen*, ſed in marg. *Ecqua tamen*, vel *Ecquae tam* in Wallian. *& quae*... *puero* eraſa voce, & in marg. *tandem*. vid. ad Ecl. I. 27. Markl. Addend. ad Statii II. Silv. I. 96. etiam videtur *amiſſi parentis* probare. quod neſcio, an ubi de ſola matre agitur, poſſet exemplo firmari. alia res eſt ubi de utroque parente agitur, qui *parentes* maſculino genere poſſunt dici. ſed addit, videndum eſſe Pierium. BURM.

343. AVUNCULUS. *Avonculus* Gudianus.

344. LONGOSQUE. *Jamnoſque* alter Hamburg. quod neſcio quid velit. Heinſius faciebat inde *largoſque*, forte cogitans illa ex II. Aen. 271. *largòſque effundere fletus. multoſque* Menagianus prior. BURM.

345. INCASSUM. *In caſum* Zulichemius, cum Gloſſa, *Aeneae & Trojanorum*. ſimiliter fere variant codices apud Liv. IV. 27. Serv. ad III. Georg. 517. vide quae diximus ad Lucan. II. 263. ubi eadem eſt diverſitas lectionis. mox, *Priamides Helenus multis* ſecundus Moreti & Hamburgicus alter. BURM.

346. OFFERT. *Affert*, vel *adfert* codices noſtri omnes. ſed vetuſtiores *adfers*. ſic lib. VIII. 477.

Fatis huc te poſcentibus adfert.

& hoc libro 310.

Verane te facies, verus mihi nuncius adfers?

in priore Hamburgico pro diverſa ſcriptura annotatum erat *effert*. quod & in Moreti quarto reperi. ſic *ferre ſeſe*, ut lib. I. 314.

Cur mater media ſeſe tulit obvia ſilva.

& IV. 142.

Infert ſe ſocium Aeneas.

& id genus complura. HEINS. *Effert* Wittian. & prior Hamburgicus, pro varia lectione. vid. lib. I. 389. Terent. And. IV. V. 12. *haud auſpicato huc me adtuli.*

347. AD MOENIA. *Ad limina* iidem codices majorem partem. Exulet ergo *τὸ moenia*, quod antea huc irrepſerat. id tantum in primo Rottendorphii & tribus aliis minorum gentium exſtabat. HEINS. *Agnovitque* alter Hamburgicus. *limina* etiam Franciaqus. & Wal. a m. ſec.

348. LA-

12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣ 348.

Et multum lacrimas verba inter ſingula fundit.
Procedo, & parvam Trojam, ſimulataque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum
Adgnoſco, Scaeaeque amplector limina portae.
Nec non & Teucri ſocia ſimul urbe fruuntur.

Il-

SERVII.

348. ET MULTUM LACRYMAS. Ordo eſt: [13] Lachrymas multum fundit inter verba ſingula: nam ſi LACHRYMANS [14] dixeris, quid [15] fundit? [16] [Et bene verba Heleno poſt Andromacham non dedit, ne frigeret; ſicut in libro quinto Aceſtae.]

349. PARVAM TROJAM SIMULATAQUE MAGNIS PERGAMA. Multi putant Aeneam de ea veniſſe ad Epirum, & ibi haec loca per licentiam poëticam eſſe conficta. Varro Epiri ſe fuiſſe dicit, & omnia loca hiſdem dici nominibus, quae poëta commemorat, ſe vidiſſe: unde apparet haec non eſſe fabuloſa. Idem etiam Varro Trojam Epiri ab Aenea, ſive a comitibus ejus, [17] Biopatora nuncupatam docet, ubi Trojana [18] claſſis Aeneam expectaſſe, [19] ſocioſque ejus caſtra in tumulis habuiſſe memoratur, quae ex illo tempore, Trojana appellantur: unde apparet divinum Poëtam aliud agentem, verum ſemper attingere.

350. ARENTEM. Pro aridum. Participium vice nominis.]

351. AGNOSCO. Aut cognomine agnoſco: [20] [nam ea cognoſcimus, quae jampridem vidimus] aut certe, quia reparatam audierat Trojam, ut ſup. 294. *Hic incredibilis rerum fama occupat aures.* SCAEAEQUE AMPLECTOR LIMINA PORTAE. *Scaea porta*, dicta eſt, non a pugnis ante ſe factis *ſcaevis*, id eſt, malis: nam & ante ſic dicta eſt: nec ab itinere ingreſſis *ſcaevo*, id eſt, ſiniſtro, quod ingreſſi non recto eunt itinere, ſed ſiniſtro; ſed a cadavere Laomedontis, [21] hoc eſt, ἀπὸ τοῦ σκαιώματος, quod in ejus fuerat ſuperliminio. [22] [Tamen hanc portam ex nece Achillis *Scaeam* appellatam volunt. AMPLECTOR. Pro teneo: quaſi ad Trojam veniſſet,] ut II. 490. *Amplexaeque tenent poſtes, atque oſcula figunt.*

352. TEUCRI. Pro Teucriadae.

VARIORUM.

348. LACRIMAS. Ultima litera τοῦ *lacrymas* in Gudiano a manu recentiori erat, eraſa veteri ſcriptura: forte fuerit, *multum lacrimae*, pro multum *lacrimarum*. in tertio Rottendorphii, *lacrimans fudit*, etiam Mentelianus prior. & tres alii. HEINS. *Lacrymans* etiam Ed. Mediol. *lacrimis* Excerpt. noſtra. reliqui *lacrimas*, miro conſenſu. *lacrimae* etiam Heinſius reponebat apud Propert. II. XVI. 7.

Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba
Sollicito lacrimae depluit e Sipylo.

probante Brouckhuſio. quod neſcio quo modo non placet. forte poſſet melius legi,

Nec tantum Niobae bis ſex ad buſta ſuperbae
Sollicito lacrimae depluit e Sipylo.

nec tantum lacrymae depluit Niobae ſuperbae &c. *lacrimam* numero ſingulari ſaepe poëtae dicunt. ita *lacrima manat* Horat. IV. Od. I. & paſſim. *depluit* eſt cadit in inferiorem locum. non negem tamen, *multum*, & *tantum lacrymas* poſſe dictum eſſe, ut apud Ovid. III. Met. 149. *Fortunamque dies habuit ſatis*, ubi alia exempla dedimus. ſic Lucretius I. 243.

Tactus enim leti ſatis eſſet cauſſa profecto.

pro *cauſſae*, ubi haerent Interpretes & varie ſollicitant locum, quem recte vindicavit Davieſius ad Cicer. de Legib. I. 10. & exemplis aliis illuſtravit. ſic Popma recte etiam defendit, *ſatis conſilium* apud Ciceron. XII. ad Att. 50. ſic *ſatis tempus* Ictus Gajus in Leg. XIX. *ff.* de Oper. Libert.

&

13 deeſt L. 14 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 15 fudit L. Voſ. R. 16 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 351. 17 Biopator Dan. 18 Clas * Aeneam Dan. 19 videtur hic caſus non congruere praecedenti, *Trojana claſſis* & dicendum fuiſſe, *ſociique ejus memorantur.* ſed ſimilia occurrere poſt Cl. Dukerum & Drakenborchium notavimus ad Sueton. Othon. cap. VII. ſic & in Veſpaſian. cap. V. *Statua Divi Julii ad Orientem converſa, aquilaſque confixiſſe.* ſcilicet *nuntiabatur*, quod praeceſſerat, ubi *ſtatuam converſam* alii ſuppoſuerunt. vel *ſocioſque ejus exſpectaſſe* deberet conjungi, ſed & tunc hiulca eſt oratio, & legendum, *ſocioſque ejus, qui caſtra* &c. BURM. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 21 hoc eſt, *ſcaeomate* Steph. *ſcenomate* L. Voſ. *ſcaenomati* R. Baſil. 22 deſunt L. Voſ. R. ſed Steph. & al. tantum, *amplector* pro teneo, ut *amplexaeque* &c.

Digitized by Google

Illos porticibus rex adcipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Inpoſitis auro dapibus: pateraſque tenebant.
Jamque dies, alterque dies proceſſit: & aurae
Vela vocant, tumidoque inflatur carbaſus auſtro.
His vatem adgredior dictis, ac talia quaeſo:
Trojugena, interpres Divom, qui numina Phoebi,

Qui

SERVII.

353. IN AMPLIS. Quod eſt regiae magnitudinis. ACCIPIEBAT. Paſcebat, ut Terentius Eun. V. IX. 52. [23] *Accipit homo melius nemo neque prolixius.*

354. AULAI. Pro *aulae*, [24] & eſt Diaereſis, de Graeca ratione veniens: [25] quorum AI diphthongus reſoluta, apud nos duas ſyllabas facit: [26] [*Aula* autem proprie dicitur, quae concluditur *porticibus* quatuor: unde ſuperius *porticibus* dixit.

355. IMPOSITIS AURO DAPIBUS. Id eſt, cum impoſitas auro dapes haberet.

356. PROCESSIT. Exactus eſt. AURAE VELA VOCANT. Hypallage eſt, pro, auras vocant.]

357. CARBASUS. [27] [Utrum aliorum, qui navigabant; an ipſorum? & utrum *tumide*, an *tumidus auſter*, ut *pallidus orcus?*] *Carbaſus* autem, genus lini eſt: quod abuſive plerumque pro velo ponitur. Sane in numero ſingulari *haec carbaſus* dicimus: [28] in plurali *haec carbaſa.*

359. TROJUGENA. Ac ſi diceret, generoſe, ut alibi v. 45. *Dardanidae magni genus alto a ſanguine divum.* [29] [Sciendum tamen, ſicut veteres auctores adfirmant, periniſſimos auguriorum & Aeneam, & plurimos fuiſſe Trojanos. Nonnulli tamen dicunt a [30] Marſya rege miſſos e Phrygia, regnante Fauno, qui diſciplinam auguriorum Italis oſtenderent. Ergo *Trojugena*, ſine dubio auguriorum & divinationis [31] peritus eſt. INTERPRES. Vaticinator: qui mentem deorum mortalibus publicas. Sed quia *interpres* generale nomen eſt, currit per ſpecies; nam, ut ait [32] Cicero: *Omnis divinandi peritia in duas partes dividitur: nam aut furor eſt, ut in vaticinantibus: aut ars, ut in aruſpicibus, fulguritis, ſive fulguratoribus, auguribus. Et omnia iſta ex ſe pendent, licet propriis finibus contineantur.* Unde Virgilius omnia ei dat, quem vult perfectum intelligi, ut hoc loco Heleno: item alibi, [33] Aſylae in decimo 176. *Cui pecudum fibrae, coeli cui ſydera parent, Et linguae volucrum, & praeſagi fulminis ignes.* [34] [Varro autem quatuor genera divinationum dicit: terram, aërem, aquam, ignem: geomantis, aëromantis, pyromantis, hydromantis. Virgilius tria genera complexus eſt; per lauros geomantis; per ſydera pyromantis; per praepetes aëromantis.] DIVUM QUI NUMINA. Poteſt & *interpres divum* diſtingui. Sane per omnia Zeugma eſt ab inferioribus, *ſentis.* QUI NUMINA SENTIS. Qui [35] ſuſpicis numen, & futura praedicis.

VARIORUM.

& ita cepiſſe quoſdam locum lib. II. Georg. 423. ibi notavimus. apud Livium I. 16. *quantum fides*, pro *fidei* tuetur Cl. Dukerus. apud Servium ad III. Georg. 48. pro *non valde multum temporis*, legitur in Mſſ. *tempus.* Barth. ad Stat. IV. Theb. 344. *multumque duci commendat Adraſto*, exponit, crebro, ſine fine, & hoc Virgilii loco firmat, & alio ex VI. 481. *Hi multum fleti ad ſuperos.* unde & hic poteſt conſtrui cum Servio, *multum fundit lacrimas.* BURM.

349. PARVAM. *Patriam* Zulichemius, & Leiden-

23 *accepit* L. Voſ. R. 24 eſt autem Di. Steph. 25 deeſt R. quorum diphthongus Baſil. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 357. 27 deſunt iisdem 28 in numero vero plurali Baſil. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 30 Marſon Dan. Fabr. 31 peritus eſſe * Dan. 32 ſimilia quidem paſſim in Ciceronis libris de Divinatione reperiuntur, ſed ipſa verba non reperi. & Ciceronem umquam voce *peritia* uſum, aut *fulguritos* eoſdem, qui *fulguratores*, dixiſſe doceri vellem. BURM. 33 Sile Voſ. R. Sibilae L. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 35 forte legendum *ſuſcipis*, ut paſſim pleni deorum vates, & illorum pectora implere, intrare, incolere Deos, & ſimilia dicuntur. vid. ad Valer. Flac. IV. 445. BURM.

Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis,
Et volucrum linguas, & praepetis omina pennae,
Fare age (namque omnem curſum mihi proſpera dixit
Religio, & cuncti ſuaſerunt numine Divi
Italiam petere, & terras tentare repoſtas:
Sola novum dictuque nefas Harpyia Celaeno

Pro-

SERVII.

360. QUI TRIPODAS SENTIS. *Tripodes*, menſae fuerunt in templo Delphici Apollinis, quibus [36] ſuperimpoſitae [37] Phoebades vaticinabantur: [38] [vel quod in eodem templo *tripos* eſt, cum oſſibus & dentibus Pythii ſerpentis.] CLARII LAUROS. Et hic *qui ſentis* ſubaudis: & *Clarium*, oppidum eſt in finibus Colophoniorum, ubi Apollo colitur: unde *Apollo Clarius*. Sane quaeritur, utrum *Clarii* [39] geminandum ſit I? & ſciendum aliter non procedere: nam CLA brevis invenitur, ut Statius VIII. 199. *Nec Clarias hac luce fores Didymaeaque quiſquam.* Per *lauros* autem, oraculum intelligimus. QUI SYDERA SENTIS. Qui es peritus Aſtrologiae.

361. ET VOLUCRUM LINGUAS. Qui es augur [40] oſcinum. ET PRAEPETIS OMINA PENNAE. [41] [*Praepetes* ſunt, quae ſecundo auſpicio ante eum volant, qui auſpicatur;] aves autem, aut *oſcines* ſunt, aut *praepetes*: *oſcines*, [42] quae ore futura praedicunt, ab *os*, & *cano*: *praepetes*, quae volatu [43] augurium ſignificant, [44] [cum ſunt proſpera;] ſed *praepetes* aut ſuperiora tenent, & *praepetes* vocantur: aut inferiora, & dicuntur *inferae*: *praepetes* autem ideo, quia omnes aves [45] priora petunt volantes: [46] [vel a Graeco πέτομαι, id eſt, volo.]

362. FARE AGE. Hortantis eſt *age*, id eſt, dic celeriter. Et eſt ordo: *Trojugena, fare age, quae prima pericula vito, Quidve ſequens tantos poſſim ſuperare labores?* Caetera per parentheſim dicta ſunt. NAMQUE OMNEM CURSUM. Hypallage eſt: nam non omnem curſum proſpera dixit religio; ſed omnis religio dixit proſperum curſum.

363. CUNCTI DIVI. Quia quicquid audivit a diverſis, ad Jovem recurrit, ut diximus ſupra. 251. *Quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo Praedixit.* [47] NUMINE autem, oraculo ſignificat.

364. REPOSTAS. Πάλος, [48] [per Syncopam] pro repoſitas, id eſt, longe poſitas, [49] [remotas.]

365. NOVUM. Magnum, more ſuo.

VARIORUM.

denſis unus a manu prima. *ad parvam* Sprotianus. *multis Pergama* Wittian. a m. pr.

352. FRUUNTUR. *Feruntur* Venetus & alter Hamburgicus pro varia lectione. mox, *illas* Montalbanius.

354. AULAI IN MEDIO. *Aulai medio* Mediceus, Gudianus, uterque Mentelianus, tertius Rottendorph. & tres alii. ſed Probus cum vulgaris facit, etiam Priſcianus tribus diverſis locis. HEINS. *In* deeſt Regio, & tribus Moretanis & Ed. Venet. vid. VII. 563. & alibi, ubi praepoſitio additur, aut omittitur. vid. I. Aen. 584. Val. Flac. II. 246. *Jam medio Aeſonides, jam ſe regina locavit.* BURM.

355. INPOSITIS. *Impoſitiſque* Wittian. *tenebat* Venetus.

356. PROCESSIT. *Praeceſſit* Leidenſ.

Ibid. AURAE VELA VOCANT. Hypallagen hic Servius vult eſſe. ſed vide quae ad Valer. Flac. III. 341. notavimus. ſic inf. ℣. 454. *& vi curſus in altum Vela vocet. tumido inflatus* ſecundus Rottendorphius. *inflatus* alter Menagii. BURM.

358. AC TALIA. *Et talia* Wittian.

359. PHOEBI. *Divum* Wittian. a m. pr. & dein,

36 ſuperpoſitae Steph. Dan. Fabr. al. 37 Phoebes R. 38 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 39 geminata ſit I. deinde, brevis eſt. Dan. & Fabr. mox in verſu Statii eſt, *Clarius* L. Voſ. R. Steph. 40 uſcinum R. deeſt Baſil. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 praenomen hic & mox deeſt iisdem. 43 deeſt iisdem. 44 deſunt iisdem. hic *inferas* dicuntur, quae ad ℣. 246. *inhibrae*, ubi vide. vel hic vel ibi vitium eſt. 45 ſuperiora Steph. Fabr. al. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 47 *numen* autem oraculum Steph. *numine* a. oraculum R. Voſ. L. *numine* oraculum a. Baſil. 48 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. penitus paſſio per ſyncopem, id eſt Πάλος Baſil. 49 deeſt L. Voſ. R. Steph. al.

Prodigium canit, & triſtis denuntiat iras,
Obſcoenamque famem) quae prima pericula vito?
Quidve ſequens tantos poſſim ſuperare labores?
Hîc Helenus, caeſis primum de more juvencis,
Exorat pacem Divom, vittaſque reſolvit

Sa-

SERVII.

366. PRODIGIUM CANIT. *Prodigium*, *portentum*, & *monſtrum*, modico fine diſcernuntur; ſed confuſe [50] [pro ſe] plerumque ponuntur. [51] [Varro ſane haec ita definit: *Oſtentum, quod aliquid hominibus oſtendit; Portentum, quod aliquid futurum portendit; Prodigium, quod porro dirigit; Miraculum, quod mirum eſt; Monſtrum, quod monet.*] TRISTES IRAS. Deorum ſcilicet, propter injurias ſuas.

367. OBSCOENAMQUE FAMEM. Aut quae homines etiam ad obſcoena compellit, ut VI. 276. *Maleſuada fames.* Aut certe quam obſcoena avis praedixerat. QUAE PRIMA PERICULA VITO, QUIDVE SEQUENS TANTOS POSSIM SUPERARE LABORES? [52] [Quid obſervans.] Duo petit; quemadmodum aut periculis careat; aut quibus conſiliis par eſſe laboribus poſſit. [53] [Et totum hoc per interrogationem legendum eſt.]

368. TANTOS. Quantos Harpyia praedixerat.

369. DE MORE. [54] Scilicet ſacrificantum.

370. EXORAT PACEM DIVUM. Aut de ſacrificantum more requirit, utrum tempus conſulendi eſſet: nam & [55] hoc vehementer quaeritur, ut in ſexto 45. [56] *Cum virgo poſcere fata Tempus ait:* [57] aut certe, quod & melius eſt, de ſacrificantum more, ante nefas expiat ab Harpyia praedictum, & ſic venit ad vaticinationem. Ut autem hic expiatam famem intelligamus, ſequens efficit locus, ut 395. *Aderitque vocatus Apollo:* cum conſtat, niſi [58] in hoc intellexeris loco, famis cauſa nuſquam invocatum eſſe Apollinis numen. Dubitationem [59] autem in hoc loco *exorat*, facit: nam *orare*, eſt petere; *exorare*, impetrare. Ergo impetrat pacem, aut ad inquirendum tempus, aut ad mitigandum famis periculum. VITTASQUE RESOLVIT. In ratione ſacrorum par eſt & animae & corporis cauſſa: nam plerumque quae non poſſunt circa animam fieri, fiunt circa corpus, ut ſolvere, vel ligare: quo poſſit anima, quod per ſe non poteſt, ex cognatione ſentire: inde eſt IV. 518. *Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta.* Bene ergo Helenus cuncta corporis ſolvit; ne qua parte animo religato ad numen accedat.

VARIORUM.

dein, *qui tripodas Clarii, & lauros.*

360. LAUROS. *Laurus* eſt apud Cariſium lib. I. pag. 9. & lib. IV. pag. 250. & apud Diomeden pag. 439. & apud Donatum de Schematibus pag. 1773. Editionis Putſchianae, & apud Scholiaſten Statii Thebaidos VIII. nec aliter Mediceus a manu prima, cum Gudiano. *Laurus* etiam primus Rottendorphius, primus & tertius Moreti, cum Hamburgico altero. *Lauros* in priore Menteliano. Prudentius Apotheoſi,

Flumen & ipſe ſua miratur vertice laurus
Cedere.

Laurus pro *lauros* etiam dixit Valer. Flacc. lib. I. 209. HEINS. *Clarii & lauros* ſecundus Moreti. *Lauros* agnoſcit Serv. ad I. Aen. 120. & Ed. Mediol.

361. ET VOLUCRUM. *Qui volucrum* Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. III. Od. 27. HEINS. Vid. lib. I. 280. *pinnae* Mediceus, tertius Mentelii & Gudianus. *omnia* etiam nonnulli.

362. OMNEM CURSUM. *Omnis curſum Relligio* ſecundus Rottendorphii. quod & Gudianus a manu prima confirmat. mox idem Gudianus, *ſuaſerunt numina.* non placet. HEINS. *Religio, cuncti* Venetus. & Parrhaſ. *Religio* hic ponitur de oraculo, vel loco, in quo Dei reddunt oracula, ut ſunt templa, luci, ſtatuae &c. vid. ad Phaedr. IV. Fab. 10. *ſuaſerant* Wallian. a manu prima. *numinis* voce varie uti Virgilium jam ſaepe vidimus, hic vero notat fidem, majeſtatem, quam Dii per oracula ſibi

50 deſunt Baſil. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 52 deſunt iiſdem. 53 deſunt iiſdem. 54 ſcilicet ſacrificantum more requirit utrum &c. L. Voſ. R. ſacrificantum. Et aut de ſacrificantum more requirit Steph. Baſil. 55 deeſt Voſ. 56 tam Steph. al. 57 aut quod melius Dan. Fabr. 58 deeſt Voſ. R. 59 deeſt Voſ.

Sacrati capitis, meque ad tua limina, Phoebe,
Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit:
Atque haec deinde canit divino ex ore ſacerdos:
Nate Dea, (nam te majoribus ire per altum
Auſpiciis manifeſta fides: ſic fata Deûm rex

Sor-

SERVII.

371. [60] [SACRATI CAPITIS. Diis & vaticinationibus dicati.

372. MULTO NUMINE. Multa veneratione numinis.] SUSPENSUM. Si *ſuſpenſus* ipſe, numinis plenus: Si [61] *ſuſpenſum*, me ſollicitum & attentum.

373. DEINDE CANIT. Poſt peracta ſolemnia.

374. NATE DEA. Ordo eſt: *Nate dea, pauca tibi expediam dictis: prohibent nam caetera Parcae Scire Helenum, farique vetat Saturnia Juno.* Omnia, inquit, vates [62] novit, ſed non omnia permittitur dicere, [63] [fatis prohibentibus: etiam ex his quae novit, multa illum vetat dicere] Juno Saturnia. MAJORIBUS. Coeleſtibus, propter ſyderis curſum: cujus fuit explanatio per Creüſam. [64] [Ergo majora ſunt, quibus praeter tripudium auſpicari jus ſit, neque precatio adhibetur; ſicut hoc loco nullum deum precatur Aeneas, ut his verſibus: *Nam te majoribus ire per altum Auſpiciis manifeſta fides*: AUSPICIIS, quia *auſpicia majora*, aut *majoribus*, dicuntur, quibus augurium avium aliarumque rerum eripitur; ut puta, ſi parra, vel picus, auſpicium; & deinde contrarium aquila dederit, auſpicium aquilae praevalet. Ergo quia notum eſt, eſſe apud augures auſpiciorum gradus plures, & augur loquitur auguriorum perita, ideo *majoribus auſpiciis* dixit. *Auſpicium* autem, eſt volatus avium, qui indicat agendum, vel omittendum eſſe, quod quis coeperit; dictum ab *ave inſpicienda*, quaſi *aviſpicium*.] PER ALTUM. [65] [Per limitem fortunae ſuperioris.]

VARIORUM.

ſibi faciunt, quum certa praedicant, quibus confidunt homines: ita utitur & lib. VII. 119.

Stupefactus numine preſſit.

Italiam petere eſt pro *petendam* poſitum. vid. ad II. Georg. 316. & ad Phaedr. I. 15. & alibi ſaepe. BURM.

365 NOVUM. *Novom* Gudian. *Arpia* Zulichemius, & Wallian. *Arpyia* Wittian. *Harpyia* Excerpta noſtra & Francianus. *Harpeja* Mediceus. vid. ſupr. 249.

368. QUIDVE. *Quodve ſequens poſſim tantos* Parrhaſ. forte etiam, *qua prima p. viso?* qua via, ratione. BURM.

369. CAESIS PRIMUM. *Primum caeſis* Venetus. & Parrhaſ.

371. LIMINA. *Lumina* alter Hamburgicus.

372. IPSE MANU. *Ipſe etiam* prior Hamburgicus. *ſuſpenſus* alter pro varia lectione. ſed vulgata eſt apud Lutatium ad Stat. III. Theb. 106. Servius ad VI. Aen 54.

Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit.

ſed vulgatam habet ad VI. 151. *ſuſpenſus* placet Waddelio in Animad. Crit. p. 14. ſed rectius Aeneas ſuſpenſus & dubius, quid vates reſponderet, fingitur, quam ut *ſuſpenſus* vates plenus numinis capiatur. *ſuſpenſus numine* eſt ſollicitus, anxius, dubius inter ſpem & metum de eventu & ſenſu vaticinationum. ut IV. Aen. 9.

Quae me ſuſpenſum inſomnia terrent?

& paſſim. *multum numen* hic eſt de Deo, quem maxime venerabatur, in quo mens ejus tota erat. BURM.

373. HAEC. *Hoc* deeſt Leidenſi uni.

374. MAJORIBUS. *Majora* Auſpicia credo eadem, quae *fata*, quibus Aeneas ereptus excidio Trojano ſuperavit pericula, quae a victoribus imminebant. vid. ad Ovid. I. Epiſt. 28. & Lucan. V. 189. non intellexit Catroeus. BURM.

375. SIC. *Si* prior Hamb. a m. ſec. *his* Venet. Gud.

60 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad *ſuſpenſum* ℣. 372. 61 ſuſpenſum eſt. ſollicitum L. Voſ. R. Steph. 62 *novi* bis edidit Maſvicius, neſcio unde. & hinc, mox pro illum, *me vetat*. ſed deeſt pronomen reliquis. 63 deſunt L. R. 64 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 65 quod dicat, *per limitem* ſuperioris fortunae, non pertinet ad vi *altum*. quod hic mare notat, ut millies. ſed forte *limitem* poſuit pro finibus a fato definitis. Non ſatis haec Servii capio. BURM.

Digitized by Google

Sortitur, volvitque vices: is vertitur ordo)
Pauca tibi e multis, quo tutior hoſpita luſtres
Aequora, & Auſonio poſſis conſidere portu,
Expediam dictis (prohibent nam cetera Parcae
Scire, Helenum farique vetat Saturnia Juno)
Principio Italiam, quam tu jam rere propinquam,
Vicinoſque, ignare, paras invadere portus,

Lon-

SERVII.

376. SORTITUR. Diſponit, ordinat. Id eſt, forte decernit, vel ſortitione diſtribuit. Et bene adluſit quaſi Apollinis ſacerdos: cujus propriae ſunt ſortes, [66] [id eſt, reſponſa divina.] VOLVITQUE VICES. Definitio fati, ſecundum [67] Tullium, qui ait: *Fatum eſt connexio rerum per aeternitatem*, [68] [*ſe invicem tenens, quae ſuo ordine & lege variatur; ita tamen, ut ipſa varietas habeat aeternitatem.*] [69] [Et hic *vices*, viciſſitudines, alibi pericula, ut II. 433. *Vitaviſſe vices Danaum.*]

377. PAUCA TIBI E MULTIS. Duo dicit eſſe dicturum, quemadmodum poſſit [70] tuto navigare: & quibus ſignis Italiae regna cognoſcat. HOSPITA AEQUORA. [71] Vicina: nihil enim nobis hoſpitio eſſe vicinius conſtat.

378. [72] [AUSONIO PORTU. Ut in Auſonia, quaſi in portu & in littore, conquieſcat.]

379. PROHIBENT NAM CAETERA SCIRE. [73] Hic diſtinguendum. Et eſt ſenſus: *Caetera te ſcire non ſinunt fata; Helenum vero Juno prohibet dicere*, etiam [74] ea, quae audire poteras: & vacat QUE, ut ſolet frequenter. Male autem ſentiunt, qui diſtinguunt *ſcire Helenum*, cum legerimus in Lucano V. 177. *Venit aetas omnis in unam Congeriem: miſerumque premunt tot ſecula pectus.* Item alibi V. 176. *Nec tantum prodere vati, Quantum ſcire licet.* Et adeo repletus numine novit omnia ſacerdos, ut refrenetur ad [75] caetera dicenda: nam dicendo: HELENUM FARIQUE VETAT SATURNIA JUNO: oſtendit, praemiſſum ad Aeneam pertinere; aliter ſuum non interponeret nomen. [76] [Praeterea, quomodo vetat Juno dicere, ſi fata ſcire prohibent? nullus enim vetatur loqui, quod neſcit. Ergo caetera Parcae ſcire te prohibent, non Helenum.] Prohibet autem ſcire mortem patris, ad augendum inopinatum dolorem: tempeſtatem ab Aeolo immiſſam: amorem Didonis, in quo & gaudium quidem eſt, [77] ſed quod proviſum, vile creditur. Et ſi ſciret [78] Aeneas, ſe de Africa exiturum, non facile Didonis conſentiret amoribus. Novimus autem Junonem hoc agere, ut, ſi poſſit fieri, regnum Italiae Libycas [79] averteret oras. Inopinatum vero dolorem etiam Aeneas conqueritur, ut inf. 712. *Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret*, [80] [*Hos mihi praedixit luctus.*]

382. IGNARE. Pro *ignarus*, caſus pro caſu: dicit autem ignarum fati. [81] [Perſius III. 29. *Cenſoremve tuum, vel quod Trabeate ſalutas.*]

VARIORUM.

Gud. Parrhaſ. mox, *hic vertitur* Edd. Venet. & Juntae. *ſic vertitur* Leid. Zulichem. Parrhaſ. & Wittian. *his vertitur* Ed. Mediol.

377. TUTIOR. *Tutius* Oudart. Parrhaſ. & *aequora luſtres hoſpita* Zulichemius. *conſiſtere* etiam prior Hamburgicus & Venetus. vid. ſupr. 162. BURM.

380. SCIRE, HELENUM. Poſt *ſcire* diſtinguit etiam tertius Rottendorf. Parrhaſ. & Wittian. *vetet* prior Hamburgenſis.

384. TRI-

66 deſunt L. Voſ. R. 67 ſimilia ſunt apud Ciceron. I. de Divin. 55. & alibi. ſed ipſa verba non reperi. 68 deſunt Steph. ad ỳ. 377. 69 deſunt L. Voſ. R. Baſil. 70 tute L. Voſ. R. Steph. al. 71 deeſt Baſil. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 hoc Dan. 74 deeſt Dan. 75 certa L. R. Dan. Fabr. avera Voſ. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 77 quod improviſum Dan. eſſet, ſed quod improviſum L. Steph. quidem, & q. improviſum R. Voſ. eſſet, ſed quod ante proviſum Fabr. al. & Baſil. quae add. eſt. proviſum etiam Daventr. 78 Aeneas, ſed ea Fabrica, ex Daventr. Cod. notavit Ryckius, quae ſunt verba perperam conjuncta & disjuncta 79 averteret L. Voſ. R. Steph. al. vid. ad lib. IV. 106. hic Dan. Fabr. & recentiores, adverteret. 80 deſunt L. Voſ. R. Steph. 81 deſunt iiſdem & Baſil.

Longa procul longis via dividit invia terris.
Ante & Trinacria lentandus remus in unda,
Et ſalis Auſonii luſtrandum navibus aequor,
Infernique lacus, Aeaeaeque inſula Circae,
Quam tuta poſſis urbem conponere terra.
Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.

Quum

SERVII.

383. LONGA PROCUL. Non ſitu, quam pene videt; ſed neceſſitate fatali, [82] [& curſu navigationis tardiore. Significat autem difficilem circuitum.] VIA INVIA. Aeneae ſcilicet.

384. TRINACRIA. Quae Latine *Triquetra* dicitur, quam multi [83] *Trinaciam* dicunt, [84] [ſub hac differentia, ut quotienſcunque *Sicilia* ſignificatur, *Trinacria* totum per *r* dicatur, [85] [quod tria habet promontoria, quae Graeci ἄκρα dicunt:] quotiens *Sicula*, per unam *r*, ut inf. 554. *Trinacia cernitur Aetna.*] LENTANDUS. Aut lente tibi navigandum eſt: nam totam Siciliam circumiit: aut *lentandus tibi remus* eſt, id eſt, flectendus: unde IV. Georg. 34. *lentum vimen* dicimus, id eſt, flexile. [86] [Et quidam *lentandus*, nove verbum fictum putant; ſed in [87] Annalibus legitur: *Confricati, oleo lentati, paratique ad arma*: a verbo *lentor*.]

386. INFERNIQUE LACUS. Lucrinum & Avernum dicit: inter quos eſt ſpelunca, per quam ad inferos deſcendebatur: unde eos dixit *infernos*, [88] [propter necromantiam, quae ibi fiebat.] AEAEAEQUE INSULA CIRCES. Qui nunc [89] Circejus mons a Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, inſula fuit, nondum ſiccatis paludibus, quae eam dividebant a continenti. AEAEA autem, dicta ab adſpernantium voce, propter celebratas illic corporum mutationes: unde eſt VII. 11. *Inacceſſos ubi Solis filia lucos.* AEAEAE autem tres ſunt diphthongi: nam genitivus eſt ab *Aeaea.* [90] [Quidam *Aeaeae* pro *Eoia*, id eſt, orientalis, quae Solis filia traditur, accipiunt. Alii non *Circe Aeaea*, ſed *inſula*, quae & *Aeaea.*]

387. QUAM TUTA POSSIS URBEM COMPONERE TERRA. Ante cuncta luſtrabis, quam poſſis urbem tuta terra componere. *Tuta* autem, propter Thraciae & Cretae diſcrimina.

388. SIGNA TIBI DICAM. Deeſt, *ergo*. Et notandum, quia non eo ordine quo promiſerat, dicit: ante enim [91] dicit de civitate condenda; [92] ſic de tuta navigatione.

VARIORUM.

384. TRINACRIA. *Trenacia* Wallian. a m. pr. *Trinacia* a ſec. *lentendus* idem. a m. pr.

386. AEAEAEQUE INSULA CIRCES. *Circae* vetuſtiores magno conſenſu, quomodo *Circa* apud Plautum Epidico Act. IV. Sc. 2. in optimis membranis? *Hanc adſerva Circam ſolis filiam.* atque ita Veteres locutos eſſe Servius etiam Aeneid. V. teſtatur. Propertius lib. III. Eleg. 11.

Et Circae fraudes, lotoſque herbaeque tenaces.

Ut Semela eſt combuſtus Prop. II. XXIII. 29. ex ſcriptis. vide Voſſ. de Analog. II. 2. Plinius naturali Hiſtor. lib. XXV. 11. *Homerus multus in admiratione Circae.* & VII. 2. de Marſis, *quos a Circae filio ortos ſervant.* ita membranae. ſed lege, *obſervant* A. Gellius lib. XV. cap. 11. *Gens in Italia Marſorum orta eſſe fertur a Circae filio.* Poëta antiquus apud Feſtum in *Topper*: *Ad aedes venimus Circae.* Symmachus libr. I. Epiſt. 41. *Suada Circae pocula,*

82 deſunt iisdem. ſed Baſil. habet, & curſu n. t. quae deſunt Dan. qui ſignificat &c. habet. 83 *Trinartiam* L. *Trinatriam* Voſ. R. *Trinacram* Steph. al. *Trinacriam*, quod tria promontoria habet, quae Graeci ἄκρα dicunt Baſil. reliquis omiſſis. *Trinaciam* dictam a Graecis notat Ortelius, cujus nota adducitur ad Salluſt. Jug. XXVIII. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad *Lentandus.* 85 deſunt Dan. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. & quidam *lentandus* nove, ſine verbo dictum putant, Barth. ad Stat. III. Theb. 587. 87 indicari Annales Ennii notat Barth. ad Claudiani Conſ. Mallii ỳ. 42. inter fragmenta ejus non legitur, & fuerunt plures Annales, neque haec metrum referunt, Ennius vero Carmine ſcripſit Annales. forte Annales Caſſii Heminae intelligi poſſent, quos citat ex Diomede mox Urſinus ad ỳ. 391. BURM. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 89 Circa, ejus mons Circa L. Voſ. R. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 91 deeſt L. Voſ. R. Steph. 92 ſecundo de tuta Fabr. al. quod non diſplicet, & ſcriptum fuiſſe per compendium *ſec.* unde *ſic* fecerunt librarii, ſuſpicor. BURM.

Quum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis undam
Litoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum foetus enixa, jacebit,
Alba, ſolo recubans, albi circum ubera nati:
Is locus urbis erit: requies ea certa laborum.

Nec

SERVII.

389. SECRETI AD FLUMINIS UNDAM. Id eſt, Tyberini. LITTOREIS. *Littus* dicitur, quicquid juxta aquam eſt: unde nunc ripam fluminis *littus* vocavit.

390. SUS. Naturaliter longa eſt; licet in genitivo corripiatur, ut *bos*, *pes*, *res*, *ſpes*. De hac autem *ſue*, alii dicunt ſecundum Virgilium, quod in Italia inventa ſit: alii, quod ſecum eam more navigantum Trojani portaverint: & oraculo [93] miſſa, cognoverint ibi eſſe condendam civitatem, ubi ſus illa poſt fugam fuiſſet inventa. Dicitur ergo [94] in Campaniam fugiſſe: & [95] inventa in Laurolavinio: a qua Aſcanius poſt Albae nomen impoſuit.

391. TRIGINTA CAPITUM FOETUS ENIXA. Prodigiale eſt hoc, quo ſignificatur triginta annis regnaturus [96] eſſe Aſcanius.

392. [97] [ALBI CIRCUM UBERA NATI. Varro dicit, etiam hoc ſigni fuiſſe: quod, cum etiam alterius coloris porci in foetu hujus porcae fuerint, *albi* tantummodo circa ubera ſint reperti.

393. IS LOCUS URBIS ERIT. Id eſt, in ipſa regione: nam & Lavinium & Alba longe a littore ſunt. REQUIES. Errorum ſcilicet; alioquin bello conflictatus eſt.

VARIORUM.

Is, quod membranae meliores agnoſcunt: ut & apud Solinum cap. II. optimi codices, *Circae domus*, & mox, *a Circae filio hi genus ducunt*, de Marſis. cap. IX. *natum ſibi parvulum de Hermiona.* cap. XXXIV. *Andromadae veſtigia.* XXXVIII. *Danaae proles nobiliſſima Perſeus.* cap. XL. *Niobae* pro *Niobes*. In Horatii quoque veterrimis exemplaribus ſic ſcriptum me inveniſſe recordor. & confirmat Probus in Catholico. *Danae ablativum, quia Graecum eſt, non habet. & convertuntur ſic. ex* e *litera* a *facit, ut haec Circa: unde eſt illud Horatii; volente Circa.* etiam Phocas Grammaticus: *Quae in* e *productum apud Graecos deſinunt, apud nos* e *in* a *converſa ſunt ejuſdem declinationis, ut haec Circa, Circae, Andromacha Andromachae.* Qui ad hunc & mox ſubſequentem Maronis locum reſpexiſſe videtur. nam paullo poſt ỳ. 482. pari modo antiqua exemplaria habent, *Andromachae teſtentur amorem*, non *Andromaches*. ſic lib. I. 653. *Praeterea ſceptrum Ilionae*, ex iiſdem vetuſtis codicibus. lib. III. III. *Hinc mater cultrix Cybelae*, quae vera eſt ſcriptura, cum *Cybele* perperam legeretur. lib. V. 52.

Argolicove mari deprenſus, & urbe Mycenae.

quomodo & illic veterrimae membranae, non *Mycene* aut *Mycenes*. ſic & *urbem Patavi* alibi habes. libro eodem 718. *Urbem appellabant permiſſo nomine Aceſtam*, non *Aceſtem*, quod codices parum vetuſtos occupavit. vide lib. VII. 139. quae annotamus. Cariſio Inſt. Gram. lib. I. *Circe*, & *Circa*, *Andromache* & *Andromacha*, *Helene* & *Helena*, *Danae* & *Danaa* ſimiliaque proferuntur, nunc Graeca, nunc Latina enuntiatione. ita Plautus Pſeudolo Act. I. Sc. 2.

Dircam olim, uti memorant, duo gnati Jovis devinxere ad taurum.

ita *Semelam* habes apud Macrobium lib. I. Saturn. cap. 12. Apud Horatium lib. I. Od. 19. optima exemplaria, *mater ſaeva Cupidinum, Thebanaeque jubent me Semelae puer, Finitis animum reddere amoribus:* & ibidem *Glycera* ſaepe dicitur, & *Circae* I. Epiſt. II. 23. & Cynarae IV. Od. I. & *Andromedae pater* III. Od. 29. Injurius ergo fuit Pierius & opinionis falſus, qui cum ultro fateatur hoc Maronis loco in potiſſimis membranis *Circe* vel *Circae* exhiberi, id neutiquam eſſe tolerandum retur. nec ferendus eſt Joh. Mar. Matius Annotat. in varios

93 deeſt Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 94 in Campania L. Voſ. R. adſcripſerat Ryckius, intelligit Campaniam ſui ſeculi, quae nunc vulgo *Campagna di Roma*. vide Holſten. ad Cluver. pag. 174. 95 inventam Dan. 96 deeſt L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 395.

Nec tu menſarum morſus horreſce futuros:
Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo.
Has autem terras, Italique hanc litoris oram,
Proxima quae noſtri perfunditur aequoris aeſtu,
Effuge: cuncta malis habitantur moenia Grajis.
Hîc & Narycii poſuerunt moenia Locri,

Et

SERVII.

394. HORRESCE. Pro horrueris.]

395. VIAM. Id eſt, rationem: & non dicit quam: quia etiam profutura eſt fames, ut VII. 129. *Haec erat illa fames: haec nos ſuprema* [98] *manebat*, [99] *Exitiis poſitura modum*. ADERITQUE VOCATUS APOLLO. Nunc *vocatus:* quia, ut ſupra ℣. 370. diximus, expiatorium fecit ſacrificium.

396. HAS AUTEM TERRAS. Quaſi oſtendentis eſt; nec enim Calabria ab Epiro longo diſtat ſpatio.

397. NOSTRI AEQUORIS. Epirotici, [1] quo Calabriae littus [2] adluitur.

398. [3] [MALIS GRAJIS. Aut a perſona Aeneae epitheton eſt; [4] aut ad diſcretionem malorum & bonorum: a multis ſane amphibolia putatur: poteſt enim aut catholicon eſſe epitheton *Grajis;* vel eis habitantibus Grajis, qui mali ſunt, ut eſt III. Georg. 282. *Illud ſaepe malae legere novercae*.]

399. HIC ET NARYCII POSUERUNT MOENIA LOCRI. *Locri*, ſocii Ajacis Oilei fuerunt, [5] Epizephyrii & Ozoli; ſed poſt tempeſtatem montis Caphareí, Epizephyrii tenuerunt Brutios: & hos nunc dicit: Ozoli vero tenuerunt Pentapolin: inde eſt XI. 265. *Lybicove habitantes littore Locros*. Quin etiam de Ozolis legitur, quod delati [6] Tinneiam ulterius acceſſerint, & civitatem condiderint, quae nunc [7] Ozolis dicitur. *Narycii* autem a loco dicti [8] ſunt provinciae ſuae. Ozoli, a putore paludis vicinae: [9] [nam ὄζω, eſt puteo:] alii Narycios, Opuntios, eoſdem & Epicnemides dicunt: namque prius Narix, Opuns poſtea dicta: eadem autem & [10] Epicnemidia vocatur. Eſt enim Cnemis promontorium, in quo Opuntii Locri poſiti ſunt, a quibus originem trahunt, qui in Italia ſunt, & appellantur Epizephyrii; quod Zephyrum promontorium vocatur a Graecis, in quo ſunt conditi Locri, qui in Graecia ſunt. Hi vero, qui juxta Delphos colunt, Ozoli nuncupantur, ſive a foetore draconis, quem Apollo interemit; ſeu quod uxores eorum, Veneris ira, viris ſuis fuerint foeditate terri odoris inviſae: qui autem Libyam delati ſunt, Naſammones appellantur, ut Cornelius Tacitus refert, oriundi a Naryciis, quod ibi invenies, ubi ait XI. 265. *Lybicove habitantet littore Locros*.]

VARIORUM.

rios auctores cap. XIX. qui legendum opinatur, *Aeaeeque inſula*, pro *Aeaea*. HEINS. *Circes* Parrhaſ. & Wittian. *Circe* Dorvil. Wall.

387. POSSIS. *Poſſes* alter Hamburgicus. *componere* hic eſt condere, ut Ovid. I. Faſt. 708. *componere templum*. ſimul tamen tranquillitatem & requiem, & ordinatum civitatis ſtatum, quem in urbe nova habiturus eſt, deſignat. ut I. Aen. 249. ubi Antenor locatis ſedibus & urbe, *placida compoſtus pace quieſcit*. ita Stat. III. Silv. v. 13. *Patria ſenium componere terra*. & hinc addit, *requies ea certa laborum*. BURM.

388. TU CONDITA. *Memori quae haec mente* ſecundus Moreti. pro *memorique*.

389. UNDAM. *Undas* Hamburg. alter.

391. TRIGINTA. Hac de re narrat Lycophron ℣. 1253. Κτίσει δὲ &c. leguntur etiam apud Diomedem Grammaticum, e L. Caſſii Heminae Annalium libro II. quae ab hoc Virgilii loco non omnino aliena videntur. ſunt autem haec. *Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo praefecerunt aequaliter imperio Remum & Romulum, ita ut de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit: ſus parit porcos triginta, cui re fecerunt Laribus Grundiles.* URSI-

98 *monebat* Dan. Fabr. 99 *Exitum* Steph. 1 quod L. 2 adluditur Voſ. vid. infr. ad ℣. 510. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 4 aut diſcretione * malorum Dan. aut diſcretione hic malorum Fabr. 5 Epizephyri bis. Dan. Ozolei etiam hic & in ſeq. Dan. & Fabr. 6 Tannejam L. 7 Ozalis Fabr. Uzalis L. R. Urzalis Voſ. 8 deeſt L. Voſ. R. Steph. 9 deſunt Dan. ad *alii*. ſed L. Voſ. R. Steph. ad ℣. 400. 10 Epicneminima Dan. Epicnemidia Fabr.

Et Sallentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Meliboei
Parva Philoctetae ſubnixa Petilia muro.
Quin, ubi tranſmiſſae ſteterint trans aequora claſſes,

Et

SERVII.

400. SALLENTINOS OBSEDIT MILITE CAMPOS. *Sallentinum* promontorium Italiae eſt inter Calabriam & Brutios: nam ut ait Salluſtius fragm. incert. *Omnis Italia coacta in anguſtias, ſcinditur in duo promontoria, Brutium & Sallentinum.*

401. LYCTIUS IDOMENEUS. A Lycto, Cretae civitate: unde propter ſupradictam [11] pulſus eſt cauſſam. [12] [Ad Italiam veniſſe, ac poſt dicitur in Aſiam profectus deceſſiſſe. Alii hunc regreſſum conſediſſe apud Apollinem Clarium tradunt.] DUCIS MELIBOEI PHILOCTETAE. A Meliboea, civitate Theſſaliae, de qua fuit. *Meliboei* ergo [13] dixit, pro, Meliboeenſis.

402. SUBNIXA PETILIA MURO. Civitas cincta muro modico, ut IV. 216. *Crinemque madentem Subnixus rapto potitur.* Petilia dicta, vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id eſt, *volare*: quod captato augurio eſt condita: vel quod poſt relictum Ilium, quo ducebatur a Graecis, eam petivit civitatem. *Petilia* ſane numeri eſt ſingularis. [14] [Multi ita intelligunt, non *Philoctetae Petilia*, ſed *Philoctetae muro*: nam ait Cato, a Philoctete, condita jampridem civitate, murum tantum factum. Alii *ſubnixam* ideo accipiunt: quia impoſita eſt excelſo muro, ut Coelius hiſtoricus ait.] *Philoctetes* autem fuit [15] Paeantis filius, Herculis comes: quem Hercules, [16] cum hominem in OEta monte deponeret, petiit, ne alicui ſui corporis reliquias indicaret. De qua re eum jurare compulit: eique pro munere dedit ſagittas, Hydrae felle tinctas. Poſtea Trojano bello reſponſum eſt, ſagittis Herculis opus eſſe ad Trojae expugnationem. Inventus itaque [17] Philoctetes, cum ab eo Hercules quaereretur, & primo negaret ſe ſcire ubi eſſet Hercules: tandem confeſſus eſt mortuum eſſe. Inde cum acriter ad indicandum ſepulchrum ejus cogeretur, & primo negaret, pede locum percuſſit, [18] cum nollet [19] dicere. Poſtea [20] pergens ad bellum, cum exerceretur ſagittis, unius caſu vulneratus eſt pedem, quo percuſſerat tumulum. [21] Ergo cum putorem inſanabilis vulneris Graeci ferre non poſſent, diu quidem eum pro oraculi neceſſitate [22] ſuſtinuerunt: ductum tandem apud Lemnum ſublatis reliquerunt ſagittis. Hic poſtea horrore ſui vulneris, ad patriam redire neglexit; ſed ſibi parvam Petiliam in Calabriae partibus fecit. [23] [Alii eum adductum a Graecis ad Trojam, ad occidendum ſagittis Paridem, dicunt: quia etiam Paridis mors inter fatalia dicitur fuiſſe Trojana.]

403. [24] [TRANSMISSAE. Quidam *tranſmiſſae* legunt, ut ſit praepoſitio: *trans* autem adverbium, ut ſit tranſtulit.

VARIORUM.

URSINUS. In editione Putſchii pag. 379. ubi, *cui rei fanum fecerunt L. Grundulibus.* deerat hic verſus Leidenſi. ſed ponebatur poſt 397. *foetus capitum* Montalbanius. BURM.

393. IS LOCUS. *Hic locus* apud Nonium Marcellum legas in *locus*, & apud Cledonium de Arte Grammatica. HEINS. *Erat* Hugenianus & alter Hamburgicus. *hic* Dorvil.

395. INVENIENT. *Inveniant* Gudianus prior, Mentelii, & Voſſianus alter cum Sprotiano. HEINS.

396. ORAM. *Urbem* Oudartii pro diverſa lectione.

397. PERFUNDITUR. *Profunditur* Menagii prior & Venetus. *qua noſtri* Parrhaſ. forte melius, ut oram Italiae, qua patet oppoſita Epiroticae, omnem effugiat. BURM.

399. Hic:

11 compulſus Voſ. 12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 13 deeſt iiſdem. 14 deſunt iiſdem. 15 Phiantis L. R. Steph. Fiantis Voſ. 16 cum ignem ſibi i. O. m. componeret Dan. Fabr. ſed elegantior altera lectio. Solin. Polyh. cap. VIII. §. 37. cap. III. Ed. Salm. de Circe, *quum dediſſet hominem vivere, Deam habitam.* ubi male Lambec. ad Codin. Origin. Conſtant. p. 141. *inter homines vivere*, corrigit. Salmaſius *dediſſet hominem vivere*, ſcilicet remediis ſuis. fruſtra. reſpexit illa Ovidii II. Met. 521. *Eſſe hominem vetui, facta eſt Dea.* BURM. 17 Philoctetes, cum negaret ſe primo ſcire. L. Voſ. R. Steph. Dan. 18 ne loqueretur Dan. 19 deeſt R. 20 cum ipſe duceretur ad bellum, unius ſagittae caſu, Steph. al. 21 cujus inſanabilis vulneris cum putorem Baſil. 22 deeſt L. Voſ. R. 23 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 24 deſunt iiſdem ad ℣. 405. & Fabr. ad ℣. 404.

Et poſitis aris jam vota in litore ſolves,
Purpureo velare comas adopertus amictu;
Ne qua inter ſanctos ignis in honore Deorum
Hoſtilis facies occurrat; & omina turbet.
Hunc ſocii morem ſacrorum, hunc ipſe teneto:

Hac

SERVII.

404. IN LITTORE. In Italia ſcilicet.]

405. PURPUREO VELARE COMAS. Subaudis, cura, aut memento: aut certe, quod eſt melius, *velare*, imperativus ſit, non infinitus.

406. [25] [IN HONORE. In ſacrificio. HOSTILIS FACIES OCCURRAT. Quidam Ulyxen dicunt; alii Diomedem.]

407. ET OMINA TURBET. Sacrificii ordinem rumpat, quod eſt piaculum. Significat autem, [26] [ut dictum eſt II. 166.,] Diomedem, qui cum multis caſibus adfligeretur, Palladium, quod apud ipſum erat, Trojanis oraculo juſſus eſt reddere: quod cum vellet implere, Aeneam invenit ſacrificantem: qui, ut ſupra diximus, ſacrificii ordinem non rupit: & Palladium Nautes accepit: unde [27] Nautiorum familia Minervae ſacra ſervabat. Sane ſciendum, ſacrificantes diis omnibus [28] capita velare conſuetos, ob hoc, ne ſe inter religionem aliquid vagis offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio eſſe videretur: [29] [quia Saturnus velato capite ibi cernitur:] & Herculi in templo ſuo; quia & ipſe capite operto eſt: vel quia hae arae ante adventum Aeneae, a Junone vel Evandro conſecratae ſint. Sane quidam dicunt abſurde, ab Heleno Diomedem ſuppreſſum; ſed intelligendum eſt de induſtria factum, ne terror injiceretur Aeneae.]

VARIORUM.

399. HIC. *Hinc* tertius Mentelii, & Regius. *Naricii* plurimi. *Narricii* Wallian.

400. ET SALENTINOS. *Sallentinos* Mediceus, tres Rottendorphii, duo priores Moreti, alter Mentelianus, aliique nonnulli. quomodo & in Faſtis Capitolinis bis ſcribitur. Stephani Byzantini Epitome, Σαλλεντία πόλις Μεσσαπίων. Τὸ ἐθνικὸν Σαλλεντῖνος. Ptolemaeo tamen Σαλεντῖνοι: & in alia apud Gruterum inſcriptione pag. CXCIX. I. *Salentini*. Maronianis vero codicibus Siliani lib. VIII. 575. ſubſcribunt geminato LL. *Sallentinaeque cohortes*. apud Naſonem quoque lib. XV. Metam. 51. vetuſtiora exemplaria, *Sallentinumque Neaethum*. in uno tamen alteroque *Salantinumque*, quod & in numiſmatis exſtare jam dixi. HEINS. *Limite* Leidenſis unus. *Salicanos* Sprotii. *Phalentinos* Venetus. nimis extendere Sallentinorum fines notat Cluver. Ital. Ant. lib. IV. cap. X. pag. 1209. ſed vide Holſtenii ad eum notas pag. 276. *Sallentinos* legendum oſtendit Cl. Drakenb. ad Livii lib. IX. 42. & X. 2. & ad Sil. VIII. 575. BURM.

Ibid. OBSEDIT. Ab *obſidere* videtur derivare Achill. Stat. in Tibul II. 3.

401. LYCTIUS. *Lictius* Wittian. & alii nonnulli. *Licius* Wallian. Dorvill. & Parrhaſ. *Litius* Leid. unus. *Lycius* Zulich. *Idomeneos* Leid. *Idumeneus* Zulich. & Graevian. & Wall. a m. pr. *Ydomeneus* Wittian. *Melibroae* Gudian. *Philotetae* Francian. & Wallian. *Philothetae* Parrh. a m. pr.

402. PETILIA. *Petelia* in Mediceo. HEINS. Zulichemii Gloſſator ſuperſcripſerat, *ſunt magalia*. Clariſſimo Dorvillio non diſplicebat ſuſpicio Nic. Abrami ad Ciceronis Milonianam cap. XVI. ut *parva* dicta ſit *Petilia*, a *petitus*. unde Q. *Petillus* dictus etiam ſit. BURM.

403. STETERINT. *Steterunt* in altero Codice Eccleſiae Hamburgenſis HEINS. *trans aequora naves* pr. Hamb.

404. LITORE. *Litora* Prim. Moreti, Hugenianus & Montalbanius, cum Mediceo a manu pr.

405. Purpureo. *Purpureas* Dorvil. a m. pr.

407. OCCURRAT. *Occurret* etiam Francianus. *turbat* prior Hamburgenſis & pr. Moreti.

Ibid. OMINA. Alii, *omnia* v. Guell. ita variant in nota Servii ſupr. ad ỳ. 178. & fere ſemper.

408. So-

25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 26 deſunt iiſdem. 27 Nautarum Voſ. Nautorum L. R. Nautorum Dan. 28 caput L. Voſ. R. Steph. al. 29 deſunt Dan. ad *& Herculi*. ſed L. R. Voſ. Steph. al. ad ỳ. 409. Baſil. habet priora, ſed ab *& Herc.* deſunt.

Hac caſti maneant in religione nepotes.
Aſt, ubi digreſſum Siculae te admoverit orae
Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori,
Laeva tibi tellus, & longo laeva petantur
Aequora circuitu: dextrum fuge litus, & undas.
Haec loca vi quondam, & vaſta convolſa ruina
(Tantum aevi longinqua valet mutare vetuſtas)

Diſſi-

SERVII.

409. HAC CASTI. Pii, ut VI. 563. *Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.* [30] [IN RELIGIONE. In obſervatione perpetua. NEPOTES. Appellando *nepotes*, gradus futurae cognationis oſtendit.

410. AST UBI. Pro poſtquam: & eſt temporis adverbium.] DIGRESSUM. A littore Calabriae.

411. ANGUSTI RARESCENT CLAUSTRA PELORI. Quia a continenti, id eſt, a Columna uſque [31] ad Pharon tribus millibus diſtat. RARESCENT autem ideo: quia venientibus de Ionio [32] [ad Calabriam,] propter curvaturam littorum clauſae videntur anguſtiae, quae paulatim propinquantibus aperiri videntur. PELORI. Promontorium Siciliae eſt ſecundum Saluſtium in fragm. incert. dictum a gubernatore Hannibalis illic ſepulto, qui fuerat occiſus per regis ignorantiam, cum ſe ejus dolo [33] [propter anguſtias freti] crederet eſſe deceptum, veniens de Petilia: quanquam legerimus, etiam ante *Pelorum* dictum.

412. LAEVA TIBI TELLUS. Venientis perſonam reſpexit: nam de Ionio navigantes, ſi fretum petant, dextrum teneant littus neceſſe eſt; ſin alias, ſiniſtrum.

413. AEQUORA CIRCUITU. Totam enim [34] pene tranſiturus erat Siciliam.

414. HAEC LOCA. Ut etiam Saluſtius fragm. incert. dicit, Italiae Siciliam conjunctam conſtat fuiſſe; ſed medium ſpatium, aut per humilitatem obrutum eſt: aut per anguſtiam, ſciſſum. Ut autem tam curvum ſit, facit natura mollioris Italiae, in quam aſperitas & altitudo Siciliae aeſtum [35] relidit [36] [VI. Violentia, ut Lucan. III. 62. *Vis ingens pelagi, ſemperque laborant Aequora ne rupti repetant confinia montes.*] QUONDAM. Tria tenet tempora, ſicut *olim*: [37] [praeſentis, ut II. 367. *Quondam etiam victis redit in praecordia virtus:* praeteritum, ut V. 588. *Quondam Cretae fertur Labyrinthus in altae:* futurum, VI. 876. *Nec Romula quondam Ullo ſe tantum tellus jactabit alumno.*]

415. [38] [TANTUM AEVI LONGINQUA VALET. Parentheſis: nam ordo eſt: Haec loca vi quondam diſſiluiſſe ferunt. AEVI. *Aevum*, pro tempore poſuit, ut VII. Ecl. 28. *Aevoque ſequenti.* Alibi pro annis, ut II. 638. *Vos o, quibus integer aevi Sanguis ait.*]

VARIORUM.

408. SOCII. *Socios* Mediceus a manu prima.

410. DIGRESSUM. *Degreſſum* Sprotii. ita & inf. 492. *amoverit* Hugenianus & Leidenſis unus. *Siculis oris* Francianus.

411. RARESCENT. Edd. Servii infr. ad ℣. 530. *rareſcent.* ſed Mſſ. *rareſcunt.* in Walliano erat ſuperſcriptum, vel *clareſcent. plauſtra Pelori* Parrhaſ.

412. PETANTUR. *Petentur* Hugenian. & Wallian. a m. pr.

414. ET VASTA. *Et* deeſt Parrhaſ. *convolſa* Gudianus.

415. TANTUM. Adſcriptus verſus margini in Wall. qui & *longaeva. motare* Leid. & ſec. Moreti a m. ſec. ſollemni variatione. vid. ad Ecl. V. 5. & VI. 28.

416. PRO-

30 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad, *digreſſum* ℣. 410. 32 ad Frontes tribus L. ad frontibus R. *faron* fuit contractum in *Fron*, & hinc ex *tribus*, *frontibus* fecerunt ſtupidi librarii. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ejus dolore Voſ. 34 deeſt Dan. 35 reddidit Voſ. ſed *relidit* habet etiam Schol. Statii III. Theb. 597. ubi eadem Salluſtii verba leguntur. in Ed. Salluſtii legitur etiam, *obrutum eſt aquis.* reliqua vero, *ut autem* ibi deſunt. BURM. 36 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 38 deſunt iiſdem.

Diſſiluiſſe ferunt, quum protenus utraque tellus
Una foret: venit medio vi pontus, & undis
Heſperium Siculo latus abſcidit, arvaque & urbis
Litore diductas anguſto interluit aeſtu.
Dextrum Scylla latus, laevum inplacata Charybdis
Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos

Sor-

SERVII.

416. DISSILUISSE FERUNT. Hinc apparet bene dictum II. Geórg. 384. *Unctos ſaluere per utres:* nam ut *diſſiluit*, ſic *ſalui* facit. Cicero in Miloniana Cap. x. *Cum hic de rhaeda, rejecta penula, diſſiluiſſet.* Eſt enim poſitio *ſalio*, *ſalis*, *ſalui*. Item in compoſitione *diſſilio*, *diſſilui*. CUM PROTINUS. Continue: & modo adverbium loci eſt; alibi temporis, ut ſup. 291. *Protinus aërias Phaeacum* [39] *abſcondimus arces.*

417. FORET. [40] Ab infinito eſt; ſed modo praeteritum ſignificat [41] [tempus,] [42] [quod rarum eſt: ſaepius enim futurum [43] ſignificat.] VENIT MEDIO. In medium, ut: *It clamor coelo.*

418. HESPERIUM SICULO LATUS ABSCIDIT. Hypallage eſt: nam minora a majoribus ſegregantur; ſed contra dixit. ABSCIDIT. [44] Propter metrum, [45] *ci*, [46] corripit per poëticum morem.

419. INTERLUIT. Interlabitur, pontus ſcilicet. [47] [AESTU. *Aeſtum* poëtae maris anguſtiis artati ideo appellant, quod ibi commotione reciproci curſus, mare videatur aeſtuare.]

420. DEXTRUM SCYLLA LATUS, LAEVUM IMPLACATA CHARYBDIS. De Ionio venientibus. *Scylla* enim in Italia eſt: *Charybdis* in Sicilia. *Scylla* [48] [autem ipſa] Phorci & Chretheïdos Nymphae filia fuit. Hanc amabat Glaucus, quem Circe diligebat: [49] &, quoniam pronior in Scyllam fuerat, irata Circe, fontem, in quo [50] Scylla conſueverat abluere, [51] infecit venenis: in quem illa cum deſcendiſſet, pube tenus, in varias mutata eſt formas. Horrens itaque ſuam deformitatem, ſe praecipitavit in maria. [52] [Alii a Glauco, cum ſperneretur a Scylla, rogatam Circem, & jam ita ut [53] legitur mutatam dicunt. Alii a Neptuno amatam, cum illa Glaucum amaret, rivalitatis dolore in hoc monſtrum mutatam.] Homerus Odyſ. M. 118. hanc dicit immortale monſtrum fuiſſe. Saluſtius fragm. incert. ſaxum eſſe dicit, [54] ſimile formae celebratae procul viſentibus. Canes vero & lupi ob hoc ex ea nati [55] eſſe finguntur; quia ipſa loca plena ſunt monſtris marinis: & ſaxorum aſperitas illic imitatur latratus canum. [56] [Sane alia Scylla fuit, de qua in Bucolicis VI. Ecl. 74. plenius dictum eſt.] Legimus etiam I. Georg. 334. *Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.* Si ergo *plangunt* dicimus, & *latrant* non incongrue poſuit. CHARYBDIS autem [57] [in Siciliae parte poſita,] foemina fuit voraciſſima, [ex Neptuno & Terra genita:] quae, quia boves Herculis rapuit, fulminata a Jove eſt, & [58] in maria praecipitata: unde naturam priſtinam ſervat: nam ſorbet univerſa [59] [quae prehendit:] & ſecundum Saluſtium in fragm. incert. ea circa [60] Tauromenitanum egerit litus. De hac Cicero in Philippicis II. 27. ait: [61] *Quae Charybdis tam vorax? quae ſi fuit animal, fuit unum.*

421. OBSIDET. Ad tranſeuntium inſidias. BA-

RA-

39 *aſcendimus* Dan. Fab. 40 ab infinitivo Dan. 41 deeſt Fabr. Voſ. 42 deſunt L. Voſ. 43 ſignificat tempus R. Steph. Dan. 44 & propter Steph. 45 *ſci* Fabr. Baſil. 46 corripuit L. Voſ. R. Steph. al. 47 deſunt iidem. 48 deſunt iidem. deinde Creteidis R. L. Dan. Cretheidis Fabr. Creteydos Voſ. Creteidos R. Cretheidos Baſil. 49 is Dan. 50 illa Dan. Scylla conſueverat corpus abluere. L. Voſ. R. Steph. & al. ſed ibi *illa* legitur. 51 corrupit Dan. Fab. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 53 ut legatur Dan. Fab. 54 ſimilis Steph. Baſil. 55 deeſt Steph. Baſil. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. & mox. 57 deſunt iisdem. ex N. & T. g. etiam abſunt. 58 in mare Dan. 59 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 60 *Taurominitarum* L. Voſ. ſed *Tauromenitanos* eſſe dictos ex nummis etiam viri docti oſtenderunt. vide ad Ovid. IV. Faſt. 475. & Cluver. Sicil. I. 7. qui a *μένειν*, quod in Tauro colle manſionem habuerint, deducit. Huetius in Huetianis § 120. p. 343. quia mons nomen habuerit a *Meni*, id eſt ſole; cui, vel Apollini, ibi templum erat, de quo, vel potius ara & ſtatua, ibidem Cluverius videndus. BURM. 61 *Charybdis, quae ſi f. a. f. unum in Philippicis* L. Voſ. R. Steph. Dan. in Cicer. legitur. *quae ſi fuit, fuit animal unum.*

Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſque ſub auras
Erigit alternos, & ſidera verberat unda.
At Scyllam caecis cohibet ſpelunca latebris,
Ora exſertantem, & navis in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus: poſtrema immani corpore piſtrix,
Delphinum caudas utero conmiſſa luporum.

Prae-

SERVII.

RATHRI. *Barathrum*, eſt immenſae altitudinis nomen: unde ſequitur: *Sorbet in abruptum*: quod Graece [62] βάραθρον dicitur: [63] [quia fit grave adſpectu, quia βαρὺ τὸ ἀέριν. TER GURGITE VASTO. Aut *ter* pro *ſaepe* poſuit, finitum pro infinito; aut *ter* uno die.

423. ALTERNOS. Singulos, non omnes ſimul, ut XII. Aeneid. 233. *Vix hoſtem alterni ſi congrediamur habemus*: aut *alternos*, viciſſim: quia accipit, ut vomat; rurſus vomit, ut accipiat.]

424. COHIBET SPELUNCA. Hypallage in ſenſu: nam ipſa ſe tenet intra ſpeluncam ſecundum fabulam.

425. [64] [TRAHENTEM. Saluſtius: [65] *Quod forte illata naufragia ſorbens, gurgitibus occultis milia ſexaginta Tauromenitana ad littora trahit.* Ergo & *ſorbet*, & *trahit*, & detrahit, Saluſtio.]

426. PRIMA. Nominativus eſt pluralis a neutro: & eſt Graeca figura, τὰ πρῶτα [66] ἀνθρώπου.

427. PUBE TENUS. *Tenus*, praepoſitio ablativa quidem eſt; ſed figurate etiam genitivo cohaeret, ut III. Georg. 53. *Et crurum tenus a mento palearia pendent.* Sane gaudet poſtpoſitione. PISTRIX. Si navem intelligas, [67] *haec priſtis, hujus priſtis* facit: ſi de bellua, [68] *haec piſtrix, hujus piſtricis* facit.

428. DELPHINUM CAUDAS UTERO COMMISSA LUPORUM. Conjuncta & coagmentata: ipſa ſcilicet, ut IX. 675. *Portam, quae ducis imperio commiſſa, recludunt.* Et figurate locutus eſt, ut I. 229. *Oculos ſuffuſa.* Eſt autem haec elocutio: [69] *poſtrema*, id eſt, τὰ ἔσχατα, commiſſa erat luporum utero caudas delphinum, id eſt, commiſſas habebat [70] [caudas utero. Et quidam volunt *commiſſa* dici, quae diu exeſa junguntur.]

VARIORUM.

416. PROTINUS. *Protenus* legendum eſſe hoc loco Velius Longus de Orthogr. monet, hoc eſt *porro tenus*: & hic loci etiam Leidenſis alter obiter a me inſpectus, & primus Rottendorphius. videantur quae annotamus ad Ecl. I. 13. deinde tertius Rottendorphius, *cum protinus utraque tellus una forent*, non *foret*. & mox primus Moretanus, *medio venit vi pontus*. HEINS. *Medio venit vi* Parrhaſ. *media* Zulich. a m. ſec. *venit in* Venetus.

419. LITORE DIDUCTAS. *Deductas* Mediceus, & ceteri vetuſtiores, Gudiano excepto. mox, *impacata Charybdis* in Leidenſi. HEINS. *Deductas* Regius & Parrhaſ.

420. IMPLACATA. Cerda *impacata* praefert. *implicata* Leidenſis, Zulichem. Sprotianus & Oudart. a m. ſec. *laevom* Gudianus.

421. OBSIDET. *Obſedit atque immo baratri* Francianus.

422. AB-

62 berethron R. beretron. L. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. aliis a TER ad ℣. 424. 64 deſunt iiſdem. 65 *quae* legitur in fragmentis incertis, ſive lib. VI. ut alii pag. 521. Edd. Hack. ubi Douza notat, *naufragia* hic poni pro navium quaſſatarum fragminibus & reliquiis armamentorum. recte. & imitatum credo haec Florum lib. I. 13. *Gallicam gentem non contentus moenibus expuliſſe, quam per Italiam naufragia ſua latius traheret, ſic perſequutus &c.* ut *naufragia*, ſunt reliquiae Gallorum ad ipſam urbem caeſorum, quos per Italiam fugientes perſecutus eſt Camillus. BURM. 66 ἀνθρώπου Steph. Dan. 67 *haec piſtris, hujus piſtris* L. Steph. *haec piſtrix, hujus piſtris* Voſ. *haec priſtris, hujus priſtris* R. *piſtris h. piſtris* Dan. 68 *hic piſtrix* Fabr. Baſil. *haec piſtrix piſtricis* L. Voſ. R. Steph. 69 *poſtremam*, unde eſt τὰ Dan. 70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Danieli deerant *caudas utero*. Doctiſſimus Arntzen. ad Plinii Paneg. cap. XXXIX. emendabat, *volunt commiſſa dici, quae diverſa junguntur*.

Digitized by Google

Praeſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem, longos & circum flectere curſus,
Quam ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam: & caeruleis canibus reſonantia ſaxa.
Praeterea, ſi qua eſt Heleno prudentia, vati
Si qua fides, animum ſi veris inplet Apollo,
Unum illud tibi, nate dea, praeque omnibus unum

Prae-

SERVII.

429. [71] [PRAESTAT. Melius eſt.]

430. CESSANTEM. Morantem: quod ſequentia indicant: *Longos & circumflectere curſus.* [72] [Terentius Adel. I. I. [73] *Si abis uſpiam, aut ubi ſi ceſſes.* Sed alibi Heaut. V. I. 9. *Quid illic natus ceſſat cum Syro.*

431. INFORMEM. Hic, quae confuſae ſit formae; alibi deformem II. Ecl. 25. *Nec ſum adeo informis.* Alibi monſtrum, ut inf. 658. *Monſtrum informe ingens*, quod humanam excedat formam.

432. CAERULEIS CANIBUS. Variavit nunc *canes* dicendos, cum ſupra dixerit *lupos.*]

433. PRAETEREA. Hic oſtenditur cuncta ſcire Helenum, & jam infenſam Junonem, ſed prohiberi dicere, ut diximus ſupra 380. HELENO PRUDENTIA VATI. In homine enim *prudentia* eſt: in vatibus *fides*. SI VERIS IMPLET APOLLO. Id eſt, ſi veris implet oraculis, ut Lucanus V. 168 *Atque hominem toto ſibi* [74] *cedere juſſit Pectore.*

VARIORUM.

422. ABRUPTUM. *Abrutum* Zulichem.

423. ERIGIT. *Elicit* pr. Hamb. vid. inf. 576. *egerit* & *erigit* confuſa docet Cortius ad Plin. IV. Ep. XXX. §. 7. nos ſaepe ad Lucan. & Val. Flac. notavimus. *elicit* Hamb. pr.

424. AT SCYLLAM. *Aſt* in tertio Rottendorphiano. HEINS.

425. EXSERTANTEM. *Exercentem* alter Hamburgicus. credo profectum a monacho rythmicis verſibus adſueto: de ore Scyllae vide Broukhuſ. ad Tibul. IV. I. 71. *exhalantem* Venetus. BURM.

426. PULCHRO. *Polchro* alter Hamburg. *corpore* Montalbanius.

427. PRISTIS. *Piſtrix* apud Senecam eſt Epiſt. XCII. & apud Cariſium lib. I. capite de Analogia, & apud Macrobium lib. I. cap. 6. & apud Priſcianum lib. XVIII. bis. idem tamen eodem libro mox *priſtis* producit. Nonius Marcellus, *Priſtis navigii genus.* mox ſubdit exempla Claudii Quadrigarii. tum ex lib. V. Aen. 126. *agit acri corpore priſtim*, & lib. X. 211. *in priſtim deſinit alvus.* ſed hujus loci mentionem non facit. eodem libro ỽ. 154. 156. & 187. *priſtis* denuo occurrit. *Priſtrix* etiam codices noſtri conſtanter. an vero *Piſtrix* dici poſſit ambigit Voſſius de Analog. lib. I. cap. 34. Πιστρις. vide Suidam. vide omnino Dalecamp. ad Plin. IX. 5. Dores pleraque vocabula in σ deſinentia in ξ efferebant. ſic Αἴαξ pro Αἴας, Κίλλιξ pro Κίλλις, Ὄρνιξ pro Ὄρνις, Πρίστιξ pro Πρίστις. hinc *priſtrices* & *piſtrices* Romanis. ita apud Petron. cap. XLV. legendum, *colubra preſtem non parit.* HEINS. *Piſtrix* Francian. Parrhaſ. Wittian. Wall. & alii, & Edd. primae. vide Salmaſ. ad Flor. III. 5. & Junii Animad. II. 13. & alios multos. BURM.

428. CAUDAS. *Caudam* Venetus. *commixta* Wall. & Zulichemius a manu ſecunda. male. ſic recte Scalig. apud Manil. II. 693. legit, *cui commiſſus homo eſt*, pro vulgato *commixtus.* quem ibi vide. & notas ad Ovid. IV. Met. 369. BURM.

429. PACHYNI. *Pachinni* Hamb. pr. Wittian. & Wallian.

430. CURSUS. Parrhaſ. notat aliter legi *fluctus.*

433. SI QUA EST HELENO PRUDENTIA, VATI, SI QUA FIDES. *Heleno prudentia, vati ſi qua fides.* haec bona diſtinctio, ut *prudentia* ad Heleni experientiam, *fides* ad divinandi ſcientiam referatur. FABRIC. Mutata diſtinctione codices noſtri, Menteliano excepto, *Heleno prudentia vati,*

Si

71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 deſunt iisdem. ad ỽ. 433. 73 *ſi abſis* in Terentio legitur. 74 *credere* Steph. *ſincere* Dan.

Praedicam; & repetens iterumque iterumque monebo.
Junonis magnae primum prece numen adora:
Junoni cane vota libens, dominamque potentem
Supplicibus ſupera donis. Sic denique victor
Trinacria finis Italos mittêre relictâ.

Huc

SERVII.

437. JUNONIS MAGNAE. Id eſt, ſupernae: nam legimus in VI. 138. *Junoni infernae dictus ſacer.*

438. PRECE NUMEN ADORA, JUNONI CANE VOTA LIBENS. [75] [His enim Juno praecipue delectatur; id eſt, hymnis, & prece.] [76] [*Cane* autem, de hiſtoria eſt: nam & [77] bello Punico patrimi & matrimi cantaverunt Junoni. Et bene tria poſuit, quae ad religionem pertinent, *prece*, *votis*, *donis*. DOMINAM. Hic abuſive *dominam* Junonem appellavit, cum proprium hoc nomen Matris Deûm ſit.]

439. VICTOR: Propoſiti tui effector, [78] [ut III. Georg. 17. *Illi victor ego, & Tyrio conſpectus in auro.*]

VARIORUM.

Si qua fides. quibus non ſubſcribo. at primus Moretanus non ineleganter, *ſi qua eſt Heleno prudentia, fati ſi qua fides*. HEINS. Mox, *animam* Aruſianus.

435. PROQUE OMNIBUS UNUM. Manuſcripti lectio eſt, *pro omnibus*, eamdem approbantibus Diomede & Donato. ille *pro omnibus* idem eſſe ait, quod ὑπὲρ πάντων. hic *pro omnibus*, exponit, pro commodo omnium deſideriorum. FABRIC. *Praeque* prior Mentelianus, quatuor Moretani aliique complures, etiam Gudianus & primus Rottendorphius a manu ſecunda ſed tertius ejuſdem Rottendorphii, & alter Mentelii *proque*, quod malim. HEINS. *Verum aliud* prior. Hamb. *unum illum* Gudianus a m. pr. *unum iſtud* ſcripſit in margine Parrhaſius. *praeque omnibus* Parrhaſ. Wittian. Dorvill. Edd. Ald. Junt. & hoc credo praeferendum. nam praecipuum fuit hoc monitum, non unicum. unde & infr. ꝟ. 546. vocat *praecepta maxima*, ubi Servius etiam *prae* exhibet: ſed Mſſ. & Edd. quaedam *praedico* & *prodico* ibi etiam dant.

436. ITERUMQUE ITERUMQUE. *Iterum iterumque* Mentelii prior, Moreti primus & tertius Gudianus, tres Rottendorphii, Menagii alter, & Venetus. quomodo & lib. II. 770. codices nonnulli: *Nequicquam ingeminans iterum iterumque vocavi*. HEINS. Hunc locum ante oculos habuit Quinctilianus lib. II. de Inſtit. Orator. 13. *equidem id maxime praecipiam, ac repetens iterum iterumque monebo*. vel ut alii, *iterumque iterumque. praecipiam*, vero pro *praedicam* dixit, ut magiſter eloquentiae. *iterum iterumque* Francianus. & Leidenſ. unus & Wallian. a m. pr. *praedico* hic Hugenianus & Zulichemius, & Excerpta noſtra. imitatus & Statius XII. 100. *Quare iterum repetens, iterumque edico*. BURM.

437. MAGNAE. *Sacrae* prior Hamburgicus.

438. CANE. Refero ad certam formulam, qua vota nuncupari ſolebant. quae ideo & *carmen* dicebatur, ut notum.

439. DONIS. *Votis* W. a m. pr.

Ibid. VICTOR. Catroeus de victoria Aeneae interpretatur, quam de ſe, deſerta Didone & Carthagine, referret. ſed victor eſt poſt tot pericula & caſus voti compos. vid. ad Petron. cap. CXII. & ſupr. IX. Ecl. 5. II. Aen. 95. & paſſim. BURM.

440. MITTERE. Numerus in Aldinis claudicat: non enim *metiere*, ſed *mittere* legendum eſt. FABRIC. *Metire* tertius Rottendorphii. Menagianus & Hamburgenſis alter, etiam Gudianus a manu prima. Rottendorphius addit interpretamenti loco, *id eſt metieris*. non diſſimile illud lib. XII. 360. *Heſperiam metire recens*. *metiri* pro *transmeare*

75 deſunt Dan. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 77 potuit hoc factum eſſe Bello Punico ad Junonem, Carthaginis numen, placandam. ut ipſi majoribus hoſtiis ſacrificatum, donum datum & lectiſternium factum narrat Livius lib. XXII. 1. vide & XXVII. 37. ubi ſeptem & viginti Virgines Junonem canentes, ibant in pompa; ſed nulla ibi mentio puerorum, quod non omiſiſſet Livius. ſed ibi ad Matronas pertinuit haec ſolemnitas. Quare forte Livius erraverit, quia id factum ſuſcepto contra Aetolos & Antiochum bello, quum templum Junonis Lucinae Romae de coelo eſſet tactum, ut idem narrat Livius XXXVII. 3. videant eruditi. BURM. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Huc ubi delatus Cumaeam adceſſeris urbem,
Divinoſque lacus, & Averna ſonantia ſilvis;
Inſanam vatem adſpicies: quae rupe ſub ima
Fata canit, foliiſque notas & nomina mandat.

Quae-

SERVII.

441. CUMAEAM URBEM. *Cumaeam urbem*, ſicut, *Buthroti arcem*, *fontem Timavi.* Euboea inſula eſt: de cujus civitate, Calchide, [79] incolae profecti ſunt ad novas ſedes quaerendas: & haud longe a Bajis, qui locus a ſocio Ulyſſis Bajo illic ſepulto nomen accepit, invenerunt vacuum littus: ubi viſa muliere gravida civitatem condiderunt: quae res foecundam oſtendebat fore rempub. & eam *Cumas* vocaverunt: ſive ab ἐγκύς, id eſt, praegnante: ſive ἀπὸ τῶν κυμάτων, id eſt, ab undis: nam κύματα [80] undae dicuntur. υ autem Latini in *u* vertunt: ut *Byrria*, *Burria*.

442. DIVINOSQUE LACUS. Conſecratos, Avernum & Lucrinum. *Avernus* autem, in plurali numero haec *Averna* facit: ut *Tartarus*, *Tartara*: unde eſt: *Averna ſonantia ſylvis.* Sane hic lacus ante ſylvarum denſitate ſic ambiebatur, ut exhalans inde per anguſtias aquae ſulphureae odor graviſſimus ſupervolantes aves necaret: unde & *Avernus* dictus eſt, quaſi ἄορνος: quam rem Auguſtus Caeſar intelligens, dejectis ſylvis, ex peſtilentibus amoena reddidit loca.

443. INSANAM VATEM. Alii magnam dicunt: [81] [quia duo genera vaticinandi ſunt, aut ſimplex, ut Heleni: aut per furorem, ut Sibyllae: quia *vates* a *vi mentis* appellatos, Varro auctor eſt:] ſed melius deo plenam, & vaticinatricem intelligimus. [82] [A Graecorum tractum etymologia, qui μάντεις, ἀπὸ τῆς μανίας appellaverunt: nam ſupra ſenſus humanos intelligentia, furor & inſania dicitur, teſte Cicerone de Divinatione: *Huic praeſtantiſſimae rei nomen noſtri a divis; Graeci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt*; [83] *prorſus furoris divinationem Sibyllinis maxime verſibus contineri arbitrati*; unde adhuc, qui inſpirari ſolent, *fatuari* dicuntur. Virgilius VI. 11. *Magnam cui mentem animumque Delius inſpirat vates.*] SUB IMA. In ima, ut I. 453. *Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo*, [84] [& I. 431. *Exercet ſub ſole labor.*]

444. FATA CANIT: FOLIISQUE NOTAS ET NOMINA MANDAT. Tribus modis [85] ait futura praedicta: aut voce, aut [86] ſcripto, aut ſignis, id eſt, quibuſdam notis, ut in [87] obeliſco Romae videmus: vel, ut alii dicunt, notis litterarum: ut per unam litteram ſignificet aliquid. In foliis autem palmarum Sibyllam ſcribere ſolere, teſtatur Varro. [88] [FOLIIS. Palmae. NOTAS. Literas. NOMINA. Verba.]

VARIORUM.

meare Nonius interpretatur in illo IV. Georg. 389.

Magnum qui piſcibus aequor,
Et juncto bipedum curſu metitur equorum.

& in illo Lucilii,

Vir mare metitur magnum & ſe fluctibus tradit.

metire etiam hic invenerat Pierius in nonnullis codicibus, ſed vulgatam praefert, etſi exemplis in medium prolatis, *metiri iter*, & *pelagus remenſum.* *remetiri aſtra* Aeneid. V. 25. HEINS. *Metiere* Parrhaſ. Hugen. *meciere* Franc. *metire* Wall. ſed *mittere* unice verum, quod & verſus ratio poſtulat. *mitteris* pro dimitteris, ut ſaepe apud Terentium & alios. puto autem ſubintelligi a Junone, quae te uſque adhuc vexavit, & tot erroribus implicuit, jam vero placata miſſionem dabit Aeneae victori. nam a miſſione Gladiatorum verbum tranſlatum puto. BURM.

441. CUMAEAM. Alii *Cumarum urbem.* ut lib. VII. 436. *Claſſes invectas Tibridis undam.* FABR. Et ita legiſſe videtur Servius, cujus aliter incongrua

79 deeſt iiſdem. adde Serv. ad VI. 2. & Schol. Lucan. V. 183. 80 deeſt iidem. 81 deſunt iiſdem. 82 deſunt iiſdem. 83 haec ultima verba ſeparari debent a primis: illa enim lib. I. de Divin. I. haec cap. 2. leguntur. illud *prorſus* interjecit Servius connectendi verba gratia. & hinc forte *rurſus* ediderunt Baſilienſes. non male. ſed perperam illi & Dan. *dixerunt* pro *duxerunt.* Schulting. ad Senec. Suaſor. I. p. 11. mallet, *prorſus ut deinde ait:* quod longius recedit a vulgatis. reliqua verba. *unde adhuc* eſſe ex Juſtino lib. XLIII. I. deſcripta recte etiam obſervat. BURM. 84 deſunt L. Voſ. R. 85 futura praedicit L. R. Steph. al. tribus modis videmus, vel ut alii Voſ. omiſſis mediis. 86 ſcriptura Dan. Fabr. al. 87 obeliſco L. obeliſcis Dan. Fab. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Quaecumque in foliis deſcripſit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro ſecluſa relinquit.
Illa manent inmota locis, neque ab ordine cedunt.
Verum eadem, verſo tenuis quum cardine ventus
Inpulit, & teneras turbavit janua frondis,
Numquam deinde cavo volitantia prendere ſaxo,
Nec revocare ſitus, aut jungere carmina curat.
Inconſulti abeunt, ſedemque odere Sibyllae.

Hîc

SERVII.

445. CARMINA VIRGO. [89] Quia ejus reſponſa verſibus ſcribebantur. Virgo vero [90] Phemonoë dicta eſt: nam *Sibylla* appellativum eſt nomen: adeo ut Varro quot *Sibyllae* fuerint, ſcripſerit. *Sibylla* autem dicitur omnis puella, cujus pectus numen recipit: nam [91] Aeoli σιὺς dicunt deos; βυλὴ autem eſt ſententia: ergo Σιβύλλας quaſi σιὺ βυλὰς dixerunt. Inde eſt VI. 11. *Magnam cui mentem animumque Delius inſpirat vates.* Sane ſciendum, omnia reſponſa Sibyllae plus minuſve centum contineri ſermonibus: unde Virgilius ait VI. 43. *Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum: Unde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllae.*

446. DIGERIT. Ordinat, diſponit. [92] [IN NUMERUM. In ordinem, ut continuatio carminum fiat: unde eſt IX. Ecl. 45. *Numeros memini ſi verba tenerem.*] SECLUSA. Pro incluſa: praepoſitio pro praepoſitione.

448. CARDINE VERSO. Aperta janua, per Periphraſin.

449. TURBAVIT JANUA FRONDES. Non janua; ſed ventus, qui per januam ingreditur.

451. [93] [SITUS. Poſitiones & ordines: alibi VII. 452. *ſitu*, vetuſtate, ut: *En ego victa ſitu:* alibi ſqualore VI. 462. *Per loca ſenta ſitu.*]

452. INCONSULTI. Inſcii rerum, ignari, ſine conſilio, [94] [ſine reſponſo, quibus conſultum non eſſet; ut *inconſultos*, incautos dicimus, qui ſine conſilio aliquid adgrediuntur. [95] [Et *conſultus* eſt, qui conſulitur; *inconſultus*, qui non accipit conſilium.]

VARIORUM.

grua eſt nota. *Cumaeam* Wallian.

442. DIVINOSQUE LACUS. Ut *Divinos* fontes dici contra Salmaſium oſtendit Broukh. ad Propert. I. XVIII. 27. vid. & ad Ovid III. Remed. 452. non probare vero poſſum in Propertio legentem,

Di, rivi, fontes, & frigida rupes,

Jac. Gronovium ad Tacit. IV. Hiſt. 52. & obloquentem Scaligero & Broukhuſio, qui, *Di, vivi fontes*, legunt. BURM.

Ibid. SONANTIA. Non ſuo, ſed ſilvarum, quibus circumdata ſonitu, quem arbores ventis agitatae faciunt, capio. ſic lib. VI. 704. *Virgulta ſonantia ſilvis.* ubi vide. BURM.

443. ADSPICIES. *Adſpicias* Excerpta noſtra. *infamem vatem* Sprotii. *ſub ipſa* alter Hamburgicus.

444. NOTAS ET NOMINA. *Et carmina* Parrh. repetitum ex ſeq. verſu. vid. ad Valer. Flac. II. 466. Catroeus *notas*, ſingulares literas, *& nomina* integra verba interpretatur ex Servio. vid. & III. Georg. 158. ubi notae ſunt characteres, ſigna. Suet. Calig. 49. *ambo libelli notas & nomina continebant morti deſtinatorum* ubi *notae* reſpiciunt diſcrimen, quod inter duos ejuſdem nominis intercedebat. ut tituli forte honorum, aetas, corporis notae, &c. BURM.

446. DIGERIT. *Degerit* Mediceus. ſequens verſus deerat Voſſiano.

Ibid. RELIQUIT. *Relinquit* quatuor Moreti, Gudianus, Mentelii alter, Voſſianus prior, & ſex alii, etiam Rottendorphius a manu ſecunda idque numeroſius videtur. HEINS. *Se clauſa* Excerpta noſtra. *relinquit* noſtri etiam.

448. CARDINE. *Carcere* prior Hamburgicus.

vento

89 quaevis Dan. 90 Foemonoe L. Femoneo R. 91 Aeolii L. Voſ. R. 92 deſunt L. Voſ. R. Steph. 93 deſunt iiſdem. 94 deſunt iiſdem ad ℣. 453. 95 deſunt Dan. eſt enim conſultus Fabr.

Hîc tibi ne qua morae fuerint diſpendia tanti,
Quamvis increpitent ſocii, & vi curſus in altum
Vela vocet, poſſiſque ſinus inplere ſecundos,
Quin adeas vatem, precibuſque oracula poſcas.
Ipſa canat, vocemque volens atque ora reſolvat.
Illa tibi Italiae populos, venturaque bella,
Et quo quemque modo fugiaſque feraſque laborem,
Expediet; curſuſque dabit venerata ſecundos.
Haec ſunt, quae noſtra liceat te voce moneri.

Vade

SERVII.

453. [96] [NEQUA MORAE. *Nequa*, pro non, aut nulla, id eſt, nullum damnum te ex mora feciſſe credideris.]

455. VELA VOCENT. Valde nove: [97] [quamvis ſit proviſa navigatio.]

456. ORACULA. Fata, reſponſa.

457. IPSA CANAT. Ne te mittat ad ea, quae in foliis notat.] VOLENS. Quae velle habet: nam *volitura*, propter aſperitatem [98] ſermonis noluit dicere: [99] [aut *volens*: quia cogi non poteſt, ſi nolit; ut in ſacrificiis: *Uti volens propitiuſque.*

458. ILLA TIBI ITALIAE POPULOS. Bene haec ad Sibyllam diſtulit: quia ipſe de curſu tantum interrogatus eſt; & quia *bella*, terribile nomen, intulerat, ſtatim evadendi ſpem adjecit: *Et quo quemque modo fugiaſque feraſque laborem.*

460. VENERATA. Quam tu veneratus ſis: vel venerata pro te deos, id eſt, rogatis pro te diis.]

461. HAEC SUNT, QUAE NOSTRA LICEAT TE VOCE MONERI. Bene cum praeſcriptione, ne falſidicus, vel minus peritus poſtea putaretur [1] ſacerdos.

VARIORUM.

vento Menagii prior.

450. SAXO. *Saxa* Mediceus. mox, *carmina jungere* Leidenſ. unus & Oudart. *nec jungere* Zulich.

452. SEDEMQUE. *Aedemque* Gudianus a manu prima.

453. TANTI. *Tantae* duo priores Moreti, & prior Voſſianus, & primus Rottendorphii cum uno Leidenſi. ſed male. HEINS. *Fiant diſpendia* Hugenianus. *fuerint diſpendia noſtri* legitur apud Commentatorem Crucquianum Horatii. lib. 1. Od. 28. *haec tibi* in marg. Parrhaſ. *tantae* Wallian. & Ed. Venet.

454. INCREPITENT. *Increpitant* prior Mentelianus, alter Hamburgenſis & ſecundus Moretanus. ſequentia id ſatis refellunt. mox, *vela vocent* idem Mentelianus prior. & Gudianus, etiam alter Mentelii, & prior Hamburgenſis, ut & Mediceus a manu ſecunda. mendoſe. quod & editiones nonnullas fruſtra occupavit. HEINS. *Ventus in altum* Leidenſis pro varia lectione. quod repetiit ex ℣. 356. *aurae vela vocant*, ubi vide. *vocent* etiam Francianus & Regius. & ita Ald. Junt. *& tua curſus* Wittian.

457. CANAT. *Canet* & *reſolvet* Sprotii, Hugenianus & prior Hamburgenſis a manu ſecunda. & item a m. ſec. Wall. *canat* & *reſolvet* Gudian. *ipſa ora* quartus Moreti. & Menag. ſec. verſus vero totus aberat a Voſſiano.

Ibid. VOLENS ATQUE. *Volenſque* Parrhaſ.

459. ET QUO. *Ex quo*, & *expediat* Franc. *& quocumque modo* Wittian.

460. VENERATA SECUNDOS. *Venerata ſacerdos* Ed. Venet. *ſacerdos* etiam uterque Hamburgicus, duo Moretani. & Parrhaſ. ſed ut videtur, correctum.

96 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *volens* ℣. 457. 97 deſunt Dan. forte, quamvis ſit proſpera viſa navigatio. 98 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 99 deſunt L. R. Voſ. Steph. ad ℣. 461. & Baſil. ad *Illa* ℣. 458. ad quae haec habet. Quaeritur, quare de Sibylla dicit, cum Helenus dixiſſet, *venturaque bella*, intulit ſpem, *& quoque modo fugiaſque feraſque laborem.* deinde deerat nota ad ℣. 460. 1 deeſt Dan.

Digitized by Google

Vade age, & ingentem factis fer ad aethera Trojam.
Quae poſtquam vates ſic ore effatus amico eſt,
Dona dehinc auro gravia, ſectoque elephanto
Imperat ad navis ferri, ſtipatque carinis
Ingens argentum, Dodonaeoſque lebetas,

Lo-

SERVII.

463. [2] [EFFATUS AMICO EST. Poëta divinus peritiam ſuam inventa occaſione ſemper oſtendit; *effatus* ergo, verbo augurali uſus eſt: quia ſcit loca ſacra, id eſt, ab auguribus inaugurata, *effata* dici: Ergo religioſo verbo voluit uti, qui potuit dicere: *Quae poſtquam vates ſic ore eſt fatus amico. Effatio* dicta ex prolocutione, quod ubique loquimur, *famur*.

464. AURO GRAVIA. Utrum aurea; an quibus non totis aureis addito auro pondus acceſſerit? &] GRAVIA, A, finalitatis ratione producitur; ſed ſatis aſpere: nam in nullam deſinit conſonantem, ut x. Ecl. 69. *Omnia vincit* [3] *amor, & nos cedamus amori*. Item x. 394. *At tibi Thymbre caput Euandrius abſtulit enſis*. ELEPHANTO. Pro ebore poſuit, Graece dixit.

465. STIPAT. Denſat: inde *ſtipatores* dicuntur, qui in navibus [4] componunt, a *ſtipa*.

466. DODONAEOS. Id eſt, Epiroticos. A civitate Epiri Dodona: laudavit a regione, ut *vaſa Corinthia*, [5] [Quidam dicunt ita, ubi aes optime fuſum, ſicut & apud Corinthum: vel *Dodonaeos*, quales ſunt in templo *Dodonaei Jovis*. Haec autem regio in finibus Aetolorum eſt, ubi Jovi & Veneri templum a veteribus fuerat conſecratum. Circa hoc templum quercus immanis fuiſſe dicitur, ex cujus radicibus fons manabat, qui ſuo murmure inſtinctu deorum diverſis oracula reddebat: quae murmura anus, Pelias nomine, interpretata hominibus diſſerebat. Sed cum hic ordo oraculorum per multa tempora ſtetiſſet, ab Arce, latrone [6] Illyrio, excidi quercus praecepta eſt: unde factum eſt, ut poſtea fatidica murmura ceſſaverint. Narratur & aliter fabula: Jupiter quondam [7] Hebae filiae tribuit duas columbas, humanam vocem edentes, quarum altera provolavit in Dodonae glandiferam ſylvam Epiri, ibique conſedit in arbore altiſſima: praecepitque ei, qui tum eam ſuccidebat, ut ab ſacrata quercu ferrum ſacrilegum ſubmoveret: ibi oraculum Jovis conſtitutum eſt, in quo ſunt vaſa aenea, quae uno tactu univerſa ſolebant ſonare. Altera autem columba pervenit in Libyam, & ibi conſedit ſuper caput arietis, praecepitque ut Jovis Ammonis oraculum conſtitueretur.] LEBETAS. Ollas aereas: Graece dixit: [8] Zemas enim vulgare eſt, non Latinum. [9] [*Lebes*, pro vaſe capitur, in quod aqua, dum manus abluuntur, decidit. Quod decentius Aeneae donum convenire videtur, quam quod culinae dona praeſtentur, ut Homerus in Odyſſ. A. 136, Χέρνιβα δ' Ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φερ-

2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Gravia* ♈. 464. 3 *amor*. item *At* L. Voſ. R. item, etiam Steph. deeſt ITEM. Baſil. 4 aliquid componunt Fabr. ſic in vexato Petronii loco cap. XCIX. *ego quidquid erat in altum compono*, ubi videndi Interpretes. BURM. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. 6 Hillirio Dan. 7 Hebae Dan. Fabr. dederunt. ſed Maſvicius *Thebae* edidit, ſine dubio, quia Ryckius in ora codicis notaverat, ita legere Thomam Munckerum. vellem indicaſſet Maſvicius ubi Theben Jovis filiam reperiſſet, quum Hebe Jovis & Junonis filia Herculis in Deos relati uxor, ſit notiſſima. vid. Barth. ad Stat III. Silv. I. 27. Theben Aſopi & Metopes filiam celebrat Pindarus Iſth. I. I. ubi Scholiaſtes, & ad IV. Nem. 21. videndus: ut & notae ad Ovid. III. Am. VI. 34. aliam Promethei filiam facit Steph. in Θήβη. BURM. 8 *Zeumas* Baſ. *Zengma* Fabr. Quintianum de Stoa in Epographia ſua cucumam intellexiſſe, notavit Nanſius, quo vaſe utuntur tonſores, & quo aquam extra tonſtrinam portant, & in Servio emendandum eſſe *cumas* pro *Zengma*. neſcio, an jam olim tonſores ſoliti tinnientes illas patinas vel pelves, vel aliud vas ſpecie ſcyphorum (nam in tali vaſe Antonii patrem, ſibi aquam ad radendam barbam juſſiſſe adferri narrat Plutarch. in Antonio in pr.) in publico ſuſpendere, quae tinnitu ſuo lebetes Dodonaeos poſſent referre. Sed quidquid ſit *Zemas*, vel *Zema*, originem trahere a ζέω, ferveo, videtur. ut ita *cucumam* vas eſſe dictum a ſono fervoris, in quo aqua caleſit, ſcribunt Papias & Catholici auctor, quos ſecutus Voſſius, ſed refutat Menagius in Etymol. Ling. Gall. in *coquemar*, ubi plura de *cucuma* videri poſſunt. *vulgare* dicit Servius, forte reſpiciens ad Graecos ſui temporis, vas illud *Zema* vocantes. & poſterioris aetatis Graecos & hodie in uſu habere verbum ζεματίζω & ζιματίζομαι, pro fervefacere, docet Alexius da Somavera in Theſauro Graecae Linguae vulgaris. plura dabit Cangius in utroque Gloſſario Latinitatis & Graecitatis, in *Zema* & ζέμα. BURM. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Digitized by Google

Loricam conſertam hamis auroque trilicem,
Et conum inſignis galeae, criſtaſque comantis,
Arma Neoptolemi. Sunt & ſua dona parenti.
Addit equos, additque duces:
Remigium ſupplet: ſocios ſimul inſtruit armis.
Interea claſſem velis aptare jubebat

An-

SERVII.

φίρυτα Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρεοῖο λέβητος.]

467. HAMIS AUROQUE. Hamis aureis, [10] per Endyadyn. *Hamis* autem, catenis, [11] [vel circulis] ſignificat. [12] [TRILICEM. Trino nexu intextam.]

468. ET CONUM INSIGNIS GALEAE. A parte totum: nam [13] *conum*, eſt curvatura, quae in galea prominet, ſuper quam criſtae ſunt [14] [*Coni* tamen appellationem ſciendum a Graeco tractam. [15] [CRISTASQUE COMANTES. Proprie, ſicut dictum eſt, Graecorum erant, ut II. 391. *Deinde comantem Androgei galeam:* & eſt participium *comantes* notum: non enim eſt verbum *como*.]

469. SUA DONA PARENTI. Id eſt, Anchiſae: *ſua* autem, congrua [16] [meritis,] apta aetati.

470. [17] [DUCES. Itineri. ſcilicet equorum: vel quos vulgo agaſones vocamus, ut X. 574. *Effunditque ducem:* alii *duces* itinerum accipiunt.]

471. REMIGIUM SUPPLET. Bene verbo militiae uſus eſt, ut *ſupplementum* diceret: nam multos in Creta perdiderat.

472. VELIS APTARE JUBEBAT. Subaudis, ſocios, a ſuperioribus: [18] [& bene ſervat τὸ πρέπον, ut ubique [19] Anchiſen inducat in navigationem, ut ſupr. 9. *Et pater Anchiſes dare fatis vela jubebat.*]

VARIORUM.

rectum. quod ortum ex compendio ſcripturae *ſcdos*, ut in Zulichemiano vidi, tam hic quam ✝. 455. & Heinſius ex primo Moreti notavit. *ventura ſacerdos* etiam Hamburgicus alter. *ſacerdos* etiam Commentator Crucquianus ad Horat. II. Sat. II. 124. Nonius in *venerata* vulgatum ſervat, & *venerata* pro *veneranda* exponit: & *veneranda* erat in Wallian. BURM.

461. MONERI. *Moveri* Venetus.

462. FACTIS. *Fatis* Menagianus prior, & alter Hamburgicus, & Graevianus, & Leidenſis, & alter unus a manu ſecunda, quomodo etiam Excerpta noſtra, & Parrhaſ. a m pr.

463. EFFATUS. *Affatus* Wallian. duo Moretani, Leidenſis, Sprotianus, Menagii prior. Parrhaſ. & Gudian. *eſt* deeſt priori Hamburgenſi.

464. GRAVIA. Giphanius Ind. Lucret. p. 466. *gravida*. HEINS. *Dona dei hinc* Editio Juntina. *Elephante* Zulichemius. *ſeptoque* Francianus. vid. lib. I. 592.

465. CARINIS. *Cathenis* prior Menagianus.

466. DODONAEOSQUE. *Dodoneaſque* alter Menagii, Leidenſis & Zulichemius. *Dodoneoſque* Mentelii prior & alii. *lebetas* fere omnes. *lebetos* Francianus. *lebetes* Oudart. & Ed. Venet.

467. CONSERTAM. *Conſortam* Reg. vid. lib. V. 259. Serv. ad IV. Georg. 91. *ſquamis auroque trilicem.*

469. SUNT ET. *Sunt haec* Francianus.

471. INSTRUIT. *Inſtruet* Mediceus.

472. CLASSEM. *Claſſim* in Sprotiano. ut & ſupr. verſu 5. HEINS. *Claſſes* prior Hamburgenſis.

473. FE-

10 Endiadom Voſ. endiade R. endiado L. per ἓν διὰ δυοῖν Fabr. per endiadin Baſil. illud *per* abeſſet melius. ſed ita ſaepe Graeca ἓν διὰ δυοῖν deformarunt librarii. vid. ad II. Georg. 192. & alibi. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 deſunt iisdem. 13 *conum* vel *nas* L. *conus* Voſ. Steph. Dan. Fabr. el. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ✝. 469. 15 haec Daniel & Fabr. ponunt initio hujus notae, & notam etiam ad ✝. 470. DUCES hic ſubjungunt. 16 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 17 deſunt iisdem. ego deleterem initio, τὸ *itineris*: nam poſt ſequitur. vel legerem, *itineris*. ſcilicet, *vel equorum*, *quos* &c. in altero loco laudato ex libr. X. dux aurigam notat. 18 deſunt eidem. 19 forte *Anchiſes*, nam ſi *ſocios* ſubaudiendum, Anchiſes illos induxiſſe in navigationem intelligendus.

Anchiſes, fieret vento mora ne qua ferenti.
Quem Phoebi interpres multo conpellat honore:
Conjugio, Anchiſa, Veneris dignate ſuperbo,
Cura Deûm, bis Pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Auſoniae tellus: hanc adripe velis.
Et tamen hanc pelago praeterlabare neceſſe eſt.
Auſoniae pars illa procul, quam pandit Apollo.

480 Va-

SERVII.

473. FERENTI. [20] Pro ſecundo flanti; vel cum flare coepiſſet.

475. ANCHISA. [21] [Bene, cum Veneri libidinem non objicit, dicendo conjugium, majorem honorem Anchiſae tribuit. *Anchiſa* autem,] vocativus hic non eſt Latinus: nam brevis eſſet A, ut *o Catilina:* Graecus eſt ergo, de quo valde apud eos quaeritur, quemadmodum exeat ab his nominibus, quae in ES mittunt nominativum: nam *Tydides*, *Tydide* facit, ut I. 96. *Danaum fortiſſime gentis Tydide. Atrides*, cum ſit ſimile, *Atrida* facit, ut Horatius II. Sat. III. 187. *Nequis humaſſe velit Ajacem, Atrida, vetas Cur?* [22] Tale eſt ergo & *Anchiſa*. Sane apud Latinos horum nominum cauſſa manifeſta eſt: [23] quae nominativum ipſum in A mittunt, & recipiunt Latinam declinationem, ut: *Atrides*, *Atrida*; *Scythes*, *Scytha*. DIGNATE. Digne habite, digne judicate: nam modo non agentis habet, ſed patientis imaginem: unde eſt in primo 335. *Haud equidem tali me dignor honore.*

476. CURA DEUM. [24] [Id eſt] amor, ut X. 132. *Veneris juſtiſſima cura.* BIS PERGAMEIS EREPTE RUINIS. Probavit curam deorum. Et ſciendum, rhetorica eſſe argumenta, quae a contrariis laudant. Quod enim [25] ſupra Anchiſes infoelicitatis putavit, II. 642. *Satis una ſuperque Vidimus excidia:* hoc iſte [26] argumento convertit in laudem. BIS autem propter Herculem, & Graecos, qui expugnavere Trojanos.

477. ECCE TIBI. Aut vacat *tibi*, ut in Tullio: II. Catil. 5. *Qui mihi accubantes in conviviis:* aut [27] certe altius dictum eſt *tibi*; ac ſi diceret: qui Italiae hanc tantum viſurus es partem: non etiam [28] eam, quam Aeneae fata promittunt. [29] [aut certe tibi, id eſt, quod ad te attinet: nam ita veteres ponebant, ut Terentius in Adelphis IV. I. 21. *En tibi autem. Quid eſt? Lupus in fabula:* & [30] cur ut, Aeneae non dicit? aut ſufficere putat, quae illi vaticinatus eſt, ut retineat illa: aut ambobus dicit ad unum loquendo.] AUSONIAE. Italiae: a rege [31] Auſone. ARRIPE. Invade: illic enim [32] es ſacrificaturus.

478. ET TAMEN. Ἀνακόλουθον eſt: non enim praemiſit, *quamquam vicina ſit.* [33] [PRAETERLABARE NECESSE EST. Praeternaviges: & bene poſitum, *neceſſe eſt*; ne fatigato longae navigationis denunciatio dura videretur.]

479. AUSONIAE PARS ILLA PROCUL, QUAM PANDIT APOLLO. [34] Laurolavinatem agrum ſignificat, ad quem venturus eſt.

VARIORUM.

473. FERENTI. *Furenti* ſecundus, & quartus Moreti, Menagii prior, alter Hamburgicus & Venetus, Leidenſ. unus, Wall. & Francianus, & a manu prima Sprotianus. vid. II. Georg. 311. *vento fieret mora* Parrhaſ. *fieret vento ne mora fer.* Wittian. BURM.

474. Ho-

20 flanti L. Voſ. R. Steph. al. & nihil praeterea. 21 deſunt iisdem. 22 tale etiam *Anchiſa* Voſſ. tale eſt & Steph. 23 nam nominativum ipſum in *a* mutant L. Voſ. (ſed ille *quae* pro *nam.*) R. nam nominativus ipſe in *a* mutatur, & recipit Dan. Fabr. nam n. i. a. mittunt Baſil. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 25 deeſt Dan. Fabr. 26 argumentum Steph. Fabr. hoc hic argumento Baſil. 27 certum L. 28 deeſt Steph. 29 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 30 cur & Aeneae Maſvic. 31 Auſonio L. R. Steph. Dan. Fabr. Auſono Voſ. Baſil. ſed recte *Auſone*. Auſon enim Ulixis & Calypſus filius nomen dedit. vid. Feſtum in *Auſoniam*. BURM. 32 eſt R. Dan. Steph. al. 33 ſit & intulit, *Tamen* Fabr. reliqua deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Dan. & Fabr. iterum turbarunt ordinem notarum. 34 Laurolavinii autem agrum R. Steph. al. Laurolavinii autem Voſ. Laurolavinium agrum L. Laurolaviniae agrum Dan. Fabr. Malvicius certe a Ryckio videtur *Laurolavinatem* habuiſſe, quod ex *Laurolavii autem* natum eſt.

Digitized by Google

Vade, ait, o felix nati pietate. Quid ultra
Provehor, & fando ſurgentis demoror auſtros?
Nec minus Andromache, digreſſu maeſta ſupremo,
Fert picturatas auri ſubtemine veſtis,
Et Phrygiam Aſcanio chlamydem; nec cedit honori:
Textilibuſque onerat donis, ac talia fatur:

Ad-

SERVII.

480. VADE, AIT. Bis haec eſt in Virgilio iteratio, ut in hoc loco: nam cum ſupra *compellat* dixerit, intulit modo, *ait*. Item in quinto, 547. cum praemiſerit: *Fidam ſic fatur ad aurem:* ſubjecit rurſus: *ſeſe oſtendat in armis*, *Dic ait*. O FOELIX NATI PIETATE. Latenter oſtendit mortem futuram: non enim ait felicem vitae longinquitate, vel adventu ad Italiam; ſed tantum *nati pietate:* quaſi qui poterit exequiarum munus implere.

481. PROVEHOR. Sermone progredior, ut oſtendunt ſequentia. [35] [DEMOROR AUSTROS. Id eſt, vos demoror, quo minus ventis utamini.]

482. SUPREMO. Ultimo: poſtquam eorum deſperabat aſpectum.

483. PICTURATAS. Participium ſine verbi origine; [36] [vel a foeminino genere derivatum, pro *pictas*, id eſt, pictura decoratas.] AURI SUBTEGMINE. Id eſt, filo, quod intra ſtamen currit: quod Perſius VI. 73. *tramam* dixit: *Mihi trama figurae* [37] *Sit reliqua; aſt illi tremat omento popa venter?* Nam male quidam *ſubtegmen*, *ſtamen* accipiunt, quum *ſtamen* de auro eſſe non poſſit.

484. ET PHRYGIAM ASCANIO CHLAMYDEM. Aut acu pictam. Hujus enim artis peritos, *Phrygiones* dicimus ſecundum Plautum Aul. III. v. 54. In *Phrygia* enim inventa eſt [38] haec ars. Aut ob hoc addidit *Phrygiam*, quaſi per quam patriae memoria retineretur. NEC CEDIT HONORI. Id eſt, tanta dat munera, quanta merebatur Aſcanius: hoc enim [39] eſt *honori non cedere*, parem eſſe meritis accipientis. Scaurus [40] vero HONORE legit: & intelligit, honore non cedit Heleno, qui patri ejus vel avo donaverat multa.

485. TEXTILIBUS. Sibi congruis: quid enim magis conveniebat donare mulierem?

VARIORUM.

474. HONORE. *Amore* Hugenianus & primus Moreti pro varia lectione. & ita alibi variatur. ſed *honor verborum* intelligitur, qui ſaepe occurrit.

475. ANCHISA. Priſcianus libro VII. *Anchiſe* agnoſcit. quomodo alibi apud Maronem, *Achate*, *Polite*, & ſimilia. at Nonius Marcellus exhibet vulgatam ſcripturam in *dignatus*, cui accedo. neque aliter A. Gellius libr. XV. cap. 13. & codices noſtri ad unum omnes. HEINS. *Anchiſae* tamen Mentelii primus, & Mediceus.

477. ADRIPE. *Eripe* Venetus.

478. PRAETERLABARE. *Ut praet* Leidenſis, Wittian. Oudartii, & primus Rottendorphius, Ed. Venet. *praeterlabere* Montalbanius, Venetus, Dorvill. & Francianus, & Mediceus a manu prima. & ita Ald. & Junt.

480. VADE, AIT. *Vade age o. f. n. p. quod*, Mediceus a manu prima.

481. FANDO SURGENTES DEMOROR AUSTROS. Imitatus Avienus fabula XVI.

Aſt ego ſurgentes paullatim demoror auſtros,
Et quamvis levibus provida cedo notis.

HEINS.

483. SUBTEGMINE. Diviſis vocibus, *ſub tegmine*, Wittian. Wall. Parrhaſ. Edd. Ald. & Junt.

484. CHLAMIDEM. *Chlamyden* alter Mentelianus. deinde, *cedit honore* Gudianus, ut ſit, *non cedit conjugi honore*, quod placet. HEINS. Heuman. Poecil. Tom. IV. lib. IV. pag. 545. credit ultima verba *nec cedit honori* a naſutulo quodam adjecta. certe *honori* deerat Menteliano primo. BURM.

485. TEXTILIBUSQUE. *Textilibus* Graevianus, *teſtilibuſque* Francian. & Leidenſis.

487. AN-

35 deſunt L. Voſ. R. Steph. &c. 36 deſunt iisdem. 37 *aſt v. a. illi trama tomento popa venter* Voſ. R. & L. niſi quod *popa* habebat. mox *ſubtemen* L. Voſ. R. 38 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 39 honoris eſt Dan. 40 deeſt Dan.

Digitized by Google

Adcipe & haec, manuum tibi quae monumenta mearum
Sint, puer, & longum Andromachae teſtentur amorem,
Conjugis Hectoreae. Cape dona extrema tuorum,
O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat:
Et nunc aequali tecum pubeſceret aevo.
Hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis:

Vi-

SERVII.

486. ACCIPE ET HAEC. Aut intelligimus [41] ante aliqua fuiſſe donata: aut certe ſecundum Jus locutus eſt. Omnia enim, quae vel avus, vel pater acceperat, ad Aſcanium haereditatis jure deveniunt. [42] [An ET HAEC, praeter illa, quae Helenus tibi dedit?] MONUMENTA. Memoria. *Monumenta* autem a mentis admonitione ſunt dicta.

487. LONGUM AMOREM. Et de praeterito & de futuro; ut agnoſcas quantum te vel amaverim, vel amatura ſim. [43] [Poteſt & pro diu accipi.]

488. CONJUGIS HECTOREAE. Dictum eſt hoc, habita ratione perſonae, cum qua loquebatur: ac ſi diceret, uxoris avunculi tui. [44] [EXTREMA TUORUM. Ut quae Ilio extulit: vel ſicut ſupra: *Digreſſu moeſta ſupremo.*]

489. O MIHI SOLA MEI SUPER ASTYANACTIS IMAGO. *Super*, id eſt, valde, vehementer, expreſſe: hoc eſt, valde mihi es imago Aſtyanactis: quo ſermone etiam Homerus Odyſ. Δ. 149. in ſimili utitur ſignificatione: [45] [Κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες, τοιαίδε τε χεῖρες, Ὀφθαλμῶν τε βολαί, κεφαλή τ', ἐφύπερθέ τε χαῖται. Vel [46] deeſt, EST: ſitque *ſupereſt*, id eſt, reſtet, ut in octavo 251. *Neque enim fuga jam ſuper ulla pericli eſt*. Fabula autem de Aſtyanacte [47] iſta eſt: Superato Ilio, cum Graeci ad patriam redituri contrariis flatibus prohiberentur, Calchas cecinit dejiciendum ex muris Aſtyanacta, Hectoris & Andromachae filium, eo, quod, ſi adoleviſſet, fortior patre futurus, vindicaturus eſſet patris interitum. Hunc Ulyxes, occultatum a matre, cum inveniſſet, praecipitavit e muro: & ita Graeci Troja profecti ſunt.]

491. PUBESCERET AEVO. Ut etiam in ſecundo diximus, prooeconomia eſt; ut veriſimile ſit, Aſcanium in octavo potuiſſe jam bella tractare.

492. [48] [DIGREDIENS. Pro, cum digrederer: participium pro verbo modi conjunctivi.]

VARIORUM.

487. ANDROMACHES. *Andromachae* ſcripti omnes, ut ſupra 386. *Circae* pro *Circes* iidem. *Andromachae* etiam Nonius exhibet in *longus*. ſic *Andromacha* in Erotopaegnio Livii Andronici: Accii quoque & Ennii *Andromacha* tragoedia, non *Andromache* citatur paſſim ab antiquis Grammaticis. adeantur annotata lib. VIII. 139. HEINS. *Andromachen* Wall. *Andromaches* Wittian. *Andromache* Mediceus & Parrhaſ. & Leidenſ. unus. *teſtautur* alter Menagii & Oudartii, *honorem* Menagii, Hamburgicus priores, & Hugenianus pro diverſa lectione. male. ita lib. V. 538. *monumentum & pignus amoris*. BURM.

490. FEREBAT. *Tenebat* legit Rufinianus de figuris pag. 28. *gerebat* Nonius in *ſuper*. ſed *ferebat* Macrob. IV. 5. & V. 6. & ita Priſcianus quater & Diomedes. vid. Gronov. ad Senec. Hippol. 379. & Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 135. qui nuſquam fere *gerere* hoc ſenſu patitur. ſic apud Stat. I. Theb. 406. *ora comaſque gerens*, mutabat in *rigens*. ſed idem Poëta imitatione firmat *ferebat*, lib. I. Achil. 339.

—— *Sic ergo gradus, ſic ora manuſque*
Nate feras.

& Lucan. V. 169.

—— *Aliena per antrum Colla ferens.*

ita ut nihil interſit, quo verbo utaris, nam & idem

Lu-

[41] ante a ſe Dan. Fabr. [42] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. mox, memoriae Fabr. B. fil. [43] deſunt iisdem. [44] deſunt iisdem. [45] deſunt iisdem. Danieli tantum Graeca. male vero explicaſſe *ſuper* Servium, ſed & ἐφύπερθε in Homero, quod Scholiaſtes exponit per ἐπάνωθεν, Cl. Dorvillius cenſet. [46] deeſt, ut ſitque Dan. [47] ita eſt Fabr. & Maſ. [48] deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Vivite felices, quibus eſt Fortuna peracta
Jam ſua: nos alia ex aliis in fata vocamur.
Vobis parta quies: nullum maris aequor arandum:
Arva neque Auſoniae, ſemper cedentia retro,
Quaerenda. Effigiem Xanthi Trojamque videtis,
Quam veſtrae fecere manus, melioribus (opto)
Auſpiciis; & quae fuerit minus obvia Grajis.
Si quando Thybrim, vicinaque Thybridis arva

In-

SERVII.

493. VIVITE FOELICES. *Vivite*, modo bene optantis eſt, [49] non ut in Bucolicis, male dicentis: VIII. Ecl. 58. *Vivite ſylvae*, id eſt, perite. Simile eſt & *valere*, ut Terentius Andr. IV. II. 14. *Valeant, qui inter nos diſcidium volunt.* Sunt autem haec per contrarium inventa maledicta, ut ſit quaſi [50] *amara* veneratio. Illud quaeritur, utrum *vive*, an *vivas*, id eſt, utrum per imperativum, [51] [an per optativum,] dicere debeamus? & conſtat dici melius per optativum. Optari enim poſſunt, non imperari, vel bona, vel adverſa. Quod autem invenimus per imperativum, uſurpatum eſt. FORTUNA PERACTA JAM SUA. Id eſt, dura, propria Trojanorum, ut VI. 62. *Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecuta.* [52] [PERACTA. Proſtrata.]

495. PARTA. [53] Pro, parata. [54] [ARANDUM. Findendum, ut V. 158. *Longae ſulcant vada ſalſa carinae:* Sulcus enim proprie aratri eſt.]

496. SEMPER CEDENTIA RETRO. Ut VI. 61. *Jam tandem Italiae fugientis prendimus oras.*

498. QUAM VESTRAE FECERE MANUS. Quod eſt dulcius.

499. ET QUAE FUERIT MINUS OBVIA GRAIIS. Id eſt, quae nullum patiatur excidium. Alii FUERINT legunt: & volunt eſſe maledictum in Graecos; ut ad auſpicia referas: quod non procedit: nec enim de hoc agebatur. [55] [*Obvia* autem, obnoxia, inimica, contraria.]

500. SI QUANDO TYBRIN. Fluvium: pro quo regem ipſum poſuit *Tybrin*, qui in hunc cecidit fluvium, & [56] ei nomen dedit: nam antea Albula dicebatur, ut oſtendit [57] in octavo 332. Virgilius. Alii [58] volunt, non *Tybrin* cecidiſſe; ſed *Tyberinum*, regem Albanorum: a quo [59] & *Tyberis* dictus eſt. Ut autem *Tybris* dicatur, haec ratio eſt: Quodam tempore Syracuſani, victores Athenienſium, ceperunt Syracuſis ingentem hoſtium multitudinem, & eam caeſis montibus fecerunt addere munimenta civitati. Tunc auctis muris etiam foſſa intrinſecus facta eſt: quae flumine admiſſo repleta munitiorem redderet civitatem. Hanc igitur foſſam per hoſtium poenam, & injuriam factam, [60] *Ybrin* vocaverunt, ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Poſtea profecti Siculi ad Italiam, eam tenuerunt partem, ubi nunc Roma eſt, uſque [61] ad Rutulos & Ardeam: unde eſt XI. 317. *Fines ſuper uſque Sicanos:* & Albulam fluvium ad imaginem foſſae Syracuſanae *Tybrin* vocaverunt, quaſi ὕβριν, ut: EFFIGIEM XANTHI TROJAMQUE VIDETIS. Circa Syracuſas autem eſſe [62] *Thybrin* foſſam nomine Theocritus Idyl. I. 118. meminit.

VARIORUM.

Lucan. IX. 129. & 132. *gerere crines* & *capillos* dixit. & ita alii. BURM.

492. DIGREDIENS. *Degrediens* Sprotianus. vide ſup. 410. *His*, & *affabor* ſecundus Moreti.

493. PERACTA. *Parata* Venetus. & ita legit Achill. Stat. ad Tibul. II. IV. & explicat conſtituta & paſta. vid. ad Lucan. VIII. 32. & de verbo

per-

49 deeſt Dan. 50 ſalva L. Voſ. R. Steph. al. 51 deſunt Commel. & eum ſecuto Emmen. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 53 pro parator R. an. *pro paratior*, an vitium ſcribae? 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 55 deſunt iidem. 56 deeſt pronomen Commel. & Emmen. 57 *in ſeptimo* ediderunt contra codices, noſtris certe Steph. Dan. Fabr. al. & vitium jam notavit Cluverius in Sicilia Ant. lib. I. cap. XIII. p. 170. ubi haec Servii illuſtrat. *Virgilius* omiſerunt iidem ſcripti & Steph. BURM. 58 nolunt Tybrin. Voſ. Steph. 59 deeſt L. Voſ. Steph. al. 60 Tybrin. Steph. 61 deeſt Dan. 62 Ybrin. Dan.

Intraro, gentique meae data moenia cernam,
Cognatas urbis olim, populoſque propinquos,
Epiro, Heſperia, quibus idem Dardanus auctor,
Atque idem caſus; unam faciemus utramque
Trojam animis. Maneat noſtros ea cura nepotes.
Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta:
Unde iter Italiam, curſuſque breviſſimus undis.
Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.

Ster-

SERVII.

501. GENTIQUE MEAE. Bene genti ſuae dicit, non ſibi: ſcit enim Aſcanio regna deberi [63] [victa, fatiſque incenſa.] DATA MOENIA CERNAM, COGNATASQUE URBES OLIM. Quandoque, & per omnia *cernam* ſubaudis. Senſus autem talis eſt: Si potuero ad Italiam pervenire, & regna conſtituere, [64] & dividere urbes, & populos tibi cognatos: nam & Aeneas, & Helenus, a Dardano originem ducunt. Ergo hoc dicit: Quoniam [65] & ab uno originem ducimus; & iiſdem caſibus ſubjacuimus, TROJAM UTRAMQUE, id eſt, quam & tu feciſti, & ego facturus ſum, jungamus, & faciamus unam; ſed ANIMIS, hoc eſt, foedere & affectione: quoniam revera eas natura non ſinit jungi. [66] [Quamvis quidam dubitant, utrum genere, an loci proximitate propinquos dixerit.] Sane quoniam occurrebat humanae brevitas vitae, bene ſubjunxit: MANEAT NOSTROS EA CURA NEPOTES. Diſtinguendum autem, *populoſque propinquos Epiro:* & ſequentibus oſtendit quomodo: HESPERIA, id eſt, quibus populis auctor eſt Dardanus. [67] Et *Heſperia*, hoc eſt, Ἑσπερίην: nam Graece dixit, & eſt de loco adverbium, *Dardanus* [68] Ἑσπερόθεν. Figura enim nonnunquam pulchra eſt, ſi elocutio imperfecta ſit, ut Cicero in Verrinis [69] Act. I. 8. *Quintum Verrem Romulia:* non addit: *tribu*. [COGNATAS vero URBES, quidam in honorem Auguſti dictum accipiunt: is enim cum in Epiro Nicopolim conderet; cavit in foedere civitatis ipſius, ut cognati obſervarentur a Romanis.]

506. PROVEHIMUR PELAGO. Id eſt, [70] Buthroto derelicta. VICINA CERAUNIA JUXTA. [71] *Ceraunia*, ſunt montes Epyri a crebris fulminibus propter altitudinem nominati: unde Horatius I. Od. 3. expreſſius dixit, *Acroceraunia*, propter altitudinem & aſſiduos fulminum jactus.

507. CURSUSQUE BREVISSIMUS. Adeo ut medio noctis ſpatio transfretaverit.

VARIORUM.

peragere Barth. ad Stat. IX. Theb. 21. quoſdam diſtinguere poſt *vivite*, alios culpare Virgilium, quod *ſua* pro *noſtra* poſuerit docet, & defendit Maronem A. Schottus II. Obſerv. 2. BURM.

495. ARANDUM. *Arandum eſt* Parrhaſ. & mox, *Arva nec.*

498. QUAM VESTRAE FECERE MANUS, MELIORIBUS OPTO AUSPICIIS. Haec in vulgatis exemplaribus perperam diſtinguuntur. lege,

Quam veſtrae fecere manus, melioribus (*opto*) *Auſpiciis.*

HEINS. *Quae veſtrae* ſecundus Moreti. vitioſe Interpres Horatii IV. 106. *melioribus apto auſpiciis.*

499. ET QUAE FUERIT. *Et quae fuerint* Gudianus primus, & ſecundus Moreti, cum primo Rottendorphio. ſed male. HEINS. *Fuerint* Francianus, Graevianus & Leidenſis unus a manu prima. alter a m. ſec. *obvia* vero hic mallem explicare, primo ſenſu Servii, obnoxia, expoſita eorum injuriis & bellis. nam ſi contraria eſſet, ipſa deberet intelligi bellum illatura Graecis. vid. de hac voce ad Calpurn. Ecl. I. 10. BURM.

500. VICINAQUE. *Et vicina* Wittian. a m. pr..

501. DATA. Sc. fato. vid. ſupr. ỳ. 255.

502. COGNATAS. *Cognatas qui urbes* ſoli Menagia-

63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 64 & videre iisdem. 65 deeſt copula L. Voſ. R. Steph. 66 deſunt iiſdem & al. 67 Heſperia autem Dan. Fabr. ex Heſperia L. Copulam omittit Baſ. 68 Heſperiam tenuit Dan. Fabr. 69 *Qui verrem* Steph. Dan. Fabr. al *Quintum Verrum* L. R. *quantum ventum* Voſ. *Romulea* L. R. Steph. al. quibus reliqua *cognatas* &c. deerant. 70 Buthrotio Voſ. Steph. Dan. Butrono R. 71 deeſt Steph. *ceraunia* montes Dan.

Digitized by Google

Sternimur optatae gremio telluris ad undam,
Sortiti remos, paſſimque in litore ſicco
Corpora curamus. Feſſos ſopor inrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta ſubibat:
Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnis
Explorat ventos, atque auribus aëra captat:
Sidera cuncta notat tacito labentia coelo,
Arcturum, pluviaſque Hyadas, geminoſque Triones,
Ar-

SERVII.

509. OPTATAE TELLURIS. Quae a navigantibus ſemper optatur.

510. SORTITI REMOS. [72] [Quia remigium ſuppletum erat. Et *ſortiti*.] per ſortem diviſi ad officia remigandi, [73] qui eſſet prorera, quis pedem teneret. PASSIM. Prout quis voluit. LITTORE SICCO. Ad diſcretionem illius, quod aqua [74] alluitur.

511. [75] [CORPORA CURAMUS. Reficimus.]

512. HORIS ACTA. Per horas decurrens. SUBIBAT. [76] [Bene *ſubibat*: poſt ſextam enim horam deſcendit.]

514. AURIBUS AERA CAPTAT. Naturale enim eſt, ut, a qua parte flaturus eſt ventus, ad eam auris admota frigidior fiat.

515. SYDERA CUNCTA NOTAT. Ideo *cuncta*: quia in Prognoſticis legitur, non ſufficere unum ſignum ad explorandam futuram ſerenitatem. NOTAT autem, ut Tullius I. Catil. I. *Notat & deſignat oculis*, id eſt, diligenter intuetur. TACITO COELO. Aut ſereno: aut nocturno, per quod tacetur: aut ipſe tacitus: aut certe ad homines retulit: nam licet aeternus ſit axium ſonus, tamen a nobis non auditur. Ergo quantum ad nos, *tacitum* dixit. [77] [LABENTIA. Curſu ſcilicet mundi: neque enim ventis feruntur, ſicut de planetis dicitur. Ergo *labentia*, tanquam labentia, nunquam enim loco moventur.]

516. ARCTURUM. Stella eſt poſt Urſam in [78] Boote ſigno: [79] [ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, id eſt, cauda, ἢ ἄρκτου, urſa. PLUVIASQUE HYADAS. Id eſt, pluvioſas. Salluſtius fragm. incert. *Conſedit in valle virgulta nemoroſaque: virgulta*, pro virgultoſa. Quidam autem *Arcturum*, vel *pluvias Hyadas* accipiunt: quia non utraque uno tempore oriuntur; quod ſi ita eſt, erit QUE pro VE. TRIONES. Id eſt, Septentriones. GEMINOS. Duos, id eſt, Cynoſuram & Helicen. Varro autem ait, boves *triones* dici: & haec ſigna etiam plauſtra dicuntur, quae a bobus neceſſario trahi ſolent, ut Graeci Ἄρκτους, ἁμάξας.]

VARIORUM.

gianus prior, Venetus, & Moretani duo. HEINS. Et Francianus, & Ed. Venet.

503. EPIRO HESPERIA. *Heſperiam* a manu prima Gudianus. etiam Moreti ſecundus & quartus cum primo Rottendorphio. alii diſtinguunt poſt τὸ *Epiro*, quos inter prior Mentelii, primus Mo-

72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 quis Fabr. al. haec ultima verba Anſelmum ad Plauti Rudent. IV. III. 75. abeſſe ab antiquo exemplari notaſſe, adſcripſerat orae Nanſius. Sed quum ignorem illum Anſelmum, nec ejus aliquid in Plauti comoedias editum, de eo judicare nequeo. an ſit Georgius Anſelmus celeberrimus Poëta, a Mureto ad Catull. Galliambum, Car. LXIV. laudatus, ignoro. ſed ex Servio ad illum Plauti locum citat Baptiſta Pius. qui etiam, *quis eſſet proreta, quis pedem teneret*, dedit. & hic *quis pedem* omnes. Malv. neſcio unde, *quiſve*. BURM. 74 alluit Dan. alluditur R. quod poſſet tueri locum ex definitione Litoris a Cicerone in Topicis Cap. VII. data, *litus eſt quo fluctus alludit*, vel ut alii, *eludit*. de qua vid. ad Quinctil. V. 14. ubi etiam variatio eſt in ſcriptis, *alluit* & *alludit*. & Paſſer. ad Prop. III. 18. pag. 515. eadem diverſitas ſupr. ad ℣. 397. ita ut non temere videatur. multa quoque contulit in unum de variatione horum verborum *adludere*, *allidere*, *elidere*, in quod magis pronus videtur Geſnerus ad Columel. XV. 20. BURM. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. 77 deſunt iiſdem & al. Schefferus in Adverſariis tom. VIII. Obſervat. Miſc. Critic. p. 413. male haec ad Planetas referre Servium putat, quum de cometis debuiſſet id dicere, & ita forte ſcripſiſſe. 78 Boëte L. R. 79 deſunt L. R. Voſ. Steph. ad ℣. 527. Danieli ad *Pluviaſque*.

Armatumque auro circumſpicit Oriona.
Poſtquam cuncta videt coelo conſtare ſereno;
Dat clarum e puppi ſignum: nos caſtra movemus,
Tentamuſque viam, & velorum pandimus alas.
Jamque rubeſcebat ſtellis Aurora fugatis,
Quum procul obſcuros colles humilemque videmus

Ita-

SERVII.

517. ARMATUMQUE AURO CIRCUMSPICIT ORIONA. [80] [Bene *armatum auro:* quia & balteus ejus, & gladius, clariſſimis fingitur ſtellis] Sic Lucanus I. 665. *Enſiferi nimium fulget latus Orionis.* Et ſciendum, non hoc eum intueri, ut cernat ſigna, quae omnibus patent; ſed explorare ſtellarum vigorem, quo futura indicatur [81] ſerenitas, ut in Georgicis I. 395. *Nam neque tunc ſtellis acies obtuſa videtur.* [82] [Ipſum autem Orionem etiam tempeſtates ſignificare, ſi fuerit obſcurus, alibi oſtendit I. 535. *Cum ſubito adſurgens fluctu nimboſus Orion.*] Si autem quaerebat, quaſi non orta, nequaquam procedit: cum etiam Septentriones dixerit, qui ſemper videntur. [83] [CIRCUMSPICIT ORIONA. Aut quaerit cernere; aut diu contemplatur.]

518. COELO CONSTARE SERENO. [84] [Id eſt, omnia videt habere coelum, quae ſignificant ſerenitatem.] *Conſtare* autem, ſuppetere, ut Juvenalis VI. 166. *Quis ferat uxorem, cui* [85] *conſtant omnia.*

519. CLARUM SIGNUM. Faculam elevavit, ut II. 257. *Flammas cum regia puppis Extulerat.* CASTRA MOVEMUS. *Caſtra* ſunt, ubi miles ſteterit. [86] [Modo tamen claſſem ſignificat: quia & *caſtra nautica* dicuntur.] Dicta autem *caſtra*, quaſi *caſta:* vel quod illic caſtraretur libido: nam [87] nunquam his intererat mulier.

520. TENTAMUSQUE VIAM. Id eſt, naves producimus. PANDIMUS ALAS. [88] Contos intendimus: [89] [vel antennas cum velo extendimus, quae ſunt velut *alae* in malo navis.]

522. HUMILEMQUE VIDEMUS ITALIAM. Aut naturam provinciae oſtendit, [90] [quod verum eſt in illo tranſitu,] ut Salluſtius fragm. incert. [91] *Italiae plana ac mollia:* aut rem phyſicam exprimit: quia omne, quod continetur, altius eſt ab eo, quod continet: aut quia procul viſentibus terra humilis ſemper videtur, ut Lucanus III. 7. *Et dubios cernit vaneſcere montes.*

VARIORUM.

Moreti, Rottendorphius tertius, qui addit interpretamentum. *Heſperia quibus* adverbium de loco. HEINS. *Heſperiam* Zulichemius. & Mediceus. *Epiri* Voſſian. *populoſque verendos* Sprotianus. *Dardanus Heſperia* conjungit Serv. ad IV. Aen. 36. *Heſperia* vero recte, pro ex Heſperia explicant, ut Vellej. Paterc. II. 128. *Cato Tuſculo*, & ita in inſcriptionibus paſſim, ut multis oſtendit Noriſ. ad Cenot. Piſana Diſſ. II. 93. pag. 39. ubi etiam adfert lapides, in quibus patria in accuſativo legitur, ut *Piſas*, *Vejos*, *Saldas.* quod errori ſculptorum adſcribit, qui caſum mutaverunt. Eruditis tamen expendendum relinquo, an non forte *Piſas*, & *Saldas*, poſſet in nominativo eſſe poſitum, pro *Piſanus* & *Saldenſis.* nam & Stephanus in *Piſae*, inde Πισάτας dictos docet, unde poſteriori aevo *Piſates* forte dixerunt. *Vejos* vero poteſt eſſe pro *Vejus.* ut centies *o* pro *u* in ſimilibus occurrit. ſed nihil decerno. BURM.

505. TROJAM ANIMIS. *Trojanis* alter Hamburgicus.

506. PROVEHIMUR. *Provehimus* Leidenſis unus. vid. ſupr. 72.

508. ET. Deeſt Walliano.

509. STERNIMUR. *Sternimus* Editio P. Danielis. *undas* Venetus. ſequens verſus deerat alteri Menteliano, a manu prima.

511. IN-

80 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 81 deeſt Voſ. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 deſunt iiſdem. 84 deſunt iiſdem. 85 *conſtent* Edd. Steph. al. ſed *conſtant* L. Voſ. R. Dan. Fabr. & ita hodie in Juvenali legitur. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 87 Nonnunquam Voſ. Steph. 88 *contis* volebat Scheffer de milit. Naval. pag. 335. 89 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 90 deſunt iiſdem. 91 *Italia plana ac mollis* Steph. Dan. Fabr. al. & ita Edd. Salluſtii. in ſequentibus. *altius eſt eo* aliae Ed. vid. ad I. Aen. 109.

Italiam. Italiam primus conclamat Achates;
Italiam laeto ſocii clamore ſalutant.
Tum pater Anchiſes magnum cratera corona
Induit: inplevitque mero; Divoſque vocavit
Stans celſa in puppi.
DI, maris & terrae tempeſtatumque potentes,
Ferte viam vento facilem, & ſpirate ſecundi.

Cre-

SERVII.

523. [92] [CONCLAMAT. Valde, aut ſaepius clamat.]

524. ITALIAM. Tautologia uſus eſt, ad exprimendum affectum navigantium. [93] [SALUTANT. Quidam pro adorant tradunt, ut, *deos ſalutare*.]

525. CORONA INDUIT. Aut uſque ad ſummum implevit: aut revera coronavit. [94] [MERO. Hic vino: alias *merum*, quod nihil admixtum habet.]

528. DII MARIS. Per quod navigo. TERRAE. Ad quam iturus ſum. TEMPESTATUM. Ventorum, aurarum, temporum, ſerenitatis, ut IX. 19. *Unde* [95] *haec tam clara repente Tempeſtas?* Nam multa ſignificat.

529. [96] [VENTO. Septimus caſus.] SPIRATE. Et ad ventum pertinet, & ad favorem, ut II. 385. *Adſpirat primo fortuna labori.*

VARIORUM.

511. INRIGAT. *Occupat* Voſſian. repetitum ex IV. Georg. 190. & ita Ovid. VII. Met. 634. *corpora ſomnus Occupat*.

512. HORIS ACTA. *Horas atra* Venetus. *horis atra* alter Hamburgicus. de *horis* vid. ad Valer. Flac. II. 60.

515. NOTAT. *Notant* Sprotianus. *tacita* Gudian.

516. PLUVIASQUE HYADAS. Cave audias codices, in quibus, *Pliadaſque Hyadas*. quamquam id ipſum quoque Macrobianos inſedit libros quinto Saturn. cap. II. & ſic quidem, ut Macrobius ipſe vix aliter agnoviſſe videatur. quod tamen verſus non patitur, cum diphthongus ſit apud Graecos. certe in Mediceo & Menteliano utroque, & Moreti primo, & Gudiano a manu prima, *pluviaſque*, quamquam aliter Pieriani. Apud Senecam Medea 311. pari modo peccabatur in vulgatis exemplaribus, qui locus viros maximos mirifice torſit, ſed recte ex optimo Mediceo Gronovius ἐν πόνῳ nuper reſtituit,

Nondum pluvias Hyadas poterant vitare rates.

lib. I. Aeneid. 744. habuimus,

Arcturum, pluviaſque Hyadas geminoſque triones.

ſimile mendum exemplaria inſedit etiamnum Statii Tiburtino Manlii Vopiſci I. Silv. III. 95.

Haec per & Aegeas biemes, Pliadumque nivoſum
Sidus, & Oleniis dignum petiiſſe ſub aſtris.

cum ſcribendum ſit,

Haec per & Aegeas biemes, Hyadumque nivoſum
Sidus, & Olenii ſignum petiiſſe ſub aſtri.

recte autem, *pluviae hyades*, ut hoc epitheto vocis ipſa origo explicetur. Hyades enim ἀπὸ τοῦ ὕειν, qua de re inter alios Tullius Tyro apud Gell. XIII. cap. 9. & ipſe Cicero lib. II. de natura deorum. *udae hyades* Rutilius In itinerario I. 633.

Jam matutinis Hyades occaſibus udae,
Jam latet hyberno conditus imbre lepus.

vide Tibulli locum a me emendatum in Adverſariis. HEINS. *Septemque triones* prior Hamburgicus, *Pliadaſque Hyadaſque* Francianus, Ed. Ven. *Pleiadaſque Hiadas* Parrhaſ. vid. ad lib. I. 744. ubi recte *pluvias Hyadas* legitur. ſic *inſerenam Hyadam* dixit Stat. I. Sylv. VI. 25. BURM.

519. DAT CLARUM E PUPPI SIGNUM. Servius & alii de face capiunt; & certe *clarus* ignis fac-

92 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 93 deſunt iiſdem vid. ad XII. 257. 94 deſunt iiſdem. 95 deeſt L. R. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Crebreſcunt optatae aurae, portuſque pateſcit
Jam propior, templumque adparet in arce Minervae.
Vela legunt ſocii, & proras ad litora torquent.
Portus ab Euroo fluctu curvatus in arcum;
Objectae ſalſa ſpumant adſpargine cautes:
Ipſe latet. Gemino demittunt brachia muro
Turriti ſcopuli, refugitque ab litore templum.

Qua-

SERVII.

530. CREBRESCUNT OPTATAE AURAE. [97] [Sonant.] Magnum [98] hic Anchiſae oſtenditur meritum, [99] [cum mox, ac precatur, diis acceptus fit.] PATESCIT. Propinquantibus, ut ſup. 411. *Et anguſti* [1] *rareſcent clauſtra Pelori.*

531. [2] [APPARET IN ARCE MINERVAE. [3] Palladis, ut II. Ecl. 61. *Pallas, quas condidit arces, Ipſa colat.*] Hic dubium eſt, utrum *Minervae templum*, [4] an *arcem Minervae* debeamus accipere. Sane Calabria ante Meſſapia vocata eſt; hoc autem templum Idomenaeus condidiſſe dicitur, quod etiam *Caſtrum* vocatur.

533. EUROO. [5] Eoo: ab eo, quod eſt *Eurous fluctus:* ablativum *Euroo* per derivationem debemus accipere.] CURVATUS IN ARCUM. In arcus ſimilitudinem, ut VI. 42. *Exciſum Euboicae latus ingens rupis in antrum:* id eſt, in antri ſimilitudinem. Sic de Ponto Salluſtius fragm. incert. [6] [Unde hic tulit colorem,] *nam ſpeciem efficit Scythici arcus.*

535. IPSE LATET. Re vera procul intuentibus, unde eſt: *Portuſque pateſcit:* nam ſecundum Donatum, LATE PATET, non ſtat verſus.

536. [7] [TURRITI SCOPULI. In modum, in ſimilitudinem turrium, ut II. 162. *Hinc atque hinc vaſtae rupes geminique minantur In coelum ſcopuli.*] REFUGITQUE A LITORE TEMPLUM. Aedificia vicina litoribus longe intuenti videntur in mari, quae accedentibus quaſi recedere & retro ſe agere putantur: vel quia ſitum eſt in colle, qui ſenſim creſcit a litore. Ideo dixit *refugit.* [8] [Tale eſt ſup. 72. *Terraeque urbeſque recedunt.*]

VARIORUM.

ſaepe occurrit. ut II. 569. *clara incendia*, & *ſtella clara* ibid. ✠. 696. *clarior ignis auditur* ✠. 705. ubi de utroque ſenſu, viſu & auditu, poteſt capi. ut etiam ibid. 301. *clareſcunt ſonitus.* ubi vide quae diximus. & h. l. Serv. adducit ad lib. II. 256. ubi de flammis pro ſigno agitur. Senec. Agam. 368.

Clarum manu lumen nefanda vertice e ſummo
efferens.

ſed alii de tuba accipiunt, ut Catroeus, Vondelius, & Menagius in Etymologico in *clairon.* & ita Noſter lib. V. 139. *clara dedit ſonitum tuba.* Senec. Agam. 428.

Signum recurſus regia ut fulſit rate,
Et clara lentum remigem monuit tuba.

ubi utrumque ſignum conjungit. & ſupr. h. l. 239. *Dat ſignum ſpeculo Miſenus ab alto Aere cavo.* & confirmat maxime quod ſequitur, *nos caſtra movemus.* nam & in exercitu terreſtri movendi caſtra ſignum erat tuba, vel alia inſtrumenta ſonora. quod praeter innumeros docet, Virgilium forte reſpiciens, Lucanus lib X. 399.

Haud clara movendis,
Ut mos, ſigna dedit caſtris, nec prodidit arma
Ullius clangore tubae.

deinde magis proprie ſignum *dari* dicitur tuba, quam face vel igni, de quo *tollere*, *efferre* potius utuntur. tandem nox erat, & dormientes non tam face, quam tubae ſonitu excitari poterant, & ſolebant. unde Horat. Epod. II.

Nec excitatur claſſico miles truci.

ſcilicet ex ſomno. non tamen ipſum Palinurum tuba dediſſe ſignum fingendum. ſed ejus juſſu Miſenum tubi-

97 deeſt iiſdem. 98 deeſt iiſdem. 99 deſunt iiſdem. 1 *rareſcunt* Dan. Fabr. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *curvatus* ✠. 533. 3 deſunt Dan. ad *Hic*. 4 an *in arce* Dan. 5 Euroo Dan. 6 haec verba Servii eſſe puto, qui Virgilium ex Salluſtio colorem duxiſſe ait, quae editiones diverſo charactere, tamquam Salluſtii eſſent, expreſſere. ſimiliter vidimus erraſſe editores & pro Ciceronis dediſſe verba Servii, ad II. Georg. 76. BURM. 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 8 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Quatuor hîc, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentis campum late, candore nivali.
Et pater Anchiſes: Bellum, o terra hoſpita, portas:
Bello armantur equi: bellum haec armenta minantur.
Sed tamen îdem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes, & frena jugo concordia ferre.

Spes

SERVII.

537. PRIMUM. Aut quale nunquam ante viderat: [9] [aut antequam aliud videret:] aut certe quia ſequitur porcae albae omen. Alii vero *tondentes primum campum* volunt, id eſt, primam partem campi. [10] [Sane figurate, *Equos omen:* diverſa enim ſignificatione id omen dixit. Sed multi de libris Augurum tractum tradunt: [11] *Juge* eis enim dicitur *augurium*, quod ex junctis [12] *jumentis* fiat. Obſervatur enim, ne prodituro magiſtratui disjunctis bobus plauſtrum obviam veniat: quod Virgilius oblique ad equos tranſtulit, quos cum ſolutos vidiſſet Anchiſes, quem auguriorum peritum fuiſſe non dubium eſt, ait: *Bellum o terra hoſpita portas*, *Bello armantur*. Dicendo *armenta*, oblique intelligit boves, quos vitaverat dicere: & ne plauſtrum nominaret, ait *currus:* cum autem dicit *jugo*, veram ſignificationem *Jugetis* facit. Sed quia in libris Etruſcis invenitur, etiam equos bona auſpicia dare, ſubjunxit: *Spes eſt pacis*, *ait.*]

538. CANDORE NIVALI. [13] [Pro, candoris nivalis, ablativum pro genitivo: &] hoc ad victoriae omen pertinet. Simul notandum, Anchiſen omnem habere divinandi peritiam. Hinc eſt illud v. 47. *Divinique oſſa parentis.*

539. TERRA HOSPITA. Uſurpative *hoſpita* dixit: quae enim in ES exeunt, communia eſſe poſſunt: nam foemininum in A non mittunt. Lucanus v. II. *Hoſpes in externis audivit curia tectis.* Nec [14] mirum, abuſum eſſe Virgilium: cum & Plautus *paupera* dixerit: ab eo quod eſt *hic* & *haec pauper*, ut VIII. 105. *Pauperque ſenatus.* Item XII. 519. *Pauperque domus, nec nota* [15] *potentum Munera.*

540. BELLO ARMANTUR EQUI. [16] [Hic *bello* dativus eſt: &] [17] ratiocinatio divinationis eſt. ARMENTA. Armenta dicta ſunt, quaſi apta armis: nam [18] equi interſunt praeliis; [19] clypei vero armantur boum coriis. [20] [Varro lib. IV. de L. L. pag. 25. autem boves *armenta* vocari voluit, quaſi *aramenta*; quod eorum praecipue opera in arandis agris utamur: unde [21] Columella lib. VI. *Jumenta & armenta a re traxere: quod noſtrum laborem, vel onera, ſubvectando vel arando, juvarent.* Proprie ergo *armenta* boves dicuntur & equi: quamvis etiam alia majora animalia eo nomine dici poſſint: licet ſint ad arandum, aut ad geſtanda arma, inutilia: nam Cervi, qui ad hoc non ſunt idonei, inter *armenta* computantur a Virgilio lib. I. 185. cum ait: *Hos tota armenta ſequuntur.* Dixerunt etiam antiqui, *armenta* in feminino; Ennius: *Ad armentas ipſius eaſdem.* Et Pacuvius: *Tu curvifrontes paſcere armentas ſoles.*]

541. SED TAMEN. Anacoluthon: nam *quamquam* non praemiſit. [22] [OLIM. Infiniti temporis. CURRU. Pro *currui*, dativus vetus.]

VARIORUM.

tubicinem. ut ſupr. 239. BURM.

520. PANDIMUS. *Tendimus* alter Rottendorphius.

521. JAMQUE. *Tumque* Francianus. & mox, ut & Oudartii, *tum procul*, *obſcures montes* & Parrh.

523. ITALIAM PRIMUS. *Primum* ſecundus Moreti. *conclamant primus* Dorvill. imitatur haec Stat. IV. Theb. 807.

Fit

9 deſunt iiſdem. 10 deſunt iisdem ad ℣. 538. 11 *jugetis* enim Dan. Fabr. 12 juvencis Fabr. 13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 14 deeſt Voſ. 15 *parentum* Steph. 16 deſunt L. Voſ. Steph. al. 17 & ratiocinationis eſt Commel. & Emmen. neſcio unde petitum. *eſt* deeſt L. Voſ. 18 & equi Dan. 19 boves armant ex coriis L. R. Steph. Dan. al. *armant* deeſt Voſ. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. ſed Baſil. tantum addit praecedentibus. Armenta quoque dicta ſunt majora animalia, quae arationi congrua ſunt. vid. Serv. ad III. Georg. 49. 21 locus eſt in libr. VI. praefat. ſed ibi; *& armenta*, non legitur. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Spes & pacis, ait. Tum numina ſancta precamur
Palladis armiſonae, quae prima adcepit ovantis;
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu;

Prae-

SERVII.

543. SPES ET PACIS, AIT. Oſtendit latenter vincere poſſe Trojanos, dicendo ſupra: *Curru ſuccedere ſueti.* [23] [Et: *Jugo ſueti.* Et cum praemiſiſſet de bello, poſt ait de pace, ut id magis remaneret in mentibus.]

544. PALLADIS ARMISONAE. Bene poſt belli omen, armorum deam precatur: [24] quanquam hoc quoque templum viſum ad omen pertineat.

545. [25] [PHRYGIO VELAMUR AMICTU. Sicut dictum eſt ſupr. 407. propter viſum vel Diomedem, vel Ulyxen, quando ei Palladium redditum eſt.]

VARIORUM.

Fit ſonus, inque vicem contra percuſſa reclamat
Terra, ſalutatus quum Leucada pandit Apollo.

& III. Silv. II. 23. *Prima ſalutavit Capreas.* BURM.

524. LAETO. *Laeti* ſecundus Moreti, *ſocii laeto* Francianus, Parrh. Wittian. & Wallian.

525. TUM PATER. Hunc verſum ſequenti ſubjicit Voſſianus.

526. VOCAVIT. *Vocabat* Wallian.

527. STANS CELSA IN PUPPI. *Prima in puppi* Gudianus pro diverſa lectione. libr. VIII. 680. *Stans celſa in puppi* habet. ubi tamen Priſcianus, *prima in puppi* agnoſcebat. alterutrum certe legendum, ut oratio varietur more Maroniano: praeſertim cum tertium occurrat lib. IX. 261. *ſtans celſa in puppi.* videantur adnotata noſtra ad lib. IX. 814. HEINS. *Stant celſa* Mediceus.

529. VENTO. *Venti* Montalbanus. vel, *nobis* Zulichemius. *ſecunde* alter Rottendorphius. *facilem vento* Dorvil.

Ibid. SPERATE. *Et adſpirate* Wallian.

530. CREBRESCUNT. *Crebeſcunt* Menteliani duo, Gudianus, alter Hamburgicus, Francianus & Leidenſis a manu prima. & Ed. Ald. Junt. Dan. Heinſii. male. ut alibi monitum. vid. ad I. Georg. 359.

531. TEMPLUMQUE. *Templum apparet* Leidenſis. *in arce* explico in monte. ut ſupr. 336.

532. TORQUENT. *Vertunt* prior Hamburgicus, Oudartii & Leid. unus. *&* deeſt Wall.

533. PORTUS AB EOO FLUCTU. Ita tres quatuorve ex noſtris recentioris notae. *Euroo* Mediceus & ceteri vetuſtiores, ut & Pieriani. Fons erroris hinc videtur fluxiſſe, quod *Euo* primum pro *Eoo* exaratum fuerit. ſic *Laucoon*, *Laudaumia*, *Laudice*, *Laumedon*, *Theudoſius.* & ſimilia in antiquis membranis paſſim occurrunt. certe *Eo* in priore Hamburgenſi. ex *Euo* poſtea factum *Euro* ab inſcitis librariis, quod in Menteliano priore, & Voſſiano, etiam in altero Mentelii a manu prima legebatur. Ex *Euro* profluxit tandem *Euroo*, ut metrum ſtabiliretur. Fortaſſe tamen *Euroo* fluctu pro *Eurino* poſuit, quam vocem apud Columellam lib. XI. bis terve in veterrimis membranis occurrere recordor, ut *Eurous* fluctus ſit, qui ab oriente volvitur. *regio deſcendit ab Euro*, apud Valer. Flac. I. 538. pro a parte *Eoa.* Nonius *Eurum* dictum ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέοντα, quod flatus ejus ab oriente ſit hiemali, ait, ſive, ut Gellius II. 22. ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων. quod eodem redit. videtur autem Maro ad vocem εὖρος & εὖρυς adluſiſſe, quia *fluctus* ſequitur. *Eurous* igitur, ut *Eous*, *Myrtous*, *Lesbous*, *Latous*, *Arctous.* & apud Naſonem II. Faſt. 43. in antiquis exemplaribus, *Naupactous*, quod poſtremum tamen dubie admitto. a *Gela* oppido *Gelous*, quod infra occurret ℣. 701. Priſcianus Periegeſi ℣. 871.

Perſica nam flatus Euroi litora turbant.

ita enim veterrimum exemplar Reginae Sueciae, quo ſum uſus, non *Eoi*, quod eſt in vulgatis. facillime hae duae voces *Eurus* & *Eous* confunduntur. ſic apud Rutilium lib. I. Itinerarii 541. ſcribendum,

Tempora navigii clarus repararat Eous.

non *Eurus*, quod circumfertur. dixerat jam ante pari modo ℣. 529.

Currere curamus velis Aquilone reverſo,
Quum primum roſeo fulſit Eous equo.

Eurus enim & Auſter nubili & obſcuri, non clari. certe & Servius *Euroo fluctu* in Marone videtur

23 deſunt iisdem. 24 quod non praemiſit, hoc ex L. quamquam non praemiſit, hoc R. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Praeceptiſque Heleni, dederat quae maxuma, rite
Junoni Argivae juſſos adolemus honores.
Haud mora: continuo perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obvertimus antennarum,

Gra-

SERVII.

546. DEDERAT QUAE MAXIMA. [26] [Vel propter caput velandum; vel ad illud pertinet, quod ait ſup. 435. *Praeque omnibus unum Praedicam:* [27] [hoc eſt, ut ſuppiicet Junoni.] RITE. Recte, ſecundum ritum: unde ſequitur: *Perfectis ordine votis.*

547. JUNONI ARGIVAE. Id eſt, magnae, ut ſupr. 437. *Junonis magnae:* [28] [aut inimicae Trojanis.]

548. HAUD MORA CONTINUO. Unum de his [29] ſermonibus vacat. [Figura eſt ἐκ παραλλήλων dicta, id eſt, mutua & invicem declaratione.]

449. [30] [VELATARUM. Quia antennae involutae ſunt velo, id eſt, *velatae:* & eſt verſus Spondazon.]

VARIORUM.

tur agnoviſſe. praeterea, *curvatus*, non *curvatur* in ſcriptis, niſi quod ſecundus Moreti, *ſinuatur in arcum.* HEINS. *Euroo* etiam Wallianus, Graevianus, Regius, Parrhaſ. & Excerpta noſtra, & Zulich. & ita citat Servii in Cod. Reg. & aliis ad VI. Aen. 42. *ab Euro* Voſſ. in Parrhaſiano manus aliena graſſata tentavit *Eoo* facere, & pro fluctu videtur olim fuiſſe *flatu*, quod Priſciani loco ab Heinſio adducto poſſet firmari. & has voces ſaepe permutatas apud Lucanum & Claudianum vidi. deinde *curvatus* Parrh. Regius & Wittian. & Edd. Ald. & Junt. BURM.

534. ASPARGINE. *Adſpargine* Mediceus, quomodo Virgilium hoc loco ſcripſiſſe contendit Velius Longus. neque aliter exaratum invenias in veterrimis Nonii exemplaribus verbo *ſpargere*; ubi hic producitur locus. Eadem ratio ſcribendi in Pandectis Florentinis obtinet, & in Lucretii codicibus *exſpargi*. in veterrimo etiam Columellae exemplari *conſpargere* nonnumquam occurrit: & *inſpargere*. certe Gudianus liber hoc loco diſertim, *aſpargine*. Vegetius lib. III. cap. 25. *ſed melius eſt plures acies facere, quam militem exſpargere.* cap. 19. *in campis exſparſis, atque ſecuris.* cap. ult. *melius eſt poſt aciem plura ſervare praeſidia, quam latius militem exſpargere.* ſic in codicibus nonnullis legi teſtatur tribus iſtis locis Stevechius, & recte quidem. HEINS. Vide Barth. ad Stat. II. Theb. 675. & infr. ad ỳ. 625.

535. DIMITTUNT. *Demittunt brachia* alter Mentelius. caeteri tamen vetuſtiores, *dimittunt.* HEINS. *Dimittunt* Regius, Wittian. & Wallian. *deducunt* Ed. Venet.

536. A LITORE. *Ab litore* codices noſtri potiores. ut & Pieriani. neque aliter agnoſcit Aruſianus Meſſius. ſic mox ỳ. 540. *fractaſque ab litore voces.* & poſtea 639. *fugite atque ab litore funem rumpite.* quomodo codices noſtri conſtanter. HEINS. *Ab litore* etiam Mediceus a m. ſec. & Regius & Wittian.

539. ET PATER. *At pater* primus Moreti, Leidenſes duo, alter Hamburgicus, & ſecundus Rottendorphius. *tunc* Leidenſis alius. ſic infr. 558.

540. BELLUM. *Bella haec* alter Hamburgicus. *bellum terra* Rottend. tert.

541. CURRU SUCCEDERE. *Currum* codex Bibliothecae Leidenſis. de quo ad Naſonis Metamorph. lib. XIII. 611. HEINS. *Et tamen* Venetus. *curſu* Wittian.

542. ET FRENA. *Et ferre jugo concordia frena* Zulichem. a manu ſecunda.

543. SPES EST PACIS. *Spes & pacis* in Mediceo. quod utique venuſtius. confirmat alter Hamburgenſis, & alter Voſſianus, cum Gudiano, & a manu prima altero Menteliano. HEINS. Ratio, quia quatuor candidis equis triumphabatur. & victis hoſtibus pax data, ut Aeneas ſubactis hoſtibus, Latio conciliavit. *ſpes eſt* Serv. ad I. Aen. 443. ut plerique codices, ſed Regius, *et*. BURM.

Ibid. TUM. *Cum* alter Menagii. *ſacra* ſecundus Hamburg. & Leidenſis. mox, *quae primum* duo Moretani & ſecundus Rottendorphius.

545. CAPITA. *Capite* Edit. Juntina. & ita agnoſcit Rufin. de Schem. Lex. p. 35. qui & *velabar, capite velamus* Sprot. & Hamb. pr. & Rott. pr. *capute velamus* alter Menagii, Francianus, Wittian.

Ed.

26 deſunt iiſdem, & tantum habent, ut *Praeque omnibus unum praedico.* ſed L. Voſ. R. *praque.* 27 deſunt iiſdem. 28 deſunt iiſdem. 29 deeſt iiſdem, ut & ſeq. *figura* &c. dicta eſt mutua Baſil. 30 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Grajugenûmque domos ſuſpectaque linquimus arva.
Hinc ſinus Herculei, ſi vera eſt fama, Tarenti
Cernitur. Adtollit ſe diva Lacinia contra,

Cau-

SERVII.

550. GRAJUGENUMQUE DOMOS. Sic eſt dictum, quemadmodum ſupr. 359. *Trojugena.* Et ſciendum, ſacrificii tantum cauſſa eos tetigiſſe Calabriam: ubi dicuntur accepiſſe Palladium, [31] [ſicut dictum eſt 407.] a Diomede, vel Ulyxe. Nec immerito dubitatur: ut enim in ſecundo 166. legimus, ambo rapuerant. [32] [*Domos* autem ideo, quod Helenus ſup. 398. *Cuncta malis habitantur moenia Grajis.*]

551. HERCULEI SI VERA EST FAMA TARENTI. [33] [Fabula talis eſt:] Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractarunt: & cum utraque pars affligeretur, Lacones, quibus juventus deerat, praeceperunt, ut virgines cum quibuſcumque concumberent. [34] Quo factum eſt, ut, cum poſt ſedata bella juventus, incertis parentibus nata, [35] & patriae, & ſibi eſſet opprobrio (nam [36] *Partheniae* dicebantur) accepto duce [37] Phalanto, octavo ab Hercule, profecti ſint: delatique ad breve oppidum Calabriae, quod *Taras*, Neptuni filius, fabricaverat, id auxerunt: & priſco nomine appellarunt *Tarentum.* Bene ergo nunc *Herculei Tarenti.* [38] [Eſt & alius fabulae ordo: Lacedaemonii, cum adverſus Meſſenios bellum haberent, ſolis ſenibus relictis, omnem juventutem eduxerunt, juraveruntque ſe non ante reverſuros, quam Meſſeniam expugnaſſent. Sed cum victores reverſi eſſent, vidiſſentque multitudinem juvenum, qui ex ſervorum & dominarum virginum concubitu, ut quidam volunt, ſine ullo diſcrimine nuptiarum, nati erant, ſervos patibulis ſuffixerunt, filios ſtrangulavere, nepotes fugaverunt. Sed alii dicunt, timentes ne qua ex illis diſcordia naſceretur, pueros, qui ex virginibus nati erant, [39] *Parthenias* vocaverunt, & Phalantum eis Ducem conſtituerunt. Sed hi, cum veniſſent in Italiam, a quodam ſepulchro, cui inſcriptum erat *Tare* nomen, urbem conditam *Tarentum* dixerunt. Hoc autem oppidum poſt multos annos excidii Ilienſis conditum quidam dicunt. Alii dicunt, quod, ſicut ſupra memoratum, nepotibus Lacedaemoniorum fugatis, a nomine ducis *Tare*, Herculis filii, *Tarentum* dictum. Quidam *Tarentum* ante Satyrium dictum tradunt, & ab Herculis filio *Tarento* poſt *Tarentum* dictum. Alii *Herculeum* appellatum volunt, quia [40] Heraclidae Lacedaemoniorum reges. Bene ergo,] *ſi vera eſt fama:* qua Taras condiderat, auxerat Phalantus: [41] [aut quod ab Herculis filio conditum ſit *Tarentum*, in quo molles & luxurioſi naſcuntur. Et haec conſuetudo Poëtae eſt, ut, ubi de incertis dubitat, famam faciat auctorem.]

552. ATTOLLIT SE. Quia [42] adpropinquantibus aut recedere montes videntur, aut ſurgere. DIVA LACINIA CONTRA. Junonis *Laciniae* templum, ſecundum quoſdam, a rege conditore dictum: ſecundum alios a latrone [43] *Lacinio*, quem illic Hercules occidit: & [44] loco expiato Junoni templum conſtituit. [45] [Alii a promontorio *Lacinio*, quod Junoni Thetis dono dederat, quod ante Troicum bellum collatitia pecunia reges populique fecerunt. Quidam dicunt templum hoc Junonis, a *Lacinio* rege appellatum, cui dabat ſuperbiam mater Cyrene & Hercules fugatus: namque eum poſt [46] Geryonem extinctum de Hiſpanis revertentem hoſpitio dicitur recipere noluiſſe: &, in titulum repulſionis ejus, templum Junoni tanquam novercae, cujus odio Hercules laborabat, condidiſſe. In hoc templo illud miraculi fuiſſe dicitur, ut, ſi quis ferro in tegula templi ipſius nomen incideret, tam diu illa ſcriptura maneret, quam diu is homo viveret, qui illud ſcripſiſſet.]

VARIORUM.

Ed. D. Heinſ. & Pierius in ora codicis. *velamus* Ald. *ante aram* Montalban. & Voſſian. qui & *velantur. velatur* Wallian. a m. pr.

548. PER-

31 deſunt iisdem. 32 deſunt iisdem. 33 deſunt iisdem. 34 quod factum eſt, & Dan. *quod* deeſt L. R. factumque eſt, ut Baſil. 35 & patriam erubeſceret, & ſibi eſſet Dan. Fab. patri erubeſceret L. Voſ. R. 36 Partheniatae L. Voſ. R. Steph. al. Dan. Fabr. male. vide Comment. ad Juſtin. III. 4. 37 Palanto L. R. Pallanto Voſ. 38 deſunt L. Voſ. R. al. ad *ſi vera.* 39 Partheniatas Dan. Fabr. 40 Heraclidae * Lacedaemoniorum Dan. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 propinquantibus Steph. al. 43 Lacino L. R. Steph. Dan. Fabr. Licino Voſ. 44 & hoc loco Steph. al. 45 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 46 Geſſonem Dan.

Caulonisque arces, & navifragum Scylaceum.
Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna,
Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque ſaxa
Audimus longe, fractaſque ad litora voces:

Ex-

SERVII.

553. AULONISQUE ARCES. *Aulon*, mons eſt Calabriae, ut Horatius II. Od. 6. *Et amicus* [47] *Aulon Fertilis Baccho*: in quo oppidum fuit [48] [a Locris conditum,] quod ſecundum Hyginum, qui ſcripſit de ſitu urbium Italicarum, [49] Aulon eſt. [50] [Alii a *Caulo*, Clitae Amazonis filio, conditum tradunt.] NAVIFRAGUM SCYLACAEUM. Periculoſum navibus. Dictum *Scylacaeum*, aut a tractu, vel a periculi ſimilitudine: nam inde *Scylla* longe eſt. [51] [Alii dicunt, Ulyxen poſt naufragium in Italia de navium fragmentis civitatem ſibi feciſſe, quam [52] *Navifragum Scylacaeum* nominavit. Alii ab Athenienſibus, qui cum Mneſtheo duce venerant, & a Libya redierant, conditum tradunt.]

555. ET GEMITUM INGENTEM PELAGI. Videtur delatus primo ad fretum; poſtea ad Aetnam reverſus.

556. FRACTAS. Nimias, ut IV. Georg. 72. *Fractos ſonitus imitata tubarum.* [53] [Vel *fractas*, cum fragore venientes.]

VARIORUM.

548. PERFECTIS. *Profectis* Francianus.

549. ANTENNARUM. *Antemnarum* Mentelii, & alii plures.

550. DOMOS. *Domus* prior Mentelii, Gudianus, & tres alii. HEINS. *Domum* ſecundus Moreti a manu prima. *domus* Voſſianus.

551. HERCULEI. Vide Vincent. Alſarii Ephemer. lib. II. cap. 13. *ſi fama eſt vera* Venetus. Catroeus ab ipſo Hercule conditum ex Ariſtotele profert. Vondelius inepte vertit, quaſi ſinus Herculeus dictus. *den inham van Hercules te Tarentum.* BURM.

553. NAVIFRAGUM SCYLLACEUM. Lege, *Scylaceum*, prima ſyllaba correpta, vel ob id, quod a canibus nomen ſortitur, qui Graece Σκύλακες dicuntur, prima & ſecunda brevi, ut apud Homer. Odyſ. M. 86. Σκύλακος νεογιλῆς. in proverbio quoque, evitata Charybdi in Scyllam incidit, prior ſyllaba in *Scylla* corripi videtur, penultima vero in *Scylaceo* producitur ea licentia, qua in *Cichorea* apud Horatium I. Od. 31. utrumque enim nomen Graece ſcribitur per ι, ſed addito ε fit diphthongus ει, quae ad Latinos converti ſolet interdum in e longum, ut in *Medea*, & *Chorea*. MUSONIUS. *Navifragum* cum optimo Mediceo & Menteliano utroque, aliiſque nonnullis ſcribendum. *Scylaceum* quoque, quomodo Gudianus & duo Rottendorphii, & Hamb. pr. nam Graecis Σκυλάκιον eſt. *Scylacium* a Paterculo dicitur. vide nos ad Naſonem XV. Metam. 702. HEINS. *Auloneſque* primus Rottendorphius. *Auloniſque* Acron ad Horat. I. Od. 16. ſed Cruequianus Commentator, *Cauloniſque*. *Calloneſque arces & naufragium Scillaceum* Wall. & a m. ſec. *Scylleum. & naufragium Scyllaceum* Parrhaſ. *Scillacaeum* Menagian. & Rottend. alt. *Scyllacaeum* Wittian. & quatuor alii. *Silaceum* Montalb. vid. Giſan. Ind. Lucret. p. 461. & Erythraeum, & notas ad Valer. Flac. III. 36. BURM.

554. TUM PROCUL. *Cum* Rott. ſec. Hamb. alter. *Trinacia* Serv. ſupr. ad ỷ. 384. *cernitur hora*, Hamb. pr. & Graevian. pro *ora*. & ita ſolent ſaepe Librarii, oram, terram, tellurem &c. pro nomine proprio, & etiam contra ponere. vid. ad Ovid. VI. Faſt. 178. & Valer. Flac. I. 704. BURM.

556. AD LITORA. *Ab litore* primus Moreti, prior Menagii, ſecundus Rottendorphii, & Montalba-

47 *Caulon* L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. *amicus ejus Aulon* R. 48 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 49 olim non eſt L. Voſ. R. Steph. Fabr. Dan. al. quidam ex iſtis diſtinguunt, qui s. d. s. I. olim, non eſt. Maſvicius, neſcio unde, dedit *Aulon eſt.* an a Ryckio acceperit dubito. ſed ſcribendum puto, *Aulon non eſt.* nam differre Caulonem & Aulonem indicat. Caulon enim ſive Caulonia fuit urbs, Aulon mons & promontorium, ut recte Cluverius in Italia Antiqua lib. IV. 15. p. 1304. hic mons prope Scylaceum, illud in Locris oppidum. ergo Hyginus recte dixit, Caulonem, non eſſe Aulonem. *Aulones* vero plura loca dicta, quae tenui limite ut promontoria in mare excurrunt, oſtendi ad Valer. Flac. I. 389. BURM. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 52 hanc vocem delendam cenſet Salmaſ. Exerc. Plin. p. 57. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Exſultantque vada, atque aeſtu miſcentur arenae.
Et pater Anchiſes: Nimirum haec illa Charybdis:
Hos Helenus ſcopulos, haec ſaxa horrenda canebat.
Eripite, o ſocii: pariterque inſurgite remis.
Haud minus ac juſſi faciunt: primuſque rudentem
Contorſit laevas proram Palinurus ad undas.
Laevam cuncta cohors remis ventiſque petivit.
Tollimur in coelum curvato gurgite, & îdem
Subducta ad Manis imos deſidimus unda.

Ter

SERVII.

557. Aestu miscentur arenae. Deſcripſit loca Charybdi vicina: [54] quam eſſe [55] credidit ex periculi magnitudine.

558. [56] [Nimirum. Niſi fallor. Illa. Hoc pronomine & in venerativa, & in vituperativa ſignificatione, veteres utebantur, ut hic, *Illa*, id eſt, periculoſa, deteſtabilis; venerative autem, ut x. 875. *Sic pater ille deum faciat*.

559. Haec saxa horrenda canebat. Retulit ſe ad hiſtoriam: nam pro *Scylla*, *ſaxa* dixit *horrenda*.

560. Eripite. De periculis: [57] [& deeſt, nos.]

561. Rudentem. Si *rudentem proram*, id eſt, ſtridentem & ſonantem in tempeſtate, ut eſt vii. 16. *Et ſera ſub nocte rudentum*.]

562. Laevas ad undas. De Ionio venientibus, aliter non procedit.

563. Cuncta cohors. Quia ſuperius dixit ỷ. 519. *Nos caſtra movemus*.

564. [58] [Gurgite. Pro fluctu.]

565. Ad manes imos. Poëtica hyperbole.

VARIORUM.

talbanius. etiam Gudianus a manu ſecunda. paullo ante tertius Rottendorphius, *Trinacria cernitur. Aetnam & gemitum* &c. *audimus*. in Leidenſi erat, *Cum procul e fluctu Trinacria tollitur Aetna*. HEINS.

557. Exsultantque. Ita Lucan. viii. 539.
Perfida quo tellus Caſiis exſultat arenis.
ut quidam codices. ſed de eo loco ad ipſum Poëtam videbimus. ita *vada fervida* dixit Noſter vii. 24. *Exultantque vado* tert. Mentel. a m. pr. BURM.

558. Et pater. *At* ſecundus Rottendorphius. ut ſup. 539.

Ibid. Nimirum haec illa. *Nimirum illa* Mentelii prior. *hic illa* Mediceus. nondum in Charybdim inciderant, ſed ex aeſtu vehementi ſe appropinquare Charybdi colligebat. Anchiſes, & hinc inſurgere remis & ad laevam flectere jubet. BURM.

560. O socii. O deeſt Leidenſi. *pariter inſurgite* Francianus.

561. Ac. *Hac* Francianus. vid. ſup. 236.

Ibid. Rudentem proram. Vide ad lib. v. Aeneid. 143. HEINS. *Rudentes* Excerpta noſtra, & Gudianus a manu prima. *rudente* Montalbanius, Leidenſis, & duo tresve a manu prima aut ſecunda. *primumque rudentem* Regius. *contorſit laevam proras* Ed. Venet. *in unda* Leid. a m. pr.

563. Ventisque petivit. *Petebant* prior Hamburgenſis. HEINS.

564. Curvato. *Turbato* Venet. Oudart. & Reg. male. vid. ad Valer. Flac. i. 615. *in gurgite* prior Hamburgenſis.

565. Descendimus unda. Quis dubitet praeferre Medicei & utriuſque Mentelii codicum ſcripturam, quam & Pierius in praeſtantioribus ſuis invenerat, *deſedimus unda*? eamdem & Gudianus & tres Rott. Moretanus, & tres alii exhibebant. in uno Leid. *conſedimus*. ſed praeſtat alterum. niſi quis cum Montalbanio codice malit, *deſidimus*, praeſenti tempore. quomodo & in Valerii Flacci loco mox pro-

54 quae Fabr. quod Dan. 55 credit L. Voſ. R. Steph. al. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 57 deſunt iisdem ad ỷ. 562. ſed Baſil. habet, deeſt Vos, ſed cetera deſunt. 58 deeſt iisdem.

Ter ſcopuli clamorem inter cava ſaxa dedere:
Ter ſpumam eliſam & rorantia vidimus aſtra.
Interea feſſos ventus cum ſole reliquit;
Ignarique viae Cyclopum adlabimur oris.
Portus ab adceſſu ventorum inmotus, & ingens
Ipſe; ſed horrificis juxta tonat Aetna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem,
Turbine fumantem piceo & candente favilla;

Ad-

SERVII.

566. SCOPULI CLAMOREM. De hiſtoria, ut ſupra diximus 420., hoc traxit: undae enim illiſae concavis ſaxis canum imitantur latratus.

567. ELISAM. Excluſam, [59] expreſſam: ut VIII. 261. *Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur.* RORANTIA ASTRA. [60] [Eum ſcilicet locum, in quo aſtra ſunt, per diem non videbant.] *Rorantia* autem, pro inrorata, id eſt, quae inrorabantur: [61] a qua ſignificatione non eſt apud Latinos participium. Sane hyperbole eſt.

568. VENTUS CUM SOLE. Ventorum enim mutationem neceſſe eſt fieri vel oriente [62] ſole, vel occidente.

569. IGNARIQUE VIAE, CYCLOPUM ALLABIMUR ORIS. Ut ſup. 309. *Servatum ex undis Strophadum me littora primum Accipiunt:* ſimilis enim eſt ſenſus. CYCLOPUM. *Clo* habet accentum: quia Latina declinatio eſt: in accuſativo, quia Graece poſuit *Cyclopas*, *Cy* habet accentum: [63] ſi *Cyclopes*, *clo* habet [64] accentum.

570. [65] [AB ACCESSU. Id eſt, in acceſſu.

571. TONAT AETNA RUINIS. Senſus eſt: portus quidem ſecuros nos faciebat: deeſt enim, *quidem*; ſed *Aetna* terrebat. Et] cauſa hujus incendii, ſecundum *Aetnam* Virgilii, haec eſt: Sunt terrae deſudantes ſulphur, ut pene totus tractus Campaniae, ubi eſt [66] Veſuvius, & Gaurus, montes: quod indicat aquarum odor calentium. Item novimus ex aquae motu ventum creari. Eſſe etiam concavas [67] terras conſtat: & ab ea parte, qua Eurus vel Africus flant, habere ſpeluncas, & plenas ſulphuris, & uſque ad mare deductas. Hae ſpeluncae, recipientes in ſe fluctus, ventum creant: qui agitatus ignem gignit ex ſulphure: unde eſt, quod videtur, incendium. Hoc autem verum eſſe illa comprobat ratio: quia & aliis flantibus ventis, nihil ex ſe [68] emittit, & pro modo [69] flatuum Euri, vel Africi, interdum favillas, nonnunquam vomit incendia: quod & hoc loco oſtendit: nam effectum indicat, ſupprimit cauſas.

572. PRORUMPIT AD AETHERA NUBEM. Id eſt, evomit [70] [& fundit], & eſt poëtica deſcriptio: [71] [nec enim poſſumus dicere *prorumpo illam rem:* potuit enim recte dici, *nubes prorumpit*. Sane tota haec deſcriptio poëtica eſt.]

573. CANDENTE FAVILLA. Id eſt, ſcintillis: [72] & bona eſt periphraſis: nam *favilla* [73] eſt deſerta igne ſcintilla. [74] [Quamvis ſaepe viderimus de Aetna ſicut nigrum fumum, ita & candidum & pinguem manare.]

VARIORUM.

proferendo vetuſti codices *deſidit biatu.* dicuntur *ſedere naves* cum aut mergebantur tempeſtate deprimebanturve, aut portum ſtationemque tangebant, atque etiam cum haerebant in vado. de merſis

59 deeſt iiſdem. forte etiam pro *excluſam*, praeſtaret, *excuſſam.* BURM. 60 deſunt iiſdem. 61 a qua hac ſig. Dan. 62 die, vel medio, vel oc. L. Voſ. Steph. die, vel occidente R. Baſil. 63 ſic Cyclopes *clo* habebit Steph. al. habebit L. Voſ. R. ſed ſine *ſi*, vel *ſic*. 64 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 65 deeſt iiſdem ad *cauſſa* ✠. 571. hunc locum tractat Cluverius in Sicilia Antiq. lib. I. cap. VIII. p. 111. qui & deinde legit, *ſecundum mentem Virgilii.* 66 Veſovius L. R. Veſevus Voſ. Steph. al. 67 terras conſtat ab ea parte R. & Voſſian. ſed addit, & ab. Terras conſtat ſecundum Aetnam, & Fabr Cluverius, eſſe etiam concavas terras. Aetnam vero conſtat ab &c. 68 mittit Dan. 69 flantum L. Voſ. R. Steph. al. 70 deſunt iiſdem. 71 deſunt iiſdem. 72 & bona periphraſis L. R. & bona periphraſi Dan. 73 deeſt Dan. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Adtollitque globos flammarum, & ſidera lambit:
Interdum ſcopulos avolſaque viſcera montis
Erigit eructans, liquefactaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exaeſtuat imo.

Fa-

SERVII.

575. VISCERA MONTIS. Id eſt, partes. Sic autem dixit *viſcera*, quemadmodum *terrae oſſa* dicuntur.

576. ERUCTANS. *Ructo*, *ructas* tantum facit: [75] ſic etiam Cicero II. Catil. 5. *Eructant ſermonibus ſuis caedem bonorum.* Virgilius VI. Aen. 297. *Atque omnem Cocyto eructat arenam.* Horatius Art. Poet. 457. uſurpavit: *Hic dum* [76] *ſublimes verſus ructatur.* LIQUEFACTAQUE SAXA. [77] Putria, decocta in modum calcis.

577. FUNDO IMO. Ab imo: & reddidit cauſam latenter: inde enim ventus ex aqua natus erumpit.

VARIORUM.

ſis navibus Statius lib. XI. Theb. 522.

Luctataeque diu tenebris hiemique ſibique,
Sicut erant, imo pariter ſedere profundo.

& apud Claudianum IV. Conſ. Honor. 627. *ſubmerſae ſedere rates.* Senec. Herc. Fur. 776.

Cymba populorum capax
Succubuit uni, ſedit & gravior ratis,
Utrimque lethen latere titubanti bibit.

de portu Val. Flac. lib. II. 445.

Theſſala Dardaniis tum primum puppis arenis
Appulit, & fatis Sigeo litore ſedit.

de vado apud Naſonem lib. IV. Faſtor. 300.

Sedit limoſo preſſa carina vado.

de portu aut vado quoties fit ſermo, ſi verbo compoſito utendum erat, *conſidere* dicebant navem, unde apud Valer. Flac. initio Argon. de Argo: *flammifero tandem conſidis Olympo.* ubi vide, quae diximus. & apud Maronem III. 377.

Quo tutior hoſpita luſtres
Aequora, & Auſonio poſſis conſidere portu.

merſas aut depreſſas naves *deſidere*, vel *ſubſidere* dicebant. Lucanus lib. III. 627.

Strage virum cumulata ratis, multoque cruore
Plena per obliquum crebros latus accipit ictus.
At poſtquam ruptis pelagus compagibus hauſit
Ad ſummos repleta foros, deſedit in undas.

ita vetuſtus codex, quo is uſus eſt, qui Gryphianam nobis editionem concinnavit. Valer. Flaccus *deſcendere* dixit de navi lib. VIII. 332. ſed cum *deſidendi* verbum praeceſſiſſet, de naufragio.

Tollitur atque intra Minyas Argivaque vela
Styrus abit: vaſto rurſum deſidit hiatu,
Abrupta revolutus aqua: jamque omnis in aſtra
Itque reditque ratis: lapſoque reciproca fluctu
Deſcendit.

Silius Italicus libr. XIV. 411.

Sed ſuperingeſtis, propius quae ſubdita taedis
Bella capeſſebat media ſubſedit in unda.

Lucanus lib. III. 694.

Utuntur pelago: ſaevus complectitur hoſtem
Hoſtis, & implicitis gaudent ſubſidere membris,
Mergenteſque mori.

Claudianus Bello Gildonico ỷ. 220.

Sic ubi praecipites artem vicere procellae,
Aſſiduoque gemens undarum verbere nutat
Deſeſſura ratis.

quomodo Vaticanae Bibliothecae exemplar. ubi plura ad rem congeſſimus. Hic praeterea locus Maronis eſt, quem reſpexit ſive Juſtinus, ſive quicumque alius, qui Juſtini contextus margini, illuſtrando ejus loco, Maronem adſcripſerat, lib. IV. cap. 1. ubi de Sicilia agit. quem codices ſic exhibent, ut legendus: *Nuſquam alias tam torrens fretum, nec ſolum citato impetu, verum etiam ſaevo, neque experientibus modo terribile, verum etiam procul viſentibus* (vulgo *videntibus*, minus bene.) *Undarum porro in ſe* (lege *inter ſe*) *concurrentium tanta pugna eſt, ut alias veluti terga dantes vorticibus, in imum deſidere, alias quaſi victrices ſublime ferri* (ſic lege non *in ſublime*) *videas; nunc hic fremitum ferventis aeſtus, nunc illic gemitum in voraginem deſidentis audias.* Addidit nonnemo *Virgilius ſcribit*, cum liqueat ſive Juſtinum ſive Trogum haec Maronis reſpexiſſe. hinc poſtea natum *ut alias veluti terga dantes Virgilius deſcribat.* non enim *terga dantes* Virgilius deſcribit, ſed deſidentes in imum. HEINS. *Deſedimus* Regius. *ſub-*

75 ſicut Cicero Dan. 76 *ſublimis* L. Voſ. R. Steph. al & ita edidit Bentlejus. ſed tunc erit dubium, an nominativo, an accuſativo caſu ſit capiendum. eructat Fabr. ſed tunc nulla uſurpatio 77 putrida R. Steph.

Fama eſt, Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus
Urgueri mole hac, ingentemque inſuper Aetnam
Impoſitam, ruptis flammam exſpirare caminis;
Et, feſſum quoties mutet latus, intremere omnem

Mur-

SERVII.

578. Fama est. Bene [78] ſe fabuloſam rem dicturus excuſat: nam re vera, niſi, quae de gigantibus legimus, fabuloſa acceperimus, ratio non procedit: nam cum in Phlaegra, Theſſaliae loco, pugnaſſe dicuntur, [79] quemadmodum eſt in Sicilia Enceladus? Othus in Creta ſecundum Saluſtium fragm. incert. unde *Othii campi?* Typhoeus in Campania? ut IX. Aen. 716. *Inarime Jovis imperiis impoſta Typhoeo.* Sed Varro dicit, in diluvio aliquos ad montes confugiſſe cum utenſilibus: qui laceſſiti poſtea bello [80] ab aliis, qui de aliis veniebant montibus, facile ex locis ſuperioribus vicerunt: unde fictum eſt, ut *dii* ſuperiores dicerentur; inferiores vero, *terrigenae*. Et quia de [81] humillimis ad ſumma reptabant, dicti ſunt pro pedibus habuiſſe ſerpentes. Semustum, Pro, *ſemiuſtum*. Et ſciendum ſic poni, quaſi ſemianimis ſit Enceladus: unde eſt: *Motat latus.* [82] [Simul ponitur ſecundum fabulam cauſſa, quaſi ex fulmine illic ſit natum incendium.]

580. Caminis. Fornacibus; Graece dixit, [83] [ἀπὸ τῦ καίειν.]

581. Motat. Movet frequenter: nam ſi Mutat legeris, dat refectionem labori: [84] [quamvis alii *mutat* accipiunt, ut eſt II. Aen. III. *Et terruit auſter euntes:*]

VARIORUM.

ſubducti Parrhaſ. *deſcendimus* Wall. Dorvill. Witt. ſic apud Stat. III. 58. *pelago jam deſcendente carina*, ubi Heinſius malebat, *deſidente*. & IX. 525. *ab infeſtis deſcendunt aequora ſaxis*. & ibi *deſidunt* Heinſius, motus altero loco ex X. 137. *Languida de ſcopulis ſidunt freta*. vid. & eumdem ad Ovid. XI. Met. 518. & Graevium ad Cicer. II. ad Att. 12. & Arntzen. ad Plinii Paneg. cap. XVI. adde notas ad Lucan. V. 226. BURM.

566. Inter cava. *Ad concava* Parrhaſ. *dederunt* Venetus.

567. Rorantia astra. Recte Cerda mihi capere videtur, ut aqua in coelum ſublata, iterum roris inſtar decideret magna copia. quae vis eſt vocis *rorare*. ut VIII. 645. ubi eſt *ſtillare*. vid. ad Ovid. III. Faſt. 403. ſic in Culice 75. *rorantes lacte capellae*. & paſſim. Catroeus Cerdae explicationem amplians, hic *aſtra* dici ipſas guttas inſtar aſtrorum fulgentes. quum aſtra, ſidera centies de coelo dicantur, etiam de die, quia ibi locus eſt aſtrorum. vid. ad II. Aen. 154. & ſupr. 422. v. 517. & alibi centies. BURM.

568. Reliquit. *Relinquit* Venetus, quartus Moreti & Dorvill.

569. Oris. *Undis* ſecundus Rottendorphius. *illabimur* Francianus.

570. Adcessu. *Inceſſu* prior Hamburgicus. & *abſceſſu* alter. *ab accenſu* Zulichemius. *ab occaſu* Graevianus, ſed adſcriptum *acceſſu*. *motus* Vratiſlavienſis. vide de hoc loco H. Steph. diſſert. *de Criticis* p. 187. & ſeqq. BURM.

571. Ipse. *Ipſe* cum *Aetna* jungere videtur Pierius, & ita diſtinguit Regius poſt *ingens*. & montium nomina ſaepe maſculino genere elata vid. ad Ovid. V. Met. 165. & IX. 165. ſed hic *ipſe* portus poteſt intelligi, multo rectius. BURM.

Ibid. Tonat Aetna. Multi codices *ſonat:* ſed *tonat* magis Poëticum. & ita Mediceus, Gudianus, primus & tertius Rottendorphii, Moretani omnes. ſic & libro VII. 515. in optimis membranis,

Silvae intonuere profundae.

HEINS. *Sonat* Regius, Wall. & Dorvill. a m. ſec. haec verba centies commutantur.

572. Ad aethera. *Ad* deeſt Gudiano. de verbo *prorumpere* vid. ad I. Aen. 246. *praerumpit* Dorvill.

573. Candente. *Cauente* Leidenſis a m. pr. vid ad Ovid. II. Art. Amat. 440. *candore* Voſſian.

576. Erigit eructans. *Egerit* in primo Moretano & altero Voſſii, etiam in tertio Rottendorphii pro diverſa lectione. ſic ſupr. ỳ. 423. pro

erigit

78 *ſe*, omiſerunt Dan. & Fabr. 79 forte, *quomodo*, ut & infr. ad ỳ. 590. niſi hoc modo loqui Servius amaverit. 80 ab his Dan. Fabr. al. 81 humilibus Dan. Fabr. & mox raptabant L. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 83 deſunt L. V. R. Steph. al. 84 deſunt iisdem.

Murmure Trinacriam, & coelum ſubtexere fumo.
Noctem illam tecti ſilvis inmania monſtra
Perferimus: nec, quae ſonitum det cauſſa, videmus.
Nam neque erant aſtrorum ignes, nec lucidus aethra
Siderea polus; obſcuro ſed nubila coelo:

Et

SERVII.

583. NOCTEM ILLAM. Melius per accuſativum dixit. [85] [TECTI SYLVIS. UT XI. 686. *te ſylvis agitare feras*]

584. VIDEMUS. Vel mente, vel oculis.

585. [86] [NAM NEQUE ERANT ASTRORUM IGNES. Bene *ignes:* quia de Aetna loquebatur, ut magis flammae ejus manifeſtae fierent coelo lucente. IN NIMBO. Proprie *nimbus* eſt, qui deorum vel imperantium capita, quaſi clara nebula, ambire fingitur.] AETHRA SYDEREA POLUS. Per *aethram ſydeream*, hoc eſt, per ſplendorem aetheris. Sane *aether*, eſt ipſum elementum; *aethra* vero, ſplendor aetheris. Sciendum eſt, Homerum & *aetherem* & *aërem* communis generis dicere: quod de *aëre* nos non poſſumus dicere. De *aethere*, *aethra* factum eſt. Et ſecundum rationem iſtam poteſt & *aether* & *aethra* unum eſſe; ut nunc ſit pro *aethere ſydereo*, [87] [cum coeli ſplendor *aethra* dictus ſit.]

VARIORUM.

erigit alternas, in quibusdam codicibus *egerit* ſe reperiſſe Pierius teſtatur. *Eruit* in altero Menagii. pro *avulſaque*, Leidenſis *convolſaque*. HEINS. *Eruptans* Francianus. *Avolſaque* Gudianus. ſic lib. VIII. 237. *& imis avolſam ſolvit radicibus*. ubi *evulſam* alii. apud Val. Flac. I. 304. *fatidicis avellere ſilvis*. ubi *evellere* unus codex. *egerit* & *erigit* confuſa vidimus ad Val. Flac. VI. 186. *egerit* vero melius hic τῷ *eructans* videtur convenire. de quo vid ad Valer. Flac. I. 30. & ſaepe apud Ovidium, Lucanum & alios. BURM.

Ibid. SUB AURAS. *Sub aſtra* ſecundus Menagii. *glomerant* etiam Hugenianus.

578. ENCELADI. Huc pertinent verſus illi, qui in Aetna Cornelii Severi leguntur ỳ. 70.

Gurgite Trinacrio morientem Juppiter Aetna
Obruit Enceladum: vaſti qui pondere montis
Aeſtuat, & patulis exſpirat faucibus ignes.

Aetnam autem, quae vulgo ſub Virgilii nomine circumfertur, Senecae teſtimonio motus, Cornelio huic Severo reſtituendam aliquando exiſtimavi. ſine veteris tamen codicis, qui me adjuvaret, auctoritate, nihil audendum putabam. Repperi tandem librum jam pridem ſcriptum manu Clariſſimi viri Pomponii Laeti, in quo hoc ipſum poëma ita inſcriptum animadverti, CORNELII SEVERI AETNA; hoc qualecumque ſit, cum ſtudioſis omnibus communicare volui. URSINUS. *Enchel-adi* Wallian.

Ibid. SEMUSTUM. *Semiuſtum* legi in omnibus ſcriptis ait Giſan. Ind. Lucret. HEINS. Ita Montalb. & Francian. ſed reliqui & Edd. veteres *ſemuſtum*. vid. ad lib. v. 697. & Erythr. Indic. & alios.

579. MOLE HAC. *More* Gudianus a manu ſecunda. *hac mole* Oudartii. *ingentem inſuper* Montalbanius. *inſuper imponere* illuſtravit Cl. Drakenb. ad Livii XXI. I.

580. EXSPIRARE. *Spirare* Oudartii. *expugnare* alter Hamburgicus.

581. MUTAT. *Mutare latus*, ut arma & veſtem mutare nos dicitur. vera autem lectio eſt, *motat latus*, ut ſit frequentativum a *moveo*. FABR. *Mutet* Mediceus & a manu prima Mentelianus uterque. quam ſcripturam veriſſimam eſſe, & *mutare latus* eleganter dici ad Naſonis lib. XIII. Metam. ỳ. 937. pluribus exemplis evici, ni fallor. nec aliter ſecundus Moreti, alter Menagii, Venetus & ſecundus Rottendorphii. Donatus & ſcripti nonnulli *mutat*, in aliis *motet* proxime verum. quomodo & Gudianus a manu prima. *mutare curas* Aeneid. v. 702. occurrit.

Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat verſans.

HEINS. *Mutat* etiam Ed. Ven. *moveat* Wall. *motat*, quod Dorvill. habet & Wittian. defendi

poſſet

85 deſunt iidem & Dan. 86 deſunt iisdem. corrupte Dan. de *Aenea* loquebatur. 87 deſunt L. R. Voſ. Steph. & Dan.

Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
Poſtera jamque dies primo ſurgebat Eoo,
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram:
Quum ſubito e ſilvis, macie confecta ſuprema,

Igno-

SERVII.

587. NOX INTEMPESTA. Media: hoc eſt, nimium obſcura. *Intempeſta*, dicta eſt nox media: [88] intempeſtiva, inactuoſa, carens actibus, [89] per quos tempora dignoſcimus: ait enim [90] Lucretius: quia per ſe tempus non intelligitur, niſi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret. [91] [Ergo intempeſta, [92] inactuoſa, quaſi ſine tempore: hoc eſt, ſine actu, per quem dignoſcitur tempus:] unde eſt, *intempeſtive veniſti*, id eſt, ἀκαίρως. Ergo *intempeſta* dicitur, quia caret tempore. [93] [Sane noctis ſeptem tempora ponuntur: *Crepuſculum*, quod & *Veſper: Fax*, quo lumina incenduntur: *Concubium*, quo nos quieti damus: *Intempeſta*, id eſt, media: *Gallicinium*, quo galli cantant: *Conticinium*, poſt cantum [94] gallorum, ſilentium: *Aurora*, vel *crepuſculum matutinum*, tempus quod ante Solem eſt. TENEBAT. Quaſi curſum ejus denſitate ſui nimbi inhiberet.

589. HUMENTEMQUE. Hic participium poſitum eſt verbo carens; ergo *humentem* pro humidam: quoniam noctu ros cadit.] AURORA POLO DIMOVERAT UMBRAM. Hyſteron proteron in ſenſu: ante enim aurora eſt, [95] quam ſit dies. [96] [*Umbram* vero: quia nox umbra [97] terrae dicitur.

590. CUM SUBITO E SYLVIS. Arguitur in hac Achaemenidis deſcriptione Virgilius negligentiae Homericae narrationis: Ulyxes enim inter initia erroris ſui ad Cyclopas venit: [98] quemadmodum ergo Aeneas poſt ſeptimum annum, quam a Troja profectus eſt, ſocium Ulyxis invenit? praeſertim cum eum tribus menſibus in regione Cyclopum dicat moratum; & mox Aeneas de Sicilia ad Africam veniſſe dicatur. SUPREMA. Pro plurima.]

VARIORUM.

poſſet ex Val. Flac. II. 133. ubi *commovet* de Typhoeo dicit. eadem varietas Ecl. VI. 28. & aliis locis. vid. Gruter. ad Senec. de Tranq. Anim. cap. II. & Gronov. III. Obſerv. I. Servius ex adducto loco ex II. Aen. III. videtur *mutat* capere, pro mutare cupit. BURM.

583. NOCTEM ILLAM. *Nocte illa* Sprotianus. & Leidenſis unus & Servius ad I. Aen. 47. vide ad Ecl. I. 80.

Ibid. TECTI IN SILVIS. Omiſſa praepoſitione *tecti ſilvis*, magis Virgilianum eſt. FABRIC. *In* deeſt fere omnibus noſtris. *immunia* Medic. a m. pr. *preterimus* etiam Menag. pr. Pierius hic contendit Trojanos pernoctaſſe in navibus, nec in ter-

88 deeſt L. Voſ. R. 89 per quem dignoſcitur tempus R. Steph. al. per quos t. non dicimus Voſ. 90 puto reſpicere ad illa Lucretii I. 460.

Tempus item per ſe non eſt. ſed rebus ab ipſis
Conſequitur ſenſus, tranſactum quid ſit ab aevo &c. BURM.

91 deſunt L. 92 quaſi inactuoſa Voſ. Steph. id eſt, inac. R. 93 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *aurora* ỳ. 589. 94 Gallorum. *Silentium*, Aurora vel. Dan. Fab. diſtinguunt. 95 ſic dies L. Voſ. R. Steph. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 591. 97 *tetra* Dan. Fabr. male. vid. ad II. Aen. 251. & IV. 7. ubi idem verſus recurrit. & eodem libro 184. ſed tamen hinc apparet has voces, *terram* & *taetram* confuſas a librariis. & potuiſſet D. Heinſius hinc conjecturam ſuam apud Horat. I. Od. 2. *jam ſatis taetrae nivis*, pro *terris*, firmare. nec mihi plane abſurda videtur, quia Poëta, ut *grandini* epitheton *dirae* adjungit, ita *nivi taetrae* adjungi apte poteſt. nam haec duo vicinae admodum eſſe ſignificationis puto. & ideo ſaepe jungi, ut Cicer. pro Caelio VI. *Omni diritate taeterrimus*. & noſter Virgil. ſupr. h. l. 328.

Tum vox taetrum dira inter odorem &c.

& ita ut paſſim *dira venena* dicuntur, ut apud Ovid. II. ex Pont. IX. 68. & Horat. Epod. V. & alibi. ſic etiam *taetra venena* non minus frequenter occurrere docuit Broukhuſ. ad Propert. II. XIII. 70. & mox ỳ. 593. *diram* illuviem Servius explicat *taetram*. Apud Avien. in Phaenom. ỳ. 452.

Cum coelum lumine toto
Luna replet, terram ut ſuperet fax aurea noctem.

ita vulgo legitur & Grotius edidit. ſed in Aldina Ed. *tetram noctem* legitur. & eodem modo peccatur ỳ. 717. *Terram densa nox amblat aethram*, pro *taetram*. haec tuendae emendationi adferri poſſent, licet non audeam in Horatio vulgatam ſollicitare, quae tamen minus mihi ſemper placuit. BURM. 98 & hic malim *quomodo*. vid. ad ỳ. 578.

Ignoti nova forma viri, miſerandaque cultu,
Procedit, ſupplexque manus ad litora tendit.
Reſpicimus. Dira illuvies, inmiſſaque barba,
Conſertum tegumen ſpinis: at cetera Grajus,
Ut quondam patriis ad Trojam miſſus in armis.
Iſque ubi Dardanios habitus, & Troïa vidit

Ar-

SERVII.

591. NOVA FORMA VIRI. Bene *formam* [99] *viri* dixit, non hominem: [1] [& eſt periphraſis, pro, ignotus vir. *Nova* autem, fugienda; aliter alibi IV. 10. *Quis novus hic noſtris*, id eſt, inſperatus. Item VIII. 637. *Subitoque novum conſurgere bellum:* id eſt, deteſtandum. Item X. Ecl. 74. *Vere novo*, id eſt, incipiente. Item V. 78. *duo lacte novo*, id eſt, recenti. Item II. 796. *Comitum adfluxiſſe novorum*, hoc eſt ignotorum. CULTU. Pro habitu.]

593. ILLUVIES DIRA. [2] Sordes tetra. [3] [IMMISSAQUE BARBA. Quidam barbam majorem, luctus indicium, a Virgilio poſitum reprehendunt; cum Heroës non fuerint ſoliti tondere barbam. An *immiſſam*, neglectam, & impexam accipimus?]

594. CONSERTUM TEGMEN SPINIS. Inligatum ſpinis. Hinc eſt in Terentio Eun. II. II. 5. *Video quendam* [4] *ſentum*, [*ſqualidum, pannis annisque obſitum.*] AT CAETERA GRAJUS. Habet enim unaquaeque gens inceſſum, & vocem propriam. [5] [Sane *caetera Grajus*, Graeca locutio eſt, ut Salluſtius: [6] *Sanctus alia.*]

595. AD TROJAM MISSUS. Aut ex ſequenti eius confeſſione hoc didicit: aut Graecum eſſe colligit ex trepidatione, ut Terentius Heaut. IV. I. 12. *Neſcio quid peccati portat haec purgatio.*

VARIORUM.

terram egreſſos, ut credunt alii, & Catroeus & Vondelius cepiſſe videntur. ſed ſi in ſilvis egerint noctem, quomodo Noſter ℣. 590. *e ſilvis* procedere Achemenidem vidiſſe dici potuerunt? rurſus ſi in navibus fuerint, quomodo idem Achemenides ℣. 607. genua illorum amplecti potuit, niſi in navim inſiluerit. & Anchiſes ipſi dextram dederit? hic certe quaedam κατὰ σιωπώμενον intelligenda, nam aliter haec conciliare nequeo. nimirum ipſi poteſtatem factam propius accedendi, & in navem veniendi, vel timore agitante, inſiluiſſe. BURM.

585. NEC LUCIDUS AETHRA. *Nec lucidus aether ſidera habet. polus* Sprotianus. *aether* etiam Voſſian.

587. IN NIMBO. Deeſt praepoſitio Parrhaſ. & Veneto. *nox intempeſta* explicatur a Barthio ad Stat. X. Theb. 79. qui hic Servium congerie interpretationum laborare ait. BURM.

588. JAMQUE. *Namque* Montalbanius.

589. HUMENTEMQUE. *Humenteſque umbras* Venetus. vid. lib. IV. 7.

590. QUUM. *Tum* Leid. *ſubito ſilvis* Wallian.

Ibid. CONFECTA. *Conſpecta* prior Hamburgicus pro varia lectione. quod defendi poſſet, ut ſit ſpectabilis, notabilis. ut *conſpectus in aſtro* III. Georg. 17. *in armis* Aen. VIII. 588. & hoc forte periphraſi, *forma viri*, conveniret, quae ideo nova videbatur. ſed malo vulgatam ſervare. mox, *nova fama* ſecundus Rottendorphii. *vultu* etiam Oudartii & Hugenianus. & Leidenſ. unus a m. ſec. deinde, *ad ſidera tendit* Zulichemius a manu prima, & Wallian. BURM.

593. INMISSAQUE. *Promiſſa* citatur a Nonio in *promittere*. & ita Gudianus pro diverſa lectione. & ita ad Ecl. VIII. 34. *immittere* & *promittere* barbam recte dici monuimus. Idem Nonius in *immittere*, vulgatam hic loci ſcripturam prodit, adeo is ſcriptor vix ſibi conſtat in multis. HEINS. *Inglu-*

99 deeſt Dan. Fabr. al. male Steph. *forma.* 1 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. non conſtare ſibi Servium conferenti loca, quae adducit, apparebit: nam lib. IV. 10. *novum hoſpitem*, magnum explicat. ut ſaepe utitur illo, *Pollio facit nova carmina.* credo haec adſuta a ſciolo, qui varium verbi *novi* uſum tradere voluit. BURM. 2 ſors tetra L. Voſ. R. Steph. 3 deſunt iisdem & al. 4 *ſentum* L. Voſ. R. Steph. Dan. cetera deerant & al. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 6 retulerunt id inter fragmenta incertorum librorum editores Salluſtii; ſed in Chariſio lib. II. Inſt. Gram. p. 175. ex Salluſtii lib. I. profertur, *ſanctus alter, & ingenio validus.* quae puto eadem, ſed varie lecta. BURM.

Digitized by Google

Arma procul; paullum adſpectu conterritus haeſit,
Continuitque gradum: mox ſeſe ad litora praeceps
Cum fletu precibuſque tulit. Per ſidera teſtor,
Per ſuperos, atque hoc coeli ſpirabile lumen;
Tollite me, Teucri: quaſcumque abducite terras.
Hoc ſat erit. Scio me Danais e claſſibus unum,

Et

SERVII.

597. [7] [HAESIT. Dubitavit. SESE. Pronomen compoſitum: nam *ſeſe* duo pronomina ſunt.]

598. PRAECEPS. Sine reſpectu ſalutis; ſcilicet poſtquam Cyclopum graviora cogitavit pericula. [8] [Sane brevis ei, quaſi timenti, prima datur oratio.]

599. TESTOR. Quaeſo, obteſtor.

600. SPIRABILE. Vitale, de quo ſpiramus: [9] & eſt ſermo Ciceronis: quanquam ille [10] *ſpiritabile* dixerit in libris de Deorum natura.

601. QUASCUMQUE. Quo eat non cogitat, eorum comparatione quae fugit. Hoc SAT ERIT. Vitaſſe Cyclopas.

602. [11] [SCIO. Modo, confiteor.] E CLASSIBUS. Ex equitibus, modo, ut eſt VII. 716. *Et Ortinae claſſes*, [12] [id eſt, equites.]

VARIORUM.

gluvies dimiſſaque Sprotian. *dimiſſaque* etiam Vratiſlav. *immenſaque* Wittian. quod ſi recipiatur, ceſſabit reprehenſio, cujus meminit Servius. BURM.

594. TEGIMEN. Mediceus & ceteri vetuſtiores, *tegumen*. reſpexit hunc locum Tacitus de Moribus German. XVII. *Tegmen omnibus ſagum, fibula, aut ſi deſit, ſpina conſertum.* unde liquet nil eſſe mutandum in Naſonis loco lib. XIV. Metam. 166. ubi vide adnotata noſtra. HEINS. Vid. infr. lib. VII. 666. *Tegimen* Francianus. Dorvill. & Ed. Mediol. *&* *caetera* idem Franc. Leidenſ. unus, & Hamburg. alter. *ac caetera* Wittian. Sprotianus, Hamb. pr. & Venetus.

595. ET QUONDAM. *Ut quondam* Hugenianus. eleganter: inde enim illa illuvies; ex veſtibus detritis, quas ſpinis ſarcire & conſerere tentaverat. hinc Grajum ex veſtibus laceris & conſertis ſpinis colligebant. nam ultra tres menſes, ut patet ex ỳ. 645. quibus in Sicilia fuit, diu in obſidione Trojae haeſerat, & hinc ita detritae veſtes primae, ut ſpinis debuerit ſciſſuras connectere. Catroeus licenter vertit, nec unde cognoverint Grajum eſſe exprimit. quum ex veſte, licet lacera, Graecae tamen formae eum agnoſcerent. ita Lemniades Argonautas ex habitu Graecos noſcunt, apud Statium V. Theb. 425. ubi vide Barth. idem Poëta II. Achil. 29. cuſtos litoris viſa nave, quae vehebat Diomeden & Ulixen,

Ignotaque. regi
Ediderat (ſed Graja tamen) ſuccedere terris
Carbaſa.

unde apparet Graecos habitu ab aliis gentibus diſtinctos tunc fuiſſe. nam de voce & inceſſu vix capi poteſt: nondum enim locutus erat, ſed haerebat conterritus. & ipſe Trojanos a cultu & armis videtur agnoviſſe, cum primo ſermone *Teucros* vocet. *ut* vero hic ponitur, quemadmodum ſaepe, *ut erat*, *ſicut erat*. de quo Heinſ. ad Ovid. X. Met. 7. & alii. vulgatum *&* non connectit ſatis ſententiam. BURM.

597. PAULLUM ASPECTU. *Aſpectu paulum* Wittian.

600. PER SUPEROS. Rufinianus de figuris pag. 26. *citat, per ſuperos atque hoc caelum:* ut eſſet ap-

7 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 8 deſunt iidem. 9 Spiramus eſt ſermo Dan. & deeſt, a. Ciceronis Fabr. 10 *ſpiritale* Steph. Baſil. ſed in Ciceronis lib. II. de Nat. Deor. 6. legitur, *animam ſpirabilem habemus.* & cap. 36. *hac animabili* (vel *animali*) *ſpirabilique natura*; ubi Lambinus haec Servii verba adducit, & *ſpiritabili* dat, ſed ex MSſ. Ciceronis nulla varietas adducitur. & in I. Tuſcul. Diſp. 17. *animales*, id eſt *ſpirabiles* legitur, ſed ibi in Codicibus, *ſpiritales* ut hic, & *ſpiritabiles* reperiuntur, ſed quae voces ex recentioris aevi conſuetudine a librariis ſunt ſuppoſitae, licet Daviſius in hoc Servii loco etiam *ſpiritabile* agnoſcat. Eccleſiaſtici ſcriptores poſtea in alium ſenſum detorſerunt hanc vocem, & *ſpiritalis*, & *ſpiritualis* dixerunt. vid. Voſſii notas ad Sulpit. Sever. Epiſt. II. BURM. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 deſunt iidem.

Et bello Iliacos fateor petiiſſe Penates.
Pro quo, ſi ſceleris tanta eſt injuria noſtri,
Spargite me in fluctus, vaſtoque inmergite ponto.
Si pereo, hominum manibus periiſſe juvabit.
Dixerat: & genua amplexus, genibuſque volutans

Hae-

SERVII.

603. PETIISSE. Cauſſa metri addidit ſyllabam, ut II. 25. *Nos abiiſſe rati*, [13] [*& vento petiiſſe Mycenas.*]

604. TANTA EST. Ut non poſſit fortunae praeſentis qualitate molliri.

605. SPARGITE. Hoc eſt, dilacerate: & [14] [quia nec ſaevius, nec celerius aliud fieri poteſt,] nova brevitate uſus eſt; [15] [ut intelligatur, prius laniandum, mox inſpargendum pelago.]

606. HOMINUM MANIBUS PERIISSE JUVABIT. Oblique loquitur: nam vult oſtendere hominum hanc non eſſe crudelitatem.

607. GENUA AMPLEXUS. Phyſici dicunt eſſe conſecratas numinibus ſingulas corporis partes: ut aurem Memoriae: hinc eſt VI. Ecl. 3. *Cynthius aurem Vellit; & admonuit:* Frontem Genio: unde venerantes deum, tangimus frontem: Dextram Fidei; unde paulo poſt: *Atque animum praeſenti pignore firmat:* Genua Miſericordiae: unde haec tangunt rogantes. [16] [Sane, ſicut frequenter dictum eſt, etiam hic oſtenditur ſubtiliter Anchiſen & Aenean, tam [17] Pontificatus, quam Flaminii Juris & peritos, & praeſules fuiſſe. Jure autem Pontificali, ſi quis Flamini pedes, vel genua fuiſſet amplexus, verberari non licebat: Hoc eo praecipiebatur, ne eſſet ullum praepedimentum religionis, quo minus ſecundis numinibus inſerviretur; aut eſſet importunitas in profanis locis aliquantiſper morandi. Quod hic diligenter exſequi videtur de Achaemenide, qui poſt preces habitas genua amplexus, genibus volutans haerebat: in quo more, vel [18] praepedimenti verbum procul dubio eſt; tum quod & ipſe genibus volutabat: vel quod genua amplexus etiam religione habebatur: quo in loco ſatis non fuit nulla verbera adhibita; niſi etiam fides data eſſet, qua ſecuritas confirmaretur veniae conceſſae illis verſibus: *Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus, Dat juveni, atque animum praeſenti pignore firmat:* Neque enim oportebat tardius immorari profanis cognitionibus, cum precatio coeleſtium deorum interpoſita daret curam obſervandae religionis: dixerat enim: *Per ſydera teſtor, Per ſuperos, atque hoc coeli ſpirabile numen:* eaque propter addidit: *Haud multa moratus*, ut celeritas conceſſionis piaculum nullum poſſet admittere. Ipſum Achaemeniden hinc poſſumus aeſtimare, magis verbera timuiſſe, quam mortem, propter confeſſionem, ut diceret: *Spargite me in fluctus, vaſtoque immergite ponto. Si pereo, manibus hominum periiſſe juvabit.* Denique poſt haec addidit: *Ille haec depoſita tandem formidine fatur.*]

VARIORUM.

appoſitio, *Caelum, ſpirabile lumen. Perque hoc caeli* Wallian. etiam non male. nam praepoſitionem hanc iteraſſe ſaepe veteres vidimus ad Ovid. I. Art. Amat. 96. Suet. Tib. VII. & alibi ſaepe. vide inf. ad X. Aen. 524. BURM.

Ibid. LUMEN. *Numen* Leidenſis & Mediceus.

601. ABDUCITE. *Adducite* in utroque Eccleſiae Hamburgenſis. alter etiam pro diverſa lectione, *advertite.* ſic Naſo III. Metam. 598. *dextris adducor litora remis.* pro ducor ad litora. *adducite* etiam Mediceus a manu prima. & alii quinque minoris rei. HEINS. Etiam Zulichemius, Voſſianus & Wallian. *abducite terris* Mediceum habere notavit Voſſius.

602. E. *De* Montalbanus & ſecundus Moreti. utriuſque praepoſitionis uſus in his obvius. vid. ad Petron. cap. XLIV. Noſter Ecl. X. 35. *e vobis unus* Cicer. XIII. ad Fam. 16. *de tuis unus.* & ita paſſim. BURM.

603. ILIA-

13 deſunt iisdem & Dan. ſed Baſil. habet. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 16 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 17 forte. pontificalis. 18 praepetimenti * verbum Dan. praepedimenti * verbum Fab. corruptum locum puto. forte, *vel praepedimentum verberum procul dubio eſt. verbum* pro *verberum* compendioſe ſcriptum fuit: ſic contra *verberum* pro *verborum* dederunt quidam ad Sueton. Aug. XIII. ubi vide. BURM.

Haerebat. Qui ſit, fari, quo ſanguine cretus,
Hortamur; quae deinde agitet Fortuna, fateri.
Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus,
Dat juveni; atque animum praeſenti pignore firmat.
Ille haec, depoſita tandem formidine, fatur:
Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulixi,

No-

SERVII.

608. QUI SIT, FARI. Per omnia ſubaudis, *hortamur*. Qui ſit autem, hoc eſt, [19] [quis Graecorum ſit, id eſt,] cujus filius [20] ſit, ut etiam reſpondet: nam jam ſe dixerat Graecum.

609. AGITET FORTUNA, FATERI. Hortamur fateri, quae eum fortuna vexet, ut VI. 68. *Agitataque numina Trojae.*

610. HAUD MULTA MORATUS. Nimiae benignitatis eſt, non exſpectare plurimas preces.

611. PRAESENTI PIGNORE FIRMAT. [21] [Quod ad hoc tempus poterat dari, id eſt,] [22] dextrae manus conjunctione, qua [23] firmabantur amicitiae, ut I. 408. *Cur dextrae jungere dextram Non datur?* Et ſup. 83. *Jungimus hoſpitio dextras,* [24] [*ac tecta ſubimus.*]

613. SUM PATRIA EX ITHACA. Circumſtantias omnes exſequitur: loci, perſonae, temporum: [25] [& licet rhetorice [26] agat hic Achaemenides; quae dicit: ut tollatur, pauca ſunt, neque enim quicquam illi nocet, niſi quod Graecus. Caetera quae dicit, ut fugiant, tantum narrationem rei geſtae habent, plane cum auctu, ut ſit major cauſa miſericordiae: niſi forte hoc etiam putamus ad recipiendum valere, quod aliquod beneficium praedicendo de Cyclope ſignificat dari: nam infra ait 666. *Recepto ſupplice, ſic merito.* INFOELICIS ULYSSI. Quoniam apud hoſtes loquitur,] quaerit favorem ejus vituperatione, quem ſcit odio eſſe Trojanis.

VARIORUM.

603. ILIACOS. *Argolicos* Rufinian. de Schem. Dian. p. 36.

604. SCELERIS. *Sceleri* Mediceus.

605. IN FLUCTUS. *In* deeſt ſecundo Menagiano & Moret. quart. *in fluctu* Venetus.

606. SI PEREO MANIBUS HOMINUM. In Mediceo, Gudiano, utroque Menteliano & primo tertioque Rottendorphiano, utroque Voſſiano, & tribus Moretanis, tranſponuntur voces, quales hiatus Maroni in deliciis eſſe, jam ante evicimus,

Si pereo, hominum manibus periiſſe juvabit.

neque aliter in Montalbanio à manu ſecunda, adſcripta videlicet ſupra *τὸ manibus b* litera, ſupra *hominum a*, quae nota voces tranſponendas eſſe deſignat: ſolus Menagianus alter, ſecundus Moretanus, & duo treſve recentioris notae vulgatum amplectuntur: vide ſupra h. l. ỳ. 329. HEINS. *Hominum manibus* etiam Excerpta noſtra, Zulichemius, Wittian. Leidenſis, & Mentelii tertius, Regius & Edd. primae. *hominum in manibus* Francianus. Ruaeus diſtinguit & explicat, *ſi pereo manibus hominum, dulce erit perire.* ſed vulgata efficacior eſt, & caeſurae beneficio, ante literam H. producitur ſyllaba, nec eliditur. Vid. Erythraeum in *tela*, & Reineſ. XVII. Claſ. Inſc. 67. BURM.

607. AMPLEXUS. *Amplectens* duo Moretani & Leidenſ. unus. *volutus* iidem & alter Leidenſis.

608. QUIS SIT. *Qui ſit* cum melioribus membranis. dictum Ecl. II. ỳ. 19. HEINS. *Qui ſit, quo fari ſanguine* Sprotianus, *fari a quo* alter Menagii. *quis ſit* Wallian. & Wittian. non male. vid. ad Ovid. II. Epiſt. 106. ubi de hac interrogandi ignotos formula egimus. tria vero licet interrogent, ille ad quatuor reſpondet, quae ſit patria, nomen, & pater, deinde quae fortuna agitet, latius explicat, ut relictus a ſociis &c. haec vero egregie Virgilius, ne videatur vilis & ex infima plebe eſſe Achemenides. Sic Juvenalis Sat. VIII. 44.

Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima noſtri,
Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis.

ubi in quatuor ſcriptis vidi, *parentes:* unde forte poſ-

19 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 20 ſicut etiam L. Voſ. R. Steph. ſic etiam Baſil. 21 deſunt iiſdem. 22 mutuum c. qua Dan. Fab. al. 23 firmantur L. Voſ. R. Steph. al. 24 deſunt Dan. Fabr. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 26 agit Dan.

Nomen Achemenides, Trojam genitore Adamaſto
Paupere (manſiſſetque utinam Fortuna!) profectus.
Hîc me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Inmemores ſocii vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere. Domus ſanie dapibuſque cruentis,
Intus opaca, ingens. Ipſe arduus, altaque pulſat
Sidera, (DI, talem terris avertite peſtem)

Nec

SERVII.

615. PAUPERE. Nam, ut etiam de Sinone diximus II. Aen. 87. apud majores haec fuerat cauſa militiae: & bene utitur ſtatu veniali, per excuſationem paupertatis; [27] [ut conciliet hoſtium animos, quaſi neceſſitate adverſus eos dimicaverit.] FORTUNA. Priſtina, paupertatis ſcilicet: [28] [& perſeverat, ut invitus feciſſe videatur.

616. TREPIDI. Feſtini.] [29] [CRUDELIA LIMINA. Speluncam Cyclopis Polyphemi.]

617. IMMEMORES SOCII. [30] [Immemores, dum [30] trepidi:] ut per timorem, non per odium aut contemptum, relictus fuiſſe videatur: [32] nam & cauſam ſubjungit timoris, [33] Cyclopis deſcriptione. [34] [Ergo *immemores*, timentes.]

618. [35] [DOMUS SANIE. Deeſt, horrida.]

VARIORUM.

poſſet ſcribi, *patriam monſtrare parenteſque. Aſt ego Cecropides*. ut reſpondeat his Virgilii, *quis ſit, quo ſanguine cretus*. Senec. Conſ. ad Helv. VI. *jube iſtos omnes ad nomen citare, & unde domo, quiſve ſit quaere*. ita pro *quiſque* legendum. BURM.

609. AGITET FORTUNA. *Agitat* Hamburg. alter. ſic Flor. I. 8. *agitatus injuriis populus*, ubi non opus eſt cum Freinshemio *fatigatus* reſcribere. nam & idem lib. IV. 3. *omni genere diſcriminum civilibus, terreſtribus, ac navalibus bellis, omne imperii corpus agitatum eſt*. BURM.

610. MULTA. *Plura* Parrhaſ. ex communi quaſi formula, de qua vide Heinſ. ad Ovid. III. Metam. 193. *locutus* etiam Wallian. a m. pr. vid. ad Lucan. II. 642. BURM.

612. ILLE. *Ipſe* Dorvill.

614. NOMINE. Scripſi, *nomen Achaemenides*. FABRIC. *Achemenides*, tam hic, quam inf. 691. optimus Mediceus, aliique praeſtantioris notae. apud Naſonem quoque lib. XIV. Metam. ter quaterve caſtigatiſſimae membranae. Ἀχημενίδης ὁ τὰ ἄχη μένων. ſic Ὀδυσσεὺς ἐκ τοῦ ὀδύσσασθαι. Πενθεὺς παρὰ τὸ πένθος, & ſimilia. Praeterea revocanda vetus ſcriptura, *nomen Achemenides*, quod membranae potiores noſtrae, & pleraque ex Pierianis agnoſcunt. *nomine* tamen, quod vulgatos codices inſedit, in Gudiano, altero Voſſii, altero Menagiano, Sprotiano & priore Hamburg. HEINS. Sed *nomen* praeſtat. vid. ad Ovid. V. Faſt. 595. plura diximus ad Suet. Claud. XXIV. *Agamenides* Francianus & Nannius VII. Miſc. 12. quem recte refutat Ruaeus. *Achimenides* Parrhaſ. duo Moretani, Wittian. & Wallian. ſic & infr. 691. *in Trojam* videtur fuiſſe in Parrhaſ. ſed eraſa erat praepoſitio. BURM.

Ibid. ADAMASTO. *Adamaſtro* Oudarti. *Adamaſco* Ed. Venet. Juntina. *Damaſto* Zulichemius. *Damaſco*. Wittian. Ed. Mediol.

616. TREPIDI. *Trepidum* Sprotianus, *tepidi* Venetus. *lumina* alter Hamburgicus.

618. DOMUS. *Domos* Mediceus. & tert. Rottend. *cruenta* Wittian.

Ibid. SANIE. Vid. H. Steph. diſſert. de Criticis p. 206. qui *opaca*, pro opacata, *ſanie & dapibus* exponit. & ἓν διὰ δυοῖν eſſe poteſt, pro dapibus crudis, ex quibus ſanies defluit, &, ut ita dicam, dapibus ſanioſis, quae figura obvia apud Maronem. BURM.

619. OPACA, INGENS. Waddel. Anim. Critic. p. 14. *Opaca: ingens ipſe* &c. ſed *arduus* & *ingens* idem notat.

621. AF-

27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 28 deſunt iiſdem. 29 deſunt iiſdem & Dan. ad ſpeluncam Baſil. 30 deſunt Baſil. Imm. tum ſcilicet L. 31 trepidi, feſtini Voſ. R. Steph. feſtini ut Baſ. 32 nam & cauſas L. Voſ. Steph. nam cauſas Voſ. & bene cauſas etiam Baſil. 33 Cyclopum L. Voſ. R. Steph. al. 34 deſunt iiſdem. 35 deſunt iiſdem.

Nec viſu facilis, nec dictu adfabilis ulli.
Viſceribus miſerorum & ſanguine veſcitur atro.
Vidi egomet, duo de numero quum corpora noſtro
Prenſa manu magna medio reſupinus in antro
Frangeret ad ſaxum, ſanieque exſperſa natarent
Limina: vidi atro quum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent ſub dentibus artus.

Haud

SERVII.

621. Nec visu facilis. Cujus poſſit etiam aſpectus inferre formidinem. Nec dictu effabilis. Sermone non explicabilis. [36] Et mire exaggeravit poſt deſcriptionem.

622. Visceribus. *Viſcera*, proprie carnes ſunt. Sanguine atro. Hoc eſt, ſanie.

623. Vidi egomet duo. [37] Homerus quatuor dicit: ergo aut diſſentit ab eo, ut etiam in temporibus: nam ante ad Siciliam Aeneas, quam Ulyxes, veniſſe dicitur. Aut certe hoc dicit, duo [38] ſe vidiſſe: quot autem occiderit, ignorare, [39] [per timorem. Alii duo ſimul dicunt: non enim duo ſola [40] addidit.]

624. Resupinus. Magnitudo virtutis oſtenditur: [41] [quod una manu, quod reſupinus, quod frangeret, & velut exprimeret elidentem non in terram; ſed ad ſaxum ſublimitus quatientem.] Exspersa. Haec fuit vera lectio, id eſt, madefacta: nam ſi aspersa dixeris, id eſt, inrorata, Tapinoſis & Hyperbole junguntur.

626. [42] [Fluentia tabo. Pro fluenti tabo.]

627. Tepidi. Melius *tepidi*, quaſi adhuc vivi, quam *trepidi*, id eſt, trementes; ne ſit iteratio.

VARIORUM.

621. Affabilis. Servii lectio eſt, *nec dictu effabilis*. id eſt ſermone non explicabilis, ut idem ait. ſed alterum rectius: nam & faciem Cyclopis tyrannicam, & morum vaſtitatem tribuit talem, ut nemo illum poſſet, & ſine conſternatione intueri, & abſque periculo alloqui. ἄγριον, οὔτε δίκας εὖ εἰδότα, οὔτε θέμιστας, ut Homerus inquit. FABR. Perperam in pleriſque codicibus, *effabilis*. alterum tuentur Proba Faltonia, Cledonius Grammaticus & Priſcianus lib. xviii. Macrobius quoque lib. vi. cap. 1. addito exemplo Accii ex Philoctete,

Quem neque tueri contra nec affari queas.

Affabilis hic Mediceus, Schefferianus, ſecundus tertiuſque Moretani, cum Hamburgico priore, & tertio Rottendorphio agnoſcunt. HEINS. *Affabilis* Zulichemius. ſed, ut videtur, a ſecunda manu. *nec dictu facilis, nec viſu effabilis*, Parrhaſ. Wittian. Regius & Ed. Venet. quod tuetur Stephanus Schediaſm. p. 75. *effabilis* tuetur etiam Servius inf. ad ỳ. 644. & poſſet illuſtrari ex Senec. Oedip. 222. *viſu & auditu horrida* ſed *adfabilis* ex imitatione Statii defenditur, qui iii. Sil. iii. 72.

Terribilem adfatu paſſus viſuque Tyrannum.

BURM.

622. Vescitur atro. *Paſcitur* in Gudiano, tertio Rottendorphio, alteroque Voſſiano. HEINS.

624. Prensa. *Preſſa* Mentelii prior & Zulichemius. *reſopinus* primus Rottendorphius. *reſupinus* non eſt in tergo jacens, ſed dum frangeret corpora, ſe in tergum recurvans, ut ſolet fieri, quum in altiorem locum aliquid illidimus, tunc retro nos flectimus, vel in latus. ita ſuperbe incedens, vultu ad coelum elato, *reſupinus* dicitur Ovid. vi. Met. 275. mox demum 631. *jacuit*. BURM.

625. Adspersa. Servius veram hujus loci ſcripturam eſſe aſſeverat *exſperſa*, non *aſperſa*: eamque lectionem optimus Menagii codex expreſſam liquide oſtentat, ut & Montalbanius, Moreti primus, & tertius Rottendorphii. etiam Moretanus tertius pro diſcrepanti lectione. caeteris noſtris ac Pie-

36 bene rem exaggeravit Dan. Fabr. exaggeravit deſcriptionem Steph. 37 Examinat haec Servii Mariangelus Accurſius in Diatribe ad Periochen. 12. Odyſſeae Auſonii. NANSIUS. 38 vidiſſe ſe Steph. ſe vidiſſe Fabr. dicit, vidi, ſed q. o. neſcio baſil. 39 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 40 adduſit Dan. 41 deſunt iisdem. 42 deſunt iisdem.

Haud inpune quidem. Nec talia paſſus Ulixes,
Oblituſve ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto.
Nam ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus,
Cervicem inflexam poſuit, jacuitque per antrum
Inmenſus, ſaniem eructans ac fruſta cruento

Per

SERVII.

628. ULYSSES. A ſolo nomine emphaſin fecit: unde eſt quod ſequitur. *Oblituſve ſui eſt.* [43] [Aliquanti tamen juxta veteres *oblitus*, id eſt, negligens dictum tradunt. Et eſt laus, quod & in adverſis conſtans: vel quem nemo impune [44] laeſiſſet: vel qui dolo etiam fortiores ſaepe viciſſet.]

629. ITHACUS. Ithacenſis.

630. SEPULTUS. Stratus jacuit.

631. [45] [JACUITQUE PER ANTRUM. Hoc verbum de Varrone mutuatus eſt, qui ait: *In lecto temulentos* [46] *jacere, ſobrios cubare conſueſcere.*]

632. IMMENSUM. Etiam [47] *immenſum* ad Polyphemi magnitudinem pertinet: quaſi in toto antro jacuerit. [48] [ERUCTANS. Cicero II. Catil. 5. *Eructant ſermonibus ſuis caedem bonorum.* FRUSTA. Cicero in Philippica II. 25. *Fruſtis eſculentis vinum redolentibus.*

VARIORUM.

Pieriaris vulgatam conſtanter exhibentibus, niſi quod in Sprotiano, *ſanieque reſperſa* legebatur. uſus eſt eo verbo optimus Latinitatis terſae mundaeque ſcriptor Lucretius lib. III. 828.

Nec porro natura loci ſpatiumque profundi
Deficit, exſpergi quo poſſit vis animarum.

quod pro diſpergi & foras diſſipari interpretantur. lib. V. 371.

Nec porro natura loci, ſpatiumque profundi
Deficit, exſpergi quo poſſint moenia mundi.

quo loco nihil cauſſae eſt, cur *exſpargi* malit Giphanius. Solinus, Maronianarum locutionum ſummus aemulator, cap. XXIV. de Elephantis. *Luna niteſcente gregatim amnes petunt, mox exſperſi liquore ſolis exortum motibus, quibus poſſunt, ſalutant.* ſic in duobus pervetuſtis exemplaribus ſe inveniſſe Salmaſius teſtatur. nec de ejus ſinceritate dubitare debuit. in tertio *reſpergi*, vulgo, *adſpergi* & illic. apud Silium tamen ſtudioſiſſimum Maronis imitatorem habes libro primo ỷ. 163. *adſperſa tabo limina.* Catullus de Coma Berenicis 77. *omnibus exſperſa unguentis.* ſic lege, non *exſpers.* huc refer tria Vegetii loca laudata ſupr. ỷ. 534. etiam videtur hunc locum reſpexiſſe Quinctilian. lib. VIII. Inſtit. Orat. cap. 3. ubi notat verba quaedam vetuſtiora, quibus uſus Virgilius. ut *olli*, *quianam* & *mis*, & *pone*, & *aſpergunt.* ſed lege *experſum.* HEINS. *Exſperſa* etiam unus Leidenſis, & tertius Mentelii, & Regius. *ſanguineque manus aſperſa* Francianus. *reſperſa* pr. Moret. *aſperſa* Ed. Venet. apud Claud. II. Rapt. 85. in Voſſiano codice vidi, *In venas experge meas*, pro vulgato *diſperge.* ſic apud Senec. Herc. Fur. 87.

Ignem flammeae exſpergant comae,

vidi in codice Voſſiano, pro vulgato, *ſpargant.* v. H. Steph. diſſ. de Criticis p. 213. an vero *exſperſa* vel *exſparſa* legatur, parum intereſſe puto. vid. ſupr. 534. *exſparſa* Wittian. in marg. BURM.

627. TEPIDI. *Trepidi artus* exhibentur in Mediceo, aliiſque compluribus priſcis exemplaribus, nempe in Gudiano, priore Voſſiano, quatuorque aliis, etiam Menteliano priore a manu prima, & recte: nam *trepidum* pro tremulo frequenter poni ad Naſonem pluribus exemplis demonſtravi, ad Met. III. 125. & VII. 551. neque eſt, quod quem offendat repetitio *τῦ tre* in *trepidi*, & *tremerent*, quod artificioſe & data opera a Marone factum. ſic lib. VII. 74.

Flamma crepitante cremari.

tepidi artus hic ad rem non faciunt. *trepidam aquam* pro bullienti reſtituimus Georg. I. 296. HEINS. *Tepidi tremerint* Francianus.

629. SUI EST. *Eſt* deeſt Mentelio priori & Dorvill. imitatur Valer. Flac. III. 664. & Claudian. Idyl. III. 16.

630. VINOQUE. *Meroque* Wall. ſed tunc *dapibuſque* legendum eſſet, quod incongruum.

632. IM-

43 deſunt iidem. 44 deſiſſet * vel Dan. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 46 vide ad Ovid. III. Art. 765. 47 immenſus, & mox, tanto antro Dan. Fabr. 48 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỷ. 635.

Per ſomnum conmixta mero; nos, magna precati
Numina, ſortitique vices, una undique circum
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torva ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clipei aut Phoebeae lampadis inſtar:
Et tandem laeti ſociorum ulciſcimur umbras.

Seu

SERVII.

634. SORTITIQUE VICES. Vel partes membrorum: vel qui quo loco ſtaret. UNDIQUE. Pro indiviſo.]

635. CIRCUM FUNDIMUR. Secundum Homerum Od. I. 380. qui dicit alios eum tenuiſſe, alios coecaſſe [49] oculum. ACUTO. Fuſte obuſto: nam ſecundum iſtum ſenſum multi [50] TEREBRAMUS legunt: alii TENEBRAMUS. [51] [Illud primum ſequitur verba Homeri: ἐν ὀφθαλμῷ δινέομεν.] *Telo* autem *acuto* poteſt & ſimpliciter accipi.

636. SOLUM SUB FRONTE LATEBAT. [52] [Pro, in fronte latebat.] Multi Polyphemum dicunt unum habuiſſe oculum, alii [53] duos, alii tres; ſed totum fabuloſum eſt: nam hic vir prudentiſſimus fuit: & ob hoc oculum in capite habuiſſe dicitur: id eſt, juxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verum Ulyxes eum prudentia ſuperavit: & ob hoc, eum coecaſſe fingitur. LATEBAT. [54] Dormienti ſcilicet: nam male ſentit Donatus, dicens: *Late patebat*, contra metrum. Item dicit, *capillis tegebatur:* aut *latebat*, corporis comparatione. [55] [Alii *latebat*, ſubjectum erat fronti, & intra frontem receſſerat, tradunt.]. Abſolutus tamen eſt prior ſenſus.

637. ARGOLICI CLYPEI, AUT PHOEBEAE LAMPADIS INSTAR. Unum magnitudinis eſt: [56] [quia Graecorum clypei rotundi, ut Cato Originum ait:] aliud ſplendoris. *Phoebeae* autem, derivatio eſt vel a Luna, vel a Sole.

VARIORUM.

632. IMMENSUM. *Immenſus* noſtri Codices, exceptis priore Voſſiano, duobus Hamburgenſibus, totidem Moretanis, & Veneto, etiam Gudiano a manu prima, & altero Menteliano a ſecunda. *Immenſum* omnino rectius. & ſic agnoſcit Quintilianus lib. VIII. cap. 3. de Virgilio. *Idem Cyclopa cum jacuiſſe dicit per antrum immenſum, prodigioſum illud corpus ſpatio loci menſus eſt.* deinde ſcripti, *& fruſta*, non *ac*. HEINS. *Immenſum* Graevian. Wittian. & Ed. Med. *immenſus* Hugenianus, Francianus. *immenſam* Zulichemus a manu prima. praetuli *immenſus*, ut & Parrhaſ. habet, quaſi impleret corpore ſuo antrum. ſic Ovid. III. Amor. IV. 33.

Tu, quia tam longa es, veteres Heroidas aequas,
Et potes in toto multa jacere toro.

inf. VI. 423.

Totoque ingens extenditur antro.

de ſpatio corporis ex loco, quem occupat, collecto, vid. ad Valer. Flac. VI. 553. *& fruſta* Regius & Parrhaſ. *cruenta* Wittian. BURM.

633. MAGNA. *Summa* Dorvill.

634. NUMINA. *Nomina* Mediceus. *una ordine* Wall. a m. pr.

635. TEREBRAMUS. Donatus *tenebramus*, nulla auctoritate. nos *terebramus*, ex Homero & Euripide. Homerus enim ἐν ὀφθαλμῷ δινέομεν. Euripides Τόρνευ᾽, Ἕλκε. FABR. Vide Steph. diſſ. de Criticis p. 69.

636. LATEBAT. *Jacebat* Venetus. quae ex Donato adfert Servius, non leguntur hodie in eo, ſed alia, quae praefert Servianis H. Steph. in Schediaſmate ſuo, p. 49. BURM.

637. ARGOLICI. Hic verſus eſt e Callimacho tranſlatus. FABER. *Aut Phoebei* Wallim.

638. UM-

49 oculum acuto fuſte: nam Voſ. R. oculum acuto fuſte obuſto. nam L. Steph. acuto fuſte & obuſto; nam Baſil. 50 tenebramus legunt Voſ. terebramus accipiunt alii; tenebramus legunt Steph. al. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. telo autem acuto &c. non habet R. ſed erat vacuum ſpatium, διαλείπει. Fabr. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 53 duo Voſ. R. & Maſv. ſed non ubique hoc intrudendum. 54 dormientis Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. Donatum legiſſe, *late patebat* contra metrum, non puto. ſed huc tranſlatum ex nota ea ✝. 535. ſupra. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 56 deſunt iidem.

Sed fugite, o miſeri, fugite, atque ab litore funem
Rumpite.
Nam qualis quantuſque cavo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque ubera preſſat,
Centum alii curva haec habitant ad litora volgo
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia jam Lunae ſe cornua lumine complent,
Quum vitam in ſilvis, inter deſerta ferarum
Luſtra domoſque traho, vaſtoſque ab rupe Cyclopas

Pro-

SERVII.

639. SED FUGITE. Occurrebat: Si coecus eſt, cur timetur? [57] Subjungit non unum eſſe, ſed plures. [58] [Et bene ſuam admonendo gratiam facit, quod illos ultro facere neceſſe erat. Repetitio autem *fugite*, neceſſaria, ut alibi ſup. 44. *Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum.*] O MISERI. Aut blandientis particula eſt, ut in Terentio: *O miſera*. Aut re vera miſeri, qui delati ſunt ad Cyclopas.

640. [59] [RUMPITE. Ut feſtinantes, non ſolvite, ſed rumpite, ut IV. 575. *Feſtinate fugam, tortoſque incidite funes.*]

641. QUALIS QUANTUSQUE. Unum morum eſt, aliud corporis.

643. [60] [CENTUM ALII. Id eſt, tales & tanti.] CURVA HAEC HABITANT AD LITTORA VULGO. Ne tantum in montibus eſſe putarentur. VULGO. Paſſim.

644. [61] [INFANDI CYCLOPES. Ineffabiles, ut ſupra 621. *Nec viſu facilis, nec dictu effabilis ulli.*]

645. TERTIA JAM LUNAE. Bene in deſertis locis ex Lunae ratione colligit tempora. SE COMPLENT autem ideo: quia ſuum non habet lumen, ſed accipit a Sole. [62] [Et bene auxit miſericordiam a tempore]

646. VITAM IN SYLVIS. Miſericordia captatur a loco. DESERTA FERARUM. Propter feras deſerta.

647. LUSTRA. Cubilia: unde etiam *lupanaria*, *luſtra* dicimus, ubi habitant *lupae*, id eſt, meretrices: dictae ab obſcoenitatis & odoris ſimilitudine. [61] [Cicero II. Philip. 3. *Vino luſtriſque confectus.*]

VARIORUM.

638. UMBRAS. *Umbram* alter Hamb.

639. AB LITORE. *A litore* Wittian. Edd. Ald. Juntina & P. Daniel. vid. ſupr. 536. *atque hoc ab litore* ſecundus Moreti. *funes* Francianus.

641. NAM QUALIS. *Jam* eleganter in primo Moretano. HEINS. *Qualiſque* Francianus.

642. PRESSAT. *Prenſat* prior Hamburgicus. eadem varietas Ecl. III. 99. *preſſit* Montalbanius. *preſat* Francianus.

643. VULGO. *Volgo* Gudianus. *paſſim*, prior Hamburgicus. *hic habitant* Vratiſlav. *curva habitant* Venetus. *habitant curva haec ad* pr. Hamb.

644. ET ALTIS MONTIBUS. *Atque altis montibus* Parrhaſ. & tres alii. *& in altis* Wall. & Zulichem.

645. SE CORNUA. *Se cornu lumina* Sprotianus. *ſe cornua lumina* Montalbanius, Venetus & alter Hamburgicus.

647. DOMOSQUE. *Domuſque* Menagius alter. *vaſtaque ab rupe* Oudartii. *a rupe* Venetus. & ſecundus Moreti. & Parrhaſ. *vaſtoque* Francianus. vulgatam vindicat Lutatius ad Stat. I. Theb. 409. qui tamen *a rupe*. BURM.

648. TRE-

57 ſubiungitur Voſ. Steph. Fabr. Dan. 58 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 59 deſunt iidem. 60 deſunt iidem. 61 deſunt iidem. 62 deſunt iidem. 63 deſunt iidem.

Proſpicio, ſonitumque pedum vocemque tremiſco.
Victum infelicem, baccas lapidoſaque corna,
Dant rami, & volſis paſcunt radicibus herbae.
Omnia conluſtrans, hanc primum ad litora claſſem
Conſpexi venientem. Huic me, quaecumque fuiſſet,
Addixi: ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam.
Vos animam hanc potius quocumque abſumite leto.
Vix ea fatus erat: ſummo quum monte videmus
Ipſum inter pecudes vaſta ſe mole moventem
Paſtorem Polyphemum, & litora nota petentem:

Mon-

SERVII.

648. [64] [SONITUMQUE PEDUM. Ordo figuratus, cum traho, cum proſpicio.]

649. BACCAS. Generale eſt, id eſt, fructus arborum agreſtium. LAPIDOSA CORNA. [65] [*Lapidoſa*, dura: an quod in ſaxis naſcantur?] Ipſa arbor *cornus* dicitur: pomum vero *cornum*; [66] inde *corna*, ut *templum*, *templa*.

653. ADDIXI. Signato verbo exprimit deſperationem.

654. VOS ANIMAM HANC POTIUS. Oblique loquitur, ut ſupra: [67] [reprehenſio enim crudelitatis eſt, qui rogat ſalutem, ſi ipſe condemnat.

655. VIX EA FATUS ERAT. Ad probationis gratiam pertinet, quod ea, quae Achaemenides adfirmaverat, ſtatim adprobavere Trojani.

656. MOLE. Molitione, agitatione.]

657. LITTORA NOTA PETENTEM. *Nota*, ante oculorum amiſſionem poteſt accipi. Sic Statius in nono 754. *Sequitur tamen improbus* [68] *hoſtem, Qua meminit.*

VARIORUM.

648. TREMISCO. *Tremeſco* plurimi codices, ut in ſimilibus. vid. lib. V. 694. & alibi. ſic *ingemeſcere* apud Livium XXI. 53. ſed recte rejicit Cl. Drakenborchius. multa verba in *eſcere* cumulat Barth. ad Calpur. III. Ecl. 48. BURM.

650. ET VULSIS. *Avulſis* Wall. vid. ad Calpur. II. Ecl. 48.

651. HANC PRIMUM AD LITORA CLASSEM. Donatus legit, *hanc partem ad litora*, id eſt, ad hujus regionis litora. & habet aliquid antiquitatis hic ſermo. Lucret. lib. III. 64.

Non minimam partem formidine mortis aluntur.

FABRIC. *Hanc primo a litore claſſem* Nonius in *luſtrare*. nec variant ejus ſcripta exemplaria. quam lectionem vulgata habeo potiorem. Noſter II. Georg. 44. *primi lege litoris oram*. ſupra h. l. 209. ut quidem in optimo Mediceo exſtat exaratum,

Servatum ex undis Strophadum me litora prima
Accipiunt.

ſic *prima urbs* Aen. VI. 811. *prima lux* IV. 586. *primae undae* V. 51. *primus pontus* Georg. III. 237. quae loca ex optimis membranis ſic caſtigavimus. ſupr. h. l. 527. *ſtans prima in puppi*. deinde *proſpexi*, pro diverſa lectione Gudianus. quod & in contextu Medicei legebatur, ſed jam praeceſſerat *proſpicio*. HEINS. *Primum in litore* Venetus, qui & *conſpicio* & *hinc me*. *huc me* alter Hamburgicus. ego malim, *hanc primam ad litora claſſim*. de *primo litore* non agit, qui inter luſtra in ſilvis agebat vitam. ſed a rupe intra tres menſes claſſem hanc primam viderat ad litora curſum dirigentem. *primum* etiam tolerari poteſt. vid. IV. Aen. 28. II. Georg. 340. & alibi. *proſpexi* Parrhaſ. & in codice Colotii, teſte Urſino. BURM.

654. ABSUMITE. *Aſſumite* Menag. pr. Rott. ſec. & Hamb. pr.

655. MON-

64 deſunt iisdem. 65 deſunt iisdem. 66 deeſt iisdem. 67 deſunt iisdem ad ℣. 657. 68 hoc eſt, quia meminit R. & notae ſequentium verſuum deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 661.

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum.
Trunca manum pinus regit, & veſtigia firmat.
Lanigerae comitantur oves: ea ſola voluptas,
Solamenque mali.
Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad aequora venit,
Luminis effoſſi fluidum lavit inde cruorem,

Den-

SERVII.

658. INFORME. Ultra formam. INGENS. Poteſt & ſuperioribus & ſequentibus jungi; ut ſit *ingens lumen*.

659. TRUNCA MANUM PINUS REGIT. Cujus coecitatem manu pinus regit.]

661. SOLAMENQUE MALI. Solatium. Hinc Quintilianus I. Decl. 3. dixit: *Magnum ſolatium coecitatis eſt habere rem* [69] *videntis.*

662. POSTQUAM ALTOS TETIGIT FLUCTUS, ET AD AEQUORA VENIT. Hyperbaton in ſenſu, ut VIII. 125. *Progreſſi ſubeunt luco, fluviumque relinquunt:* aut Hyſteron proteron. [70] [Primum enim debuerat dicere, venit ad aequora; deinde, tetigit fluctus.]

663. FLUIDUM. Propter ὁμοιοτέλευτον, *fluentem* noluit dicere. Quod autem dicunt Phyſici de effoſſo oculo ſanguinem nunquam fluere, verum quidem eſt; ſed ſupra non effoſſum [71] hujus oculum, ſed terebratum legimus: unde eum conſtat necdum fuiſſe curatum. INDE. Aut de fluctibus; aut de ſpatio oculi.

VARIORUM.

655. MONTE. In *monte* Leidenſis, Menagiani duo & Gudianus a manu prima.

656. MOVENTEM. *Gerentem* prior Hamburgicus. offendit cacophonia *mo*, *mo*. an *ferentem*, ut *ſe ferre* alibi dixit; II. Aen. 672. VII. 497. & modo ỷ. 599. *magna ſe mole* citat Servius ad v. 118. ſed obverſabatur ejus memoriae locus ex VIII. 199. *magna ſe mole ferebat*. ſed tutius eſt nihil movere metu cacemphati: nam & Cicero I. de Orat. I. jungit *moles moleſtiarum*. & voces plures a *m* incipientes Noſter jungere ſolet. vid. II. Aen. 199. IV. 216. XII. 718. de altero cacemphato *moventem* & ſeq. verſu *petentem*, vid. ad lib. IV. 256. ſed imitatio Statii V. Theb. 442. *tarda ſe mole ferentem*, poſſet adſerere τὸ *ferentem*. BURM.

659. MANUM. *Manu* Mediceus, Mentelianus uterque cum Gudiano & altero Voſſiano: idque ipſum alii quoque nonnulli a prima manu agnoſcunt. apud Prudentium quoque Dipthycho XXXV. in vetuſto codice Rottendorphiano exaratum offendi;

Ille manu regit & veſtigia firmat.

HEINS. *Veſtigia format* Leidenſis. *trunca manum* Wittian. Parrhaſ. & Edd. Venet. & exſtat apud Lutat. ad Stat. II. Theb. II. quod mihi clarius apparet. & ita Catroeus. Claudian. Bell. Get. 483.

Et tremulos regit haſta gradus, & nititur altis
Pro baculo contis non exarmata ſenectus.

& I. Rapt. 19.

Ebria Maeonius firmat veſtigia Thyrſus.

in quibus aperta Maronis imitatio. *trunca* pinus dicitur, quia ex trunco arboris pinus erat baculus. Stat. IV. Theb. 301.

Et paſtorali meditantur proelia trunco.

Paſtores alii ex Myrto faciebant, ut Noſter lib. VII. ỷ. ult. ubi Servius non haſtam ex Myrto, ſed ipſam Myrtum, id eſt truncum Myrti explicat. & ita I. Georg. 20. Silvanus teneram a radice Cypreſſum fert, id eſt truncum ejus, non ramum. ut vidimus ibi. Oedipo caeco dicit Antigone, apud Senec. in Thebaid. 62.

Regam abnuentem, dirigam inviti gradum.

BURM.

661. SOLAMENQUE MALI. Hemiſtichium, quod vulgo adjicitur, miror unde irrepſit: magis etiam cur hactenus permanſerit: nam & Interpretes omittunt, & libri antiqui: nec eſt ulla fiſtulae apud Homerum mentio. Theocritus tamen & Ovidius, cum eum Galateam ſectantem inducunt, fiſtulae meminerunt. Ait autem Poëta, oves voluptа-

69 *videntium* Steph. al. in Quinctiliano legitur, *quia caecitatis miſerae ſolatium eſt habere rem videntium.* ſolet tamen aliis in locis ſingulari uti, vid. ad II. Decl. V. BURM. 70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 71 ejus Steph. al.

Dentibus infrendens gemitu: graditurque per aequor
Jam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto
Supplice, ſic merito; tacitique incidere funem;
Verrimus & proni certantibus aequora remis.
Senſit, & ad ſonitum vocis veſtigia torſit.

Ve-

SERVII.

664. GEMITU. Cum gemitu.

665. JAM MEDIUM. [72] [Altum quam litus, vel plus quam litus; id eſt, unde altum incipit: vel] ſic altum, ut medium putares: nam & in quinto ℣. I. ſic dixit: *Interea medium Aeneas jam claſſe tenebat,* [73] [*Certus iter:*] cum adhuc moenia [74] reſpiceret. FLUCTU. Legitur & *fluctus.*

666. TREPIDI. Feſtini, ut IX. 114. *Ne trepidate meas Teucri defendere naves.* Item IX. 233. *Accepit trepidos: ac Niſum dicere juſſit.* [75] [CELERARE. Infinitivum pro pronuntiativo. RECEPTO. Aut in ſocietatem accepto: aut de periculo liberato, ut I. 178. *Frugeſque receptas:* & VI. III. *Medioque ex hoſte recepi.*]

667. SIC MERITO. Quia omnia ejus probaverant dicta: ac ſi diceret: non fallacem, ut Sinonem. [76] [Sane quibuſdam videtur incongruum, Achaemenidis nuſquam alibi factam mentionem; cum eum hic & ſalutem merito impetraſſe, & ut reciperetur a fugientibus, dicat.]

669. AD SONITUM VOCIS. Remotum ſonitum, *vocem* dixit. *Vox* enim eſt omne, quod ſonat: ſic alibi ſup. 556. *Fractaſque ad littora voces;* nam de hominibus non dixit: quia ſupra eſt: *Tacitique incidere funem.* VESTIGIA TORSIT. Bene uno ſermone oſtendit, eum revertentem jam audiſſe ſonum remigii.

VARIORUM.

luptati fuiſſe videnti, quae nunc ſolatio eſſent caeco. FABRIC. Scholiaſtes Horatii Cruquianus lib. IV. Od. II.

Solamenque mali de collo fiſtula pendet.

quomodo codices noſtri, ſi Mediceum & priorem Mentelianum excipias. Alter etiam Mentelii a manu prima hiatum relinquebat. in altero Voſſiano & Montalbanio, *pendebat fiſtula collo.* praeterea in tertio Rottendorphiano, *ſolamenque malis.* HEINS. De ſupplemento hoc verſus, vid. Marii Opi. III. 20. & Broukh. ad Tibul. II. v. 31. H. Steph. de Criticis p. 63. Noſtri agnoſcunt. ſed ex Montalb. notaverat Heinſius legi, *dependit fiſtula collo.* in Rott. pr. *de collo fiſtula pendit.*

663. LUMINIS EFFOSSIS. *Effoſſi* eſt in Nonianis codicibus in *frondere*, ſed aliter apud Diomedem. *Luminis effuſo* Mediceus. HEINS. *Effuſi* alter Menagius. vid. ad Paterc. II. 52. *fluvidum* duo Moreti, Mentelii prior, Parrhaſ. Regius & Menagii prior. ſic & mſſ. apud Lucan. VI. 89. ubi Cortius recepit. & III. Georg. 484. & apud Statium & alios, ita ſaepe legitur. *ille* idem Menagius. *inde* eſt, aqua aequoris. Vid. ad Ovid. II. Faſt. 257. male Markland. ad Stat. III. Silv. II. 51. pro ſtatim, ab hoc momento, exponit. BURM.

664. INFRENDENS. *Infrendis* Gudianus, a manu prima.

665. FLUCTUS. *Fluctu* in tertio Rottendorphio. pro *tinxit*, Leidenſis *tingit.* in Mediceo & Sprotiano, *texit.* in Pierii nonnullis *ſtrinxit.* HEINS. *tinxit* Parrh.

666. CELERARE. *Celare* Voſſian. pr. & Dorvillian.

667. MERITO. Quia monuerat Trojanos de hoc monſtro. vid. ad Valer. Flac. II. 145. BURM.

668. VERRIMUS. Sic primus Moretanus, & Venetus a manu ſecunda. in caeteris omnibus, *verſimus:* praeſtat alterum. *verrentes aequora venti* Lucret. lib. V. 267. & VI. 624. & lib. V. 1225.

Summa etiam cum vis violenti per mare venti
Endoparatorem claſſis ſuper aequora verrit,
Cum validis pariter legionibus.

HEINS. Vid. & ad Ovid. I. Am. IX. 14. ubi *verrimus* Heinſius praefert, contra *verſimus*, ut eſt in Fran-

72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 deſunt iidem. 74 reſpiceret Carthaginis Baſil. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 deſunt iidem.

Verum ubi nulla datur dextram adfectare poteſtas,
Nec potis Ionios fluctus aequare ſequendo,
Clamorem inmenſum tollit: quo pontus, & omnes
Intremuere undae, penituſque exterrita tellus
Italiae, curviſque inmugiit Aetna cavernis.
At genus e ſilvis Cyclopum & montibus altis

Ex-

SERVII.

670. DEXTRAM AFFECTARE. Dextram intendere, [77][& injicere,] ſcilicet ſic, ut poſſit navem tenere. Terentius Heaut. III. III. 60. *Ad dominam qui adfectant viam:* id eſt, intendunt. Nam ſi DEXTRA legeris, ut ſit [78] DEXTRA AFFECTARE, id eſt, contingere, caret exemplo. [79] [*Adfectare* autem, quidam dicunt, eſſe, pronum animum habere ad faciendum quid occupandumque. Alii, *adfectare* ſi [80] *dextra* legas, pro adfectandi accipiunt, ut ſit verbi infinitivi modi pro participio.]

671. NEC POTIS. Id eſt, nec potis eſt. *Potis* autem, nomen eſt, & declinatur *potis*, *poti*, *potem*, *potis*, *& pote:* & nomen eſſe docet ratio comparationis: nam in ſuperlativo *potiſſimus* facit: cui ſi detraxeris *ſimus*, invenies nominis poſitionem, ut *acerrimus*, *acer*; *fortiſſimus*, *fortis*. Sic autem, ut diximus, declinari compoſitio oſtendit: nam hujus *impotis*, *compotis*, *impotem*, *compotem* facit, quod in ſimplici difficile [81] invenis: per compoſitionem agnoſcis facilius.

672. [82] [IMMENSUM. Magnum: & dictum quod menſura comprehendi non poſſit.]

673. EXTERRITA TELLUS. Poëtica hyperbole.

674. CURVIS CAVERNIS. [83] Echo enim in concavis locis eſt.

675. [84] [AT GENUS. Figurate, *Genus complentes* ut VI. 660. *Hic manus ob patriam pugnando.*

VARIORUM.

Francian. Parrhaſ. & Voſſianis duobus, & Wallian. Wittian. & Ed. Venet. probat Oudend. ad Lucan. VIII. 462. & hoc poſſet firmari ex lib. V. 141.

Adductis ſpumant freta verſa lacertis.

ſed tamen *verrimus* praefero, quia *taciti* volebant diſcedere, & potius *verrere remis aequora*, quam *vertere*, quod majorem ſonitum excitaret, quum ſic quoque audiretur hortamen & celeuſma; licet fingere debeamus ſubmiſſius illud ſolito fuiſſe. nam *vocem* de remorum ſonitu capere neſcio an exemplo poſſet probari. nam ſupr. 556. *fractae voces*, poſſunt capi, ut montes *mugire* dicuntur, & ſimilia, ubi magnus & obſcurus ſonitus auditur. & ita VII. 515. *Tartaream vocem* vocat, quae tuba datur. vide quae dixi ad Ovid. I. Met. 338. ubi Servium ſecutus ſum, nunc aliter tamen cenſeo. ſic & *vox* tubae datur, apud Ovid. VI. Met. 699. qui & de omni ſonitu dixit ibid. ỳ. 10. denique *certantes* remi oſtendunt hortamine remiges incenſos fuiſſe; ſi non celeuſmate proprie dicto, certe illo, licet majore, quo ſe invicem hortari ſolebant remiges. de quo vid. ad Val. Flac. I. 186. & qualis eſt ſupr. 128. & lib. IV. 411. & alibi. BURM.

670. DEXTRA. *Dextram* Mediceus a manu prima. tertius Moretanus a manu ſecunda, *dextrae*. non male. *dextra attrectare* primus Rottendorphianus. HEINS. Catroeus ultimum hoc amplexus eſt. *dextram affectare* Menag. ſec. *aſſertare* Wall. in marg.

671. POTIS. Deeſt *eſt*, notante Donato ad Terent. Andr. II. VI. 6.

672. INMENSUM. *Horrendum* prior Hamburgicus. *Ingentem* alter.

673. INTREMUERE. In Mediceo, *contremuere*. HEINS. *Infremuere* Hugenianus. vid. Oudend. ad

77 deſunt iiſdem. 78 dextra conjungere affectare, caret Voſ. dextra affectare contingere caret L. in dextra contingere, affectare, contingere caret R. Steph. al. dextra contingere caret Dan. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 80 dextras Dan. Fabr. 81 invenies Fabr. al. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 & hoc enim Voſ. Steph. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad Reit ỳ. 676.

Digitized by Google

Excitum ruit ad portus, & litora conplent.
Cernimus adſtantis nequidquam lumine torvo
Aetnaeos fratres, coelo capita alta ferentis,
Concilium horrendum: quales quum vertice celſo
Aëriae quercus, aut coniferae cypariſſi
Conſtiterunt, ſilva alta Jovis, lucuſve Dianae.

Prae-

SERVII.

676. EXCITUM. A verbo *cio*, *cis*, *cit*.] RUIT. Feſtinanter venit, [85] [ut III. Georg. 104. *Ruuntque effuſi carcere currus.*]

677. NEQUICQUAM LUMINE TORVO. Quia nocere non poterant.

678. AETNEOS FRATRES. Aut ſimiles, aut feritate germanos, [86] [aut ejuſdem patriae vel terrae, tanquam matris:] nam non ſunt Polyphemi fratres, quem Neptuni filium Homerus dicit: unde eo [87] occoecato Ulyxes pertulit tempeſtatem, qui ad eum venit derelicta Calypſo, cum qua [88] decem annis fuerat: unde, ut ſupra ỳ. 190. diximus, Virgilii dictis diſſentit temporum ratio. [89] [COELO. Pro, in coelum.]

680. CONIFERAE. [90] [*Conum* ſubſtinentes. Et] *Conus*, dicitur fructus cupreſſi, & ipſa [illegible] eſt: nam a rotunditate in acumen levatur. CYPARISSI. *Cypariſſus*, Telephi filius fuit, amatus ab Apolline: vel ut [91] alii, a Sylvano: qui cum [92] [laſſatus [93] aeſtu ſub quadam arbore ſomnum caperet, ſubito [94] ſtrepitu excitatus,] cervum, quem in deliciis habebat, feram credens, per ignorantiam, [95] [miſſo telo occidiſſet,] & [96] fletu nimio & abſtinentia cibi ac potionis tabeſceret, miſericordia deorum in arborem *cupreſſum* converſus eſt, aptam & conſecratam lachrymis & luctibus. [97] [Alii hunc *Cypariſſum*, Cretenſem, puerum pulcherrimum & caſtiſſimum fuiſſe, quem quidam ab Apolline, nonnulli a Zephyro, amatum volunt; qui cum caſtitatem ſuam incorruptam tenere cuperet, relicta Creta ad Orontem fluvium, & montem [98] Caſium, dicitur perveniſſe: atque ibi in Cypreſſum arborem commutatus, quae arbor ideo mortuis conſecratur, quod caeſa ſemel neſcit renaſci.]

681. [99] [CONSTITERANT. Metri [1] cauſa, pro *conſiſtunt*.] SYLVA ALTA JOVIS, LUCUSVE DIANAE. *Jovis*, propter quercus; Dianae, propter *cupreſſum*: ipſa enim eſt etiam [2] Proſerpina. [3] [Ergo *cupreſſi*, quaſi infernae; vel quia ſuccifae non renaſcuntur: vel quia apud Atticos funeſtae domus hujus fronde velantur.] [4] *Alta* autem, quod manet *vertice celſo*, & *lucus*, qui propter religionem intactis arboribus, [5] & magis creſcit, & diu permanet.

VARIORUM.

ad Lucan. IV. 101. & X. 321.

674. ITALIAE. *Trinacriae* Parrhaſ.

Ibid. INMUGIIT. Cave Pierium audias, qui ex membranis antiquis vult, *immugit*. rarius Veteres librarios *i* geminaſſe alias notes. hinc paſſim in vetuſtis exemplaribus *diſſicit* pro *disjicis*, ſimiliaque. vide notas libr. VIII. 205. *immugit* etiam nonnulli ex noſtris. HEINS. Et Francianus & Ed. Venet.

Ibid. CAVERNIS. *Caminis* Vratiſlavienſis. non male, niſi ſit repetitum ex ỳ. 580.

675. AT GENUS. *Et gens* Hugenianus & Voſſian. pr. *& genus* Venetus. deerat hic verſus Mediceo a manu prima.

Ibid. CYCLOPUM ET MONTIBUS. *E montibus*

pri-

85 deſunt iisdem. 86 deſunt iisdem. 87 caecato iidem. 88 atqui Homerus Odyſ. VII. non decem, ſed ſeptem annis Ulyſſem apud Calypſo haeſiſſe memorat. Ovid. IV. ex Ponto X. 13. ſex.
An grave, ſex annis pulchram fovisse Calypſo?
niſi *ſeptem* ibi reponendum ſit. NANSIUS. Sed hic *ſex annis* eſt in L. 89 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 90 deſunt iisdem. 91 alii dicunt Baſil. 92 deſunt L. R. Baſil. 93 deeſt Voſ. Steph. elaſſatus aeſtu Dan pro *delaſſatus*. 94 deeſt Voſ. Steph. 95 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 96 flendo nimium, miſericordiam meruit, itaque in arborem L. Voſ. R. Steph. al. omiſſis reliquis. 97 deſunt iisdem. 98 Caſſum Dan. Fabr. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 1 cauſa conſtituit Dan. pro conſtitit Fabr. 2 Proſerpina, cui dicatur cupreſſus propter luctum morientium Fabr. Baſil. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 4 immane autem, quod ait etiam *vertice* Voſ. Dan. in celſo vertice & luctus propter religionem diu p. L. R. Steph. & Baſil. niſi quod hic *luctus*. 5 & magis creſcunt, diu permanent Dan. permanent Voſ.

Praecipites metus acer agit quocumque rudentis
Excutere, & ventis intendere vela ſecundis.
Contra juſſa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim
Inter utramque viam, leti diſcrimine parvo,
Ni teneant curſus: certum eſt dare lintea retro.

Ecce

SERVII.

683. [6] [EXCUTERE. Num expedire?]

686. NI TENEANT CURSUS. Antiqui NI pro NE ponebant, qua particula plenus eſt Plautus: Menaech. I. II. 2. *Ni mala, ni ſtulta ſis.* Senſus ergo talis eſt: Timor cogebat, ut quocumque navigaremus, [7] & ventum ſequeremur, non judicium; ſed occurrebat praeceptum Heleni, vitare Scyllam & Charybdim: quare placuit, *Ni curſus teneant*, hoc eſt, agantur [8] & impleantur inter utramque viam modico mortis interſtitio, id eſt, Scyllae & Charybdis, retro dare lintea, quod dum cogitamus, proſperior nobis flare coepit Boreas. [9] [Nonnulli *Scyllam & Charybdim inter* diſtinguunt; ut ſit ordo: *Inter Scyllam & Charybdim utramque viam laeti diſcrimine parvo Ni teneant curſus certum eſt dare lintea retro.* Alius ordo eſt: *Contra juſſa monent Heleni, ne inter Scyllam & Charybdim curſum teneant.*

VARIORUM.

primus Moreti, Gudianus, tertius Rottendorphius & alter Hamburgicus. in Veneto, *& ſilvis Cyclopum & montibus. e montibus* etiam apud Diomedem. apud Priſcianum lib. x. vulgata ſcriptura occurrit, qui tamen *litora complet* paullo poſt. HEINS. *Complet* duo Leidenſes, Mentel. Hamb. duo Rottend. & Wittian. vid. lib. II. 31. & 64. *ad portas* Leidenſis unus & Mentel. pr.

679. CONCILIUM. *Conſilium* alter Menagii.

Ibid. CELSO. *Summo* Hugenianus.

680. CONIFERAE. *Corniferi* Excerpta noſtra. *cypareſſi* Mediceus.

681. CONSTITERANT. *Conſtiterunt* meliores ex noſtris, non *conſtiterant*: inter quos Mediceus, Gudianus, uterque Mentelianus, & Giſan. Indice Lucretiano. HEINS. *Aſtiterant* Venetus. *Conſtiterint* Wallian. & tres alii. *Lucisve* quartus Moreti. *Lucove* primus Rottend. & Parrhaſ.

684. CONTRA JUSSA MONENT. Hunc locum ita diſtinguendum cenſet Vulpius ad Tibul. IV. I. 70.

Contra, juſſa monent Heleni, Scyllamque atque Charybdim
Inter [*utramque viam leti diſcrimine parvo*]
Ni teneant curſus: certum eſt dare lintea retro.

Movent Menagian. pr. & a m. pr. Gudian.

Ibid. SCYLLAMQUE. Quidam veterum, *Scyllamque Charybdim*, cum Sprotiano noſtro, vel, *Scyllasque Charybdis*, ut ex ſuis Pierius obſervavit. quod Rottendorphii ſecundus confirmat. ejus primus & duo alii, *Scyllae atque Charybdis*. Quid ſi reliquerit Maro, *Scyllamque Charybdimque Inter*. ut libro II. Georg. 344. *ſi non tanta quies iret frigusſque caloremque Inter*. lib. XI. Aen. 333. vetuſtiſſimus codex pari elegantia, *Munera portantis aurique, eborisque, talentaque, Et ſellam.* lib. IV. 629. *pugnant ipſique nepoteſque*, quomodo illic etiam ex membranis reſtitui. lib. V. 422. *magna oſſa lacertoſque extulit.* & 753. *aptant remoſque rudenteſque.* lib. VI. 602. *lapſura cadentique Imminet aſſimilis.* lib. VII. 470. *Teucriſque venire Latiniſque.* lib. VIII. 228. *aderat Tirynthius omnemque Acceſſum luſtrans.* lib. IX. 650. *Omnia longaevo ſimilis vocemque coloremque.* quibus ſimillima habes & lib. IV. 558. *Omnia Mercurio ſimilis vocemque coloremque.* lib. X. 781. *Sternitur infelix alieno vulnere, caelumque Aſpicit.* & eodem libro 895. *Incendunt caelum Troeſque Latinique.* lib. XI. 608. *ſubito erumpunt clamore, frementeſque Exhortantur equos.* III. Georg. 242. *Omne adeo genus in terris hominumque Deorumque.* & poſtea 377. *congeſtaque robora totaſque Advolvere focis ulmos.* Georg. I. 295. *muſti Vulcano decoquit humorem.* lib. II. 413. *domibus cedrumque cypreſſoſque.* HEINS.

6 deſunt L. Voſ. R. Steph. ah. 7 eventum Steph. 8 forte, & impelluntur. nam durum eſſet conſtruere, cum lintea, quae in ſeq. nota occurrunt. ſed etſi ſubaudias vela, ea etiam impelli dicuntur, quia per vela naves intelligas. natum vocem credo ex nota ſupr. ad 683. ſed aliud eſt *tenere* curſum, id eſt *implere*, aliud *impleri*. BURM. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. ah. ad ✝. 688.

Ecce autem Boreas anguſta ab ſede Pelori
Miſſus adeſt. Vivo praetervehor oſtia ſaxo
Pantagiae, Megaroſque ſinus, Thapſumque jacentem.
Talia monſtrabat relegens errata retrorſum
Litora Achemenides, comes infelicis Ulixi.

Si-

SERVII.

687. PELORI. Sicilia Graecis ideo Trinacria dicitur, quod tres extremitates, quas Graeci ἄκρας vocant, in mare videtur extendere, Pachynum, quod in [9] * Aryciam vertit; Lilybaeum, quod Africam ſpectat; Pelorum, quod in Tyrrhenum mare procedit. Sed anguſta ab ſede ideo agitur: quia eminus videntibus eum locum, Italia & Sicilia terra continens putatur; nec niſi ad vicinum accedentibus videtur.

688. MISSUS ADEST. Favore ſcilicet numinum: [10] quem Anchiſes optaverat dicens ſup. 529. *Ferte viam vento facilem, & ſpirate ſecundi:* [11] [vel *miſſus*, juxta qualitatem locorum: ita enim in illis anguſtiis & faucibus maris artari & conglobate ſpiritus fieri dicitur, ut ad illum locum tantummodo *miſſus* [12] videatur. VIVO PRAETERVEHOR OSTIA SAXO. Pro, vivi ſaxi, ablativum pro genitivo: vel viva ſaxa habentia: *oſtia* vero aut littora ſunt; aut exitus fluminis in mare; aut introitus portus.]

689. PANTAGIAE. Hic fluvius Siciliae, cum plenus [13] incederet, implebat ſonitu pene totam Siciliam, unde & *Pantagias* dictus eſt, quaſi ubique ſonans. Hic poſtea, cum Cereri quaerenti filiam obſtreperet, tacere juſſus eſt numinis voluntate. [14] MEGAROSQUE SINUS. *Megara*, oppidum eſt non longe a Syracuſis. THAPSUMQUE JACENTEM. *Thapſus*, inſula juxta Syracuſas, [15] plana, pene fluctibus par. TALIA MONSTRABAT. [16] Quia occurrebat, [17] unde haec loca noſti.

690. RELEGENS. Renavigans. [18] [ut II. Georg. 44. *Et primi lege littoris oram.*] ERRATA. Participium ſine verbi origine: non enim facit *error*. [19] [RETRORSUS. Quaſi a fine ad caput retexens.]

691. INFOELICIS ULYSSI. Epitheton ad implendum verſum poſitum more Graeco, ſine reſpectu negotii: [20] [nam Aeneas incongrue infoelicem Ulyxen dixit; niſi forte quaſi pius etiam hoſtis miſeretur, cum ſimiles errores & ipſe patiatur: & notandum concluſam de Achaemenide mentionem.]

VARIORUM.

HEINS. Parrhaſ. habet, *Scyllam atque Charybdim.* contra ac notat Maſvicius. Ed. Venet. *Scyllam Charibdim.* ſed *Charybdin* Gudian. Mentel. alt. & Rottend. tert.

685. LETI DISCRIMINE PARVO. Ita Servius in lib. IX. 599. legit ſupra illud, *& morti praetendere muros.* FABRIC. *Laeti* Voſſ. Parrhaſ. Edd. Junt. & aliae. *diſcrimine tanto* Dorvill.

686. NI TENEANT. *Ni* pro *ne* poſitum contendunt Donatus in Eunuchum Terentii, Act. II. Sc. 3. itemque ad hunc locum, & Priſcianus lib. XV. Theodorus Marſilius ad Perſii Satyram primam ℣. 116. *nei* ſcribebat, pro *ni*. HEINS. *Ne* Gudianus a manu prima. vid. Noriſ. ad Cenot. Piſan. diſſ. IV. cap. 5. Turneb. III. Adv. 12. Paſſer. ad Prop. II. 7. p. 273.

687. A SEDE PELORI. *Ab ſede* plerique Codices. ſic libr. I. 270. ex optimis membranis, *regnumque ab ſede Lavini Transferet.* pariter & lib. II. 601. *Totamque ab ſedibus urbem eruit.* lib. VII. 209. *Tyrrhena ab ſede.* & 255. *extrema ab ſede profectum.* Lucanus lib. I. 481

Nunc inter Rhenum populos Alpemque jacentes
Finibus Arctois patriaque ab ſede revulſos
Pone ſequi.

ita praeſtantiſſimi codices. primus vero Moretanus hic, *anguſti ab ſede Pelori*, & ita etiam quartus. HEINS. *Miſſus*, ut apud Val. Flac. I. 625.

689. PAN-

9 * Cl. Dorvil. conjiciebat, *In Graeciam.* 10 quem ſupra adiis Anchiſes Steph. al. 11 deſunt iiſdem ad ℣. 589. ſed Baſil. ad *vivis.* 12 videatur. *adeſſe* autem eſt ad favorem vel patrocinium venire Fabr. Baſil. 13 flueret Dan. Fabr. 14 Παντα γ... enim ſtrepitus Graece dicitur Fabr. al. revera hunc fluvium, qua in mare decurrit, ex utraque parte ſcopulos pro ripis habere, oculatus teſtis mihi adfirmavit Cl. Dorvillius. BURM. 15 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 16 quia inde noſtris occurrebat Baſil. & nihil praeterea. 17 unde loca haec ſcire potuiſtis Dan. Fabr. 18 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 19 deſunt iiſdem. 20 deſunt iiſdem. ad *contra* ℣. 692.

Sicanio praetenta ſinu jacet inſula contra
Plemmyrium undoſum: nomen dixere priores
Ortygiam. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nunc
Ore, Arethuſa, tuo Siculis confunditur undis.

Juſſi

SERVII.

692. [PRAETENTA. [21] Antepoſita. JACET. Sita eſt, ut ſup. 104. *Medio jacet inſula ponto.*] CONTRA PLEMMYRIUM UNDOSUM. [22] [Quidam inſulam, quidam fluvium putant dici. Sane] verbum de verbo expreſſit: hoc eſt enim *undoſum*, quod *Plemmyrium:* [23] [πλημμυρία enim, inundatio Graecis dicitur. Sinus Syracuſanus, in quo Ortygia, cujus hic neceſſarie meminit: nondum enim erant conditae Syracuſae. *Undoſum* vero, quod uſque illuc veſtigia aeſtuantis Charybdis dicuntur pervenire.]

694. ORTYGIAM. Haec tantum *Ortygia* dicitur; Apollinis vero etiam Delos. [24] [Et bene addidit PRIORES, ut haec, quae nunc eſt, ſemper appellata ſit *Ortygia*; haec vero, prioribus tantum.] FAMA EST HUC ELIDIS AMNEM. *Elis* & *Piſae*, civitates ſunt Arcadiae, in qua eſt fons ingens, qui ex ſe duos alveos creat, Alpheum & Arethuſam: unde fit, ut fingantur conjungi in exitu, quos origo [25] conjungit. Arethuſam autem etiam in Elide eſſe teſtatur Virgilius, dicens Ecl. 4. *Sic tibi, cum fluctus ſubterlabere Sicanos, Doris amara ſuam non intermiſceat undam.* Haec ſecundum fabulas venatrix fuit, quae dum ſe in Alpheo poſt laborem [26] ablueret, ab eo adamata eſt. [27] [Quam cum in ſpeciem avis Alpheos cognoſſet latere, etiam ſic eam mutatam perſequi coepit,] [28] quae eum diu fugiens deorum miſeratione [29] in fontem ſui nominis mutata ad Siciliam per ſecretos meatus venit. [30] [Quam Alpheus illuc uſque perſequutus, fonti ejus ſe miſcet: quod tali argumento probatur: nam cum equi, diebus feſtis Olympii Jovis, certantes in eo amne diluuntur, ſtercus equorum ex eo amne etiam in Arethuſa recognoſcitur. Patera etiam, quam in Alpheum quidam Olympionices miſerat, in Arethuſa inventa dicitur. Hanc autem venatricem fuiſſe,] quod etiam Virgilius oſtendit IV. Georg. 344. *Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis.* [31] [Quidam autem *Arethuſam* non de Elide ad Siciliam venire; ſed in Sicilia naſci volunt & venienti fluvio occurrere.] ALPHEUM. Quia Graece Ἀλφειὸς facit: ut Αἰνείας Aeneas, [32] [Μήδεια Medea. ORE. Fonte vivo: bene de fluvio, ut I. Aeneid. 245. *Unde per ora novem.*]

VARIORUM.

689. PANTAGIAE. *Pentagiae* Mentelius prior. *Pantagyae* Mediceus. *Thapſumque* multi. & ita lege. v. Cl. Duker. ad Thucyd. VI. 4. *Taſſumque* Vratiſlav. & Francianus. *Taxumque* tertius Mentelii. *Thabſumque* Sprotianus.

690. MONSTRABAT. *Mandabat* Parrhaſ. *relegens* Leid. duo hi verſus deerant Wittiano. ſed in margine adſcripti.

Ibid. RETRORSUM. *Retrorſus* apud Priſcianum libro XI. & *Ulyſſi*, non *Uliſſei*. Probus etiam *Ulyſſi* hic a Marone nobis relictum in Catholico contendit. & ſic codices multi. *retrorſus* etiam in Mediceo, Gudiano, priore Mentelio, primo ac tertio Rottendorphiano. HEINS.

691. COMES INFELICIS ULIXI. Adſutum credo ex ỳ. 609.

693. PLEMMYRIUM. *Plemyrium* Mediceus, uterque Mentelianus, & Gudianus. in caeteris recentioris notae, *Plemirium* fere. Stephano Byzantino eſt Πλημμύριον. HEINS. *Pleuron* Hugenianus. *Plemirium* Francianus & Parrhaſ. *Plemurium* Wall. Witt. & alii.

Ibid. NOMEN DIXERE. *Unde dixere* Parrhaſ.

694. HUC. *Hic* Ed. Venet.

695. EGISSE VIAS. *Habuiſſe* in Pieriano. ſed ſollemnis in hac locutione, *habere iter*, *vias*, & *agere*, eſt confuſio: vid. ad Ovid. II. Met. 417. ſic

&

21 ſic Dictys Cretenſ. II. 45. *apud peninſulam, quae antepoſita civitati.* ubi Obrechtus Servii locum adducit firmandae iſti lectioni. BURM. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 23 deſunt iiſdem. Plemyrium vero L. Voſ. R. Πλημμυρία e. i. G. dicitur. reliquis omiſſis. Baſil. 24 deſunt iiſdem. 25 conjunxit ita L. Voſ. R. Steph. non conjunxit. Areth. Baſil. 26 lavaret Voſ. Steph. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. latere * & jam Dan. 28 & diu iidem. eumque diu Fabr. 29 in fontem mutata ad iidem. 30 deſunt iiſdem. 31 deſunt iiſdem. 32 deſunt iiſdem.

Juſſi numina magna loci veneramur: & inde
Exſupero praepingue ſolum ſtagnantis Helori.
Hinc altas cautes projectaque ſaxa Pachyni
Radimus, & fatis numquam conceſſa moveri,
Adparet Camerina procul, campique Geloi,
Inmaniſque Gela fluvii cognomine dicta.

Ar-

SERVII.

697. JUSSI NUMINA MAGNA LOCI. [33] Vel ab Achaemenide admoniti, vel ab Heleno, vel Anchiſe, [vel ab oraculis: & quaeritur, quae numina; vel quare non dixerit: & utrum Alpheum, an Arethuſam intelligi voluerit.] *Juſſi* ergo, admoniti.

698. STAGNANTIS ELORI. Fluvii, qui ad imitationem Nili [34] effunditur campis. [35] [Sed Graeci *ſtagna* [36] ἕλη dicunt, unde ait: *Stagnantis Elori.*]

699. [37] [PROJECTA. Porrecta & tenta, ut x. 587. *Projecto dum pede laevo.*] PACHYNI. Promontorium eſt auſtrum ſpectans: unde & *Pachynum* dictum, ab aëris craſſitudine: nam παχὺς eſt [[38] pinguis &] craſſus.

700. [39] [RADIMUS. Propter ſaxa latentia. *Radimus* autem, nimium adjuncti praeterimus, ut v. Aeneid. 170. *Radit iter laevum interior.*]

701. CAMERINA PROCUL. Palus eſt juxta ejuſdem nominis oppidum: [40] de qua, quodam tempore cum ſiccata peſtilentiam creaſſet, conſultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent, reſpondit: [41] Μὴ κίνει Καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων, quo contempto exſiccaverunt paludem: & [42] carentes peſtilentia, per eam partem ingreſſis hoſtibus, poenas dederunt. [43] [Sed hoc reſponſum Aeneae temporibus ignotum fuit.. Ergo non obſervavit Poëta; ſed ad praeſens tempus locutus eſt.]

702. IMMANISQUE GELA. Civitas a fluvio nominata: ſicut etiam *campi Geloi.*

VARIORUM.

& Claudian. IV. Conſ. Honor. 101.

Nuntius ipſe ſui longas incognitus egit,
Praevento rumore, vias.

noſtri omnes *egiſſe* hic agnoſcunt. BURM.

Ibid. QUI. *Quae* Menagius & Hamburgenſes priores. *confundimur* Menag. pr.

697. NUMINA MAGNA LOCI JUSSI VENERAMUR. *Juſſi numina magna loci veneramur*, in omnibus Pierianis & noſtris, excepto altero Hamburgico, altero Voſſiano, ſecundo Moreti, & Veneto. HEINS. Et noſtri etiam fere omnes. *venerantur*, Sprotianus.

698. ELORI. *Helori* vetuſtae xemplaria, addita aſpiratione, quo modo & apud Naſonem *Heloria Tempe*. lib. IV. Faſt. 477. HEINS. *Heleri* Francian.

699. HINC. *Hic* Menagius alter.

701. APPARET. Virgilium hic rectum ordinem diligentiſſime, in enumerandis locis ſervaſſe, oſtenditur contra Cluverium a Mario Pace in antiquitatibus Caltageronis lib. II. cap. 5. & 6. Tom. x. part. 12. Theſauri Antiq. Italiae & Siciliae; in quo opere & de Campis Gelois, & aliis locis erudite agitur: videndus eſt Chiaranda de Platia antiqua lib. I. cap. 7. ubi contra Marium quaedam diſputat. BURM.

Ibid. CAMARINA: *Camerina* maxima pars ſcriptorum: *Cimarina* Excerpta noſtra. & Francianus.

Ibid. GELOI. *Geloni* Venetus Vratiſlavienſis. *Monteſque Geloi* Parrhaſ. *Geloti* Wall. mox legi poſſet, *Gelas*, ut fluvius vocari ſolet, licet illa nomina in *as*, etiam in *a* efferri ſoleant. vide ad Quinctil. I. de Inſt. Orat. 5. pag: 67. & ita produceretur ob ſequentes conſonas *fl*. ut jam ſupra ante ſimplicem *s* literam ỳ. 464. produxit *a* in *gravia*, & alibi ſimili licentia uſus. BURM.

702. Co-

33 vel ab *Achaemenide*, vel ab Heleno, vel Anchiſe. juſſi ergo admoniti *Steph.* vel ab Achemenidie, vel ab Heleno L. Voſ. R. vel ab Achemenide, vel ab H. v. Anchiſe Baſil. omnia reliqua deſunt. 34 ſuperfunditur L. Voſ. R. Steph. al. 35 deſunt iisdem. 36 *Elide* Dan. *Elidae* Fabr. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 38 deſunt L. Voſ. R. Steph. 39 deſunt iisdem & Baſil. 40 cui quodam iidem. 41 μὴ κίνει κ. α. ἀπαραμύθητα Steph. Dan. al. 42 ſedata Dan. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Arduus inde Acragas oſtentat maxima longe
Moenia, magnanimûm quondam generator equorum.
Teque datis linquo ventis, palmoſa Selinus;

Et

SERVII.

703. AGRAGAS. Mons eſt muro cinctus, in cujus ſumma parte oppidum eſt: unde & Cicero IV. Verr. 23. ait: *Ad mare intra moenia ante oppidum expectabat*. De Verre. [44] [Notandum ſane, haec Virgilium, quantum ad ſua tempora ſpectabat, dicere; non quantum ad operis: Aenea enim navigante, nec fuerat Camerina ſiccata, nec Gela vel Agrigentum conditae: quod frequenter facit; ſed nunc ideo vitioſum eſt: quia ex perſona narrantur Aeneae.]

704. MAGNANIMUM QUONDAM GENERATOR EQUORUM. Secundum Pindarum, quondam Agrigentini equos ad agones Graeciae mittebant, qui inde victores revertebantur. Legimus etiam aliud: Cum in Cappadocia greges equorum periſſent, Delphici Apollinis reſponſo adduxerunt equos de Agrigento: & reparavere meliores: [45] [Quidam autem dicunt Heronem Agrigentinum, vel, ut alii ferunt, Dionyſium tyrannum Siciliae, equos ad agones Elidis Olympicos duxiſſe, & omnes viciſſe.]

705. PALMOSA SELINUS. Civitas eſt juxta Lilybaeum, abundans *palmis*, [46] [quibus veſcuntur,] & apio. [47] [Σέλινον enim apium dicitur. An *palmoſa*, ab equis nobilibus?]

VARIORUM.

702. COGNOMEN. *De nomine* prior Hamburgicus. pro varia lectione. & Parrhaſ.

703. AGRAGAS. *Acragas* prior Rottendorph. *Agragans* Sprotii & Mediceus. *arduus atque Acragas* Pugetianus. vid. ad Ovid. IV. Faſt. 475. *oſtendit* alter Menagii. BURM.

704. EQUORUM. Non ad Hieronem vel Dionyſium, ſed *Theronem* Agrigentinum, a Pindaro Od. II. & III. Olymp. celebratum reſpicit. & ita legendum in Servio, non, *Heronem* vel *Haeronem*. *nutritor equorum* Hugenian. BURM.

705. PALMOSA SELINUS. M. Tull. Cicer. actione ultima V. cap. 33. in Verrem: *Nautae coacti radices palmarum agreſtium, quarum erat in illis locis, ſicut in magna parte Siciliae, multitudo, colligebant.* Vidi etiam apud Anton. Auguſtinum, Ilerdenſium Epiſcopum, ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ numiſma argenteum, in cujus altera parte has ipſas palmas agreſtes notatas animadverti. URSIN. *Selinys* in Mediceo, quod in ſuis etiam quibusdam invenerat Pierius. in nonnullis idem *Selinus* exſtare aſſeverat, quomodo primus Rottendorphius, & a manu ſecunda Venetus. Vetus inſcriptio apud Gruter. pag. DLXXVIII. M. Ulpio Aug. lib. Phaedimo &c. ABCESSIT SELINUNTE. pr. *Idus Aug. Nigro & Aproniano Coſ.* &c. Cape de Selinunte Ciliciae, ubi & Trajanus eodem anno exſtinctus eſt. *Selinis* Σελινόεις & contracte Σελινοῦς, *Selinus*, ſic ea ſcriptura excuſari poſſit. ſed in Chronico Euſebiano Hieronymi vetuſtiſſima exemplaria, *In Sicilia Selinus* condita. Similis ſcriptorum diverſitas, apud Lucanum lib. VIII. 260.

Quo portu mittitque rates recipitque Selinus.

Plerique enim eorum, quos magno numero pervolvi, *Selinis* illic exhibent: Voſſianus unus, *Selinys*. Agit Lucanus de flumine urbi cognomine. ſed vera utique ſcriptura *Selinus*. ſic plerique vetuſti codices initio Georg. ℣. 30. *Tibi ſerviat ultima Thyle*, cum Θούλη ſit Graecis, & III. Georg. 12. Mediceus ille veterrimus, *Idymaeas palmas*, agnoſcit cum Graecis Ἰδυμαίας. *Selinus*, ut *Rhamnus*, *Amathus*, *Opus*, *Trapezus*, *Peſſinus*, *Hydrus*, & aliae, quae apud Graecos in ους contractum ex οεις exſtant. Vibius Sequeſter de fluminibus: *Selinus Meſſaniorum, a quo civitas Selinus dicta, quod apium ibi plurimum naſcitur.* ſcribe, *Selinus Sicaniorum:* diſtat enim Meſſana longiſſime. *Selinus* quoque apud Plinium non uno loco, tam fluvius, quam oppidum. Sil. Ital. lib. XIV. 199. haec Maronis ſolens aemulatur.

Tum

[44] Lambinus ad Ciceron. Verr. IV. 23. jam Servii locum animadvertit. et non errorem Grammatici, quo quae de Haluntio dicit Cicero, ad Agrigentum, nullo jure tranſtulit. videtur autem Ciceronis locus poſſe legi, *Ad mare infra moenia ante oppidum exſpectabat*. niſi potius cum Lambino vox *moenia* ſit omittenda. In Codice Nob. B. Hardecoperi Graeviana lectio exhibetur. DORVILLIUS. L. & R. etiam non habent, *de Verr.* Voſſ. *de vertere.* ſed reliqua habent, quae omiſit Dan. [45] deſunt L. Voſſ. R. Steph. al. [46] deſunt L. R. & Baſil. [47] deſunt L. Voſſ. R. Steph. ſed Dan. habet ultima an &c. Baſil. priora Σέλινον e. a. d.

Et vada dura lego ſaxis Lilybeïa caecis.
Hinc Drepani me portus & inlaetabilis ora
Adcipit. Hîc, pelagi tot tempeſtatibus actus,
Heu genitorem, omnis curae caſuſque levamen,

710 Amit-

SERVII.

706. [48] [SAXIS LILYBEIA COECIS. Vere dixit: nam [49] litus Lilybetanum naturaliter cum ſaxis, quaſi de induſtria conſtructum eſt. Sane notandum, omnium trium promontoriorum Siciliae factam mentionem, ut ſup. 687. *Ecce autem Boreas anguſta a ſede Pelori.* Et 699. *Projectaque ſaxa Pachyni.* Et hic modo: *Saxis Lilybeïa coecis.*]

707. DREPANI PORTUS. *Drepanum*, civitas eſt [50] non longe a monte [51] Eryce, trans Lilybaeum: dicta vel propter curvaturam littoris, in quo ſita eſt; vel quod Saturnus, poſt amputata virilia Coelo patri, illuc falcem projecit, quae Graece δρέπανον dicitur: [52] quod veriſimile putatur propter vicinitatem Erycis, conſecrati Veneri, quae dicitur nata ex Coeli cruore, & ſpuma maris. [53] [Quidam *Drepana* dictum volunt a falce Cereris, quam ibi, cum filiam ſuam Proſerpinam quaereret, amiſit. Cato pluraliter *haec Drepana* dicit.] INLAETABILIS. Propter patris amiſſionem.

708. [54] [ACTIS. Tranſactis; vel quomodo [55] *menſibus actis.*]

VARIORUM.

Tum quae nectareis vocat ad certamen Hymethon,
Audax Hybla favis, palmaeque arbuſta Selinus.
quomodo reſtituendum cenſeo hunc locum ex veſtigiis veterrimi codicis Colonienſis, in quo, *palmaque arbuſta Selinus*, vulgo, *palmis quoque onuſta Selynus.* Selinus, palmae arbuſta per appoſitionem. ſic apud Lucanum lib. III. 216. *arbuſto palmarum dives Idume.* certe Fulvius Urſinus, quem miror veram ſcripturam non vidiſſe, teſtatur in animadverſionibus ad hunc locum, inſpexiſſe ſe nummum argenteum in cimeliis Antonii Auguſtini, in quo agreſtes palmae eſſent expreſſae cum inſcriptione, ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ. cujus notae nullus inter complura numiſmata a Philippo Paruta, ac Huberto Goltzio, diligentiſſimis horum collectoribus, exhibetur: ſed conſpiciuntur inter Panormitanos a Paruta nonnulli ſine inſcriptione ulla, quos huc opinor eſſe referendos. Stephani Byzantii Epitome: Σελινοῦς, πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη. ὁ πολίτης Σελινούντιος καὶ Σελινούσιος. Complures Selinuntiorum nummos edidere Goltzius & Paruta, in quibus omnibus conſtanter, Σελινοντίων vel Σελινουντίων. apud Herodotum tamen Σελινούσιος eſt invenire. Σελινοῦς fluvius Epheſini tractus apud Strabonem occurrit, & apud eundem ac Pauſaniam alius hujus cognominis in Achaia, qui Aegium civitatem praelabitur. tertius denique & quartus eidem Straboni in Cilicia & in Elide. Quintus Plinio, qui Pergamum intermeat. Eſt & portus Marmaricus in Africa Ptolemaeo, civitas quoque Ciliciae, poſt Trajanopolis dicta, de qua modo inſcriptionem dedimus. & Pauſaniae vicus Laconicae regionis. Haec fuſius praeter inſtitutum. HEINS. *Creta Selinuſia* apud Plin. XXXV. 6. *Salinus* Ed. Venet. *Selinus* Mediol. & Parrhaſ. & hoc defendit Schurtzfleiſchius in notitia Biblioth. Wiſm. pag. 243.

707. DREPANI. *Dripani* Moretti ſec. *portus me* & primus. *me* deeſt Montalb.

Ibid. INLAETABILIS. *Ineluctabilis* Zulichemius a manu prima.

708. ACTUS. Pieriani conſtanter *actis*, quibus & noſtri ſubſcribunt, niſi quod tertius Moretti, & Rottendorphii cum Veneto, *actus.* alter Voſſianus, *actum*, genitorem nempe. etiam primus Hamburgicus pro diverſa lectione, *actus.* ſed *actis* commode ſe habet. quomodo lib. VIII. 636. *magnis Circenſibus actis.* & Georg. I. 413. *imbribus actis*, poſt actos imbres. Claudianus I. Stilic. 122. *Quoties ſub pellibus egit Edonas hiemes?* poſſet etiam pro *exactis* tempeſtatibus poni, ut apud Silium III. 228. *Saevior it trucibus tempeſtas acta procellis.* ſed tamen ne vulgatam lectionem temere rejicia-

48 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 49 Ligus L. natura * liberum ſaxis Dan. litus L. natura liberum ſaxis Fabr. 50 ante pedem montis Erycis Dan. 51 Erico L. R. Erycino Baſil. 52 quod quaſi ſimile putatur veri Voſſ. quod quaſi veriſimile putatur Steph. quod ſi veriſimile p. R. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 54 deſunt iisdem. 55 credo reſpici ad III. Georg. 139. ubi *exactis* legitur. ut & v. Aen. 46.

Amitto Anchiſen. Hîc me, pater optime, feſſum
Deſeris, heu, tantis, nequidquam erepte periclis!
Nec vates Helenus, quum multa horrenda moneret,
Hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.
Hic labor extremus, longarum haec meta viarum.
Hinc me digreſſum veſtris Deus adpulit oris.

Sic

SERVII.

711. FESSUM DESERIS. Ut ſupra I. 267. diximus, ſecundum Virgilium: nam Cato eum [56] [in Originibus] ad Italiam veniſſe docet: unde etiam in ſexto illud amphibolon eſt 718: *Quo magis Italia mecum laetere reperta.* [57] [Nam & poſt Latinum, Turnumque, & Amatam, dicitur exceſſiſſe. Sed bene hic ſubtrahitur, ne parum decoro amori interſit. Quaeritur ſane, cur ſine ulla deſcriptione funeris patris praeterierit? aut quia in v. dicturus eſt; & bis eadem dicere vitaverit: aut quia, ſicut dictum eſt, Anchiſes ad Italiam cum filio pervenit.]

712. NEC VATES HELENUS. Quia dixerat ſup. 379. *Prohibent nam caetera Parcae Scire, Helenum farique vetat.*

713. NON DIRA CELAENO. Quae vel irata debuit adverſa [58] praedicere. Et bona pietate mortem patris graviorem dicit eſſe, quam famem.

714. HIC LABOR EXTREMUS. [59] Aut apud Drepanum: [aut *extremus*, ſaeviſſimus: quia ſtatim tempeſtati ſacratus eſt. Et bene de ipſa tempeſtate tacuit: quia *Ilioneus* ſupra dixerat I. 535. *Cum ſubito adſurgens fluctu nimboſus Orion In vada coeca tulit.*]

715. DEUS APPULIT ORIS. [60] [Tulit voluntate ſua:] bene ſe commendat Didoni, dicens ſe ad eam deorum voluntate veniſſe. [61] [Sane non dixit quis deus, ut alibi I. 199. *Dabit deus his quoque finem.*]

VARIORUM.

jiciamus, habemus apud Noſtrum libr. III. 199.

Sive errore viae, ſeu tempeſtatibus acti
Fluminis intraſti ripas.

HEINS. *Actis* Francianus, & Parrhaſ. Wall. Wittian. Voſſian. pr. & Dorvill. & Ed. Venet. ſic Manil. I. 404. de Argo navi:

Emeritum magnis mundum tenet acta procellis.

ubi Bentlejus inſigni ſana corrigendi prurigine legit:

Emerita, & magnis tandem defuncta periclis.

addens, *emeritum coelum* pro merito, aetate Auguſti non licuiſſe dicere, ſed vide quae diximus ad Lucan. I. 356. & ad Calpurn. Cyneg. 195. & *emeritam laudem* dixit Gratius Cyneg. 282. Silii vero VII. 19. & XI. 464. emeritum coelum pro merito quum dicat, ſuſpecta eſſe loca ait. atqui in ultimo conſtant ſibi codices, in priore variant & codices, & Heinſius fruſtra tentavit. denique ipſe Manilius iterum utitur lib. II. 251. ubi etiam Bentlejus pro *emerito* legit *immenſo*, nulla fide codicum. denique inter tot exempla jam prolata, ſi forte ex Auguſtei aevi auctore non poſſent produci, an non poſſint viro docto ſua verba regeri, qui ad lib. II. 215. ubi *Populoſus* obtrudens Manilio, addit: dicet forte aliquis hoc vocabulum apud vetuſtiores non haberi: verum: ſed quam pauci ex illis vetuſtis ad noſtra tempora perennaverunt? BURM.

709. OMNIS. *Oneris* Venetus. eraſae in Parrhaſ. veteri lectioni erat ſuperſcriptum *omnis.*

710. ANCHISEN. *Anchiſam* Parrhaſ. *Anchiſem* Venetus.

711. PERICLIS. *Ruinis* Sprotii.

713. DIRA. *Dura* alter Hamburgicus. *nec dira* duo Leidenſes, & quartus Moreti, & Wittian. *nec dura* Wall.

714. HAEC. Deeſt alteri Menagiano.

715. VESTRIS. *Veſtrae orae* Gudianus a manu prima. ſed Donatus ad Terent. Andr. prol. vulgatam lectionem habet. *applicat* Parrhaſ. *diſgreſſum* Wittian.

717. RE-

56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 57 deſunt iisdem. 58 nuntiare Dan. Fabr. 59 apud Drepanum L. Voſ. R. Steph. al. reliquis omiſſis. 60 deſunt iisdem. 61 deſunt iisdem ad ℣. 717.

Sic pater Aeneas, intentis omnibus, unus
Fata renarrabat Divom, curſuſque docebat.
Conticuit tandem, factoque hîc fine quievit.

SERVII.

716. UNUS. Non interpellante regina interrogationibus.]

717. FATA DIVUM. Quae dii hominibus tribuunt. RENARRABAT. Aut vacat RE, ut: IV. 116. *Confieri poſſit:* [62] [aut apparet Aeneam ante de ſuis caſibus cum Didone confuſe locutum: & ideo hic addidit: *Renarrabat*; quaſi quae dixerat antea, nunc ex ordine referebat, quod notat in primo 753. [63] *Immo age, & a prima dic hoſpes origine nobis.*] Sane in ſecundi principio duo ſunt verſus ex perſona Poëtae, ſicut hic tres, & ſimilis eſt finis initio.

718. CONTICUIT TANDEM. Ut II. I. *Conticuere omnes.* TANDEM. Diuturnitatem narrantis expreſſit. Notandum ſane, quia controverſiarum more epilogos dedit ſex iſtis prioribus libris: quos & eſſe bioticos voluit: nam ſingulis res ſingulas dedit, ut primo [64] omina; ſecundo πάθος; tertio errores; quarto ἦθος; quinto feſtivitatem; ſexto ſcientiam. Epilogos autem ſic variavit, ut in primo miſeratio eſſet Didonis; in ſecundo mors Creuſae: in tertio Anchiſae; in quarto Didonis; in quinto [65] Palinuri; in ſexto Marcelli citum deflet interitum. [66] [Facto enim fine narrandi Aeneas ſucceſſit ad requiem.]

VARIORUM.

717. RENARRABAT. *Enarrabat* alter Menagii. *recenſebat* quartus Moreti. *fataque narrabat* Catrocus praetulit, ſed Cerda & Guellius recte explicant poſt Servium, cujus ſententia eſt *renarrare*, poſitum pro *narrare*, ut *confieri* pro *fieri*, ut & patet ex nota ad lib. IV. 116. ſed altera expoſitio verior: quae enim antea in primo congreſſu & initio convivii Didones narraverat nullo ordine, ſed ut res ferebat, & rogatus erat a Didone, ita hic ordine omnia renarrabat. Ovid. V. Met. 635.

— Citius, quam nunc mea fata renarro.

VI. Met. 316.

Utque fit, a facto propiore priora renarrant.

quae ſcilicet ſaepe antea narraverant, nunc occaſione Niobes olim facta repetunt narratione. Stat. III. Theb. 400.

Ipſe alta ſeductus mente renarrat
Principia irarum.

& ita Hypſipyle apud eumdem, lib. V. Theb. 499.

Talia Lernaeis iterat dum regibus.

ubi Schol. ſaepe enim ante hos aliis narraverat. & ita Aeneas etiam aliis, ad quos per ſeptem annos errans advenerat, potuit narraſſe fingi. Claudian. Bell. Get. 621.

Miratur ſua quemque domus, cladeſque renarrant
Ordine.

BURM.

718. HIC. *His* Sprotianus. *fatoque* Rottend. ſec.

62 deſunt iisdem. & in principio aut deeſt. 63 ſunt Poëtae verſus L. Voſ. R. Steph. 64 omnia R. Steph. Dan. Fab. 65 Miſeni Dan. 66 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. neſcio unde Maſvicius petierit.

P. VIR-

Digitized by Google

Digitized by Google



L. F. D. B. inv. *P. Lange sculp.*

P. VIRGILII MARONIS *Æneidos.*

LIBER QUARTUS.

AT regina gravi jam dudum ſaucia cura

Vol-

SERVII.

1. Apollonius Argonautica ſcripſit, [1] ubi inducit amantem Medeam. Inde totus hic liber tranſlatus eſt [2] [de tertio Apollonii.] Eſt autem pene totus in affectione; licet in fine πάθος habeat, ubi

VARIORUM.

1. AT. De permutatione literarum D & T. ut *ad* pro *at*, multis agit Noriſ. ad Cenotaph. Piſana Diſſ. IV. cap. II. §. 2. & praeiverat jam Politianus lib. IV. Epiſt. VIIII. & alii. *jamdudum* Mediceus.

1 Et in tertio inducit L. Voſ. R. Steph. 2 deſunt iisdem. inde totus hic liber Aeneae gignit dolorem L: omiſſis mediis.

Volnus alit venis, & caeco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multuſque recurſat
Gentis honos. Haerent infixi pectore vultus,

Ver-

SERVII.

abſceſſus Aeneae gignit dolorem. Sane totus [3] eſt in conſiliis & ſubtilitatibus: nam pene [4] comicus ſtilus eſt; nec mirum, ubi de amore tractatur. Junctus quoque ſuperioribus eſt: quod artis [5] eſſe frequenter diximus: nam ex abrupto vitioſus eſt tranſitus; licet ſtulte quidam dicant hunc tertio non eſſe conjunctum; in illo enim [6] navigationum pericula, in hoc amores exſequitur; non videntes optimam conjunctionem. Cum enim tertium ſic clauſerit: *Factoque hic fine quievit:* [7] ſubſecutus intulit: AT REGINA GRAVI JAMDUDUM SAUCIA CURA. Item paulo poſt: NEC PLACIDAM MEMBRIS DAT CURA QUIETEM: nam cum Aeneam [8] dormire dixerit, ſatis congrue ſubjunxit, ut ſomno amans careret. [9] [Alii ſubitum tranſitum factum tradunt: quia non oſtendit convivium diſſolutum; ſed hoc ſubtiliter fecit: quia etiam alia convivia eam habuiſſe deſcribit inf. 80. *Poſt ubi digreſſi lumenque obſcura viciſſim.* Sane bene REGINA: quia contra dignitatem amor ſuſceptus gravior eſſe ſolet: ex hoc enim nomine & pudoris & deliberationis naſcitur cauſa, & praecipue poriundi difficultas. Videtur & poſt amiſſam caſtitatem etiam juſtus interitus.] JAMDUDUM. Aut nimium [10] [& vehementer,] ut Terentius Eun. III. I. 58. *Jamdudum te amat; Jamdudum illi facile fit quod doleat.* Aut *jamdudum*, id eſt, a quo tempore vidit Aeneam. Legimus enim I. 613. *Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido.* [11] [Aut ex quo narrare coepit Aeneas: aut ex quo intervenit Cupido.] SAUCIA. Hinc ſubjungit:

2. VULNUS ALIT. [12] [Id eſt, curam paſcit.] Et bene adludit ad Cupidinis tela, ut paulo poſt ad faculam, ut: ET COECO CARPITUR IGNI: nam ſagittarum vulnus eſt, facis incendium. CURA. [13] [Amore intolerabili, [14] [quem ferre non poſſet,] ut inf. 652. *Meque his abſolvite curis. Cura* ergo,] ab eo, quod cor urat, ut X 132. *Veneris juſtiſſima cura.* Item I. 678. *Mea maxima cura.* [15] [Sane per confuſionem verbi & nominis dictum eſt: nam *cura* eſt & verbum, ut: *Cura, cures:* cum non eſt nomen] VENIS. Quia per venas amor currit, [16] [ut ſanguis: nam in ſanguine anima; in anima amor eſt: aut] ſicut [17] venenum: inde dictum I. 688. *Fallaſque veneno.* Item I. 749. *Longumque bibebat amorem.* [18] [Nam venenum ideo dicitur, quia per venas currit.] COECO CARPITUR IGNI. [19] [Non quod non cernat; ſed quod Dido amorem ſuum vult occultare, ſi poſſit: ideo *coeco.* Et] [20] agit Virgilius, ut inventas frangat declamationes: ut hoc loco rem dixit ſine declamatione: unde Ovidius: IV. Met. 65. *Quoque magis tegitur, tanto magis aeſtuat ignis. Coeco* ergo *igni*, [21] validiore, cujus natura eſt, ut compreſſus magis convaleſcat. [22] [*Carpitur* autem, paulatim conſumitur, ut III. Georg. 215. *Carpit enim vires paulatim.* Sane *igni*, pro igne, dativus pro ablativo.]

3. MULTA VIRI VIRTUS ANIMO. Bene mediam ſe facit praebere Didonem, inter regalem pudorem & amoris impulſum. Simulat enim ſe virtutem mirari, cujus pulchritudine commovebatur. *Multa* autem *virtus*, figurate dixit: nam ad numerum tranſtulit, quod eſt quantitatis: [23] [aut *multa*, pro magna.] RECURSAT. [24] Frequentativo uſus eſt verbo in frequenti amantis cogitatione.

4. GENTIS. Non Aeneae; ut ſit velut excuſatio; ſed [25] a Dardani numinibus, aut Veneris. [26] [INFIXI PECTORE VULTUS, VERBAQUE. *Vultus*, inquit & *verba haerent*; *virtus* & *honos gentis recurſat:* quia ſuperiora vehementiora ſunt ad amo-

3 deeſt L. Voſ. R. Baſil. 4 comicum ſtilum habet Dan. Fabr. 5 eſſe videtur, ut freq. L. Steph. al. eſſe videretur, fr. R. 6 navigationis pericula Voſ. Steph. navigium, in hoc L. R. Maſvic. navigationem, pericula Baſil. 7 ſubſecutus eſt At Voſ. Steph. al. ſubſecutus At. L. R. intulit ſolum habet Dan. 8 quievisse Dan. Fabr. al. 9 deſunt L. Vol. R. Steph. al. 10 deſunt iiſdem. 11 deſunt iiſdem. 12 deſunt iiſdem. 13 deſunt L. R. Baſil. ad *ab eo.* 14 deſunt Voſ. Steph. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 16 deſunt iiſdem. 17 venenum dictum, ut *fallaſque* Dan. Fabr. 18 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 19 deſunt iiſdem. 20 *ait* Dan. Fabr. 21 poſſumus ut validiore accipere Dan. Fab. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. male vero Servius *igni* capit in dativo, quum ſit ablativus. vide II. Aen. 649. & ita ſemper fere pro igne. 23 deſunt iiſdem. 24 bene freq. iiſdem. 25 Dardani, a nominibus L. Voſ. R. Steph. al. a numinibus Dardani Dan. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Verbaque: nec placidam membris dat cura quietem.
Poſtera Phoebea luſtrabat lampade terras,
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram;
Quum ſic unanimam adloquitur male ſana ſororem:

An-

SERVII.

amorem.] [27] Tale & illud eſt inf. 83. *Illum abſens abſentem auditque videtque.* [28] [*Pectore* vero, pro, pectori. Duo tangit, quibus potiſſimum gignuntur amores, formam videlicet, & eloquentiam.]

5. NEC PLACIDAM MEMBRIS DAT CURA QUIETEM. Aut penitus quiete caruit, ut *placida*, epitheton ſit quietis: aut habuit quidem quietem; ſed non placidam, id eſt, turbatam ſomniis: unde & ipſa paulo poſt: *Quae me ſuſpenſam inſomnia terrent.*

6. POSTERA PHOEBEA LUSTRABAT LAMPADE TERRAS. Circumlocutio orientis diei: ſecundum enim & tertium librum Aeneas per noctem [29] [in convivio Didonis] narraverat: licet, ut ſupra diximus, Virgilius iſta, quae per naturam neceſſe eſt fieri, plerumque contemnat. LUSTRABAT. Aut inluſtrabat, aut re vera luſtrabat, id eſt, purgabat: nam nox quodammodo polluit mundum: [30] [vel circumibat, ut VIII. 231. *Luſtrat Aventini montem.*]

7. HUMENTEM UMBRAM. Quia nox omnis humida eſt, ut I. Georg. 290. [31] *Noctis lentus non deficit humor.* Et nihil intereſt, utrum *umbram* an *noctem* dicat: *nox* enim, *umbra terrae* eſt, ut ſupra II. 251. *Involvens umbra magna terramque polumque.* [32] [Ergo *humentem*, pro, humidam: quia *humens* eſt, quod facit *humidum*: unde bene *humentem* poſuit.] Eſt etiam Hyſteron proteron in ſenſu: [33] [prius eſt enim, ut *Aurora umbram dimoveat*; poſt *Phoebea lampas luſtret terras*:] [34] [Aurora enim ſolem praecedit.]

8. CUM SIC UNANIMEM. De re pudenda loquutura parum fuerat, ſororem eligere, niſi etiam *unanimem*. Dicimus autem & *unanimus* & *unanimis*, ſicut *inermus* & *inermis*. MALE SANA. Non plene ſana, amore vitiata: *male* enim [35] plerumque *non*, plerumque *minus* ſignificat; [36] [*non*, ut II. 23. *Statio male fida carinis*; [37] *minus*, ut *male ſanus*;] ſicut *ve*, ut *vecors*, & *veſanus*. Quanquam [38] *male* & pernicioſe ſignificat, ut Lucanus IX. 310. *Sic male deſeruit.* [39] [Et quidam *male-ſana*, volunt hyphen legere; nec eſſe compoſitum verbum: quia compoſita unum plerumque corrumpant neceſſe eſt, ut *maleſuada*.

VARIORUM.

ceus. BURM.

2. VULNUS. *Volnus* Gudian.

3. MULTA. Miror non aliquem librarium hic *magna*, ex interpretatione reſcripſiſſe. ut ſolent alibi. v. lib. IX. 724. & paſſim. ſed eleganter *multa* dicitur *virtus*, ut ſimilia collegit Heinſ. ad Ovid. Remed. 632. BURM.

Ibid. RECURSAT. Firmat verbi uſum locus lib. I. 662. *ſub noctem cura recurſat.* ubi etiam *reverſat* Francianus. ſic *reverſus* & *recurſus* codices apud Ovid. XIII. Epiſt. 90. Senec. Ep. CII. *recurſat* etiam habet. BURM.

4. GENTIS HONOS. Male Vondelius, de honore, quem apud Trojanos habuit. quia de divina origine ex Jove & Venere agat. ut inf. ỹ. 12.

5. MEMBRIS DAT. *Dat membris* Menagius prior.

6. PHOEBEA LUSTRABAT. Dorvill. Cod. *Luſtrabat Phoebea.*

8. UNANIMAM. Ita Mediceus a manu ſecunda. quod Pieriani aliquot & ex noſtris Gudianus, & tertius Rottendorphius confirmant. & ſane ita malle Maronem in comperto eſt. quamquam ſub finem hujus libri habes, *ſemianimem germanam.* ſed libr. I. 484. *exanimum corpus.* ita enim conſtanter libri

27 *Infixi* autem, ut alibi, *Illum* Donat. Fabr. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. ſed Baſil. habet ultima, *Duo* &c. 29 deſunt L. R. in conviviis Didonis Baſil. 30 deſunt L. Voſ. R. Steph. aut *luſtrabat* circuibat curſu ſuo ab oriente in occidentem Baſil. 31 *noctis* L. R. *noctes* Voſ. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 33 deſunt iidem. 34 deſunt Dan. Fabr. 35 aliquoties non, ſaepe etiam minus Dan. 36 deſunt L. R. 37 aliquoties minus ſignificat: ſicut *ve* Voſ. Steph. 38 male pernicioſe ſig. Fabr. male ſignificet & pernicioſe Dan. 39 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *inſomnia* ỹ. 9.

Anna ſoror, quae me ſuſpenſam inſomnia terrent!
Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes!
Quem ſeſe ore ferens! quam forti pectore, & armis!
Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe Deorum.

De-

SERVII.

9. ANNA SOROR. Cujus filiae fuerint *Anna* & *Dido*, Naevius dixit. Et bene vocabulo neceſſitudinis blanditur, ut libenter Didonis audiat confeſſionem; ſed ſuſpenſe & pedetentim, pudore reſiſtente, incipit.] INSOMNIA TERRENT? Et *terret*, & *terrent* legitur. Sed ſi *terret* legerimus, inſomnia, erit vigilia: hoc enim majores inter *vigilias*, & ea quae videmus [40] in ſomniis, intereſſe voluerunt; ut *inſomnia*, generis foeminini, numeri ſingularis, *vigiliam* ſignificaret; *inſomnia* vero, generis neutri, numeri pluralis, ea quae per ſomnium videmus, ut VI. 897. *Sed falſa ad coelum* [41] *mittunt inſomnia manes.* Sciendum igitur, quia, ſi *terret* dixerimus, antiqua erit elocutio: *inſomnia* enim, licet & Pacuvius & Ennius frequenter dixerint; Plinius tamen excluſit, & de uſu removit. Sed ambiguitatem lectionis haec res fecit, quod non ex aperto [42] ſe vigilaſſe dixit; ſed habuiſſe quietem implacidam, id eſt, ſomniis interruptam; ut intelligamus eam & [43] in ſomniis territam: & propter terrorem [44] inſomniorum vigilias quoque perpeſſam.

10. [45] [QUIS. Nonnulli pro *aliquis* accipiunt, vel *qualis*.] NOVUS. Magnus, ut Ecl. III. *Pollio & ipſe facit nova carmina.* [46] [Quaſi antea nunquam, ut Terentius Eun. II. III. 24. *Nova figura.*] SUCCESSIT SEDIBUS. Ut II 723. *Succedoque oneri.* & II. 478. *Succedunt tecto*, [47] [*& flammas ad culmina jactant.*]

11. QUEM SESE ORE FERENS. [48] [Cum eum ob virtutem laudet, addendo tamen *os*, nec pulchritudinem denegaverit. *Ore* autem *ferens*, utrum oratione, an vultu, dubium eſt,] ut I. 613. *Obſtupuit primo* [49] *aſpectu Sidonia Dido.* Item I. 589. *Namque ipſa decoram Caeſariem nato genitrix lumenque juventae* [50] [*Purpureum, & laetos oculis adflarat honores.*] FORTI PECTORE, ET ARMIS! Ut etiam ab Ilioneo audierat, dicente [51] I. 544: [*Quo juſtior alter, Nec pietate fuit,*] *nec bello major & armis.* Sane ſubaudis *eſt*. Et bene virtutis commemoratione excuſat ſupra dictam pulchritudinis laudem. [52] [*Pectore* autem, & *armis*, non bis idem dicit; ſed *pectore* ad patientiam; *armis* ad fortitudinem.]

12. CREDO EQUIDEM GENUS ESSE DEORUM. [53] [Ordo eſt:] [54] Ego quidem credo [55] [genus Deorum eſſe] nec enim VANA FIDES eſt, id eſt, falſa: nam DEGENERES ANIMOS ARGUIT TIMOR, id eſt, [56] probat, inpugnat. [57] [Et bono ordine amari facit Aeneam ab ea, de qua ait I. 507: *Jura dabat legeſque viris*, primo virtute [57] & factis; deinde generis nobilitate, deinde oratione; poſt pulchritudine: & ſingulis reddit.

VARIORUM.

libri, & ſane ſonorius eſt, *unanimam ſororem*, & *ſemianimem germanam* dici, quam *ſemianimam germanam*, & *unanimem ſororem*. ſic lib. IX. 444. praeſtat cum nonnullis codicibus *exanimem amicum*. & ℣. 451. *Volſcentem exanimum*, quam *exanimum amicum*, & *Volſcentem exanimem*. ut & lib. VI. 161. *ſocium exanimem*, opinor ſcribi oportere cum veterrimis membranis. ſic & lib. X. 841. ex ſcriptis,

Lauſum ſocii exanimem ſuper arma ferebant.

lib. XI. 30.

Exanimi corpus Pallantis.

& 51. *juvenem* etiam exanimem. Apud Claudianum. lib. I. in Rufin. 104. bene etiam vetuſtus libr. I. 5.

Quam fallere mentes
Doctus, & unanimes odiis turbare ſodales.

& III. Conſ. Hon. 189. *Unanimi fratres.* HEINS.

9. SUSPENSAM INSOMNIA TERRENT. Apollonii

40 in ſomnis L. Voſ. R. 41 *mittant* Steph. 42 deeſt Dan. 43 in ſomnis Voſ. Steph. Dan. 44 ſomniorum L. V. R. Steph. al. 45 deſunt iiſdem. 46 deſunt iiſdem. forte, *qualis antea n.* legendum. 47 deſunt iiſdem. 48 deſunt iiſdem. 49 *affectu* R. 50 deſunt iiſdem L. R. Voſ. Steph. al. 51 deſunt iiſdem. 52 deſunt iiſdem. pectora autem ſuſpendere non bis Dan. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. 54 credo equidem genus eſſe deorum: nec L. Voſ. R. Steph. al. 55 deſunt Dan. Fabr. 56 improbat Voſ. Steph. probat, oſtendit Dan. Fabr. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad Hcu ℣. 13.

Degeneres animos timor arguit. Heu, quibus ille
Jactatus fatis! quae bella exhauſta canebat!
Si mihi non animo fixum inmotumque ſederet,
Ne cui me vinclo vellem ſociare jugali,

Poſt-

SERVII.

13. QUIBUS ILLE. Pro quantis.] HEU. Per haec amoris impulſus oſtenditur. [58] [Et hoc ad miſerationem pertinet.]

14. JACTATUS FATIS. Caſibus, ut I. 615 *Quis te, nate dea, per tanta pericula caſus Inſequitur?* [59] [Et eſt Hyſterologia: nam prius eſt, ut bella exhauſerit; poſt fatis jactatus ſit. QUAE BELLA. Quanta: pronomen pro nomine.] EXHAUSTA. Finita, terminata; quod nimiae virtutis eſt: nam inchoare bella, quorumlibet eſt; vincere vel finire, paucorum.

15. FIXUM, IMMOTUMQUE SEDERET. Cogi ſeſe optat, quae ſic negat. [60] [*Immotum* autem pro immobile, participium vim nominis habens] SEDERET. Placeret, ut II. 660. *Et ſedet hoc animo.*

16. NEC CUI. Deeſt viro. VINCLO JUGALI. Synaereſis eſt, pro vinculo. *Jugali* autem, propter *jugum*, quod [61] inponebatur matrimonio conjungendis: unde & Juno *Jugalis* dicitur. [62] [Quidam *jugali* accipiunt pro conjugali, per ἀφαίρεσιν dictum, quae fit, cum de prima parte verbi ſyllaba detrahitur.]

VARIORUM.

lonii eſt ad III. Argon. 636.

Δειλὴ ἐγών, οἷόν με βαρεῖς ἐφόβησαν ὄνειροι.

unde lectionem vulgatam antefero, quam eſſe antiquae elocutionis admonet Interpres. FABRIC. Etiam illa Euripidis in Hecuba 69. expreſſiſſe potuit:

Τί ποτ' αἴρομαι ἔννυχος οὕτω
Δείμασι, φάσμασι.

ubi Scholiaſtes explicat αἴρομαι, per μετεωρίζομαι, quod Noſtro eſt *ſuſpenſa*. Mediceus a pr. m. *ſuſpenſa*. Menag. pr. *ſuſpenſam me*. vid. lib. III. 372. *terret* Francian. vide ad Sueton. Calig. L. mox, *moenibus hoſpes*. ſed imitatio Catulliana, ab Urſino notata, vulgatam firmat. BURM.

10. QUIS NOVUS. Male puto Servium hic explicare *magnum*, aut qualis antea numquam: non enim nova & nondum peracta urbe jam antea veniſſe hoſpites alios ad Didonem veroſimile; ſed rectius explicat ad lib. III. 591. *inſperatum*, ignotum. & ita Ovidius ſaepe *novus amans*, *nova amica*. BURM.

11. QUAM FORTI PECTORE, ET ARMIS. Cl. Marklandus ad Stat. I. Silv. III. 46. abſurdam credit lectionem: quid enim eſt, inquit, *quam armis*, etſi ſupplere velis, quam forti pectore, quam fortibus armis? ideo legit, *quem forti pectore, & armis*, ſupple *quem armis*. Atqui id jam Valeſius occupaverat, teſtante ejus Fratre in Valeſianis pag. 183. qui *armos* id eſt humeros, intelligebat. ut *armos* de homine dixit Virgilius lib. IX. 644. ego, ſi *quem* recipiendum ſit, ſupplerem, *quem ſe ferens forti pectore, & armis*. ſed & tollere difficultatem poſſet lectio codicum Leidenſis, & primorum Rottendorphii & Hamburgenſis, & Reg. a m. ſec. *quam fortis pectore & armis*. quod firmari poſſet imitatione Silv. lib. V. 175.

Tum Soracte ſatum, praeſtantem corpore & armis.

Val. Flac. IV. 265.

—— Vigil ille metu, quum pectore & armis
Huc alternus & huc.

Quam ſeſe ore, etiam Parrhaſ. vulgata lectio eſt apud Commentatorem Crucquianum, ad Horat. II. Od. 4. BURM.

12. CREDO EQUIDEM. *Crede* Gudianus. a m. pr. vide ad lib. VI. 849.

14. EXHAUSTA. *Exacta* Oudart. & Sprotianus. ſollemni variatione, cujus exempla plurima apud Ovidium, Lucanum & alios reperiuntur.

15. FIXUM IMMOTUMQUE. *Innatumque* Wallian a m. pr. ſed imitatus Statius VI. Theb. 160.

Fixum matri, immotumque manebat.

qui & lib. XI. 169. *fixum decretumque* dixit, ubi vide Barthium. Livius lib. XXI. 42. *fixum deſtinatumque*. BURM.

16. NE

58 deſunt iisdem. 59 deſunt iisdem. 60 deſunt iisdem. Steph. al. 61 in matrimonio ponebatur Dan. 62 deſunt L. Voſ. R.

Poſtquam primus amor deceptam morte feſellit:
Si non pertaeſum thalami taedaeque fuiſſet;
Huic uni forſan potui ſuccumbere culpae.

20 An-

SERVII.

17. PRIMUS AMOR. Id eſt, maritus. DECEPTAM MORTE FEFELLIT. Figurate dixit: morte ſua decepit me, & feſellit.

18. PERTAESUM THALAMI, TAEDAEQUE FUISSET. *Pertaeſus*, participium eſt ſine verbi origine: & regit genitivum, ut hoc loco: nam genitivus eſt ſingularis: [63] [& accuſativum, ut (Suet. Caeſ. VII.) *Pertaeſus ignaviam ſuam.*]

19. HUIC UNI FORSAN POTUI SUCCUMBERE CULPAE. [64] [Bene *forſan*, quaſi adhuc dubitet.] Singula pronuntianda ſunt: ingenti enim dicta ſunt libra, [65] quibus confeſſioni deſiderii ſui quandam injicit refrenationem. CULPAE. [66] [Bene *culpae* potius quam amori: & hoc] propter antiquum ritum, quo repellebantur a ſacerdono, [67] [id eſt, Fortunam muliebrem non coronabant,] bis nuptae.

VARIORUM.

16. NE CUI. *Nec cui* edidit P. Daniel. & marg. Naſcembaeni: vitioſe. *ne cui me vellem lecto ſ. jugali* Wall. *ne cui me vellem vinclo* Venetus.

17. DECEPTAM MORTE FEFELLIT. *Decepta morte* prior Menagianus, Montalbanius, & Hamburgenſis alter a m. pr. quod elegantiae quid parum intellectae prae ſe fert. In Statio ac Senecae Tragoediis ſimiles loquendi modos obſervaſſe videor. Ille II. Silv. I. 97.

Quid te poſt cineres, deceptaque funera matris
Tutius Inoo reptantem pectore, Bacche.

lib. VIII. Theb. 623. *Quae decepta fides?* IX. 422. *Dotaleſque rogos, deceptaque fulmina vidi.* lib. VII. 156. *nec te telluris amatae, Deceptique laris miſeret.* & eod. lib. 787. *deceptum larem* dixit. II. 304. *ſed quid miſeri decepta mariti Arma, quid inſontes nati meruere furores?* Senec. Herc. Furent. 155. de Piſcatore, *deceptos inſtruit hamos*, quibus piſcis adroſerat eſcam. & ita ſaepius. Silius lib. VI. 692.

Sed pacti faciem & pollutas foederis aras,
Deceptumque Jovem, ac dictantes jura Latinos
Cernere erat.

idem lib. I. 482. *Deceptos mihi linque Deos*, hoc eſt perjurio deluſos. ſic *deceptae culpae* Naſo exſilium ſuum adſcribit lib. IV. ex Ponto VI. 13.

Coeperat Auguſtus deceptae ignoſcere culpae.

quam alibi culpam imprudenti ſibi cognitam vocat. Epiſtol. XI. 101.

Tolle procul decepte faces, Hymenaee, maritas.

Claudian. Laud. Serenae 168.

Prodidit Oenomai deceptum Myrtilus axem.

ita lego: nam ſcripti & editi codices, *deceptus.* idem Bell. Getic. 7.

Deceptoque vagae concurſu rupis in altum
Victricem duxiſſe ratem,

dicitur Tiphys. *decepta Tantali ſitis*, lib. II. in Rufin. 510. ut Seneca Agam. 20. *Aquas fugaces ore decepto appetit.* quem & vide in Thyeſt. 988. Alcimus Avitus lib. II. 393 de uxore Lothi:

Sed ſtetit horrendo perlucens maſſa nitore,
Servavitque etiam ſpecies decepta figuram.

Tertullianus de Ninive:

Parvula nam ſubito maculaverat aëra nubes,
Deceptumque diem caliginis agmine clauſit.

& lib. II. contra Marcionem 132.

Objectat ſeſe leo, pelle obtectus ovili
Decipiens habitu raptoris ſanguine fauces.

Decipere ſanguine fauces, pro fraudare ſanguine. Auſon. Epigr.

Deceptae felix caſus ſe miſcuit arti,
Hiſtrio, ſaltavit qui Capanea, ruit.

Lucan. IV. 568.

Deceptam cernere lunam;
Victoreſque ſuos vultu ſpectare ſuperbo,
Et mortem ſentire juvat.

ita forte legendum: nam *Lunam* Hamb. codex habebat. apud eumdem lib. VIII. 64. de Cornelia:

Membra relicta labant, riguerunt corda, diuque
Spe mortis decepta jacet.

quae ibi vera eſt ſcriptura. & ita ille ſaepius, ut lib. IV. 324. & 712. V. 748. 809. IX. 99. Valer. Flac. III. 476. de Hercule:

Percuſſit ſubito deceptum fragmine pectus.

Juvenalis VI. Sat. 602.

Tranſ-

63 deſunt iisdem & Dan. ſed non Baſil. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. 65 & moderatione Baſil. & mox confeſſione Voſ. 66 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 67 deſunt iisdem.]

Anna, fatebor enim; miſeri poſt fata Sichaei
Conjugis, & ſparſos fraterna caede Penatis,
Solus hic inflexit ſenſus, animumque labantem

SERVII.

20. Fatebor enim. Bene uno ſermone & culpam expreſſit & neceſſitatem: *fateri* enim, & coactorum eſt & [68] culpabilium. [69] [Sed hic videtur per oblationem confeſſionis levius crimen efficere.] Miseri post fata Sichaei. Aut muliebriter dixit *miſeri*; aut mortui, ſecundum Ciceronem, qui in Tuſculanis *miſeros*, *mortuos* vocat: aut certe ob hoc miſeri, cujus jam obliviſcitur: aut [70] *miſeri*, ſic occiſi.

21. Sparsos fraterna caede penates. Si Didonis, diſperſos per fugam intelligimus; ſi fratris, pollutos cruore. [71] [*Fraterna* autem *caede*, quam frater admiſerit.]

22. Inflexit. Quia ſupra ait: *Fixum immotumque ſederet. Inflexit*, a rigido propoſito [72] declinavit. [73] [Et bene per gradus crevit; primum *inflexit*, ut fixos oſtenderet: quae fixa ſunt enim, quoniam avelli non poſſunt, flectuntur; deinde *impulit labantem:* ea enim *impelluntur*, quae prona ſunt ad cadendum.] Labantem impulit. Id eſt, impulit, & labare fecit: non enim lababat: quia ante immobilis fuerat. Cavendum ſane, ne *labentem* contra metrum legamus: nam *la* longa eſt, ut XI. 588. *Labere nympha polo.*

VARIORUM.

Tranſeo ſuppoſitos (pueros) *& gaudia, votaque ſaepe*
Ad ſpurios decepta lares.

Phaedr. I. 4. *decepta aviditas canis.* & I. 13. *corvi deceptus ſtupor.* HEINS. In tam operoſa veterum ſcriptorum congerie, pauca ſunt loca, quae mihi ad rem, aut lectionem *decepta morte*, ſtabiliendam facere videntur. Nam ſi *mors decepta* fuit, debuerat Sichaeus ſuperſtes fuiſſe, & mortem, quae eum jam ut praedam ſuam credebat, fefelliſſe, quia evaſerat eam. ſed Dido fuit decepta morte inexſpectata & non optata mariti ſui prioris, cum quo voverat longam ſe aetatem acturam. itaque ſervanda vulgata lectio, nec propter aberrationem admodum frequentem librariorum, qui ſaepe virgulam ultimae ſyllabae ſuperpoſitam negligebant, aliquid novandum. legebatur enim *deceptā morte*, pro *deceptam morte.* illuſtrando huic loco innumera poſſent loca adduci, quibus *decipi* dicantur, quibus praeter ſpem & opinionem, quaedam obveniunt; ſed multa jam adtuli ad Petron. cap. CXV. Ovid. V. Met. 147. Valer. Flac. VII. 161. Vellej. Paterc. II. 116. quibus alia adjicere in facili eſſet. ipſe etiam Heinſius poſtea adſcripſerat ex antiquis Lapidibus apud Gruter. p. DCVI. DCLXVII. 8. & DCXCI. 5. ubi, *mors decepiſſe patrem* &c. legitur. quod vero duo verba idem fere notantia cumulet, *deceptam fefellit*, & hoc antiquae elegantiae eſt, & recte Naſcimbaenus explicat, decipiendo fefellit, ut lib. I. 69. *ſubmerſas obrue puppes*, ſubmergendo obrue. ſic lib. XII. 136.

Proſpiciens tumulo campum adſpectabat.

Horat. III. Od. 8. *temperat abſtinens*, ubi vide Lambini notas, & plura palilogiae hujus exempla dat Cl. Drakenb. ad Silii lib. XI. 198. & XII. 443. vid. & Giſan. Ind. Lucret. in *participiis.* jam vero *decipere*, & *decipi* egregie etiam illuſtravit Gronovius III. Obſ. 20. BURM.

18. Taedaeque fuisset. *Fuiſſent* primus Moreti, duo Hamburg. & totidem Rottendorf. Mediceus, Regius, & a m. pr. Gudianus, a m. ſec. duo Mentelii. non eſt autem tautologia, *thalami taedaeque.* Manil. II. 924. *ut connubia, & thalamos, taedaſque gubernet.* BURM.

19 Huic uni forsan. *Forſitan huic uni potui* legitur apud D. Auguſtinum, in libello Artis Grammaticae. HEINS. *Subcumbere* Gudian. & Mentel. alter. vellem vero docuiſſet nos Marklandus ad Stat. V. Silv. III. 97. unde peierit, *ſuccumbere curae*, id eſt, ut explicat, amori. BURM.

22. Solus hic. *Hicc'* Terentianus Maurus legit, ut ſit Creticus,

Solus hicc' inflexit ſenſus: nam primus & iſtic
Pes longiorem tertiam dat ſyllabam,
cc *Geminum quoniam ſermonis regula poſcit,*
Ut fiat hicce plena vox, excluditur
Vocalis.

nec aliter Victorinus. HEINS. Vid. ad lib. II. 664.

68 culpabilis P. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 70 deeſt iiſdem. aut ſi occiſi R. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 deviavit Baſil. 73 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Inpulit. Adgnoſco veteris veſtigia flammae.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentis umbras Erebi, noctemque profundam,
Ante, Pudor, quam te violo, aut tua jura reſolvo.

Ille

SERVII.

23. [74] [AGNOSCO. Participium *agnotus*, non *agnitus*. Salluſtius II. Hiſt. *Nec inermos ex praelio viros quenquam agnoturum.*] VETERIS VESTIGIA FLAMMAE. Bene inhoneſtam rem ſub honeſta ſpecie confitetur, dicens ſe agnoſcere maritalis conjugii ardorem: [75] [hoc eſt, quo mariti diligi ſolent: nam erat meretricium, dicere: in amorem Aeneae incidi.]

24. SED MIHI VEL TELLUS OPTEM PRIUS IMA DEHISCAT. Callide; ac ſi diceret poſſe ſe conjungi Aeneae, ſi mors ſecuta non fuerit: [76] [& bene in veſtigio revocavit. OPTEM. Pro velim.]

26 PALLENTES UMBRAS HEREBO. Id eſt, in Herebo: [77] [alii *Herebi* legunt: aut *Herebo*, ad Herebum, ut: *It clamor coelo.* Et perſeveravit in atroci imprecatione: nam non ſufficit, *Adigat me fulmine ad umbras*, dixiſſe; adjecit, *Pallentes umbras Herebo, noctemque profundam.* PUDOR, QUAM TE VIOLO. *Pudor*, pro pudicitia abutimur: & bene *violo*: quia pudor ſacroſancte cuſtodiendus eſt.]

27. AUT TUA JURA RESOLVO. [78] Propter illud: *Vinclo jugali.*

VARIORUM.

23. AGNOSCO. *Et noſco* Zulichem. apud Flor. II. 6. *Agnoſco fatum Carthaginis*, dicit Hannibal. & ita apud alios.

Ibid. FLAMMAE. *Formae* prior Menagii a manu prima.

24. MIHI. *Me* alter Hamburgicus. credebat librarius *dehiſcere* eſſe verbum activum. ſed *dehiſcat mihi*, id eſt, in meam perniciem, ut me devoret. vid. X. 675. XII. 883. *opto* ſecundus Rottendorphius. BURM.

25. ADIGAT. *Abigat* eſt in Gudiano a manu prima, & in priore Hamburgico a ſecunda manu, ut & in Walliano.

26. PALLENTIS. *Pallantes* quartus Moreti. & ita Guther. de jure Man. II. 16. ſed eſt aberratio librariorum. ut & in II. Ecl. 47. & alibi. BURM.

Ibid. EREBI. *Erebo* in Gudiano & altero Menteliano a prima manu. nec aliter tertius Rottendorphianus. HEINS.

27. VIOLO. Arantius, Chariſius, Diomedes, cuncti indicativum agnoſcunt:

Ante pudor quam te violo, aut tua jura reſolvo.

ut ſit illi Terentiano ſimile, And. II. I.

Omnia experiri certum eſt prius, quam pereo.

Pacuvius Iliona:

Dii me etſi perdunt, tamen eſſe ad vitam expetunt,
Quod prius, quam pereo, ſpatium ulciſcendi dounant.

in libro Servii manuſcripto, quem a viro doctiſſimo, & in omni officii genere amando, Woltgango Fuſio accepi, eadem lectio integra & incorrupta manſit. FABRIC. Pro *violo* & *reſolvo* praeter Cariſium & Diomedem, ſtant vetuſtiores noſtri, cum Pierianis omnibus: nec audiendi, qui *violem* & *reſolvam* ex membranis recentioribus hic inculcarunt, etſi id quoque Priſcianus lib. XVIIII. agnoſcit. HEINS. Libro tamen IV. Georg. 306. ſubjunctivo utitur, & multi ſic codices habent, ut Dorvill. Witt. Wall. Parrhaſ. & Edd. veteres ſed vetuſtiores, *violo* & *reſolvo*. ſic apud Livium XXII. 50. ex melioribus libris Gronovius dedit, *antequam opprimit lux*, *majoraque hoſtium agmina obſepiunt iter*, pro *opprimat* & *obſepiant*. vid. & lib. VI. Aen. 328. *& tua jura.* Hamb. pr. male. vid. lib. II. 157. BURM.

28. PRI-

74 deſunt iiſdem. 75 deſunt iiſdem. 76 deſunt iiſdem. forte, *e veſtigio*, pro ſtatim, confeſtim. niſi & *in veſtigio* dixiſſe alios probemus. BURM. 77 deſunt L. R. ad ℣. 27. Voſ. Steph. habent, aut *Herebo* ad herebum, ut, *it c. c.* reliqua vero deſunt. Baſil. in Erebo. alii *Erebi* legunt; ſed cetera deſunt. 78 propter *vincla jugalia* Voſ. Steph. propter, *vinculum jugale* Baſil. propter, *vinclo jugali* R. propter *vinclum jugale*, quod imponebatur matrimonio L. repetitum ex ℣. 16.

Ille meos, primus qui me ſibi junxit, amores
Abſtulit: ille habeat ſecum, ſervetque ſepulcro.
Sic effata ſinum lacrimis inplevit obortis.
Anna refert, O luce magis dilecta, ſorori,

So-

SERVII.

28. Amores abstulit. [79] Cum illo conſumpti ſunt amores, deſideria, & voluptates. [80] [Amores. Quibus amare poſſim: & bene videtur moram poſuiſſe, cum dicit: *Primus qui me ſibi junxit amores.*

29. Servetque sepulchro. Id eſt, & defunctus ſervet, & qui in ſepulchro eſt, ut I. 353. *Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago Conjugis.* Sed modo pro mortuo accipiamus. Sane ceremoniis veterum, Flaminicam niſi unum virum habere non licet, quod hic ex perſona Didonis exſequitur, dolentis ſtuprum admiſſum in amore Aeneae, quod ſupradictis verſibus probavit: *Ille meos primus, &c.* nec Flamini aliam ducere licebat uxorem, niſi poſt mortem Flaminicae uxoris, quod expeditur: quia poſt mortem Didonis Laviniam duxit: & quod ſubrepta vel retenta Creuſa ex ipſius quoque confeſſione & [81] praedicatione regia parata fuerit, quod nullum piaculum fore denuntiatur.]

30. Sinum lachrymis implevit obortis. *Sinus*, dicimus *orbes* oculorum, id eſt, palpebras, quae a palpitatione dictae ſunt: nam ſemper moventur. *Implevit* autem ideo: quia lachrymae plerumque ſe intra oculos tenent. Et bene praemiſit excuſationem his lachrymis commemoratione prioris mariti; [82] [quaſi propter maritum fleret, cum amore cogente lachrymaret.]

31. Anna refert. [83] [Mire videtur intellexiſſe Anna, quod ſibi ſuaderi vellet Dido: & eſt rhetorica] [84] ſuaſio, omni parte plena: [85] nam & purgat objecta; & oſtendit utilitatem; & a timore perſuadet. [86] [Et uſus eſt apto cauſae principio: nam cum aliquid propter nos petimus, benivolum nobis eum, qui audit, facere debemus; cum in aliena cauſa ſententiam dicimus, nos illi benivolos debemus oſtendere, ut habeatur dictis fides. Poſtquam igitur dicendo, O *luce magis dilecta ſorori*, oſtendit nihil ſibi ſorore eſſe carius, ſummam rei ponit; an nuptiae faciendae ſint, *Solane perpetua moerens carpere juventa?* Inde partes rei a perſona Didonis; an, quia maritum perdiderit, alium accipere debeat: *Id cinerem aut manes credis curare ſepultos?* Aeneam: *Placitone etiam pugnabis amori?* a loco: *Nec venit in mentem quorum conſederis arvis?* a timore: *Quid bella Tyro ſurgentia dicam Germanique minas?* a cauſa & utilitate: *Quam tu urbem ſoror hanc cernes?* a modo: *Indulge hoſpitio, cauſaſque innecte morandi.* An etiam id dii fieri velint, per conjecturam: *Dis equidem auſpicibus reor & Junone ſecunda.*] O luce magis dilecta. [87] [Quae diligatur adhuc: an magis quam lux dilecta? aut dilectior luce?] nam antiqui frequenter pro comparativo jungebant particulam *magis*. Tale & illud eſt v. 714. *Nate mihi vita quondam, dum vita manebat, Chare magis.* [88] [Terentius Eun. v. IV. 12. *Nihil videtur mundius, nec magis compoſitum, nec magis elegans.* Sorori. Bene Anna dilecta reſpondit *ſorori:* quia & Dido ſic coepit: *Anna ſoror.* Ergo per nomen neceſſitudinis oſtendit, ſe quae ſunt utilia perſuadere, ut alibi II. 674. *Parvumque patri tendebat Iulum.*]

VARIORUM.

28. Primus. *Primos* Sprotianus, & a manu priore Hamb. pr. *primum* Leidenſis unus. *vixit* Parrhaſ. & Ed. Venet. *ſuſtulit* Sprotianus. deinde, *ſervatque* Hamb. alter.

30. Sinum. *Sinus* Montalbanius & Venetus. Guellius & Schottus III. Obſerv. 21. *ſinus oculorum* intelligebat: ſed hic non videtur Servium diligenter legiſſe, quem pectoris ſinum explicare dicit, quum ille contra orbes oculorum interpretetur. ego veſtem praetendiſſe oculis prae pudore credo,

&

79 deſideria & voluptates ſecum abſtulit moriens. Dan. Fabr. cum illo conſumta ſunt deſideria & voluptates L. R. Voſ. Steph. al. 80 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỷ. 30. 81 legerem, *praedictione regia uxor parta fuerit*, *quo n.* reſpicit enim ad verba Creuſae lib. II. 783. niſi *uxor* ſubintelligatur. *parata* etiam ſi quis velit ſervare, per me licet: nam ibi *parta* etiam *parata* exponitur. & ita mox ỷ. 75. *urbem paratam* dixit. BURM. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 deſunt iiſdem. 84 ſuaſoria eſt iiſdem. Rhetorici ſuaſio Dan. 85 nam purgat L. nam expurgat Voſ. Dan. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 87 deſunt iiſdem, ſed tantum habent, id eſt, *dilectior*. nam &c. 88 deſunt iiſdem.

Solane perpetua maerens carpêre juventa?
Nec dulcis natos, Veneris nec praemia noris?
Id cinerem aut manis credis curare ſepultos?
Eſto: aegram nulli quondam flexere mariti:
Non Libyae, non ante Tyro: deſpectus Iarbas,

Du-

SERVII.

32. [89] [SOLANE PERPETUA. Id eſt, ſolane moerens in omni carperis juventa? *Perpetua* ergo, *continua*. JUVENTA: aut pro *juventute* accipiendum: nam *Juventa*, dea illius aetatis eſt; *juventas*, aetas ipſa juvenilis; *juventus*, juvenum multitudo.]

33. NEC DULCES NATOS. Propter liberos: quae fuit cauſa ſecundi matrimonii, ut Juvenalis VI. 38. *Sed placet Urſidio lex Julia, tollere dulcem Cogitat haeredem.* [90] [Et Hyſterologia eſt: nam per Veneris praemia proveniunt nati.] Alii male jungunt *natos Veneris*, Cupidinem & Aeneam. [91] [Alii ἱερεῖα & ἀντίφερνα dicunt. VENERIS NEC PRAEMIA. Id eſt, voluptates. Homerus Iliad. Γ. 54. Τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης. [92] [Et volunt quidam τὸ διὰ δυοῖν eſſe.]

34. ID CINEREM AUT MANES CREDIS CURARE SEPULTOS? [93] Propter illud: [94] [*Ille habeat ſecum ſervetque ſepulchro:*] quia marito juraverat, ut inf. 552. *Non ſervata fides cineri promiſſa Sichaeo.* Et bene extenuat dicendo non *animam*, ſed *cineres* & *manes ſepultos*. Dicit autem ſecundum Epicureos, qui animam cum corpore dicunt perire.

35. ESTO. Adverbium [95] concedentis: & eſt Graecum ἔστω. FLEXERE MARITI. Non qui erant; ſed qui eſſe cupiebant. Alii intelligunt *aegram mariti?* ut ſi genitivus ſingularis, [96] [id eſt, triſtem, propter maritum. Vel *aegram*, ad morbum animi referas, id eſt, ut ſtultitiam judicet in juventa aetate nuptiis abſtinere. *Aeger* enim animo dicitur, *aegrotus*, corpore.]

36. NON ANTE TYRO. Aut in Tyro; ac ſi diceret Tyri: aut certe Τυρόθεν, [97] id eſt, de Tyro, ut III. 503. *Dardanus Heſperia.* [98] [Quidam autem *Libyae*, [99] mariti *Libyae*; *Tyro*, mariti Tyrii exponunt.] DESPECTUS IARBAS. Rex Libyae, qui Didonem re vera voluit ducere [1] uxorem: &, ut habet hiſtoria, cum haec negaret, Carthagini intulit bellum: cujus timore cum cogeretur a civibus, petiit ut ante placaret manes [2] mariti prioris: & exaedificata pyra ſe in ignem praecipitavit: ob quam rem Dido, id eſt, virago, [3] quae virile aliquid fecerit, appellata eſt: nam Eliſſa proprie dicta eſt.

VARIORUM.

& in ſinu fleviſſe: & *ſinum* de veſtibus dici oſtendi ad Petron. CXXII. *abortis* hic multi, ut ſemper. BURM.

31. ANNA REFERT. Id eſt reſpondit: ſic Statius VIII. Theb. 247. *cunctoſque auditque, refertque.* ubi mirum verbi uſum notat Barthius, quem ipſe ad lib. IX. 400. illuſtrat. ſed ibi ſcilicet accuſativus additur. ſed & Ovid. II. Met. 35. ſimpliciter dicit, *ille refert.* & ita in judiciis *referre*, pro reſpondere accuſationi poni docuerunt Hottom. & Cl. Graevius ad Cicer. pro Quintio cap. XIII. BURM.

32. SOLANE. Hic non debet capi quaſi unica eſſet, nam & ipſa Anna innupta erat. ſed *ſola* hic eſt deſolata, ſine viro, cognatis & amicis, ut ſaepe Terentius, Andr. II. III. 7. Adel. III. I. 4. & inf. 82. & paſſim. Servius vero hic diſcrimen juventae &c. aliter dat, ac fecit ad I. Aen. 590. forte legendum, *Juventas Dea* &c. *Juventa aetas.* vid. & inf. ỳ. 559. ſcio vero Poëtas non ſemper diſcrimen hoc ſervaſſe. BURM.

34. AUT MANIS. Sic Priſcianus libr. VII. & ſcripti potiores. alii *& manes*, ut Parrhaſ. male: infr. 427. *cinerem maniſve revelli credis ſentire* ſcri-

89 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad ỳ. 33. Baſil. vero habet priora ad *Perpetua ergo*, reliqua omiſit. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. nam natos Veneris L. 91 deſunt iidem. 92 deſunt iidem. 93 diſtribuit illud Dan. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 95 concedentis eſt Graecum. & deeſt, ἔστω L. Voſ. R. Steph. ut & Baſil. 96 deſunt L. R. ad ỳ. 36. ſed Voſ. Steph. ad vel *aegram*, deeſt Steph. triſtem. 97 id eſt Tyro R. Steph. 98 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 99 mariti Libyeſtero Dan. Quidam autem *Libyae*, qui Didonem revera voluit ducere uxorem. Et ut &c. Fabr. ubi deeſt *Rex*. 1 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 2 mariti, & exaed. iidem. 3 dicta eſt q. v. a. f. nam Eliſa p. appellata eſt. iidem, Steph.

Ductoreſque alii, quos Africa terra triumphis
Dives alit. Placitone etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum conſederis arvis?
Hinc Gaetulae urbes, genus inſuperabile bello:

Et

SERVII.

37. DUCTORESQUE ALII. Ergo & Iarbas ductor. [4] [Alii autem, qualis Iarbas.] QUOS AFRICA TERRA. Derivationes frequenter majores ſunt a principalitate: interdum pares inveniuntur: raro minores: unde ſupra II. 601. [5] *Lacaena* notandum diximus. TRIUMPHIS DIVES. Id eſt, bellicoſa. [6] [Et quidam dicunt Afros nunquam triumphaſſe. Plinius autem ſecundo Hiſtoriae naturalis, & Pompejus Trogus, Afros dicunt pompam triumphi primos inveniſſe; quam ſibi Romani poſtea vindicaverunt. Livius autem Andronicus refert, eos de Romanis ſaepius triumphaſſe, ſuaſque porticus Romanis ſpoliis adornaſſe: merito ergo DIVES TRIUMPHIS.]

38. PLACITONE ETIAM PUGNABIS AMORI? Ac ſi [7] diceret, jure contempſiſti eos, qui diſplicebant: numquid etiam placito amori repugnabis? Et eſt Graecum, *pugno tibi*: nam nos *pugno tecum* dicimus. [8] [Et *placito*, alii volunt, vel univerſis hominibus, id eſt, conjugali amori, vel legibus dictum.]

40. HINC GETULAE URBES. Ad terrorem *urbes* [9] poſuit: nam in [10] mapalibus habitabant. [11] [GENUS INSUPERABILE BELLO. Ut XI. 306. *Quos nulla fatigant Praelia; nec victi poſſunt abſiſtere ferro.*] INFRENI. Aut ſaevi, [12] [& feroces, ut ipſe contrario XII. 568. *Hi frenum accipere:*] aut qui equis ſine freno utuntur.

VARIORUM.

ſcripti quidam. ut apud Petronium CXI. ubi vide notas. BURM.

35. ESTO. Scholiaſtes Horat. III. Od 22. explicat, vel *ſit*, vel ut ſit adverbium. *aegram* explico recenti dolore olim adflictam, qui jam fere exolevit viſo Aenea. *Aegram te nulli q. f. mariti.* Dorvill. quod factum, quia ſupra *aegram*, Gloſſatores ſcripſerant *te*, ut in Walliano vidi. BURM.

36. LIBYAE. Si Africanos deſignat, *Libyes* dicendum fuit, quomodo frequenter apud Silium Italicum. in tertio Rottendorphiano aliiſque quibusdam recentioribus, *Libye*, ut *Libyen* ponat pro amantibus totius *Libyae*. in priore Voſſiano *Libyi*. HEINS. *Libye* Wittian. Wallian. & Francianus, ſed hoc eſt *Libyae*, Diphthongis enim carent illi codices. & ita *Libyae* Parrhaſ. Guell. ex Paſſeratio, & Cerda diſtinguit poſt *Tyro*. Vondelius conjungit *Iarbas deſpectus Tyro*, id eſt a Tyriis, quod Hortenſio debet. Serv. ad I Aen. 263. *in Tyro* exponit, & ad XII. 344. & ita ſolent, ubi urbis & regionis nomina jungunt, eumdem caſum ſervare. vid. Drak. ad Liv. V. 52. §. 8. poteſt & varius eſſe caſus, *Libyae* genitivus, *Tyro* ablativus. vid. Serv. ad III. Georg. 96. in Servii verbis quid emendent Perizonius & Munckerus, vid. apud hunc ad Hygin. Fab. CCLVII. BURM.

Ibid. DESPECTUS. *Diſpectus* Sprotianus & unus Leidenſis. *Hyarbas* Francianus. *ductoreſque alios* Rottend. ſec. *Affrica* multi. *Attica* ſec. Moreti. Heinſ. malebat olim, *triumphi*. BURM.

38. PLACITONE. *Placidone* tres ab Heinſio inſpecti. & Wallian. *oppugnabis* ſecundus Moreti. *placidone* agnoſcit Rufinian. de Sch. Lex. p. 34. & licet hoc τῷ *pugnabis* eleganter conveniat, praefero tamen *placito* propter ℣. 22. ubi alios diſplicuiſſe ſibi, ſed ſolum Aeneam inflexiſſe ſenſus fatetur. BURM.

39. NEC VENIT IN MENTEM. Elegans loquendi genus, pro nec tibi venit in mentem, illuſtrat Gronovius ad Livii libr. XXVIII. 24. *non venit* Parrhaſ. BURM.

Ibid. CONSEDERIS. *Conſideris* primus Moreti, Mentelii alter, ſecundus Rottendorphius, cum altero Menagii. etiam Gudianus a manu prima. vide ar-

4 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 5 in Lacena Fabr. & Maſvic. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 7 diceretur contempſiſti L. Voſ. R. diceret contemp. Steph. al. ex illo *jure* natum eſt *ur*, in ultima ſyllaba τῦ *diceretur*. 8 deſunt L. Voſ R. Steph. al. 9 dixit Steph. 10 mappalibus habitant L. Voſ. R. habitant etiam Steph. nam mapalibus habitant Baſil. vid. ad Ecl. VI. 2. & III. Aen. 241. ſic Liv. II. 62. *vicis frequenter habitabatur*. BURM. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 deſunt iiſdem.

Et Numidae infreni cingunt, & inhoſpita Syrtis:
Hinc deſerta ſiti regio, lateque furentes
Barcaei. Quid bella Tyro ſurgentia dicam,
Germanique minas?
DIs equidem auſpicibus reor & Junone ſecunda
Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.

Quam

SERVII.

41. [13] [CINGUNT. Non adjuncti ſunt; ſed *cingunt*, quaſi circumdant, ut III. 52. *Cingique urbem obſidione videret.*] INHOSPITA. Barbara, aſpera: [14] [& fictum *inhoſpita*, cum *inhoſpes* non dicatur.]

42. DESERTA SITI REGIO. Inhabitabilis [15] [raritate aquae.] Dicit autem [16] Xerolibyen, id eſt, partem Africae aridam, quae eſt [17] inter Tripolin & Pentapolin. Et bene terret, dicens juxta eſſe aut bellicoſas gentes, aut deſerta loca, unde non ſperatur auxilium. LATEQUE FURENTES BARCAEI. Hi [18] prope ſunt a Carthagine: unde addidit, *late furentes*. Hi, ſecundum Titianum in [19] Chorographia, Phoenicem navali quondam vicere certamine. [20] *Barce* autem civitas eſt Pentapoleos, quae hodie Ptolemais dicitur: nam *Cyrene* & *Barce* reginae fuerunt, quae ſingulis dederunt civitatibus nomina. [21] [Sed hoc per prolepſin dictum eſt.

43. BELLA TYRO SURGENTIA. Neceſſario ad perſuadendum praeſenti tempore uſus eſt.]

44. GERMANIQUE MINAS. Propter aurum, quod ei, ſicut in primo diximus, tulerat. [22] [Et *minas* pro ipſis periculis poſuit, ut ex praecedentibus ſequentia accipiamus.]

45. DIIS EQUIDEM AUSPICIBUS. Hoc dicit: Dii, qui ſunt auſpices matrimonii, Aeneam huc venire fecerunt. Nuptiae enim captatis fiebant auguriis, ut Lucanus [23] II. 371. [*Junguntur taciti,*] *contentique auſpice Bruto.* [24] [Varro De pudicitia, ait: *Auſpices in nuptiis appellatos ab auſpiciis, quae ab marito & nova nupta per hos auſpices captabantur in nuptiis.*] JUNONE SECUNDA. Aut quae praeeſt conjugiis: [25] [unde Γαμήλιος, id eſt, *Pronuba*, appellatur; quamvis & ipſa in libris Augurum praeeſſe dicatur auſpiciis: aut quia Carthaginem fovet.]

46. HUC CURSUM ILIACAS VENTO. Mire, cum alio iter haberent, huc delati ſunt: & ideo addidit *vento*.] TENUISSE. Perfeciſſe, impleſſe.

VARIORUM.

annotata ad Eclog. VII. 1. HEINS. Vide ad Ecl. V. 3. & Georg. IV. 436. VIII. Aen. 10, & alibi etiam.

41. ET NUMIDAE INFRENI. *En* alter Hamburgicus. *effreni* prior pro varia lectione. *inferni* Vratiſlavienſis. *infrenis Garamas* apud Claud. in Nilo 20. ubi vide Heinſ. *Hinc Numidae* Serv. ad X. 750. antea *inſuperabile* omnes ſcripti, unus vero Leidenſis, *inſuperabile. ferro. telum inſuperabile*, dixit Valer. Flac. III. 12. & ibid. 512. *odiis caput inſuperabile*. vid. ad I. Aen. 339. ubi etiam vidimus, licet *urbes* praecedant, poſſe *genus* ſequi. BURM.

42. SITI. *Situ* Wallian. & prior Hamburgicus. a manu ſecunda. *furentis* Leidenſis unus. & tertius Mentelii, & Reg. ut poſſet cum *Barcaei* conjungi, *lateque furentis Barcaei quid bella* &c. ut olim Heinſius, ſed praeſtare alterum notavit poſtea. *vagantes* ſecundus Rottendorphius & Mentelianus & primus Moreti & Leidenſis. & ita citaſſe Hieronymum in Epiſt. ad Marcellinum & Anapſychium, teſtatur Naſcimbaenus. *Brachaei* uterque Hambur-

13 deſunt iisdem. 14 deſunt iisdem. 15 deſunt iisdem. 16 Xerolipſes L. Xerolypſes R. ſiccam Libyem, Xerolipſes Voſ. 17 Valeſius ad Amm. Marcel. XXII. 15. errare Servium ait, & debuiſſe dicere, inter Pentapolim & Alexandriam. nam ſicca Libya a Pentapoli fuit ſemper diſſociata, ut bis terve in eo capite Valeſius oſtendit. BURM. 18 longe Dan. Fabr. al. 19 Chronographia L. Fenicum R. ſuperavere L. Voſ. R. Steph. al. 20 Barcie L. Ptolomais L. Voſ. R. Steph. civitas eſt vel forum Dan. ſed corrupte editum *eorum*. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 44. 22 deſunt iisdem. legendum vero, propter aurum, quod ei abſtulerat. vid. lib. I. 363. niſi quis *ferre* pro auferre poni contendat, ut Ecl. IX. 51. vid. ad Valer. Flac. 577. ſed tamen intereſſe aliquid puto, de quo hic non locus agendi, aut ſubintelligi poſſet *ſecum* tulerat. ſed *ei* quod additur, hoc non patitur. BURM. 23 deſunt iisdem. 24 deſunt iisdem. in Dan. & hic turbata multa ſunt. 25 deſunt iisdem. uſque ad *Tenuiſſe* 46. unde Juno *Gamilia* dicitur Baſil. ſed reliqua deſunt.

Quam tu urbem, ſoror, hanc cernes! quae ſurgere regna
Conjugio tali! Teucrûm comitantibus armis,
Punica ſe quantis adtollet gloria rebus!
Tu modo poſce Deos veniam, ſacriſque litatis
Indulge hoſpitio, cauſſaſque innecte morandi:
Dum pelago deſaevit hiems, & aquoſus Orion,
Quaſſataeque rates, dum non tractabile coelum.

His

SERVII.

47. [26] [QUAM. Qualem, vel quantam: pronomen pro nomine. URBEM SOROR HANC CERNES. Mire pro voluntate ſororis; ut ſi quis avaro ſuadeat, ſpem pecuniae faciens.]

48. CONJUGIO TALI. Id eſt, viri fortis: quod ideo non dicit, quia ſcit a Didone [27] praedictum: [& [28] bene in ultimo *conjugium* poſuit, propter quod univerſa praedicta ſunt.]

50. VENIAM. Aut beneficium [[29] & benevolentiam:] aut re vera *veniam*, perjurii ſcilicet, ut inf. 552. *Non cineri ſervata fides promiſſa Sichaeo.* [30] [TU MODO. Pro, tantummodo.] SACRISQUE LITATIS. Diis litatis debuit dicere: non enim *ſacra*, ſed deos ſacris *litamus*, id eſt, placamus. Ergo nove dixit; [31] [ſed diſtinguendum eſt, ut dicamus *ſacris*, id eſt, per ſacra; *litatis*, ſcilicet diis.]

51. INDULGE. Da operam, ut IX. 165. *Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.*

52. [32] [DUM PELAGO DESAEVIT HYEMS. Enumerat, quas morae cauſſas poſſit innectere. Praetende, inquit, naufragiis fluctus; adverſa navigatione jactatis procellarum nomen oppone. Hoc eſt, inflammare animum, & artem docere precandi. AQUOSUS ORION. Id eſt, dum occidit *Orion*; quoniam & oriens & occidens tempeſtates commovet: & bene *Orion* opponitur: quia & Ilioneus dixerat I. 535. *Cum ſubito adſurgens fluctu nimboſus Orion.*] [33] O corripuit, ratione ſupradicta.

53. [34] [QUASSATAEQUE RATES. Hoc ad illud I. 551. *Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem.*] NON TRACTABILE. Aſperum, intractabile. [35] [Sub quo tractari nihil poſſit, propter tempeſtatem.]

VARIORUM.

burgenſis, Venetus & Zulichemius. *Barchaei* Leidenſis & quinque alii. *Barchei* tres alii. *Bachei* Parrhaſ. BURM.

45. AUSPICIBUS. *Auſpiciis* Dorvill. de Junone *ſecunda* vid. Barth. ad Stat. I. Theb. 285.

46. HUC. *Hunc* Mediceus, caeterique maximam partem noſtri: quomodo & Donatus & Pieriani vetuſtiores. vulgatam tamen ſcripturam non auſim ſollicitare, quae in Montalbanio & priore Hamburgico apparet, & in tertio Moreti & quarto, & Scheſferiano. alter Menagianus, *hinc*. HEINS. In Moretano primo adſcriptum erat *hunc*, id eſt Aeneam. *hunc* etiam Dorvil. & Regius. *tetigiſſe* Excerpta noſtra a prima manu. *huc* rectius, ut I. 534. *Huc curſus fuit.* BURM.

47. QUAM TU. *Quantam* prior Hamburgicus a manu ſecunda, & a prima Leidenſis, ex gloſſa.

48. TEUCRUM. *Et Teucrum* Dorvil.

49. ATTOLLET. *Attollit* duo Moretani. *adtollit* Regius.

50. DEOS. Ita omnes noſtri, & Servius ad I. Aen. 519.

Ibid. SACRISQUE LITATIS. Vid. ad Ovid. VI. Faſt. 629. Nonius in *litare* exponit *impetratis*, quum *litare* dixiſſet eſſe *propitiare*, *votum impetrare*. *ſacrificare* autem eſſe, *veniam petere*. vide Barth. ad Stat. I. Theb. 506. & X. 332. deinde, *cauſſauque* Hamb. pr. & Edit. Juntina: mox, *deſuevit* Excerpta noſtra. BURM.

52. O-

26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 27 dictum Baſil. 28 deſunt iiſdem L. Voſ. R. Steph. al. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph al. 30 deſunt iisdem. 31 deſunt iiſdem & Dan. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad O. ſed deſunt Dan. ab *id eſt*. Baſil. deſunt priora uſque ad *praetende*. & deinde deſunt a *quoniam* ad *O corripuit*. ſed in Fabr. & Baſil. legendum puto, artem docere *peccandi*, pro *precandi*. BURM. 33 O deeſt Voſ. R. Steph. al. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 35 deſunt iiſdem. ſed Baſil. tantum habet, propter tempeſtatem.

His dictis incenſum animum inflammavit amore,
Spemque dedit dubiae menti, ſolvitque pudorem.
Principio delubra adeunt, pacemque per aras
Ex-

SERVII.

54. Incensum inflammavit. [36] [Jam incenſum per ſe, inflammavit adhuc,] ut: Horatius II. Sat. III. 321. *Oleum adde camino.* [37] [Alii non *incenſum*, ſed [38] *inpenſe* legunt, ut ſit Terentianum Eun. III. v. 39. *Inpendio magis animus gaudebat mihi.*

55. Spemque dedit dubiae menti. Dubitativa enim fuerat Didonis oratio, dicendo: *Si non pertaeſum thalami, taedaeque fuiſſet.* Ergo jam non ambigit, de qua dubitabat, ſed ſine reſpectu pudoris palam agit.] Solvitque pudorem. Propter vincula caſtitatis, [39] [& ad illud reſpondet: *Ante pudor quam te violo, aut tua jura reſolvo.*

56. Delubra adeunt. Juxta illud dictum ſororis: *Tu modo poſce deos veniam.*] [40] *Delubrum* autem dictum, aut, ut ſupra II. 225. diximus, propter lacum in quo manus abluuntur; vel propter tectum conjunctum: [41] [quia una opera abluitur:] aut certe ſimulachrum [42] ligneum *delubrum* dicimus, a *libro*, hoc eſt, raſo ligno factum, quod Graece ξόανον dicitur. [43] [Sane in ſecundo libro de ſingulis ſpeciebus delubri juxta Varronem relatum eſt: in quibus eſt ſpecies *delubri* talis, ut praeter aedem area ſit adſumpta deûm cauſa, id eſt, ſpatia relinquantur juxta aras miniſterii cauſſa, ad ſacrificia peragenda. Hujus moris hic meminiſſe eum accipere debemus: *Principio delubra adeunt.* Atque quia *delubra*, quaſi ſolum nomen ſine dei ſignificatu poſuerat, voluit per *aras* expungere divini nominis cauſam: licet in continuatione non tam dei fecerit mentionem, quam propria deorum nomina intulerit, & quidem cum ſacrificationis gratia, illis verſibus: *Legiferae Cereri*, &c. uſque, *jugalia curae:* nec non *arae*, licet oblique, attamen [44] manifeſte, It. *. *Aut ante ora deum pingues ſpatiatur ad aras:* quid enim eſt *ſpatiatur*, quam ſpatio lati loci obambulat? *Adeunt* autem, proprie dixit: ad majores enim qui accedit, [45] dat honoris ſignum.] Pacemque. Benevolentiam, [46] [ut x. 31. *Si ſine pace tua, atque invito numine.* Per aras exquirunt. Vel apud aras, vel inter aras, ut IX. 418. *It haſta Tago per tempus utrumque. Exquirunt* autem,] id eſt, ſacrificando explorant, an dii velint huic rei conſentire. Dicendo autem *per aras*, [47] aruſpicalem artem oſtendit, unde eſt, *Spirantia conſulit exta.* [48] [Duo enim genera hoſtiarum ſunt; unum, in quo voluntas dei per exta exquiritur; alterum, in quo ſola anima deo ſacratur: unde etiam aruſpices *animales hoſtias* appellant. Sed de exploranda voluntate divina hic expreſſit, dicendo: *Spirantia conſulit exta.* Animalis vero hoſtiae ſpeciem oſtendit, ubi Entellum facit Eryci taurum mactantem v. Aeneid. 483. dicens: *Hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis Perſolvo.*]

VARIORUM.

52. Orion. *Orio* Mediceus a manu prima. ſic *Agamemno*, *Iaſo*, & ſimilia paſſim in antiquis membranis. HEINS.

53. Et non. *Dum non* vetuſtiores omnes, quae repetitio nervoſa eſt, & alteri ſcripturae omnino praeferenda. HEINS. Ita Editio Juntae.

54. Incensum. Servius, *impenſe* olim lectum monet, ſed ibi a librario error commiſſus eſt. FABER.

Ibid. Inflammavit. *Flammavit* primus tertiusque Moreti. Schefferianus & ſecundus Rottendorphius.

36 deſunt iisdem. 37 deſunt iisdem ad *ſolvitque* ℣. 53. 38 *in per ſe* Dan. vitio operarum, quod neque correctum, in Lucii, Genev. Commel. Emmeneſſi editionibus fuit. ſed nullum facere ſenſum conſtare ſatis poterat, & facilis emendatio erat, *inpenſe*. ſed ita curatae ſunt editiones poſt P. Danielem. BURM. 39 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *delubrum* ℣. 56. 40 in V. & R. continuatis verbis, erat, propter vincula caſtitatis delubrata. *delubrum* &c. dictum diximus ſupra, dictum L. dictum, ut ſupra diximus Voſ. R. Steph. dictum, ut ſupra propter Baſil. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 deeſt Dan. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *pacem.* 44 manifeſte it * Aut Dan. Maſvic. *ut* dedit. legendum vero puto, *areae* l. ob. a. manifeſte facit, *Aut.* &c. nam *ſpatiatur* convenit areae, lato loco, non arae, in qua ſpatiari non poteſt. *facit* ,ſcilicet *mentionem*, quod praeceſſit. conferendus his Servii Macrobii lib. III. Sat. 4. BURM. 45 aut ſoanori ſignum * Dan. vulgata eſt in Lucii E.l. Voſſius volebat, facit honoris ſignum. latet ulcus, & forte in illo Danielis *ſoanori* Graeca vox ξόανον. ſed non liquet. 46 deſunt L. Voſ. R. Dan. Steph. al. ad *id eſt.* 47 auſpicalem L. Steph. al. errare hic Servium docet Vlitius ad Gratii Cyneg. 482. mox, *ut ſpirantia* L. Voſ. R. Steph. 48 deſunt L. Voſ. R. Steph al.

Exquiſunt: mactant lectas de more bidentis
Legiferae Cereri, Phoeboque, patrique Lyaeo.

Ju-

SERVII.

57. MACTANT. Verbum ſacrorum, [49] κατ' ἐυφημισμὸν dictum, [50] [quaſi magis auctum: unde & *magmentum* dicebant, quaſi majus augmentum. Olim enim hoſtiae immolatae dicebantur, mola ſalſa tactae: cum vero ictae, & aliquid ex illis in aram datum, *mactatae* dicebantur [51] per boni ominis ſignificationem;] ut *adolere*: nam *Mactare*, eſt proprie magis augere. LECTAS BIDENTES. Non vacat *lectas*: moris enim fuerat, ut ad ſacrificia eligerentur oves, quibus nihil deeſſet: ut in ſexto 38. *Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos.* BIDENTES autem dictae ſunt, quaſi biennes: quia neque minores, [52] neque majores licebat hoſtias dare. Sunt etiam in ovibus duo eminentiores dentes inter octo, qui non niſi circa bimatum apparent: nec in omnibus, ſed in his, [53] quae ſunt aptae ſacrificiis, inveniuntur.

58. LEGIFERAE CERERI. Leges enim ipſa dicitur inveniſſe: nam & ſacra ipſius *Theſmophoria*, [54] [id eſt, legum latio,] [55] vocantur. Sed hoc ideo fingitur, quia ante inventum frumentum a Cerere, paſſim homines ſine lege vagabantur: quae feritas interrupta eſt invento uſu frumentorum, poſtquam ex agrorum [56] diſcretione nata ſunt jura. [57] [[58] *Theſmophoria* autem, [59] vocatur legumlatio; an quia in aede Cereris aere inciſae poſitae leges fuerunt?] PHOEBOQUE. Qui praeeſt auſpiciis: [60] a quo urbes reguntur. PATRIQUE LYAEO. Qui, ut ſupra III. 20. diximus, [61] apte urbibus libertatis eſt deus: unde etiam Marſyas, miniſter ejus, [62] civitatibus [63] [in foro poſitus,] libertatis indicium eſt: [64] [qui erecta manu teſtatur nihil urbi deeſſe.] Et communis hoc habet ſenſus. Sacrificabat, inquit, primo omnibus, qui urbi praeſunt, quaſi nuptura pro [65] utilitate reipublicae. Deinde Junoni, cui curae ſunt nuptiae. [66] [Alii dicunt hos deos, quos commemoravit, nuptiis eſſe contrarios, Cereremque propter raptum filiae nuptias exſecratam: vel ex quo Jovi nupta, praelata Junone, repudiata eſt: nam, cum [67] Eleuſine Cereris ſacrum fit, aedes Junonis clauditur: item, cum Junoni Eleuſine fit, templum Cereris clauditur; nec ſacerdoti Junonis licet guſtare unde Cereri ſit libatum. Et Romae cum Cereris ſacra fiunt, obſervatur, ne quis patrem aut filiam nominet: quod fructus matrimonii per liberos conſtet. Apollinem & Liberum contrarios nuptiis dicunt: quod ille expers uxoris vulgari amore ſit uſus; iſte inter Bacchas non fida connubia, ſed ſtupra exerceat; nec niſi raptam conjugem habere potuerit. Male ergo invocat hos Dido, quae ſibi nuptias optat Aeneae. Sed ſicut, [68] proſperis diis, ut juvent, ita adverſis, ne obſint, ſacrificandum eſt, ut III. 120. *Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.* Alii dicunt favere nuptiis Cererem, quod prima nupſerit Jovi, & condendis urbibus praeſit, ut Calvus docet: *Et leges ſanctas docuit, & cara jugavit Corpora connubiis, & magnas condidit urbes.* Nam ideo & aratri ſulco clauditur civitas; vel quod eandem Terram volunt, & [69] in eadem urbes exſtructas. Similiter & Liber propter Marſyam, ſicut ſupra dictum eſt; merito & Apollo: nam & in arce coli ſolet, & muros Trojanis inſtituit. Jure ergo in nova urbe his ſacra fiunt: Junoni duplici cauſa: quia & Carthagini praeeſt, & matrimonia dat.] Eſt etiam altior ſenſus: nam facturi aliquid, ante adverſos placamus deos; & ſic propitios invocamus, ut III. 120. *Nigram Hyemi pecudem, Zephyris foelicibus albam.* Ergo modo nuptura, placat ante Cererem, quae propter raptum filiae, nuptias exſecra-

49 per boni ominis ſignificationem Voſ. Fabr. al. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 51 per laudationem, per boni Dan. mox, adolerent Voſ. R. *nam* deeſt L. Voſ. R. Steph. 52 aut majores L. Voſ. Steph. al. 53 quae aptae ſacris L. Voſ. R. Steph. quae aptae ſacrificiis Baſil. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. conferenda haec cum Macrobio lib. III. cap. ult. 55 vocatur Dan. Fabr. vocabantur L. ubi poſt hoc verbum ſpatium vacuum erat, uſque ad, *quae feritas*. 56 diſcretione Dan. Fabr. quod praeſtare puto vulgato, *diviſione*. haec enim magis fit, quando ut Lycurgus fecit inter cives, vel ut Pater, vel alius teſtator inter haeredes, portiones facit: ſed hic agitur de finibus & terminis agrorum inter vicinos, cui rei *diſcretio* magis convenit, ut paſſim *diſcerni* fines, agri & ſimilia dicuntur. vid. lib. XII. 898. aliis parco exemplis, quae obvia ſunt, ne hae notae nimis excreſcant. BURM. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 58 Theſmaforia Dan. 59 vocantur Dan. 60 quibus urbes Dan. 61 aptae urbibus Steph. Baſil. apte in urbibus Fab. 62 per civitates Dan. in civitatibus L. R. Voſ. Steph. al. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 64 deſunt R. 65 humilitate R. 66 deſunt ad *eſt etiam* L. Voſ. R. Steph. al 67 Eleuſinae, & mox iterum Eleuſinae Dan. 68 propitiis Macrob. 69 in eaſdem Dan.

Junoni ante omnis, cui vincla jugalia curae.
Ipſa, tenens dextra pateram, pulcherrima Dido,
Candentis vaccae media inter cornua fundit:
Aut ante ora Deûm pinguis ſpatiatur ad aras,
Inſtauratque diem donis; pecudumque recluſis

Pe-

SERVII.

ſecratur; Apollinem, qui expers uxoris eſt; Liberum, qui niſi raptam conjugem habere non potuit: & ſic Junonem conciliat.

59. CUI VINCLA JUGALIA CURAE. [70] Quae eſt & *Curetis*, & *Matrona*, & *Regina*. [71] [Hanc Varro *Pronubam* dicit: unde & Aeolo nuptias pollicetur, & Aeneae & Didoni coëuntibus adeſt, cum dicit inf. 166. *Prima & Tellus &, Pronuba Juno:* & in ſeptimo 319. ubi contra votum ſuum Laviniam promiſſam vidit Aeneae, ait, *Et Bellona manet te Pronuba*, hoc eſt, non ego, quae ſoleo.]

61. CANDENTIS. Candidae: participium eſt pro nomine. MEDIA INTER CORNUA FUNDIT. Non eſt ſacrificium; ſed hoſtiae exploratio, utrum apta ſit.

62. ANTE ORA DEUM. Ante ſimulacra. [72] [PINGUES. Plenas, vel ſanguine delibutas, ut inf. 401. *Pecudumque cruore Pingue ſolum.*] SPATIATUR AD ARAS. Matronae enim ſacrificaturae, circa aras facculas tenentes, ferebantur, [73] quod cum quodam geſtu fiebat: unde Salluſtius Catil. xxv. *Saltare elegantius quam neceſſe eſt probae.* [74] [Quidam genus ſacrificii appellant, quo veteres cum aras circumirent, & rurſus cum reverterentur, & deinde conſiſterent, dicebant *minuſculum ſacrum.* An hoc ad impatientiam amoris referendum eſt, quo jactata Dido, loco ſtare non poterat: juxta illud: *Uritur infelix Dido totaque vagatur Urbe furens.*]

63. INSTAURATQUE DIEM DONIS. Muneribus, quae aut diis offerebat, aut donabat Tyriis vel Trojanis. *Inſtaurat* autem ideo: quia jam ſupra ſacrificaverat, ut I. 631. *Simul Aenean in regia ducit Tecta: ſimul divum templis indicit honorem.* [75] [Sane quidam *donis* ſacrificiis volunt: nam & *templa*, *donaria* abuſive dicuntur, ut eſt III. Georg. 533. *Ductos alta ad donaria currus.*]

VARIORUM.

dorphius. vide libro III. 330. HEINS. *Flammavit* & Excerpta noſtra & Francianus.

55. SPEMQUE DEDIT. Majorag. II. Epiſt. Quaeſt. 3. explicat ſpem dedit nuptiarum, & ſolvit pudorem, quo retineri videbatur, ne ſecundas nuptias experiri vellet. *dubiae mentis* Gudian. de dubia mente vid. ad Valer. Flac. VII. 243. BURM.

56. DELUBRA. *A delubra* Leidenſis, pro *ad*, ut Heinſius notaverat in codice. & ita paſſim *ad Deos adire*, & *Deos*, vel *templa adire* occurrit. vid. Heinſ. ad Albinovan. in Druſum ỷ. 290. & Broukhuſ. ad Tibul. I. V. 39. & praepoſitiones iteraſſe Virgilium conſtat, ut ỷ. 25. *adigat ad umbras.* BURM.

57. EXQUIRUNT. *Expoſcunt* Venetus.

Ibid. BIDENTIS. Sic Priſcianus libro VII. cum vetuſtioribus membranis. praeterea *mactat* legitur apud Macrobium lib. IV. cap. 2. ſed minus bene, & aliter codices noſtri. HEINS. *Mactant* Donat. ad Terent. Hecyr. I. 1.

58. LEGIFERAE. *Legiferae* vetuſtiores magno numero. in aliis minus bene, *frugiferae.* ſic in Epigrammate veteri in Catalectis Pithoei pag. 159. ſed quod ita legendum,

Chaoniam legitis natam Jovis arbore quercum,
Legiferae & ſegetes munera ſacra Deae.

Hinc Θεσμοφόρος & Θεσμοθέτις Δημήτηρ. Plura diximus ad Claudianum de Raptu lib. I. 30. ubi ex veteribus membranis refingebamus, *unde datae populo leges*, cum *fruges* ante legeretur. *Frugiferae* etiam perperam ab Aruſiano Meſſio agnoſcitur, apud quem etiam male, *mactat laetas bidentes*, & a Macrobio lib. III. Stat. 12. qui Cererem legiferam recte dici eruditis argumentis adſerit. male apud illum *Themisferia*, pro Θεσμοφορία legitur. *laetas bidentes*, prior Menagianus hoc loco cum Macrobio. ſed male. HEINS. *Frugiferae* Wittian. Wallian. & Ed. Venet. & ita in Regio fuiſſe, ſed eraſis literis *legiferae* repoſitum, apparet. *lectum* & *laetum* pecus etiam apud Val. Flac. III. 5. commu-

70 quia eſt Dan. 71 deſunt L. V. R. Steph. al. 72 deſunt iiſdem. 73 quaſi cum quodam geſtu Steph. Dan. Fab. al. ferebantur cum quodam geſtu. Voſ. quod cum quodam geſtamen fiebat R. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 75 deſunt iiſdem.

Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.
Heu vatum ignarae mentes! quid vota furentem,
Quid delubra juvant? Eſt mollis flamma medullas
Interea, & tacitum vivit ſub pectore volnus.
Uritur infelix Dido, totaque vagatur
Urbe furens: qualis conjectâ cerva ſagittâ,

Quam

SERVII.

64. INHIANS. Intenta, per ſolicitudinem. SPIRANTIA. Id eſt, palpitantia: quaſi adhuc viva. [76] [CONSULIT EXTA. Proprie dixit: Aruſpices enim exta *conſulere* dicuntur, cum inſpiciunt. *Exta* ſingularem non habent, ut *arma*.]

65. HEU VATUM IGNARAE MENTES. Non ſacerdotes vituperat, quaſi neſcios [77] futurorum; ſed vim [78] amantis exprimit: & inde vituperat ſacerdotes. [79] [*Ignarae* ergo amoris reginae,] qui admonuerunt non credituram: [80] [quia [81] illae alias cauſſas [82] litationis praetendebant: & ideo vota non perficiebant:] nam omnia futura a ſacerdotibus praedicta eſſe, ſequens indicat locus, ut inf. 464. *Multaque praeterea vatum praedicta priorum.*

66. EST. Verbum [83] indeclinabile: nam frequenter deficit. Eſt autem hujus poſitio, *edo*, *es*, *eſt*. Invenimus ſed quod abolitum eſt, & *Edo*, *edis*, *edit*: unde eſt *edere*, & *comedere*, quod [84] hodie non dicimus: nam ab eo, quod eſt *Es*, *eſſe*, & *comeſſe* facit: quo tempore etiam pro praeſenti utimur, ut: *volo eſſe*: nam in defectivis tempora pro temporibus ponimus: ut *odi*, *novi*, *memini*; *odiſſe*, *noſſe*, *meminiſſe*: etiam pro praeſenti ponuntur; [85] [non *odire*, *novire*, [86] *meminere*: nec enim poſſumus dicere.] [87] [MOLLIS FLAMMA. Utrum, *mollis flamma*, an *mollis medullas*?

67. TACITUM Tacendum, & pudore plenum. De quo tacuerit etiam nunc apud alios, an apud Aeneam *tacitum*? quia ſorori jam confeſſa eſt. VIVIT. Nonnulli hoc loco *vivit*, pro veſcitur, dictum accipiunt. SUB PECTORE VULNUS. Ut ſup. 2. *Vulnus alit venis.*

68. VAGATUR. Poteſt accipi *vagatur*, dum opera oſtendit Aeneae.]

69. URBE FURENS. *Furor* enim eſt amor, in quo nihil ſtabile: unde & Cupido puer inducitur, quaſi inſtabilis, & infans, qui non poteſt fari: unde & paullo poſt: *Incipit effari*, *mediaque in voce reſiſtit*. QUALIS CONJECTA CERVA SAGITTA. Satis congrua comparatio: [88] [ſingula enim ſingulis, cervam Didoni, ſagittam amori, paſtorem Aeneae, nemora urbi, ictum lethalem amori mortifero, comparavit.

VARIORUM.

mutarunt librarii. ut & ſaepe alibi. BURM.

Ibid. PHOEBOQUE. *Et phoebo* alter Hamburgicus. *Phoebo patrique* Venetus.

59. ANTE OMNES. *Ante alios* Pugetianus. vid. ad II. Aen. 40.

61. FUNDIT. Ita Nonius in *candet*. *fudit* Montalb. alter Hamb. Rottend. ſec. & Wittian.

62. AUT. *Atque* Venetus, Leidenſis, Dorvil. & primus Moreti a manu ſecunda. *autque* Excerpta noſtra.

64. SPIRANTIA. *Spumantia* Sprotii.

65. HEU VATUM. Hanc vel non eſſe Poëtae exclamationem, vel ſi ſit, licitam eſſe multis oſtendit Naſcimbaenus. Silius VIII. 100. *Heu ſacri vatum errores*. *ignotae mentes* Wittian. in Servii Edit. R. Steph. infr. ℣. 464. legitur, *quid vota furorem*. BURM.

66. MOLLIS. *Molles* Oudartii, Montalbanius, Hugenianus, Leidenſis & Zulichemus. male: ita *mollis flamma* lib. II. 683. ubi vid. & ita citat Scholiaſt. Horat. III. Od. 19. ubi, *lentus amor torret*. BURM.

67. ET TACITUM. *Et* deeſt alteri Menagiano

&

76 deſunt iiſdem. 77 deeſt L. Voſ. R. Steph. 78 amantis omnes, ſed *amentis* dedit Maſvicius. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 80 deſunt iiſdem. 81 illa Dan. & Fabr. 82 litationes Dan. Fabr. 83 eſt indec. L. Voſ. R. Steph. al. 84 hodie dicimus Dan. Fabr. 85 nam *odire n. m.* non poſſumus dicere Steph. Fabr. Baſil. deſunt vero L. R. 86 *meminire* Baſil. 87 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 69. in nota ℣. 67. forte melius legeretur, nonnulli h. l. *vivit* pro *paſcitur* d. a. quod reſponderet τῷ *alit*. BURM. 88 deſunt iiſdem. ad *Creſſia* ℣. 70.

Quam procul incautam nemora inter Creſia fixit
Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum
Neſcius. Illa fuga ſilvas ſaltuſque peragrat
Dictaeos: haeret lateri letalis arundo.
Nunc media Aenean ſecum per moenia ducit,

Si-

SERVII.

70. INCAUTAM. Nomen perituris accommodatum, ut x. 812. *Fallit te incautum pietas tua:* & vt. 173. *Excipit incautum Triton.*] CRESSIA. Cretenſia: nam Graece *Cres* facit: unde [89] [& *Cretes*, & *Creſſia:*] & Latine *Cretenſis*, [90] facit: unde eſt *Cretenſia*.

71. AGENS TELIS. Urgens, perſequens.

72. NESCIUS. [91] Aut *neſcius* quo fugerit; aut ignoratus & latens; non qui cervam neſciret. Et rara ſunt verba, quae per contrarium ſignificant: nam *vector*, cum ſit proprie qui vehit, invenimus etiam cum *vectorem* dici, qui vehitur, ut Lucanus IV. 133. *Vectoris patiens tumidum ſupernatat amnem.* [92] Tale eſt & *formidoloſus*, cum ſit *timidus*, & *timendum* ſignificat. [93] [Tale & *alumnus*, qui alit, & qui alitur; *hoſpes*, qui accipit, & qui accipitur.] Cum enim exigat ratio, ut nomina verbalia agentis habeant ſignificationem, pro paſſiva ſignificatione plerumque ponuntur. [94] [Quidam *neſcius* ad Aeneam referunt, qui neſcit amore ſuo vulneratam reginam.] FUGA. Curſu, ut III. Georg. 201. *Simul arva fuga, ſimul aequora* [95] *verrit:* nam intelligere non poſſumus [96] *fugam*; cum dicat *peragrat: Peragrare* enim, eſt circumire inquirendo.

73. DICTAEOS. Cretenſes. Cervae vulneratae [97] dictamnum quaerunt, [qua guſtata ferae vulneribus tela depellunt,] ut in duodecimo 414. legimus: *Non illa feris incognita capris Gramina.* LETHALIS ARUNDO. Hoc propter futurum omen Didonis: [98] [& admiranda copia loquendi, *lethalis arundo*, *ſagitta*, *volatile ferrum.*]

VARIORUM.

& Pugeriano. *venit ſub* prior Hamburgicus a manu ſecunda. ſed imitatio Lucani lib. x. 188. *vivit ſub pectore virtus*, vulgatum adſerit. *tacitum* eſt idem quod ý. 2. *caecum* dixit. BURM.

69. FURENS. *Ferens* tertius Mentelii. *confecta* prior Hamburgicus pro varia lectione.

70. NEMORA INTER CRESSIA. *Creſia* Mediceus, caeterique paucis exceptis. recte, nam *Creſſa* dicitur, non *Creſſia*. Servius, *Creſia Cretenſia, nam Graece Cres, unde & Cretis, & Creſia.* ita ſcribe. Stephani Byzantii Epitome: λέγεται καὶ Κρὴς, Κρητός, καὶ Κρῆσσα, καὶ Κρηταιεὺς, καὶ Κρητιεὺς, καὶ Κρηταῖος, καὶ Κρήτιος, Κρητικόν. καὶ θηλυκὸν Κρητικὰς, καὶ Κρηταεὺς, καὶ Κρήσιος, ἀπὸ τοῦ Κρής. καὶ Κρήσιας θηλυκὸν, καὶ Κρησία. καὶ Κρήσιον. καὶ ἀπὸ τοῦ Κρητὸς γενικῶς Κρῆτις. pari modo legendum libro VIII. 294. *Tu Creſia mactas Prodigia.* prior tamen Hamburgenſis, *nemora inter frondea.* HEINS. Ita & Ovid. in Ibin 512.

Te Corcyreum Creſia turba putet.

ita ſcripti. ut & hic Regius & Wallianus. BURM.

71. LINQUIT. *Liquit*, non explicant Interpretes; refer ad amentum. FABER. Si ad amentum referas, eſt idem quod emiſit ope amenti e manu, non vero emiſſum retraxit amento. ſed non puto id voluiſſe Poetam: ſed emiſſum jaculum volatile non ſecutus eſt oculis ſuis, vel, non potuit ſcire cervam eſſe vulneratam, quia celeritate fugae ex oculis venatoris evaſerat, gerens tamen infixum lateri telum: non vero ferro ſolum leviter perſtricta erat cerva, ſed arundo, id eſt tota ſagitta, deſcenderat in latus, & inhaerebat fugienti, quod ignorabat venator. Barthius ad Stat. III. Theb. 30. *neſcius* explicat, qui ignorabatur, neſciebatur: *linquit* multi codices. *liquit* Macrob. v. Saturn. 6. *fixit agens* illuſtravimus ad III. Georg. 412. & ad

Va-

89 deſunt Voſ. Steph. unde & *Cretes* & *Creſia* facit L. unde & *Cretas* & *Creſitas* facit R. unde eſt *Cres* & *Creſſia* Baſil. 90 deeſt Steph. ſed Baſil. reliqua non habet. 91 ignotus, ignarus, latens, non qui Steph. ignoratus, latens, non qui L. Voſ. R. Baſil. 92 Fab. addit alterum ex Lucan. v. 580. *venia eſt haec ſola paveris Vectorem non noſſe tuum.* vid. ad VI. Aen. 298. 93 deſunt L. Voſ. R. Steph. 94 deſunt iiſdem & al. 95 *verris* Dan. *vertit* Baſil. 96 *fuga* Baſil. 97 dictamum Dan. quod ex Ariſtotele de mirabilibus, & Aelian. I. Var. 10. probabat Voſſ. reliqua, qua guſtata &c. deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 98 deſunt iiſdem.

Sidoniaſque oſtentat opes, urbemque paratam.
Incipit effari, mediaque in voce reſiſtit.
Nunc eadem, labente die, convivia quaerit,
Iliacoſque iterum demens audire labores
Expoſcit, pendetque iterum narrantis ab ore.
Poſt, ubi digreſſi, lumenque obſcura viciſſim

Lu-

SERVII.

75. SIDONIAS. Pygmalionis, vel Sichaei: [99] [quod ſupra ait I. 369. *Avari Pygmalionis opes*: & 359. *Ignotum argenti pondus & auri.* Et hoc additum propter illud I. 599. *Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos.*] URBEMQUE PARATAM. *Paratam*, ad illud pertinet, quod Aeneas propter civitatem navigat. [1] [Et omnia ei oſtendit Dido, quibus poſſit inducere. Et *paratam* ideo, ut ſit impendium quaerentibus ſedes.] Sed alii movent quaeſtionem quomodo *paratam*, cum paulo poſt inferat inf. 88. *Pendent opera interrupta, minaeque murorum?* ſed *paratum* poteſt dici, cui etiam paululum supereſt: unde eſt: *Minaeque murorum ingentes*: [2] [nam ideo inf. 655. *Urbem praeclaram ſtatui, mea moenia vidi.*]

76. INCIPIT EFFARI, MEDIAQUE IN VOCE RESISTIT. Sic Horatius IV. Od. I. 35. *Cur facunda parum decoro Inter verba cadit lingua ſilentio?*

77. LABENTE DIE. [3] [Ad convivia retulit. *Peringratum* eſt:] quia in uſu non erant prandia, ut Juvenalis I. Sat. 49. *Exul ab octava Marius bibit.*

78. DEMENS. Quae ea, quae noverat, audire cupiebat.

79. NARRANTIS AB ORE. Ut eum intueretur. Et hoc loco per omnia amantis adfectus exprimitur.

80. OBSCURA LUNA. Id eſt nox: nam nihil tam contrarium Lunae eſt, quam obſcuritas: [4] [aut ideo nox, *obſcura Luna*: quia nec ſemper, nec eadem hora oritur. Vel altius intelligit; cum per ſe Luna corpus opacum ſit: unde *Luna*, lux aliena dicitur: a Sole enim lumen accipit: unde & Graece Σελήνη: quod σέλας, id eſt, lucem, habeat ἄνω, id eſt, ſuperne; hoc eſt, a Sole. VICISSIM autem ideo: quia per diem Sol lucet; illa per noctem: ergo apparens diurnum lumen, id eſt Solis, reprimit: an ipſa Luna ſuum lumen reprimit, occidens, & ſe obſcurans?]

VARIORUM.

Valer. Flac. III. 40. & alibi. BURM.

72. PERAGRAT. *Pererrat* Hugen. & prior Hamburg. vid. I. Aen. 384. *Dictaneos* Sprotianus. *fatalis arundo* prior Hamb.

75. SIDONIASQUE. *Sidonias oſtendit* alter Hamburgicus, & Wittian. *oſtentat opis* Gudianus a manu prima. *Paratam* dicit, quam non opus quaerere per errores, ut cogebatur Aeneas. ut ita *paratam uxorem* Servius ſupr. ad ✝. 29. BURM.

76. EFFARI. *Ecfari* in Gudiano a manu ſecunda, ἀρχαϊκῶς. HEINS. *Affari* Zulichem. Leidenſis & Francianus. *in voce receſſit* alter Menagii. eadem varietas IV. Georg. 424. ut editur, exſtat apud Interpretem Statii III. Theb. 87. & Horatii IV. Od. I. vid. ad Ovid. IV. Ep. 6. *moratur* Witt. a m. pr. vid. III. 610. BURM.

77. EADEM. An *eadem* convivia, an *eadem* Dido, quod praefero. vid. lib. VIII. 382. BURM.

78. ILIACOSQUE. *Iliacos* Dorvill.

80. DIGRESSI. *Digreſſum* alter Mentelianus, addito interlineari interpretamento, *ab omnibus*. HEINS.

Ibid. LUMENQUE OBSCURA VICISSIM LUNA PREMIT. Haerent Interpretes in his verbis, quos ſingulos refutare nihil attinet. ſenſum eſſe puto, quum Luna obſcura (ſcilicet ſi cum Sole comparetur) premit & obruit lumen ſiderum reliquorum; ut Sol ſplendidus & clarus, non omnia modo ſidera, ſed ipſam Lunam ſuo lumine obſcurat. non opus credo innumera Poëtarum loca congerere, ubi

99 deſunt iiſdem. 1 deſunt iiſdem. 2 deſunt iiſdem. 3 deſunt iiſdem. illud *peringratum* corruptum puto. forte *ad convivia retulit, quae integrare gratum eſt.* certe ſimile quid deſidero. BURM. 4 deſunt iiſdem: ſed Daniels ab, *vel altius*, reliqua.

Luna premit, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos:
Sola domo maeret vacua, ſtratiſque relictis
Incubat. Illum abſens abſentem auditque videtque,
Aut gremio Aſcanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum ſi fallere poſſit amorem.

Non

SERVII.

82. SOLA. Sine eo, quem amabat: nam regina ſola eſſe non poterat. Eſt autem Plauti, qui inducit inter multos amatorem poſitum, dicentem quod ſolus ſit: [5] [ut ipſe alibi x. Ecl. 48. *Me ſine ſola vides*: quam conſtabat Antonii caſtra comitatam; ſed *Sola*, ſine amatore ſuo.] MOERET. [6] Si diphthongum habeat, ut hoc loco, triſtis eſt, ſignificat: aliter militat, ut Lucan. x. 409. *Aere merent parvo*. Sane *mereor*, aliud eſt. [7] [VACUA. Aut ſine Aenea & Trojanis; aut magna, ut VII. 379. *Vacua atria circum Intenti ludo*. RELICTIS. Poteſt intelligi ab Aenea.

83. INCUBAT. Quaſi invita.] ABSENS ABSENTEM. [8] [Unum ſuſceperat. Sic x. 600. *Et fratrem ne deſere frater*.] Terentius Adel. IV. v. 34 *Praeſens* [9] *praeſentem eripi, abduci ab oculis.*

84. IMAGINE CAPTA. Ob amati ſimilitudinem.

85. [10] [INFANDUM. Juxta judicium reginae, ut illa ſentiebat: vult enim eam culpae eximere. Alii *infandum*, quia falli non poteſt, accipiunt; hoc eſt, ipſam libidinem, in cujus vicem nihil ſubponi poteſt.

VARIORUM.

ubi Sol *fugare*, *obſcurare* Lunam & ſidera dicitur. non attenderunt Interpretes ad *viciſſim*, quod de viciſſitudine diei & noctis intellexerunt, quum ad Lunam deberet referri, quae ut ipſa die premitur a Sole, ſic illa *viciſſim*, ſed minori vi, obſcurat minora ſidera nocte, & eorum lumen hebetat. *premere* autem dicitur major minorem, ſuperior inferiorem. ſic Ovid. IX. Epiſt. 30.

Premitur magno conjuge nupta minor.

VII. Met. 449.

Facta premunt annos.

Stat. I. Silv. II.

Quantum Latonia Nymphas
Virgo premit.

vid. Barth. ad I. Achil. 469. & 608. eodem ſignificatu *obruere* ſaepe poni docui ad Valer. Flac. I. 339. ubi ex Quinctiliano adduxi locum, ubi *preſſa* & *obruta* conjuncta videbis. hanc veram Poëtae ſententiam eſſe puto, & idem velle quod Horatius I. Od. 12.

Micat inter omnes
Julium ſidus, velut inter ignes
Luna minores.

Luna non fugat ſtellas, aut ſplendorem earum omnem exſtinguit, ut Sol; ſed premit, obruit, ſuperat, ita ut, ad lumen Lunae comparatae, nullum fere fundant. quia ipſa autem eſt obſcurior Sole, & alieno tantum lumine, non ſuo, fulget, ideo non poteſt Solem premere, ſed lucidior eſſe ſtellis. BURM.

81. SIDERA. *Lumina* Menagianus prior.

82. RELICTIS INCUBAT. Ego vix capio quomodo & reliquerit ſtrata, & incubuerit. nec *relicta* ab Aenea poſſunt intelligi, niſi ſtrata convivalia capias, in quibus recedente Aenea Dido manebat; quare vel *relicta*, vel *relictis excubat* malim legere, ut ſomnum capere quum non poſſit, lectum relinquat, & vigilet. nec veroſimile manſiſſe in loco, ubi convivium celebratum, ſed in thalamum ſeceſſiſſe, & ibi ſtratis incubuiſſe. vid. infr. ℣. 392. & digreſſos eſſe antea dixit. Guellius, eam ſaepe mutaſſe ſtrata, nunc incumbere illis, nunc iterum deſilire explicat. Cerda, mutaſſe ſaepe latus & ſitum corporis in lecto. ſed tunc non *relicta* ſtrata dici poſſunt, quum in iiſdem jactet corpus. Catroeus haeſit, & multis verbis circumſcribit, & intraſſe conclave, ubi coena parata erat, & ſe repoſuiſſe in eodem toro, quo antea fuerat.

5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 6 per diphthongum eſt triſtis, nam aliter militat ſignificat. ſane *mereor* aliud eſt Voſ. Steph. & Baſil. ſed ille addit, ut *aere merent parvo* per diphthongum eſt. nam aliter militiam ſignificat. ſane m. a. e. L. R. in Dan. deeſt *aere*, & tantum habet. *meret parvo*. 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Adſens.* 8 deſunt iisdem. 9 *praeſenti* legitur in Terentio. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Minae* ℣. 88.

Non coeptae adſurgunt turres; non arma juventus
Exercet; portuſve aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minaeque
Murorum ingentes, aequataque machina coelo.

Quam

SERVII.

86. NON COEPTAE ADSURGUNT TURRES. Contra illud I. 423. *Pars ducere muros.* NON ARMA JUVENTUS EXERCET. Aut in armis ſe exercent: aut ſic dixit, quemadmodum illud VIII. 424. *Ferrum exercebant.*

87. PORTUSVE. Quod ſupra I. Aeneid. 427. *Hic portus alii effodiunt.* PROPUGNACULA. Quibus porro pugnatur.

88. INTERRUPTA. Coepta & omiſſa.] MINAE. Eminentiae murorum, quas pinnas dicunt: [11] [hinc & *eminere* dicimus, ut in primo Aeneid. 162. *Geminique minantur.* Quidam *minaeque* ad interrupta opera referunt: aut quae imperfecta ſunt, quae ſi videantur, ruinam minantur.]

89. [12] [AEQUATAQUE MACHINA COELO. Expoſuit, quid ſint *minae murorum ingentes.*

VARIORUM.

rat. ſed omnia fruſtra. imitatus eſt Lucanus de Cornelia Pompeji uxore juſſa ſecedere Lesbon. lib. v. 790. *Sic fata relictis Exſiluit ſtratis amens.* ſcilicet lecto, in quo cum viro cubabat. & hic *lectus jugalis* eſt, quem inf. 496. memorat, intelligendus, quem reliquit Aeneas. BURM.

83. ABSENS &c. An de ſomniante, an vigilante Didone capi debeat, vid. Majorag. II. Epiſt. Quaeſt. 6. qui de vigilante capit.

84. GREMIO ASCANIUM. Et hoc culpat Harduinus. quomodo enim puerum ad minimum quindecim annorum gremio foveret? ideoque Cupidinem ſub imagine Aſcanii intelligit, ut lib. I. 718. ſed an non ille Cupido debebat referre puerum annorum quindecim, ſi vellet fallere non ſolum Didonem, qui illum non ante viderat, ſed ipſum Aeneam & Trojanos convivas? ſed an finxerit ſibi genubus inſidentem Didonis Aſcanium, nec attendit ad accubantium menſae habitum, qui gremio & ſinu ſuo amicas etiam fovere ſolebant, quae caput pectori & ſinui imponebant? ut apud Ovid. I. Am. IV. 36. & ita ipſe Johannes in pectus Chriſti ſe ponit in Evang. Joh. XXI. 20. Ovid. X. Met. 559.

Inque ſinu juvenis poſita cervice renidens.

deſino innumera loca veterum cumulare, quae in gremio, pectore, ſinu amatos non pueros, ſed perfectae aetatis viros & mulieres recubuiſſe oſtendunt. neque de eo dubitaſſe umquam aliquem arbitror. nec cavilletur, quaſi aliud eſſe *ſinum* & *pectus* & *gremium*, quae promiſcue uſurpari docebit Ovid. I. Am. VII. 37. ſi conferas cum Eleg. X. 18. praeter plura alia loca. ſed addit cenſor, quid ergo non reditum Cupidinis in Paphum, & adventum veri Aſcanii memoravit? ſed videat quae Servius notat ad lib. I. 683. & centies κατὰ σιωπώμενον quaedam non narrata intelligenda eſſe, artis Poëticae eſſe notat. nec quia ỳ. 94. Juno dicit: *Tuque puerque tuus*, ſequitur Cupidinem etiam nunc haerere in gremio Didonis, quum ille jam ita implevisſet & inflammaſſet amore Didonem, ut gravi cura ſaucia vulnus aleret venis, & caeco igni, qui nunc erumperet, carperetur, & deinde ab Aenea incenſum jam animum inflammaſſet amore, & ſolviſſet pudorem. BURM.

85. POSSIT. *Poſſet* Francianus.

86. NON COEPTAE. *Inceptae* Wittianus, ſed eraſum quid erat, ut pro *in*, *non* fuiſſe videatur. *exſurgunt* Leidenſis unus, pro varia lectione. *adſurgunt arces* Pugetianus. *nec arma* Francianus. *arva* Zulichem. pro var. lect

87. EXERCET. *Exercent* Hanib. & Venet. pro *parant* duo Moretani cum ſecundo & tertio Rottendorphio, *parat*. HEINS. *Exercent* Parrhaſ. a manu pr. *parat* Francian. *parent* Mediceus. *portuſque* Montalb. & a m. pr. Gudianus. *pendentque* Leidenſis. *exercere arma* poſitum pro ſe exercent armis, tractant frequenter, & aſſidue ut ita *exercere ſpicula petendo volucres* Ovid. XIII. Met. 53. Valer. Max. V. I. 3. *Unus tibi Romanorum Quinctius placet, in quo, ſceleſte, exerceas arma.* vid. ad Val. Flac. III. 162. variatio illa nume-

11 deſunt iiſdem. mox, atque imperfecta ſic videantur, ruinam minantur * Dan. 12 deſunt iiſdem ad *Peſte* ỳ. 90, quid ſint *ruinae* Dan. Voſſius legebat, *expoſuit.*

Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri
Cara Jovis conjux, nec famam obſtare furori;
Talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis:
Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis
Tuque puerque tuus: magnum & memorabile numen

Una

SERVII.

90. SIMUL. Poſtquam. TALI. Quali utitur infoelix Dido.] PESTE. Amore, incendio, ut v. 683. *Toto deſcendit corpore peſtis.*

91. NEC FAMAM OBSTARE FURORI. Honeſtam ſcilicet: [13] ſane τ̃ μέσων eſt. FURORI. Jam non amori.

92. ADGREDITUR. Cum calliditate loquitur. [14] [Et quaſi, ex praeparato, vel ex inſidiis, ut alibi IIII. Georg. 404. *Facile ut ſomno adgrediare jacentem.* SATURNIA. Ubi nocituram Junonem poëta vult oſtendere, *Saturniam* dicit: ſcit enim Saturni ſtellam nocendi facultatem habere, ut v. 600. *Irim de coelo miſit Saturnia Juno.* Et XII. 830. *Saturnique altera proles Irarum tantos volvit* &c. Ubi autem propitiare eam promittit, ait III. 437. *Junonis magnae.* Et iterum I. 734. *Adſit laetitiae Bacchus dator, & bona Juno.*]

93. EGREGIAM VERO LAUDEM. Ironia eſt, inter quam & confeſſionem ſola intereſt pronuntiatio: & Ironia eſt, cum aliud verba, aliud continet ſenſus. [15] [Sane hujus verbi initium tractum eſt, quia proprie, *egregium* dicebatur, quaſi in grege ampliſſimum, quod emineret ex grege. Singula autem hic pronuncianda ſunt, & morandum in ſingulis verbis, habentibus in ſingula invidiam. SPOLIA AMPLA REFERTIS TUQ. Tranſlatio rei militaris: *referre* enim *ſpolia* victores ex victis dicuntur.]

94. PUER. [16] Filius: Graece dixit, παῖς, [ut [17] Horatius I. Od. 12. *Puerosque Laedae.*

VARIORUM.

merorum *exercent*, *parat*, vel *exercet*, *parant*, familiaris Maroni. vid. ad lib. II. Aen. 31. & alibi ſaepe. BURM.

88. MINAEQUE MURORUM. Id eſt, quorum initia promittebant egregios muros & munimina urbis. ut ita Phaedr. IV. 22. *magna quum minaris, extricas nihil.* ubi vide notas doctorum virorum. *minas* alii pro pinnis capiunt, de quibus vide Lindebrog. ad Ammian. Marcel. XX. 6. rectius Servius ad I. Aen. 161. quae eminent. nec melius puto de imperfectis operibus, quae ruinam minantur, explicari, ut Servius, Ruaeus & alii. ſequens vero *machina*, de ipſa arce Burſa eſt intelligenda. BURM.

90. PERSENSIT. *Perſentit* eſt apud Diomedem lib. II. *praeſenſit* in noſtro Veneto. HEINS. *Praeſenſit* Wittian. vid. infr. 297. & 448. *in tali* Gudianus. *a tali* Regius & tertius Mentelii.

91. FURORI. *Pudori* prior Hamb. & Venetus. eadem varietas X. 398. & apud Lucan. IV. 231. *Furenti* Hugen. *Fama* etiam Francian.

92. ADGREDITUR. *Alloquitur* alter Menagii.

93. AMPLA. *Alta* Venetus. *feretis* Leidenſis unus a manu ſecunda. *ac ſpolia* Wallian.

94. MEMORABILE NUMEN. Mutanda eſt, & lectio & diſtinctio, *magnum & memorabile nomen*, & referendum ad ſequentia, *una dolo divum.* Ovid. X. Met. 607.

Habebis
Hippomene victo magnum & memorabile nomen.

FABRIC. *Numen* eſt in ſcriptis noſtris, quod ex ſuis etiam viſus eſt amplecti Pierius, & apud Diomedem exſtat lib. II. Inſt. Gram. At Beda de tropis S. Scripturae, hoc etiam loco prolato, *nomen* habet, quomodo prior Hamburgicus, & Venetus noſter. tertius Rottendorphii τὸ *numen* ad τὸ *refertis* refert. Gudianus *numen* interpretatur poteſtatem. HEINS. *Numen* Mediceus, Regius, Dorvil. Wallian. & alii multi cum primis Edd. & Ald. *venerabile nomen* Hugenianus. *mirabile nomen* Leidenſ. unus: ut eſt in loco Ovidii a Fabricio adducto, in Gronoviano codice: ſimilis diverſitas lectionis in altero Ovidii loco II. Met. 416.

Tum vero totis Bacchi memorabile Thebis

Nu-

13 nam Dan. Fab. addit Baſ. nam & in bono poteſt accipi, & in malo. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 15 deſunt iisdem. 16 Sίας. Παῖς puer eſt, Graece dixit Dan. Fabr. 17 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *divum* ℣. 95.

Digitized by Google

Una dolo Divûm ſi femina victa duorum eſt.
Nec me adeo fallit, veritam te moenia noſtra,
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altae.
Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?

Quin

SERVII.

95. FOEMINA. Bene *foemina*, qualis mortalis: opponitur, ut VII. 661. *Mixta deo mulier*, pro mortali intelligendum eſt.] DUORUM EST. Bene: ceſſit maſculino foemininum.

96. ADEO. Multum, valde, ut Terentius Eun. I. II. 124. *Adoleſcentem adeo nobilem.* VERITAM TE MOENIA NOSTRA. Propter illud I. 672. *Haud tanto ceſſabit cardine rerum.* MOENIA NOSTRA. Junonis hoſpitium: [18] [nam legimus I. 671. *Quo ſe Junonia vertant Hoſpitia:* & *noſtra*, Graece dixit.

98. MODUS. Finis. Juvenalis VII. 100. *Nullo quippe modo milleſima ſurgit Pagina.* [19] [SED QUIS ERIT. Archaiſmos.] AUT QUO NUNC CERTAMINE TANTO? [20] [*Quo nunc*: Aut quo: aut ad quam rem: aut] quid opus eſt tanto certamine? [21] [aut figurate, quo tibi hoc, id eſt, quo nunc certamen tantum: aut quis modus erit in tanto certamine: aut quouſque; ut *uſque*, extrinſecus accipiamus.

VARIORUM.

Numen erat. ubi *nomen* quatuor codices exhibent. & lib. VI. 12.

Quaeſierat ſtudio nomen memorabile.

ubi etiam in Leidenſi uno, *mirabile.* Silius VIII. 441.

Picus nomen memorabile.

apud Lucan. IX. 202.

Clarum & venerabile nomen
Gentibus.

ubi in Hamburgenſi codice erat, *memorabile.* quae eadem varietas in eodem libro ℣. 964.

Circuit exuſtae nomen memorabile Trojae.

& IV. 498.

Magnum & memorabile exemplum.

Tacitus in Agricol. XXVIII. *Uſipiorum cohors magnum & memorabile facinus auſa.* unde videmus librarios variaſſe, pro ut hic vel ille locus Poëtarum menti eorum obverſaretur. ſi diſtinctio placet poſt *puerque tuus*, & *numen* ad ſequentia *una dolo* pertineat, ut erat in Regio, praeferrem *numen.* nec quia Steph. de Criticis pag. 67. *referre laudem & ſpolia* recte quidem dici, ſed non *numen*, putat, me deterrebit, quia hic novus ſenſus incipit. *magnum numen* ſcilicet, *erit* vel *habebis*, *ſi una* &c. & praeterea, quia rectior eſt oppoſitio *feminae* & *Divorum*, qui numen, id eſt poteſtatem, vim, (vid. ad lib. I. 12.) habent, cui nullus homo, nedum femina reſiſtere poteſt. BURM.

95. VICTA. *Capta* Leidenſis. quod egregie *dolo* convenit. ut lib. II. Aen. 196. *captique dolis.* ſed Donatus ad Eunuch. I. I. 23. *victa* profert. & Rufin. de Schem. Dian. p. 37. & Beda de Tropis S. S. pag. 352. vid. ad Nemeſ. IV. Ecl. 6. *eſt* deeſt utrique Hamburgenſi & Wittian. BURM.

97. SUSPECTAS. *Suſpectaſque* Venetus. *te numina noſtra* Zulichemius a manu prima. & ita Hamburgicus primus. illud vero *que* intruſum eſt ab illis, qui *moenia* & *domos* idem fere velle credebant, ideoque etiam *numina* alii reſcripſerunt. ſed praeceſſit modo *numen.* BURM.

98. QUIS ERIT. *Erat* Mediceus a manu prima. vid. ad Lucan. IX. 706

Ibid. QUO NUNC CERTAMINE TANTO. *Certamina tanta* ſcribendum aliquando ſum arbitratus. cui bono tanta certamina, aut quam in rem? Actum de hoc loquendi modo copioſe ad Naſonis Epiſtol. II. 53. Heroidum. ſed libri veteres Maronis ſtant pro vulgata ad unum omnes. HEINS. *Quo certamina* etiam Cl. Marklandus ad Stat. I. Silv. II. 188. & probabat reſtitutum a Fr. Hare in Epiſtola Critica contra Cl. Bentlejum ad Phaedri librum I. fab. 9. & ego jam ante triginta annos codicis mei orae adleveram, motus verbis Servii, qui inter alia, *quo nunc certamen tantum*, pro interpretatione adfert. & ita apud Martialem V. 54. ex Mſſ. ſcribendum:

Quo tibi vel Nioben, Baſſe, vel Andromachen.

& *quo* Excerpta noſtra. *quo nunc diſcrimine* Parrhaſ. haereo tamen, propter conſenſum codicum, qui *quo c. tanto* exhibent. quod ſuppleri poſſet cum Servio, ut *quo* ponatur, pro quid opus eſt. *qui tan-*

18 deſunt iisdem. 19 deſunt iisdem 20 deſunt iisdem. 21 deſunt iisdem ad *Parm* ℣. 99.

Quin potius pacem aeternam pactoſque Hymenaeos
Exercemus? habes, tota quod mente petiſti.
Ardet amans Dido, traxitque per oſſa furorem.
Communem hunc ergo populum, paribuſque regamus
Auſpiciis: liceat Phrygio ſervire marito,

Do-

SERVII.

99. QUIN POTIUS. Pro, cur non.] PACEM AETERNAM. Non inducias temporales. [22] [PACTOSQUE HYMENAEOS. Licet fabula de *Hymenaeo* in primo libro ỿ. 651. enarrata ſit breviter, tamen plenior talis eſt: *Hymenaeus*, Athenienſis, adeo pulcher fuit, ut, adoleſcens, puella putaretur. Is cum unam virginem nobilem ipſe mediocriter ortus adamaſſet, ejuſque nuptias deſperaret; quod unum poterat, ſequendo puellam, amori ſatisfaciebat. ſed cum Athenienſium nobiliſſimae virgines Eleuſinae Cereri ſacra facerent, ſubito adventu piratarum raptae ſunt; inter quas etiam *Hymenaeus*, qui illo amatam fuerat ſecutus, tanquam puella, raptus eſt. Sed cum piratae praedam per maria longa portaſſent, in deſertam regionem delati, ac fatigati, ſomno ſe dederunt; quos cum univerſos occidiſſet Hymenaeus, relictis ibi virginibus, Athenas reverſus eſt, petiitque a civibus, ut, ſi virgines, quae raptae fuerant, reduxiſſet, dilectae nuptias impetraret: quas cum reduxiſſet, optatam in matrimonium virginem meruit, quod conjugium quia felix fuerat, placuit Athenienſibus, omnibus nuptiis *Hymenaei* nomen intereſſe. Eſt etiam alia ratio vocabuli: nam *Hymen*, quaedam membrana quaſi virginalis puellae eſſe dicitur, qua rupta, quia deſinat eſſe virgo, *Hymenaei*, nuptiae dictae.]

100. HABES TOTA QUOD MENTE PETISTI. Propter illud: I. 676. *Noſtram nunc accipe mentem.*

101. [23] [ARDET AMANS DIDO. Plus dixit haec, quam Venus imperaverat: illa enim dixerat I. 675. *Sed magno Aeneae mecum teneatur amore:* haec dixit: *Ardet:* & TRAXIT FUROREM. *Traxit* autem dixit, ut *ſpiritum trahere* dicimus.

102. COMMUNEM HUNC ERGO POPULUM. Utrum ad ſolum Carthaginenſem retulit, quem velit ſibi communem eſſe cum Venere; an *utrumque*, id eſt, Tyrios & Trojanos?] PARIBUSQUE REGAMUS AUSPICIIS. Aequali poteſtate: & ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur. Et [24] dictum eſt a comitiis, in quibus iiſdem auſpiciis creati, licet non ſimul crearentur, parem tamen habebant honorem, propter eadem auſpicia: unde & Conſules pares ſunt; cum neceſſe eſſet, ut unus prior crearetur.

103. PHRYGIO SERVIRE MARITO. Emphaticῶs: ac ſi diceret *exuli*. [25] [Nonnulli autem per fallaciam Junonis dictum accipiunt. LICEAT. Id eſt, non neceſſe ſit; ſed in voluntate ſit Didonis, ſi velit, ut ſupra: *Paribus auſpiciis*, non imperio: poteſt enim imperium par non eſſe, cum auſpicium par ſit. Alii invidioſe dictum volunt: *liceat Phrygio marito*, id eſt, qui victus eſt: non dixit *nubere*, ſed *ſervire*. Quidam *ſervire*, dubitant utrum Didonem, an Tyrios dixerit. Sane hic coëmptionis ſpeciem tangit. Coëmptio enim eſt, ubi libra atque aes adhibetur, & mulier atque vir in ſe quaſi emptionem faciunt: quod ante jam in primo Georgicorum 31. *Teque ſibi generum Thetys emat omnibus undis.* Quoniam coëmptione facta, mulier in poteſtatem viri cedit: atque ita [26] ſuſtinet conditionem liberae ſervitutis: ait enim: *Liceat Phrygio ſervire marito:* & in lib. I. Georg. 30. *Tibi ſerviat ultima Thyle:* quoque omnis iſte mos coëmptionis, & citra nominis nuncupationem, dotis datae taxatione expediretur, quae res in manum conventio dicitur, ſubjunxit: *Dotaleſque tuae Tyrios permittere dextrae.* Quid eſt enim aliud [27] *permittere dextrae*, quam in manum convenire? quae conventio eo ritu perficitur, ut, aqua & igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur: quae res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem & Flaminicam Jure

Pon-

22 deſunt iiſdem ad ỿ. 100. 23 deſunt iiſdem ad *Paribuſque* ỿ. 102. 24 dictum eſt Voſ. Fabr. al. recte, ut puto. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỿ. 104. 26 ſuſtinet liberis conditionem, liberis ſervitutis * Dan. ſuſtinet conditionem liberae ſervitutis Fabr. liberalis Commel. Emmen. ut nunc editur, correxit Pithoeus ad Collat. Leg. Moſaic. Tit. XVI. 27 deeſt Dan. Fabr. Ryckius adſcripſerat: videtur confundere coëmtionem & confarreationem. vid. I. Georg. 30. & h. l. 374. ſed vide quae notavimus ad Tacit. IV. An. 16.

Digitized by Google

Dotaliſque tuae Tyrios permittere dextrae.
Olli (ſenſit enim ſimulata mente locutam,
Quo regnum Italiae Libycas averteret oras)
Sic contra eſt ingreſſa Venus: Quis talia demens
Abnuat, aut tecum malit contendere bello?

Si

SERVII.

Pontificio in matrimonium neceſſe eſt convenire. Sciendum tamen, in hac conventione Aeneae atque Didonis, ubique Virgilium in perſona Aeneae Flaminem, in Didonis Flaminicam, praeſentare.]

104. DOTALES TYRIOS. [28] Regalem ſpectavit perſonam. PERMITTERE DEXTRAE. Quaſi per manus conventionem: ſecundum Jus locutus eſt.

105. OLLI. Aut illi: aut tunc. Caetera per parentheſim dicta ſunt: [29] [ordo enim eſt: *Olli ſic contra eſt ingreſſa Venus.*] SIMULATA MENTE. Hoc eſt, *talibus aggreditur.*

106. [30] [QUO. Pro, ut: pronomen pro conjunctione cauſali.] LIBYCAS ADVERTERET ORAS. Abſolutior quidem eſt haec [31] lectio; ſed verior [32] & figuratior illa eſt; *Libycas averteret oras:* nam plerumque trahitur ſchema, ut, aliquo ituri, non ad locum, ſed de loco ponamus ſignificationem; ut ſi dicas: *De Campania abeo in Tuſciam*, [33] *abeo* honeſtius eſt, quam ſi dixeris, *eo.* Nec hoc tantum hoc loco facit, ſed pluribus: hinc eſt enim VI. 375. *Ripamve injuſſus abibis?*

107. INGRESSA VENUS. Calliditatis eſt, ut ſupra: [34] [habet enim haec vox inſidiarum ſignificationem. QUIS TALIA DEMENS. Deeſt *niſi*; ut ſit, niſi demens.

108. AUT TECUM MALIT CONTENDERE BELLO? Non dixit, *poſſit:* quod autem addidit: SI MODO, QUOD MEMORAS: oblique, dum conſentit, docet fieri non poſſe.

VARIORUM.

tantus vero dici videbimus, ad lib. V. 13. *& quo nunc* Wittian. & in Regio, licet ſit *certamine tanto*, tamen Gloſſator adſcripſerat, ſcilicet *habere*, quod *certamina* legiſſe probat. BURM.

99. PACEM. *Pacem ae. pactos Hymenaeos* Mentelii primus, alter Hamburgicus, & Regius.

100. TOTA QUOD. *Quod tota* Venetus, & alter Menagii & Dorvil. *ardet amens* Wittian. vitioſe.

102. HUNC. *Populum hunc ergo* Menagianus & Hamburgenſis priores. *ergo hunc* Dorvil. & Wittian.

103. SERVIRE. *Servere* Gudianus manu prima. *ſervare* Hugenianus.

104. DOTALESQUE TUAE. *Dotales Tyrioſque tuae* Wittian. ſed tunc *dotales* ad *ſervire* deberet referri, & diſtingui poſt *dotales*.

105. MENTE. *Voce* Vratiſlav. & Hugenianus.

106. AVERTERET. Antiqua conſuetudine dictum, ut Terent. Heaut. II. 3. *Abducimus tuam Bacchidem:* uſitatius enim foret, *adverteret*, & *adducimus*. Afranius inſimulanter: *ſaevum, ferre te haec, ſimul & gnatam ab illo abducere.* Virg. II. Aeneid. 179.

Quod pelago & curvis ſecum advexere.

pro *adducere* & *avexere.* obſervarunt hoc itidem antiqui Grammatici. FABRIC. *Averteret* conſtanter vetuſtiores noſtri, nec audiendus Pierius, qui malit ex nonnullis ſuorum, *adverteret.* quod ſex noſtri, ſed recentioris notae, exhibent. HEINS. *Adverteret* Regius a ſecunda manu, Dorvil. Francianus & Ed. Venet. ſed vulgata firmatur Mſſ. apud Serv. III. 379. ubi Edd. quaedam *adverteret. Libycis oris* primus Rottendorphius a manu ſecunda, ut & Zulichemius. de verbo *avertere* vid. ad Valer. Flac. I. 56. Heinſ. & nos ad ejuſdem lib. III. 491. & alibi. BURM.

107. INGRESSA. *Aggreſſa* Sprotianus, & alter Hamburgicus.

108. ABNUAT. *Abnegat* Venetus.

109. FA-

28 Regiam Dan. Fabr. mox, per manus conjunctionem Steph. Dan. al. legendum puto, *per in manum conventionem.* ſic Donat. ad Terent. Andr. I. 5. *confirmatae ſunt nuptiae per in manum conventionem.* vid. ad I. Georg. 31. BURM. 29 deſunt Voſ. R. Steph. al. ſed in L. leguntur, poſt *tunc.* 30 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 31 elocutio Dan. Fabr. al. 32 & magis figurata Dan. Fabr. al. 33 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 34 deſunt iisdem ad ℣. 109. *hoc ad.*

Si modo, quod memoras, factum fortuna ſequatur.
Sed fatis incerta feror, ſi Juppiter unam
Eſſe velit Tyriis urbem Trojaque profectis,
Miſcerive probet populos, aut foedera jungi.
Tu conjux: tibi fas animum tentare precando.
Perge: ſequar. Tum ſic excepit regia Juno:
Mecum erit iſte labor. Nunc qua ratione, quod inſtat,
Confieri poſſit, paucis (adverte) docebo.

Ve-

SERVII.

109. FORTUNA SEQUATUR. Aut ſubauditur fortuna proſpera; aut] hoc ad caſum pertinet.

110. FATIS INCERTA FEROR. Bene omnia tetigit, quibus res humanae reguntur: caſum, fata, voluntatem deorum. [35] [Alii ſic exponunt: quia ſcio fatis aliud videri, ideo de Jovis voluntate nunc dubito. Ergo *fatis*, propter fata. Sane oratorie & blanditur & pugnat; ſed non palam, dicendo incertam ſe eſſe de voluntate fatorum.]

112. AUT FOEDERA JUNGI. Si *foedera*, per ſe plenum eſt: ſi *foedere*, ad *populos* pertinet.

113. [36] [TU CONJUX. Dicendo conjux, oſtendit eam non poſſe ignorare, impoſſibile eſſe quod petit.] TIBI FAS ANIMUM TENTARE PRECANDO. Sic Aeolus I. 76. *Tuus, o regina, quid optes Explorare labor.*

114. PERGE, SEQUAR. [37] [Per te incipiet.] Bene aliud agens, aliud oſtendit: ante enim eſt Junonis officium ex matrimonio, [38] ſic uſus Veneris: unde paulo poſt: *Adero: & tua ſi mihi certa voluntas.* [39] [TUM. Quidam ordinis eſſe volunt; *tunc*, temporis.] EXCEPIT. Subſecuta eſt: [40] [& poteſt *excepit*, pro inſidioſe reſpondit, accipi, ut VI. 173. *Aemulus exceptum Triton.* Et III. 332. *Excipit incautum.*]

115. ISTE LABOR. Scilicet explorationis a Jove. [41] [Quod dixerat: *Si Juppiter* [42] *unam.* QUOD INSTAT Quod fieri volo.]

116. CONFIERI. *Con* abundat, ut III. 717. *Fata renarrabat* [43] [*divum curſusque docebat.* Quamvis veteres indifferenter *confieri* dicebant. PAUCIS ADVERTE. Id eſt, animum adverte: parte pro toto uſus eſt. Et aut *adverte paucis*, aut *paucis docebo.* MISERRIMA DIDO. Aut ex perſona miſerantis dictum: dolet enim inſidiis circumventam: aut *miſerrima*, quae perdiderit caſtitatem.

VARIORUM.

109. FACTUM. *Fatum* tertius Mentelianus, & Parrhaſ. & Regius, omnes a m. pr.

110. FATIS. *Factis* Gudianus a manu prima.

Ibid. SI JUPPITER. Pro *an* Gallicismum dicit eſſe Harduinus, quum centies apud Terentium, Ciceronem, Horatium & alios occurrere ipſa doceant Lexica, hoc etiam Maronis loco adducto, & ex Graeco ſermone repetitum docuerint viri docti. vide Lambin. ad Horat. I. Epiſt. III. 30. Gronov. ad Gell. I. 19. &, ut Graevius notat ad Ciceron. III. ad Famil. Ep. 9. multi alii. BURM.

112. FOEDERA. *Foedere* noſter Venetus. HEINS. Et Francian. vid. ad Ovid. VII. Metam. 403. & inf. VIII. 56. *miſcerique* Sprotianus, Wallian. & Venetus. v. H. Steph. Schediaſ. p. 52. qui probat *miſcerique*, & *foedera*. BURM.

113. TENTARE. *Mollire* Leidenſis unus, pro varia lectione.

114. PERGE: SEQUAR. *Perge modo* Wittian. ſed in marg. al. *ſequar*.

115. ERIT. *Erit* deeſt Leidenſi uni. alter, *ille labor*. Silius VIII. 330. *Mecum erit haec prorſus pietas.*

116. CONFIERI. *Quod fieri* Mediceus a m. pr., a ſe-

35 deſunt iiſdem. 36 deſunt iiſdem. 37 deſunt iiſdem. 38 ſequitur deinde uſus Venereus Fabr. ſic uſus Venerius L. Voſ. Steph. Dan. al. 39 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 40 deſunt iiſdem. 41 deſunt iiſdem. 42 neſcio unde *unam* Dan. Fabr. al. Commel. & Maſvic. petierint, niſi vitium operarum ſit, quod correxit Emmeneſ. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *retexerit* ℣. 119.

Venatum Aeneas unaque miſerrima Dido
In nemus ire parant, ubi primos craſtinus ortus
Extulerit Titan, radiiſque retexerit orbem.
His ego nigrantem commixta grandine nimbum,
Dum trepidant alae, ſaltuſque indagine cingunt,
Deſuper infundam, & tonitru coelum omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca:

Spe-

SERVII.

118. NEMUS. Pro ſylvis & montibus. UBI. Hoc loco, pro *Cum*.

119. TITAN. Sol: unus enim de Titanibus, Hyperionis filius, contra Jovem non fecit.] RETEXERIT ORBEM. Quem nox tegebat. [44] [Ergo inluminaverit. Huic contrarium IV. 351. *Quotiens humentibus umbris Nox operit terras.*]

120. NIGRANTEM. Nigrum: participium pro nomine, [45] [ſine verbo. Et quaeritur, quis prius *nigrantem* dixerit?]

121. ALAE. Equites: ob hoc *alae* dicti: quia tegunt pedites alarum vice. INDAGINE. Ferarum inquiſitione. [46] [Et quidam cum veſtigatoribus alatorum mentionem inductam accipiunt: nam *indaginem*, veſtigatorem ipſum tradunt. [47] *Alas* vero, *alatores*, qui dextra & ſiniſtra plagarum ſublata voce prohibent feras exire. TREPIDANT vero, hoc loco *ſenſim* accipiunt; non, ut alibi,] feſtinant, ut [48] III. 616. *Hic me dum trepidi crudelia limina linquunt:* [49] [quia ſaltus non curſu, ſed ſenſim cinguntur. Quidam *trepidant*, ab equis, qui [50] hodieque *trepidare* dicuntur, appellari putant. Cato: *Sedere non poteſt in equo trepidante.*]

122. DESUPER INFUNDAM. Quia aër eſt Juno. Bene ergo hic ſe facturam dicit, quod habet in poteſtate. OMNE CIEBO. Pro totum: *omne* enim, numeri eſt, *totum*, quantitatis.

123. NOCTE OPACA. Nubium caligine.

VARIORUM.

ſecunda *cum* vel *cuom.* in aliis plurimis, *quo fieri.* Sprotianus & pro diverſa lectione primus Rottendorphii, *conferri.* in Gudiano erat eraſa lectio & repoſitum, *quod fieri.* ſed *confieri* in altero Menteliano, ſecundo Rottendorphio, Leidenſi & Menagiano priori legitur. *hoc fieri* Venetus. *Quid fieri* alter Hamburgicus. mihi perplacet, *confieri*, idque Servius hic & ſub finem libri III. agnoſcit. Hoc verbo uſos memini Lucretium, Caeſarem, Ciceronem, & Dictyn Cretenſem, quorum poſtremus lib. IV. 15. *omnia quae divinitus confierent pectore patienda.* Caeſar. libr. VII. Bell. Gal. 58. *poſtquam id difficilius confieri animadvertit.* Pacuvius Hermiona, *Habet hoc ſenectus in ſe, cum pigra eſt ipſa, ut ſpiſſe omnia videantur confieri.* Terent. Andr. I. I. 140. *& id ſpero confore.* ubi Donatus prolato hoc Maronis loco *confieri* agnoſcit idem Terent. 4. Eun. V. VIII. 23. *hoc confit quod volo.* uſus eo etiam verbo Columella I. cap. 8. *ut panis diligenter confiat.* lib. XI. 3. *Idque tam diu fiat, dum aequinoctium vernum confiat.* ita vetertimus codex, non *conficiatur:* & rurſus lib. XII. 4. idem codex, *maxime autem ad haec*

44 deſunt iisdem. 45 deſunt iisdem. de verbo *nigrare* egi ad Valer. Flac. I. 13. 46 deſunt iisdem ad *feſtinant.* Barthius ad Statii I. Achil. 459. legendum cenſet, *ferarum inclusione.* 47 *alias* Dan. & Fabr. quod vitio operarum adſcribo, & correxerat Barthius d. l. ſed idem ad Claudian. II. Rufin. 375. profert, *alios vero alatores.* de *alatoribus* etiam cepit Scoppa in Sylleg. Coll. cap. XXIII. BURM. 48 *Hic medium trepidi* L. R. 49 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 50 aeque & olim, ut ex Catonis loco patet, *trepidare* de equis dicebatur. Silius X. 451.

Proprio quodam trepidabat amore.

& XIII. 146 ex vulgata lectione,

In trepido, ac litnum tinnitu ſtare neganti,
Imperitans violenter equo.

ubi vide Cl. Drakenb. notas quare cetu, tam noxem puto, & legendum, qui hodieque *trepidarii* vel *trepidiarii* dicuntur. ita Vegetius de arte Veterin. lib. I cap. 56. *ipſos equos, quos vulgo trepidiarios, militari verbo Tottonarios, vocant, ita edomant.* Salmaſius ad Capitol. Maxim. cap. 3. *tripedare* & *tripediarios* equos dicentum operoſe contendit. BURM.

Speluncam Dido dux & Trojanus eamdem
Devenient. Adero, &, tua ſi mihi certa voluntas,
Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo.
Hic Hymenaeus erit. Non adverſata petenti

Ad-

SERVII.

125. TUA SI MIHI CERTA VOLUNTAS. Hoc eſt, ſi etiam tuum ſubſequatur officium: [51] [quia Juno conjugii, Venus cauſa conjunctionis ſit. Igitur Juno nil ſe poſſe adnuntiat, niſi voluntas Veneris adfuerit. *Certa* autem, firma: quia promiſerat.

126. [52] CONNUBIO. Hoc Veneri contrarium eſt: & hic eſt dolus, quem intellectura eſt, & riſura.] NU naturaliter longa eſt, ab eo, quod eſt *nubere*, ut inf. 213. *Connubia noſtra Reppulit*; ſed modo metri cauſa corripuit.

127. [53] [HIC HYMENAEUS ERIT. Id eſt, hae erunt nuptiae. Sane de Hymenaeo licet ſuperius ỳ. 99 dictum ſit, tamen ſunt etiam aliae opiniones: nam alii hunc, Veneris & Liberi filium, dicunt, primum nuptiis proſpere uſum; ob quod in nuptiis vocatur: unde nuptiale carmen, *Hymenaeus*. Alii nuptiarum inventorem tradunt, & ideo carminibus decorari; quod exemplum ab eo proditum ubique ſervatur. Cornelius Balbus *Hymenaeum* ait Magnetis filium, muſicae artis peritum, pulchritudine muliebri; dum nuptias Liberi patris & Alteae religioſis cantibus celebrat, exſpiraſſe: propter quod [54] ei talis honor nuptiis attributus eſt, ut celebratio nominis ejus nuptiarum jungendarum perpetuum [55] omen eſſet.] NON ADVERSATA. Legitur & AVERSATA.

VARIORUM.

haec neceſſarium eſſe aceti & durae muriae uſum, quae utraque ſic confieri, pro *conficiuntur*, quod in vulgatis. Plin. XIX. 2. *ex qua mapalia veſteſque quaedam conficiantur*. Chifl. *conficiant*, lege *confiant*; puto & *mappalia*. etſi alii aliter. idem lib. VI 23. *major pars trinis confit noctibus*. ſic MſT. non *conficitur*. lib. XXXI. 7. *quicumque ligno* malo *e ligno) confit ſal, niger eſt*. male ibi codices nonnulli, *conficitur*. lib. XVI. 44. *viſcus confit ex acinis*. Serenus Samon. XXIV. *Quodque decem ex rebus confit*. ubi veterrimus codex Pithoei *coefi*. *confieri* ſaepe apud Lucretium. vide Giphanii Indicem in *confacere*. videatur Feſtus. *confore* occurrit etiam apud Symmachum. ſic *defieri*. vide Juret. p. 87. apud Gell. lib. I. 14. *qui viderent multa ad ſplendorem domus atque victus defieri*. lib. XX. cap. 8. *aut creſcente luna gliſcunt, aut deficiente defiunt*. de oſtreis. HEINS. *An fieri* Vratiſl. *quo fieri valeat* Ed. Venet. in Regio eraſum erat, ſed puto fuiſſe, *Quo fieri*, (ut in Wittian.) & inde factum *confieri*, ſuperſcripta litera *n*. in Parrhaſ. contra fuit *comfieri*, & emend. *confieri*. vid. Erythr. Indic. in *confieri*, & Oudend. ad Caeſ. XI. de B. G. II. impudenter vero hanc vocem a Marone audacter fictam, calumniatur Harduinus. ut & mox 197. verbum *aggerare*, & *terrificare*, quod ſoli poſt hunc Lucretio uſurpatum dicit. an ergo poſt Virgilium vixit Lucretius? aut an quum uterque ſit ſuppoſititius, Lucretii carmina impoſtor aliquis poſt Virgilii edidit? o lepidum caput! BURM.

118. PARANT. *Parent* Leidenſis. *primus* Mediceus, & emendatum, *primum*. *primos ubi* Dorvil.

120. NIGRANTEM. *Ingentem* Zulichemius a manu prima. *Hic ego* marg. Naſcimb.

Ibid. CONMIXTA. *Permixta* Venetus. *cum mixta* Wall. vid. inf. 161.

121. ALAE. Salmaſius ad Capitolini Maximin. cap. III. equites etiam intelligit, & *trepidare* pro *tripedare* dictum contendit. neque aliter capere videtur Gronovius ad Livium libro XXVII. I. & ita Gloſſa Regii codicis, quae *feſtinant equites* habet. contra Vlitius ad Nemeſ. Cyneg. 307. per alas intelligit λινόπτας, id eſt, illos, qui indaginem conſtituebant, & inde ad alas retium ſtationes ſuas partiuntur, ut viderent, ne ferae retia conciderent, ut exitum tentarent, quem vide. Gevart. II. Elect. 8. de ipſa formidine capit. Carroeus alatores, qui hic & illic agitabant ſilvas, ut excuterent feras, ex Servio. alii ipſas alas, id eſt in formidine pinnas intelligunt, quae

51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad nn ỳ. 126. 52 conjugium Dan. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 54 vitalis honor Dan. Fabr. 55 nomen Dan. Fabr.

Digitized by Google

Adnuit, atque dolis riſit Cytherea repertis.
Oceanum interea ſurgens Aurora relinquit.
It portis jubare exorto delecta juventus.
Retia rara, plágae, lato venabula ferro,
Maſſylique ruunt equites, & odora canum vis.

Re-

SERVII.

128. [56] [REPERTIS. Vel compertis, vel deprehenſis. Cur autem dolis repertis riſit, qui altius intelligunt, ſic tradunt: hoc eſt, quos jampridem compererat, cum Ilium oppugnaretur.]

130. JUBARE EXORTO. Nato Lucifero: nam proprie *Jubar*, Lucifer dicitur; quod jubas lucis effundat: unde [57] etiam quicquid ſplendet, *jubar* dicitur; ut argenti, gemmarum. Eſt autem Lucifer interdum Jovis; [58] [nam & antiqui *jubar*, quaſi *juvar* dicebant] plerumque Veneris ſtella: unde Veneris dicta eſt, ut VIII. 590. *Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes.* [59] [Alii *jubar*, Solem; alii ſplendorem ſiderum dicunt.] Sane modo Hyſteronproteron eſt in [60] ſenſu: *Jubar* enim praecedit Auroram: & facit *hoc jubar*, *hujus jubaris*.

131. RETIA RARA PLAGAE. Multi dividunt, ut ſint *retia rara*, majora; *plagas* vero, minora [61] intelligamus. Alii *plagas* per definitionem accipiunt: ut [62] intelligamus, quae ſunt *retia rara*, *plagae*. [63] Sciendum tamen, proprie *plagas* dici funes illos, quibus retia tenduntur circa imam & ſummam partem. Ergo *Retia rara*, *plagae*, *lato venabula ferro*, ſubauditur, *portantur:* aut Zeugma eſt, *ruunt*. LATO VENABULA FERRO. Lati ferri. *Venabula* autem, ob hoc dicta, quia tela apta venatui, [64] [quaſi *excipiabula*.]

132. MASSYLI. *Maſſylorum* gens eſt haud longe a Mauritania: & *Maſſyli* legendum per [65] unum *ſ* litteram: ne non ſtet verſus. *Sy* enim longa eſt, ut inf. 483. *Hic mihi Maſſylae gentis monſtrata ſacerdos.* [66] [Civitatis autem nomen, in provincia Gallica, corripitur, ut Lucanus III. 360. *Maſſiliam delere vacat.*] ET ODORA CANUM VIS. Plus eſt, quam ſi diceret, multitudo: unde Salluſtius [67] fragm. incert. *Qua tempeſtate ex Ponto vis piſcium erupit.* [68] [Ergo *vim*, aut ad multitudinem, aut ad naturam retulit.] ODORA autem, [69] [non olens; ſed odorem inveniens: ergo] improprie dixit: nam *odorum* eſt, quod ex ſe odorem emittit, non quod odorem ſequitur, ut Statius VI. 104. *Et odoro vulnere pinus.* Sic eſt VI. 658. *Et inter odoratum lauri nemus*, [70] pro, *odorum: nam odoratum*, eſt quod aliunde odorem accipit, ut *odoratum templum*. Tria ergo ſunt, *odorum*, [71] quod per ſe olet; *odoratum*, quod aliunde odorem accipit, [72] *odoriſequum*, quod odorem ſequitur; ſicut modo de canibus debuit [73] dicere.

VARIORUM.

quae motum tremulum dabant. & ita videtur cepiſſe Brouckhuſius ad Tibul. II. II. 17. qualis motus fere eſt alarum in aëre volantium avium. Gloſſa Wittiani Cod. *ſocios* exponit. de *indagine* vid. Salmaſ. modo Uſur. pag. 352. BURM.

Ibid. SALTUSQUE. *Silvaſque* Wittian.

122. CIEBO. *Movebo* Gudianus & duo alii, quod alterius eſt interpretamentum. HEINS. *Tonitrum* Gudianus. a m. pr.

123. DIF-

56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 57 jam iidem. 58 deſunt iisdem. 59 deſunt iisdem. 60 ſenſu. nam Lucifer *jubar* eſt. *Iubar*. Dan. 61 intelligant Dan. *plagae* vero minores Fabr. al. 62 intelligant Dan. Fabr. 63 ſane ſciendum proprie Dan. Fabr. 64 deſunt L. R. Baſil. quaſi expiabula Steph. 65 unum *ſ*. literam Dan. unum *ſ*. ne non. L. Voſ. R. Fabr. al. per unum *ſ*. ne non Steph. per unum *ſ* literam legebat Voſſius, quia & *Maſſyliorum*. ut in Dan. erat ſervari poſſe credebat. 66 deſunt omnibus praeter Fabr. qui ex Erythraeo haec transferens, etiam pro Lucano, Lucretium nobis dedit, quem fideliter Maſvicius tranſcripſit. BURM. 67 hoc Salluſtii fragmentum laudat etiam Scholiaſtes Juvenalis Sat. IV. 42. *itaque tempeſtate piſcium vis Ponto erupit.* ubi Schurtzfl. praefert, *finitaque tempeſtate*. Fr. Douza ad Lucil. Sat. XXVIII. deeſſe putat *magna*, ut ſit *magna vis*. & hoc veroſimile facit alterum ex Salluſtio exemplum a Servio ad I. Aen. 270. ubi *magna vis hominum*. & imitatio Taciti lib. XII. 63. ubi legitur, *vis piſcium innumera Pontum erumpens*. BURM. 68 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 69 deſunt L. R. Steph. ſed Voſſ. habet. *odora*, non olens, ſed odorem inveniens, ergo, *& odoro v. pinus*. 70 pro odorum, lauri L. Voſ. mox, quod alicunde Steph. 71 quod ſe olet Voſ. 72 *odorator*, qui Baſil. 73 hic dicere Dan.

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Poenorum exſpectant: oſtroque inſignis & auro
Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.
Tandem progreditur, magna ſtipante caterva,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo:

Cui

SERVII.

133. CUNCTANTEM. Morantem: atqui amatrix [74] [ad eum, quem amabat,] debuit feſtinare; ſed pathos [75] natura ſuperarat; [76] [ut mulierem & reginam oſtendat,] ut Terentius Heaut. II. II. II. *Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt*. Deinde haec morabatur [77] ſtudio placondi. [78] [Hic enim inducitur veſte, armis, auro, vel purpura comptior; cum ſupra naturalis pulchritudinis gloria contenta ſit, ut I. 496. *Regina ad templum forma pulcherrima Dido.*] AD LIMINA. Ante, vel apud. [79] [PRIMI. Principes, ut VIII. 105. *Una omnes juvenum primi*. Et bene reginae officio *primi* adſunt: quia de plebe dixerat: *It portis jubare exorto delecta juventus*. Et: *Maſſylique ruunt equites.*]

135. STAT SONIPES. Adeſt, praeſens eſt: nam ſi *ſtat*, ſimpliciter acceperis, vituperatio eſt: [80] quia legimus III. Georg. 85. *Stare loco neſcit*. Denique ſequentia dictum hoc explanant, ut: *Ac frena ferox ſpumantia mandit*. SPUMANTIA. Spumas moventia, ut *naufragum mare*, quod naufragos facit.

136. [81] [TANDEM. Hoc ad illud redditum: *Reginam thalamo cunctantem.*

137. SIDONIAM PICTO CHLAMYDEM CIRCUMDATA LIMBO. Veteri cerimoniarum Jure praeceptum eſt, ut [82] *Flamen venenato operta ſit*. *Operta* autem cum dicitur, pallium ſignificatur; *Venenatum* autem, infectum, quod ipſe ait in *Bucolicis* (Georg. I. 465.) *Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno*. Hic vero cum dicit *Sidoniam*, oſtendit Tyriam, & [83] purpuream, quae erat infecta. *Chlamydem* autem, pallium eſſe quis dubitet? Praeterea Flaminicam habere praecipitur *arculum*, [84] *ricam, venenatum, fibulam*. De *Venenato* dictum eſt. *Arculum* vero, eſt virga ex malo Punico incurvata, quae fit quaſi corona; & ima ſummaque inter ſe alligatur vinculo laneo albo, quam in ſacrificiis certis regina in capite habebat: *Flaminica* autem Dialis omni ſacrificatione uti debebat. Virgilius ergo propter nominum & intellectus difficultatem aliter omnia comprehendit: nam pro pallio *chlamydem*; pro *venenato*, id eſt, infecto, *Sidoniam*. *Arculum* vero, & *fibulam*, ex auro factam commemorat, dicendo: *Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum*: quod in *arculum* poteſt referri: nam de *fibula* manifeſtum eſt, cum ait: *Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem*. *Subnectit* autem, quid aliud eſt, quam ſurſum nectit, ac per hoc ſuccinctum facit? *Veſtem* vero, poſſumus *ricam* accipere: quia *rica*, genus eſt veſtis. Sciendum ſane, ſicut ſupra dictum, ubique Didonem Flaminicam oſtendi.] LIMBO. *Limbus* eſt, ſicut ſupra II. 616. diximus, faſcia, quae ambit extremitatem veſtium, ſecundum antiquum ritum, ut v. 259. *Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura.*

VARIORUM.

123. DIFFUGIENT. *Defugient* Sprotianus. *dum fugient* Hugenianus. mox, *devenerint* Excerpta noſtra. *deveniant* Sprotianus.

125. SI MIHI. *Sit mihi* alter Hamburgicus. male. lib. XII. 175. *ſi fert ita certa voluntas*: quamquam & *ſit* poſſet defendi, & ſubaudiri, *modo*. ſit modo tua voluntas certa mihi. ſic Ovid. III. Art. 617. *Adeſt modo certa voluntas*. ubi in duobus codicibus, poſt editum Poëtam repperi, *modo ſit tibi*. vide ad Lucan. ubi x. 95. ſimiliter variatum in ſcriptis. BURM.

128. DOLIS. Id eſt, furtivo conjugio. REPERTIS, id eſt retectis, deprehenſis. *Citharea* Dorvil.

129. RELIQUIT. *Relinquit* Mediceus & Sprotianus. quomodo & Pieriani nonnulli. placet. HEINS. *Occaſum interea* Hamburg. prior. *fulgeſ at.-*

74 deſunt L. R. 75 naturale ſuperat Dan. Fabr. natura ſuperavit Steph. Baſil. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 77 jam ſtudio Dan. Fabr. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 79 deſunt iiſdem. 80 nam legimus iidem. 81 deſunt iiſdem ad LIMBO. ℣. 137. *progreditur* mulier Fabr. id eſt mulier Baſil. 82 vel *flamen* olim communis generis fuit, vel *Flaminica* legendum. ut legitur ad lib. XII. 102. BURM. 83 perpuream dederat infectam Dan. 84 *rigam*. & ita mox Dan. Fabr. *ſ. am venenatam*.

Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.
Nec non & Phrygii comites, & laetus Iulus,
Incedunt. Ipſe ante alios pulcherrimus omnis
Infert ſe ſocium Aeneas, atque agmina jungit.

Qua-

SERVII.

138. [85] [CUI PHARETRA EX AURO. Deeſt, erat; & amat Poëta iterare voces, vel pretioſas, vel neceſſarias, vel optabiles; Pretioſas, ut Aeneid. I. 448. *Aerea cui gradibus ſurgebant limina.* Aeneid. VII. 278. *Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.* Neceſſarias item VII. Aeneid. 219. *Ab Jove principium generis, Jove Dardana pubes.* Optabiles ita III. 522. *Humilemque videmus Italiam.*] CRINES NODANTUR IN AURUM. Veluti retiolum, quod colligit comas, [86] [quae Graece κρωβύλη dicitur.]

141. IPSE ANTE ALIOS. Quia amatur, ideo ei dat pulchritudinem: licet Aſcanio magis congruat. [87] [PULCHERRIMUS. Ex animo Didonis: hoc enim ei videbatur. Alibi epitheta Aeneae dat, cum religioſum oſtendit, dicit *pium*; cum fortem, *magnanimum.*

VARIORUM.

aurora Oudartii. ſimilis diverſitas apud Ovid. II. Faſt. 500. ubi vide notas. quae de jubare notat Servius, quaſi praecederet auroram, & Luciferum indicaret, non puto huic loco convenire, quum hic ſequatur auroram, ideoque per *jubar* ſolem intelligo, vid. ad Valer. Flac. V. 31. & ad Lucan. V. 456. & Feſtum in voce *jubar.* in altero Hamb. erat, *jubare excito:* dein, *dilecta juventus* tres. *turbata* Excerpta noſtra a m. pr. BURM.

131. LATO. *Et lato* citatur a Cariſio lib. I. Inſtit. Gramm. HEINS.

132. MASSYLIQUE. *Maſſyliique* Hamburg. pr. Moreti primus & Leidenſis. *Maſiliique* Dorvill. *Meſſalique* Menag. alter. *Maſſalique* & correctum, *Maſſilique* Wallian. *Maſſyliiſque* Medic. vid. infr. 483. & ad Liv. XXIV. 48. *ruunt comites* Hugen. Lutatius in Ed. Lindenb. ad II. Theb. 676. *Maſſylique ruunt aequales*, vitioſe, quum in antiquis editionibus ſit, *equites.* quos ſtipendiarios milites exponit Gloſſa Wittiani codicis. BURM.

Ibid. ET ODORA. *Et* deeſt Franciano, qui &c, *canum vix.* imitatus. Stat. I. Theb. 625. *rabidamque canum vim.* de *odore* & odoratis locis in venatu vide Heinſ. ad Claud II. Rapt. 148. BURM.

133. AD LIMINA. *In limine* Montalbanius.

134. OSTROQUE INSIGNIS ET AURO. Ita Virgilium & alios ſolere, non *auroque inſignis & oſtro*, loqui, docet Barth. ad Stat. II. Theb. 406. vid. inf. XI. 72.

135. MANDIT. *Mordet* alter Hamburgicus. *ſtant* etiam Zulichemius. *& frena* Wittian. & Nonius in *Ferus.* ſed *ac* in *Ferox* habet: utrobique tamen *mandit.* BURM.

137. PICTO. *In picto* ſecundus Moretanus. vulgata eſt apud Schol. Stat. lib. VI. 367. niſi quod vitioſe *picta* ibi legatur. melius Nonius in *chlamys.* BURM.

Ibid. LIMBO. Scholiaſtes Statii ad illa I. Achil. 330.

Et picturato cohibet veſtigia limbo,

eadem quae Servius notat, ſed mendoſe admodum. LIMBUS, *dicitur faſcia, quae ad extremitatem veſtium ſecundum antiquum ritum.* Virg. *victor chlamydem* &c. pro, *quae ambit extremitatem veſtium.* & *victori.* BURM.

138. EX AURO. Pro aurea pharetra: vulgatam enim lectionem repudio. utuntur hac adjectivi circumſcriptione Poëtae in iis, quae materiam ſignificant, ut hoc loco. item quae habitum, ut *Equites in armis* pro armatis equitibus, XI. Aeneid. 464. item quae locum, ut *puer ex aula*, pro aulico puero, apud Horatium I. Od. 29. de hoc in libro de ſyntaxi partium Orationis apud Graecos, adoleſcentes ſtudioſos admonui. FABRIC. *Ex auro* Mediceus, & prior Mentelianus. caeterique meliores cum Pierianis. probe. vulgatum agnoſcit primus Rottendorphius, alter Mentelianus, prior Ham-

85 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 86 deſunt L. R. comas, κρωβύλη Steph. alii. quod Graece &c. Voſſ. uſitatius eſt κρώβυλος. de quo poſt alios, vid. Cl. Perizon. ad Aelian. Var. Hiſt. IV. 22. κρωβύλος Guellius ad VII. Aen. 53. habet. BURM.
87 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Hybernam* ℣. 143.

Digitized by Google

Qualis, ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluenta
Deſerit; ac Delum maternam inviſit Apollo,
Inſtauratque choros: mixtique altaria circum
Cretesque Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi:
Ipſe jugis Cynthi graditur, mollique fluentem

Fron-

SERVII.

143. UBI. Hoc eſt, cum.] HYBERNAM LYCIAM. Non aſperam, ſed aptam hyemare cupientibus. Sic enim ſe habet natura [88] regionis. Et bene aliud agens, aliud oſtendit, nam conſtat, Apollinem ſex menſibus [89] hyemalibus apud Pataram, Lyciae civitatem, dare reſponſa (unde *Pataraeus Apollo* dicitur:) & [90] ſex aeſtivis apud Delum: [91] [Ergo *Hybernam*, utrum quod ibi hyemare ſoleat; an frigidam; an hyeme temperatam; an quam hyberno tempore deſerere ſoleat? XANTHIQUE FLUENTA. *Que*, pro *vel* poſuit: hoc enim dicit: vel cum Xanthum, vel cum Lyciam relinquit, ut eſt II. 36. *Suſpectaque dona Praecipitare jubet, ſubjectiſque urere flammis.*

144. DESERIT. Relinquit, ut II. 28. *Deſertoſque videre locos littuſque relictum.* DELUM MATERNAM. Quae Latonam fugientem, dracone Pithone inſequente, ſuſcepit. Et hoc ideo: quia, ſicut dictum eſt, ſex menſibus aeſtivis apud Delum reſponſa dat. INVISIT. Repetit: per quod oſtendit relicta Delo, ad Lyciam tranſire.] APOLLO. Apollini Aeneam, vel propter ſagittas, quibus in venatu utebatur, comparat: vel certe propter futurum infoelix matrimonium: ut enim & ſupra ỷ. 58. diximus, nuptiis eſt hoc numen infenſum. Vel Apollini Aeneam, ut in primo Didonem Dianae: quomodo germanorum nuptiae eſſe non poſſunt.

145. [92] [CHOROS. Sacra.] CRETES. Ab eo, quod eſt *Cres.*

146. DRYOPESQUE. Populi juxta Parnaſſum, ut Stat. IV. 122. *Dryopumque trahens Eraſinus ariſtas.* [93] [*Eraſinus* vero, fluvius eſt. Hi populi, ab Hercule victi, Apollini donati eſſe dicuntur.] PICTIQUE AGATHYRSI. Populi ſunt Scythiae, colentes Apollinem Hyperboreum, cujus [94] logia, [95] [id eſt, reſponſa,] feruntur. *Picta* autem, non ſtigmata habentes, [96] [ſicut gens in Britannia;] ſed pulchri, hoc eſt, cyanea coma placentes: [97] [licet de illis lectum ſit, *Agathyrſi ora artuſque pingunt: ut quique majoribus praeſtant, ita magis vel minus; caeterum omnes iiſdem notis: & ſic, ut ablui nequeant.* Hos Meliſſus ab Homero *Achabas* appellari ait, qui propter ſcientiam ſagittarum Apollini ſunt gregales, ſicut Cretes.]

147. CYNTHI. [98] Montis Deli. FLUENTEM. Unguentatum [99] [odoribus abundantem: aut prolixum & effuſum, ut τ̃ ἀκερσεκόμην ſignificet.

VARIORUM.

Hamburgicus, Schefferianus, Venetus & Moreti ſecundus. pro diverſa etiam lectione tertius Rottendorphius, Moreti quartus, & prior Menagianus. in altero Voſſiano, *ex humeris. ex auro* non dubitandum, quia & Servius agnoſcit. HEINS. Adde Schott. II. Obſerv. 18. *nodantur & auro* Sprotianus. de repetitione illa *auri* vid. ad Ovid. II. Met. 107. & Steph. Differt. de Critic. pag. 236. nihil magis obvium apud Poëtas, quam diis arma, ornamenta, & res, quae illis ut inſignia propria ſunt, *aurea* dari. ſic Cl. Dorvillius huc facere Callimachi loca in Hymno in Apoll. 34. & Dian. I. 12. notaverat. BURM.

140. LAETUS IULUS. In Sprotiano, *& pulcher Iulus.* HEINS. Et pro varia lectione prior

Ham-

88 religionis alii: ſed bene Dan. regionis: ſed Fabr. etiam. 89 hyemis L. R. Dan. Fabr. 90 ſex menſibus aeſtivis Dan. Fabr. Ryckius notaverat, conſulendum eſſe Triſtanum Tom. II. p. 512. vid. & Barth. ad Stat. I. Theb. 696. qui citat paulo ante, *ſex menſibus hiemis*, & corrigit *hibernis*. BURM. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Apollo* ỷ. 144. 92 deſunt iiſdem. 93 deſunt iiſdem. in L. erat verſus Statii corruptus, *Urſorumque trahens Drionis ariſta.* in R. *Urſorumque tr. Eraſinus a.* 94 elogia L. Voſ. R. oracula eulogia Baſil. Jo. Bapt. Pius, Annot. poſter. cap. 49. *longia* in ſuis reperiſſe videtur, & corrigebat, *loxia*. tandem etiam *logia* praefert. vid. ad lib. VI. 43. BURM. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 96 deſunt iiſdem. 97 deſunt iiſdem. ſed Dan. ad *Hos.* Baſil. vero habet, *licet*, uſque ad *hos.* deſcripta vero illa de Agathyrſis ſunt ex Pomp. Melae lib. II. cap. I. vide Salmaſ. Exerc. p. 133. BURM. 98 mons eſt Deli Cynthos Dan. Fabr. mons Deli Baſ. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Fingens* ỷ. 148.

Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro:
Tela ſonant humeris. Haud illo ſegnior ibat
Aeneas: tantum egregio decus enitet ore.
Poſtquam altos ventum in montis, atque invia luſtra:
Ecce ferae, ſaxi dejectae vertice, caprae

De-

SERVII.

148. FRONDE PREMIT. Id eſt, comprehenſo crine efficit, ne fluat.] FINGENS. Componens, [1] [ut VIII. 634. *Corpora fingere lingua.*] [2] [IMPLICAT AURO. Non frontem; ſed crinem, qui eſt illi retrorſum in nodum collectus.]

149. TELA SONANT. Ut in nono 660. *Pharetramque fuga ſenſere ſonantem.* [3] [HUMERIS vero, aut in humeris, aut ex humeris.] HAUD ILLO SEGNIOR. Id eſt, non illo deformior: nam plerumque virtus & pulchritudo [4] pro ſe invicem ponuntur. Hinc eſt VII. 656. *Satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus.* Nam Herculi ſatis incongrua pulchritudo. Sic Plautus [5] in Pyrgopolinice, de muliere interrogat: *Quid nam, fortis eſt?* Id eſt, pulchra.

150. [6] [EGREGIO. Praeclaro: & ſic dicimus, quaſi extra gregem.

151. LUSTRA. Latibula ferarum vel luporum: unde & lupanaria meretricum, *luſtra* dicuntur.

152. ECCE. Adverbium demonſtrationis eſt, ut oſtenderet velociter factum: & bene hac particula utitur: facit enim nos ita intentos, ut, quae dicuntur, putemus videre. Ita enim caprae [7] ſuſpenſae ſuper ſaxa currunt, ut putes cadere illas, cum exiliunt.] FERAE CAPRAE. Hoc eſt, capreae, [8] [quas Graeci αἰγάγρως vocant.] Et bene aptat deſcriptionem ad ſpecies, ut *cervis* campos, *capris* ſaxa permittat. [9] [SAXI. Pro, montis, ut II. 308. *Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.*]

VARIORUM.

141. INCEDUNT. Vid. lib. I. 497. & V. 553.

Ibid. PULCHERRIMUS. Ut dignus imperio videretur, ex forma imperatoria. Martin. De Roa, III. Sing. 3.

142. AGMINA JUNGIT. Sua ſcilicet, (ut mox *Trojana juventus* 162.) Didonis comitatui. ut recte Pierius. male cepit Vondelius & alii. Heinſius in ora codicis *agmine* pro *agmini* malebat reponi: male. lib. XI. 145.

Contra turba Phrygum veniens plangentia jungunt
Agmina.

Valer. Flac. I. 520.

Socio quin agmina jungere Phryxo
Abnuat.

& III. 505.

Quis arma volens, quis agmina jungat.

BURM.

144. DELUM. *Delon* in octo codicibus recentioris notae. ſed Virgilius amat enuntiationes Latinas. ſic *Tyrus*, non *Tyros* infra 670. occurret ex antiquis membranis. HEINS. *Delom* Francianus a manu prima. *Delon* Witt. & Wall. ſed *Delum* habet Scholiaſtes Horat. IV. Od. 6. BURM.

145. INSTAURATQUE. *Inſtaurantque* Leidenſis unus. *inſtruxitque* Hugenianus. *mixti altaria* alter Menagius. *Curetes Dryopeſque* prior Hamburgicus. *Cretes Dryopeſque* alter & Zulichemius. *Craeteſque* Venetus. *Cureteſque Driopeſque* Regius. Curetes, ut Apollinis cultores inducere etiam Auctorem Hymni in Apoll. ✝. 394. Dorvillius animadvertit. BURM.

147. IPSE. *Inde* Excerpta noſtra a manu prima.

148. FRONDE. Hamburgicus. *laetus* magis puerilem animum venatu, ut re nova, exſultantem deſignat. *alacer* inf. 295. vid. Serv. I. 35. & VII. 430. BURM.

1 deſunt Dan. *lingua* deeſt L. Voſ. R. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 deſunt iiſdem. 4 per ſe invicem componuntur Dan. Fabr. ſcilicet ex *sem* praecedenti formatum, *componuntur.* 5 in Pyrgopolinices fabula Dan. Fabr. in Pyrgo, de muliere Polynice. *Quidnam* Steph. Baſil. *interrogat* deeſt etiam L. Voſ. R. reſpicit ad Plauti milit. Glor. IV. III. 13. ſed ibi legitur, *Ecquid fortis viſa eſt?* & in Bacchid. II. II. 38. dixit etiam. *ſed Bacchis etiam fortis tibi viſa eſt?* vid. Comment. ad loca haec Plauti. Schottus IV. Obſerv. 13. & ibi, & in Bacchid. II. II. *Formis tibi viſa eſt;* unde *deformis* eſt in uſu. BURM. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Ferae* ✝. 152. 7 ſuſpenſionis Dan. an ſcripſerit, *ſuſpendioſae*, quod vocabulum ex Varrone habet Servius ad XII. Aen. 603. de illis quae ſuſpendio ſe occiderunt. BURM. 8 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 9 deſunt iiſdem.

Decurrere jugis: alia de parte patentis
Tranſmittunt curſu campos, atque agmina cervi
Pulverulenta fuga glomerant, montiſque relinquunt.
At puer Aſcanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: jamque hos curſu, jam praeterit illos,
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte leonem.

In-

SERVII.

153. DECURRERE. Bene praeterito uſus eſt tempore, ad exprimendam nimiam celeritatem: [10] [oſtendit enim jam factum. Sane *decurrere*, juxta analogiam dixit, non, ut imperiti putant, *decurrerunt*.]

154. TRANSMITTUNT. Velociter tranſeunt: [11] [praecipue *tranſmittere*, eſt de loco ad locum tranſitio.

155. PULVERULENTA. Num *cervorum pulverulenta agmina*, quae pulverem faciunt, ut I. Georg. 66. *Pulverulenta coquat maturis ſolibus aeſtas.* GLOMERANT. Pro, involvunt. Alias pro, in unum contrahunt, ut IX. 440. *Quem circum glomerati hoſtes:* vel glomeratim eunt.

157. GAUDET EQUO. Gaudet quod acrem equum habeat, & velocem.] JAMQUE HOS CURSU. Id eſt, modo, ut VI. 647. *Jamque eadem digitis, jam pectine pulſat eburno.* Et bene puerilem oſtendit animum, qui per mobilitatem [12] frequenter optat timenda.

158. [13] [PECORA INTER INERTIA VOTIS. Bene per contemptum; *pecora*; cum ea ſint pecora, quae non ſylveſtri, ſed humano uſui aluntur. *Inertia* autem, pro ignavis & innocuis poſuit; & hoc ad capras & cervos retulit, ut in Georgicis III. 265. *Imbelles dant praelia cervi:* nam *iners*, proprie quid ſit Lucilius declarat: *Ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla.*]

159. MONTE LEONEM. Per tranſitum tangit hiſtoriam: nam Aſcanius praeter Iulum, & Ilum, quae habuit nomina, etiam [14] Dardanus, & [15] Leontodamas, dictus eſt, ad exſtinctorum fratrum ſolatium. Ideo nunc eum dicit optare adventum leonis. Paulo poſt 163. *Dardaniusque nepos Veneris.* Conſtat etiam Aeneam Dardanum dictum, ut oſtendit [16] Virgilius inf. 661. *Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.* Item, Ilioneus VII. 240. *Hinc Dardanus ortus.* [17] [*Huc repetit:* nam [18] latenter etiam illud nomen oſtendit.

VARIORUM.

148. FRONDE. *Fronte* Mediceus. & Menagianus prior. quod minus placet. ſed nec *cingens* pro *fingens* admittendum, quod in primo Moretano comparebat. HEINS. *Fluentes crines* Parrh. *fugiens* Excerpta noſtra a manu pr. male. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Amor. XIV. I. *implicat* recte etiam ad crinem refert Servius. Ovid. V. Faſt. 220.

Sertaque coeleſtes implicitura comas.

BURM.

149. IBAT. De Didone dicit *progreditur*, de Comitibus ſequentibus Reginam paſſu lento euntem, *incedunt*; de Apolline *graditur*, & de Aenea *ibat*, quod verbum majeſtatem & dignitatem quamdam indicare notavit Barth. ad Statii X. Theb. 677. BURM.

150. ENITET. *Emicat* prior Hamburgicus pro varia lectione. vid. ad Lucan. V. 76. *enitet auro* Leidenſis & Venetus.

151. LUSTRA. *Saxa* Parrhaſ.

153. DE PARTE. *De rupe* Hugenianus. *jugiſque* Dorvil.

154. TRANSMITTUNT. *Tranſmutant* Zulichemius. *campos curſu* Menag. ſec.

156. A-

10 deſunt iisdem. 11 deſunt iisdem ad *Jamque* ℣. 157. 12 & inſcientiam Fabr. 13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 14 Dardanius & mox, Dardanium L. V. 15 Leontodamus Dan. Leondamas L. R. Leodamas Baſ. 16 hic verſus L. Vtus R. hic Virgilius Voſ. Virgilius in hujus libri fine Fabr. oſtendit in 4. Baſil. 17 hic repetit Dan. hunc rep. R. 18 latenter illud nomen Dan. lat. quaſi illud Baſil.

Interea magno miſceri murmure coelum
Incipit. Inſequitur conmixta grandine nimbus.
Et Tyrii comites paſſim, & Trojana juventus,
Dardaniuſque nepos Veneris, diverſa per agros
Tecta metu petiere. Ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido dux & Trojanus eamdem
Deveniunt. Prima & Tellus & pronuba Juno
Dant ſignum: fulſere ignes, & conſcius aether

Con-

SERVII.

161. COMMIXTA GRANDINE NIMBUS. Secundum [19] Junonis promiſſa: *His ego nigrantem commiſta grandine nimbum.* Et bene etiam *grando* [20] adjicitur: quia poterat [21] *nimbus* contemni [22] [facilius. *Murmur* autem coeli, ad infauſtum omen pertinet: quia tonitru dirimuntur auſpicia.

163. NEPOS VENERIS. Quidam indecenter dictum volunt, ut Venus avia ſit.]

164. DE MONTIBUS AMNES. Ne vel inveſtigare Tyrii [23] poſſent reginam.

166. DEVENIUNT. Bene ſupprimit rem pudendam, ſic Terentius Eun. III. v. 56. *Quid tum? Fatue. Fateor.* PRIMA ET TELLUS. Satis perite loquitur: nam ſecundum Etruſcam diſciplinam nihil tam incongruum nubentibus, quam terrae motus vel coeli [24] [dicitur. Quidam ſane *Tellurem* praeeſſe nuptiis tradunt: nam & in auſpiciis nuptiarum vocatur: cui etiam virgines, vel cum ire ad domum mariti coeperint, vel jam ibi poſitae, diverſis nominibus, vel ritu, ſacrificant.] ET PRONUBA JUNO. Quae nubentibus praeeſt. Junonem autem dediſſe ſigna per tempeſtatem, conſtat, & pluvias, quae de aëre fiunt. [25] [Varro *Pronubam* dicit, quae ante nupſerit: [26] quaeque uni tantum nupta eſt: ideoque auſpices deliguntur ad nuptias.

167. FULSERE IGNES. Ut dei nuptiales.] Varro dicit: *Aqua & igni mariti uxores* [27] *accipiebant:* unde [28] hodieque & faces praelucent: & aqua petita [29] [de puro fonte] [30] [per foeliciſſimum puerum aliquem, aut puellam,] [31] intereſt nuptiis, de qua nubentibus ſolebant pedes lavari. [32] [Alii *fulſere*, pro malo omine poſitum volunt. Cum enim ait *fulſiſſe ignes*, infauſtum connubium videtur oſtendere: quia actio [33] perimitur, cum de coelo ſervatum eſt. Et bene hoc totum ad Junonem refertur: quia aër eſſe dicitur: unde aquas cum ignibus dedit.]

VARIORUM.

156. ASCANIUS. Taubmannus rogat, unde Aſcanius, quem lib. I. Paphum avexerat Venus, huc veniat. ſed non omnia narrat Poëta, & nocte, quae convivium ſecuta erat, retuliſſe eum credenda eſt Venus. hoc ſaepe Servius notat, & κατὰ τὸ σιωπώμενον vocat. vid. ad I. Aen. 407. & ad hunc lib. ỷ. I. & alibi ſaepe. & ita Harduini etiam refutari calumnia poteſt. Statius lib. V. Silv. v. 118. de Aſcanio,

Gaetulo ſic pulcher equo Trojanaque quaſſans
Arma,

ubi Marklandus rogat, unde illi Trojana arma? an quae attulerat Troja? quid ni hoc fingere licuit Poëtae? nec quia Dido omnia inſtrumenta ſuppeditaverat, ideo nec Aeneae & Aſcanio defuiſſe tela credendum eſt, quum armatus ſpiculis & navibus cum Achate iverit, & jam poſt moram ex claſſe ſocii ejus adfluxerint omnes arma gerentes, quae omnia Poëta narrare non cogebatur. ſemper enim al-

19 deeſt Voſ. Steph. ſecundum Junonem, *His* L. R. 20 dicitur Dan. Fabr. quia enim. *adicitur* legitur in L. Voſ. R. hinc *dicitur* factum. 21 *nimbos* Fabr. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỷ. 164. 23 puſſint Dan. Fabr. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 25 deſunt iisdem. ad *Varro* ỷ. 167. 26 neque uni Dan. quae ante, id eſt pronupſerit, & quae uni tantum nupſerit, ex Schedis ſuis Pallerat. ad Catul. p. 21. atque uni Voſſius legebat. 27 *ducebant* Dan. 28 & hodie Steph. 29 deſunt L. R. 30 deſunt L. R. puerum vel aliquam puellam Steph. aliquem deeſt Baſil. 31 quae intereſt Fabr. Baſil. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 33 perimetur Dan.

Connubiis: ſummoque ulularunt vertice Nymphae.
Ille dies primus leti primuſque malorum
Cauſſa fuit. Neque enim ſpecie famave movetur,
Nec jam furtivum Dido meditatur amorem:
Conjugium vocat: hoc praetexit nomine culpam.

Ex-

SERVII.

168. ULULARUNT. Bene medium [34] elegit ſermonem: nam ait Lucanus VI. 261. *Non* [35] *tu laetis ululare triumphis*. In luctu autem [36] *ululari*, non dubium eſt. [37] [Et ideo medium [38] elegit ſermonem: quia poſt nuptias mors [39] conſecuta eſt. Nonnulli ita accipiunt, quod *ululare* veteres etiam in ſacris dicebant, ex Graeca conſuetudine. Ergo *ulularunt Nymphae*, quaſi nuptiarum ſacra celebrarunt. Graeci autem ὀλολυγμὸν appellant: nam & primam congreſſionem ὀλολυγὴν dicunt; quod Virgilius oſtendit XI. 662. *Magnoque ululante tumultu*.]

170. SPECIE FAMAVE MOVETUR. *Species* [40] rerum praeſentium eſt, quod quaſi aſpicitur; *fama* autem, rerum abſentium. Hoc ergo dicit: Non eam movet, nec praeſens deformitas, quod non in thalamo, ſed [41] in ſpelunca concubuerat: [42] nec futura mox fama. [43] [Alii *fama*, accipiunt, [44] facti qualitate, aut reſpectu honeſtatis, τῷ πρέποντι. Adeo illam nec Tyriorum pudebat, videntium talia; nec aliarum gentium, quae audiebant. Ergo *fama*, deeſt *mala*.]

171. MEDITATUR. Exercet, ſic Horatius IV. XIV. 27. *Et* [45] *horridam cultis diluviem meditatur agris*. Nec incongrue dictum: [46] Actus enim eſt in ipſa meditatione: nam *exercitium*, *meditatio* eſt. Sciendum tamen hodie hoc in uſu non eſſe.

172. [47] [PRAETEXIT. Praetegit.] CULPAM. Ut ſupra ℣. 19. *Succumbere culpae*.

VARIORUM.

armati inducuntur Heroës, & in primis ad Africae immanes oras adpulſi. retia vero, plagae & venabula data fuere juventuti, id eſt miniſtris & venatoribus, non Aeneae & Aſcanio, qui equo inſidentes illis onerandi non erant. arma, enſes, ſcuta. &c. ſecum tuliſſe in navibus Aeneam, & ejus comites patet etiam ex pugna cum Harpyiis lib. III. 236. vid. & ibid. 306. praeterea accepiſſe ab Heleno docet ibid. 466. & ſeqq. hoc tam infirmo fundamento jam ſuperſtruit audaciſſimam emendationem, *Sarranaque quaſſans Arma*. eadem licentia, qua libr. I. 316. pro *Spartanae* conjecit *Sarranae*; quam ibi refutavimus. Trojano ergo more armati Aeneas, Aſcanius & eorum comites, qui mox ℣. 162. memorantur. BURM.

157. JAMQUE. *Jam* ter repetit etiam Claudian. VI. Conſ. Hon. 200. *Jam Pana Lyceum: Jam Dryadas revocant, jam ruſtica numina Faunos.*

159. DESCENDERE. *Diſcedere* Sprotianus.

160. MURMURE. *Fulmine* a m. pr. Wallian.

161. NIMBUS. *Nimbis* Venetus.

162. ET TYRII. *At* prior Hamburgicus.

164. TECTA. *Teſta* prior Moreti, an *teſqua*? ſed ſub tectis fugiſſe tempeſtatis vim veroſimilius.

166. PRIMA ET TELLUS. Τὸ *&* omittunt prior Menagii, primus Rottendorphii, alter Mentelianus, alter Hamburgicus, cum Moreti ſecundo & Schefferiano. HEINS. duo Leidenſes, tertius Mentelii, Regius, Francianus & Dorvil. Heinſius adſcripſerat codici ſuo, forte, *Primae tellus & pronuba Juno. Dat ſignum* Francianus. ego conſtruerem, & tellus & Juno prima: quaſi inter ſe certarent, quaenam prima ſignum daret, quum & motus terrae, & fulmen, & tonitru eodem momento ſentirentur. vide Guellium hic philoſophantem. BURM.

167. IGNES. *Ignis* Excerpta noſtra.

Ibid. CONSCIUS CONNUBII. *Conubiis* Mediceus, Mentelianus prior, ſecundus Rottendorphii. alter Menagianus, alter Hamburgicus, Montalbanus, tres Moretani, etiam Gudianus a manu ſecunda, aliique ex noſtris & Pierianis. certe τὸ *con-*

ſcius

34 eligit Steph. 35 *nam laetis* Steph. al. 36 non *ululari* non R. 37 deſunt L. R. Baſil. ad ℣. 170. ſed Voſ. & Steph. a *nonnulli*. 38 poſuit Voſ. Steph. 39 ſecuta Steph. 40 rerum Didonis praeſ. Dan. 41 in ſpecu L. Voſ. R. Steph. al. 42 ſed nec Dan. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 44 facta Dan. Fabr. 45 *horrendam* Horatius. & ita recte citat Servius ad III. Georg. 153. *cunctis* hic Voſ. 46 Auctus L. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Extemplo Libyae magnas it Fama per urbis;
Fama malum, quo non aliud velocius ullum:
Mobilitate viget, virеſque adquirit eundo;
Parva metu primo; mox ſeſe adtollit in auras,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.
Illam Terra parens, ira inritata deorum,

Ex-

SERVII.

174. FAMA MALUM, QUO. [48] Diffinitio eſt, ut *quo*, ex praecedenti pendet nomine: quanquam alii *qua* legant. Sane *quo*, niſi diſtinitio ſit, legi non poteſt; nec enim procedit, ut ordo ſit: *Fama, quo non aliud malum velocius.*

175. MOBILITATE VIGET. Dat [49] ei σωματοποιΐαν, & laudat a contrario: cum enim omnia labore minuantur, haec creſcit. [50] [Sane *viget*, quidam pro vigeſcit accipiunt.

176. METU PRIMO. Non *primo metu*, ſed *primum*; quod initio cautius loquatur, id eſt, in principio: cum enim quis veretur, ne auctor is ſit, quod audit continet; at ubi ſit vulgatum, paſſim loquitur: & modo *primo* adverbium eſt, non nomen.] ATTOLLIT IN AURAS. Sumpta licentia, quae minuebatur timore.

177. INGREDITURQUE SOLO ET CAPUT INTER NUBILA CONDIT. Hoc vult oſtendere: nec humili eam fortunae parcere, nec ſuperiori. [51] [Vel quia famae incertus auctor.]

178. TERRA PARENS. [52] Generale eſt; parens omnium. IRA IRRITATA DEORUM. Amphibolon eſt; utrum *ſua ira*, propter exſtinctos gigantas: [53] [an *ira deorum irritata*, quia exſtinxerat gigantas. [54] [Vel ideo *ira deorum*; quod in eam fulmina & grandines de coelo cadunt.]

VARIORUM.

ſcius cum tertio caſu conjungi ad Naſonem monui lib. VI. Met. 588. Silius lib. III. 39.

Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phoebo.

lib. V. 260.

Lateque Hymenaeo
Conſcia laſcivo Thraſymenia dicitur unda.

HEINS. *Connubiis* etiam Regius. *conjugii* Rottend. pr. a m. ſec. *connubii* Dorvil. Witt. & Ed. Venet. *conubium* ſcribebant, ut *conixa* I. Ecl. 15. mox ỹ. 172. *conubium* Hamburg. pr. ut & multi *conubia* infr. 213. & alibi fere ſemper.

169. PRIMUSQUE MALORUM. *Laborum* pro diverſa lectione prior Rottendorphii, & Hamburgenſis primus. ſic & libr. VIII. Aen. 481. in optimis codicibus, *quae prima laborum Cauſſa fuit. laborum* etiam manifeſte agnoſcit Julius Philargyrus hoc ipſo prolato verſu ad lib. II. Georg. 168. *Aſſuetumque malo Ligurem; malo pro labore. ſic etiam e contrario laborem pro malo ſolet ponere, ut ibi: Ille dies primus leti, primuſque laborum Cauſſa fuit.* Et ſane *malum* paullo poſt ſubſequitur, vulgata tamen lectio exſtat apud Lactantium de perſecutione cap. XII. HEINS.

170. FAMAVE. *Famaque* Menagianus, & Hamburgenſis priores. *moretur* Sprotianus. *moratur* Dorvil. *famam* pro infamia capit Nonius etiam.

172. PRAETEXIT. *Protexit* Oudartii, Menagii prior, & ſecundus Hamburgicus. ſed male. Ariſtophanes Pluto 159. Ὀνόμασι περιπέτλεις τὴν μοχθηρίαν: *velare* ſaepe dixerunt Ovidius & alii. vid. ad Ovid. V. Epiſt. 131. BURM.

173. MAGNAS IT. *Magna fit* Mentelii prior & tertius, Gudianus & primus Moreti. vid. & 187. *Libyes* Ed. Venet.

174. QUO NON. *Qua non aliud* Mediceus, quod impenſe placet, ut diſtinguatur,

Fama, malum qua non aliud velocius ullum.

eamque ſcripturam Vaticanus, Pierianorum veterrimus, & ex noſtris Rottendorphii primus a manu prima agnoſcit. HEINS. *Violentius ullum* alter

Ham-

48 definitio L. Voſ. R. & mox iterum Maſv. & al. bis *diffinitio* edidit. 49 eis onomatopejam L. Voſ. R. ſed L. *ei* onomatopeliam Baſ. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Attollit* ỹ. 176. 51 deſunt iisdem. in Wittiano erat Gloſſa ad *ſolo*, inter pauperes. *in auras*, inter divites. 52 generalis eſt rerum omnium parens tellus Dan. Fabr. generale eſt parens rerum omnium L. Voſ. Steph. generaliter parens eſt omnium rerum Baſil. 53 deſunt Voſſ. mox, qua exſtinxerat R. Baſil. quae exſtinxerat Steph. Dan. Fabr. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Extremam, ut perhibent, Coeo Enceladoque ſororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis.
Monſtrum horrendum, ingens: cui, quot ſunt corpore plumae,
Tot vigiles oculi ſubter, mirabile dictu,
Tot linguae, totidem ora ſonant, tot ſubrigit auris.
No-

SERVII.

179. EXTREMAM. Aut poſt omnes gigantas: [55] quippe ad eorum ultionem nata: [nam per ipſam eorum crimina vulgata ſunt:] aut certe *extremam*, peſſimam: omnes enim, qui de medicina tractant, dicunt naturale eſſe, ut inutiliores ſint, qui naſcuntur ultimi. [56] [Famam ergo inducit ultam eſſe fratres, quia ipſa deorum delicta vulgavit.] UT PERHIBENT. Quotieſcumque fabuloſum aliquid dicit, ſolet inferre, *Fama eſt*. Mire ergo modo, cum de ipſa fama loqueretur, ait: *Ut perhibent.* [57] [COEO ENCELADOQUE. Iſti Gigantes fuerunt inter alios, qui Jovem ſuperpoſitis montibus regno coeleſti detrudere conati, fulminibus ſunt deleti: [58] [& bene elegit ex fratribus maximos, ex quibus exiſtimaretur.]

180. PEDIBUS CELEREM ET PERNICIBUS ALIS. Convertit rerum epitheta: nam *pernix* vel *pernicitas*, *pedum* eſt, ut XI. 718. *Pernicibus ignea plantis: Celeritas*, [59] *pennarum eſt*, ut III. 243. *Celerique fuga ſub ſidera lapſa.* [60] [Aut certe intentio deſcribentis eſt: ſupervacua eſt enim alas habenti pedum pernicitas: aut ſic intelligit: *pedibus celerem*, & *alis velocibus*.

181. MONSTRUM. Bene vituperavit Famam ex accidentibus perſonae, [61] [per parentes, alas, & fratres:] Et quod eam deſcribit, non eſt narratio; ſed argumentatio: Quidni monſtrum? quae hujus naturae ſit, ut quot plumas, tot oculos, tot linguas, tot aures, & caetera.] QUOT SUNT CORPORE PLUMAE. Non ipſius; ſed in omnium corporibus: nam exaggeratio eſt; ac ſi diceret: *quot ſunt arenae.*

182. OCULI SUBTER. Adverbium eſt, ac ſi diceret: non ſub plumis; ſed [62] ſub ipſa. [63] [Et mire *ſubter*, quaſi quae non videatur, & omnia [64] videt reliqua. MIRABILE DICTU. Sic exclamavit Poëta, quaſi minus admirationis haberet ipſa deſcriptio.]

183. TOT LINGUAE. Infinitus eſt numerus: nam re vera quot ſunt homines, in quibus fama eſt, tot ora habet, quae ſunt hominum [65] [TOTIDEM ORA SONANT. Aliud viſu, hoc eſt, ora; aliud auditu, hoc eſt, *ſonant*.]

VARIORUM.

Hamburgenſis. *quo* Dorvil. Regius Wall. Wittian. & omnes fere codices. & Edd. Ven. Mediol. Junt. & aliae. *mobilitas* hic eſt celeritas. vid. ad Rutil. I. Itin. 76. BURM.

175. ACQUIRIT. *Adquirit* magno numero codices. *anquirit* Gudianus a m. ſec.

176. SESE ATTOLLIT. *Seſe tollit* Menag. alter & Wittian. a m. pr. vid. ad Gratii Cyneg. 311. *ad auras* plures.

177. INGREDITURQUE SOLO. *Solum* Macrobius lib. V. Saturn. 13. at capite III. ejuſdem libri vulgata ſcriptura exhibetur. HEINS. Vid. lib. X. 763.

178. IRRITATA. Contra Pierium, hic & lib. X. 644. uno *r* ſcribendum cenſentem, duplici *rr*, *irrito* contendunt ſcribendum, Manut. in Orthogr. p. 429. & Dauſquejus, & Torrent. & Lambin. ad Horat. III. Od. 29. & Pincier. Parerg. lib. II. 7. Papias vero uno *r* in *accendo*, quod verbum inter alia per *irito* exponit, quod inepte a *ritu* deducit. *inritata* vero hic Regius, Rottend. pr. Gudian. pr. & Mentel. duo & alii. BURM.

179. COEO ENCELADOQUE. Videtur ſcribendum *Coeo*, quemadmodum in veteribus libris inveni-

55 quae ideo ad deorum u. nata eſt Dan. Fabr. quippe ad eorum ul. natam L. Voſ. deorum Baſil. etiam: frequens haec commutatio. vid. Liv. I. 21. III. IV. & 55. & ad Quinctil. XI. 2. deſunt *nam* &c. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 57 deſunt iisdem. 58 deſunt Fab. poſt *exiſtimaretur* aſteriſcum poſuit Dan. deeſt aliquid, ut *tota turba*, vel ſimile, vel legendum, *exiſtimarentur omnes*, ut lib. II. 65. *crimine ab uno diſce omnes.* BURM. 59 pinnarum Voſ. R. Dan. Fabr. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Quot*. ℣. 181. 61 deſunt Fabr. praeparantis alas & fratres * Dan. 62 ſubter ipſas L. ſub ipſas R. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 64 videas reliqua Fab. vidit, & reliqua Dan. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Nocte volat coeli medio terraeque, per umbram
Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno.
Luce ſedet cuſtos aut ſummi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat urbis;
Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri.
Haec tum multiplici populos ſermone replebat

Gau-

SERVII.

184. NOCTE VOLAT. Bene naturalem rem dixit: [66] nam quanto celatum eſt aliquid, tanto magis [67] quaeritur: & ſine dubio incipiens fama ſemper obſcura eſt: quae divulgata [68] conquieſcit: unde ait: *Luce ſedet cuſtos.* [69] [COELI MEDIO. Abſolute: quia inter coelum terramque medium eſt.] TERRAEQUE PER UMBRAM. Noctem, umbram terrae eſſe nunquam apertius ſignificavit.

185. [70] [STRIDENS. Poteſt & ad oris ſonum, & ad volatum referri. DULCI DECLINAT LUMINA SOMNO. Qui eſt omnibus animalibus dulcis. Et ſomno, utrum ablativo an dativo. [71] [Melius interpreteris, quaſi non ſuccumbit illi.]

186. LUCE SEDET. Id eſt, per diem: aut ut lux coepit. Et bene nocturna illi & diurna officia dat; ne dulci ſomno capiatur.] CUSTOS. Speculatrix, [72] [ne quid eam praeteriret; non, quae cuſtodiat, aut ſervet.] SUMMI CULMINE TECTI. Per domos nobilium, [73] [propter res *privatas*.]

187. TURRIBUS AUT ALTIS. [74] Per aulas regum, [75] [propter res publicas.] URBES. [76] Populos, id eſt, plebejos. [77] [Et oſtendere vult famae linguis neminem exceptum, qui non exagitari poſſit.]

188. TENAX. In omnibus perſeverans: [78] [tam enunciandis falſis rebus, quam in veris.]

189. [79] [HAEC TUM. Vel fama talis; vel haec facta. POPULOS. Utrum generaliter; an Tyrios & Trojanos tantum?]

VARIORUM.

venitur. Graece enim, Κοῖος. URSIN. *Ceo Celeoque* noſtra Excerpta. * *Anceludoque* Menagius prior. *Coeo* non habet prior Moreti. *ſorore* tertius Mentelii. *ſorores* Parrhaſ.

181. QUOT SUNT. *Quod* Mentelius prior. *ſunt quot* Hugenianus. *ſunt pectore* Oudartii & Wallian. *ſunt tot* Hugenian. *tot ora* Dorvil. *ore* alter Menag. & *ſubrigit auras* Gudian. pr. a m. pr.

182. TOT VIGILES SUBTER. *Pervigiles* prior Hamburg. *ſubſunt* Francian. Parrhaſ. *ſubeunt* Venetus & Wall. *oculos ſubtus* Schol. Lucani ad lib. I. 472. *oculis ſubſunt* Ed. Venet. *mirabile viſu* Excerpta noſtra a m. pr. ſed aliunde repetitum. vid. I. Aen. III. VII. 78. & alibi. BURM.

184. PER UMBRAM. *Per umbras* Reg. alter Hamb. & alii. *ſtridet* etiam ſecundus Rottendorphius. *declinant* Leidenſis. ut *ſe* ſubintelligatur. mox *lumine* prior Moreti. *lumina caelo* alter Hamburgicus a manu prima. *limina* Leidenſis. Pierius, & Naſcimbaenius notant, eſſe imitationem Catulli, qui Carm. LXIV. 91.

Non prius ex illo flagrantia declinavit
Lumina.

ubi tamen alio ſenſu, pro deflexit. vid. ad Ovid. VI. Met. 415. & Barth. ad Stat. VIII. Theb. 653. BURM.

186. SUMMI. *Summo* Hugenianus & tertius Mentelii a manu prima. *vertice* prior Hamburgicus pro varia lectione. quod ex ỳ. 168. repetitum.

189. TUM. *Dum* Oudartii. *cum* Wallian. Menagii. prior & Venetus. *tunc* alii.

190. FA-

66 denique Dan. 67 requiritur L. Voſ. R. Steph. al. 68 quieſcit Steph. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 70 deſunt iisdem ad *Cuſtos* ỳ. 186. 71 deſunt Fab. in Dan. eſt, non cumbit illi. * quaſi non concumbit, volebat Voſſius. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 deſunt iisdem. propter res pravas Dan. Fabr. forte, *privas*. 74 per regum R. vel regum Dan. Voſ. ſed L. ignoras, per domos regum Bahl. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 magnos populos, & dicit plebejos iisdem. 77 deſunt iisdem. 78 deſunt iisdem. 79 deſunt iisdem.

Gaudens, & pariter facta atque infecta canebat:
Veniſſe Aenean, Trojano a ſanguine cretum,
Cui ſe pulchra viro dignetur jungere Dido:
Nunc hiemem inter ſe luxu, quam longa, fovere
Regnorum inmemores, turpique cupidine captos.
Haec paſſim Dea foeda virûm diffundit in ora.
Protinus ad regem curſus detorquet Iarban,

In-

SERVII.

190. GAUDENS. Propter inventam materiam. [80] [Et quidam non temporale Famae epitheton *gaudens*, eſſe volunt; ſed generale, ut multiplici ſermone gaudeat, quo tunc populos implebat.] FACTA ATQUE INFECTA. Sicut ſequentia indicant. [81] [Et eſt quaſi proverbiale: nam hoc eſt: *Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri.*

191. VENISSE AENEAM. Haec facta ſunt.

192. VIRO. Marito, ut VII. Ecl. 7. *Vir gregis ipſe caper.*] DIGNETUR. Libravit ſermonem, quaſi perſonae ſuperioris.

193. HYEMEM INTER SE LUXU, QUAM LONGA, FOVERE. Id eſt, nunc hyemem inter ſe luxu fovere, in quantum longa eſt ipſa hyems. [82] Fecit talem etiam alibi figuram, ut VIII. 86. *Tybris ea fluvium, quam longa eſt, nocte tumentem Leniit:* [83] [pro, quam longa eſt ipſa nox. Veteres *fovere*, pro diu incolere & inhabitare dixerunt, ut ipſe III. Georg. 420. *Fovet humum.*]

194. REGNORUM IMMEMORES. Haec fingit: nam & illi curae eſt Carthago, & Aeneae Italia. [84] [An, quia, quod una patitur, duobus aſſignat? TURPI CUPIDINE. [85] [Id eſt, inhoneſto amore.] *Cupidinem* veteres immoderatum amorem dicebant: Afranius [86] Neaera: *Alius eſt amor, alius Cupido; amant ſapientes, cupiunt caeteri.* Plautus in fragm. Bacchid. cum diſtinctione poſuit: *Cupidon' te conficit; anne amor?* [87] Quo intelligitur vehementer illam amare, vel impatienter. Ipſe Curcul. I. I. 3. *Quo Venus Cupidoque imperat, ſuadet amor:* dicendo *imperat*, violentiam oſtendit; *ſuadet* addendo, moderationem ſignificat.]

195. DEA FOEDA. Crudelis, [88] [impia: quod alibi interpretatur inf. 298. *Eadem impia fama furenti Detulit.* IN ORA. Palam; ut antequam audiant, loquantur. Et proprie *ora.* Terentius Adelph. I. II. 13. *In ore eſt omni populo.*]

196. IARBAM. Filium Jovis Ammonis. Liber, [89] [vel, ut alii dicunt, Hercules,] cum Indos peteret, [90] & per deſerta Libyae, hoc eſt, per Xerolibyam, exercitum duceret, fatigatus ſiti, Jovis patris ſui imploravit auxilium [91] cui ille arietem oſtendit, quem ſecutus ille, pervenit ad locum quendam, in quo aries terram pede ſuo ſcalpſit, e quo loco fons manavit: unde factum eſt, ut Jovi *Ammoni*, ab harenis dicto lingua Libyca, templum & ſimulacrum cum capite arietino conſtitueretur; quod ideo fingitur: quia ſatis ejus ſunt involuta reſponſa. Aut quia [92] Libyci *Ammonem* arietem appellant. [93] Alii hunc *Ammonem* in luco natum, ubi ſola ovis fuerat, a finitimis inventum dicunt, creditumque ex Jove & ove natum: appellatum Ammonem, ab arena: quia ibi tale ſolum eſt: ἄμμος enim Graece arena dicitur. Alii [94] inter Cyrenas

80 deſunt iiſdem. 81 deſunt iiſdem ad *dignetur* ℣. 192. 82 ſic in VIII. *Tybris* Dan. Fabr. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 84 deſunt iiſdem ad ℣. 195. 85 deſunt Dan. amore deeſt Fabr. *turpi cupidine* dixit inhoneſtos amores Baſi. 86 *Neraria* Dan. Voſſius volebat *Cinerario*, cujus mentio apud Soſipatrum, Nonium & Priſcianum. & ex Gloſſis adſcripſerat *Cinerarius*, δοῦλος ἑταίρας. ſed Nonius in *Cupido* priora non habet, quae non ſunt Afranii, ſed tantum, *amabit ſapiens, cupient ceteri.* BURM. 87 quod Dan. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 89 deſunt iiſdem 90 per Xerolibyam exercitum iidem, ſed Libyam Steph. al. vid. ſupr. ad ℣. 42. 91 & ſtatim viſo ariete fons ſecutus eſt. Unde factum Jovi Ammoni, ab arenis dicto, ſimulacrum cum capite arietino, quod ideo fingitur, quia ſatis ejus ſunt involuta reſponſa R. L. Steph. al. & reliqua deſunt ad *Rapta* ℣. 198. ſed Baſil. fons ſecutus eſt ab arenis. & deinde, arietino. ἄμμος enim Graece arena dicitur, unde &c. In Voſſiano erat, arietino, quia Libii ammonem arenam appellant. 92 Libyae Hammone arietem appellant * Dan. Libyes Ammone Fabr. G. Voſſ. legebat, *Libyes Ammonem.* a Libys ſingulari, & adſcripſerat locum Athanaſ. contra Gentes. Λίβυες πρόβατον, ὃ καλοῦσιν Ἄμμωνα, θεὸν ἔχουσι. 93 alii in luco natum volunt, ubi ſola ovis a finitimis eſt inventa, creditumque e. I. e. o. n. appellatumque &c. Voſſ.

Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.
Hic Hammone ſatus, rapta Garamantide Nympha,
Templa Jovi centum, latis inmania regnis,
Centum aras poſuit, vigilemque ſacraverat ignem,
Excubias Divûm aeternas, pecudumque cruore

Pin-

SERVII.

renas atque Carthaginem [94] locum tradunt fuiſſe, in quo paſtores puerum, arietinis cornibus inſignem, in arena ſedentem ac vaticinantem deprehenderunt. [95] Hic ſublatus tacebat, repoſitus loquebatur: mox, cum e conſpectu hominum [96] ſubito receſſiſſet, [97] creditus eſt deus: unde Jovem [98] ideo ibi colere coeperunt, nomine Ammonem, quod in arena fuerat [99] viſus.

197. [1] [AGGERAT IRAS. Super eas, quas habebat ex contemptu.]

198. RAPTA. Stuprata, ut I. 28. *Rapti Ganymedis honores.* [2] [Et: *Rapta raptoris mortem, vel nuptias optet.*] GARAMANTIDE NYMPHA. [3] Et proprium poteſt eſſe, & gentile: [4] [nam *Garamantes* ſunt juxta Libyam: a Garamante, filio Apollinis.]

200. CENTUM. Finitus [5] numerus pro infinito. [6] [Sane in primo Aeneidis 146. qui mos ſit templorum conſtituendorum relatum eſt: quae aut tantum ſacra ſunt, aut ibi etiam res publica adminiſtrari auſpicato poteſt. Hic ergo *templa* tantum *ſacra* declarat, cum ſubjungit, *Centum aras poſuit, vigilemque ſacraverat ignem, Excubias divum aeternas pecudumque cruore*: quibus ſcilicet & ſacratio ageretur: & nihil de publicis rebus actum aliqua narratione ſubjungit. Alii *templum* dicunt, non ſolum quod poteſt claudi; verum etiam quod palis, aut haſtis, aut aliqua tali re, & [7] lineis aut loris, aut ſimili re ſeptum eſt, [quod & factum eſt.] Amplius uno exitu in eo eſſe non oportet, cum ibi ſis cubiturus auſpicans. ARAS POSUIT. [8] Per praeteritum perfectum intulit, SACRAVERAT, per praeteritum pluſquam perfectum. At e contrario: I. 471. *Multa vaſtabat caede.* Et 472. *Ardentesque avertit.* Alibi ſimile ſchema per tempora VIII. 506. *Ipſe oratores ad me, &c. cum ſceptro miſit, mandat*, &c. Et v. 96. *Mactat binas de more bidentes, Vinaque fundebat pateris.* VIGILEM IGNEM. Utrum, ad quem vigiliae agebantur, an perpetuum?]

201. EXCUBIAS DIVUM AETERNAS. Definitio eſt aeterni ignis. [9] Quid eſt *ignis pervigil? excubiae deorum* [10] [Quod ſignificat, ſine intermiſſione fieri ſacrificia: atque *excubare per diem & noctem*, ut dicimus, cotidie [11] *in officio eſſe.* Non ergo apud quas dii excubant; ſed, quae diis excubantur.] Et ſciendum, non vacare ratione, ut in aliquibus templis ſit *ignis pervigil*: nam poteſtates aut terre-

nae

94 tradunt inter C. ac C. locum eſſe talem &c. Voſ. 95 qui inde ſublatus Voſ. 96 deeſt Voſ. 97 Deus factus Voſ. 98 deeſt Voſ. 99 viſus, quod ideo fingitur, quia ſatia ejus ſunt involuta reſponſa Voſſ. 1 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 2 deſunt iisdem. eſt argumentum alicujus declamationis. Quinctil. Decl. CCLI. *Duas poenas adverſus raptores conſtituiſſe lex videtur, alteram mortis, alteram nuptiarum.* vid. & CCLXX. *lege comprehenſum eſt, ut rapta raptoris mortem, vel nuptias optet.* CCLXXVI. CCLXXX. & paſſim in argumento ſimili. ut & apud Senecam. vid. I. Contr. 5. & Exc. I. 5. & VI. 8. & alibi. qui plenius legem refert, *Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet.* BURM. 3 nam & proprium Steph. quod inde natum, quia in Mſſ. N. erat pro *Nympha* poſitum, *Garamantide N.* hinc *nam* fecerunt. BURM. 4 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 5 deeſt iisdem. 6 deſunt iisdem. ad ỽ. 201. 7 lineae illae ſunt ligna, quae repaguli vices praeſtant. quales illae lineae in Circo fuere, de quibus egi ad Ovid. III. Amor. II. 19. aliae ſunt lineae, quibus Catejas, & Aclidas adnectunt apud Serv. ad VII. 741. Cl. Dorvillius etiam nihil mutandum cenſebat, licet ipſi in mentem olim veniſſet *liciis* ex Ovid. III. Faſt. 267. *Licia dependent longas velantia ſepes.* ſed *velare* aliud eſt, quam *ſepire.* illa vero, *quod & factum eſt*, deerant Fabr. BURM. 8 forte, poſt praeteritum. 9 quid eſt enim pervigil L. q. e ignis pervigilis Voſ. Dan. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 11 *in officio eſſe*, ſapit gloſſam alicujus Monachi, qui de Miſſa, excubiis, lectionibus & cantibus Eccleſiae Romanenſis cogitabat. quae omnia *officii* nomine veniunt. vide Cang. Gloſſar. mediae Latin. in *officium.* & ita inf. ad ỽ. 509. adhibitum ad tempus hujus *officii ſacerdotem*, dixit. vide ſimilem inſr. ỽ. 301. manum Romanenſis monachi. apud Veteres *in officio eſſe* dicebantur, qui ſponte & prompte faciebant, quod lex, aequum & bonum poſtulabant. vide quae dixi ad Quinctil. lib. VIII. de Inſt. Orat. Prooem. & ad Ovid. II. *Faſt.* 729. BURM.

Digitized by Google

Pingue ſolum, & variis florentia limina ſertis.
Iſque amens animi, & rumore adcenſus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina Divom,
Multa Jovem manibus ſupplex oraſſe ſupinis:

Jup-

SERVII.

nae ſunt, aut aëriae, [12] [aut aetheriae;] ſed quia aether ignis eſt, ideo [13] in aetheriarum poteſtatum templis ignis eſt; ut reddatur eis imago ſui elementi. Eſt autem in templo Jovis, qui [14] aether eſt: & Minervae, quae ſupra aetherem eſt: unde patris de capite procreata eſſe dicitur.

202. [15] [VARIIS FLORENTIA SERTIS. Aliis atque aliis, ac ſic perpetuo tempore]

203. ISQUE AMENS ANIMI. Et amator, & barbarus: [16] [& *amens animi*, ut inf. 300. *Saevit inops animi*.] [17] Sane nomen eſſe oſtendit, ponendo genitivum. AMARO. [18] [Quod audierat ſibi praelatum Aeneam.] *Amaro*, aſpero, ut X. 900. *Hoſtis amare, quid increpitas?*

204. MEDIA INTER NUMINA DIVUM. Ac ſi diceret, [19] & diis teſtibus, ut Saluſtius, Catil. XXXV. [20] *Quae medius Fidius vera licet mecum recognoſcas.* [21] [*Teſtis* dictus *medius*; *Fidius*, id eſt, Διὸς υἱὸς, Jovis filius, [id eſt, Hercules. *Medium* dixit teſtem. Sane multi *munera* legunt, hoc eſt, in media precatione deorum: & eſt invidioſius, ſi inter *munera*, quae ipſe ſacraverat.

205. MANIBUS SUPINIS. Juxta rationem: nam inferos demiſſis ad terram manibus invocamus, ut Homerus inducit Altheam, matrem Meleagri, manibus in longum porrectis, ut ipſe III. 263. *Paſſis de littore palmis:* Coeleſtes, levatis ad coelum, ut modo: & I. 93. *Duplices tendens ad ſidera palma.*] SUPPLEX ORASSE. [22] [Haec adlocutio] partim precatur: unde ait, *ſupplex:* partim conqueritur: unde ait, *oraſſe*. ORASSE autem, dixiſſe. Hinc & oratores dicimus: [23] [nam *rogare*, non procedit: quia conqueritur magis.]

VARIORUM.

190. FACTA ATQUE INFECTA. Imitatur Stat. III. 430. *facta infecta loqui.*

191. TROJANO A SANGUINE. Τὸ *a* abeſt a Mediceo, & Menteliano utroque, Gudiano & primo tertioque Voſſiano, altero Menagii & Veneto. HEINS. Et a Leidenſi & Walliano. vid. inf. ℣. 230. & lib. I. 19. ubi vidimus in ſimilibus locis & deeſſe & adeſſe ſaepe praepoſitionem: quare non audiendus Marklandus qui ad Statii V. Silv. III. III. confidenter adfirmat, *a ſanguine duci* rectum eſſe, non *ſanguine duci*, ideoque ibi mutat *Atque* in *aque*. atqui in eodem carmine, ℣. 210. *Quum ſtirpe tua deſcendere dixi*, occurrit.

192. JUNGERE. *Munere* Menagii prior.

193. QUAM LONGA. Vid. ad Ovid. I. Amor. II. 3.

195. DIFFUNDIT. *Diffudit* Menagius alter, Hugenianus, Zulichemius, & a manu ſecunda alter Hamburgicus.

196. CURSUS DETORQUET. *Curſu detorquet* Gudianus a manu prima. non male, pro *curſu detorquetur*, detorquet ſe. vide lib. II. 207. HEINS. *Curſum* eſt apud Nonium in *protinus*. & firmat imitatio Apuleji lib. VIII. Metam. *Fama dilabitur, & curſus primos ad domum Tlepolemi detorquet.* & ita *curſus flectere*, Ovidio & aliis in uſu. ita infr. lib. V. 834. *curſum contendere*, & *curſu* variatur & alibi. BURM.

Ibid. IARBAM. Mediceus, *Iarban*, ut & primus Moretanus, etiam Gudianus & alter Mentelianus a manu ſecunda. nonnulli adſpirationem addunt, *Hiarbam*. & ſine adſpiratione, id nomen quoque in veterrimis Silii membranis exarabatur. HEINS.

12 deſunt Dan. 13 deeſt praepoſitio L. Voſ. R. Steph. 14 Aether eſt Minervae, quae, iidem & Dan. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 16 deſunt iiſdem. 17 ſane *amens animi* nominativum pro genitivo poſuit; num ergo *amentis animi?* Dan Fabr. 18 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 19 deeſt copula iiſdem. diceret diis coeleſtibus L. 20 *Quam M. F. veram* L. Voſ. R. Steph. al. in Sall. Catil. XXXV. legitur, *quae medius Fidius licet vera mecum cognoſcas.* alteram tamen lectionem eſſe in ſcriptis teſtantur Commentatores, quam Cortius probat, ſed *cognoſcas* praefert. BURM. 21 deſunt L. R. ad *ſupplex* ℣. 205. id eſt, ſis dictis medius, id eſt *Διὸς*. Steph. Dan. Fabr. ut ſis dictus medius, id eſt Voſ. idem ſic dictum medius fidus, id eſt Baſil. hinc deſunt Voſ. Steph. al. reliqua. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. haec adlocutio partim precationem habet, unde ait *ſupplex*. partim conqueſtionem, unde ait *oraſſe*. *oraſſe* autem dixiſſe, unde *oratores* dicti Fabr. al. 23 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Digitized by Google

Juppiter omnipotens, cui nunc Mauruſia pictis
Gens epulata toris Lenaeum libat honorem,
Adſpicis haec? An te, genitor, quum fulmina torques,
Nequidquam horremus? caecique in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miſcent?

Fe-

SERVII.

206. [24] [Juppiter omnipotens. Epitheta, quae commemorationem potentiae habent, interdum exprobrationis vim obtinent, ut hoc loco.] Maurusia. Maura: nam [25] protenſio eſt: [[26] Coelius: *Mauruſii, qui juxta Oceanum colant.*]

207. Nunc epulata. [27] Dum in epulis eſt: [28] nam eum deſeruit participium: [29] [praeteritum *epulata*, pro praeſenti *epulans*, poſuit.] Et bene *nunc* dixit: [30] [quaſi celebrantibus ejus ſacra tanta injuria acciderit.] Officia enim in deos, licet aeternam habeant gratiam, & ſpectent tam praeteritum quam futurum, tamen in praeſenti plus valent. Semper autem Jovi propter hoſpitalitatem libabatur, quem Ξένιον dicimus. Et bene conqueritur; quia humanas res ne tum quidem curat, [31] cum ei tribuitur honos [32] ſacrificio. Lenaeum. Bacchicum: nam Liber, *Lenaeus* dicitur: quia [33] lacubus praeeſt, [34] id eſt, ἀπὸ τοῦ προϊςάναι ληνῶν. [35] Nec poteſt dici *Lenaeus*, a mentis delinimento; cum ſit a Graeco tractum, [36] [ex calcatorio, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, hoc eſt, a lacu.]

208. [37] [Aspicis haec. Id eſt, talia. Et hoc ſentit: itane talia aſpicis, nec vindicas? Fulmina torques. Vel intorques, vel gubernas.]

209. Nequicquam horremus. Quia non judicio haec facis: [38] [quia non punis malos: & ſupervacua *horremus*: aut quia exiſtimamus ea non emitti manu tua. An *nequicquam*, pro non? ut ſit: *Tu fulmina non torques.*] Coecique ignes. Non quia non videntur; ſed quorum origo non apparet. [39] [An quorum rationem ignorantes timemus:] Alii enim de ventis dicunt fieri; alii de nubibus; alii de aëre [40] [fulmen: Juvenalis xiii. 225. *Non quaſi fortuito, nec ventorum rabie, ſed Iratus cadat in terras & vindicet ignis.*] In nubibus. Ac ſi diceret, non ex te [41] [fiunt: ſi enim errant, tuo non reguntur imperio]

210. [42] [Terrificant animos et inania murmura miscent. Latenter ſecundum Epicureos locutus eſt.]

VARIORUM.

HEINS. *Hiarban* Reg. *Hiarba* Parrhaſ.

198. Garamantide. *Agaramantide* Dorvil.

199. Jovi. *Jovis* Montalbanius & Wall.

201. Aeternas. *Externas* Hugenianus. *pecorumque* Leidenſis.

203. Accensus. *Incenſus* Excerpta noſtra. *accenſus amore* Gudianus a manu prima. vulgata eſt apud Non. in *amarus*, qui acerbum interpretatur. BURM.

205. Supinis. *Sopinis* Sprotianus & Rottendorph. pr.

206. Juppiter. *Jupiter* hic & vii. 799. probare videtur Pierius. ſed Manutius *Juppiter* in Orthogr. p. 242. vid. & Dauſq. part. 2. p. 171. & Mſſ. fere omnes hic & alibi *Juppiter*. BURM.

207. Toris. *Choris* Leidenſis. *amorem* alter Hamburgicus. *odorem* Dorvil. ſed *honorem* recte de libaminibus dici videbis in notis Heinſii & Drakenb. ad Sil. vii. 184. *reſpicis haec* Francianus. *aſpicis hoc* Dorvil.

208. An

24 deſunt iisdem & al. 25 pententio L. Voſ. R. Steph. protentio eſt nunc Dan. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 27 pro *epulans* participium, & bene dixit, dum in epulis eſt, quaſi celebrantibus &c. Dan. Fabr. 28 nam poëtam eum deſ. Voſ. nam cum deſeruit participium praeteritum, *epulata* pro praeſenti *epulans* poſuit. unde praemiſit quod eſt praeſentis, & bene nunc dixit; officia enim, &c. Baſil. 29 deſunt L. Voſ. R. 30 deſunt L. Voſ. R. Steph. 31 cum ei ſacrificatur Dan. Fabr. 32 ſacrificii L. Voſ. Steph. al. 33 loculis L. R. lacubus, hoc eſt torcularibus Fabr. 34 qui eſt e rege reanai dicuntur R. qui EC TEPEAENAI dicuntur L. id eſt ATNOIΣ. Voſ. id eſt ἀπὸ τοῦ ληνοῦ Steph. Baſil. ληνὸς Dan. 35 nam cum ſit Graecum, a mentis delinimento non poteſt accipi, ceteris deſideratis L. R. (ſed ille *delinimento*) Baſil. 36 deſunt L. R. Steph. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. 38 deſunt iisdem. 39 deſunt iisdem. 40 deſunt iisdem, ſed Juvenalis verſus ſequenti notae ſubjiciunt. in quibus *fortuitus*, & alia variatio eſt. ut & ad lib. vi. Aen. 179. 42 deſunt L. R. 42 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Femina, quae noſtris errans in finibus urbem
Exiguam pretio poſuit, cui litus arandum,
Cuique loci leges dedimus, connubia noſtra
Repulit, ac dominum Aenean in regna recepit.

215 Et

SERVII.

211. FOEMINA. [43] Invidia a ſexu, [44] [contemptu inferioris.] Et jam incipit ſpecialis conqueſtio. Eſt autem ordo: Foemina errans, quae in noſtris finibus urbem poſuit. [45] [Et eſt exaggeratio: primum quod *pretio*; deinde *exiguam*; dein *certis legibus*.]

212. PRETIO. Ut oſtendat, eam nec meruiſſe per gratiam; nec invaſiſſe virtute. Et, ſi vendidit, quid conqueritur? vel defraudatus per corium: vel de nuptiarum promiſſione: [46] [aut *exiguam pretio*, pro exigui pretii.] LITTUS. [47] [Non ait agros, ſed [48] *littus*] terram mari vicinam, ut ſupra I. 2. & II. 557. diximus. Modo etiam [49] infertilem [50] [ſibi, & anguſtam] vult oſtendere, [51] [hoc eſt, talem illi dedimus terram, quae nulli eſſet neceſſaria; qua tamen contenta fuit. ARANDUM. Videtur illud attingere moris antiqui, quod cum conderetur nova [52] civitas aratrum adhibitum, ut eodem ritu, quo condita, ſubvertatur. Horatius I. od. XVI. 20. *Imprimetque muris hoſtile aratrum.*]

213. LOCI LEGES DEDIMUS. Aut quam tributariam fecimus: aut cui ideo conceſſimus civitatem, ut in noſtrum [53] veniret matrimonium; [54] [ut juſta ira ſit. CONNUBIA. Hic NU produxit, cum alibi corripuerit, ut ſup. 127. *Connubio jungam ſtabili.*] NOSTRA. Pro *mea*: [55] nobilium eſt autem [[56] hic ſermo. Sic Numanus IX. 600. *En qui noſtra ſibi bello connubia poſcunt.*] Salluſtius fragm. Hiſt. lib. I. *Nos in tanta doctiſſimorum hominum copia.*

214. DOMINUM. Ut ſuperius 103. *Liceat Phrygio ſervire marito.* Eſt autem de Jure; quaſi per coëmptionem. [57] [Coëmptio vero certis ſolemnitatibus apud priſcos peragebatur in contrahendo matrimonio: & ſeſe coëmendo vir & uxor interrogabant: Vir ita: *An mulier ſibi materfamilias eſſe vellet?* Illa reſpondebat, *Velle*. Item mulier interrogabat: *Utrum vir ſibi paterfamilias eſſe vellet?* Ille reſpondebat: *Velle*. Itaque mulier in viri manum conveniebat: & vocabantur *hae nuptiae per coëmptionem*: & erat mulier materfamilias viro, loco filiae. Vel *dominum*, maritum; ut alibi *dominam*, uxorem VI. 397. *Hi dominam ditis*: & eſt, quaſi vehemens accuſatio: me maritum reſpuit, & Aeneam non virum, ſed dominum recepit.]

VARIORUM.

208. AN TE, GENITOR. *Genitor, an cum tua* Venet. *torquens* Mediceus & Leidenſis. *oremus* Dorvil. qui & mox, *inmania murmura* contra legem carminis, quam etiam in hac voce violatam vidimus ad Ovid. V. Metam. ỷ. ult. BURM.

210. TERRIFICANT. Audacter fictum & recens verbum, & poſt Virgilium ſoli Lucretio uſurpatum Harduino dicitur: ergo Lucretius poſt Virgilium ſcripſit. O pudor literarum! ita & *horrificare* infr. 465. proſcribit. BURM.

212. EXIGUAM. *Exiguum* Mediceus. a manu prima. *poſuit pretio* prior Hamburgicus.

213. CUIQUE LOCI. *Cui leges dedimuſque loci* Leidenſis & Hugenianus. *locis* Wallian. mox, *repulit* Francianus & Excerpta noſtra. *depulit* Leidenſis pro varia lectione. ſed *repulit* verum, unde *repulſa* dicitur. *Aeneam* etiam Francianus & Edit. P. Danielis. *Aeneam in ſua regna* Parrhaſ. *reppulit* & *Aeneam* Nonius in *dominus* infr. ad ỷ. 374. quidam codices in Servio & Steph. *at dominum.* Lipſius vero ad Tacit. II. Annal. in excurſu ultimo, obſervat, hoc adducto etiam loco, *dominos* & *dominas* dici maritos & uxores. ſed de eo hic non agitur, ſed Aeneam participem regni, imo ſolum regem & dominum recepit, ut regnaret & dominaretur paribus auſpiciis. BURM.

215. Et

43 invidia ſexus Dan. Fab. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 45 deſunt iisdem. exiguam de incertis legibus Dan. 46 deſunt iisdem. 47 deſunt iisdem. 48 deſunt iisdem. vid. ad II. Aen. 209. 49 infertile Baſil. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 51 deſunt L. R. Baſ. ad ỷ. 213. ſed Voſ. Steph. deſunt a, *qua tamen.* 52 civitas Tauro & vacca, ita ut vacca eſſet interior, a magiſtratu muri deſignarentur. Nam ideo ad exaugurandas, vel diruendas civitates aratrum adhibitum &c. Dan. Fabr. 53 deveniret Baſil. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 55 nobilius R. nobilium L. 56 deſunt L. R. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad *Paris.* ſed Dan. uſque ad *vel dominum.* contra Baſil. inde reliqua deerant.

Digitized by Google

Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu,
Maeonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus, rapto potitur. Nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem.

Ta-

SERVII.

215. PARIS. Similis Paridi: injuria a Perſona. [58] [Probroſis enim, non lenibus verbis, veteres convicia dicebant, ut Salluſtius fragm. incert. *Tyrannumque & Cinnam maxima voce appellant.*] Bene autem *Paris*, quaſi qui [59] ſuſtulit *alii matrimonium pactum:* ſic Juvenalis IV. 38. *Et calvo ſerviret Roma Neroni.* [60]

Ibid. SEMIVIRO COMITATU. Ut IX. 617. *O verae Phrygiae! neque enim Phryges:* [61] [id eſt, effoeminati. Et bene non ſolum regi, ſed & ſociis convicium facit. Sane quidam tradunt, jure hoc in Phrygas dictum: ab ipſis enim ferunt coepiſſe ſtupra puerorum.]*

216. MAEONIA MITRA. [62] Lydia: nam utebantur & Phryges & Lydii. MITRA. Hoc eſt, [63] incurvo pileo: de quo pendebat etiam buccarum tegimen. [64] [Sane, quibus effoeminatio crimini dabatur, etiam *mitra* eis adſcribebatur: multa enim lectio *mitras* proprie meretricum eſſe docet. Ergo ex habitus qualitate mutuatur invidiam: eum enim non jam effoeminatum, velut meretricem, appellat, quod eſt inimici, non mulieris tantum; ſed etiam meretricem vocat; cum, ſicut ſupra dictum eſt, alios inſectetur, dicens IX. 617. *O vere Phrygiae! neque enim Phryges.*] CRINEMQUE MADENTEM SUBNIXUS. Crinem unguentatum ſubnixum, [65] [& ſubligatum] habens. [66] [Aut *ſubnixus*, fiducia elatus.]

217. [67] RAPTO POTITUR. Stupro fruitur: nam proprie *raptus*, eſt inlicitus coitus; nec enim hic rapuerat.

218. TEMPLIS QUIPPE TUIS. Ac ſi diceret: Non mirum, ſi haec patimur te colentes. Sic ſupra ad inriſionem dictum: *Juppiter omnipotens:* ac ſi diceret: tu es, qui potes omnia? FOVEMUS INANEM. [68] Aut quia fruſtra te credimus mundi eſſe rectorem: aut quia me tuum filium eſſe confido. *Fovemus* autem, [69] auxiliamur, [70] quaſi rem per ſe infirmam.

VARIORUM.

215. ET NUNC. *At nunc* Hamb. pr. ſed Valer. Flac. III. 25.

Et nunc ille tubas captivaque poſtibus arma
Impoſuit.

Stat. IV. Silv. III. 76.

Et nunc ille ego turbidus.

ubi male, *en* Morellus & Markl. *at* Turneb. & paullo poſt, *Et nunc limite me colis beato.* ſimilis vis τῦ *nunc* mox ỹ. 266. *Tu nunc Carthaginis altae Fundamenta locas.* & alibi. BURM.

217. SUBNIXUS. Salmaſius ad Solinum pag. 392. *ſubnexus.* perperam. Quod & ipſum tamen ſublegit Gevartio, qui in Electis lib. I. cap. 7. ſic ſcribendum eſſe diu ante Salmaſium monuerat. apud Naſonem lib. VI. Metam. 715. *barba rutilis ſubnixa capillis.* apud Silium lib. II. 397. *galea coruſcis ſubnixa criſtis.* videatur Gronovius Diatribes Statianae cap. IV. HEINS. *Subnexus* eſt in Leidenſi uno. vide ad lib. III. 402. Servium. Cl. Dorvillius *ſubnexus* olim fuiſſe lectum ſuſpicabatur ex Servii, *ſubligatus.* in primis, quia *ſubnixus* ut varia lectio adponitur. quamvis alterum aeque dici poſſit; ut lib. VII. 669.

Herculeoque humeros innexus amictu.

Nonius in *ſubnixus* habet, *Maeonia mentum barba.* vid. Markl. ad Stat. V. Silv. III. 115. BURM.

Ibid. RAPTO. Manuſcriptum, *raptu. raptum* vel

58 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. probroſis enim non lenibus * Veteres Dan. probroſis enim nominibus Veteres Commel. Emm. ut Putſchius conjiciebat. verbis eſt in Fabr. in Salluſtii verbis, *Tyrannum exciviſtam* Dan. habebat. 59 ſuſtulit pactum L. Voſ. R. ſuſtulit pactum Steph. al. prior lectio vero, *alii matrimonium*, intruſa, ut conveniret ſcilicet τῦ *pactum.* 60 cui ſimilis per injuriam Domitianus erat Fabr. al. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 Lydiana, qua utebantur Steph. Baſ. Lydia qua Fabr. 63 incurvum pileum & buccarum tegmen Steph. buccarum Dan. Fabr. Baccharum Commel. Emmen. G. Voſſ. *baccarum* vel *baccatum* conjiciebat. *tegimen* Barth. ad Statii IX. Theb. 795. qui etiam corrigit mox, jam enim Trojanum non tantum effeminatum, ſed & meretricem appellat. reliqua, *cum ſicut* &c. eſſe ſpuria cenſet. BURM. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 65 deſunt iiſdem. 66 deſunt iiſdem. 67 RAPTU. L. R. Voſ. Fabr. 68 aut qui fruſtra credimus Steph. 69 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 70 quaſi in ſe infirmam L. R. q. per ſe inf. Voſ.

Talibus orantem dictis, araſque tenentem
Audiit omnipotens, oculoſque ad moenia torſit
Regia, & oblitos famae melioris amantis.
Tum ſic Mercurium adloquitur, ac talia mandat:
Vade age, nate, voca Zephyros, & labere pennis:

Dar-

SERVII.

219. [71] [ORANTEM. Perorantem, non precantem, ut ſupra 205. dictum eſt x. 96. *Talibus orabat Juno.* ARASQUE TENENTEM. Veteres *aſae* dicebant; poſtea immutata littera *ſ* in *r*, *aras* dixerunt, ſicut *Valeſios*, *Valerios*; *Fuſios*, *Furios*: quod [72] Varro libro quinto Rerum divinarum plenius narrat: *Neceſſe enim erat aras a ſacrificantibus teneri: quod ſi non fieret, diis ſacrificatio grata non eſſet*: quo plenius intelligi voluit, gratum hoc eſſe numinibus, ſubjungendo: *Araſque tenentem Audiit omnipotens.*]

220. OCULOSQUE AD MOENIA TORSIT. Ut inde pellat Aeneam; [73] ne videatur eſſe contrarium, [74] quod turbantur omnia, Jove [75] Africam reſpiciente: nam utrumque a turpi liberat fama.

221. [76] [OBLITOS FAMAE MELIORIS AMANTES. *Oblitos* & eos dicimus, qui aliquid negligunt; vel quibus aliquod excidit; ſed figurate, ut IX. Ecl. 53. *Nunc oblita mihi tot carmina.* FAMAE autem MELIORIS, hoc eſt ſup. 170. *Neque enim ſpecie famave movetur.*

223. VADE, AGE, NATE. Singulis verbis, & jubentis, ut *vade*; & hortantis, ut, *age*; & blandientis, ut *nate*, expreſſit adfectum.] VOCA ZEPHYROS. Aut quibus Aeneas naviget: unde eſt inf. 562. *Nec Zephyros audis ſpirare ſecundos*: aut [77] qui vehant Mercurium, ut inf. 257. *Ventoſque ſecabat.* Item inf. 241. [78] *Rapido pariter cum flamine portant.*

VARIORUM.

vel *raptio* eſt violenta injuriae perpetratio. *Raptus* eſt ſtuprum ipſum, illud cauſſa, hoc effectus. FABRIC. *Raptu* pr. Rottend. a m. ſec. *rapta* Zulichem. id eſt ſtuprata, ſupra ỳ. 198. vid. ad Ovid. I. Met. 144. eadem variatio in verbis Servii ad VIII. 636. *initum conſilium de rapto*, vel *raptu*. BURM.

218. FAMAMQUE FOVEMUS INANEM. Voſſius conjecerat, *flammam*. male. imitatio Propertii vindicat vulgatam, qui lib. III. X. 19.

Illa quidem interea fama tabeſcet inani.

id eſt, licet tu nomen & decus ex militia Caeſaris referas, illa tamen hac etiam fama inani, quia virtus tua te exponet quotidie periculis, conficietur curis & tabeſcet. ibi etiam in Voſſiano codice erat, *flamma*, ut ſaepe hae voces commutatae. Tacit. IV. Hiſt. II. *qui principatus inanem ei famam circumdarent.* qui & *inania famae* dicit II. Ann. 76. *fama* hic eſt celebritas, nobilitas. ut apud Lucanum IX. 548. de oraculo Hammonis, de *fama tam longi judicet aevi.* nim. an inanis ſit, an merita. *movemus* prior Hamburg. ſenſus eſt, *famam* illam vulgi, & opinionem, quae te ſummum deorum credit, adjuvamus, te colendo & adorando. & inde nihil emolumenti aut utilitatis ad nos redundat. vid. & VI. 568. & ita paſſim *fovere ſpem*, *judicium* &c. BURM.

219. TALIBUS. Hic verſus deerat alteri Menagiano, & poterat me judice abeſſe. ſed tuetur Macrob. III. Sat. 2. ex ſimili verſu VI. 124. *aramque* Wittian. & Ed. Venet. BURM.

220. OCULOSQUE. *Vultuſque* prior Hamburgicus pro varia lectione. *ad devia* ſecundus. mox, *ovantes* Leidenſis. *audit* etiam Francianus. ut infr. ỳ. 672. ſcriptum fuerat *audIt*. BURM.

221. AMANTIS. Quia ſine regimine ponitur, eſſe Gallicismum dicit Harduin. ergo *medentes*, *venantes* & innumera talia a Gallis petiere Romani. & Terentius, Ovidius, Propertius, Tibullus & omnes alii Gallicismum in hac voce uſurpaſſe credendi, quia hodie Franci *les amans* dicere ſolent. non idem obſervat in *volantes* lib. VI. 191. 239. 728.

71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. *pernoctantem* Dan. Fabr. 72 apud Macrob. III. 2. quod Commelinus textui Servii inſeruit. aliter tamen ibi verba Varronis leguntur. & Dan. Fabr. *neceſſe enim erat a ſacr.* &c. omiſſo τῷ *aras*. BURM. 73 nec L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 74 quia Dan. 75 in Africa Dan. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *voca* ỳ. 223. 77 quia vehebant Dan. Fabr. 78 *rapto* Voſ.

Dardaniumque ducem, Tyria Carthagine qui nunc
Exſpectat, fatiſque datas non reſpicit urbis,
Adloquere, & celeris defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genetrix pulcherrima talem
Promiſit, Grajûmque ideo bis vindicat armis:

Sed

SERVII.

224. [79] [DARDANIUMQUE DUCEM. Ordo eſt: Dardaniumque ducem adloquere.] TYRIA CARTHAGINE. [80] [Quaſi homini iratus, civitati epitheton patrium dedit.] *Carthagine* autem, pro *Carthagini:* & pro adverbio in loco, de loco poſuit: ſic Horatius I. Epiſt. VIII. 12. *Romae Tybur amem, ventoſus Tybure Romam:* pro, *Tyburi.*

225. EXPECTAT. Moratur, [81] deterit tempus. [82] [NON RESPICIT URBES. Non cogitat; cum illum neceſſe ſit ad Italiam navigare. CELERES. Pro, celer, vel celeriter.]

227. NON ILLUM NOBIS. Καλῶς τὸ συντασσόμενον intelligimus. PULCHERRIMA. Epitheton perpetuum, nec ad praeſens negotium pertinens.

228. GRAJUMQUE IDEO BIS VINDICAT ARMIS. Alii dicunt *bis;* [83] ſemel a Diomedis ſingulari certamine: in quo a Diomede percuſſus eſt ſaxo. Juvenalis XV. 66. *Vel quo Tydides percuſſit pondere coxam Aeneae:* iterum in excidio, ſicut legimus II. 632. *Deſcendo ac ducente deo:* [84] [& II. 664. *Hoc erat alma parens.*] Alii dicunt propter Diomedis & Achillis certamina ſingularia [85] [contra Aeneam.] Sed quando cum Achille dimicavit, a Neptuno liberatus eſt: [86] [quando cum Diomede, a Venere;] [87] poteſt tamen, quod pro Venere [fit, a Venere] factum videri. Sic enim Juno imputat Veneri, quod pro ea factum eſt, [88] dicens X. 83. [89] *Potes in totidem claſſes convertere Nymphas.* [90] Poteſt etiam & alter eſſe ſenſus: nam Troja [91] antea ab Hercule, qui & ipſe Graecus fuit, capta eſt: ut intelligamus jam tunc Aeneam natum fuiſſe: nec enim [92] multum temporis interfuit: cum conſtet, Priamo tunc ab Hercule imperium traditum. [93] [VINDICAT autem, pro vindicavit: & quaedam ideo praeſenti, [94] pro praeterito tempore ponuntur, ad majorem ſignificationem figurandam, ut I. 316. *Vel qualis equos Threiſſa fatigat.* I. Georg. 279. *Coeumque Iapetumque creat:* ut e contrario praeteritum tempus ad exprimendam celeritatem, ut XI. 488. *Suras incluſerat auro:* & II. Georg. 81. *Exiit ad coelum ramis felicibus arbos:* Et *vindicat*, eripit, ut: *Qui in libertatem vindicat*, id eſt, eripit ſervituti.]

VARIORUM.

728. quia ſcilicet in Gallico ſermone hoc non reperit, & ſemper ſubſtantivum addunt, aut ſi abſolute ponunt, longe aliud quam avem ſignificare notum eſt. ſed cur in Georgicis, quae a Virgilio vere profecta credit, non notavit *natantes* lib. I. 541. ut Gallicismum? an etiam neſcit Lucam in Evang. XVII. 7. δοῦλον ἀροτριῶντα, & ποιμαίνοντα, pro ἀροτῆρα & Ποιμένα, & cap. III. 14. Στρατευομένους pro Στρατιώτας dixiſſe? an non ut alia Lucae haec inter Latiniſmos referrent alii, inter Hebraiſmos alii? BURM.

222. TUNC. *Tum* ſcripti. & cum iis Victorinus libello de Metris. HEINS. *Cui talia* ſecundus Moreti.

223. VADE AGE, NATE, VOCA ZEPHYROS, ET LABERE PENNIS. Ita locus hic diſtinguendus. de quo operoſius egimus lib. III. Georg. 193. *voca Zephyros pennis*, hoc eſt provoca, ut illic *curſibus auras vocare.* Hujus interpretationis veſtigia in Servio apparent. HEINS. *Pinnis* Gudianus & Medic. *Zephyros*, *elabere* Francianus.

225. DATAS. *Datis* primus Rottendorphius. vid. lib. I. 382. *perſpicit* Regius, duo Rottendorphii, duo Leidenſes, Zulich. Parrhaſ. & Wallian.

pro-

79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 80 deſunt iiſdem. 81 & terit tempus Steph. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 ſchema Diomedis ſingulari certamine, item in L. & R. ſed ille *ſine gla* Diomedis pro ſine gladio Diomedis, omiſſis reliquis. mox, item in Baſil. & item Voſ. Steph. in excidio, alii dicunt ſicuti Dan. *abducente* L. R. *deſcende abducente* Voſ. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 85 deſunt iiſdem. 86 deſunt iiſdem. 87 poteſt autem pro Voſ. Steph. poteſt tamen quod pro R. quod pro Venere ſit ab ea factum Fabr. Baſil. poteſt tamen hoc p. V. factum videri, ſic L. 88 ut L. Voſ. R. Steph. al. 89 *potes* Fabr. 90 poteſt etiam alter iidem. 91 deeſt Steph. ante ab L. Baſil. 92 tempus interfuit L. Voſ. Steph. al. temporis fuit Dan. 93 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 229. 94 deeſt Dan.

Sed fore, qui gravidam imperiis, belloque frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem;

Aſca-

SERVII.

229. GRAVIDAM IMPERIIS. [95] [Quaſi parituram imperia; vel] unde [96] multi imperatores poſſent creari, ut I. 21. *Hinc populum late regem.* Ideo autem *gravida* ablativo jungitur: quia [97] etiam *gravis illa re* dicimus: unde eſt hujus origo ſermonis. Sic Plautus in Amphitryone: *Uxor tua non puero, ſed peſte,* [98] *gravida eſt.* [99] [Alii hunc ordinem volunt: ſed fore, qui Italiam, gravidam bello, frementem imperiis regeret.] BELLOQUE FREMENTEM. Exceptis temporibus, quibus a Latino regebatur, ut VII. 46. *Longa populos in pace regebat.* Nam alias bellicoſa fuit Italia.

230. [1] [ALTO. Illuſtri, nobili.]

231. PRODERET. Modo protenderet, [2] id eſt, propagaret. *Propago* autem, ſi genus ſignificet, *pro* brevis eſt, ut XII. 827. *Sit Romana potens Itala virtute propago.* Si de arbore dicas, [3] producitur *pro*, ut II. Georg. 26. *Flexos propaginis* [4] *arcus Exſpectent.* *Prodere* ſane, ſignificat & occulta detegere: unde *proditores* dicti: & decipere vel perdere, ut I. 253. *Unius ob iram Prodimur:* & eſt in infinitum haec [5] λέξις polyſemos. [6] [Plautus Trin. II. II. 59. *Nam illud, quod dat, perdit; & illi prodit vitam ad miſeriam:* cum de paupere loqueretur.]

233. SUPER SUA LAUDE. Id eſt, pro ſua laude: & Graecum eſt ſchema: ſic enim Demoſthenes: Ὑπὲρ τοῦ ςεφάνου, id eſt, pro corona [7] [Ὑπὲρ ἐκείνου, pro illo.] MOLITUR. Praeparat, [8] aut exercet.

VARIORUM.

proſpicit Menag. prior. *aſpicit* Oudartii. ſed vulgata firmatur mox ℣. 236.

226. MEA DICTA. Ita ſcripti. niſi quod in Veneto, *mea juſſa.* in vulgatis nonnullis, *mandata.* HEINS. *Mandata* Dorvil. vid. inf. 378. *refer* alter Hamburgicus

227. NOBIS GENETRIX. *Genetrix nobis* Walian.

Ibid. VINDICAT ARMIS. Ambiguum, vel Graecos habuit vindices per eorum arma, quod falſum: vel vindicat ab armis Grajûm, liberat, ut Servius. vid. ad Vellej. Paterc. II. 28. hoc quoque obſervat Harduinus, ſed ignorantia Latini ſermonis haeſit. BURM.

229. BELLOQUE. *Belliſque* Parrhaſ. *furentem* Walian. *Gravidam imperio.* recte exponit Servius, quae multos imperatores eſt paritura, & eo ſenſu Auſonius Epig. IV. de Pannoniis haec imitans, ait,

Imperiis gravidas qua ſeco Pannonias.

ridicule Harduinus de diverſis in Italia regibus, ducibus, & comitibus qui per factiones Guelficas & Gibellinas ſeculo XIII. bello fremuerunt, credit dictum ab impoſtore ſua tempora faſſo. BURM.

230. A SANGUINE. *Ab ſanguine* Nonius profert in *prodere.* quomodo lib. V. 45. & VI. 500. vetus ſcriptura. ſed vulgatam Diomedes libro I. amplectitur. in ſex ſcriptis, *alto ſanguine*, quomodo Gudianus, Mentelianus & duo alii a manu prima. HEINS. Deeſt & *a* Zulichemio & duobus Moretanis. v. ſup. 191. *altum a* Leidenſis.

232. SI NULLA ACCENDIT. *Quod ſi nulla movet* Wittian. ex ℣. 272. repetitum.

233. SUPER IPSE SUA. *Suum molitur laude laborem* citatur ab Aruſiano Meſſio. ſed mendoſe, ut opinor: aliter certe codices ſcripti. *laborum* Gudianus.

95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 96 multum R. poſſunt Dan. 97 etiam jam gravis Steph. etiam illa re dicimus L. 98 gravis Dan. Fabr. ſed legitur in Plaut. Amph. *Aug.* II. II. 87. *verum non eſt puero gravida.* Am. *quid igitur? So. inſania.* 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 1 deſunt iisdem. 2 & Dan. 3 *pro* longa eſt Dan. 4 *arcus. Nec ſe ſpectent. prodere* ſane ſignificat & decipere, ut *unius* Steph. ita & Voſ. R. L. ſed *nexe* vel *nexae* habent. *arcus.* alias deciperet, ut unius Baſil. nec leguntur media in his. 5 Gloſſula Polyſemos Dan. in Voſ. additur, id eſt hic ſermo multa ſignificans. Eſt infinitum. haec Lexis pol. Baſil. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. in vulgatis Plauti legitur *producit.* quod ex gloſſemate natum. nam & *prodere diem* apud Terent. Andr. II. 1. pro producere, & apud alios occurrit. & ludit Plautus in *perdere*, & *prodere* per alliterationem. BURM. 7 deſunt L. Voſ. R. Dan. Fabr. 8 deeſt Dan.

Digitized by Google

Aſcanione pater Romanas invidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Nec prolem Auſoniam, & Lavinia reſpicit arva?
Naviget. Haec ſumma eſt: hic noſtri nuntius eſto.
Dixerat. Ille patris magni parere parabat
Imperio: & primum pedibus talaria nectit

Au-

SERVII.

234. ASCANIONE. Propter illud, quod frequenter diximus, ipſi imperium deberi. Ideo autem hoc adſerit Poëta, ut laudando [9] Iulum, Caeſarem laudet: [10] quia ab eo originem ducit, ut I. 288. *Julius a magno demiſſum nomen Iulo.* ROMANAS INVIDET ARCES. Honeſtior elocutio eſt, ſi addamus quam rem invidemus, ut VII. Ecl. 58. *Liber pampineas invidit collibus umbras.*

235. INIMICA IN GENTE. Praeoccupat, quaſi praeſcius: [11] [nam nondum inimica eſt.]

236. NEC PROLEM AUSONIAM. Ut in Sexto 756. *Nunc age, Dardaniam prolem quae deinde ſequetur Gloria.* [12] [Vel quia de Lavinia Silvium habuit.]

237. HAEC SUMMA EST. Id eſt, mei praecepti collectio: [13] [hoc eſt, totum propter quod mitteris,] Juvenalis: [14] *In ſumma, non Maurus erat, nec Sarmata,* [15] [*nec Thrax.* HIC NOSTRI NUNTIUS. Pro talis XI. 16. *Manibuſque meis Mezentius hic eſt:* & IX. 481. *Hunc ego te, Euryale, aſpicio:* pro, talem.]

238. PARERE PARABAT. Non reſpondet, quaſi numen inferius; ſed dictis obtemperat, [16] [ut I. 689. *Paret amor dictis carae genitricis.* Sane hic locus Homeri eſt E. Ὀδυσ. 43. Ὣς ἔφατ᾽, οὐκ ἀπίθησε διάκτορος Ἀργειφόντης, Αὐτίκ᾽ ἔπειθ᾽ ὑπὸ ποσσὶ δ᾽ ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, Ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ᾽ ὑγρὴν, Ἠδ᾽ ἐπ᾽ ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο. Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ δ᾽ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ᾽ αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. Τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο.]

239. TALARIA NECTIT. Mercurius ideo dicitur habere pennas: quia citius ab omnibus planetis in ortum ſuum recurrit: unde & velox: & errans inducitur, ut I. Georg. 337. *Quo ignis coeli Cyllenius erret in orbes.*

VARIORUM.

dianus. HEINS. *Nec ſuper ille* Wall. *ſua* deeſt Dorvilliano. *ſuper*, hic pro inſuper, praeterea, capiendum, ut lib. II. 348. V. 482. & alibi. *laude* vero eſt virtute militari, ut I. 461. & ſaepe alibi. ſenſus eſt, ſi otioſe deſidet, nec, ut virum fortem & militarem decet, laborem virtute ſua exercet. male Servius & Cerda, *ſuper virtute*, capiunt, *pro virtute*. *Laborum* eſt in Mediceo a m. pr. & hic & ỳ. 273. in Parrhaſiano.

234. ROMANAS ARCES. Vid. ad II. Georg. 172.

235. IN GENTE. Deeſt praepoſitio Veneto, Menagiano alteri, Hugen. & Leidenſi uni. *ſpe ingente inimica moraris* laudat Schol. Stat. I. Theb. 298. qui videtur confudiſſe ỳ. 271. ubi ad Aenean eſt ſermo directus. BURM.

236. RESPICIT. *Conſpicit* Hugenianus. *Lavinaque* Sprotius & Excerpta noſtra. vid. ad lib. I. 2.

237. HAEC SUMMA. Heumannus in Poecil. Tom. III. lib. IV. p. 541. legebat, *hoc ſumma eſt.* quod ſi Mſſ. confirmaretur, poſſet tueri locum, ut exemplis aliis oſtendi ad Ovid. I. Epiſt. 56. & ita Bentlej. ad Terent. Andr. I. 5. *ſi hoc non contumelia eſt.* & quae plura ad manum ſunt. ſed recte Gronov. ad Senec. Conſ. ad Marciam XIX. quum utriuſque locutionis exempla plurima produxiſſet, pronuntiat, multa ſibi ſuſpecta eſſe, & malle ſe dicere, *illas*, quam *illa*, *fabulas eſſe*, ſine Mſſ. ergo mutare genus temerarii eſt critici, quum nihil ponderis addatur, ſive dicas *hoc*, vel *haec ſumma*

9 Julium Steph. illo, Julium Caeſarem Baſil. 10 qui ab L. Baſil. quod Dan. Fab. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 deſunt iiſdem. 13 deſunt iiſdem. 14 *ad ſummam* Dan. Fabr. al. & ita apud Juvenalem (cujus nomen omittunt hic L. R. Dan. Maſvic.) III. 79. legitur. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 238. ſed Steph. *Sarmata Metrax.* 16 deſunt L. Voſ. R. & Steph. Dan. etiam locum Homeri ignorat.

Aurea: quae ſublimem alis, ſive aequora ſupra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit. Hac animas ille evocat Orco
Pallentis; alias ſub Tartara triſtia mittit;
Dat ſomnos adimitque, & lumina morte reſignat.

Illa

SERVII.

242. TUM VIRGAM CAPIT. Id eſt, Caduceum: quod primo Apollo habuit, & donavit Mercurio, [17] [accepta ab eodem] lyra ſibi tradita. Sic Horatius I. od. XXI. 12. *Fraternaque* [18] *humerum lyra.* Hujus autem *virgae* haec ratio eſt: Mercurius, & orationis deus dicitur, & interpres deorum: unde virga [19] ſerpentes dividit, id eſt, *venena:* nam [20] [ſerpentes ideo introrſum ſpectantia capita habent, ut ſignificent, inter ſe legatos colloqui & convenire debere: quia] bellantes interpretum oratione ſedantur: unde ſecundum Livium legati pacis, *caduceatores* dicuntur: ſicut enim per Feciales, [21] [a federe,] bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. [22] [Quibus caduceis duo mala adduntur, unum Solis, aliud Lunae. Sane in ipſis ſerpentibus haec opinio eſt: Mercurius haec tam fera animalia concordat; nos quoque concordare debere certum eſt.] Ἑρμῆς autem Graece dicitur, [23] [ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας. Latine interpres.] [24] [Sane Caduceum poſtea inventum dicitur; virga vero inſigne poteſtatis eſt, nam ideo ea & magiſtratus utuntur: dicta, quod *vi regat.* Hac & vates plerumque utuntur: unde & Circe videtur homines mutaſſe, ut VII. 190. *Aurea percuſſum virga.* Et hodieque tam athletarum, quam gladiatorum certamina virga dirimuntur, & praefecti gentium Maurarum, cum fiunt, virgam accipiunt & geſtant.] ANIMAS. Pro umbras: ſecundum poeticum morem. *Animae* enim in coelo ſunt, ut V. 722. *Viſa dehinc caelo facies delapſa parentis.* Hujus autem rei ratio alterius eſt ſcientiae.

244. LUMINA MORTE RESIGNAT. Claudit, perturbat. [25] Et eſt aliud, quod Phyſici dicunt: [26] pupillas, quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere: quibus non viſis, eſt ſumma deſperatio. Hoc ergo dicit: RESIGNAT, hoc eſt, aufert ſigna [27] luminibus: [28] [id eſt, ſignorum, quibus quaeque noſcuntur, intellectum tollit. Cicero *reſignare*, pro auferre, in Orat. pro Archia cap. V. ait: [29] *Quamdiu incolumis fuit, levitas; poſt damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem reſignaſſet:* hoc eſt, abſtuliſſet, Alii tradunt, *reſignare*, vetuſte ita dictum, ut nos *adſignare* dicimus pro damno, ut eſt apud Catonem in Lucium Furium: *De aqua quod attinet, ad ſalinatores aerarios, cui cura vectigalium reſignat.* Et idem in oratione: *Ne ſpolia figerentur, niſi de hoſte capta; ſed tum, ubi ii dimiſſi ſunt, revertantur reſignatis vectigalibus.*

VARIORUM.

ma eſt. haec ſummaque Dorvil. deinde, *hinc noſtri* Oudart. & Zulich. *heic* Commel. quaſi adverbium foret. ſed illa, *hic noſtri nuntius eſto*, ut a Bavio quodam profecta recidebat Heumannus, ſatis pro imperio. *hic* Servius talis explicat. non male. ſed celeritate opus eſſe indicat. tu ſis hic nuntius noſtri, id eſt ut es, ſicut es, qualis es, ſine mora, & apparatu longo, eo ſtatu, quo es: ut in illo exemplo lib. IX. 481. *hunc te.* vide plura ad Valer. Flac. VII. 481. BURM.

238. PARABAT. *Volebat* ſecundus Moreti. vid. infr. 390.

239. IMPERIO. *Imperiis, primum* Leidenſis a manu ſecunda, & ita prior Hamburgicus. *imperio primum* ſecundus. imitatus haec Statius I. Theb. 303. ubi Lutatius idem obſervat, quod hic Servius.

240. AEQUORA SUPRA. *Aequora juxta* Macrobius lib. V. Saturn. 6. ex auctoritate ſcriptorum codicum: nam editiones ſuperiori ſeculo procuſae faciunt cum vulgatis. ſic infra 255. *humilis volat* ae-

17 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 18 *humero* Dan. 19 bellantes dividit, id eſt bellum. Baſil. vid. ad lib. VIII. 138. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 21 deſunt iisdem. forte, a foedere dictos. 22 deſunt iisdem. 23 deſunt L. 24 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. mox, dicta quod, diu rigat Dan. 25 & aliud R. & eſt illud Fabr. Maſvic. 26 popillas Voſ. 27 luminis Voſ. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Travat* ℣. 245. 29 Fabr. adjecit praecedentia apud Ciceronem verba, *Gabinii* &c. quae huc nihil faciunt. mox, pro & idem in oratione, G. Voſſ. legebat, & eadem in oratione.

Digitized by Google

Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila: jamque volans apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, coelum qui vertice fulcit;
Atlantis, cinctum adſidue cui nubibus atris
Pi-

SERVII.

245. AGIT VENTOS. Non vocat, aut tranſit: nam ſequitur: *Et turbida tranat:* an ergo ducit, atque moderatur? ut IV. Georg. 510. *Mulcentem tigris & agentem:* unde & paedagogos dicimus: an excludit ac pellit? ut II. Georg. 130. *Ac membris agit atra venena:* an ſequitur? ut V. 265. *Palantes Troas agebat.* An ante ſe agit, ne reflectant? ut: *equos agit:* quia illis defertur: nam dixit: *Rapido pariter cum flamine portant.* An *agit*, in actu eſt? [30] Saluſtius: *Inter certamina dominationis aut libertatis agit.*] TRANAT. Tranſvolat, ut IV. Georg. 59. *Nare per aeſtatem liquidam ſuſpexeris agmen.*

246. APICEM ET LATERA. Bene ei, quae ſunt hominis, dat: nam [31] [& *humeros*, *barbam*, *mentum*, *ſenem*, dicit. Hic autem Atlas] rex fuit, qui [32] [habuit, ſicut quidam volunt, juxta Aethiopas pomarium, in quo mala aurea naſcebantur, quae Heſperides, & inſomnis Draco, cuſtodiebant. Hic] cum [32] * audiſſet a Themide, antiquiſſima dearum vate, cavendum eſſe a Jovis filio, [33] [qui ea poma quandoque ſublaturus eſſet;] [34] & prae timore nullum ſuſciperet; [35] [audito, quod Perſeus Jovis eſſet filius, ſuſcipere eum hoſpitio noluit:] [36] a quo in montem converſus eſt, viſo Gorgonis capite. [37] Ut autem in primo 741. diximus, peritus aſtrologiae fuit: nam [38] [& ſyderum curſum deprehendiſſe dicitur &] Herculem [39] docuiſſe. Sane Latine [40] Atlas Telamon dicitur, ſicut Nilus Melo.

247. [41] [ATLANTIS. Aetheris & Diei filius, cui poenae gratia coelum impoſitum dicitur, quod, ut quidam volunt, cum Titanibus ſteterit. DURI. Laborioſi: & merito, qui coelum ſuſtinet: unde ait] *fulcit*, hoc eſt, ſuſtinet, [42] [propter altitudinem:] nam *altus* eſt nimis.

248. [43] [ATLANTIS CINCTUM. Repetitio, cum emendatione [44] & actu.]

VARIORUM.

aequora juxta HEINS.

241. PORTANT. *Portent* Mediceus a manu prima. quod in Montalbano & in quarto Moretano etiam exſtat. HEINS. *Cum flumine* tertius Rottendorphius. *fulmine* alter Hamburgenſis.

242. CAPIT. *Rapit* Menagii prior. ſed Schol. Stat. I. Theb. 306. ſtat pro *capit. ille vocat* Mentel. pr. litera *e* intercepta, & quae deberet geminari. BURM.

243. SUB TRISTIA TARTARA. *Sub Tartara triſtia* codices noſtri, Menagiano priore & Hamburgico exceptis. vocaliorem alteram arbitratur Pierius. ſed pro hac ſtat Macrobius lib. V. cap. 6. pro altera Scholiaſtes Horatii Crucquianus duobus locis. HEINS. *Sub Tartara triſtia* multi codices, quod probat vir doctus in Miſcell. Obſervat. criticis Tom. II. ne lector caperet *ſub triſtia* quaſi una vox eſſet. & ita Serv. ad VI. Aen. 749. *Pallenteſque* etiam Dorvillian. BURM.

244. ET LUMINA MORTE RESIGNAT. In partes abeunt diverſas Interpretes, his pro *aperit*, illis pro *claudit*, capientibus τὸ *reſignat.* qui *claudere* volunt ſignificare, ut Salmaſ. de ſubſign. Teſtam. p. 173. nondum protulerunt exempla, quae rem in liquido ponerent, & certe contraria eſſet haec interpretatio naturae & vi verbi. verba vero Ciceronis pro Archia a Servio & aliis adducta, manifeſte docent, ibi tabulis impreſſa ſigna fuiſſe rupta & ablata, & ita tabulas apertas perdidiſſe omnem fidem & auctoritatem. nam explicat Servius

30 inter Salluſtii fragmenta ex lib. I. ex Priſciano legitur, *in certamine libertatis, aut gloriae, aut dominationis agit.* in Commel. Ed. *donationis* legitur, quod fideliter expreſſit Emmeneſſii Editio. 31 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. mox, Athlans Dan. 32 deſunt iisdem. 32 * audiſſet oraculo cavendum iidem. qui cum autem audiſſet L. qui quum Perſeum non ſuſciperet hoſpitio, propter oraculum, quo reſponſum fuerat, ut a Jovis filio caveret, & pro timore nullum ſuſciperet, a Perſeo in montem c. e. v. G. capite Baſil. reliquis rejectis. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. 34 & timore iidem. & timorem Dan. 35 deſunt L. Voſ. R. Steph. 36 a Perſeo iidem. 37 eo quod illum noluit ſuſcipere L. Voſ. R. Steph. 38 deſunt iisdem. & al. 39 docuit iidem. 40 deeſt iisdem. 41 deſunt iisdem. 42 deſunt iisdem. 43 deſunt iisdem. 44 forte, & auctu. at inf. ad ℣. 320.

Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri:
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Praecipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.
Hic primum paribus nitens Cyllenius alis

Con-

SERVII.

250. NIX. Nivis facit; ſed verbum *ninguit* non hinc venit; ſed ab eo, quod [45] eſt *haec ninguis*, & *hae ningues*: Lucretius: *Albas effundere ningues.* *Ninguit* autem, prima perſona caret, & ſecunda: quia non eſt in noſtro arbitrio; [46] [ſed ad Deum pertinet. Fabula autem talis eſt: Nilus Callirrhoën, Oceani filiam, amabat: ex his nata puella nomine Chione, [47] quam rure vitam agentem Juppiter a Mercurio tolli, & nubibus miſceri praecepit: unde factum eſt, ut nives, quae cadunt, Graece [48] χίονες appellentur; quae tamen nives, repraeſentantes virgines, & vitam priorem, montibus magis inhaerent. Ideo autem calentes nives ſata exurunt; ut oſtendant, puellam injuriam, quam pertulit a ruſtico, vindicare.]

251. PRAECIPITANT. Ut II. 8. *Nox humida coelo Praecipitat* [49] [praecipitantur.] SENIS. Aut propter aetatem: aut adluſit ad nives, ut I. Georg. 43. *Gelidus canis cum montibus humor Liquitur.* [50] [RIGET. Aut frigida eſt, aut recta eſt: unde & *rigorem* dicimus *directionem.* Inde eſt III. Georg. 363. *Veſteſque rigeſcunt:* & VII. 447. *Diriguere oculi.*]

252. PARIBUS ALIS. Leni volatu, ut IX. 14. *Dixit & in collum paribus ſe ſuſtulit alis.* [51] [NITENS. Quidam pro volans accipiunt: & eſt participium a verbo *nitor.*] CYLLENIUS. Aut ab avia: unde paulo poſt, *Cyllenia proles.* Aut [52] a Cyllene, Arcadiae monte, ubi dicitur eſſe nutritus.

VARIORUM.

vius per auferre luminibus ſigna, id eſt aperire, ut auferre ſigna tabulis, eſt auferre fidem. hinc nihil video quid novi adferat Heumannus ad verba illa Ciceronis, qui explicat quaſi fidem tabularum detraxiſſet, ut nullam auctoritatem obtinerent. idem Taubmannus contra Turnebum docuit, & in Theſauro Fabri non diſſimilia reperiuntur. Ex oriente etiam auxilia arceſſit, ut ſolet ſaepe Schultenius de defectibus Ling. Hebr. pag. 161. ut probet *reſignare* eſſe *claudere.* ſed an tali auxilio in vocibus Latinis opus ſit, peritioribus iſtarum linguarum relinquo dijudicandum. in Gudiano & Rottendorf. primo erat, *limina*, ſollemni & obvia vocum permutatione, de qua nemini in mentem veniſſe miror, quum, ſi admittatur illa lectio, ſententia egregia inde exoriri poſſit. Mercurius enim animarum ductor, ut notum, ad inferos, & ſimul, virgae ſuae vi, ſomni dator & ademtor, defunctorum animis reſignat, & aperit limina inferorum. Horat. I. Od. 10.

Tu pias laetis animas reponis
Sedibus, virgaque levem coërces
Aurea turbam.

vide & Od. 24. & innumera aliorum loca. ſic vero aptiſſime cohaerebunt, *dat ſomnos adimitque*, ſcil. viventibus, ne perpetui ſint, ſed tandem morte, aeterno illo ſomno, ſolutis aperit illis limina inferorum, animas agens ad nigrum illum gregem umbrarum. nullum vero indicium vidi dari, quo virgae illius uſus ſit in oculis morientium claudendis, vel etiam aperiendis, ut in rogo fieri ſolebat. quare haec ut longe nimis quaeſita relinquimus: hoc enim officium proximorum erat. Recte vero Guellius de virgae potentia in ſomnis dandis & adimendis, diſputavit. ſed virgam illam aeternum ſoporem, id eſt mortem conciliaſſe, qua aditus ad inferos recludebatur, non conſtat. confer modo fabulam Argi apud Ovid. I. Metam. 715. & ſeq. Barth. ad Stat. III. 366. de verbo *reſignare* etiam videndus. Qui melius ſe ex hoc loco expedierit, illi lubens acceſſerim. hic vero magnifice ſe effert Harduinus, quaſi a Mercurio immiſſo ſomnio, fingens Mercurium hic ſignificare genium Mercurii, vel ipſum mercatorem, qui nihil niſi lucrum cogitans, qui dum facit lucrum, Mercurio ipſi favente quie-

45 eſt *ninguis.* ſic Lucret. Baſil. in Lucret. VI. 736. legitur, *albas deſcendere ningues.* 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. ſed Dan. non habet. *ſed a. d. pertinet*, ſed Baſil. habet. ſed reliqua omittit. 47 quam cum rure Dan. 48 Χίονες Dan. Fabr. 49 deeſt Voſ. R. Steph. pro praecipitantur. ut *nox* Baſil. id eſt praecipitatur Fabr. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 51 deſunt iidem. 52 a Cylleno Dan. Fabr. al. a Chillone Voſ. a Chillenae R.

Digitized by Google

Conſtitit: hinc toto praeceps ſe corpore ad undas
Miſit; avi ſimilis, quae circum litora, circum
Piſcoſos ſcopulos humilis volat aequora juxta.
Haud aliter terras inter coelumque volabat;

Li-

SERVII.

253. Toto corpore. Uno impetu excuſſus. Sic Lucanus VI. 755. *Nec ſe tellure cadaver Paulatim per membra levat, terraque repulſum eſt, Erectumque ſemel.*

254. Avi similis. Incongruum [53] heroo credidit carmini, ſi Mergum diceret, [54] [vel, ut quidam volunt, Fulicam:] ut [55] alibi Ciconiam per periphraſim poſuit. II. Georg. 320. *Candida venit avis longis inviſa colubris.* Sic eſt I. Georg. 341. *Et teſta cum ardente [56] viderent Scintillare oleum:* [57] [ne diceret lucernam, tenuiter. Sane fabula de Mergo talis eſt: [58] Aeſacus quidam puer, Nympha Alexirhoë editus, aliam ejuſdem fontis Nympham amabat: quae cum inſequentem amatorem fugeret, ad quoddam ſpecu delata, calcato ſerpente interempta eſt: quod poſtquam amator vidit, in mare ſe praecipitavit: cujus cum membra ferrentur fluctibus, miſeratione deorum in avem Mergum mutatus eſt: quia ſemper Mergi fluctibus gaudent. [59] [Eſt autem & hoc Homericum Odyſ. E. 51. *Σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα, λάρῳ ὄρνιθι ἐοικὼς, Ὅς τε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, Ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ.*]

255. Piscosos. Piſculentos: cauſa, cur volet. Humilis. Humiliter: & tractum eſt ab humo, ut III. Georg. 9. *Qua me quoque poſſim Tollere humo.*]

VARIORUM.

quiete dormit, ſed ubi tempeſtatem & ventos ſonantes audit, & de damno cogitat, oculos claudere non poteſt. & plura his ſimilia de nuntiis, & epiſtolis quibus praeeſſe Mercurium fingit. *reſignat* vero explicat pro iterum claudit. BURM.

245. Tranat. *Tranſuat* Zulichemius. & Wallan.

247. Fulcit. *Fulſit* Venetus & quartus Moreti. & Parrhaſ. & ita Nonius in *coelum.*

248. Cui nubibus atris. *Qui nubibus* in Montalbanio, ut ſit Graeciſmus. ſed *cui* agnoſcit Prudentius Hamartig. manifeſte hunc Maronis locum aemulatus, ubi diſputat adverſus Marcionitas,

Caelum cui nubibus atris
Anguiferum caput, & fumo ſtipatur & igni.

praeterea, *Piniferumque caput vento quaſſatur* apud Bedam de Tropis S. Scripturae pag. 347. *quaſſatur* etiam exſtabat in primo & ſecundo Moretano, idque Donatus agnoſcit, ubi agit de Tropis. apud eumdem etiam *imbre*, non *imbri*. HEINS. De τῷ *quaſſatur* vide Heinſii Adverſ. lib. III. cap. I. initio, *cum nubibus* Beda ibidem. *Atlanti* Venetus. *Penniferum* tertius Rottendorfius. *Pinniferum* Gudianus, & duo Leidenſes. *coelo pulſatur* Parrhaſ. a manu prima.

251. Riget horrida barba. Neſcio. an haec verba in animo habuerit Lutatius ad Stat. III. Theb. 264. ubi legitur hodie, *riget horrida tergo Palla*, quae in Marone exſtare neſcio; niſi ſint ex alio Poëta. lib. I. 648. *pallam rigentem ſignis & auro* dixit. *rigat* tertius Rottendorf. *regit* Gudianus. vid. Nonium in *riget*. BURM.

252. Hic. *Sic*, & *Cyllenius Heros* Wall. *nec paribus primum* Dorvill. Lutat. ad Stat. III. Theb. 246. citat, *quamvis hic vertice coeli Conſtitit*, & ſeptentrionem interpretatur. ſed turbatum quid eſſe puto & ex libr. I. 225. interpolatum. BURM.

253. Corpore. *Pectore* Venetus. *hic toto* Montalbanius & Parrhaſ.

254. Quae circum. *Circum quae* Parrhaſ.

255. Aequora juxta. In Dorvilliano erat, *contra juxta*, & omiſſum *humilis*. ſed vel eſt varia lectio, quae ex margine in textum migravit, ut apud Serv. ad IV. Georg. 38. legitur. *Carpathos inſula eſt contra Aegyptum*, & in aliis Mſſ. *juxta*. vel emendatrix manus, in alio codice inveniens *contra*, correxit *juxta*, oblitus delere alteram vocem, ne litura deformaret ſcriptum. BURM.

256. Vo-

53 heroico Dan. Fabr. al. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 55 alibi qm. per Voſſ. 56 *videres* L. Voſ. R. Steph. al. al. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad ℣. 257. Baſil. nimis tenuiter & hinc deſunt etiam ad ℣. 287. Dan. deſunt ad *ſane*. 58 Iſacus q. p. n. Alexi praeditus Dan. Fabr. 59 deſunt Dan. illa Homerica.

Litus arenoſum Libyae ventoſque ſecabat
Materno veniens ab avo Cyllenia proles.
Ut primum alatis tetigit magalia plantis,

Ac-

SERVII.

257. LITTUS ARENOSUM LIBYAE. Bene *arenoſum* addidit: nam in Lybia erat; ſed non in arenoſa: Mauritania enim aſpera & ſylveſtris eſt. [60] [VENTOSQUE SECABAT. Quia omnis avis in ventum volat, ut v. 512. *Illa notos atque atra volans in nubila fugit.*]

258. MATERNO AB AVO. Per Majam, Atlantis filiam.

259. [61] [ALATIS. Participium verbo carens.] MAGALIA. Afrorum caſas: & *mapalia* idem ſignificant;] ſed *magalia*, *ma*, [62] producit; *mapalia* vero corripit, ut III. Georg. 340. *Et raris habitata mapalia tectis.*

VARIORUM.

256. VOLABAT. Ingratum neſcio quid ſonare videtur *volabat*, cum ſub finem verſus proximi *ſecabat* ſequatur: quapropter, niſi veteres obſtarent membranae, refingerem, *Coelumque volatu litus* &c. *ſecabat*. Mediceus verſu proximo, *litus arenoſum ac Libyae*. nec aliter uterque Mentelianus, Gudianus, tres Rottendorphii, alter Hamburgicus, alter Menagii, Sprotianus, Montalbanius, Schefferius primus, tertius quartuſque Moreti & prior Voſſianus. in Gudiano a manu prima, *litus arenoſum ad Libyae*. quodmodo Menagianus etiam prior & alter Voſſianus, & Leidenſis, tum pro diverſa lectione Moreti ſecundus, qui in contextu, *& Libyae*. Quidam codices verſum illum *Materno veniens*, huic praepoſuunt, atque ita vitabitur ingratus ille concurſus τῦ *volabat*, cum *ſecabat*. ita certe conſtituunt uterque Mentelianus, primus & ſecundus Rottendorphii, alter Voſſii, Moreti ſecundus, Sprotianus, Montalbanius, Schefferius & alter Hamburgenſis. & ſane τὸ *ad Libyae* videtur amplectendum, ut hoc modo conſtituantur hi verſus,

Haud aliter terras inter coelumque volabat
Materno veniens ab avo Cyllenia proles:
Litus arenoſum Libyae ventoſque ſecabat.

atque ita prior Hamburgenſis. poſtremo verſu τὸ *&* ſubintelligitur, quod in Marone ſaepius videmus deſiderari. HEINS. Bentlejum etiam offendit ille ſonus, *volabat* & *ſecabat*, ad Horat. I. Od. 34. & corrigebat,

Haud aliter terras inter coelumque legebat Litus.

Sed licet jam litera *a* non repetatur in penultima ſyllaba, non ſuavior tamen inde ſonitus exit. Tanaquillus Faber II. Epiſt. 6. jugulat verſum alterum, & certe Zulichemius eo caret. Heinſius etiam in ora codicis conjecerat, *volando*. ſed haec omnia fruſtra. Wopkenſius lect. Tull. I. 5. diſtinguebat,

Haud aliter, terras inter caelumque, volabat
Litus &c.

ut ſit *volare litus*, pro *ad litus*, ut I. 2. *Lavinia venit arva*. ſed de eo jam non agitur, nec hoc tollit ὁμοιοτέλευτον. & ita etiam vir doctus in Obſerv. Miſc. Crit. Vol. II. pag. 87. & 170. qui & alia tentat, & conſtruit etiam *veniens litus*, pro ad litus, ut quidam codices, *ad Libyae* exhibent. ſed haec omnia duriora, nec Maroniana. mihi, ſi quid mutandum, tranſpoſitio verſuum magis arrideret, quae etiam eſt in Regio & Wittiano & Walliano codice, & tunc poſſet *ad Libyae* admitti. *ac Libyae* Parrhaſ. & Wittian. ſed Rhythmum hunc non agnoſcere religioni eſt, quia & ſimiles verſus in Marone deprehendere licet, ut III. 655. 656. V. 385. 386. VIII. 620. 621. & lib. X. 213. 214. *ibunt* & *ſecabunt*. plura apud alios auctores, & quos non? proferre poſſem. ſed anguſtiae notarum prohibent. vide Johnſon. contra Bentlej. pag. 87. & ſeqq. nec captabant haec ὁμοιοτέλευτα Veteres, ſed ipſis excidiſſe caſu credibile eſt. in lib. X. 623. tres verſus exeunt in *tis*. in quales criticam exercere nefas eſſe puto. *ventoque ſecabat* Venetus. ſed ita *ſectas auras* dixit Propertius lib. II. XXIII. 17. ventos ſecare eſſe idem, quod aëra ſecare docet Barth. ad Stat. VI. Theb. 388. & Stat. VIII. 711. Zephyros *ſecat* fraxinea haſta. *ſecabat* vero, conſueto multis ſcriptoribus more, ad ſolos *ventos* refero deficiente altero verbo, quod ad *litus* pertinere deberet. quod ſaepe jam a viris doctis notatum. vid. Serv. ad lib. III. 260. VII. 478. & alibi. BURM.

257. A-

60 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 61 deſunt iidem. 62 producitur m. v. corripitur Dan.

Digitized by Google

Aenean fundantem arces ac tecta novantem
Conſpicit: atque illi ſtellatus Iaſpide fulva
Enſis erat, Tyrioque ardebat murice laena,

De-

SERVII.

261. STELLATUS IASPIDE FULVA. [63] [Gajus Memmius De triumpho Luculli: *Syriaci calceoli gemmarum ſtellati coloribus*. Participium ſine verbo.] *Jaſpide* autem *fulva*, pro viridi, ut v. 309. *Fulvaque caput nectentur oliva*. Dicit etiam Plinius in Naturali hiſtoria, multa eſſe Jaſpidum genera; in quibus etiam [64] *fulvum* commemorat: [65] [hoc & Didymus & Nicander adfirmant. Alii tradunt *Jaſpidem* in [66] Zmaragdum tranſire.

262. ENSIS ERAT. *Enſem* pro vagina poſuit. Et multi *Jaſpidem* volunt ad gratiam pertinere, [67] [alii ad ſalutis cuſtodiam plurimum poſſe. Ergo neceſſaria Aeneae in rebus trepidis, qui inter ignotas & bilingues devenerat gentes. Traditur etiam, hanc gemmam concionantibus neceſſariam: nam [68] Gracchus ea dicitur in concione ſaepe uſus: & hic Aeneas, quaſi regni particeps, in publico velut in concione, a Mercurio corripitur. Bene ergo hic ei habitus datur: ne eum Tyrii, aut ut profugum aſpernarentur, aut obedire, ut advenae, nollent. Sane bene deſcribit luxuriantis enſem: aliter VIII. Aeneid. 621. *Fatiferumque enſem*. Et XII. 90. *Enſem Quem Dauno Ignipotens*. Hic capulum aut vaginam; at in illis ferrum. Sed peritus poëta cum amatoris luxuriantis vaginam deſcribit, alias etiam inſeruit rationes, cur *Jaſpidem* dixerit.] LAENA. Genus veſtis. Eſt autem proprie toga duplex, amictus auguralis. [69] [Cicero Orat. XIV. *Sacrificium publicum cum laena faceres*.] [70] Alii amictum rotundum; alii togam duplicem, in qua Flamines ſacrificant infibulati. Quidam tradunt bene filio Veneris habitum *laenae* datum: quia hunc ſibi amictum genus Veneris vindicavit: unde *Popilii Laenates*, propter hunc habitum, qui ſe de Veneris genere ortos volebant. Alii inventorem hujus veſtis ab hac ipſa veſte *Laenatem* appellatum tradunt. Quidam muliebrem veſtem, quaſi amatori aptam, volunt. Quidam Pontificalem ritum hoc loco expoſitum putant. Veteri enim religione Pontificum praecipiebatur inaugurato Flamini veſtem, quae *Laena* dicebatur, a Flaminica texi oportere: quam veſtem cum cultro, quae *ſeceſpita* appellabatur, [71] geri debere. *Seceſpita* autem, eſt culter oblongus ferreus, manubrio eburneo, rotundo, ſolido, vincto ad capulum argento auroque, fixo clavis aeneis, quo [72] Flamines, Flaminicae virgines, Pontificeſque ad ſacrificia utuntur, eaque jam ſacra eſt. Appellatur autem *ſeceſpita* a ſecando. Hic ergo Virgilius in Aenea, quem ſacratum intelligere vult, omnia ſupradicta latenter amplexus eſt: nam inaugurationis meminit, cum dicit: *Paribus nitens Cyllenius alis*. Et: *Avi ſimilis*. Et: *Volat aequora juxta*: oſtendit enim, Aeneam auſpicato, & a Carthagine juſſum abire. Togam autem duplicem, quam purpuream debere eſſe non dubium eſt, hoc verſu declarat: *Tyrioque ardebat murice laena*. *Seceſpita* autem, quoniam gratum non erat ipſius nominis facere mentionem, ita meminit: *Stellatus Iaſpide Enſis erat*. *Enſem* ergo pro cultro longiore debemus accipere; *ſtellatum* autem, pro acutis [73] aeneis vinctum. *Jaſpidem* autem ideo intulit, ne totus a rege diſcedere videretur, cui propoſitum eſt, veterum ceremoniarum ritum aliud agens contingere.

VARIORUM.

257. ARENOSUM. *Harenoſum ac Libie* Francianus & multi alii.

258. MATERNO. Omiſſus in quibuſdam hic verſus, & poſſe omitti videtur. FABR.

259. ALATIS. *Allatis* Venetus & Parrh. qui & *magalia*.

260. FUNDANTEM ARCES. Id eſt fundamenta locantem, ut mox ỳ. 265. ait. nam *fundare urbem*, pro condere, inſtituere, non admittunt mundioris ſermonis arbitri. vid. ad Phaedr. III. fab. 9. & de uſu hujus verbi diſputat Florid. Sabinus de Juris Civilis Interpretibus pag. 154. & hinc appa-ret,

63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. de Gajo Memmio vid. Pontan. & Meurſium ad Macrob. 1. Saturn. 10. Ger. Voſſ. notaverat etiam meminiſſe Ciceron. in *Bruto*, credo reſpexiſſe ad cap. 76. BURM. 64 *fulvam* Steph. Maſvic. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 66 *Smaragdum* Dan. Commelin. & Emmen. 67 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 68 Graecus Dan. Fab. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 265. Danieli deſunt, *Cicero*, ad *alii*. 70 Fabr. addit, Graece Χλαῖνα. 71 uti debere * Dan. qua veſte cum cultro, qui S. a. uti debebat G. Voſſius. 72 deeſt Dan. Fabr. 73 aneis Dan. Fab.

Demiſſa ex humeris: dives quae munera Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreverat auro.
Continuo invadit: Tu nunc Carthaginis altae
Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem
Exſtruis? heu regni rerumque oblite tuarum!
Ipſe Deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator, coelum & terras qui numine torquet:

Ipſe

SERVII.

263. DEMISSA EX HUMERIS. Ex qualitate amictus ornatum amatoris expreſſit. DIVES QUAE MUNERA DIDO. Non addidit cujus rei dives, ut alibi II. Georg. 468. *Dives opum variarum.* Et IX. 26. *Dives equum, dives* [74] *pictai veſtis & auri.* Sane hoc loco docuit, Flamini a Flaminica fieri veſtem oportere, cujus lanam ipſa per ſe & nere debeat, & texere: non enim dixit, fieri juſſerat aut miſerat, quod ad expoſitionem nominis pertinet.

264. ET TENUI TELAS DISCREVERAT AURO. Oſtendit ipſius manibus textam.]

265. INVADIT. Habitum futurae orationis oſtendit. Et notandum, non eum tantum nuntii, ſed etiam caduceatoris, id eſt, oratoris, officio fungi: nam & perſuadet, & nuntiat. [75] [TU NUNC. *Tu*, invectio eſt, & *nunc*, id eſt, hoc tempore, quo tibi navigandum, vel pro tua ſpe laborandum eſt. ALTAE. Quam altam vis fieri.

266. LOCAS. Pro, collocas, vel jacis. UXORIUS. [76] Nimium uxori deditus, vel ſerviens, ut Horatius I. Od. 2. *Uxorius amnis.*

267. [77] [EXTRUIS. A ſtruice, Plautus in Menechmis I. I. 26. *Tantas ſtruices concinnat patinarias.* Naevius nominativo ſingulari: *Struix malorum.* HEU REGNI. Hic increpat, ut miſereatur.] IPSE. Dat dictis auctoritatem, ut III. 251. *Quae Phoebo pater omnipotens.* [78] [Et V. 726. *Imperio Jovis huc venio.*]

268. CLARO DEMITTIT OLYMPO. *Olympos*, quaſi [79] ὁλολαμπὴς, ἢ ὁλῶς λαμπρὸς dictus eſt: ſive mons ſit Macedoniae, qui dicitur eſſe diverſorium deorum; ſive coelum: unde addidit *claro*, ut III. 693. *Plemmyrium undoſum.* Accentus ſane Graecus tunc poteſt eſſe, ſi ſit Graeca declinatio, ut Ὄλυμπος Ὀλύμπου; nam [80] Latine *Olympi* facit.

269. REGNATOR COELUM ET TERRAS. Omnem mundum. TORQUET. [81] [Utrum, quia mundus volubilis eſt? an *torquet*,] regit, ſuſtinet? ut XII. 180. *Cuncta tuo qui bella pater ſub numine torques.* NUMINE autem, eſt aut nutu, aut poteſtate.

VARIORUM.

ret, *tecta novantem*, non eſſe antiqua reficientem, ſed novas aedes excitantem. *Tecta* vero in omnibus ſcriptis & editis reperi, & neſcio unde in Danielis Heinſii editionem irrepſerit *tela*, quod & exhibuit Nicolaus: certe armorum fabricae intentum Aeneam quis credat? forte evenit hoc ex ſollemni confuſione harum vocum, de qua vid. ad Ovid. III. Faſtor. 316. In Gudiano aliud vocabulum tamen exſtitiſſe indicio eſt, quod vetus lectio eraſa erat, & *tecta* ſuperſcriptum. ſed nihil novandum. nam per *arces* intelligit altiores & majores procerum domos, per *tecta* habitacula civium & plebis. ſic lib. I. 422. *molirique arcem.* & mox, *pars optare locum tecto.* & mox ỳ. 422. *Carthaginis arcem* diſtinguit ab *urbe*. denique Servius ad VIII. 189. citat, *tecta novantem*, & addit aliter dictum, ac *novare honores* quod eſt, *renovare*, ſcilicet nova facere. praeterea ut hic *arces ac tecta*, ita lib. I. 445. dicit *turres ac tecta domorum*. jam *turres* dici altiora aedificia notum ſatis eſt, quae diſtinguuntur, ut palatia ab aedibus humilioribus & tabernis. apud Horat. I. Od. IV. 13. & hoc lib. ỳ. 86.

74 *pictae* Dan. Fabr. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Uxorius* ỳ. 266. 76 Uxori ſerviens ut, iidem & nihil praeterea. 77 deſunt iiſdem. 78 deſunt iiſdem. 79 Ololampus dictus R. L. Olympus, Olampus d. L. quaſi ὁλολαμπὴς, ἢ ὁλῶς λαμπρὸς dictus Fabr. quaſi Olopandus dictus Baſil. 80 Latina Olympi facit Baſil. facit deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. 81 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. vid. ad lib. I. 108.

Ipſe haec ferre jubet celeris mandata per auras.
Quid ſtruis? aut qua ſpe Libycis teris otia terris?
Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem;
Aſcanium ſurgentem, & ſpes heredis Iuli
Reſpice; cui regnum Italiae Romanaque tellus
Debentur. Tali Cyllenius ore locutus
Mortalis viſus medio ſermone reliquit,

Et

SERVII.

270. HAEC. Quae dicturus eſt: nam ſupradicta ex ſe dixerat. [82] [QUID STRUIS. Utrum aedificas? an moliris? an incipis machinari?

271. QUA SPE LIBYCIS TERIS OTIA TERRIS? Terra totum orbem ſignificat, *terrae* autem partes ſunt.] TERIS. Per negligentiam tempora conſumis: [83] [& eſt verbum ad ignaviam poſitum,] Salluſtius fragm. incert. *Ibi triennio fruſtra trito.* [84] [Et cum Jupiter dixerit ſup. 235. *Inimica in gente moraris*, adhuc non dixit, quae non eſſet intellecturus Aeneas.]

274. SURGENTEM. Creſcentem, ut X. 725. *Surgentem in cornua cervum.* Item I. 366. *Surgentemque novae Carthaginis arcem.*

276. DEBENTUR. Honeſtius plurali numero reſpondit. CYLLENIUS. [85] Antonomaſivum eſt pro proprio. ORE. Oratione.

277. MORTALES VISUS. Aut oculis ſe Aeneae ſuſtulit: aut humanam reliquit effigiem, quam ſumpſerat, ut ab Aenea [86] poſſet videri: quod melius eſt. MEDIO SERMONE. Atqui exſequutus eſt omnia, quae Juppiter dixerat; ſed *ſermo*, eſt [87] conſertio orationis, & confabulatio duorum vel plurium; *Medius* ergo *ſermo* eſt, cum perſona, cum qua quis loquitur, non reſpondet; ut nunc fecit Aeneas.

VARIORUM.

ỳ. 86. & lib. VII. 160. *turres ac tecta Latinorum*, XII. 132. *turres & tecta domorum.* atque ita Harduini vana eſt reprehenſio, quod hic fundamenta locare dicatur Aeneas, quum jam eſſent turres, & minae ingentes murorum, & aequata coelo machina incepta. BURM.

261. STELLATUS IASPIDE. Vid. Salm. Exerc. Plin. p. 533.

263. DEMISSA. *Dimiſſa* Venetus, Zulich. Dorvil. pr. Moreti & alter Menagii. cum Excerptis noſtris. male. Horat. I. Sat. VI. 28.

Latum demiſit pectore clavum.

Ovid. X. Met. 112. *demiſſa in armos monilia.* & *demiſſi crines.* VI. 289. ubi, ut & alibi codices nonnulli, *dimiſſi.* ſic & Val. Flac. VI. 64.

Demittit ſacro geminas a vertice vittas.

demiſſa eſt dependens. BURM.

Ibid. DIVES. *Dives quae condam* Dorvil. pro *quondam*, quod adſcriptum orae, in contextum tranſiit, & verſum vitiat.

265. INVADIT. *Vadit* tertius Rottendorphius a manu prima.

267. EXSTRUIS. *Conſtruis* Zulichemius.

268. DEMITTIT. *Dimittit* multi codices. *claro tibi me* Menagii prior. vid. inf. v. 726. Serv.

269. COELUM ET TERRAS. *Ac terram* Gudianus, ſecundus tertiuſque Rottendorphii. *& terram* Rottend. primus cum Sprotiano. HEINS. *Ac terram* Hugenianus. vid. lib. VI. 724. *qui fulmine* Parrhaſ. BURM.

270. CELERES. *Celſas* ſecundus Rottendorfius.

271. QUID. *Quis* Gudianus.

Ibid. TERIS OTIA. *Teris omnia* Edit. Venet. peſſime. illuſtravit hanc locutionem doctiſſimus Markland. ad Stat. III. Silv. V. 61. Liv. I. 57. *Regii juvenes otium conviviis comeſſationibuſque inter ſe terebant.* ita *terere tempus* illuſtravit Cl. Drakenb.

82 deſunt iiſdem. ad *Teris* ỳ. 271. 83 deſunt iiſdem. 84 deſunt iiſdem. 85 Antonomaſticum Fabr. Commel. Emm. Antonomaſium Steph. vid. lib. II. 171. 86 poſſit Dan. 87 conſenſio Dan.

Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
At vero Aeneas adſpectu obmutuit amens,
Adrectaeque horrore comae, & vox faucibus haeſit.
Ardet abire fuga, dulciſque relinquere terras,
Adtonitus tanto monitu imperioque deorum.
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat adfatu? quae prima exordia ſumat?

At-

SERVII.

279. [88] [ASPECTU. Numinis ſcilicet, ut inf. 359. *Ipſe deum manifeſto lumine vidi, Intrantem muros.*]

280. ARRECTAEQUE HORRORE COMAE. Subaudi, ſunt.

281. DULCESQUE RELINQUERE TERRAS. [89] Minus eſt *quanquam*. [Per quod intelligi vult [90] Aeneae amorem, unde eſt VI. 460. *Invitus regina tuo de litore ceſſi.*] [91] Et ne videatur ingratus, deorum excuſatur imperio: ſic ipſe in ſexto 461. *Sed me juſſa deum.*

282. [92] [ATTONITUS TANTO MONITU. Proprie, juxta quem deus miſſus a Jove ſterit, a quo & fulmina jaciuntur, quae attonitos faciunt: *Attonitus* enim eſt proprie, juxta quem fulmen cadit.

283. HEU QUID AGAT? Ut ſolet, perſonis, de quibus loquitur, adfectum commodavit, ut nono Aeneidos 399. *Heu quid agat? qua vi juvenem, quibus audeat armis Eripere?*] AMBIRE. Blanditiis, [93] [vel ſubdole] circumvenire. Et *ambio illam rem* dicimus, ut VII. 333. *Neu connubiis ambire Latinum.* [94] [Salluſtius Catil. X. *Ambitio mortales falſos fieri* [95] *ſubegit.* Significat & *rogare*, Salluſtius in Jugurth. Cap. XIV. *Quos ego audio ambire, fatigare vos ſingulos.* Dicebatur & *ambio illum*, pro rogo illum: Salluſtius, in primo: *Idem fecere Octavius & Quintus Coepio ſine gravi cujuſquam expectatione, neque ſane ambiti publice:* hoc eſt, neque valde rogati. *Ambitores* etiam dicuntur, qui, ut honores conſequantur, diſcurrendo & rogando ſuffragia adquirunt.]

284. EXORDIA. Orationem; [96] [vel hic pro initiis;] ſed exordium in duo dividitur; in principium, & orationem, ſicut in Rhetoricis legimus.

VARIORUM.

kenb. ad Liv. III. 7. BURM.

273. NEC SUPER. Abeſt hic verſus Mediceo. in nonnullis manu ſecunda inſertus, aut margini adſcriptus, ut in priore Menteliano, Gudiano ac Sprotiano. HEINS. *Ne ſuper* Excerpta noſtra. *ſua* Mentelianus prior.

274. HAEREDIS. *Surgentis* prior Hamburgicus, Dorvill. ex lib. X. 524. repetitum.

276. DEBENTUR. *Debetur* Hugenianus & prior Rottendorphius a manu prima. vid. IX. 619. *voce locutus* Dorvil.

277. MORTALIS VISUS. In Manuſcripto, *Cyllenius ore locutus Mortalis.* Βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς. ita in lib. IX. 656.

Sic orſus Apollo
Mortales medio adſpectus ſermone reliquit.

FABRIC. *In ſermone* ſecundus Moreti, Francianus & Leidenſis. *relinquit* Excerpta noſtra: *medium ſermonem* etiam inf. ℣. 388. eodem ſenſu habet. BURM.

278. AURAM. *Umbram* Venetus. *invanuit* Hugenianus.

279. OBMUTUIT AMENS. *Obmutuit uno* alter Menagianus. HEINS.

280. ARRECTAEQUE. *Erectaeque* prior Hamburgicus pro varia lectione. vid. inf. v. 138. & ad Claudian. Idyll. VII. 11.

282. TAN-

88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 89 deeſt quanquam Dan. Fabr. reliqua ad *&* *ne* deſunt L. Voſ. Steph. al. 90 Aeneam amo Dan. Fabr. forte, Aeneam amare. 91 ut non Dan. Fabr. 92 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *ambire* ℣. 283. 93 deſunt iisdem. 94 deſunt iisdem ad ℣. 284. 95 eumdem Salluſtii locum citans Servius ad I. Georg. 463. *coegit* habet, quod eſt ex interpretatione. vid. Comment. ad Salluſtii locum: & ſupr. ad IV. Georg. 85. BURM. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partiſque rapit varias, perque omnia verſat.
Haec alternanti potior ſententia viſa eſt:
Mneſthea Sergeſtumque vocat, fortemque Cloanthum
Claſſem aptent taciti, ſocios ad litora cogant;
Arma parent, &, quae ſit rebus cauſſa novandis,

Diſſi-

SERVII.

287. ALTERNANTI. Varia mente tractanti. Et per hoc oſtenditur, cogitaſſe eum etiam amorem; ſed praetuliſſe voluntatem deorum. VISA EST. Ideo *viſa eſt*, pro neceſſitate deorum.

289. [97] [CLASSEM APTENT. Deeſt, praecepit: & *aptent*, modo parent: alibi, adnectere. VII. 731. *Sed haec lento mos eſt aptare flagello.*] TACITE. [98] [Pro tacite,] ſine ſtrepitu, celantes conſilia. [99] [SOCIOS AD LITTORA COGANT. Ad votum ſubaudiendum *taciti*.]

290. ARMA PARENT. Contra impetum iratae forte reginae. [1] [QUAE REBUS SIT CAUSA NOVANDIS. Salluſtius: *Quae cauſa fuerat novandis rebus*. Non *quae cauſa novandarum rerum* dicimus.]

VARIORUM.

282. TANTO MONITU IMPERIOQUE. *Imperio monituque* apud Priſcianum libr. XI. HEINS.

283. AGAT. *Agit* ſecundus Rottendorphius. *quonam* Vratiſlavienſis, Parrhaſ. prior Hamburgenſis a ſecunda manu. & ita Nonius in *Exordium*. *quonum* Leidenſis. *affatum* Excerpta noſtra.

284. QUAE PRIMA. Bene omittunt τὸ *&* Mediceus, Gudianus, duo Menagiani, duo Rottendorphii, Voſſiani totidem cum tribus aliis. vid. & ad lib. VI. 115. HEINS. Nec habet Nonius in *exordio*. Maſvicius notat in Regio & Parrhaſ. legi, *& quae nunc exordia ſumat*, quum uterque habeat, *& quae prima*, ut & Wallian. Wittian. & Dorvil. & alii plures. *ſumant* Leid. a m. pr. & ita in Regio fuiſſe videtur, ſed litera *n* craſa eſt. BURM.

285. ATQUE ANIMUM. *Utque animum* cogitabam aliquando. HEINS. Sed *atque* vindicat Scholiaſtes Cruquianus Horatii II. Od. 16. vid. & inf. lib. VIII. 20. ſequens verſus deerat Gudiano a manu prima. BURM.

288. CLOANTHUM. *Sereſtum* uterque Mentelianus, Gudianus, duo Menagiani, Sprotianus. tres Moretani, Voſſianus alter. HEINS. *Cloantæ* prior Hamburgicus & Hugenianus. *Meſthea Serg.* Wallian. *Anthea Sergeſtumque* Francianus & Dorvil. *fortemque Sereſtum* Regius. vid. lib. I. 510.

289. SOCIOSQUE AD LITORA COGANT. *Socios ad* Montalbanius, cum Gudiano, tertio Rottendorphio, altero Hamburgenſi. & Moretano tertio. HEINS. *Socioſque ad limina* Excerpta noſtra.

290. PARENT. *Parant* alter Hamb. *parent quae ſit* Ed. Junt. *& quae rebus ſit* Gudianus, duo Rot-

97 deſunt iisdem. 98 deſunt iisdem. 99 deſunt iisdem. 1 deſunt iisdem. in Salluſt. Catil. XXXIX. legitur, *ubi primum dubiis rebus novandis ſpes oblata eſt*. ubi conſtructio torquet interpretes, quorum aliqui, *novandi* malunt. alii ejiciunt *dubiis*. Cortius vulgatum defendit. ſi *dubiis* retinendum, ego vel cum illis facerem, qui *dubiis rebus* abſolute poſitum capiunt, & *novandi* praeferrem. ſed quia omnes codices ſervant hanc vocem, potius crederem *dubiis* dici de hominibus, qui dubii & incerti in quam partem inclinarent, an cederent potentiae paucorum, an vetus certamen renovarent, tandem ſpem novandis rebus conceperint. & ita duplex eſſet dativus, & hic ordo; *ubi oblata dubiis*, (ſcil. hominibus) *eſt ſpes novandis rebus*. quae locutio quidem inſolentior & rarior. ſed forte Salluſtiana. nam alii amant genitivum rei jungere dativo perſonae, ut multis oſtendit Cl. Drakenb. ad Liv. IV. 17. non tamen exempla deſunt, ubi duplex dativus occurrit, ſi codices ſequamur, qui forte ex communiori loquendi ratione mutati. ut apud Ovid. Ep. XVIII. 200.

Et morti, dices, huic ego cauſſa fui.

ubi vide quae notavi, & ad II. Epiſt. 148. & ſaepe alibi. & ita poſſet lectio codicis Neapolitani lib. II. Amor. VI. 31. probari:

Nux erat eſca tibi, cauſſaeque papavera ſomnis.

ſed haec ſufficiant his notulis. legendum vero puto *Nos, quae cauſſa novandarum rerum*, dicimus. nam falſum eſt hoc modo dici, ut exempla a Cl. Drakenborchio adducta docent, & innumera alia ad manum ſunt: & ita ſolet Servius, ubi de differentia veteris locutionis, & ſuae aetatis agit, loqui. vid. ad lib. IV. 38. & alibi. BURM.

Digitized by Google

Diſſimulent. Seſe interea, quando optima Dido
Neſciat, & tantos rumpi non ſperet amores,
Tentaturum aditus, & quae molliſſima fandi
Tempora; quis rebus dexter modus. Ocius omnes
Imperio laeti parent, ac juſſa faceſſunt.
At regina dolos (quis fallere poſſit amantem!)
Praeſenſit, motuſque excepit prima futuros;

Omnia

SERVII.

291. QUANDO. Non eſt [2] [hoc loco] temporis; ſed ſignificat *ſiquidem*: & eſt conjunctio [3] ratiocinantis. Sane *quando*, *do* brevis eſt naturaliter: ſic Serenus: *Quando flagella ligas*, [4] [*ita liga.*] Virgilius uſurpat III. 500. *Si quando Tybrim vicinaque Tybridis arva.* [5] [OPTIMA DIDO. Pro, adhuc optima.

293. TEMPTATURUM ADITUS. Ut illam adeat, ut inf. 423. *Sola viri molles aditus, & tempora noras.* QUAE MOLLISSIMA FANDI. Cato: [6] *Qua molliſſimum eſt adoriuntur.* Et ubique *temptaturum* ſubaudis.

294. QUIS REBUS DEXTER MODUS. Quis ſit optimus rebus eventus, [7] [ut VIII. 302. *Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo:* id eſt, bonus, ac per hoc propitius; ut *laevum*, pro malo X. 275. *Et laevo contriſtat lumine coelum.* MODUS autem, terminus. OCIUS. Velocius: & nota, quod habeat adverbium, & nomen illius non facile reperiatur.]

295. LAETI. Alacres, feſtini. FACESSUNT. [8] Modo frequentativum eſt, ut in Georgicis IV. 548. *Matris praecepta faceſſit.* Alias diſcedit ſignificat, ut & Terentius Phorm. IV. III. 30. *Haec hinc faceſſat, tu moleſtus ne* [9] *fies.*

296. [10] [QUIS FALLERE POSSIT AMANTEM. Quamvis de Didone loquatur, generalem ſententiam poſuit.]

297. PRAESENSIT. Ac ſi diceret: antequam ille moliretur: & nimia in hoc vis amantis exprimitur.

VARIORUM.

Rottendorphii & Montalbanius. totum verſum omittit alter Gudianus.

294. QUI REBUS. *Quis* ſcripti noſtri. HEINS. Et ita noſtri. ſed *qui* edidit Dan. Heinſ. Steph. Cerda & alii. ſic *quis modus* Ecl. II. 68. X. 28. ſupr. h. l. 98. variat ut hic IV. Georg. 537. BURM.

295. FACESSUNT. *Capeſſunt* prior Hamburgicus. pro varia lectione. *faceſcunt* Francianus. *faceſſunt*, agnoſcit Nonius. & rectum eſt. ſic III. 236. *haud ſecus ac juſſi faciunt.* a *facio* vero *faceſſo*. vid. IV. Georg. 548. BURM.

296. QUIS. *Qui fallere* tertius Mentelius. id eſt quomodo ablativo caſu. *qui* Aeneas poſſet amantem Didonem fallere, & ita non erit ſententia. *poſſet* primus Moreti, Menagii prior. Wittian. & Francianus. & ita Lutat. ad Stat. II. Theb. 335. *dolo* Venetus a manu ſecunda. BURM.

297. PRAESENSIT. Daviſius ad Minuc. Felic. cap. XIII. hoc verbum dici non de futuris tantum, ſed de praeſentibus etiam rebus capi notat, & eum ſecutus novus quidam Hiſtoricus. ſed numquam ita ſimpliciter, ſed e re praeſenti judicantes & conjicientes de futuro, ut recte Servius, *antequam ille moliretur.* ſic apud Plin. XXVIII. 2. *abſentes tinnitu aurium praeſentire ſermones de ſe*, id eſt antequam illis referuntur, narrantur. Juſt. XVI. 2. *Inchoatam inter fratres reconciliationem quum praeſenſiſſet Demetrius.* id eſt antequam, per alios de ea certior eſſet factus. & hic ita capi apparet, quia addit, *motus excepit prima futuros.* & ita ſupr. 90. poſſet *prae-*

2 deſunt L. Voſ. R. 3 rationalis Dan. 4 deſunt Baſil. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 294. 6 *quam* Dan. duplicata litera *m*. 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 8 deeſt iiſdem. 9 *fiat* L. Steph. al. *fias* Voſ. R. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Omnia tuta timens. Eadem inpia fama furenti
Detulit armari claſſem, curſumque parari.
Saevit inops animi, totamque incenſa per urbem
Bacchatur. Qualis commotis excita ſacris
Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithaeron.
Tandem his Aenean conpellat vocibus ultro:
Diſſimulare etiam ſperaſti, perfide, tantum

Poſſe

SERVII.

298. OMNIA TUTA TIMENS. [11] Deeſt, *etiam*, [12] [nedum illa, quae timebat:] & eſt exaggeratio. EADEM FAMA. Quae & Iarbae nuntiaverat. [13] [Et ideo *impia*, quia ſupra 174. *Fama malum*. FURENTI. Aut amanti; aut *detulit*, ut faceret furentem.]

299. CURSUMQUE PARARI. [14] Modo navigationem, ut III. 686. *Ni teneant curſus*.

300. INOPS ANIMI. Sine animo, ſine conſilio.

301. BACCHATUR. Furit more Bacchantum. Et bene uno ſermone praeoccupavit futuram comparationem. [15] [COMMOTIS EXCITA SACRIS. [16] Verbo antiquo uſum tradunt; *moveri* enim *ſacra* dicebantur, cum ſolemnibus diebus aperiebantur templa inſtaurandi ſacrificii cauſa: cujus rei Plautus in Pſeudolo I. I. 107. meminit; *Scis tu profecto, mea ſi commoviſſem ſacra, quo pacto & quantas ſoleam turbas dare?* Hoc vulgo [17] *apertiones* appellant.] [Quidam dicunt: *Commotis ſacris* ideo dixit; quia in ſacrorum renovatione commovebantur ſimulacra: unde Horatius I. Od. XVIII. II. *Non ego te, candide Baſſareu, Invitum quatiam.*]

302. THYAS. Baccha: nam ſicut a *Baccho*, *Bacchae*, ſic & [18] a *Thyoneo*, *Thyades* dicuntur. [19] [Quidam ἀπὸ τῶ θεῶ, quod eſt, inſane currere, dictas volunt.] TRIETERICA. Triennalia. Liberi enim ſacra tertio quoque anno innovabantur. Sane ſciendum ORGIA, apud Graecos dici ſacra omnia, ſicut apud Latinos *cerimoniae* dicuntur. Sed jam abuſive ſacra Liberi, *orgia* vocantur; vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt, a furore; vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, [20] [a montibus [21] vel ſylvis.]

303. NOCTURNUSQUE CITHAERON. Nocte celebratus: unde ipſa ſacra *Nyctelia* dicebantur: quae populus Romanus excluſit cauſa turpitudinis. CITHAERON autem mons eſt [22] [circa Thebas Boeotias] ex quo clamor veluti numinis Bacchas vocabat.

305. DISSIMULARE ETIAM. [23] [Hic quaſi reus Aeneas a Didone accuſatur. Ingrati ergo *diſſimulare*: quaſi ab actu criminis coepit: nam qui diſſimulat, aliquotiens cogitat: &, quaſi non ſit dubium, cum proficiſcendo Didonem laedat Aeneas, ita incipit: *Diſſimulare*, id eſt, non tantum proficiſci, quod eſt per ſe malum; ſed ut me falleres.] Satis artificioſa adlocutio eſt: nam [24] [interdum ſubtiliter,] & ſibi conſulit ſub facie utilitatis Aeneae, [25] [& nunc irata, nunc ſupplex agit.] *Diſſimu-*

11 id eſt etiam tuta Dan. F.b. 12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 13 deſunt iiſdem. 14 deeſt iiſdem. 15 deſunt iiſdem. 16 verba antiqua Dan. Emmen. 17 hic iterum monachi manum deprehendere licet, qualem ſupr. 201. vidimus. nam *Apertionis* Myſterium, erat Ceremonia, qua ſacerdos accedentis ad Baptiſmum nares & aures tangit, dicens *Epheta*, id eſt *adaperire*, teſte Cangio in Gloſſario in *Apertio*. cujus ratio videtur fuiſſe, quia Baptiſmus, ut & Euchariſtia, tanquam Myſteria Catechumenis non explicabantur, ſed quorum per Baptiſmum fiebant participes. BURM. 18 haec leguntur, poſt *Thyades dicuntur* ſeq. verſu in L. Voſ. R. Steph. al. & legitur, Commotis autem ſacris &c. 19 a Thyneo Steph. a Thyeo Baſ. inepta Etymologia ἀπὸ τῶ θεῶ. ſed legendum θύειν, ſive notet ſacrificare, ſive cum impetu ruere. BURM. 20 deſunt L. & R. *a montibus* deſunt Voſ. Dan. qui *ex ſilvis* habent. ſed haec ultima deſunt Baſil. Caſtellanus de Feſtis Graecorum in *Διονύσια*, in exemplar incidit, ubi *ex ſilvis* legebatur, & ille corrigit, *ex montibus*; & ſimul docet Servium contrarium docuiſſe de Orgiis ad lib. VI. Aen. 657. ſed idem fere tradit ad VI. 517. BURM. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 23 deſunt iiſdem. 24 deſunt iiſdem. 25 deſunt iiſdem.

Poſſe nefas? taciturſque mea decedere terra?
Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem,
Et mediis properas aquilonibus ire per altum,
Crudelis? Quid ſi non arva aliena domoſque

Igno-

SERVII.

mulare autem [26] ideo, ac ſi diceret: ita rem pudendam cogitas, ut eam fateri nolis: ſupra enim dixerat: *Quae rebus ſit cauſa novandis Diſſimulent.* [27] [Poſt illud inducit, quod dictum eſt, primum accepiſti beneficium: *Nec te data dextera quondam:* reliqua per ſingula loca aperientur. PERFIDE. Muliebre verbum: hoc enim frequenter utitur inf. 421. *Solam nam perfidus ille Te colere:* & VIII. Ecl. 91. *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit.*

306. NEFAS. Bene amans ejus, quem amabat, conſilium profectionis, *nefas* dixit. MEA DECEDERE TERRA. Dicendo *mea*, ſtultum oſtendit, qui putavit quod amanti poſſit [28] abripere.]

307. DATA DEXTERA. Foedus amicitiarum.

308. [29] [NEC MORITURA TENET. Secundus locus accuſationis eſt: magis enim augere injuriam non potuit, quam [30] ſi ſe oſtenderet.

309. QUIN ETIAM. Immo etiam; ſed inſuper; ſed forte difficile eſt, quod peto; immo quod tu facis: *Quin etiam hyberno* uſque *ire per altum.*] HYBERNO SYDERE. Non hyeme, ſed hyemali ſydere: aut proprie, quod ait ſupra: *Dum pelago deſaevit hyems, & aquoſus Orion.* Ergo *ſidere*, [31] aut pro tempore, ut I. Georg. I. *Quo ſydere terram Vertere Maecenas:* aut re vera *ſydere*, propter Orionem. [32] [Et bene tempeſtatis eum admonet, qui naufragus venerat: & hoc agit, quaſi non ſua cauſa eum remanere velit; ſed etiam utilitatis Aeneae. MOLIRIS. Aut moves, aut paras.

310. MEDIIS AQUILONIBUS. Media hyeme; ut per *Aquilones* hyemem ſignificet; aut quod *Aquilones* ex Africa navigantibus adverſi ſunt. PER ALTUM. Exacerbavit ſententiam *per altum* dicendo: quamvis notum eſſet Aeneam per altum navigaturum.

311. CRUDELIS. Etiam in te odio mei: ſic Lucanus de Caeſare v. 687. *Saevitia eſt voluiſſe mori.* [33] [ARVA ALIENA. Blande, quaſi, haec jam tua ſunt.] DOMOSQUE IGNOTAS. Ac ſi diceret: Carthago jam tibi nota eſt; [34] [licet & hic aliena ſint arva:] [35] [&, ne hoc reſponderet Aeneas: Aliena ſunt arva, ideo adjecit: *Quid, ſi non arva aliena, domoſque Ignotas peteres?* Sed aequum eſt te hic eſſe, & non in tuo regno.

VARIORUM.

praeſenſit legi. quia ibi de Junone, quae, ut Dea prior omnia ſentit & novit. BURM.

298. FURENTI. *Furentis* Mediceus. *impia fata* Menag. pr.

302. THYAS. *Thyias* ex ſententia Velii reponi vult Pierius. ſed tunc trium ſyllabarum eſſet, quamquam & *Harpyia Celaeno* ſupra habuimus contracte. ſane *Thyias* in priore Menteliano & Gudiano optimis manifeſte legitur. ſed & *trepidant trieterica* exhibetur apud Velium Longium de Orthogr. in editione Putſchiana. HEINS. *Theïas* Sprotianus. *Thias* alii nonnulli. *Thyas* Schol. Horat. I. Od. 18. & Macrob. IV. 5. & V. 17. vid. Bentlej. ad Horat. II. Od. XIX. 9. *triaterica* Wallian. Parrhaſ. *ſtimulat.* Dorvil. a m. ſec. BURM.

303. NOCTURNUSQUE. *Nocturniſque* Lutat. ad Statii VIII. Theb. 346. ſed ad lib. I. 115. recte. no-

26 adeo Dan. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 307. 28 forte, ſe ſubripere. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Hyberno* ℣. 309. 30 non intelligo haec, forte deeſt aliquid, *ſi ſe moriturum oſtenderet.* ſequentia etiam intricatum ſenſum habent, & illud *uſque*, ut notet finem periodi, vix placet. forte, *quod tu facis, qui etiam hiberno vis ire per altum. hiberno* vero dici abſolute notum eſt. vid. ad IV. Georg. 100. in notis ad Servium, & ad Lucan. X. 229. BURM. 31 vide Feſtum in *praeſiderare*, quod ait dici, quando maturius hiberna tempeſtas movetur, quaſi ante *ſideris tempus.* ita *Brumale ſidus* dixit Ovid. II. ex Pont. IV. 25. & ad ejus imitationem Amm. Marc. XX. 7. & XXII. 13. BURM. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 311. 33 deſunt iidem. 34 deſunt Dan. Fabr. 35 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *deeſt* ℣. 312.

Digitized by Google

Ignotas peteres, & Troja antiqua maneret;
Troja per undoſum peteretur claſſibus aequor?
Mene fugis? Per ego has lacrimas, dextramque tuam te,
(Quando aliud mihi jam miſerae nihil ipſa reliqui)
Per connubia noſtra, per inceptos Hymenaeos:
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum; miſerere domus labentis, & iſtam,

Oro,

SERVII.

312. TROJA ANTIQUA MANERET. Vel nobilis; vel illa tua patria, quam doles amiſſam: &] deeſt *Si:* & quaſi per interrogationem, intelligendum eſt: [36] [Etiamſi Troja ſtaret, per hyemem Troja peteretur.]

314. MENE FUGIS? Adhuc aperte non vult [37] imputare beneficia, ſicut paulo poſt [38] facit irata. [39] [Et eſt intellectus: fac non eſſe undoſum aequor, aequum eſt ut me fugias? & paulatim deſcendit ad preces: nam ſequitur: *Per ego has lacrymas dextramque tuam te*, vel per amicitiam, vel per virtutem: & bene virum fortem per dextram adjurat. PER EGO HAS LACHRYMAS. Haec & vicem epilogi poſſunt obtinere; contra illud vero, *me dii expellunt*, modo nihil potuit dicere: non enim audierat hoc; ſed poſtea reſpondit inf. 379. *Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat*. Sed hic rurſus redit ad exprobrationem beneficii: *Te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni Odere: infenſi Tyrii te propter eundem.* Hic aut inconſtantiam amantis expreſſit: aut, quia in cauſa nihil potentius erat, unde coepit ibi deſiit.]

315. NIHIL IPSA RELIQUI. Non pudorem, non regnum. [40] [Et eſt ſenſus: Si enim aliquid ſperares, retinere te poſſem; ſed contemnis me, quia tibi ab initio cuncta conceſſi.]

316. INCEPTOS HYMENAEOS. Qui [41] ipſa novitate ſunt dulces: [42] [& bis idem dixit.]

318. DULCE MEUM. Tetigit rem inhoneſtam. Sic Terentius And. I. v. 54. *Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus:* [43] [Alii non accipiunt de re venerea, *Dulce meum*, ſed ita: Si ea, quae in te contuli, grata fuerunt & dulcia: alii pro, *Si ego tibi quicquam dulcis fui:* vel quia amantes, amores ſuos *dulcia ſua* dicunt: id eſt, ſi talis in te fui, ut mererer, quam tu diceres *tuum dulce*.

VARIORUM.

nocturnoſque Gudianus, ut Bacchantes intelligantur. ſed *nocturnus Cithaeron* dictus, ut *hiberna Lycia* ſupr. 148. *Cithero* Wallian. BURM.

306. DECEDERE. *Diſcedere* Sprotii, Wittian. Leidenſis & Zulichemius. Wallian. & Excerpta noſtra.

308. FUNERE. *Vulnere* Excerpta noſtra.

309. MOLIRIS. *Moliri* Mediceus. & uterque Mentelianus, addita Gloſſa, *inſtruere*, ut ad *properas* ſubſequens referatur. nec aliter Menagiani duo, & tertius Rottendorphii. HEINS. *Moliri* etiam Hugenianus & Regius. *in mediis* etiam prior Hamburgenſis.

313. UNDOSUM. Et hoc carpit Harduinus, quia ſemper aequor habet undas. pueriliter certe; an etiam, quum *placidum ventis ſtat*. ut in Ecl. VI. 26. *undoſum* dici poſſit. ignoravit vim nominum in *oſus* exeuntium.

314. TUAM TE. *Tuamque* Menagius uterque, primus Rottendorphius, alter Hamburgicus, Wallian. Venetus & duo Leidenſes. ut per *dextram* intelligat *meam*, ut Gloſſa in Walliano codice ſuperſcripta notat. nam advenis, in hoſpitii pignus dextram dediſſe docui ad lib. III. 83. ſuppleri ergo debet per dextram meam, tuamque, quas junximus. Donat. ad Terent. Andr. III. III. 6. *per ego te has lacrimas* citat. niſi confuderit locum ex lib. XII. 56. ſed Rufinianus de figuris p. 27. vulgatam habet. Eugraph. ad Terent. And. I. V. corrupte,

per

36 deſunt iisdem. 37 impetrare Voſ. 38 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 39 deſunt iisdem. ad ỳ. 315. 40 deſunt iisdem. 41 deeſt L. Voſ. R. Dan. Fabr. al. 42 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Tyranni* ỳ. 320.

Digitized by Google

Oro, ſi quis adhuc precibus locus, exue mentem.
Te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni
Odere; infenſi Tyrii: te propter eumdem
Extinctus pudor, & qua ſola ſidera adibam
Fama prior. Cui me moribundam deſeris, hoſpes?

Hoc

SERVII.

319. EXUE MENTEM. Rejice a te propoſitum mei relinquendi.

320. TE PROPTER. Hoc eſt, propter te. LIBYCAE GENTES. Redit ad enumerationem beneficiorum: & hanc cum auctu explicat, dicendo inimicas gentes factas, dum illis praeponitur.] TYRANNI. Nihil intererat apud majores inter *regem* & *tyrannum*, ut VII. 266. *Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.*

321. [44] [TE PROPTER EUNDEM. Bene ſervavit rem cauſae neceſſariam. Et ſunt, qui hic diſtinguunt, ut ſequatur: *Extinctus pudor.*

322. EXTINCTUS PUDOR. Magna indignatio: meminit enim ſe dixiſſe 27. *Ante, pudor, quam te violo.*]

323. FAMA PRIOR. Quae melior fuit ſine dubio: [45] [nam poſterior turpis.] [46] [CUI ME MORIBUNDAM. Hoc eſt, quod ſupra: *Nec moritura tenet crudeli funere Dido;* ſed ibi invidioſe; hic per miſerationem. DESERIS. Subdiſtinguendum: dubitat enim quo eum nomine potiſſimum appellet. HOSPES. Non dixit marite, id eſt: quia non vis dici maritus.] Aeneas enim & hoſpes fuerat, & maritus; ſed modo maritum ſe negat, hoſpitem confitetur: unde nunc Dido hoc dixit; *Cui me deſeris, hoſpes?*

VARIORUM.

per has te lacrymas egomet dextramque tuam te. BURM.

315. RELIQUI. *Relinqui* Francianus. verſus hic deerat Parrhaſ.

316. PER CONNUBIA. *Conubia* & vetus liber Colotianus, & antiqui lapides habent. URSIN. Hunc verſum praeponit priori Venetus. *per inceptoſque* alter Menagii, ſecundus Moreti & Francianus.

318. DULCE MEUM. Culpare quoſdam Maronem dicit Steph. diſſ. de Criticis p. 102. quod rem obſcaenam, contra decorum, hic expreſſit, ſcilicet coitum. qui & negat per *dulce* concubitum intelligi, ſed omnia officia, quae praeſtitit. vel ſi jam concubitus intelligatur, aliam eſſe nunc Didonem, ac fuit ante adventum Aeneae, quae nunc inops animi & incenſa erat. ſine dubio intelligi concubitum puto, & hoc honeſte ſatis a muliere jam corrupta per vocabulum *dulce* intelligi, praecipue in exprobratione infido amanti facta. ſic Clymene Nympha narrat Martis dolos, *& dulcia furta*, id eſt adulterium, IV. Georg. 346. ſic *dulcia gaudia* Nemeſ. Cyneg. 25. vid. ad Ovid. IX. Met. 517. & quis non Poëtarum *dulcia* dixit in amoribus ſatis honeſte? & Seneca VII. de Benef. 25. dicit ſubmiſſis & familiaribus verbis hic uti Didonem. immo ipſe Salomon Proverb. IX. 17. *furta* eſſe *dulcia* dicit. *quicquam, quiddam, aliquid* notare ſolet apud Poëtas etiam venereum quid & gaudia, ut videbis in notis ad Ovid. III. Amor. II. 84. & apud Daviſ. ad Cicer. III. Tuſc. 18. Statius lib. XI. 368. haec imitans dat Antigonae, quae Polynicem obſecrat, *per ſi quid in illa Dulce domo.* ubi etiam conjugii eum & concubitus admonet. BURM.

320. LIBYCAE. *Libyae* apud Aruſianum Meſſium exſtat. ſed Priſcianus lib. XIV. vulgatum exhibet duobus locis. etiam vetuſta Maronis exemplaria. HEINS. *Libyae* primus Moreti. *Libiae* Dorvil.

Ibid. NOMADUMQUE. *Numadumque* ſecundus & tertius Rottendorphii, alter Mentelii, Oudarti, Regius, tres Leidenſes, Hugenianus & Zulichemius, & tertius Mentelii a manu prima. & Ed. Venet. *Numidumque* Wittian. Montalbanius, uterque Hamburgicus, Venetus, Francianus, Parrhaſ. Dorvil. Wallian. & prior Moreti a manu prima. & Ed. Mediol. *Numidaeque* ſecundus Moretanus. eadem diverſitas infr. 535. & alibi. BURM.

321. TE.

44 deſunt iisdem. ad ꝟ. 323. 45 deſunt iisdem. non poſſ. Dan. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Hoc ſolum nomen quoniam de conjuge reſtat.
Quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater
Deſtruat, aut captam ducat Gaetulus Iarbas?
Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſuboles; ſi quis mihi parvulus aula
Luderet Aeneas, qui te tamen ore referret;

Non

SERVII.

324. Hoc SOLUM NOMEN QUONIAM DE CONJUGE RESTAT. Hoc eſt, ſupereſt. Alii *reſtat* intelligunt reſiſtit: id eſt, contrarium tibi eſt. Nonnulli dicunt: *Hoc ſolum nomen quoniam ſupereſt, ut te conjugem* dicam. Dicitur autem ingenti adfectu hos verſus [47] pronuntiaſſe, cum privatim paucis praeſentibus [48] recitaret Auguſto: nam recitavit [49] primum libros, tertium, & quartum.

325. [50] [QUID MOROR. Utrum, quid in hac terra moror; an, quid in vita moror?]

327. SALTEM. Vel hoc: eſt autem ſermo tractus a captivis, qui cum [51] tenerentur ab hoſtibus dicebant: *Sublatis omnibus, ſalutem concede.* Inde per Synaereſin hic natus eſt ſermo; ut in contemptu rerum multarum petituri aliquid, *ſaltem* dicamus: [52] [quaſi quod negari minime debeat; cum extremum aliquid petitur, inde neceſſitate additur *ſaltem*: veluti *ſalutem* poſtremo poſcentes; vel *ſalutem*, ſi aliter non poteſt. Et hic oſtendere vult Didonem, ut eſt mos inconſtantibus animis, prae amore id agere invidioſe; quaſi a legitimo marito deſeratur: quis enim ignorat matrimonia liberorum ſuſcipiendorum gratia iniri? Ait enim: *Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet Ante fugam ſoboles.* Dixerat enim: *Miſerere domus labentis*, id eſt, futuri generis. Alii hoc a ſorore natum volunt, quae dixit ſup. 33. *Nec dulces natos, Veneris nec praemia noris?* SI QUA MIHI DE TE, &c, SI QUIS MIHI PARVULUS. *Qua* & *ſi quis* addita putantur: nam integrum eſt: Si ſuſcepta fuiſſet ante fugam ſoboles, & mihi parvulus aula luderet Aeneas.]

328. ANTE FUGAM SOBOLES. Et amatorie, & amare: nam [53] haec fugam dicit; quam ille nominat profectionem. Amor autem ex filii deſiderio comprobatur. SI QUIS MIHI. Bene iterat *mihi*. Et ſecundum Jus loquitur: nam, ubi non eſt juſtum matrimonium, liberi matrem ſequuntur.

329. QUI TE TANTUM ORE REFERRET. Aut ſic dixit, quaſi amatrix, ut de Aſcanio ſupra 85. *Infandum ſi poſſit fallere amorem.* Aut illud dicit: Optarem filium ſimilem vultui, non moribus tuis.

VARIORUM.

321. TE. *Et te* prior Hamburgicus.

323. PRIOR. Quam habui ante tuum adventum. Statius I. Sil. I. 8. *Fama prior notum per ſecula nomen Dardanii miretur equi.* & IV. Theb. 32. *nunc mihi fama prior.* ubi de fabuloſo aevo capitur. vid. Barth. BURM.

Ibid. MORIBUNDAM. *Morituram* legitur apud Priſcian. lib. XIII. aliter ſcripti. HEINS. *Cur me* Venetus, & Editio Hortenſii. vulgata eſt apud Lutatium ad Stat. III. Theb. 273. BURM.

324. NOMEN. Male Servius, nec intellexit Catrocus. hoc ſolum nomen, (ſc. *hoſpes*) mihi reſtat de te, qui fueras antea *conjux*. vid. inf. Serv. ad ỳ. 424. Juſtin. VII. 2. *de rege captivum.* vid. ad Ovid. XIV. Epiſt. 86. idem fere dicit quod Creuſa lib. II. 678. *cui conjux quondam tua dicta relinquor.* male Nonius in *reſtare*, *reſiſtit* explicat. BURM.

326. DESTRUAT. *Deſtruit* primus Moreti & Excerpta noſtra. *an captam* ſecundus Moreti.

328. MIHI PARVULUS AULA. *Parvus in aula* prior Menagianus, & duo Moreti. ſed Juvenalis Sat. V. 138. *nullus tibi parvulus aula Luſerit Aeneas.* HEINS. Et vulgatam exhibet Commentator Crucquianus Horatii lib. IV. Od. 5.

329. QUI TE TANTUM. *Qui te tamen* Mediceus, & caeteri meliores ac vetuſtiores noſtri, quod

&

47 Virgilium pr. Steph. al. 48 recitaſſet Dan. recitare Fabr. 49 primum, tertium & quartum L. optima voce primum libros III. & IIII. Voſ. voce optima primum, tertium & quartum Steph. Dan. Fab. al. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 51 frequentius ab hoſtibus captarentur Dan. Fabr. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 53 haec ſ. dicunt L. R. & ſ. dicit Steph. hanc ſ. dicit Fabr. al.

Non equidem omnino capta ac deſerta viderer.
Dixerat. Ille Jovis monitis inmota tenebat
Lumina, & obnixus curam ſub corde premebat.
Tandem pauca refert: Ego te, quae plurima fando
Enumerare vales, numquam, Regina, negabo
Promeritam; nec me meminiſſe pigebit Eliſſae;

Dum

SERVII.

331. JOVIS MONITIS. Bene praeſcribit, ne ei det impietatem. Sane & *haec monita* dicimus, ut VIII. 336. *Carmentis nymphae monita, & Deus auctor Apollo:* &: *hos monitus*, ut Perſius I. 79. *Hos pueris monitus patres infundere lippos.* IMMOTA TENEBAT LUMINA. Phyſicum enim eſt, ut qualitatem animi ex oculorum, aut corporis ſtabilitate aut mobilitate noſcamus. Ergo modo vult oſtendere Aenean a propoſito non eſſe [54] deviaturum.

332. [55] [CURAM. Vel ſimpliciter accipe, vel amorem.]

333. EGO TE, QUAE PLURIMA FANDO. Controverſia eſt plena, in qua & purgat objecta, removens a ſe crimen ingrati; & veniali utitur ſtatu, profectionem ſuam retorquens in voluntatem deorum. Habet etiam finem: nam purgat objectam fugam, nomine profectionis.

335. PROMERITAM. Praeſtitiſſe, & bene geſſiſſe: & eſt ſermo de his, qui per contrarium magis lucent; Terentius Adel. IV. v. 47. *Ita me velim ames promerentem, pater*, id eſt, bene agentem. Et congruit, ut praeſtet, qui bene agit; contra [56] [*commeritus*, qui aliquid delinquit, ut alibi ipſe Terentius] Andr. I. I. 112. *Quid commerui, aut peccavi, pater?* id eſt, quid male egi? [57] [& eſt ſenſus: quantacumque enumerare potueris in me tua beneficia conlata, eorum tibi debere gratiam non repugno.] MEMINISSE PIGEBIT ELISSAE. *Memini* & *illius rei* dicimus, ut hoc loco: & *memini illam rem*, ut IX. Ecl. 45. *Numeros memini, ſi verba tenerem.* [58] [ELYSSAE autem Didonis, quae appellata eſt lingua Punica virago, cum ſe in pyram ſponte miſiſſet, fingens placare manes prioris mariti, cum nubere ſe velle Iarbae mentiretur.]

VARIORUM.

& in ſuorum pleriſque Pierius offendit. & ſic agnoſcit Aruſianus Meſſius, *Refert illum facie: Virgilius, qui te tamen ore referret.* vulgata ſcriptura extat apud Scholiaſten Horatii lib. IV. Od. 5. HEINS. *Te tantum* poſſet capi, pro talem, quem ego tam vehementer amavi, ut Pierius quoque notavit. ſed *tamen* meliores noſtri rectius, ut non optaret aliam ſobolem, niſi quae referret patrem. ut ſit poſitum pro *ſed*, vel *autem*. ita II. Aen. 185. vid. Stephanus diſſ. de Criticis p. 103. BURM.

330. AUT. Iidem codices *ac deſerta*. HEINS. *Ac deſtructa* Pugetianus. *videret* Menagii alter.

331. MONITIS. *Monita* & *monitus*, ut Servius notat, videbis in uſu fuiſſe, in notis ad Ovid. XVIII. Epiſt. 115.

Ibid. INMOTA. H. Steph. diſſ. de Criticis p. 162. explicat, humi fixa non tollebat, nec adſpiciebat Aenean. quidquid ſit, nihil hic Phyſici eſſe puto: ſed immoti oculi ſunt in unam rem vel locum fixi. ut apud Ovid. II. Met. 50. VI. 305. & alibi. & hinc, qui adſentiunt, dicuntur non immotos tenere, apud eumdem XIV. 593.

Nec conjux regia vultus
Inmotos tenuit, placatoque adnuit ore.

nihil ergo blandi prae ſe ferebat Aeneas. & hoc Dido indicat mox 369. *num lumina flexit?* BURM.

332. PREMEBAT. *Tenebat* alter Hamburgenſis. ſed lib. I. 211. *premit altum corde dolorem.*

334. NUMQUAM. *Nec te* Serv. ad I. Aen. 74.

335. ELISAE. *Eliſſae* vetuſtiores, quomodo paſſim ſcribendum eſſe ad Naſonem monui Epiſtola Didûs. nam & Graecis eſt Ἔλισσα. nec aliter

[54] deviaturum Dan. [55] deſunt L. Vol. R. Steph. al. [56] deſunt iisdem, qui habent, contra alibi, *Quid commerui* &c. [57] deſunt iisdem. [58] deſunt iisdem.

Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos regit artus.
Pro re pauca loquar. Neque ego hanc abſcondere furto
Speravi, ne finge, fugam; nec conjugis umquam
Praetendi taedas, aut haec in foedera veni.
Me ſi fata meis paterentur ducere vitam

Au-

SERVII.

336. DUM MEMOR IPSE MEI, DUM SPIRITUS HOS REGET ARTUS. [59] [Hic verſus ſuperioribus jungendus; ut ſit ſenſus, tamdiu beneficiis tuis obligatus ero, quamdiu vixero. Et bene hoc] de futuro dixit, & congrue: [60] nam *piget*, ad futurum ſpectat; *pudet*, ad praeteritum: & licet pene ſit una ſignificatio, tamen dicimus: *Piget me illud* [61] *facere*; *Pudet feciſſe*: unde & interdum, praecipue a Salluſtio, ſimul ponuntur.

337. PRO RE PAUCA LOQUAR. Remoto ingrati crimine, deſcendit ad cauſam: [62] [& proprie, id eſt, ſi rei magnitudinem cogites, pauca.] NEC EGO HANC. Profectionem ſubaudis: nam poſteriori non poteſt jungi, ne ſit confeſſio. [63] [Et hoc eſt, quod reddidit: *Diſſimulare etiam ſperaſti.*]

339. PRAETENDI TAEDAS. Probat non eſſe matrimonium: [64] [quia illa dixerat: *Per connubia noſtra.* Et eſt, [65] quaſi ſtatus finitionis, quid ſint legitimae nuptiae. Et hic Aenean inducit agentem, nullo ſe matrimonii jure poſſe conſtringi, qui neque confarreatione Didoni conjunctus fuerat, ut Flamini ac Flaminicae convenit: ait enim: *Nec conjugis unquam Praetendi taedas, aut haec in foedera veni:* & *Taedas* quidem, quantum ad ignem pertinet, per quem mos confarreationis firmabatur, dixit; ſcilicet, ne aut legitime jugatam contra fas reliquiſſe videretur: aut foedus, id eſt, fidem rupiſſe perpetuae caſtimoniae: quia cum fuiſſent juncti, ſcirent tonuiſſe: quae res dirimit confarreationes: dixerat enim Juno 122. *Et tonitru coelum omne ciebo:* & paulo poſt 161. *Inſequitur commixta grandine nimbus.* [66] HAUD HAEC IN FOEDERA VENI. Id eſt, matrimonii: & jungendum eſt ſuperiori: aut certe ad poſteriora pertinet: Et hoc dicit: non ad [67] hoc veni, ut hic morarer: ſicut & nunc probat, [68] [dicens: *Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis:* & dixit in I. 610. *Quae me cumque vocant terrae.* Ubi ſignificavit, nolle apud Carthaginem perpetuo manere; ſed velle quaerere ſedes fatis conceſſas.] Ergo *veni*, conſenſi, hoc eſt: non [69] ad haec conſenſi foedera, ut, cum vellem diſcedere, non liceret.

340. MEIS AUSPICIIS. Argumentum a neceſſitate. Et *auſpiciis* ideo; quia majores omnia auſpicato gerebant. Ergo *auſpiciis*, diſpoſitionibus. [70] [Poteſt & *auſpiciis* dixiſſe ominibus: quia in Jure Augurali *Auſpicium* dicitur, quod non petentibus nobis, ad ea, quae in animo habemus, jure ominis offertur: vult enim oſtendere Aenean ſemper animo volutaſſe ominibus, ut, quae mente agitaret, offerrentur auſpicio, atque augurio firmarentur: unde, ſi bene advertas, ſingula hic illi loco in tertio ad ſingula redduntur: nam quod ibi imprecatione, ubi augurio petit ea, quae negaverat, firmari; hic in refutatione comprehendit: ibi enim dixit III. 86. *Serva altera Trojae Pergama*; hic, *Urbem Trojanam primum*: ibi, *Relliquias Danaum atque immitis Achilli*; hic, *Dulceſque meorum Relliquias colerem:* ibi, *Manſuram urbem*; hic, *Tecta alta manerent:* ibi, *Ubi ponere ſedes*; hic, *Recidiva manu poſuiſſem Pergama victis:* ibi, *Quove ire jubes*; hic, *Italiam magnam Gryneus Apollo:* ibi, *Da pater augurium*; hic, *Me ſi fata meis paterentur ducere vitam.* Alii *auſpiciis*, poteſtate, ut ſup. 102. *Paribuſque regamus Auſpiciis:* vel, quae animo ac mente agitarentur, de quibus conſulturi eſſent.]

VARIORUM.

ter in antiquis Silii ac Solini codicibus. HEINS. *Eliſae* Mediceus, Regius & alii.

336. DUM

59 deſunt iidem. 60 non piget, non futurum ſpectat R. 61 *facere* & *feciſſe* Dan. 62 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 63 deſunt iidem. 64 deſunt iidem ad *haud haec.* 65 quaſi ſtatus fines latens, quid ſi ſit legitimae nuptiae * & Dan. 66 AUT H. I. F. V. aut Matrimonii &c. L. Voſ. Steph. Dan. Fab. al. 67 haec L. Voſ. R. Steph. al. 68 deſunt L. ſed Steph. ponit ad ✝. 540. reliqua, *ubi* &c. deſunt Voſ. R. Dan. 69 non haec conſ. foedera Voſ. R. 70 deſunt Voſ. R. Steph. al. etiam L. qui etiam tantum habet *Auſpiciis*, diſpoſitionibus. in Dan. erat, dixiſſe ominibus. & deinde G. Voſſius legebat, augurio firmaretur.

Auſpiciis, & ſponte mea conponere curas;
Urbem Trojanam primum dulciſque meorum
Reliquias colerem: Priami tecta alta manerent;
Et recidiva manu poſuiſſem Pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,

Ita-

SERVII.

341. SPONTE MEA. Modo nomen eſt: nam & genus & caſum habet. Sic & *mane*, cum ei & genus & caſus additur, nomen eſt, ut III. Georg. 325. *Dum mane novum, dum gramina canent*. Sic eſt I. 377. *Forte ſua Libycis* [71] [*tempeſtas appulit oris*.] Alias adverbia ſunt. Verum autem dicit, non ſua ſponte: nam ſupra legimus II. 294. *Hos cape fatorum comites*. Item III. 4. *Diverſas quaerere terras Auguriis agimur divum.*

342. [72] [PRIMUM. Id eſt, hoc vellem praecipue.]

344. RECIDIVA. Poſt caſum reſtituta. [73] [Alii *recidivum* proprie dicunt, quod exciſum denuo naſcitur.]

345. GRYNAEUS APOLLO. Clazomenae, civitas eſt Aſiae: unde Horatius I. Sat. VII. 5. *Dives agebat Clazomenis*. Juxta hanc nemus eſt *Grynaeum*, ubi Apollo colitur: [74] [qui traditur ibi Grynem Amazonem ſtupraſſe.] [75] [Inde ergo nunc epitheton dedit. Licet in Delo acceperit oraculum, [76] [hic tamen ſingula commemorat, quibus ſe oſtendat coactum voluiſſe abſcedere. ITALIAM. Neceſſaria repetitio Italiae: quia ibi ei dicebatur imperium: & ipſa eſt cauſa navigandi.]

VARIORUM.

336. DUM MEMOR IPSE. *Dum meminiſſe* Wallian.

Ibid. HOS REGET ARTUS. *Regit* Mediceus & Mentelianus uterque & caeteri potiores apud me libri, niſi quod in tertio Moretano *regis*. apud Paullinum tamen de viſitatione Nepotuli ſui,

Grates, ſancte, tibi, dum ſpiritus hos reget artus,
Mens & lingua canet.

HEINS. *Regat* primus Rottendorphius a manu prima, & ita Hugenianus. *regit* Wallian. & Wittian.

337. PRO RE. *Pro te* Ed. Dan. Heinſii. male. vide ad Ovid. II. Amor. IX. I. & Calpur. Ecl. IV. 77.

Ibid. LOQUAR. *Loquor* ſecundus Rottendorphianus. *neque hanc* omiſſo τὸ *ego* unus Voſſianus. *abſcondere furtim* primus Moretanus. HEINS. *Loquor* Excerpta noſtra, Dorvil. & Wallian. *ego* deeſt Franciano Parrh. & Wittian. *furtim* ſaepe pro *furto* ſuppoſuiſſe librarios vidimus ad Ovid. Epiſt. VI. 43. vid. & Grat. Cyneg. 184. mox, *nec finge* ſecundus Moreti, Parrhaſ. & Venetus. *ne conjugis* Excerpta noſtra.

341. MEA. *Meas* alter Hamburgicus, & alter Menagii, Hugenianus & Leidenſis. & ita Serv. ad XII. 15. *aut ſponte* etiam idem Hamburgenſis. *deponere curas* Vratiſlav. BURM.

343. COLEREM, ET. Τὸ *&* non agnoſcunt ſcripti noſtri, ne Mediceus quidem: ita & Pieriani. & ſane praeſtat abeſſe. ut & infra mei libri, *ſocios a morte reduxi*, non *ſocioſque*. HEINS. *Et* deeſt etiam Regio, Parrhaſ. & aliis. *colerem* pro *coluiſſem*, ut Segraeſius recte exemplis ex Virgilio adductis firmat: & nihil frequentius hac enallage, etiam in proſa. vid. Cicer. pro Archia VII. poſt redit. in Senat. XIV. ad Suetonium etiam bis terve notavimus. vid. Comm. ad Plin. Paneg. cap. VIII. neque offendere debet, quod mox *poſuiſſet* ſequitur. ita & lib. VII. 808. *volaret* & *laeſiſſet*. BURM.

344. RECIDIVA. In Menteliana gloſſa erat: *reſtaurata poſt caſum*. inepte Harduinus hanc vocem culpat, quaſi notaret, quae iterum caſura eſſet. hoc nec pueris condonaretur. vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 45. & Gronov. ad Senec. Troad. 472. & ad Sil. Ital. I. 106. BURM.

345. GRYNEUS. *Cirrhaeus* prior Hamburg. pro varia lectione. *Crynaeus* Rottend. primus a m. pr. *Crineus* Parrhaſ. & Francian. a m. pr. *Grineus* Mentel. alter, Witt. & Wall. ſed ſcribendum *Gryneus:* Graece Γρύνειος Stephano ceterum Catroeus hic notat Gryneum nemus fuiſſe in Delo, quod nemo

71 deſunt Steph. L. Voſ. R. Steph. ſic eſt & *forte*. Alias &c. Baſil. 72 deſunt iiſdem. 73 deſunt iiſdem. 74 deſunt iiſdem. qui tr. i. G. Amazanam ſtupraſſe Tymbreae domum * Dan. Fabr. 75 deſunt Dan. licet & in Delo Steph. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Italiam Lyciae juſſere capeſſere ſortes.
Hic amor, haec patria eſt. Si te Carthaginis arces
Phoeniſſam, Libycaeque adſpectus detinet urbis;
Quae tandem, Auſonia Teucros conſidere terra,

350 In-

SERVII.

346. LYCIAE SORTES. Nec hinc accepit reſponſum; ſed ſic dixit *Lyciae*, ac ſi diceret Apollineae: [77] [ut *Grynaeus Apollo.*] [78] [JUSSERE. Bene, quae contemni non poſſunt. CAPESSERE. Occupare. Et ideo frequentativo verbo uſus eſt: quia multas ſe dicit ſuper hoc ſortes accepiſſe. Quidam *capeſſere*, pro ire accipiunt, ut Titinius: *Lucius domum ſe capeſſit.*]

347. HIC AMOR, HAEC PATRIA EST. Eo inquit [79] deſiderio, per voluntatem deorum, [80] circa Italiam teneor, [81] quo poſſim circa Trojam: & ad illud ſpectat, quod dixit: *Troja per undoſum peteretur claſſibus aequor.* [82] [An quia Dido dixerat etiam illud? *Nec te noſter amor:* Et poteſt hoc verbum interdum per confuſionem verbi, & nominis poni: ut *amor, amaris*; & *hic amor, hujus amoris.* SI TE CARTHAGINIS ARCES PHOENISSAM. Et tu externo regno delectaris: ſenſus enim eſt: ſi tu ex Phoenice veniens Carthaginem in Africa habere potuiſti; quae invidia eſt, ut propriam ſedem poſſint habere Trojani? & multum ponderis habet ſenſus cum epitheta iſta, *Phoeniſſam*, & *Teucros*, ponit.

348. ASPECTUS DETINET URBIS. Poteſt pro delectat accipi, ut VIII. Aen. 311. *Capiturque locis.* Sane quidam in novis & emendatis libris, pro *detinet*, *demeret*, inventum adſerunt: nam & Ciceronem in prima Philippicarum Cap. 14. ita ajunt dixiſſe: *Putaſne eum immortalitatem mereri voluiſſe?* Alii ab eo, quod eſt *mereor*, *mereris*.

349. QUAE TANDEM, AUSONIA. Hoc ad illud pertinet: *Quid ſi non arva aliena domoſque Ignotas peteres?*]

VARIORUM.

nemo umquam ſomniavit, quum in Aſia prope Clazomenas, ut Servius, vel ad oppidum Grynium, vel in inſula, ita dicta, Myrinaeorum fuerit, ut ſcribit Alciatus V. Parerg. 22. quem laudavit Cerda, & de quorum verbis, erravit Catroeus, nec etiam recte intellexit Servium. *Grynion* oppidum non longe a Myrina memorat Strabo lib. XIII. p. 622. non verò quiſquam eorum, nec ipſe Alciatus dicit fuiſſe *nemus* Gryneum in Delo, ſed a *Grunis* dictum Apollinem Gryneum, qui & in Delo erat, hoc eſt eumdem Apollinem habuiſſe etiam oraculum in Delo: & licet inde *Delius* vocari ſoleat, tamen & *Grynei* cognomen ipſi datum, licet oraculum in Delo ederet, ut hic ab Aenea datum notat Servius. & hoc non Poëtis ſolis fuiſſe uſitatum, ſed vulgo etiam docet idem Strabo lib. XIII. p. 618. ubi ſcribit Elatonneſos, eſſe Apollinis inſulas, & in tota illa ora coli Apollinem cognomento, *Sminthei*, *Cillaei*, *Grynei*, aut alio aliquo. ſic ergo hoc cognomen adhaerebat Apollini, etiam extra Grunos vel Grunion: nemus tamen ipſum erat prope templum, non in Delo. vid. ad Eclog. VI. 72. ſic in Boeotia erat etiam *Delium*, templum ad imaginem Delii conditum, ubi & Apollo ſine dubio *Delius* dictus fuit. vid. Strabon. lib. IX. pag. 403. & aliud Delium in Laconica, ad Boeotici cognomen dictum: Strabo lib. VIII. 368 jam vero etiam aliis hominibus & rebus epitheta dari a locis, ubi illae celebres & optimae ſunt, vidimus & ad IV. Georg. 129. ubi de Corycio illo ſene vidimus. & ad Lucan. VI. 287. ita *Circaeam* procellam eſſe explicandam docemus. ſic *Sicyoniam* baccam dixit II. Georg. 519. quae in Italia terebatur, quae aequaret bonitate Sicyoniam. ſed ut pluribus parcam, videndus modo Servius ad III. Aen. 332. ubi hoc egregie docet, ex hoc *Grynei* Apollinis nomine. BURM.

347. HAEC PATRIA EST. *Hic patria eſt* prior Mentelianus, alter Hamburgicus & Montalbanius. deinde, *Carthaginis altae*, non *arces* Venetus. etiam pro diverſa lectione Gudianus. HEINS *Altae* repetitum ex ℣. 265. *& te Carth. arces* Wittian.

amor

77 haec in ſolo Maſvicio vidi, neſcio unde petita. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 79 deſiderio Italiae Dan. 80 iterum circa L. Voſ. R. Steph. 81 quo (ſi poſſem) circa Baſil. qui poſſem L. Voſ. R. Steph. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 350.

Invidia eſt? Et nos fas extera quaerere regna.
Me patris Anchiſae, quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt,
Admonet in ſomnis & turbida terret imago.

Me

SERVII.

350. ET NOS FAS. *Nobis fas*, dicimus; ſed hoc loco non eſt jungenda elocutio, ne ſit vitium: nam legimus II. 157 *Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura* Sed hoc dicit: fas eſt, etiam nos extera regna requirere.

351. [83] [ME PATRIS ANCHISAE. Quaſi adhuc reſponſis non crederet, addidit patris admonitionem.]

352. NOX OPERIT TERRAS. A veriſimili: ideo tempus poſuit. QUOTIENS autem, hoc eſt, per unamquamque noctem. [84] [ASTRA IGNEA SURGUNT. Unam rem bis dixit. *Aſtra* autem *ignea* a ſapientibus dicuntur.]

353. IN SOMNIS. More ſuo pro *in ſomniis*. [85] [TURBIDA. Id eſt, prius me admonuit, poſt negligentiam etiam terruit.] *Turbida*, terribilis: quod & umbrae convenit, & parentis auctoritati. [86] [Aut *turbida*, pro turbata & ſollicitata, ut ipſe VI. Aeneid. 694. *Quam metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent*. Nam & Aeneas ſic reſpondit v. 695. *Tua me, genitor, tua triſtis imago*.]

VARIORUM.

amor hic capiendum, ut lib. III. 134. *amare focos*. ubi vide. BURM.

348. LIBYCAEQUE ADSPECTUS DETINET URBIS. Elegans omnino, quod in nonnullis exemplaribus teſtatur inveniri Servius, *aſpectus demeret urbis*. audi ipſum, *ſane quidem in novis & emendatis libris*, &c. ubi obiter moneo videri legendum, *in bonis & emendatis libris*. nam cum alibi vetuſtorum exemplarium, ut par eſt, auctoritate nitatur, haud ſemel, quomodo & Gellius, cur novos codices hic laudet, non video. *demeret* Gronovium quoque noſtrum Maroni aſſeruiſſe hoc loco pro ſcriptura genuina in Obſervationum lib IV. cap. 9. ſerus agnovi, qui illic conſulendus. appoſite omnino locus Columellae ab eodem Gronovio profertur ex libr. I. de R. R. cap. 4. *Jucundus utique viro, ſi etiam matrona comitabitur, cujus ut ſexus, ita & animus eſt delicatior, quam ob rem amoenitate aliqua demerenda eſt*. apud Gellium lib. I. cap. 8. *Lais Corinthia ob elegantiam venuſtatemque formae grandem pecuniam demerebat*. Apulej. lib. V. *Adoleſcentem delicatum luxurioſumque blandis obſequiis demereri*. lib. VI. *videris deformis ancilla ſedulo miniſterio amatores tuos promereri*. HEINS. *Libyae aſpectus* Dorvil. *affectus* Hamburg. alter. illud *demeret*, vix mihi ſe probat, nam omnia exempla, quae producuntur, nihil huc facere videntur, nec Urbs poteſt *demerere* Didonem dici, quaſi officio quodam eam proſequeretur. in Ciceronis exemplo a Servio laudato: ſive *mereri*, ſive ut magis congruat τῷ *demeret*, *merere* legas, ſumitur pro adquirere, ſibi parare, ut ad illum locum notae docent. & Lambin. ad I. de Nat. Deor. 24. Graev. ad IV. Ver. 60. vid. & Lamb. ad Horat. I. Epiſt. XVIII. 18. & Gronov. Obſ. ad Scripr. Eccleſ. cap. VII. & alios. quare erranti Aeneae & vago magis convenit dicere Didoni, *detinet*, ut in ſede quieta, & ut ita ipſe optet *conſidere*, & a vagis erroribus finitis curas ſuas componere. praeterea *aſpectui* magis congruit *detinet*, id eſt delectatione & jucunditate afficit, ita ut ab ea diſcedere non poſſit. ſic Horat. I. Od. XXXIII. *grata detinuit compede*. Ovid. IV. Epiſt. 110.

Illum Perithoi detinet ora ſui.

vid. & Ecl. X. 45. II. Aen. 785. & Brouckh. ad Tibul. I. I. 40. BURM.

349. CONSIDERE. *Conſiſtere* Sprotii, prior Hamburgicus. vid. ad VI. 67. *Troas conſ*. Venetus. *Teucro* Hugenianus. ut opponat ſe Didoni Phoeniſſae; ſed potius omnes Trojanos memorat, ut invitum ſe abire oſtendat, non ſponte ſua, ſed eorum etiam cauſſa. BURM.

350. INVIDIA EST. Juſtinianus Inſtit. Jur. II. Tit. 9. *Quae enim invidia eſt, quod ex patris occaſione profectum eſt, ad eum reverti*. id eſt, cur id vetaretur, aut negaretur. habet haec phraſis imitationem Graecorum, apud quos φθονεῖν ſaepe ſignificat negare, vel prohibere. NANSIUS. Ita *invidere*

83 deſunt iisdem. 84 deſunt iisdem. 85 deſunt iisdem. 86 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Me puer Aſcanius, capitiſque injuria cari,
Quem regno Heſperiae fraudo, & fatalibus arvis.
Nunc etiam Interpres Divûm, Jove miſſus ab ipſo,
(Teſtor utrumque caput) celeris mandata per auras
Detulit. Ipſe Deum manifeſto in lumine vidi

In-

SERVII.

354. ME PUER ASCANIUS. [87] Non ipſe, ſed amor Aſcanii admonet: [& bene, & patrem, & filium poſuit: ut ille increpando; hic, dum videtur, urgeret. Sed haec ad neceſſitatem profectionis adjecit.]

355. QUEM. Longe repetiit: & [88] [*quem*, non ad *caput*, ſed] ad Aſcanium retulit: &, licet excuſetur, tamen [89] σολοικοφανὴς [90] eſt.

356. INTERPRES DIVUM. Hermes: expreſſit verbum de verbo. [91] [Sed hic *Interpres* pro nuntio poſuit: & ne forte fingere putaretur, addidit: *Teſtor utrumque caput*: deinde multa cum adfirmatione hoc agit, dicendo: *Ipſe deum manifeſto in lumine vidi*; non ab alio dictum: & *lumine*; non in tenebris; non per quietem: omnia tamen haec per tranſlationem aguntur.] AB IPSO. Id eſt, magno, ut ſupra 268. *Ipſe deum tibi me claro demittit Olympo.*

357. UTRUMQUE CAPUT. Aut meum & tuum: aut Jovis & Mercurii: aut [92] Anchiſae & Aſcanii: [93] [alii volunt Aeneae & Aſcanii.] CELERES MANDATA PER AURAS. Sicut ſupra 226. *Celeres defer mea dicta per auras.*

358. MANIFESTO IN LUMINE. Aut claro: aut in nimbo, cujus majus eſt lumen. Sic Lucanus IX. 11. *Poſtquam ſe lumine vero* [94] *Miſcuit.* [95] [Et ſingula legenda ſunt haec, ut habeant admirationis venerabilem fidem.]

VARIORUM.

dere apud Ovid. I. Triſt. I. I. vid. ad Petron. cap. XIV. quae diximus. *eſt* non erat in Dorvill. imitatur Statius I. Theb. 281. *me Tantaleis conſiſtere tectis, Quae tandem invidia eſt.* ubi male Barthius, *quae tanta.* BURM.

Ibid. NOS FAS. Argutatur hic Servius, ut oſtendat, non recte dici *nos* pro *nobis* fas eſt quaerere: nam utroque caſu pro re nata uſos fuiſſe veteres conſtat, ſequente infinitivo. ſed librarios adſtrictos legibus Grammaticorum, ſaepe mutaſſe caſum patet ex multis locis. ſic apud Stat. VII. Theb. 733. *Fas & mihi ſpernere Phoebum.* ubi in Mſſ. *me* legitur. Curt. V. 11. 22. *ſcio apud vos filium in conſpectu matris nefas eſſe conſidere.* ubi etiam variant codices. Propert. I. XII. 39.

Mi neque amare aliam, neque ab hac diſcedere
fas eſt.

ubi alii codices *me* habent. Silius X. 573.

Quo fas eſt ire ſuperbas
Virtute & factis animas.

& eadem variatio caſuum in *placet*, *licet*, *ſatis eſt* &c. deprehenditur. vid. Ecl. I. 41. & quae diximus ad Lucan. II. 249. IX. 584. X. 403. & ſaepe alibi. BURM.

Ibid. QUAERERE REGNA. Eadem cacophonia in *conſidere regnis* I. Aen. 572. ubi vide.

352. SURGUNT. Cerda hic capit de ultima parte noctis, ne bis idem dicat, & contendit *ſurgere* dici pro evaneſcere, ut quum homines ſurgunt a loco, abeuntque. nihil vidi magis, & quod nullo exemplo firmatur. an non legerat in I. Georg. 539.

Et quae mane refert, & quae ſurgentibus aſtris?

ubi ipſe de initio noctis interpretatur. ſed quid opus alia loca aggerere, quum Sol & aſtra ſemper dicantur *ſurgere*, quum oriuntur, *cadere*, cum occidunt? ſed hoc commentus eſt, ne bis idem diceret Maro, ut Servius notat. ſed non bis tantum idem, ſed ter per periſſologiam poëticam ſaepe notat Servius dici ad I. Aen. 545. vid. IV. 285. 433. & alibi. BURM.

353. IN SOMNIS. *Inſomnis* una voce Francianus

87 Amor Aſcanii ſcilicet admonet, L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. reliqua deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 89 ſoloecophones Baſil. 90 eſt ſoloeciſta Dan. quod additamentum librario redonandum. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 meum iidem. 93 deſunt iisdem. alii volunt Aeneam & Aſcanium imagine numinis eſſe deceptum Fabr. alii v. Aeneae & Aſcanii imagine &c. Dan. 94 *implevit* legitur in Lucano. & ita L. Voſ. R. Steph. neſcio unde *miſcuit* hauſerint. In libro vero VI. 640. *induit* legitur. Baſil. omiſit verbum. BURM. 95 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Intrantem muros, vocemque his auribus hauſi.
Deſine meque tuis incendere teque querelis:
Italiam non ſponte ſequor.
Talia dicentem jamdudum averſa tuetur,
Huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
Luminibus tacitis, & ſic adcenſa profatur:

Nec

SERVII.

359. HIS AURIBUS HAUSI. Accepi: & eſt Pleonaſmus. [96] [*Haurit* enim, pro percipit ponebant veteres: & ideo qua potiſſimum parte ſenſus [97] percipiant, adjungunt, ut XII. 26. *Simul hoc animo hauri:* & inf. 661. *Hauriat hunc oculis ignem.* [98] Probus autem ait: *Nemo haurit vocem.*

360. INCENDERE. Exagitare. QUERELLIS. [99] *Querellis l* litteram metri cauſa addidit: nam *querela* dicitur, quia *querulus* facit: hoc modo, & *loquela*, & *ſuadela*.]

361. SEQUOR. Ut v. 629. *Italiam ſequimur fugientem.* [1] [Et [2] oratorie ibi finivit, ubi vis argumenti conſtitit.

362. TALIA DICENTEM. Bene, non poſtquam dixit.] JAMDUDUM. Ab initio orationis. AVERSA. Id eſt, irata: [3] [*Averſa* ergo ad animum referendum eſt: nam incipit eſſe contrarium: *averſa tuetur*,] ut eſt I. 482. *Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat.*

364. LUMINIBUS TACITIS. Ipſa tacita, ut VII. 343. *Tacitumque obſedit limen Amatae:* pro, ipſa tacita. Sequitur autem invectio, quae ſemper ſtatu caret. [4] [Carere autem ſtatu dicitur: quia res, quibus utitur, carent veritate.] Sane *tacitis*, participium paſſivum pro activo. Quidam *tacitis*, epitheton oculorum volunt. Alii *tacitis*, ſiccis prae iracundia.]

VARIORUM.

nus & Regius. vid. ad II. Aen. 220.

Ibid. TERRET. *Noctis* Hugenianus. quod librarius forte deſumpſit ex Stat. II. Theb. 349. *Aut avium lapſus, aut turbida noctis imago Territat.*

354. CARI. *Sacri* Venetus & Vratiſlavienſis.

355. ET FATALIBUS. *Et* deeſt Zulichemio.

356. NUNC. *Huc* Hugenianus.

Ibid. MISSUS AB IPSO. *Ab alto* Scholiaſtes Crucquianus Horatii lib. I. Od. 10. quomodo & pro diverſa lectione prior Hamburgicus. nec aliter alter Hamburgenſis infra ℣. 377. HEINS. Et ita Excerpta noſtra & Parrhaſ. ſed male: & recte Servius *ipſo* explicat. nam haec vocabula ſaepe de principe, rege, vel duce dici vidimus ſupr. ad IV. Georg. 84. BURM.

358. LUMINE. *Limine* Hugenianus & prior Hamburgicus cum Excerptis noſtris: eadem varietas apud Valer. Flac. I. 105. ubi vide adnotata, & ſupr. III. 151. & centies alibi. *in* deeſt Wall. & Witt. BURM.

360. MEQUE. Elegantius forte quis, ex noſtris moribus de antiquorum judicans, crederet Aeneam debuiſſe dicere, *Teque t. i. meque querelis.* ſed vide, quae ad Lucan. IX. 985. adnotavimus. BURM.

Ibid. INCENDERE. *Inceſſere* prior Hamburgicus, pro diverſa lectione. qualem etiam in Juſtini codicibus lib. XVI. 2. reperit variationem Bongarſius, & in Ciceronis X. ad Fam. 28. Manutius & alibi. BURM.

Ibid. QUERELIS. *Querellis* vetuſtiores libri, ut ſcripſiſſe Maronem hic loci Servius teſtatur. HEINS. Ita Regius, & Ed. Venet.

361. SEQUOR. *Quero* Dorvillian. an *peto*, ut infr. 535. *ſequor* & *petam* in MſT. ſed *ſequor* rectius, fatis me trahentibus, non ſponte & conſilio eo tendo. quae hic multis verbis habet Harduinus de Trojanis, Duce Tithono ante Aeneam in Italiam appellentibus, refutare longum eſſet, nec merentur talia ſomnia argui, nec notae hae capiunt longas diſſertationes. BURM.

362. AVERSA. *Adverſa* multi ſcripti & editi. & poſſet probari, quia ſequitur, *totumque pererrat*, quod

96 deſunt iisdem ad ℣. 361. 97 percipiente Dan. 98 Probus enim Dan. Fabr. 99 deeſt Fabr. 1 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 2 oratione Commel. & Emmeneſ. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 4 deſunt iisdem ad ℣. 365. ſed Dan. ad *ſane tacitis*. Baſil. deſunt a *ſane*.

Digitized by Google

Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide; ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.
Nam quid diſſimulo, aut quae me ad majora reſervo?
Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?

Num

SERVII.

365. NEC TIBI DIVA PARENS. Non eſt ſola in Aenean objecta vituperatio; ſed etiam in ſe [5] objurgatio: quia dixerat ỳ. 12. *Credo equidem, nec vana fides, genus eſſe deorum:* unde nunc dicit: *Generis nec Dardanus auctor.* [6] [Et ſtudet illud deſtruere I. 617. *Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſae:* & nominando *Venerem* & *Dardanum*, & maternam & paternam generoſitatem deſtruit.]

366. PERFIDE. Amantum verbo eum increpat, ſic ſupra 305. *Diſſimulare etiam ſperaſti, perfide.* [7]

367. CAUCASUS. Mons eſt Scythiae inhoſpitalis. [8] [Sane quidam abſurde putant *Caucaſum*, & *tygres*, a Didone memoratas: quia nec Didoni perturbatae venire in mentem *Cauſacus* potuit; nec *tygres* [9] juxta eum cognitae Hyrcanae: nam quod ait, *genuit Caucaſus*, elaboravit, dicendo *genuit*, incredibilius facere de monte maſculini generis; ſed hic imitatur Graecos, qui magis proprie (Hom. Il. π. 34) Γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα: quod hic ad propria nomina tranſtulit.] HYRCANAEQUE TYGRES. Arabicae: nam Hyrcania, ſylva eſt Arabiae. Et notandum, relictis mediis comparationibus, [10] eum augmenta feciſſe: nam poſt deos, non homines, ſed ſaxa intulit.

368. QUID DISSIMULO? Tacitae quaeſtioni occurrit: ne quis ejus nimiam iracundiam reprehenderet, dicens Aenean poſſe mitigari forſitan precibus. [11] [QUAE ME AD MAJORA RESERVO. Aut ad majores ſcilicet injurias: aut ad ſuperiora pertinent; quia & male dixit.

369. NUM FLETU INGEMUIT. Nam hoc eſt: *Generis nec Dardanus auctor.* NUM LUMINA FLEXIT. Hoc eſt: *Genuit Caucaſus:* vel ad illud pertinet: *Ille Jovis monitis immota tenebat Lumina.*

VARIORUM.

quod *averſae* vix convenit. *verſa* Dorvill.

364. TACITIS. Ego explicarem non blandis, aut amatoriis, non flammeis & fatentibus ignem, quibus antea eum ſolebat intueri, ut lib. I. 713. ubi *ardeſcit tuendo*, & *expleri mentem nequit.* in oculis enim, qui in amore duces ſunt, amoris maniſeſtiſſima ſigna ſemper apparent. ſic Ovid. II. Am. v. 17. *non oculi tacuere tui.* & I. Art. 573. *Atque oculos oculis ſpectare fatentibus ignem; Saepe tacens vocem verbaque vultus habet.* Servii explicatio ſequentibus, *accenſa profatur*, refutatur ſatis. BURM.

366. SED DURIS. *Seu duris* Schol. Horat. I. Od. 21. *Durus* Oudartii. *cotibus* Wallian.

367. HYRCANAEQUE. Arabicas explicat Servius, quem pudendum lapſum, ſed non Servio, verum aemulis ejus gloriae interpolatoribus, adſcribit Brodaeus ad Oppian. Cyneget. III. 340. cogitabat ſcilicet ille de Hyrcanis ad mare Caſpium ſitis. ſed variis in locis Hyrcanos fuiſſe, coloniis ex antiqua patria tranſlatis, collocatos, ut in Lydia, oſtenderunt viri docti, Ryckius ad Tacit. II. Ann. 47. Harduinus in nummis populorum, in ΥΡΚΑΝΩΝ, etiam ex Philipporum nummis: in quibus Triſtanus Tom. II. 562. Deae effigiem putavit conſpici, cui adſtat canis; quum ſit Bacchus cum Tigride vel Panthera, & quum ipſe Philippum Arabem fuiſſe dicat, de Hyrcanis in Arabia ſitis commode hic nummus explicari poſſet, & ita Servii expoſitio inde illuſtrari, quod miror non vidiſſe Triſtanum, quum loca quaedam adducat, ubi Hyrcani & Arabes junguntur. Quare vicinos Arabas Hyrcanis ad Caſpium mare, tot gentibus interpoſitis, facere abſurdum eſt. & hinc Holſtenius & alii ad Hyrcanos Lydiae referunt hunc nummum, quod confirmari poſſet altero nummo Trajani Decii, quem idem Triſtanus pag. 595. exhibet, a Magneſiis cuſum, qui vicini Lydis fuere, ubi

5 dijurgatio Dan. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 7 more amantum, addidit Steph. ſed Baſil. initio notae, more amantum eum increpat. 8 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 9 juxta dum cognitae. & hoc Cyrete Dan. ſed poſt *cognitae* reliqua deſunt Fabr. mox *credibilius* legendum cenſebat Cl. Dorvillius. 10 in eum Baſil. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 *miſſeratus* ac. ỳ. 370.

Num lacrimas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt?
Quae quibus anteferam? jam jam nec maxuma Juno,
Nec Saturnius haec oculis pater adſpicit aequis.

Nuſ-

SERVII.

370. MISERATUS AMANTEM. Hoc eſt: *Hyrcanaeque admorunt ubera tigres*: &] *miſeratus*, accuſativum regit, ut hoc loco: *miſereor* genitivum, ut II. 143. *Miſerere animi non digna ferentis.* [12] [Et bene avertit ab eo ſermonem, & non dixit, *ingemuiſti?* num flexiſti, aut miſeratus es? ut III. Ecl. 5. *Hic alienus oves cuſtos.* Non dixit, [13] *tune ille es?* Et *miſeratus*, hoc eſt, *Nec tibi diva parens*.]

371. QUAE QUIBUS ANTE FERAM. [14] Amphibologia eſt: quid prius, quid poſterius dicam? Quod fieri ſolet, ubi omnia & paria, & magna ſunt. [15] [Sane *anteferam*, non eſt dividendum, ut praeferam.] NEC MAXIMA JUNO. Aut in Junonem maledictum eſt; ut eam non *maximam* dicat, ſicut etiam [16] in Jovem: nam convicium eſt, quod eum *Saturnium* dicat, hoc eſt nocentem. Aut certe jungitur, ut *Nec Juno aſpicit, nec Juppiter*, [17] [ut ſe dementem dicat, quod regina ejectum & egentem in partem regni receperit: aut certe *maxima Juno*, quae ſolet amare Carthaginem: vel quae nuptias dedit, quod optaverat Dido.

372. NEC SATURNIUS. Ut ſupra ỹ. 92. dictum eſt, ubicumque infeſtos vult oſtendere, vel Junonem, vel Jovem, *Saturnios* appellat, ut I. 23. *Veterisque memor Saturnia belli*: & XII. 830. *Saturnique altera proles Irarum tantos volvit ſub pectore fluctus.* Et Jovem ideo *Saturnium* modo appellat, quia Aeneam a Carthagine praecipit abſcedere.]

VARIORUM.

bi Bacchus in curru a Pantheris tractus, vas tenens una manu, altera haſtam, adſtante Bacchante aliqua, vitis racemum tenente. de Hyrcanis etiam diverſo ſitu a Caſpienſibus agit Valeſius lib. v. Emendat. cap. 9. & nuper vir doctus Freretus in Commentariis Academiae humaniorum literarum Pariſienſis, Tom. VI. pag. 364. ubi Hyrcanos non modo in Arabia fuiſſe probat, ſed & hodiernum nomen partis Arabiae *Iracain*, ab *Hyrcania* nihil differre docet. Harduinus controverſiam movet Virgilio, quod ſecundam in *Hyrcanae* producat, quum Dionyſ. in Periegeſi ỹ. 699. Ἀνδράσιν Ὑρκανίοισι dixerit. ſed & ille poſterioris aevi Poëta, & Latinos ſaepe a Graecis in modis ſyllabarum diſceſſiſſe notum eſt. certe Propertius, Gratius, Lucanus, Silius & alii etiam ſecundam ſyllabam produxerunt, neque in eorum ſcriptis codices variare, aut *Hyrcanios* habere vidi. BURM.

368. NAM QUID DISSIMULO. *Quod* Rott. tert. unde Heinſ. *quo diſſimulo, aut quo me. aut quid me* Oudart. Hamb. pr. Mentelii alter & Wittian. quod non diſplicet. vid ad Lucan. v. 482. *qui me* Dorvill. deinde, *non fl. i. n. non l. f. Non* Hamb. pr. Dorvil. Zulich. & Parrhaſ. *Non f. i. n. num l. f. Non l.* Francian. ſed *num* ubique agnoſcit Rufin. de Schem. Lex. pag. 31. & Donat. ad Terent. Adelph. III. 2. *nunc fluctu* Medic. *lumina traxit* Hamb. pr. a m. pr. *texit* Mentel. pr. ceterum ſententiam horum verſuum illuſtrant illa Aeſchyli in Prometheo vincto ỹ. 638.

Ὡς ἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας
Ἐνταῦθ', ὅπη μέλλοι τις οἴσεσθαι δάκρυ
Πρὸς τῶν κλυόντων, ἀξίαν τριβὴν ἔχει.

BURM.

370. AMANTEM EST. Omittunt verbum ſubſtantivum uterque Hamburgicus, alter Voſſianus, alter Menagianus, Venetus & duo Moretani. HEINS. *miſeretur amantem* Leidenſis & Hugenianus. *haud miſeratus* Gudianus & Montalbanius. *eſt* Franciano deeſt.

371. ANTEFERAM. *Ante feram* edit. Juntina & aliae, [& ita Servii textus, non explicatio] & duo Moretani, cum Parrhaſiano, Wittiano & Walliano. explicat Catroeus, de quibus querar? an de te, an de Diis? Gloſſa Regii Cod. *quae verba quibus verbis anteferam.* Cerda explicat, omnia illa, *non ingemuit*, *non flexit*, *non lacrimas dedit*, *non miſeratus*, eſſe omnia paria, & tam magna, ut neſciat, quae praeferat. *quibus* gloſſa etiam in Walliano, explicat, *quae verba quibus verbis ante feram.* ſimpliciter Servii explicationi

12 deſunt iiſdem 13 tum illi es. & miſeratus * Dan. *illi*, *& es miſeratus* G. Voſſius. 14 amphibolia eſt L. Voſ. amphibolium R. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 16 deeſt praepoſitio L. Dan. 17 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỹ. 372.

Nuſquam tuta fides. Ejectum litore, egentem
Excepi, & regni demens in parte locavi.
Amiſſam claſſem, ſocios a morte reduxi.
Heu Furiis incenſa feror! nunc augur Apollo,

Nunc

SERVII.

373. NUSQUAM TUTA FIDES. Hoc eſt, nec [18] apud Deum, nec apud hominem. Terentius Adel. III. II. 32. *Quid credas, aut cui credas?* Et declamavit per contrarium: nam omnis fides tuta eſt: [19] [cujus haec proprie virtus eſt, ut tuta ſit;] [20] hic ait: *Nuſquam tuta.* EJECTUM. Naufragum: legimus enim I. 538. *Huc pauci veſtris adnavimus oris:* & eſt ſeparandum [21] *ejectum.* LITORE EGENTEM. Id eſt, egentem litoris, ut I. 540. *Hoſpitio prohibemur arenae:* [22] [vel ſi jungas *ejectum litore*, pro in litus, ut I. 6. *Inferretque deos Latio*, pro in Latium: & in tribus modis haec elocutio profertur. *Egeo hanc rem*, Plautus in Menaech. I. II. 12. *Linum, lanam praebeo, neque quicquam eges.* *Egeo hujus rei:* XII. 88. *Has ego Dardanio juveni, cum claſſis egeret:* & *egeo hac re*, ut: *litore egentem.*]

374. EXCEPI. Ad illud reſpondet: *Ejectum litore egentem.*] REGNI IN PARTE. Ut ſup. 214. [23] *Et dominum Aenean in regna recepit:* quod Iarbas [24] conqueritur: [25] [& eſt invidioſum, quando optantem, vel litoris egentem, in regni partem recepi. Mire autem recordatione beneficiorum iracundia accenditur. Sane etiam hic mentio ceremoniarum inducitur: mos enim apud veteres fuit Flamini ac Flaminicae, ut per farreationem in nuptias convenirent, ſellas duas jugatas ovili pelle ſuperinjecta poni, ejus ovis, quae hoſtia fuiſſet; & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen ac Flaminica reſiderent: quod Dido meminit, cum queritur, ſe ab Aenea contra jus nexus maritalis deſeri, his verbis: *Regni demens in parte locavi. Locata* enim *uxor* dicitur, quod ſimul cum eo ſedeat, dum confarreatur. [26] [Confarreationes autem tonitru dirimit.]

375. AMISSAM CLASSEM. Subaudis, renovavi. [27] [Ad illud reſpondit I. 551. *Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem.* SOCIOSQUE A MORTE REDUXI. Scilicet quos hoſpitio ejectos excepi, quibus claſſem reparavi.

376. HEU FURIIS INCENSA FEROR. Aut quod neceſſe habeo exprobrare beneficia. Terentius Adelph. II. I. 43. *Inſanire occipiunt homines ex injuria.*] Quia multa erat in deos loquutura. Et bona praemittitur excuſatio: nam numina non credere [28] curare mortalia, & ab his [29] beneficium non ſperare, furoris eſt. Subjungit enim: *Si quid pia numina poſſunt.*

VARIORUM.

cationi accedo, quid prius, quid poſterius dicam. BURM.

Ibid. NEC MAXUMA. *Non* Leidenſis. & ſecundus Rottendorphius. *neque* Wallian.

372. ADSPICIT. *Inſpicit* Menagianus prior. HEINS.

373. NUSQUAM TUTA. Sine *eſt.* ita Donatus ad Terent. Adelph. III. Sc. 2. & Regius, Parrhaſ. & alii fere omnes & editi olim.

Ibid. EJECTUM LITORE, EGENTEM. Primum tempeſtatis, alterum inopiae. ita enim diſtinctio facienda eſt, vel ex ſimili loco Comici in Andr. V. 4.

— *Apud Andrum ejectus; tum ille egens.*

FABRIC. Priſcianus ſub finem operis Grammatici monet, nonnullos diſtinguere, *Ejectum, litore egentem Excepi.* idem quoque *ſuſcepi* agnoſcit tribus locis. ſed pro vulgata ſcriptura ſtat Senecae auctoritas lib. VII. de Benefic. 24. HEINS. Ego *Ejectum litore* praeferrem. nam quum Dido excepit Aeneam, certe non egebat litore, qui jam in ipſa Carthagine erat. ſed tunc *egens*, &, ut ipſe

Ae-

18 apud rem L. Voſ. R. Steph. Dan. 19 deſunt iisdem. 20 haec ait L. Voſ. R. Steph. 21 deeſt iisdem & al. 22 deeſt iisdem ad *Regni* ℣. 374. In Plauti loco legitur, *penum, lanam, aurum, veſtem, purpuram bene praebeo, n. q. eges.* 23 deeſt L. *at* Steph. *ac* Dan. Fabr. al. & Edd. priſcae. 24 queritur L. Voſ. R. Steph. al. 25 deſunt iisdem. 26 deſunt Dan. Fabr. quae unde petierit Maſvicius neſcio. an ex nota ſupr. ad 167. vel 339. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *quia* ℣. 376. 28 deeſt Voſſ. 29 non ſperare auxilium Voſſ. Steph. al. non ſperare furoris eſt L. R. omiſit *non* Dan. quod videtur melius ex ſequentibus, ſi *quid pia n. p.* aptius congruere; ſi enim non curant Dii mortalem, furoris eſt optare vindictam, haec enim ſibi contraria videntur. BURM.

Digitized by Google

Nunc Lyciae ſortes, nunc & Jove miſſus ab ipſo
Interpres Divom fert horrida juſſa per auras.
Scilicet is ſuperis labor eſt: ea cura quietos

Sol-

SERVII.

377. NUNC LYCIAE SORTES, NUNC ET JOVE MISSUS AB IPSO. Irriſio eſt honeſta ſatis, cum his verbis fit, quibus laus praemiſſa eſt, ut in Ecl. 44. *Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit, Necdum illis labra admovi, ſed condita ſervo.* Scimus autem Aeneam ſuperius haec verba dixiſſe: [30] [*Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo, Italiam Lyciae juſſere capeſſere ſortes. Lyciae* autem *ſortes*, Apollinem [31] Lycium appellat, ſive de Lycio, quem vicit: & victoriae ſuae teſtimonium hoc nomen induit; ſive quod eſt [32] λυκὸς a candore: idem enim & Sol creditur; ſive quod transfiguratus [33] in lupum cum Cyrene concubuit, & inde eadem provincia Lycia vocata; ſive quod in lupi habitu [34] Telchinas occiderit; ſive quod lupus ei primus poſt interemptum Pythonem, ex eo loco, qui appellatur Tempe, aurum attulit; ſive quod paſtoralis deus lupos interemerit. Et eſt alia fabula, cur Lycia vocata ſit regio: Diana harum regionum gaudebat venatu; ſed quodam tempore tanta vis luporum ſe ibi infudit, ut omnes feras eorum incurſus abſumeret: cum ergo omnis oblectatio deae, quae de venatione veniebat, extinctis caeteris animalibus, defeciſſet, [35] * Apollini ob hanc rem conſecrata eſt. Eſt alia de hoc fabula: Danaus trahens ab Aegypto originem, cum videret ira Neptuni vindictam ſumentis, quod adverſum ſe de condendis Athenis [36] Hiſagus fluvius pro Minerva judicaſſet, uri ſiccitatibus ſolum, filiam [37] Amymonem ad aquam inquirendam proficiſci jubet, quae cum vidiſſet repertum fontem, hiatu terrae receptum exaruiſſe, ad patrem detulit: quo ille prodigio commotus, oraculum Apollinis [38] adit, cui Apollo reſpondit, ut profectus, ubi inveniſſet taurum & lupum inter ſe pugnantes, ſpectaret exitum pugnae, & ſi taurus viciſſet, Neptuno templa conſtitueret; ſi vero lupus, Apollini delubrum ſacraret. Sed cum Danaus lupum videret viciſſe, Apollini Lycio templum dedit. In hujus autem Lyciae regione Patara ſacer olim lucus Apollini fuit, ubi Apollo reſponſa dedit, unde etiam Patareus appellatus eſt. NUNC JOVE MISSUS AB IPSO. Sicut ſupra, 356. *ab ipſo, magno:* Et bene NUNC ſaepius poſuit ad irriſionem; quaſi: nunc de te curant, qui ante periclitanti non curaverunt ſubvenire.

378. HORRIDA JUSSA. Et hoc per irriſionem, quaſi plena venerationis, vel quae tu timeas.]

379. QUIETOS SOLLICITAT. Cicero in libris De deorum natura, triplicem [39] de diis dicit eſſe opinionem: deos non eſſe: cujus rei auctor apud Athenas exuſtus eſt. Eſſe, & nihil curare: ut Epicurei. Eſſe, & curare, ut Stoici: ſecundum quos paulo poſt: *Si quid pia numina poſſunt.* Nam modo ſecundum Epicureos ait: *Ea cura quietos.* [40] [Quidam ſuperos deos Mercurium, Apollinem, & Jovem accipiunt; quietos vero, infernos: quia Aeneas dixerat: *Me patris Anchiſae. Sollicitat* vero, ſollicitos habet. Terentius Adel. I. I. 10. *Ego, quia non redit filius, quae cogito, & quibus nunc ſollicitor rebus.*]

VARIORUM.

Aeneas dicit lib. I. 594. *omnium egenus.* & ✝. 384. *ipſe ignotus, egens. litore* autem eſt pro *in litore*, vid. ad Petron. LXV. & Ovid. VII. Epiſt. 89. BURM.

375. AMISSAM. *Ejectam* Priſcianus libr. 7. de quo curis ſecundis ad Ovidii Epiſtolam Didûs ✝. 172. ſed praeceſſerat, *ejectum.* deinde *claſſim* prior Mentelii & Sprotianus. dictum libr. III. 5. HEINS.

Ibid. SOCIOS. *Socioſque* Sprotianus, Venetus, Wallian. & Wittian. & editi nonnulli.

376. AUGUR. *Auctor* Hugenianus.

377. AB IPSO. *Ab alto* alter Hamburgicus, cum Excerptis noſtris. vid. ſupr. 356. *nunc Jove*, omiſſo *&*, Francianus.

378. HORRIDA JUSSA. Liber Colotianus pro *juſſa*

30 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ✝. 379. 31 Lyceum Dan. Fabr. 32 λευκὸς Dan. λυκαῖος Fabr. λευκὸς correxit Barth. ad Stat. III. Theb. 472. 33 ubi totum hunc locum recenſet. 34 Teiianos Fabr. 35 eſt in Dan. Barth. 35 * Apollo * ob h. r. conſecratum eſt. Dan. Barth. & Fabr. qui ultima ob h. r. c. e. omiſit, Apollini conſecrata eſt. G. Voſſ. 36 Inachus Barth. 37 Aymonem Dan. Fabr. Amynonem Barth. male. Vid. Ovid. I. Amor. X. 5. & alibi eam vocat *Amymonem.* 38 adiit Barth. 39 de his Voſ. R. Steph. deſunt L. 40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Sollicitat. Neque te teneo, neque dicta refello.
I, ſequere Italiam ventis: pete regna per undas.
Spero equidem mediis, ſi quid pia numina poſſunt,
Supplicia hauſurum ſcopulis, & nomine Dido

Sac-

SERVII.

380. REFELLO. [41] Redarguo; [42] [vel retardo; vel falſa eſſe convinco: *refello* enim, ab eo quod eſt *fallo* venit.]

381. I, SEQUERE ITALIAM VENTIS. Satis artificioſa prohibitio; quae fit per conceſſionem: quae tamen ne intellecta ſit perſuaſio, permiſcenda ſunt aliqua, quae vetent latenter, ut: *Ventis: Per undas:* [43] [nomina terribilia: & *ſequere* quaſi fugientem.] Sic Terentius Adel. I. II. 54. *Profundat, perdat, pereat: nihil ad me attinet.* [44] [Ergo hic, cum eum videtur dimittere, admonendo periculi retinet. Sane multi, *Italiam* diſtinguunt; ut ſequatur: *Ventis pete regna per undas.*

382. SPERO EQUIDEM. Videtur eadem quodammodo repetere, & de tempeſtate & de beneficiis vehementius.] MEDIIS SCOPULIS. Aut manifeſtis, ut VI. III. *Medioque ex hoſte recepi.* Aut illa ſaxa dicit, quae ſunt inter Africam & Sardiniam, [45] [atque Siciliam.]

383. HAUSURUM. Luiturum, daturum. DIDO. Poteſt & vocativus eſſe, & accuſativus, [46] [ut & *o Dido*, & *hanc Dido*.]

VARIORUM.

juſſa habet, *dicta*. URSIN. Mediceus *dicta*. verum ſequitur paullo poſt vox ea. HEINS. Vid. ſupr. 226.

379. Is. *Hic ſuperis*, apud Probum de Arte Gramm. & apud Scholiaſten Statii lib. III. Theb. 350. ſed aliter Seneca tertia Suaſoriarum, & Scholiaſtes Horatii lib. I. Od. 34. & III. 3. HEINS. Statii Scholiaſtes ad lib. III. Theb. 659. *his ſuperis*, & ita Gudian. & Mentelii alter, & Juntae & Ald. Ed. pr. ſed poſterior *is*, ut plurimi codices.

380. SOLLICITAT. *Sollicitet* alter Hamburgicus. deinde diſtinguunt poſt *Italiam*, Mentelianus prior, tertius Rottendorphius & Venetus. HEINS. *Inſequere Italiam* Zulichemius & Leidenſis unus a manu prima. *Italiam ventis, pete* diſtinguit etiam Lutatius ad Stat. I. Theb. 659. & II. 840. & Rufinianus pag. 28. variant vero codices in diſtinctione. *per auras* Wallian. in quo tres verſus 379. 80. 81. in margine erant adſcripti. BURM.

382. POSSUNT. *Poſſint* alter Hamburgicus. *poſcunt* Mediceus. a manu prima. *in mediis* etiam Parrhaſ. vulgata eſt apud Nonium in *ſupplicium*. BURM.

383. HAUSURUM. Sunt qui putant legendum eſſe, *ſupplicio haeſurum*, nulla tamen freti veterum auctoritate. Ego vero pervulgatam lectionem ſuſtinebo, cum apud Papinium legam in Achil. I. 667. *Hauſurus poenas*: ex quo dicemus a verbo *haurio* non minus *hauſum*, quam *hauſtum* fieri in ſupino, ita etiam poſtulante analogia. MUSONIUS. *Haurio, hauſi, hauſum, hauſtum & hauritum.* vid. Voſſ. de Analog. III. 33. HEINS. Supplicio *haeſurum* Erythr. & Guellius propter inſolentiam τοῦ *hauſurus*, quam imitatione Silii & Claudiani alii vindicant. ſed ipſa phraſis, *ſupplicia haurire*, eſt fere ſine exemplo, & licet varius verbi hujus ſit uſus, ut videre eſt apud Barth. ad Stat. I. Theb. 537. mihi videtur poſſe ſumi pro paſſurum, laturum: nam Servius ad I. Aen. 599. ita explicat *clade hauſi*, per pertuli; ubi tamen malim *cladem* cum aliis Edd. legere. ut ſit ſimplex pro compoſito *exhauſi*, ut ibi *omnibus exhauſti caſibus*, pro qui omnes caſus pertulerunt. quod reſolvi poſſit, *qui exhauſerunt omnes caſus*, id eſt pertulerunt. ſic Cicer. I. Tuſc. 35. *quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates.* ubi Daviſius in altera editione explicat pertulit, adducens Servii locum, ſed perperam citans ex lib. III. 603. recte tamen legit *cladem hauſi*. in Wittiano erat *hauſturum*. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. XVI. II. BURM.

Ibid. NOMINE. *Numine* Menagii alter, & a prima manu ſecundus Rottendorphius & Excerpta noſtra. *nomina* Wall.

Ibid. DIDO. *Dido*, ſi μονόπτωτον, vocativus eſt; ſin ſimplex, accuſativus, ut VII. 324. *Luctificam*

Ale-

41 deeſt Dan. 42 deſunt L. Voſ. Steph. ſed Baſil. tota nota caret. 43 deſunt iiſdem. 44 deſunt iiſdem ad *mediis* ℣. 382. 45 Siciliamque iidem. 46 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Saepe vocaturum. Sequar atris ignibus abſens:
Et, quum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero. Dabis, inprobe, poenas.
Audiam: & haec manis veniet mihi fama ſub imos.
His medium dictis ſermonem abrumpit, & auras
Aegra fugit, ſeque ex oculis avertit & aufert;
Linquens multa metu cunctantem, & multa parantem
Dicere. Suſcipiunt famulae, conlabſaque membra

Mar-

SERVII.

384. SEQUAR ATRIS IGNIBUS. Alii Furiarum [47] facibus dicunt, hoc eſt: *Invocatas tibi immittam Diras.* Alii ſociorum [48] [facibus dicunt,] ut paulo poſt 594. *Ferte citi flammas.* Melius tamen eſt, ut ſecundum Urbanum accipiamus, *atris ignibus*, rogalibus, qui viſi tempeſtatem ſignificant, ut Aeneae (ſicut in quinto ℣. 7. legimus) contigit. Hoc [49] ergo nunc, quod factura eſt, dicit; id eſt, occidam me, & rogalibus te perſequar flammis. ABSENS. [50] Quaſi mortua: [51] [vel de ſuis dicit hominibus, ut paulo poſt: *Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.* ATRIS IGNIBUS.] Rogalibus autem mali ominis, quod *atris* dixit. Legimus & in Horatio IV. Od. XII. 26. *Nigrorumque memor dum licet ignium:* [52] [& debuit *abſens* conjungere, ut eſſet, *quanquam abſens.*]

385. ANIMA SEDUXERIT ARTUS. Hypallage, pro, animam artubus [53] eduxerit. [54] [Aut certe *anima*, pro ab anima: & eſt mortis periphraſis. Quid enim eſt mors, quam ſeparatio animae a corpore?]

386. OMNIBUS UMBRA LOCIS ADERO: DABIS, IMPROBE, POENAS. Dicunt Phyſici, biothanatorum animas non recipi in originem ſuam, niſi vagantes legitimum tempus fati compleverint: quod poetae ad ſepulturam transferunt, ut VI. 329. *Centum errant annos.* Hoc ergo nunc dicit Dido: Occiſura me ante diem ſum: vaganti mihi dabis poenas: nam te perſequar, [55] [& adero quamdiu erravero] ſemper. Si autem fuero recepta in originem, poenas tuas audiam, quas videre non potero. Hic ergo [56] ſenſus eſt: ſi tempeſtatem evaſeris flammarum rogalium, umbra mea te perſequetur: [57] ſi & hanc evaſeris, vel recepta audiam famam ſuppliciorum tuorum.

388. MEDIUM SERMONEM. Propter hoc quod ſequitur: *Multa metu cunctantem, & multa* [58] *volentem Dicere:* [59] [ut ſupra 277. *Mortales viſus medio ſermone reliquit.* Sane multi DICTIS, participium, non appellationem volunt, hoc eſt, cum haec dicta eſſent.

390. LINQUENS. Multi pro derelinquens Aenean: alii pro deficiens accipi volunt, more antiquo; ſicut *delinquere* pro deficere. Caelius hiſtoriarum: *Delinquere frumentum, Sardiniam hoſtes tenere.* Tubero: *Nam delinquat, aut ſuperet aliquid tibi*, id eſt, deficiat, aut ſuperet. Gellius Annalium: *Deliquium Solis*, & *delinquionem dicit:* quod Virgilius II. Georg. 478. *Defectus Solis varios:* nam in hoc ipſo loco ſequitur.]

391. SUSCIPIUNT FAMULAE. Subaudis eam. [60] [THALAMO. Dativus caſus.

VARIORUM.

Alecto. FABRIC.

384. SEQUAR. *Sequor* alter Hamburgicus. *ignibus ardens* Sprotii.

385. ANIMA SEDUXERIT. *Animae ſubduxerit*, agno-

47 fabulas R. 48 deſunt L. Voſ. Steph. al. 49 ergo quod factum eſt Dan. ergo q. factura eſt Fabr. 50 *Abſens* autem, id eſt inferias. *atris* autem, rogalibus, id eſt nigris. quae dum dicit ignium meminit, & debuit *abſens* conjungere, ut eſſet quanquam abſens Dan. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 52 deſunt iiſdem. 53 ſeduxerit Dan. Fabr. ſubduxerit Baſil. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 55 deſunt iiſdem. 56 eſt totus ſenſus Baſil. 57 Barth. ad Stat. VIII. Theb. 734. legebat, ſi & hanc, vel inferis recepta audiet f. ſ. t. *audiet* etiam R. Dan. 58 *parantem* L. Voſ. R. Steph. al. 59 deſunt iiſdem ad ℣. 391. in fine G. Voſſius *deliquionem* legebat. 60 deſunt iiſdem ad ℣. 397.

Marmoreo referunt thalamo, ſtratiſque reponunt.
At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis avertere curas;
Multa gemens, magnoque animum labefactus amore;
Juſſa tamen Divom exſequitur, claſſemque reviſit.
Tum vero Teucri incumbunt, & litore celſas
Deducunt toto navis. Natat uncta carina:
Frondentiſque ferunt remos, & robora ſilvis

In-

SERVII.

393. AT PIUS AENEAS. Ordo eſt: at pius Aeneas juſſa divum exſequitur. Bene autem excuſat Aenean, *pium* dicendo, cum ei & gemitus dat, & oſtendit ſolatia dolenti velle praeſtare: & probat religioſum, cum deorum praeceptis paret.

395. ANIMUM LABEFACTUS. Pro animum labefactum habens. AMORE. Num Didonis, quo illa flagraret?]

397. TUM VERO TEUCRI. Regis [61] ſcilicet praeſentia: ſic in nono 73. *Tum vero incumbunt, urget praeſentia Turni.* [62] [LITORE. De litore. UNCTA. Pice delibuta.]

399. FRONDENTESQUE FERUNT. Non qui erant, ſed qui eſſe potuerant, ut inf. 536. *Quos ego ſim toties jam dedignata maritos.*

VARIORUM.

agnoviſſe Servium contendit Pierius. *anima ſubduxerit* alter Voſſianus. in Leidenſi, *ſecluſerit*. ſed Serviani codices pro recepta ſtant lectione. HEINS. *Subduxerit* Wall. *ſecluſerit* Ed. Venet. eadem varietas lib. I. 562. non dicit vero Servius eſſe hypallagen, pro animam artubus ſubduxerit, ſed legitur in eo, *eduxerit* & ita videtur ſenſiſſe codicis regii librarius, ibi enim legitur, *animas eduxerit*, litera prima *s* in *ſeduxerit* conjungens τῷ *anima*, & in margine legitur, *animas artus* pro *animam ab artubus*. ſed haec omnia acumina vana videntur, & vulgata ſatis placet. Barth. ad Statii VIII. Theb. 734. moriturae Didonis verba facit, quum nondum decreverat mori, ſed poſtea demum. BURM.

388. ABRUMPIT. *Obrumpit* Sprotianus. *abrupit* prior Hamburgicus, tertius Rottendorphius: & duo Leidenſes. *auras fugit* Latinum non eſſe confidenter adfirmat, pro lucem apertam, Harduinus. atqui ſi adſuetus eſſet ſermoni poëtico & ſciret *auras*, coelum, lumen coeli idem ſignificare ſaepe, cohibuiſſet calamum. vide quae dixi ad Gratii Cyneg. 138. & ad Noſtri Georg. II. 47. ubi *luminis auras* dixit, & quod propius accedit, III Georg. 417. *Vipera delituit, coelumque exterrita fugit.* & hoc eſt quod infr. 451. dicit, *taedet coeli convexa tueri*, & ita VII. Aen. 543. *coeli convexa per auras Alloquitur*, id eſt per aëra. ridiculum eſt etiam, quod in cubiculo, quo ſe retulit Dido, aura vitali veſceretur, ſed non *aetheria*, ut lib. I. 546. quod in *vitali* callide mutavit, & *auram* dici de illo ſive aëre, ſive ſpiritu, qui penetrat in cubiculum, & ſpirare facit homines diu probandum erat. ſic cum *naribus captant auras bucula coelum ſuſpicit*, I. Georg. 376. *& equae exceptant*, III. Georg. 274. quod idem eſt, *quod coeli ſpirabile lumen* lib. III. 600. *& coeli auras* ſaepius dixit. ſed taedet plura congerere. BURM.

390 PARANTEM. *Volentem* Mediceus. HEINS. Ita Wittian. Francian. & ſex alii, & ſupr. ℣. 238. pro *parabat*, *volebat* etiam in Mſ. & in Serv. nota ad ℣. 388. hic *volentem* legitur. *cuncta metu* Excerpta noſtra. *metu ſectantem* Wall. a m. pr.

392. MARMOREO. Primus Moretanus, *marmoreum thalamum referunt*, pro in thalamum. HEINS. Et ita Excerpta noſtra.

393. DOLENTEM. *Dolorem* prior Hamburgicus, Oudartii & Hugenian. ſic apud Lucan. VII. 190. pro *animumque dolentem corripit*, alii codices habent, *animique dolorem*. & ita ſaepe apud Naſonem. vid. ad Remed. 510. mox, *avertere* tertius Mentelii.

395. MUL-

61 deeſt iisdem. 62 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Infabricata, fugae ſtudio.
Migrantis cernas, totaque ex urbe ruentis:
Ac veluti ingentem formicae farris acervum
Quum populant, hiemis memores, tectoque reponunt:

It

SERVII.

400. FUGAE STUDIO. Celeris profectionis, ut III. Georg. 201. *Ille volans ſimul arva fuga, ſimul aequora verrit.* [61] [INFABRICATA. Bene expreſſa eſt feſtinatio navigare cupientum.]

401. CERNAS. Honeſta figura, ſi rem tertiae perſonae in ſecundam referas; hoc eſt, *ſi quis cernat.*

402. FORMICAE. Ad ſtudium reſpicit comparatio hoc loco, non ad perſonas: & notandum cautelam exprimi per hanc comparationem. Horatius I. Sat. I. 33. *Parvula nam exemplo eſt magni formica laboris.* Juvenalis VI. 361. *Formica tandem quidam expavere magiſtra.* Sane *formica*, dicta eſt ab eo, quod ore micas ferat: [64] [vel aliquo modo a Graecis derivatum eſt, quam vocant μύρμηκα.] De qua fabula talis eſt: In Attica regione quaedam puella Myrmix nomine fuit, Minervae ob caſtimoniam & ſolertiam dilecta, quae poſtea hoc modo Minervae in ſe odium concitavit: namque cum vidiſſet Minerva Cererem ſegetes inveniſſe, volens ipſa oſtendere Atticis, quo expeditius ſegetes parerent, aratrum dicitur inveniſſe, quod cum manu ageret, & Myrmix ei adhaereret, auſa eſt occulte aratri ſtivam ſubripere, & apud homines ſe jactare, infructuoſum eſſe Cereris munus, niſi ſuo uterentur invento, quo terra aratro reſoluta expeditius ederet fructus: quod cum proditum aegre tuliſſet Minerva, Myrmicem illam virginem in formicam convertit, eamque, ut proditricem, adverſam frumentis, quae ſemper inſequitur & ſubripit, eſſe praecepit: quae res cum Jovi miſerationem moviſſet, excogitavit quemadmodum formicae honorem daret: nam cum [65] Aeacum, filium ſuum ex Aegina ſuſceptum, Theſſalis imponeret regem, & agros ipſos videret hominibus indigere, formicas colligi in unum juſſit, eaſque in homines commutavit: unde Myrmidones appellati ſunt.] FARRIS. Solum nomen eſt, quod *r* geminet in genitivo. Monadicon eſt ergo; ſicut *Sol.* Item *cor cordis*, ſolum in *dis* mittit genitivum. Item, [66] geminat *as*, *aſſis*, & haec carent exemplis.

403. CUM POPULANT. Antique dixit: nam hoc verbum apud veteres activum fuit, nunc [67] tantum deponens eſt. [68] [Et bene rei parvae per metaphoram ſublimitatem dedit, ut non videatur de formicis, ſed de exercitu loqui. HYEMIS MEMORES. Hoc eſt, caute, in adventum hyemis.] Horatius I. Sat. I. 36. *Qui, ſimul inverſum contriſtat aquarius annum, Non uſquam* [69] *prorepit.* [70] [TECTO. Ὑπὸ tecto, id eſt, cavernis.]

VARIORUM.

395. MULTA. Deeſt hic verſus Parrhaſ.

396. EXSEQUITUR. *Sequitur* Wallian. Wittian. & a ſecunda manu Francianus. *claſſemque* Sprotianus.

398. TOTO. *Tuto* Vratiſlavienſis.

399. REMOS. *Ramos* Leidenſis & prior Hamburgicus. etiam Moretanus primus pro diverſa lectione. ut libr. III. 25.

Ramis tegerem ut frondentibus aras.

ſed nil mutandum. Claud. III. Laud. Stil. 324.

Rudibus fagis texuntur & ornis
Frondentes caveae.

frondentes tonſas more Virgiliano dixerat Valer. Flac. VIII. 287.

Ille autem intorquens tonſis frondentibus undas.

ſic enim ſcribendum, non *truncis frondentibus.* HEINS. *Ramos* Vratiſlavienſis & Witt. Wall. a prima manu, etiam Francianus. vide ad Valer. Flac. VIII. 287. ita apud Senec. Oedip. 455.

Vivaces ederas ramus tenet.

in codice Trajectino pro *remus*, cum gloſſa, id eſt *arbor.* Statius magna loqui amans Argonautarum remos, *trabes* vocat V. Theb. 422. BURM.

400. FUGAE STUDIO. Deſunt haec primo Rottendorphio a manu ſecunda.

402. AC VELUTI. *Velut* Scholiaſtes Horatii Crucquianus. lib. II. Od. 2. & Scholiaſtes Mſ.

Ju-

63 deſunt iidem. 64 deſunt Dan. ad *de qua.* ſeu L. Voſ. R. Steph. al. ad *Farris.* priora habent Fabr. al. 65 Jacum Dan. 66 *ſ. geminata aſſis* Dan. 67 deeſt Baſil. 68 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 69 *proripit* L. Voſ. Steph. 70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

It nigrum campis agmen, praedamque per herbas
Convectant calle anguſto: pars grandia trudunt
Obnixae frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Caſtigantque moras: opere omnis ſemita fervet.
Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia ſenſus?

Quoſ-

SERVII.

404. IT NIGRUM CAMPIS AGMEN. [71] [Ut ſup. 130. *It portis jubare exorto delecta juventus.*] Hemiſtichium Ennii de elephantis dictum, [72] quo ante Accius eſt uſus de Indis.

405. CALLE ANGUSTO. *Callis*, eſt ſemita [73] tenuior, callo pecorum praedurata: [74] [unde & *callum*, & *callidos* dicimus.] *Semita*, eſt ſemis via: unde & ſemita dicta eſt. *Via*, eſt, *actus* dimidius: qua poteſt ire vehiculum: nam *actus* duo [75] carpenta capit, propter euntium & venientium vehiculorum occurſum. GRANDIA TRUDUNT. Quae portare non poſſunt.

407. MORAS. Tardas, morantes: [76] [quia ſolent reſiſtere. SEMITA FERVET. Aptum verbum feſtinationi; ut e contrario *frigidum*, tardum.

408. QUIS TIBI TUNC, DIDO, CERNENTI. Totum hoc magna proſphoneſi dictum eſt: plus enim eſt in re, quam in verbis: quamvis enim totum dictum non ſit; tamen & cogitatur & capitur ab auditore: haec eſt enim magna emphaſis, quae perpetuam perſonam complectitur. Terentius Adelp. IV. v. 31. *Quid illi tandem credis fore animi miſero, qui cum illa conſuevit?*]

VARIORUM.

Juvenalis Sat. VI. 360. *velut* etiam Mediceus, Gudianus, duo Voſſiani, totidem Rottendorphii & Sprotianus. HEINS. *Velut* Wittian. vid. infr. ℣. 441. *acervom* Gudianus. de hac comparatione, quae ipſi non placet, agit operoſe Steph. Diſſ. de Criticis, pag. 115. & ſeqq. ſed Quinctil. v. de Inſt. Orat. XI. etiam ad exempla, quibus orator uti debet, addit: *ſi ad curam reipl. horteris, oſtendas apes etiam & formicas, non modo muta animalia, ſed etiam parva, in commune tamen laborare.* & quem puduit ab animalibus ſedulis exempla petere? licet puerilis comparatio videatur Harduino. vid. ad lib. I. Aen. 430. ipſe Salomo ſapientiſſimus Regum ad formicas deſides & pigros ablegat, ut earum induſtriam imitentur, Proverb. VI. 6. & *exemplum magni laboris parvam formicam* eſſe ait I. Sat. I. 33. Horatius. BURM.

403. QUUM POPULANT. Ita omnes noſtri. vid. ad lib. I. 527. & Lucan. II. 445. & Liv. XXI. 45. Lactantius tamen de ira Dei cap. VII. *comportant* habet. *Populant* ſoloecum pronuntiat Harduinus, quem quid ſoloecum ſit ignorare, quovis pignore contendam, quum in uno verbo ſoloeciſmum committi neget Quinctilius lib. I. cap. 5. & Gell. v. 20. Auctor ad Heren. IV. 12. & quis non Grammaticorum. quum vero jungat Noſter *acervum* verbo ſuo, ut & I. Georg. 185. oſtendendum erat hoc eſſe ſoloecum, quod nemo ſani cerebri dixerit. ſed *populant* pro *populantur* recte, ut & alii, dixit Maro. BURM.

404. IT. *Et* Sprotii. *nigris campum* Excerpta noſtra a manu prima.

Ibid. PER HERBAS. *Per herbam* apud Nonium in *calle.* ſed male, & contra ſcriptos codices. HEINS. *Per herbam* Leidenſis unus. *convectare* proprium verbum de raptis, ut lib. X. 749. & Stat. I. Theb. 162. *convectat* Wittian. BURM.

405. CALLE. *Collo* Leidenſis unus.

406. OBNIXAE. *Obnixe* alii.

407. CASTIGANTQUE MORAS. *Caſtigantque moras operae: omnis.* Mediceus & Florentina Juntarum Editio. HEINS. Sed illa *moras, operae omnis*, ut & Ald. pr.

408. QUIS TIBI. *Quae tibi* contra fidem veterum membranarum legebatur. Donatus in Adelph. Terent. Act. IV. Sc. 5. *Quis tibi nunc.* ſed *quis tibi tum* uterque Mentelianus, Gudianus, primus &

71 deſunt iiſdem. 72 quod antea R. Elephantis, quod ante dictum Accius Baſil. Actius Steph. Acilius Dan. Cl. Ryckius adſcripſerat, forte, *Caecilius*, qui Ennii fuit aequalis; nam Attius & Atilius Ennio poſteriores ſunt. *Accius* G. Voſſius. 73 tonſior Dan. quod vitium operarum fideliter expreſſerunt Commel. & Emmen. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 75 deeſt L. R. Baſil. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 409.

Quoſve dabas gemitus, quum litora fervere late
Proſpiceres arce ex ſumma, totumque videres
Miſceri ante oculos tantis clamoribus aequor?
Inprobe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lacrimas, iterum tentare precando
Cogitur: & ſupplex animos ſubmittere amori:

Ne

SERVII.

409. Fervere late. [77] Infinitus hic a tertia eſt conjugatione, id eſt, a *fervo fervis*: [78] nam ſecundae conjugationis verba, perdito *e*, quod habent ante *o*, in tertiam migrant: ut *ferveo*, *fervo*; *fulgeo*, *fulgo*. Hinc eſt viii. 677. *Fervere Leucaten: auroque effulgere fluctus.* Sic etiam Horatius i. Ep. xiii. 19. *Vade, vale, cave ne titubes, mandataque frangas.* Nam *cave*, *ve* longa eſt; nec vocalis ſequitur, ut [79] in Bucolico iii. 79. *Vale, vale, inquit, Iola.* Sed dicimus [80] a tertia conjugatione eſſe [81] imperativum, ut *cavo cavis*. Hinc etiam Catullus *cavere* dixit.

410. Arce ex summa. [82] Regium enim fuit habitare in arcibus propter tutelam. Denique Romae Valerius cum in Eſquiliis domum haberet altiſſimam, invidiae cauſa [83] eam complanavit: Item Auguſtus poſt Actiacum bellum Palatium, ex ſuo praecepto aedificatum, cum eſſet domus privata, donavit reipublicae.

411. Tantis clamoribus. Nautarum ſcilicet [84] [vocibus. Miſceri. Pro repleri, aut commoveri.]

412. Improbe amor. Exclamatio [85] poëtae contra amorem: & hoc eſt quod Horatius dicit Art. Poët. 45. *Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis auctor.* [86] Tale eſt & illud in tertio 56. *Auri ſacra fames*: id eſt, cupiditas: nam & illic amoris eſt increpatio, qui ſecundum philoſophos omnium generalis eſt rerum. Hinc eſt, quod apud inferos [87] Eriphyle inter amantes commemoretur, quae monile concupierat.

413. Ire iterum in lachrymas. Hinc eſt amoris improbitas, quae cogit lachrymis rogare dudum ſuperbam. Eſt autem ſpecioſa eloquutio: *Pergit in lachrymas.* Precando. Cantando. [88] [In hoc] modo *do* naturaliter brevis eſt; ſic Terentianus: *Ut vitae dubius varios renovando dolores.* Plerumque tamen a Virgilio producitur, ut ii. Ecl. 25. *Cantando tu illum?* Item viii. Ecl. 71. *Cantando rumpitur anguis.*

414. Summittere amori animos. [89] [Quidam pro iras accipiunt: ut *animoſus* dicitur pro *iracundus*: &: *Supplex animos ſummittere amori*, id eſt, ſupplices preces adhibere, quae erat amore victa: *Summittere autem amori*,] ac ſi diceret, non Aeneae: aut certe Aeneam amorem vocavit; [90] [ubique tamen ſubaudiendum, *cogitur*.]

VARIORUM.

& ſecundus & quartus Moretani, cum Scheffeorio, Montalbanio, & altero Hamburgico. HEINS. *Quae tibi* erat in Ed. D. Heinſii, ad quam videtur Nicolaus Abramus notas ſuas concinnaſſe. in nulla alia editione reperi. *Tibi tum* Reg. & Parrhaſ. *dum* Menag. *nunc* placeret magis mihi, quia centies pro eo *tunc* librarios dediſſe animadverti. vid. ad Ovid. xviii. Ep. 95. Lucan. i. 217. viii. 41. & paſſim BURM.

410. Ex summa. *Et ſumma* Medic. a m. pr. *aſpi-*

77 infinitivus L. 78 deeſt Dan. 79 ut in Virgilio Dan. ut in Bucolico Virgilius Fabr. al. 80 tertiae eſſe conjugationis Dan. Fabr. 81 imperativi Baſil. imperativus ultima brevi apud multos occurrit vid. Heinſ. ad Ovid. ii. Art. Am. 531. ſed *cavere* apud Catullum non reperi, niſi velis *cave*, quod bis terve occurrit, intelligere. unde Scaliger *Tibullum* legit, apud quem i. El. iv. 67. *caverem* intruſit, pro *canerem*, quod vindicavit Brouckhuſius. BURM. 82 regum L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 83 eam diruit, & in plano aedificavit Baſil. cauſſam, eam diruit & complanavit Fabr. 84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 85 a Poeta L. Voſ. R. Steph. 86 quanquam de ordine artificiali & naturali ab Horatio in Arte Poetica dictum ſit. Tale &c. Fabr. al. 87 Eriphyla Steph. Baſil. Eri filia L. Eryfila Voſ. R. Eriphula Dan. 88 deſunt Dan. illud *cantando* etiam pertinet ad finem notae. 89 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 90 deſunt iiſdem.

Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat.
Anna, vides toto properari litore circum:
Undique convenere: vocat jam carbaſus auras:
Puppibus & laeti nautae inpoſuere coronas.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,

Et

SERVII.

415. NEQUID INEXPERTUM FRUSTRA. Rogabat, [91] inquit, non ſpe impetrandi; ſed ne eſſet, quod ſibi poſſit imputare, ſi non rogaſſet; quanquam fruſtra rogaret [92] [id eſt, ne derelinqueret medium aliquod intemptatum: & hoc *fruſtra*, quia moritura erat. Terentius Andr. II. I. II. *Omnia experiri certum eſt, priuſquam pereo.*] Et *fruſtra* ex judicio poëtae dictum eſt. Sic Salluſtius Jugurt. I. *Falſo queritur de natura ſua genus humanum:* ut ſupra Horat. Art. Poët. 45. *Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis auctor.*

416. [93] [ANNA. Prope invidioſe: quia ipſa nuptias ſuas ſuaſerat. VIDES. Quaſi diceret: ipſa tibi crede. & eſt major vis adfirmantis, cum dicit *vides*; petitio autem haec etiam deliberationis modum a quibuſdam putatur tenere. PROPERARI LITTORE CIRCUM. Utrum circumſpicis, an circum totum litus? & eſt ordo: *Anna, i ſoror, atque hoſtem ſupplex adfare ſuperbum.*] [94] *Circum*, non eſt praepoſitio, ſed adverbium loci, nam poſtpoſita praepoſitio & accentum mutavit, & ſuas perdidit vires. *Properari* autem, imperſonale eſt.

417. [95] [UNDIQUE. Bene non addidit *qui*; ſed intelligitur.]

418. ET LAETI NAUTAE. Id eſt, aut minime timentes: [96] [aut adeo non neceſſitate, nec juſſu abeant, ſed volentes: & hoc ad ſpem retinendi, aut ad indignationem commovendam dictum eſt. Et ſicut ſupra prope ad invidiam Annae loquitur, ut eſt alibi inf. 548. *Tu prima furentem. His germana malis:* Probus ſane ſic adnotavit: *Si hunc verſum omitteret, melius feciſſet.* CORONAS. Multi funium coronas accipi volunt, qui ſolent, quotiens navigatur, in modum coronarum componi: nam fugientes quemadmodum naves coronabant?]

419. SI POTUI. Autem, pro ſi potuiſſem: & ſic dictum eſt, ut VI. 105. *Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.* Ac ſi diceret: nihil mihi novum contigit. SPERARE DOLOREM. Pro timere: & eſt Acyrologia, [97] [ſuperflua dictio:] nam *ſperamus bona; timemus adverſa.* Hoc autem: Si ſcirem abiturum Aenean, non tantum diligerem: ſi non dilexiſſem, minus dolerem.

VARIORUM.

aſpiceres Parrhaſ. *vaſtumque videres*, & mox, *vaſtis clamoribus* Wallian.

411. MISCERI. Quid ſit aequor miſceri clamoribus rogat Harduinus, & per Hypallagen dici poſſe pro clamores miſceri aequore toto; ſed & ipſum aequor, ſive murmur illud & ſonitus undarum miſcetur clamoribus nauticis: non diſſimili ratione Lucan. I. 578. *quanto clamore cohortes Miſcentur*, & hoc Poëtis familiare in magno tumultu, ut mixta loca, homines, & clamores promiſcue dicant: ſic idem Lucan. III. 540. *innumerae vaſto miſcenter in aethere voces.* potuiſſet dicere, aethera miſceri vocibus. Noſter I. Aen. 124. *magno miſceri murmure pontum.* ut ita & *coelum* ſupr. h. l. 160. lib. IV. 298. *miſcentur moenia luctu.* & ita paſſim. ſic ſocii Aeneae diſcurſibus, clamoribus, parandis omnia ad iter miſcent aequor, & omnia implent tumultu. BURM.

412. PECTORA. *Corpora*, Wall. a m. pr.

414. ANIMOS. *Animum* Rottend. pr. Zulich. Parrh. Dorvill. Venet. Wall. Witt. & Ed. Venet. & Mediol. ſed recte Servius *animos* pro iras capit. Propert. II. IV. 18.

Parce tuis animis, vita, nocere tibi.

ſaepe in hac voce numerum mutarunt librarii, quia de uno homine rectius *animum* putarent dici. vid. ad Phaedr. II. Fab. 2. & Waſſ. ad Sall. fragm. p. 286. mox, *nec quid* Wall. BURM.

416. LITORE CIRCUM. Tollunt diſtinctionem poſt *circum* Menagii prior, Gudianus & alter Mentelii, Leidenſis unus & alii. & ex ſimili codice forte hauſit ſua Cl. Markl. ad Stat. II. Silv. V. 13. qui conjungit, *Circumundique*, & diſtinguit poſt *litore*, non male. Mentelius prior, Montalbanius

&

91 deeſt iiſdem. 92 deſunt iiſdem. 93 deſunt iiſdem. 94 *circum litu:* nam &c. iidem. 95 deſunt iiſdem. non addit, quia intelligitur Dan. ſed G. Voſſ. legit, quia int. 96 deſunt iiſdem ad ŷ. 419. 97 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Et perferre, ſoror, potero. Miſerae hoc tamen unum
Exſequere, Anna, mihi. Solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus:
Sola viri mollis aditus, & tempora noras.
I, ſoror, atque hoſtem ſupplex adfare ſuperbum:
Non ego cum Danais Trojanam exſcindere gentem

Au-

SERVII.

420. [98] [Hoc TAMEN UNUM. Vel hoc ſolum.]

421. MIHI EXSEQUERE. Pro me exſequere, [99] [id eſt, pro mea cauſa.]

422. COLERE. Pro colebat, [1] [vel colit,] infinitus pro indicativo. [2] [CREDERE. Credit vel credebat, id eſt, committebat.]

423. MOLLES ADITUS. Faciles, ut ſupr. 293. *Et quae molliſſima fandi Tempora.*

424. [3] [ATQUE. Conjunctio complexiva eſt, & disjunctiva, cum dicimus: [4] *Aliter atque debuit fecit*: eſt & expletiva I. Georg. 203. *Atque illum in praeceps prono trahit alveus amni.*] HOSTEM SUPERBUM. Poſtquam ex aperto denegavit ſe Carthagini eſſe manſurum: [5] [& reddit cauſas, ob quas ſuppliciter adloquatur, quod & *hoſtis* & *ſuperbus*; quaſi dicat, aequo animo patiamur nos ſupplices eſſe, quoniam incidimus [6] in hoſtem ſuperbum. Nonnulli autem juxta veteres *hoſtem* pro hoſpite dictum accipiunt. Plautus in Curculione I. I. 5. *Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies.* Idem in Ciſtellaria (Aſinar. IIII. 20.) *Datum eſt hoſtimentum; opera pro pecunia.* Nec enim vere *hoſtem* diceret; quem revocare cupiebat: ipſa enim ait ſupr. 323. *Hoſpes, Hoc ſolum nomen quoniam de conjuge reſtat.* Herodotus IX. II. Perſas, qui erant Graecorum hoſtes, ξένους a Lacedaemoniis appellatos refert. Inde noſtri, *hoſtes*, pro *hoſpitibus* dixerunt: nam inimici *perduelles* dicebantur.]

425. [7] [NON EGO CUM DANAIS. Senſus illi contrarius III. 602. *Scio me Danais e claſſibus unum.*]

VARIORUM.

& Zulichemius poſt *circum* habent notam interrogationis. *litore curſu* Parrhaſ. BURM.

418. INPOSUERE. *Poſuere* Wall. repetitur hic verſus ex I. Georg. 304. quia vero ſervati ex undis erant, coronant jure naves.

419. POTUI TANTUM. *Tantum potui* Leidenſis unus, ſecundus Rottendorphius, Venetus, & Parrhaſ. *ſpectare dolorem* Stephanus de Latinitate Lipſii pag. 469. ſed aliter Donatus ad Terent. Phorm. II. I. 5. & 20. de *dolore* vid. ad lib. I. 25. BURM.

420. Hoc. Deeſt Menagiano alteri.

421. SOLAM NAM. *Nam ſolam* Dorvil.

422. ARCANOS. *Arcanas e. d. c. mentes* Parrhaſ.

423. ET TEMPORA. *Ut tempora* Wittian. *molles* aditus recte Servius explicat. nam & Quinctil. Declam. IX. 2. *Qui dum tempus oportunum, faciles aditus capto*, & cap. III. *quoſdam molliores aditus tentavit.* BURM.

425. EXSCINDERE. *Excidere* legitur apud Scholiaſten Horatianum Crucquii lib. I. Od. 15. Scholiaſtes Statii VII. Th. 332. vulgatam agnoſcit. *Excidere* etiam primus Moretanus exhibet, & tertius Rottendorphii cum Veneto. ſic lib. VI. 554. *Excidere ferro* in membranis, & lib. VII. 316. *populos excidere.* HEINS. *Excidere* Zulichemus. *aſcindere* Oudartii. *incendere* alter Hamburgicus. *excindere* Regius & Parrhaſ. & Edd. multae. *excingere* Wall. ſed corr. *excindere*. vid. ad lib. V. Aen. 637. BURM.

426. CLAS-

98 deſunt iisdem. 99 deſunt iisdem. 1 deſunt iisdem. 2 deſunt iisdem. 3 deſunt iisdem. 4 *aliter atque aliter debuit* Dan. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 6 deeſt praepoſitio Dan. & omittunt ſaepe ſcriptores, ut jam obſervarunt Muncker. ad Ovid. Argum. I. Met. Fab. 10. & XIV. Fab. I. & Arntzen. ad Aur. Vict. Epit. II. §. 6. ſic Cicero III. ad Fam. 9. Mſ. *tum ipſum diſceſſum ſenatus, incidiſſe credo meas literas*, ubi alii *in* addiderunt. Quinctil. Decl. CCCXXXIII. *Qui non calumniae genus poſſit incidere.* & ibi *in* addi volunt Interpretes contra codices. & ita in Servio Danielis ad V. Aen. 118. *inſidias incidit.* ubi alii *in* addidere. ceterum haec locutio *incidere in hoſtem*, eſt ambigua, vel ſignificat, forte obvium fieri, occurrere, vel etiam impetum in hoſtem facere, ut oſtendit Cl. Drakenb. ad Livii lib. VIII. cap. VIII. §. 13. ubi alii *incedere* malunt, ſic & lib. XXVII. 13. *incidentibus vobis in vallum pertaſque.* BURM. 7 deſunt Dan. ſed L. Voſ. R. Steph al. ỽ. 426. legunt poſt *caperetur*, & eſt ſenſus, illud ſpectans *ſcio* &c.

Aulide juravi, claſſemve ad Pergama miſi:
Nec patris Anchiſae cinerem maniſve revelli.
Cur mea dicta negat duras demittere in auris?
Quo ruit? extremum hoc miſerae det munus amanti:
Exſpectet facilemque fugam, ventoſque ferentis.
Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro;

Nec

SERVII.

426. AULIDE JURAVI. *Aulis*, inſula eſt, [8] [vel portus, in Aegeo mari,] in qua conjurarunt Graeci ſe non ante reverſuros [9] [ad patriam,] quam Troja caperetur. [*Aulide* autem, aut in Aulide; aut pro Aulide.] [AD PERGAMA. In Pergama, id eſt, contra Pergama.

427. ANCHISAE CINERES, MANESVE REVELLI. [10] [Ad hoc,] quod dicitur ex oraculo feciſſe Diomedes, & ſecum ejus oſſa portaſſe: quae poſtea reddidit [11] Aeneae, cum multa adverſa perferret. Hinc eſt v. 80. *Salvete recepti Nequidquam cineres.* Sciendum ſane, Varronem dicere, Diomedem eruta Anchiſae oſſa filio reddidiſſe: Catonem autem adfirmare, quod Anchiſes ad Italiam [12] venerit. Tanta eſt inter ipſos varietas, & hiſtoriarum confuſio. REVELLI. Non *revulſi*: nam *velli* & *revelli* dicimus; *vulſus* vero & *revulſus*, uſurpatum eſt tantum in participiis, contra naturam.

428. [13] [CUR MEA DICTA NEGAT. Non interrogat, ſed queritur. Quidam *revelli* jungunt; ita ut ſequatur: *Cur mea dicta negat.*]

429. QUO RUIT. Properat, ſine reſpectu ſalutis: nam hoc [14] dicit, quod peto, etiam ipſi prodeſt, amoris ſcilicet impatientia. [15] [EXTREMUM HOC MISERAE DET MUNUS AMANTI. A qualitate beneficii dictum.

430. FACILEMQUE FUGAM. Permanet in eodem ſenſu, ut dicat petitionem ſuam etiam Aeneae prodeſſe] FERENTES. Bene flantes, propitios, [16] [proſperos.

431. ANTIQUUM. Aut primum, aut carum, ut, *Nihil antiquius habuit*, dicimus: aut antiquatum & irritum.] QUOD PRODIDIT. Quod decepit. Et bene: ad [17] diſruptionem enim conjugii immutata voluntas ſufficit. [18] [Quidam *prodidit*, pro perdidit accipiunt, ut I. 252. *Unius ob iram Prodimur.*]

VARIORUM.

426. CLASSEMQUE. *Claſſemve* ſcripti. niſi quod in Sprotiano & hoc loco & ſaepe alias, *claſſimve.* dictum Aeneid. III. 5. HEINS.

427. REVELLI. Servius *revelli.* & ita ſaepe Cicero & Naſo, de quo nos curis ſecundis ad Epiſt. VI. 104. *cinerem* etiam malo cum Mediceo, ut ſupra,

Id cinerem aut manes credis curare ſepultos.

confirmat & Sprotianus & Menagianus alter, & primus Moretanus. quamquam aliter apud Diomedem Grammaticum legas. HEINS.

428. NEGAT. *Negat* Mediceus a manu prima, non *negat.* & ſic quoque tertius Rottendorphius. HEINS. *Dimittere* ſcripti nonnulli & Editio Ald. Juntina & aliae. *inmittere* Wallian. cum gloſſa. *admittere ad aures* alter Hamburgicus.

429. QUO RUIT. *Quo ſtruit* alter Hamburgicus.

430. VENTOSQUE FERENTIS. Hoc Latinum vix eſſe putat, & dictum barbare, licet & poſſit eſſe Gallicismus, Harduinus ad h. l. & III. 473. & ita non falſum hunc Aeneidos fabricatorem, ſed plures alios, qui hoc locutionis genere uſi ſunt, damnat. ſed vide hic Taubmannum, Gruter. ad Senec. de Vita beata cap. XXII. Barth. ad Stat. III. Theb. 25. & Serv. ad lib. VII. Aen. 27. ubi *ferre* dici cum flant, *ponere* quum quieſcunt, notat. jam vero eſſe ellipſim, ut ventus ferat vectores, vel ipſam navem, apparet ex Livii lib. XXXVI. 16. *Secundus ventus ad ipſam urbem ferebat eas.* BURM.

431. CON-

8 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 10 deſunt iiſdem. ad hoc autem Dan. 11 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 12 venit iiſdem. 13 deſunt iiſdem. 14 dicitur Voſ. Steph. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Ferentes* ℣. 430. 16 deeſt iiſdem, ad *quod* ℣. 431. 17 direptionem L. Voſ. R. diruptionem Steph. Baſil. 18 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Nec pulchro ut Latió careat, regnumque relinquat.
Tempus inane peto, requiem ſpatiumque furori;
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam: (miſerere ſororis:)
Quam mihi quum dederis cumulatam, morte remittam.

Ta-

SERVII.

432. PULCHRO UT LATIO CAREAT. Quod illi pulchrum videtur. Sic etiam eſt illud II. Ecl. 28. *O tantum libeat mecum tibi ſordida rura:* quae tibi ſic videntur. [19] [RELINQUAT. Negligat.]

433. TEMPUS INANE PETO. Id eſt, [20] [ſine matrimonio,] ſine officio coëundi: nam ſine beneficio, non procedit; cum ſpatium petat & requiem. [21] [Aut quaſi non magnam rem: vel quo vacuus & otioſus eſt, cum illi tempus inane eſt. REQUIEM SPATIUMQUE FURORI. Ut poſſim habere ſpatium, quo amori finem imponam.]

434. DUM MEA ME VICTAM &c. *Mea fortuna*, id eſt, adverſa, ut VI. 62. *Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecuta.* Ex [22] eo ſtatu, in quo eſt, *fortunam* dix.` DOCEAT autem DOLERE, illud eſt: quia non habet in adverſis patientiam, niſi qui dolere conſuevit. Hoc ergo petit, ut ei praeſtetur tempus, per quod diſcat adverſa perferre.

435. ORO VENIAM. Beneficium: [23] [juxta morem antiquum,] ut I. 519. *Orantes veniam.* [24] [Terentius in Hecyra IV. II. 29. *Mi gnate, da veniam hanc mihi, redue illam.*] MISERERE SORORIS. Genitivum tantum regit.

436. QUAM MIHI CUM DEDERIS CUMULATAM MORTE [25] RELINQUAM. Senſus eſt: Quod beneficium cum mihi cumulatum dederis, ſola morte derelinquam: & [26] hic intellectus eſt [27] melior, *quam mihi cum dederis cumulatam*: quod ſorori loquitur: quam lectionem Tucca & [28] Varus probant: nam male quidam legunt: *Quam mihi cum dederit*, id eſt, Aeneas, *cumulata morte relinquam:* & volunt intelligi, acceptum ab illo beneficium [29] mea morte cumulabo, & ſic relinquam: ut amantes dicere conſueverunt, ut [30] [VIII. Ecl. 59.] *Praeceps aërii ſpecula de montis in undas Deferar. Extremum hoc munus morientis habeto.* Nam, ſi eam odio habet Aeneas, reſtat, ut ejus morte laetetur. [31] [Hoc ſorori quoque poteſt dicere, quae credit eam ex amore concitatam id loqui, nec tamen facere;] ſed [32] eloquutio non procedit: nemo enim dicit *veniam cumulata*, ſed *cumulatam.* [33] [Alii ita intelligunt: reddam illi gratiam, occidam illum: nam ait infr. 600. *Non potui abreptum divellere corpus?* Sed hoc totum ſorori dedit. An perplexe loquuta eſt, ut ſolent loqui mali aliquid molientes? *Cumulatam* autem *veniam*, numquid ſolidam & plenam, & cui nihil deſit, debemus accipere?

VARIORUM.

431. CONJUGIUM. *Connubium* tertius Rottendorphius. HEINS. *Non ego conj.* primus Rottendorphius. a manu ſecunda. vid. v. 194. *quod perdidit* Sprotianus, & Pugetianus. & Barth. ad Stat. VIII. 276. hic *prodere* pro perdere explicat. ſed ut editur citat Lutatius ad Stat. II. Theb. 340. ineptam Harduini cenſuram, quod antiquum vocet conjugium adeo recens, reperias infr. ad ỿ. 458. BURM.

432. UT LATIO. *Aut* Hugenianus & Zulichemius a manu prima. *regnumve* Gudianus a ſecunda.

433. TEMPUS INANE. Quo nihil agatur de conjugio noſtro, ſed quo dediſcam furere, & inſaniter amare. recte etiam Servius explicat ſine officio coëundi, ut interim non congrediatur cum

Di-

19 deſunt iiſdem. 20 deſunt iiſdem. & eſt ortum ex gloſſa, & interpretatione vocis *officii*, quae ſequitur. quia in Matrimonio non locus eſt libidinis aut voluptatis, ſed *officio*. unde haec vox ita ſolet ſumi. ut Ovid. II. Art. 687.

Quae datur officio, non eſt mihi grata voluptas,
Officium faciat nulla puella mihi.

plura dicemus ad Claudian. II. in Eutrop. 367. BURM. 21 deſunt iiſdem. 22 deeſt iiſdem. 23 deſunt iiſdem. 24 deſunt iiſdem. 25 REMITTAM. L. Voſ. R. Steph. 26 hinc Dan. 27 melior quod ſorori loquitur: nam male Dan. omiſſis mediis. Fabr. tantum omittit, *quam mihi* &c. 28 Varro L. R. 29 deeſt L. R. Voſ. Steph. al. 30 deeſt iiſdem. 31 deſunt iiſdem. 32 deeſt iiſdem. 33 deſunt iiſdem. ad ỿ. 438.

Digitized by Google

Talibus orabat, taliſque miſerrima fletus
Fertque refertque ſoror: ſed nullis ille movetur
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit.
Fata obſtant, placidaſque viri Deus obſtruit auris.

Ac

SERVII.

437. TALIBUS ORABAT. Aut ſimpliciter accipiendum, loquebatur: aut *orabat*, ideo, quoniam preces inmixtae erant: aliter IIII. Aen. 205. *Multa Jovem manibus ſupplex oraſſe ſupinis.* Alibi pro oravit. X. 96. *Talibus orabat Juno.* FLETUS. Pro verbis, id eſt, verba [14] flebilia.]

438. FERTQUE REFERTQUE. Non ab Aenea, qui nihil dicit: ſed a Didone fert & refert, id eſt, iterum portat: [35] [nam ſubjunxit: *Sed nullis ille movetur Fletibus:* mire autem *fletibus* repetit.]

339. VOCES ULLAS TRACTABILIS AUDIT. Cur mitis, [16] [& placidus, & tractabilis] non audit? Quaſi mirum eſt: [17] excuſat dicendo: *Fata obſtant, placidaſque viri deus obſtruit aures,* [18] [aut certe *voces tractabilis* accipe; aut alias *tractabilis.*

440. FATA OBSTANT. Excuſat Aeneam, cum eum, ne ingratus videatur, non duritia mentis facit immobilem; ſed voluntate divina.] DEUS. Jupiter ſcilicet: unde & ſupra Dido ait: *Saturnius:* [39] vel certe Mercurius. OBSTRUIT. Obcludit, ἐμφατικῶς.]

VARIORUM.

Didone, ut antea furore impulſa in ſpelunca ſe Aeneae ſubſtravit. eo ſenſu Marcia Catonis *foedera illibata* repetens, dicit, *da tantum nomen inane Connubii*, apud Lucan. II. 342. vel ſi quis honeſtius quid Didonem voluiſſe petere velit, *inane* etiam poteſt ſine fructu explicare: ut dicat, quia ſcio, etiam ſi tempus mihi aliquod detur, nihil me profecturam, aut illum ad amorem iterum poſſe redire, ut ſupr. ℣. 218. *fama inanis*, & ſimilia. vid. ad Valer. Flac. III. 657. *furoris* alter Mentel. a m. pr. ita ſemper fere variant ſcripti. ſed dativum praefero. vid. ad Ovid. VI. Met. 82. & VII. 812. & ſaepe alibi. adde quae Cl. Drakenb. notat ad Livii I. 30. & VIII. 25. BURM.

434. DOLERE. *Dolore* Sprotii, alter Menagii, Regius tertius, Mentelii & Zulichemius a manu prima, Mediceus, & Rottendorphius primus, a ſecunda Gudianus & Editio Juntina. ſed male. recte Servius. idem eſt quod Terent. Heaut. III. 1. dicit, *diem adimere aegritudinem hominibus*, & ita alii paſſim. BURM.

436. CUMULATAM, MORTE. Omnino praeſtat Medicei codicis ſcriptura, *cumulata morte:* ingratum enim ſonant illa uno eodemque verſu concurrentia, *quam cumulatam relinquam. cumulata* etiam alter Menagianus & Moretanus tertius. in primo Moretano *cumulatim*, addita, diverſa ſcriptura, vel, *quod mihi cum dederis cumulatum.* Praeterea *remittam*, in utroque Menteliano addita gloſſa *deſeram.* & ita Pieriani plerique, & noſtrorum pars major. aliter tamen Mediceus, & a manu prima Montalbanius. HEINS. Locus intricatiſſimus, & ab omnibus vexatus variis conjecturis: *mihi tu dederis* Zulichem. a m. ſec. *cum dederit cumulata morte remiſſum*, Parrhaſ. & Pugetianus. *dederis cumulatam morte remittam* Regius, Wallian. *relinquam* Wittian. Dorvil. & ali. In commentariis Trevoltianis An. 1702. Decemb. p. 431. cujuſdam Freiſneuſii de hoc loco Diſſertatio legitur, qui verba illa *extremam hanc oro veniam*, explicat quaſi non ab Anna, ſed ab Aenea precibus peteret Dido, & legit,

Extremam hanc oro veniam (miſerere ſororis)
Quam mihi cum dederit cumulatam, morte relinquam.

qui & alias lectiones & interpretationes recenſet & refutat. Clericus etiam auſus haec ſacra tractare in Biblioth. Antiqua & Nova Tom. IX. p. 109. nihil indictum aliis profert, & ad Annam refert omnia, a qua hoc ultimum beneficium petit, quod ſi obtineret, cumulatum id ſe morituram reddituram promittit. Naſcimbaenius meliori omine, ſe non morituram prius antequam cumulatiſſime ſatisfecerit, quod tamen ex verbis exſculpi non poſſe puto. Heumannus in Poecil. Tom. III. Lib. IV. p. 536. ut eſt audacior & confidentior, haec ad Aeneam referens cum Freiſneuſio, legit,

Ex-

34 debilia Dan. vitio operarum, ſed tamen ſecuti Lucius, Commel. & Emmen. 35 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 36 deſunt iisdem. 37 ſed curat dicendo Steph. al. recuſat Voſ. R. excuſat & recuſat dicendo Dan. Fabr. &c. 38 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Deus* ℣. 440. 39 deſunt iisdem.

Ac velut, annoſo validam quum robore quercum
Alpini Boreae nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant: it ſtridor; & alte
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes:

445 Ipſa

SERVII.

442. ALPINI BOREAE. Flantes de *Alpibus:* [40] quae Gallorum lingua, *alti montes* vocantur. [41] [Et ſpeciem pro genere poſuit: nam *Alpinum Boream* pro quocumque vento dixit: vel quia potentiores montani ſunt venti.] NUNC HINC, NUNC ILLINC. Sicut Aeneas ab Anna & Didone.

443. IT STRIDOR. Ad dolorem Aeneae pertinet: de quo ait, *Magno* [42] *perſentit pectore curas.* ALTE. [43] Aut jugiter & diu; [44] [aut ex alto cadentes.]

444. CONSTERNUNT. Implent, [45] [cumulant,] ut VII. Ecl. 54. *Strata jacent paſſim ſua quaeque ſub arbore poma.* FRONDES. [46] Sicut lachrymae Aeneae. [47] [STIPES autem, media pars eſt arboris, quae ramos ſuſtinet.]

VARIORUM.

Extremam hanc ora veniam: (miſerere ſororis)
Quam mihi ni dederit, tum lucem morte relinquam.

& veram eſſe credit emendationem, quia facile *tum lucem*, poſſit commutari cum *cumulatam*, & quia *lucem relinquere* dixit ℣. 452. ſed hoc modo ex quolibet quidlibet facere licet. Ruaeus, legens, *cumulatum morte remittam*, explicat, dimittam Aeneam, & velut cumulum votis ejus adjiciam mortem meam. & hanc interpretationem Catroeus ſequitur. Vondelius nihil hic intellexit, & vertit, ſi dederis dum vivam, tibi me debere hoc fatebor beneficium. ſed quid poſt tot conatus ſuperſit, vix video in loco perplexo admodum & obſcuro. non placet tamen Didonem hic profiteri ſe decreviſſe mori, niſi hanc veniam dederit ſoror ipſi vel Aeneas. nec poteſt fingi ſorori Annae ſe beneficium cumulatum morte ſua daturam, cujus omne praeſidium in ſorore viva erat, & quae mortem ſibi non praeviſam, nec creditam, antequam ſibi Dido conſciſſet, tam acerbe dolet infr. 677. & ſeqq. & poſt ejus fata tot calamitates & mala pertulit. neque adhuc Dido decreverat mori, ſed demum *ſtatuit* mori ℣. 450. 475. & 564. & ſi jam ſecum decreviſſe quis vellet credere, non tamen Annae ſententiam ſuam declarare voluiſſe veriſimile eſt. quare ego praeferrem plurimorum codicum ſcripturam, *remittam*, & legerem,

Extremam hanc oro veniam (miſerere ſororis)
Quam mihi cum dederis cumulatam, forte remittam.

Legatam ire jubet Annam ad Aeneam, ut oret tempus inane, ſpatium & requiem furori ſuo, dum conſuetudine & tempore dolere moderatius paullatim diſcat, quum nunc furiis accenſa feratur. Hanc veniam ſi Anna ipſi dederit cumulatam, id eſt aliis officiis & beneficiis, quae praeſtiterat in amoris hujus exordio, ſuperadditam, forte ſe remiſſuram promittit. vel ut *remittam* abſolute poſſit ſumi duplici ſenſu, vel deſinam te poſtea arguere & hoc onus imponere. Sic *remittere* dicuntur, qui a conſilio priore & pertinacia deſiſtunt, ut lib. V. 419. Entellus ait,

Eryxis tibi terga remitto.

non urguebo illorum caeſtuum uſum, ſed alios & aequos ſumamus. ſic Juppiter lib. XII. 833. Junoni,

Do quod vis, & me victusque volensque remitto.

ita apud Livium lib. V. 17. recte explicuit Cl. Drakenb. *Quum remiſſo, id quod erepturi erant, ex Scto Manlius vinculis liberatur.* coactus fuit Senatus concedere, & a conſilio capto deſiſtere. Tacitus XI. Ann. 3. *Hortantibus amicis medium & lenem exitum, remittere beneficium Aſiaticus ait.* vel remittam amare Aeneam, id eſt deſinam. ut *remittere* dicuntur morbi, ut notum. ſic *remiſſus* opponitur *acerbo* apud Sueton. Galb. XIV. *cumulata venia*, eſt aliis addita, & ut Servius, plena, cui nihil deeſt. quo ſenſu *cumulare gratiam* viri docti capiunt apud Ciceron. II. ad Fam. Ep. 6. plenam reddere, gratiam gratia majore cumulare. ſic *cumulare beneficia*, *gloriam* & alia dant ipſi Lexicographi.

40 quia Alpes Gallorum L. Voſ. Steph. quae Alpes R. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 *perſenſit* L. Voſ. R. *praeſentit* Fabr. 43 jugiter, diu L. Voſ. R. Steph. al. 44 deſunt iisdem. 45 deeſt iisdem. 46 ſic Steph. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Ipſa haeret ſcopulis: &, quantum vertice ad auras
Aetherias, tantum radice in Tartara tendit.
Haud ſecus adſiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perſentit pectore curas.

Mens

SERVII.

445. HAERET SCOPULIS. Sicut ille in conſilio perſeverat.

446. TANTUM RADICE IN TARTARA. Secundum Phyſicos, qui dicunt parem eſſe altitudinem radicum & arborum.

448. [48] [TUNDITUR. Saepe pulſatur. Terentius Hecyr. I. II. 48. *Tundendo, atque odio effecit ſenex:* & ipſe alibi III. Georg. 382. *Rhiphaeo tunditur Euro.* MAGNO PERSENTIT PECTORE. Quamvis magno, ſentit curas; ſed eas forti pectore patitur. *Curas*, poteſt Didonis, poteſt & ſuas.

VARIORUM.

graphi. apud Silium Ital. XV. 409. *urbem cumulatam ſtrage virorum*, ubi Heinſius malebat, *cumulata ſtrage.* quod illis, qui *cumulata morte* hic legunt, placere poſſet. mihi quocumque modo legas apud Silium, eumdem ſenſum facere videtur. qui meliora attulerit, illi facile cedam. *miſerere ſororis*, in parentheſi poni debet, ut inf. 478. *gratare ſorori.* Illuſtris Bouher. ad Petron. Bell. Civil. ℣. 75. *cumulatam morte remittam* praefert, & *cumulare* illuſtrat. Juvenis ſupra aetatem doctus Matth. Roverius conjiciebat, legendum eſſe,

Quam mihi cum dederit, cumulatam morte, relinquat.

hoc ſenſu, quam veniam quum Aeneas dederit, me non tantum dolore adflictam, ſed & morte cumulatam relinquat. & *cumulatam morte* conferebat cum illis Senecae in Medea 148. *Alto cinere cumulabo domum.* & Plaut. Mil. IV. 17. 6. *Salve, vir lepidiſſime, cumulate commoditate, praeter ceteros.* & Ovid. I. Triſt. I. 55. *Meque tot adverſis cumulant*, quod Quintus Calaber expreſſit V. 600.

Ἠμῶ αἶψα βάλλοντο λυγρῷ ἐπὶ πένθεϊ πένθος.

& quae id genus plura. Walliano duae Gloſſae adſcriptae erant; id ſi feceris, dum vixero, ero tibi obnoxia: altera, condonabo mortem meam tibi. quia ſcilicet etiam *remittere* pro concedere veteres uſos fuiſſe Nonius docet in *remiſſum* ex X. Aen. 828. vid. Barth. ad Stat. VIII. Theb. 698. ſed eligat quiſque ex tam diverſis ſententiis, quod adridet. Harduinum haec obſcuriora pronuntiaſſe non miror, ut qui nec facillima intellexit. BURM.

438. FERTQUE REFERTQUE. Neſcio an Servius recte ceperit, ego puto fert ad Aeneam, & refert ab eo ad Didonem. ut Ovid. II. Am. X. 41.

Quae ferat, aut referat ſollers ancilla libellos.

quod *dare & recipere* vocat I. Art. 383. *fert* Anna fletus & preces ſororis. *refert* Aeneam nullis fletibus moveri, aut voces ullas audire. deinde, *ipſe movetur* Dorvill. BURM.

439. ULLAS. *Illas* Menagii prior. *ullas voces* Parrhaſ. *intractabilis* Dorvill. a m. pr.

441. AC VELUT ANNOSAM VALIDO. Codices noſtri maximam partem,

Ac velut, annoſo validam quum robore quercum.

quam ſcripturam etiam Macrobius expreſſit lib. V. Sat. cap. 6. pro vulgata tamen ſcriptura ſtant prior Hamburg. Venetuſque: niſi quod in nonnullis, *veluti annoſo validam*, quos inter Mentelius alter, & Menagianus cum primo & ſecundo Rottendorphiis. HEINS. *Veluti annoſo validam* Ed. Mediol. *velut annoſo validam* Pugetianus. *velut annoſam valido* Witt. & Ed. Venet. niſi quod haec *veluti* habeat, ut & Regius. *validam* locus Ovid. VIII. Met. 743. a Pierio adductus,

Stabat in his ingens annoſo robore quercus,

confirmat: ſed parum referre puto, quum ſimilis epithetorum variatio millies occurrat, & eumdem ſenſum faciat. *cum corpore* noſtra Excerpta. ut ita & aliis in locis hae voces commutantur. vid. Oudend. ad Lucan. IV. 632. & ita apud Statium lib. IV. Theb. 755. & VII. 392. variant codices. BURM.

442. HINC. *Huc & illuc* Sprotii.

443. ET ALTE CONSTERNUNT TERRAM. *Et altae* prior Mentelianus & Gudianus. HEINS. Ita etiam Mediceus, Leidenſis unus, & tertius Mentelian. parum refert, quia Diphthongi ſaepe in

48 deſunt iiſdem ad *Lacrymas* ℣. 449.

Mens inmota manet: lacrimae volvuntur inanes.
Tum vero infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat: taedet coeli convexa tueri.
Quo magis inceptum peragat, lucemque relinquat,
Vidit, turicremis quum dona inponeret aris,

(Hor-

SERVII.

449. MENS IMMOTA MANET. Ad illud refertur: *Ipſa haeret ſcopulis.*] LACHRYMAE INANES. Quia *mens immota manet:* 49 [& utrum *inanes*, quae Didoni nihil proſint? quidam tamen *lachrymas inanes* vel Aeneae, vel Didonis, vel Annae, vel omnium accipiunt.]

450. TUM VERO. Poſt deſperationem. 50 [EXTERRITA. Atqui in fine ait 696. *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.* FATIS ergo, aut malis ſuis: aut a verbo *for, faris. Fatis*, id eſt, reſponſis Aeneae.] *Exterrita* autem, praecipitata, turbata.

451. MORTEM ORAT. Pro deſiderat, ut II. 655. *Mortemque miſerrimus opto:* aut certe ideo *orat*, quia conſecrata fuit: nec mori poterat, niſi ſoluta conſecratione. COELI CONVEXA. Incurva coeli.

452. 51 [QUO MAGIS INCEPTUM PERAGAT. Id eſt, mortem ſibi inferat. LUCEMQUE RELINQUAT. Ad illud: *Taedet coeli convexa tueri.*]

453. TURICREMIS. Id eſt, cremantibus thura: 52 [nomen mire compoſitum. Et hoc genus ominis, Didoni factum, de augurali diſciplina translatum eſt; quae diris obſervatur. *Dira* enim, deorum ira eſt, quae duplici modo colligitur, aut ex ſignis, aut quocumque modo, quacumque ex parte: 53 [quodque in illo factum tempore traditur,] 54 ex ſignis hic oſtenditur: dicens enim: *Vidit turicremis*, uſque, *nigreſcere ſacros*, non ſolum adverſa petitionibus inveniri; verum etiam mortem denunciari: nam praemiſit: *Quo magis inceptum peragat lucemque relinquat.* Item: tumulis Sichaei *exaudiri voces & verba vocantis*, quod aſperius fuit, ut mariti defuncti vox audiretur e tumulo, quod erat dirum, ad ſe vocantis. Sunt & de avibus dira auſpicia, quod hic ſubjunxit dicendo: *Solaque culminibus ferali carmine bubo Saepe queri:* in quo ſatis non fuit, diram avem bubonem nominatam; niſi adjeciſſet, *ferali carmine:* & *ſaepe queri*, ut non utique canendi uſus ſignificaretur, ſed fletus, vice querelarum.

VARIORUM.

in codicibus in ſimplices literas abeunt. Cl. Dorvil. probabat *alte*; [illegible] ut frondes alte jacuerint in terra, ut *nix alta* apud Horat. I. Od. 9. & apud Ovid. I. Met. 5. *Nix tegit alta duos*; & ita *alte conſtruere ligna* idem II. Faſt. 644. *terras* Edit. Hortenſii. ſed *terram* plus notare, id eſt omnem circa arborem, non partem, ſaepe docuit Servius. vid. ad Lucan. II. 58. & ita Noſter lib. XII. 543. *late terram conſternere tergo.* praeterea *percuſſo* Hamb. prior. *vertice* Menag. pr. *Frondis.* ſec. Rottend. BURM.

446. RADICE. *Radicem* codices noſtri, exceptis Moretanis quatuor, ſecundo Rottendorphio, Sprotiano, utroque Voſſii & Schefferi. pari modo variant codices libr. II. Georg. 292. ubi idem hic verſus occurrit. HEINS. *Radicem i. t. mittit* Pugetianus. & Excerpta noſtra, *radicem i. t. tendit* Dorvil. Parrhaſ. in Regio. *m* eraſum erat.

448. PERSENTIT. *Perſenſit* prior Menagianus, alter Mentelius, duo Rottendorphii, & Montalbanus. quod malo; amat enim Maro variare tempora. HEINS. *Perſenſit* etiam Regius & Parrhaſ. (ſed huic ſuperſcripta litera *t*.) & Ed. Venet. *Praeſentit* Venetus, Edd. Junt. Mediol. & Ald. vid. ſupr. ℣. 297. BURM.

449. LACRIMAE INANES. Nic. Abramus ad Cicer. Orat. pro Sextio cap. LXII. explicat, Aeneam pectore, id eſt inferiori animi parte, dolorem perſenſiſſe, mentem vero perſtitiſſe immobilem, lacrimas tamen ex oculis promanaſſe, & ſine mentis imperio volutas. ut Aeneid. X. 639. *dat inania verba, Dat ſine mente ſonum.* ego ad Didonis & Annae lacrimas, quibus non movebatur Aeneas, refero. puerilis iterum hic Harduini calumnia,

qua

49 deſunt iisdem. 50 deſunt iisdem. 51 deſunt iisdem. 52 deſunt iisdem, ad ℣. 456. 53 deſunt Fabr. q. i. i. f. rem mare traditur Dan. 54 & ignis Dan. Fab.

Digitized by Google

(Horrendum dictu) latices nigreſcere ſacros,
Fuſaque in obſcaenum ſe vertere vina cruorem.
Hoc viſum nulli, non ipſi effata ſorori.
Praeterea fuit in tectis de marmore templum
Conjugis antiqui, miro quod honore colebat,

Vel-

SERVII.

454. HORRENDUM DICTU. Quanto magis viſu? quod Didoni contigit.

455. IN OBSCOENUM SE VERTERE. Hoc eſt, *Latices nigreſcere ſacros:* & quidam *nigreſcere*, & *vertere*, ideo incertum tempus poſitum volunt, ut oſtendant non vere vertiſſe ſe, quod contra naturam eſt, ſed verti a Didone viſa, ut VI. 257. *Viſaeque canes ululare per umbram:* non ululaſſe ergo; ſed fieri viſum. *Obſcoenum* autem, mali ominis, ut III. Aen. 241. *Obſcoenas pelagi volucres.*]

456. HOC VISUM NULLI. Hoc, quod viderat, nulli dixit. Quid eſt *nulli?* ne ſorori quidem, cui fuerat de amore confeſſa: [55] [& forte ideo ſororem celavit, ne & ipſa ſe perimeret. Poſt queritur: 679. *Idem ambas ferro dolor atque eadem hora tuliſſet.*

457. IN TECTIS DE MARMORE TEMPLUM. Hinc Ovidius Ep. VII. 99. *Eſt mihi marmorea ſacratus in aede Sichaeus: Oppoſitae frondes, velleraque alba tegunt. Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari: Ipſe ſono tenui dixit: Eliſſa veni.*]

458. CONJUGIS ANTIQUI. Aut prioris, aut chari. [56] [Lucilius: *Concilio antiquo ſapiens vir ſolus fuiſti: antiquus* ergo eſt, qui praecedit eum, qui praeſens eſt.] MIRO QUOD HONORE COLEBAT. [57] Exhibendo ea mortuo, quae circa vivos ſolent fieri. [58] [Ritum veri & venerabilis templi, mariti templum obtinere cupiebat. Templa enim velamentis religioſa monſtrantur: &] [59] moris fuerat, ut nubentes puellae, [60] ſimul veniſſent ad limen mariti, poſtes, antequam ingrederentur, [61] [propter auſpicium caſtitatis,] ornarent laneis vittis, (unde ait: *Velleribus niveis:*) & oleo unguerent: unde *uxores* dictae ſunt; quaſi *unxores.* [Bene ergo Dido, cum templum marito extrueret, veluti devota viro, quippe poſt quem nuptura non eſſet, ad conciliandum amorem, officia ritus maritalis adfixerat, ut morem inſtauraret uxorum: nam ait poſt, cum in poenitentia inducitur a Poëta inf. 552. *Non ſervata fides cineri promiſſa Sichaeo.* Hi tamen, qui de nuptiis ſcripſiſſe dicuntur, tradunt, cum nova nupta in domum mariti ducitur, ſolere poſtes unguine lupino [62] oblinire, quod hujus ferae & unguen & membra multis rebus remedio ſunt. Alii hoc Romuli dicunt temporibus inſtitutum, quod Romulus & Remus lupino lacte nutriti ſunt. Dicitur etiam, Lupam in concilio multorum ejuſdem generis ſociari [63] marito, atque, amiſſo eo, nulli alteri poſt [64] jungi, quod ipſe ſubjecit inf. 550. *Expertem ſine crimine vitam Degere more ferae:* id eſt, Lupae. Haec ergo ideo a nove nuptis fiebant, ut ſciret puella ſe domum religioſam ingredi: ſimul lanam ferens, lanificium promittebat.]

VARIORUM.

qua comparationem hanc lacrimarum Aeneae cum frondibus, quibus terra conſternitur, abſurde damnat: non enim lacrimae, ſed mens Aeneae comparatur quercui, quae licet concutiatur & frondes amittat, tamen radice ſua haeret ſcopulis, ita & mens Aeneae licet lacrimis Didonis & Annae commoveatur & tundatur, tamen immota manet. *tundi* vero indicat hic recte Poëta, quum *multa gementem*, & *magno animum labefactum amore* induxit ſupr. ỳ. 395. & mox etiam perſentire curas quidem, ſed magno pectore, non infirmato lacrimis muliebribus. nec illud abſurdum, quod arboris radicem ſcopulis haerere dicat Maro, quum & in rupibus paſſim arbores ſurgere manifeſtum

55 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 458. notam ad ỳ. 457. non habet Dan. & intruſa eſt ab aliquo ſciolo. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 57 mire exhibendo Baſil. exhibendo ea quae circa &c. L. Voſ. R. Steph. al. 58 deſunt iidem. 59 moris enim iidem. 60 ſimul ac R. ſimul ut Steph. ſimul cum Dan. Fabr. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. & poſt *uxores*, reliqua deſunt ad ỳ. 459. 62 lege, oblini. & vid. ad Quinctil. XV. Declam. 5. 63 marito eſſe * quae amiſſo &c. Dan. Ger. Voſſ. legit, marito, atque amiſſo &c. ut jam ediderunt Commelinus & alii. 64 jungi poſſit Fabr.

Digitized by Google

Velleribus niveis & feſta fronde revinctum.
Hinc exaudiri voces & verba vocantis
Viſa viri; nox quum terras obſcura teneret:
Solaque culminibus ferali carmine bubo
Saepe queri, & longas in fletum ducere voces.

Mul-

SERVII.

459. FESTA FRONDE. Divina, tanquam numen coleret. Sane hoc loco latenter, quam ſupra diximus, tangit hiſtoriam: nam ſi amabat Aeneam, [65] utique non coleret extinctum maritum. [66] [Nam quod de Didone & Aenea dicitur, falſum eſt: conſtat enim, Aeneam trecentis quadraginta annis ante aedificationem Romae veniſſe in Italiam: cum Carthago non niſi quadraginta annis ante aedificationem Romae conſtructa ſit. Sed altius conſiderandum eſt, cur Virgilius Aeneae Didonem conjunctam dixerit.]

461. VISA VIRI. [67] [Ut VI. 257. *Viſaeque canes ululare per umbram.* Eun. III. II. I. *Audire vocem viſa ſum modo militis.*] Non enim erant vera, ut ſupra. NOX CUM TERRAS. [68] Ut augeret terrorem, tempus adjecit, a veriſimili.

462. SOLA BUBO. [69] [*Sola*, quaerendum quod dixerit, utrum ἐμφατικῶς, an pro ſolis, id eſt, deſertis? ubi enim ſederit & cecinerit, ſolitudinem ſignificat. Secundum auguralem diſciplinam volunt greges avium minus ſignificare: & juxta hanc avem ſi alia ſederit, malum, quod imminet, creditur evaneſcere, ut I. Georg. 389. *Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.* Sane *bubo*, ſi cujus aedes inſederit, & vocem miſerit, mortem ſignificare dicitur. Si autem de buſto ſudem ad tectum detulerit, incendium aedibus portendere. Ergo hic SOLA, utrum, quod alia avis non ſedebat in culmine; an *ſola*, quia nihil deferebat; ut mortis ſignum eſſet? In hanc autem avem converſus eſt [70] Aſcalaphus Acherontis, vel, ut quidam volunt, Stygis filius, ira Cereris, cum Proſerpinam prodidiſſet malum granatum de pomario Ditis guſtaviſſe; quod plenius in primo initio Georgicorum 39. dictum eſt, ubi eſt: *Nec repetita ſequi.* Sane] SOLA, contra genus poſuit. Lucanus V. 396. *Et laetae jurantur aves bubone ſiniſtro.* Item [71] Ovidius: *Infandus bubo.* [72] Et hoc eſt in uſu; ſed Virgilius mutavit, referens ad avem. Plerumque enim genus, relicta ſpecialitate, a generali ſumimus; ut ſi dicas *bona turdus*, referendo ad avem. Item ſi dicas, *prima eſt a*, id eſt, littera; dum *a* ſit neutri generis. FERALI CARMINE. [73] Bene hoc addidit, non enim omni modo malum eſt bubonis omen; [74] ſed cum canit, omnimodo malum eſt: quia aut fletum imitatur, aut gemitum: tacens [75] autem oſtendit felicitatem. Omnes enim aves [76] oſcines malae; praepetes bonae ſunt: [77] [vel e contra, malae praepetes, oſcines bonae ſunt.]

463. [78] [SAEPE QUERI. Quidam propterea *queri* poſitum volunt; quod doleat de Aſcalapho ſe in avem mutatum, ut I. Georg. 378. *Veterem in limo ranae cecinere querelam.*]

VARIORUM.

feſtum ſit, & etiam *ſcopuli* de quovis monte ſoleant dici. vide Paſſerat. ad Propert. I. XX. pag. 236. BURM.

450. TUM. *Cum* Wallian.

451. CONVEXA. *Connexa* Francianus. concava dicendum fuiſſe notat Harduinus. ſed vid. Oudendorpii notas ad Lucan. IX. 502. ubi ex ipſo Plinio, quem certe genuinum ſtatuit, promiſcue *concava* & *convexa* dici probavit. BURM.

452. LUCEMQUE. *Lumenque* tertius Rottendorphius. HEINS.

453. VIDIT. De hoc augurio vid. Serv. ad V. Aen. 7.

454. DICTU. *Dicto* Gudianus. a manu prima. ſic *dicto* parere III. Aeneid. 189. HEINS. Sic in

leg.

65 itaque Voſ. R. vide Comment. ad Vellej. Paterc. I. 6. 66 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 67 deſunt iisdem & al. 68 veri ſimilitudo iidem. & nihil praeterea. 69 deſunt iisdem ad *ſola*. 70 Aſcalafus Acirontis Dan. 71 in Ovidio hoc non reperi, ſed *funereus bubo* X. Metam. 453. an varie lectum olim dicemus? BURM 72 & eſt in Dan. 73 bene haec Fabr. bene autem Dan. 74 cantus autem ejus, aut fletum &c. L. Voſ. R. Steph. Dan. ſed cum canit tantummodo: cantus enim ejus &c. Baſil. ſed c. c. tantummodo malum &c. Fabr. 75 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 76 Oſcinae L. Voſ. R. Steph. & mox iterum. 77 deſunt Baſil. 78 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. de Aſcalafu Dan.

Multaque praeterea vatum praedicta piorum
Terribili monitu horrificant. Agit ipſe furentem
In ſomnis ferus Aeneas: ſemperque relinqui
Sola ſibi, ſemper longam incomitata videtur

Ire

SERVII.

464. PRIORUM. Legitur & PIORUM; ſed [79] *priorum*, illud ſpectat ſupr. 65. *Heu vatum ignarae mentes! quid vota* [80] *furentem*; [*quid delubra juvant?* quod ſuperius expoſitum. Sed *piorum*, religioſorum, caſtorum.]

465. HORRIFICANT. Horrorem incutiunt.

466. IN SOMNIS FERUS AENEAS. [81] [Non eſt epitheton *ferus*, ſed fantaſia: talem enim illum imaginabatur, qualem timebat: &] *in ſomnis*, pro inſomniis, id eſt, [82] vigiliis. SEMPERQUE RELINQUI. Per omnes noctes navigare videbatur Aeneas; quaſi eam ſemper desereret.

467. [83] [LONGAM VIAM. Nonnulli Inferorum accipiunt.] INCOMITATA. Quod ferale, id eſt, mortiferum [84] omen eſt, & praecipue [85] regibus, [86] [qui nunquam ſoli ſunt.]

VARIORUM.

leg. II. Cod. Theod. de Quaeſtion. *quae nefanda dicto ſunt*. ut & leg. XVI. Cod. Juſtin. eod. tit. ubi Haloander edidit *dictu*. ſed alios *dicta* habere in margine notatur. ſed quum Maro toties, *mirabile dictu*, & *viſu* dicat, hic unius codicis auctoritati nihil tribuimus. BURM.

455. VERTERE. *Vergere* Zulichemius a manu prima.

456. EFFATA. *Fata ſorori* Moretanus primus a prima manu. HEINS. *Non ipſe* Francianus. *affata* Venetus. *non ipſa* Wall. *ſorori eſt* Dorvil.

458. CONJUGIS ANTIQUI. Recte Servius *prioris*, & turpiter ſe dat Harduinus, qui bis terque hanc vocem culpat, quia recentior erat Sichaei mors, quam ut ille conjux *antiquus*, & ſupr. etiam 431. multo recentius *Aeneae conjugium antiquum* dici poſſit. ſed de omni praeterito, licet non magnum tempus interceſſerit, *antiquum* ſumi oſtendi ad Valer. Flac. VIII. 8. & multa apud ipſum Maronem ſunt exempla, de quibus vid. ad lib. I. 288. BURM.

Ibid. MIRO. *Multo* prior Hamburgicus, ſollemni variatione. vid. ad Ovid. II. Amor. XV. 14.

459. NIVEIS. Vel *nigris* prior Hamburgicus. *nigris* veniſſe ab illis, qui pro ſepulchro hic templum capiebant, puto. ita Nonius explicat in *templum*. BURM.

460. VOCES. *Gemitus* Serv. ad XII. Aen. 638. quia ſcilicet *voces* & *verba* idem notare credebat. ſed *vox* de omni ſono dicitur. vid. ad Ovid. I. Metam. 338. & hinc Ovidius de hac ipſa re dixit VII. 102. *tenuem ſonum. verba* vero, ſunt quae per ſonum illum eduntur. ex ſono, ſive voce, cognoſcebat mariti antiqui eſſe verba, non alterius. & hinc I. Aen. 309. *veras* voces vocat, & 689. *notas*. hinc *vox hominem ſonat* I. Aen. 328. id eſt non verba, ſed pronuntiatio. diſtinguit etiam noſter *voces* & *verba* lib. XIII. 518.

Has inter voces, media inter talia verba.

BURM.

462. SOLAQUE. *Seraque*, quod eſt apud Nonium in *bubo*, placeret, ſi auctoritate vetuſtorum codicum ſuffulciretur: vulgatam lectionem agnoſcit Priſcianus initio libri V. praeterea in Gudiano a manu prima, *feralia carmina bubo*. HEINS. Vulgata eſt apud interpretem Statii lib. III. 511.

464. PRIORUM. *Piorum* Mediceus, & ſecundus Rottendorphius. quod & Pierius in ſuis invenit, & ego alteri ſcripturae praefero. agit enim Dido de vatibus ſui temporis. Aen. VI. 662.

Quique pii vates, & Phoebo digna locuti.

utramque etiam ſcripturam Servius agnoſcit & interpretatur. HEINS. *Priorum*, ut in Franciano, Wittian. Dorvill. Parrhaſ. & Edd. primis, praefert Broukhuſius ad Propert. IV. VI. 28. *in vatum* Wall.

467. SEM-

79 deeſt iisdem. 80 *furorem* Steph. reliqua verſus deſunt Dan. reliqua etiam notae deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 81 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 82 Vigiliis, & declinatur, *inſomnia, inſomniae* Baſil. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 84 omnibus eſt Dan. Fab. omne eſt Steph. 85 regi Baſil. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad v. 469.

Ire viam, & Tyrios deſerta quaerere terra.
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et ſolem geminum, & duplicis ſe oſtendere Thebas:
Aut Agamemnonius ſcaenis agitatus Oreſtes;
Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris

Quum

SERVII.

468. Ire viam. Veteri more juxta Jus, ut (Cicer. pro Muraen. cap. xii.) *Ite viam, redite viam* & alibi iii. Georg. 77. *Primus & ire viam.* Tyrios deserta quaerere terra. Bona affectio: ſolent enim, qui deficiunt, ſuos deſiderare, ut dulcius moriantur.]

469. Agmina Pentheus. Aut impetus: [87] aut ſecundum quoſdam, [88] quia habitus earum & ſibila ſerpentium [89] [quibus crinitae ſunt Eumenides,] faciem agminis praebent: vel quia plures Furiae putantur: vel quia furioſis pro tribus plures videntur. Et bene *videt agmina*, expreſſit furentem: cum ait *videt*, non exiſtimat, ſed putat ſe videre.] [90] *Pentheus* autem, ſecundum tragoediam Pacuvii, etiam ipſe furuit, [de quo fabula talis eſt: Pentheus, Echionis & Agaves filius, Thebanorum rex, cum indignaretur ex matertera ſua Semele genitum Liberum patrem coli tanquam deum; ut primum comperit eum in Cithaerone monte eſſe, miſit ſatellites, qui eum vinctum ad ſe perducerent: qui, cum ipſum non inveniſſent, unum ex comitibus ejus Acoeten, captum ad Pentheum perduxerunt: hic, [91] cum de eo graviorem poenam conſtitueret, juſſit eum interim claudi vinctum: cumque ſponte ſua & carceris fores apertae eſſent, & vincula Acoeti excidiſſent, miratus Pentheus, expectaturus ſacra Liberi patris Cithaerona petit, quem viſum Bacchae diſcerpſerunt. Prima autem Agave mater ejus amputaſſe caput dicitur, feram eſſe exiſtimans: aut ſecundum Urbanum, agmina ſerpentium.

470. Solem geminum. Tragice dixit, imitatus Euripidem. Duplices Thebas. Civitas in Boeotia, a Cadmo & Zetho & Amphione conſtituta, in qua Oedipus, Laji filius, cum matre concubuit, ex qua Eteocles & Polynices, qui ſe propter regnum invicem peremerunt.]

471. Agamemnonius scenis agitatus Orestes. Hunc Oreſten Electra, ſoror ejus, poſt occiſum ab Aegiſto, dolo Clytemneſtrae matris, Agamemnonem, ſubtraxit, quem Strophio alendum dedit. Eum cum filio Pylade educatum in adultam produxit aetatem: qui ut primum de ſcelere matris ac morte patris agnovit, venit Mycenas, & adjuvantibus, amico Pylade, & ſorore Electra, Clytemneſtram matrem cum adultero Aegiſto occidit: ob quam rem aliquamdiu Furiis agentibus inſaniit. Sane *Agamemnonius*, non eſt patronymicon: nam *Agamemnonides* facere debuit. Ergo ſicut vi. 489. *Agamemnoniaeque phalanges.*] Scenis agitatus. Famoſus, celebratus tragoediis: [92] & *Agitatus*, quia & furuit: & multae ſunt tragoediae de eo: quaſi frequenter actus.

472. Armatam matrem. [93] Cauſam ipſam furoris. [94] [Cum fugit. Ad eum, credidit veritatem. *]

VARIORUM.

467. Semper longam. *Longam ſola incomitata* prior Hamburgicus.

468. Tyrios deserta quaerere terra. *Deſertas terras* primus Rottendorphius, & alter Voſſian. ſed prior Voſſii, *Tyrias deſertas quaerere terras.* HEINS. *Tyriam* Zulichemius a manu prima, a ſecunda, *Tyrios deſertas q. terras.*

470. Et solem. *Per ſolem* primus Moreti. *ſe* deeſt Edit. Juntinae & Ald. pr. mox, *Agamemnoneis* Wallian.

471. Scaenis. In Zulichemio erat gloſſa, id

eſt

87 aut ſecundum Urbanum, agmina ſerpentium. reliqua deſunt, uſque ad *Pentheus autem* &c. furuit etiam ipſe. hinc reliqua deſiderantur uſque ad *Scenis* ℣. 471. L. Voſ. R. Steph. Baſil. ſed Baſil. habet, ſerpentium, quibus crinitae ſunt Eumenides, Pentheus autem &c. 88 qui habitus Dan. 89 deſunt Dan. 90 Penthea autem furuiſſe traditur ſecundum Pacuvii Tragoediam, de quo &c Dan. Fabr. ſed Dan. ſub finem repetit, Pentheus autem &c. 91 malim, dum d. e. g. p. conſtitueret. 92 Qualiter a Graecis in Scena inducitur, agitatus autem, aut quia furuit, & furiis agitatus, aut quia multae &c. Dan. & Fabr. niſi quod, quia furuit, a Furiis ag. 93 cauſa ipſius furoris R. cauſam i. f. oſtendit Fabr. al. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Quum fugit, ultriceſque ſedent in limine Dirae.
Ergo ubi concepit Furias evicta dolore,
Decrevitque mori; tempus ſecum ipſa modumque
Exigit: & maeſtam dictis adgreſſa ſororem,
Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat:
Inveni, germana, viam, (gratare ſorori)

Quae

SERVII.

473. SEDENT IN LIMINE DIRAE. A Pacuvio Oreſtes inducitur, Pyladis admonitu, propter vitandas Furias, ingreſſus Apollinis templum: unde cum vellet exire, invadebatur a Furiis. Hinc ergo eſt: *Sedent in limine Dirae.* [95] [Alii dicunt, [96] quod, cum, abſolutus in templo Minervae, de judicio exiret, Furiis correptus eſt.

474. CONCEPIT FURIAS. Furore completa eſt. Et quidam *furorem*, pro bono & innocenti motu accipiunt; *Furias*, ſemper pro malo. Concepit ergo furorem, poſtquam amori dolor immixtus eſt.

475. TEMPUS SECUM IPSA MODUMQUE. *Tempus*, id eſt, quando; *modum*, id eſt, quomodo, & qua morte.

476. EXIGIT. Ad certum redigit: ut ſolent, [97] pondera & vires ad exactum redigi: ergo definit.]

477. CONSILIUM VULTU TEGIT. Ut I. 209. *Spem vultu ſimulat.*

478. VIAM. Rationem, [98] [remedium: ita enim antiqui dicebant, ut ipſe alibi VI. 367. *Aut tu, ſi qua via eſt.*] GRATARE. Gratulare, ſuſcipe [99] gaudium pro ſorore. Sic enim dicimus: *grator tibi* [1] *honorem.* [2] [Et bene a gratulatione incipit, quae vult ſuum diſſimulare conſilium.

VARIORUM.

eſt *tragoediis:* ut ita Juſtin. XL. 3. *adjiciunt ſcelerum priorum fabulas, quibus omnes ſcenas repleverint.* Non tamen diſplicet conjectura Cl. Marklandi, qui in Epiſtola Critica pag. 127. & ad Statii III. Silv. III. 24. *Poenis*, legit, id eſt Furiis. vid. ad Valer. Flacc. VII. 147. quem Heuman. Poecil. Tom. IV. pag. 539. refutat. neſcio tamen, an in Mſſ. exſtet *Poenis*, quum Marklandus conjecturam vocet? nec quia ſequuntur *ultrices dirae*, ideo *Poenis* eſt ablegandum: nam & Furias & Poenas diſtingui ſaepe, docuimus ad Val. Flacc. Cl. tamen Dorvilius potius *ſcaenis* retinendum credebat, & ad Tragoedias reſpici, quibus animi legentium & ſpectantium validius admoneantur. Mar. Victorinus etiam pag. 2480. *ſcaenis* habet. occaſionem variatae lectioni dediſſe credit gloſſema τῷ *Furiis*, per quod *Poenas* explicuerunt: *agitatus*, id eſt, *Furiis* ſive *Poenis*. nam Ποιναὶ ſunt Furiae. vid. Scal. ad Culicem ℣. 218. *Poenis agitari* etiam Ciceronem dixiſſe lib. I. in Verr. cap. 2. obſervabat vir doctiſſimus. *agitatur* Rottend. alter. BURM.

473. DIRAE. *Divae* Gudianus a manu prima, quod mihi placeret, ſi ab aliis membranis confirmaretur: quamquam *dirae ultrices* alibi apud Maronem non ſemel occurrunt. ſimilis diverſitas ſcripturae libro VIII. 701. HEINS. *Dirae* agnoſcit Lutatius ad Stat. XII. 511. apud Amm. Marcel. XXVIII. 1. in fine, *ſed accelerarunt ultimae Dirae caeſorum.* quem locum laudans Jac. Gothofr. ad leg. III. C. Theod. de Quaeſtionibus, dat *ultrices Dirae*, in animo habens Virgilii haec. & inf. 610. nihil tamen ibi mutandum; quum *dirae ultimae* ſint imprecationes injuſte & crudeliter caeſorum, quas vim ſuam habere ex eventu ſaepe notaverunt ſcriptores. ſic Eumenes apud Juſtin XIV. 4. *Ultima nunc ego perfidorum victima, has vobis diras & inferias dico* &c. & tales Didonis dirae infr. 615. & ſeqq. & ſaepius Hiſtorici neci certae deſtinatos Tyrannis diras imprecatos tradunt. vide Tacit. VI. Ann. 24. *cum videt* Parrhaſ. *confugit* Hamb. pr. & Rottend. alter. BURM.

476. ET MAESTAM. *Ac maeſtam* Mediceus. prae-

95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 477. 96 qui * cum Dan. 97 pondera, vires & ad exactum redige, ergo definit * Dan. pondera ad exactum redigi Fabr. cetera deſunt. ſic dixit Sueton. Caeſ. XLVI. *pondus manu ſua exegiſſe.* 98 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 99 gladium R. 1 *honorem meum* Dan. credo pro *eum*, *m* ex praecedenti voce geminata. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Quae mihi reddat eum, vel eo me ſolvat amantem.
Oceani finem juxta, ſolemque cadentem,
Ultimus Aethiopum locus eſt, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet, ſtellis ardentibus aptum:
Hinc mihi Maſſylae gentis monſtrata ſacerdos,

He-

SERVII.

479. REDDAT. Reconciliet.] EUM. Aeneam; quem, ut notum, noluit dicere; [3] [quaſi ejus faſtidio nomen abhorreat. EO ME SOLVAT AMANTEM. Mori diſponens, duo mentitur, vel ut ſe ſolvat, vel ut alliget Aeneam.]

480. OCEANI FINEM JUXTA. Finem Oceani nullus novit, ſed initium: quod & ipſum poteſt finis videri, aliunde ſumpto principio. [4] [Et longinquitate argumentatur. Terentius Eun. III. II. 18. *Ex Aethiopia eſt uſque haec.*]

481. AETHIOPUM. *Aethiopiae* duae ſunt, una circa ortum Solis; altera circa occaſum, in [5] Mauritania, quam nunc [6] dicit. Et [7] dicta *Aethiopia* a colore populorum, quos ſolis vicinitas torret: [8] [Graece enim αἴθειν torrere, ὤψ, aſpectus dicitur.] ATLAS. Nullum nomen Graecum in *as* terminatur.

482. [9] [AXEM. Nunc pro coelo: non enim in axe ſunt ſtellae.] TORQUET. Suſtinet, [10] portat. STELLIS APTUM. Satis perite loquitur: nam *aptum*, conjunctum dictum, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, non inſignitum ſtellis: axis enim non habet ſtellas, qui eſt medius inter Septentriones: unde & Graece [11] ἄναστρος dicitur. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit; non quia in axe ſunt. [12] [Ergo *bene aptum*, conligatum. Cicero in Timaeo cap. V. *Qua ex conjunctione coelum ita aptum eſt*, id eſt, conſtrictum & complexum. Item in Oratore cap. LXXI. *Facilius eſt enim apta diſſolvere, quam diſſipata connectere.*]

483. HINC MIHI MASSYLAE GENTIS MONSTRATA SACERDOS. *Monſtrata*, [13] praedicta. Quae eſt oriunda [14] Maſſylia, aliquando horti Heſperidum ſacerdos, [15] nunc venit de locis, quae ſunt circa Atlantem: nam aliter non procedit: *Maſſylia* enim, mediterranea eſt: [16] Berenice civitas Libyae, unde haud longe ſunt horti Heſperidum. *Atlas* vero, [17] mons maximus in Mauritania eſt. [18] [Quidam tamen hos hortos circa Syrtes poſitos tradunt.]

VARIORUM.

praeterea, *fictis aggreſſa* Gudianus a prima manu, & Menagianus prior pro diverſa lectione. HEINS. *Fictis* etiam Excerpta noſtra. *dictis affata* alter Menagii, & a manu ſecunda, prior Hamburgicus. BURM.

477. SERENAT. *Serena* conjecerat Heinſius. *& ſpem* Parrh. Hypallagen malam eſſe dicit Harduinus, pro *ſpe frontem ſerenat*. ſed omnis Poëticae elegantiae expertem hominem ſuis deliriis relinquamus.

479. REDDAT. *Reddet* & *abſolvet* alter Menagii & Wittian. *abſolvat* tertius Mentelii. *vel quae me ſolvat*, Francianus. *ſolvit* Wall. a m. pr. *reddat* & *ſolvat* agnoſcit Donatus ad Terentium Andr. I. V. 32. & Hecyr. III. I. 17. & Lutatius ad Statii IV. Theb. 65. BURM.

482. APTUM. *Actum* volebat Voſſius, ut Claudianus I. Rapt. 251. *egit flamma polum.* ſed *aptum* omnes agnoſcunt, ut & Interpres Horatii Crucquian. lib. I. Od. 31. & Macrob. VI. I. & recte Servius explicat. vid. ad Petron. cap. XXXIV. Nanſius adſcripſerat verſum veteris Poëtae apud Varronem lib. VI. de L. L. p. 68.

—— pervade polum
Splendida mundi ſidera bigis
Continuis ſex apti ſignis.

qui eſt Actii. vid. Nonium in *aptus* & Popm. ad Cicer. XI. ad Famil. 5. & Salmaſ. Exer. Plin. p. 221.

3 deſunt iisdem. 4 deſunt iisdem. forte, & ex long. 5 Mauretania Voſ. R. 6 dicunt R. 7 dictae Aethiopiae L. 8 deſunt L. Voſ. R. Steph. 9 deſunt iisdem & al. 10 deeſt iisdem. 11 ἀνάστρος Steph. apaſtrotos Voſ. apoſtros R. ſeptentriones. unde eos non occidere &c. Baſil. omiſſis mediis. 12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 13 non praedicta Fabr. 14 Maſſylia Dan. Maſſyla Fab. Baſil. Maſſilia L. R. Maſſila Voſ. & mox Maſſiliis. 15 nunc habitans circa Atlantem Dan. Fabr. in Voſſiano erat utraque lectio geminata. 16 Beronice L. Baſil. Berenicis Dan. Fabr. 17 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 18 deſunt iisdem. circa cirtes * poſitos Dan.

Digitized by Google

Heſperidum templi cuſtos, epulaſque draconi
Quae dabat, & ſacros ſervabat in arbore ramos,
Spargens humida mella ſoporiferumque papaver.
Haec ſe carminibus promittit ſolvere mentis,

Quas

SERVII.

484. HESPERIDUM TEMPLI CUSTOS. *Heſperides*, Atlantis filiae, Nymphae, ſecundum fabulam hortum habuerunt, in quo erant aurea mala Veneri conſecrata, quae Hercules miſſus ab Euryſtheo, occiſo pervigili dracone, ſuſtulit. Re vera autem nobiles fuerunt puellae, quarum greges [19] [rufam lanam habentes] abegit Hercules, occiſo eorum cuſtode: unde mala fingitur ſuſtuliſſe, hoc eſt oves, [20] quae Graece μῆλα dicuntur: unde μηλονόμος, dicitur paſtor [21] ovium. [22] [Propter ruborem autem lanae, quae ſimilis auro eſt, exiſtimaſſe eos, qui audierant, mala aurea in Africa naſci. Eſt & alia fabula: Cum nuptiae Junonis celebrarentur, omneſque Dii in honorem ejus conferrent munera, Terra in extremis regionibus edidit arborem, poma aurea ferentem: haec cum decerperent Heſperides, Atlantis, ſive Heſperi filiae, cuſtodes ejuſdem arboris, Juno [23] offenſa munus ſpoliari ſuum, in metum earum miſit Draconem inſomnem, qui omnibus noctibus diebuſque cuſtodiret ramos: hoc poſtmodum ab Hercule interempto, qui ab Euryſtheo ad hoc miſſus fuerat, mala ſublata ſunt. Heſiodus has Heſperidas, Aeglem, Arethuſam, & Heſperuſam, Noctis filias, ultra Oceanum mala aurea habuiſſe dicit. Bene ergo Virgilius has ad Oceanum & Solis occaſum eſſe dicit. EPULASQUE DRACONI. Heſperus rex traditur pretioſiſſimas oves habuiſſe, quarum paſtor vocabatur Dracon, cui praebebant epulas regis filiae; ſed quia Graece oves μῆλα dicuntur, ex dubio nomine fabula compoſita eſt.

485. SACROS RAMOS. Vel Veneri, vel Junoni dicatos.]

486. SOPORIFERUMQUE PAPAVER. Incongrue videtur poſitum, ut ſoporifera ſpecies pervigili detur draconi. Sed dicimus variam vim praebere [24] victuum diverſa diverſis animalibus: nam ſalices hominibus amarae ſunt, dulces capellis, ut I. Ecl. 19. *Et ſalices carpetis amaras*, ſcilicet hominibus. Item cicutae, ſecundum Lucretium, hominibus venenoſae, cum pingues reddant capellas. Ergo & *papaver*, [25] licet det hominibus ſomnum, draconi [26] adimit forſitan: & eſt excuſatio. Poteſt tamen melior eſſe ſenſus, ſi *Servabat in arbore ramos*, plena ſit [27] ſententia; ſequentia vero ſic accipiamus: Haec ſe promittit carminibus curas ſolvere: SPARGENS HUMIDA MELLA, SOPORIFERUMQUE PAPAVER. Id eſt, miſcens, [28] ut ſupra II. 98. dictum eſt ex Cicerone II. Catil. 10. *Et ſpargere venena didicerunt*. Nec incongrue ad amaritudinem amoris mel adhibet; ad oblivionem, papaver.

487. [29] [SOLVERE. Cura liberare. DURAS CURAS. Bene duras affectu, quo ipſa paſſa eſt.]

VARIORUM.

221. Manilius I. 448.

Quis innexa manent coeli fulgentia ſigna.

ita recte Scaliger. Bentlejus vero, *innixa m. c. f. templa*. ſed *innexa* idem notat, quod hic *aptum*, conjuncta, inſerta quae manent ibi, ut numquam in conſpectum noſtrum veniant. Lucan. IX. 5.

Qua niger aſtriferis connectitur axibus aër.

BURM.

483. HINC. *Hic* Montalbanius. *Maſſilio* Zulichemius & quartus Moreti & Parrhaſ. *Maſiliae* Dorvill. *Maſſille* Wall. *Maſſile* Wittian. *Maſſaliae* alter Hamburgicus. *Hic m. Maſſyliae* Ed. Venet. vid. ad IV. 132.

485. SACROS. *Sacra in arbore* tertius Rottendorphius a m. pr. HEINS. *In ſacros* alter Menagii.

486. SPARGENS. Waddel. Anim. Critic. p. 18.

ut

19 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 20 nam μῆλα Steph. nam mala dicuntur, unde Malanomos L. Voſ. R. mala autem, id eſt, μῆλα & poma & oves ſignificant. Baſil. 21 deeſt Dan. ſed Baſil. addit, etenim νίμω eſt paſco. 22 deſunt ad ỳ. 486. 23 ſenſa Dan. 24 victum diverſis an. L. Voſ. R. victum diverſum diverſis Fabr. victuum diverſa a diverſis Dan. 25 cum det Dan. Fabr. licet det omnibus R. 26 adimit. Forſitan & eſt Steph. Dan. 27 diſtinctio Dan. Fabr. deeſt R. 28 ut Cicero L. R. Voſ. Steph. al. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Quas velit; aſt aliis duras inmittere curas:
Siſtere aquam fluviis, & vertere ſidera retro:
Nocturnoſque ciet manis. Mugire videbis
Sub pedibus terram, & deſcendere montibus ornos.
Teſtor, cara, Deos, & te, germana, tuumque
Dulce caput, magicas invitam adcingier artis.
Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras

E-

SERVII.

489. SISTERE AQUAM FLUVIIS, ET VERTERE SYDERA RETRO. Quanto magis poterit Aeneam ab incepto [30] retorquere; [31] [vel in amorem immittere; aut mihi auferre? VERTERE SYDERA RETRO. Utrum, [32] ut videtur, etiam in coelo poteſtatem habere, an etiam fata poſſe mutare, quae ſecundum Mathematicos ſideribus gubernantur? Et multi *ſydera*, hic planetas accipiunt: quia reliqua coelo adfixa ſunt.

490. NOCTURNOSQUE. Utrum, quia in nocte ſunt; an quia per noctem evocantur; an noctu? ut Cicero pro Milone XIII. *Nocturnis canibus dilaniandum*. Et MANES, quod ad inferos manent, id eſt, abeant.

491. SUB PEDIBUS TERRAM, ET DESCENDERE. Haec non ſic adfirmat, quaſi ad amorem extinguendum opus ſint; ſed difficiliora adſignat, ut facilius de opprimendo amore credat.] MUGIRE VIDEBIS. Id eſt, videbit quis, ut ſupr. 401. *Migrantes cernas*.

493. MAGICAS INVITAM ACCINGIER ARTES. [33] [Pro, ad magicas: aut *magicas* adgredi invitam:] quia cum multa ſacra [34] Romani [35] ſuſciperent, *magica* ſemper damnarunt: [36] [probroſa enim ars habita eſt:] ideo excuſat. ACCINGIER. Praeparari. *Accingier* autem, ut ad [37] infinitum *er* addatur, ratio efficit metri: nam cum [38] in eo ultima ſit longa, addita *er* ſyllaba brevis fit, [39] ut *audiri*, *audirier*.

494. TU SECRETA. Sine arbitris: & eſt bona elocutio, rem loci vel temporis, ad perſonam transferre, ut *nocturnus venit*; *ſecretus fecit*. PYRAM. Sub ſpecie ſacrificii praeparat morti exſequias.

VARIORUM.

ut tollat ſcrupulum a Servio motum, & quem tentarunt alii a Taubmanno adducti adimere, explicat *ſpargens*, amovens ex horto, ne guſtaret Draco, & ita in ſoporem incideret; vel legebat, *arcens*. Gallutius Victoris & Turnebi explicationes probat prae aliis. nec mihi diſplicet *ſpargere* hic capi parca manu, non ad ſatietatem mella & papaver objiciens, ut, refectis per ſomnum modicum viribus, vigiliis ſufficeret. ita mox 512. *ſparſerat latices*, & ſaepe, ubi de humidis agitur. *Soporiferumve* Menagii prior, Montalbanius, duo Moretani, Zulichemius, Leidenſis & Regius. BURM.

487. MENTES. *Mentis* plerique. *amantes* citat Parthenius ad Horat. I. Od. XIII. verſu ultimo; repetita voce ex ℣. 479. BURM.

489. ET VERTERE. *Convertere* alter Hamburgicus.

490. CIET. *Movet* Sprotii, prior Hamburgenſis, Menagianus prior a ſecunda, & Leidenſ. a prima manu. a gloſſatoris explicatione, ut in Walliano & Regio, *commovet* erat ſuperſcriptum. *vetet* Excerpta noſtra a prima manu. BURM.

493. ACCINGIER. *Accingere* alter Hamburgenſis.

494. TU. Cariſius, *tunc ſecreta pyram t. i. locavit*. ſed vulgata eſt apud Schol. Stat. lib. I. 197. *Tu Germana* Dorvil.

Ibid. TECTO INTERIORE SUB AURAS. Hinc patet non locum tectum, ſed ſub divo intelligendum, in aede interiore. nam ampliſſimae fingendae aedes, in quarum penetralibus pyra talis exſtrui poterat, obſervante Barthio ad Stat. V. Theb. 313. *ſecretiorem*

30 revocare Dan. Fabr. 31 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *mugire* ℣. 491. vel in amore immittere Dan. vel ei amorem Fabr. 32 ut videatur edidit Maſv. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 34 Romana Voſ. Steph. 35 ſuſceperint L. 36 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 37 infinitivum modum Dan. Fab. 38 in ea R. cum i ultima L. 39 ut hic & in reliquis Dan. Fabr.

Erige, & arma viri, thalamo quae fixa reliquit
Inpius, exuviaſque omnis, lectumque jugalem,
Quo perii, ſuperinponas. Abolere nefandi
Cuncta viri monumenta juvat, monſtratque ſacerdos.
Haec effata ſilet. Pallor ſimul occupat ora.
Non tamen Anna novis praetexere funera ſacris

Ger-

SERVII.

495. ET ARMA. Gladium dicit abuſive: nam ait paulo poſt 507. *Enſemque relictum.* Proprie enim arma ſunt, quae armos tegunt, [40] [hoc eſt, ſcutum, quod Graecis ὅλον ὅπλον dicitur; cum caetera ſua nomina habeant: unde ipſe ait X. 841. *At Lauſum ſocii exanimem ſuper arma ferebant.* Sed hic ideo generaliter *arma* nominavit, ne inventione ſolius gladii conſilium proderetur.]

496. IMPIUS. Qui gladium reliquit furenti. Hoc autem tractum eſt de Homero, qui dicit gladium Ajaci datum ab Hectore, & Hectori ab Ajace balteum, quae eis exitio fuerunt; nam alter tractus eſt balteo; alter ſe donato telo interemit: [41] [unde proverbium natum eſt apud Sophoclem Ajac. 679. Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα.] EXUVIAS. Veſtes Aeneae, quem hoſtem dixerat ſupra 424. *I ſoror, atque hoſtem ſupplex adfare ſuperbum.* Item: 651. *Dulces exuviae.* [42] [LECTUMQUE JUGALEM. Eleganter etiam in morte perſeverat in amore, & quatenus poteſt Aeneae ſe conjungit, ſi uno igne cum ejus concremetur exuviis.]

497. QUO PERII. Propter extinctum pudorem. [43] [ABOLERE NEFANDI. A memoria tollere, ut I. 720. *Paulatim abolere Sichaeum.*

498. JUBET MONSTRATQUE SACERDOS. Et juvat, συμφέρει, hoc eſt, & voluntas mihi eſt, & ſacerdos hoc praecipit. *Quo* autem, pro enim poſuit.

499. HAEC EFFATA SILET. Subitum ſilentium imperfectam orationem ex perturbatione mentis oſtendit. PALLOR SIMUL OCCUPAT ORA. Scilicet ex conſcientia cogitatae mortis.

500. NOVIS. Pro uſitatis.] [44] PRAETEXERE autem praevelare, abſcondere [45] [Et eſt antiſtrophe, funeribus nova ſacra praetexere. Ergo hoc dicit: Anna non arbitratur ſub obtentu ſacrificiorum pompam funeri praeparari.]

VARIORUM.

rem locum interpretatur Lutatius ad Stat. I. Theb. 199. ſed ſub divo rogum fuiſſe ſtructum apparet ex initio libri ſequentis, ubi Aeneas videt collucere flammis moenia, ſed cauſſam ignis tanti ignorare, & Silius VII. 51. *in penetralibus* ſtructam pyram canit & ✝. 130. dicit ex pyra *potuiſſe cuncta freta & totam Carthaginis urbem cernere.* ergo ſub divo. vide & D. Heinſ. ad Silii lib. XV. 18. & *ſub auras* Gloſſator Regii codicis, *ſub divo* exponit. vid. mox 504. & 645. & Serv. ad lib. VII. 59. & lib. II. Georg. 47. male Cerda ad ✝. 685. pyram in tecto & ſublimi aedium parte fuiſſe cenſet, ad quam per gradus aſcendebatur, quod ſi fuiſſet, ipſae aedes etiam crematae fuiſſent. BURM.

495. THALAMO. *In thalamo* Leidenſis. mox, *exuvias omnes* alter Hamb. & ſec. Menagii. *exuviiſque* Sprotianus.

496. LECTUM JUGALEM. Atqui in ſpelunca ſine lecto coiiſſe Harduinus ait. quaſi poſtea diutius Carthagine haerens, non tetigerit amplius Didonem, quae poſt illum coitum, *conjugium* vocavit. & Poeta Didonem non furtivos amores meditatam eſſe, & hiemem quam longa eſt luxu foviſſe Aeneam & Didonem, turpi cupidine captos ait. vid. ſupr. 83. & 171. BURM.

497. SUPERIMPONAS. *Superimpones* Francianus. *ſuperimponant* Mediceus.

498. JUBET. Alii *juvat*, ut non ad Maſſylae voluntatem, ſed ad Didonis referatur cupiditatem. FABRIC. *Juvat* primus Moretanus, Sprotianus, Montalbanius, & alter Menagii, cujus prior pro di-

40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 41 deſunt iiſdem & Dan. ſed Baſil. habet ſine Graecis verbis, quae dedit Fabr. 42 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 43 deſunt iiſdem, ad *praetexere* ✝. 500. 44 abſcondere, praevertere, Baſil. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Germanam credit, nec tantos mente furores
Concipit, aut graviora timet, quam morte Sichaei.
Ergo juſſa parat.
At regina, pyra penetrali in ſede ſub auras
Erecta ingenti, taedis, atque ilice ſecta,
Intenditque locum ſertis, & fronde coronat

Fu-

SERVII.

501. TANTOS FURORES. Quantos cogitabat Dido.

502. GRAVIORA TIMET, QUAM MORTE SICHAEI. Aut *quam* detrahimus, & ſtat eloquutio: aut ſubaudimus, graviora timet poſſe contingere, [46] [quam quae morte Sichaei vel fecit, vel paſſa eſt Dido.]

504. AT REGINA PYRA. Notatus eſt hic verſus: vitioſa eſt enim elocutio, quae habet exitus ſimiles: licet ſit caſuum diſſimilitudo.

506. INTENDITQUE LOCUM SERTIS. [47] Ligat, ut II. 236. *Et ſtupea vincula collo Intendunt.* Et eſt Hypallage: eſt enim *Intendit ſerta per locum:* [48] [hoc eſt, aut a pariete in parietem ligat; quod eſt extenſis ſertis locum replet; quaſi ſerta per locum tendit.]

VARIORUM.

diverſa lectione etiam: *juvat* praeterea Mediceus a manu ſecunda. *jubat* a manu prima Gudianus & primus Rottendorphius. *Juvat* etiam Servius agnoſcit, nulla alterius ſcripturae facta mentione. idque vulgata ſcriptura longe efficacius mihi viſum. HEINS. *Nefanda* Edit. Veneta. *momenta* Venetus. *monimenta* plurimi. *juvat* etiam Wallianus, quod praetuli, quia & Dido ſe & ultro & voluntate ad abolendam memoriam Aeneae id facere, ſimulque hoc a ſacerdote praeceptum eſſe indicet. *monſtrare* enim & Dii fatidici & vates proprie dicuntur; ut inf. 636. vid. ad Lucan. v. 110. BURM.

499. OCCUPAT. Illud *inficit* ex Horatianis illis Epod. 7. *tacent, & ora pallor albus inficit*, librarius aliquis intruſit. ſed Scholiaſtes ibi *occupat* in hoc Maronis loco agnoſcit, ut & omnes noſtri codices. BURM.

500. NOVIS. Miror interpretationem Servii, & eam a Taubmanno probari demiror: nam *nova ſacra* vocat ea, quae faciebat marito Sichaeo, vel melius, nova, quae magica erant, & inſolita. quare lege apud *Servium*, *non uſitata.* & dele *pro uſitatis.* FABER. *Protexere* Mediceus a manu prima. in Servio legi poſſet, *pro inuſitatis.* vel nova nunc facit, pro antiquis, antea uſitatis, vel illis quae fecerat poſt mortem Sichaei. *nec tamen* Zulich. *haec tamen* Hugen. *munera* alter Menagii.

502. CONCIPIT. *Concipere* malebat vir eruditus in Obſerv. Miſcell. Critic. Vol. I. pag. 12. ſed vide notas alterius viri docti ſubjectas, & ipſe etiam pag. 285. retractat ſententiam. Non enim Anna ſua mente concipit furores, ſed non concipere poteſt, Didonem in animo habere tam furioſum mortis conſciſcendae ſibi conſilium. ſic fere Silius v. 182. *Concipe, ait, dignum factis aequare furorem*, id eſt mente tua concipe. & lib. XIV. 317. paullulum alio ſenſu *concipere tumores* dixit. Harduinus hoc quoque damnat, quaſi dubitaſſet Dido concipere furores, non Anna. BURM.

Ibid. AUT. *Haud* tres Moretani, Parrh. & nonnulli alii. & Ed. Venet. *haut* Wallian. a m. ſec. ſed tunc legi deberet *timens.*

506. INTENDITQUE LOCUM SERTIS. Servius Hypallagen eſſe ſtatuit, pro intendit ſerta loco. ſic Ovid. XIV. Met. 709.

—— *madidas lacrimarum rore coronas*
Poſtibus intendit.

ſed *intendere* hic eſt tegere, operire, ut *intendere tabernacula velis* apud Ciceronem v. Verrina cap. 31. *intendere brachia* (antennas) *velis* inf. v. 829. *ita intendere brachia tergo* eſt inducere, integere caeſtibus lib. v. 403. ubi recte Servius hunc locum citat. & hinc patet, quam recte hic Harduinus pro *tendere* dictum putet, ex Gallicismo. qui *tendre la ſale*, pro velis aut tapetibus parietes veſtire

46 deſunt L. Voſ. R. hoc eſt vel quae fecit, vel quae paſſa eſt Dido Dan. Fabr. quam morte Sichaei Steph. al. & nihil praeterea. 47 & intendit & inligat Dan. Fab. *ligat* R. Voſ. L. Steph. al. ſolum habent. 48 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Funerea: ſuper exuvias, enſemque relictum,
Effigiemque toro locat, haud ignara futuri.
Stant arae circum, & crinis effuſa ſacerdos
Ter centum tonat ore deos, Erebumque, Chaoſque,
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.

Spar-

SERVII.

507. FRONDE FUNEREA. [49] Cypreſſo. [50] [Romani moris fuit, propter cerimonias ſacrorum, quibus populus Romanus obſtrictus erat, ut potiſſimum *Cupreſſus*, quae exciſa renaſci non ſolet, in veſtibulo mortui poneretur; ne quis imprudens funeſtam domum, rem divinam facturus introeat, & quaſi [51] attaminatus ſuſcepta peragere non poſſit. Hinc ergo *funerea cupreſſo*:] nam etiam ſupradicta ligna ad funus pertinent, ut VI. 180. ut *Procumbunt piceae, ſonat icta ſecuribus ilex.*

508. EFFIGIEMQUE TORO LOCAT. [52] [Imaginem ſcilicet Aeneae: quia ſolent Magi effigies eorum facere, propter quos carmen inſtituunt, ut in Bucolicis: VIII. 80. *Limus ut hic dureſcit, & haec ut cera liqueſcit.* Et Ecloga VIII. 74. *Terque haec altaria circum Effigiem duco.* Horatius I. Sat. VIII. 30. *Lanea effigies erat, altera cerea.* Et bene] exprimitur amantis adfectus, quod etiam in morte amati imagini volebat eſſe conjuncta, ut paulo poſt inf. 605. *Natumque patremque Cum genere extinxem,* [53] *memet ſuper ipſa dediſſem.* HAUD IGNARA FUTURI. Memor ſuae diſpoſitionis.

509. [54] [STANT ARAE CIRCUM. Aut ſunt, aut circumſtant. CRINES EFFUSA. Crines effuſos habens, ut VII. 796. *Picti ſcuta Labici.* SACERDOS. Quaeritur a quibuſdam, quae ſit haec ſacerdos: quia illam ipſam accipi volunt, quae ſupra dicta eſt, tanquam ficta a Didone. Ergo hanc adhibitam ad tempus hujus officii ſacerdotem volunt.]

510. TERCENTUM TONAT ORE DEOS. Non *tercentum deos*; ſed tonat [55] tertio centum numina Hecates: unde & [56] Hecate dicta eſt, *ἑκατὸν*, id eſt, centum poteſtates habens. *Tonat* autem perite dixit: [57] in talibus enim ſacris imitabantur tonitrua, [58] [ſed praecipue in Hecatae. Aut *tonat*, clara voce & cum fiducia invocat. HEREBUM. Inferorum profunditatem.

511. [59] [TERGIMENAMQUE HECATEN. Quidam *Hecaten* dictam eſſe tradunt, quod eadem & Diana ſit & Proſerpina, ἀπὸ τ͂ ἑκατέρων: vel quod Apollinis ſoror ſit, qui eſt ἑκατηβόλος. Et ſecundum Heſiodum Hecate & Titanis & Aſteriae filia eſt; Diana & Jovis & Latonae; Perſephone Jovis & Cereris, quam genealogiam poſteriores confuderunt.] TRIA VIRGINIS ORA DIANAE. Iteratio eſt [60] [ejuſdem rei,] Lunae, [61] Dianae, Proſerpinae. [62] [Et cum ſuper terras eſt, creditur eſſe Luna; cum in terris, Diana; cum ſub terris, Proſerpina. Quibuſdam ideo triplicem placet: quia Luna tres figuras habet, prima tanquam [63] C; ſequens tanquam O; tertia tanquam Ɔ. Nonnulli eandem, Lucinam, Dianam, Hecaten appellant ideo: quia uni deae tres adſignant poteſtates, naſcendi, valendi, moriendi: & quidem naſcendi Lucinam deam eſſe dicunt; valendi Dianam; moriendi Hecaten: ob quam triplicem poteſtatem, triformem eam triplicemque finxerunt, cujus in triviis templa ideo ſtruxerunt.]

VARIORUM.

ſtire Gallos dicere adfirmat. ſed Richeletus abſolute etiam *tendre* ita ſumi docet, unde & *Tendeur* dictus: ſed *tendre une ſale* eſſe aperire etiam dein oſtendit. ſed hic agendum erat de *intendere*, non *tendere*, a quo derivatum *intendere* ignorant Franci, licet *intendant* inde deductum in uſu ſit. BURM.

507. FUNEREA. Memoria labens Lutatius ad Sta-

49 deeſt Dan. Fab. Cupreſſum Baſil. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 51 contaminatus Fab. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 53 *& memet* Baſil. 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 55 ter centum L. Voſ. R. tercentum Steph. al. nomina Voſ. Dan. Fabr. 56 Hecates. Dan. 57 in aliquibus enim Baſil. aliquibus enim Dan. Fabr. 58 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 59 deſunt iiſdem. 60 deſunt iiſdem. 61 deeſt Baſil. 62 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 63 tanquam C... tanquam O. Dan. ſupplevit Voſſius in Epiſtol. ad Pontanum in Sylloge a Matthaeo edita XXXV. & ita in Edit. Fabr. prima tanquam C. ſequens tanquam Ɔ. tertia tanquam O. ſed in Marg. ſui Servii, ſequens tanquam D.

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni:
Falcibus & meſſae ad Lunam quaeruntur aënis
Pubentes herbae, nigri cum lacte veneni:
Quaeritur & naſcentis equi de fronte revolſus,
Et matri praereptus amor.

Ipſa

SERVII.

512. SIMULATOS FONTIS AVERNI. In ſacris, ut ſupra II. 116. diximus, quae exhiberi non poterant, ſimulabantur; & erant pro veris. Bene autem de Averno, per quem deſcenſus ad Inferos dicitur.

513. FALCIBUS ET MESSAE AD LUNAM QUAERUNTUR AHENIS. [64] Quia herbae, aut ſecundum Lunae rationem tolluntur, [65] [aut in quas deſpumaverit Luna, ſicut Lucanus VI. 506. *Donec ſubpoſitas propius deſpumet in herbas.*] Nec omnes eodem modo: unde perite & *ahenis falcibus* dixit: quia aliae velluntur; aliae inciduntur: & AD LUNAM, non ad noctem; ſed ad Lunae obſervationem.

514. PUBENTES HERBAE. [66] Ideo, quia aliae ſiccae; aliae viridiores leguntur. Et ſciendum, inter homines & herbas eſſe [67] reciprocam relationem: ſic enim *pubentem herbam* dicimus, quemadmodum *florem aetatis*. NIGRI CUM LACTE VENENI. *Nigri*, aut noxii: quia nigri fiunt homines poſt venenum. Aut certe illud eſt: quia ſunt herbae *nigri lactis*, id eſt, ſucci. Dicunt autem per periphraſin agreſte papaver ſignificari.

516. ET MATRI PRAEREPTUS AMOR. [68] Secundum Plinium, qui dicit in Naturali hiſtoria, pullos equinos habere in fronte quandam carnem, quam eis ſtatim natis adimit mater: quam ſi quis fronti praeripuerit, [69] odit pullum, & lac ei denegat. Juvenalis VI. 616. *Cui totam tremuli frontem Caeſonia pulli Infudit.* Et merito ſuſpicantur amorem creari ex carne, ſine qua mater non alit ex ſe creatum. [70] [Theocritus Idyl. II. 48. *hippomanes*, virgulti genus dicit.] IPSA MOLA. Id eſt, farre & ſale: [71] [quam *molam ſalſam*, a molendo appellant.] Ordo autem eſt: ipſa Dido mola, & piis manibus, id eſt, puris, deos teſtatur. [72] [Et bene ipſa: quia ſupra de ſacerdote erat locuta.]

VARIORUM.

Statii IV. Theb. 460. citat, *funeſta fronde coronat.*

Ibid. ENSEMQUE. *Relictum*, non quem oblitus erat Aeneas, ſed ſponte, ut munus, Didoni dederat. Ita Propert. IV. III. 29.

At mihi quum noctes induxit veſper amaras,
Si qua relicta jacent, oſculor arma tua.

vid. infr. ℣. 647. BURM.

509. EFFUSA. *Paſſa* prior Hamburgicus. ex gloſſa. vulgata eſt apud Schol. Stat. lib. I. 90.

510. TERCENTUM. Dan. Heinſ. ad Silii lib. I. 91. disjungit *tercentum*, ut ſit, ter tonat ore centum Deos. & ita jam editio Commelini Heidelb. exhibuit, & ita Wallianus & Wittianus & alii etiam in Servii notis. *ſonat ore* Hamb. pr. Rogat hic Harduinus, & infr. ad ℣. 609. unde haec inferorum nomina noverit Vates Maſſylae gentis, quae debuiſſet pro Erebo & Chao &c. propiora & notiora ſibi & Africanis nomina dediſſe: ſed quum magica ſacra, diverſis gentibus uſitata, fere ad Lunam facta conſtet, licuit certe Poëtae numina a Carthaginienſibus & Afris ſuae gentis nominibus appellata, & culta, Graecis aut Romanis vocabulis inducere: ſi enim hoc in Poëtis culpandum, nec Thracum aut Gallicum Deum belli, *Martem* vocare liceret, & ita de reliquis. immo deberent Carthaginienſium imperatores & magiſtratus non *Dictatores*, *Praetores* &c. dici, ſed *Suffetes* eſſent vocandi. & tamen ſcriptores Romani aliarum gentium magiſtratus apud ſe uſitatis titulis & appellationibus inſignire ſolent. BURM.

511. TERGEMINAMQUE. *Tergeminam* Montalbanius,

64 herbae enim pro Lunae ratione tolluntur L. Voſ. Steph. herbae enim ſecundum rationem L. tolluntur R. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. in Lucani loco legitur, *propior*. 66 pubentes autem iidem. 67 reciprocas tralationes Baſil. reciprocam tralationem L. Voſ. R. Steph. 68 Plinius dicit in Voſ. Dan. Fabr. 69 pullum odit, abjicit, & Voſ. Steph. pullum & lac R. omiſſis reliquis. odit deeſt L. 70 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 71 deſunt iiſdem. 72 deſunt iiſdem.

Ipſa mola, manibuſque piis, altaria juxta,
Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta,
Teſtatur moritura Deos, & conſcia fati
Sidera: tum, ſi quod non aequo foedere amantis
Curae numen habet, juſtumque memorque precatur.

Nox

SERVII.

518. UNUM EXUTA PEDEM. Quia id agitur; ut & iſta ſolvatur, & implicetur Aeneas: [73] [ſolent enim & *reſolutoria ſacrificia* ab aruſpicibus fieri: & Junonis Lucinae ſacra non licet accedere, niſi ſolutis nodis.] IN VESTE RECINCTA. Quia, ut ſupra diximus, in ſacris nihil ſolet eſſe [74] religatum; praecipue ejus, quae amore vult ſolvi. [75] [Sane Flaminicae non licebat, neque calceos, neque ſoleas morticinas habere. *Morticinae* autem dicuntur, quae de pecudibus ſua ſponte mortuis fiebant: neque ſupra genu ſuccinctam eſſe, quod hic vult tangere: *Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta*: non ſublata, ſed ſummiſſa: nam ſic eſt dictum *recincta*, ut reſoluta, ut remiſſa.

519. TESTATUR MORITURA DEOS. Quidam hic *teſtatur*, pro obteſtatur accipiunt.] CONSCIA FATI SIDERA. Id eſt, planetas, in quibus fatorum ratio continetur. [76] [An conſcia fati ſui teſtatur ſidera, ut conſtantia ejus appareat mori volentis: ergo *fati* ſui, id eſt, mortis.]

520. SI QUOD NON AEQUO FOEDERE AMANTES CURAE NUMEN HABET. [77] [Ordo eſt: Tunc numen precatur, ſi quod curae habet amantes non aequo foedere.] SI QUOD autem, bene dubitat, utrum [78] & res malae habeant praepoſitas poteſtates: [79] [Nam & amatoribus praeeſſe dicuntur ἔρως, ἀντέρως, λυσέρως. Nonnulli Nemeſin ſignificari putant:] aut ἀντέρωτα invocat: contrarium Cupidini, qui amores reſolvit: aut certe cui curae eſt iniquus amor, ſcilicet ut implicet non amantem. [80] [Hic etiam Athenis coli dicitur.]

521. JUSTUMQUE MEMORQUE. [71] * [*Juſtum* ad judicandum,] ut expugnetur qui eſt cauſſa diſcordiae: [72] * [*memor*, ſimul ad vindicandum: & *memor* ideo neutro genere, quia *numen* dixerit.]

VARIORUM.

banius, alter Hamburgicus & Excerpta noſtra. *ter virginis* ſecundus Rottendorphius.

513. FALCIBUS ET MESSAE. *Falcibus ad lunam & meſſe q. aënis* Francianus. vide de aeneis his falcibus Macrob. v. Saturn. 19.

516. PRAEREPTUS. *Praeruptus* in priore Menagiano, & a manu ſecunda in Menteliano altero. HEINS. Ita & Leidenſis unus, Wallianus & Schol. Lucani VI. 456. *praeceptus* vel *perruptus* Hugenianus. Plinius VIII. 42. *Si quis praeceptum habeat*. ceterum hic turpiter ſe dat Harduinus, qui Hippomanes neſcire debuiſſe vatem hanc contendit, quum ante Plinium, qui poſt Virgilium vixit, nullus certus auctor illud deſcripſerit. atqui ipſe ad Plin. lib. VIII. ſect. LXVI. vel cap. XLII. Ariſtotelem auctorem laudat, quem Plinius compilavit. an ergo Ariſtoteles etiam poſt Virgilium ſua ſcripſit, vel impoſtor aliquis ejus nomen mentitus? certe ille, ipſo etiam judice, ante Plinium debuit vixiſſe, non ſeculo illo XI. vel XIV. vel XV. quo omnia ſcripta illa ſuppoſita fuiſſe ſtatuit. praeterea probare nobis debuiſſet non ante Ariſtotelem Hippomanes fuiſſe a magis adhibitum, aut non licere Poëtae id adſcribere magis & artis ſuae peritiſſimis, unde Dido hoc didiciſſe potuit. BURM.

517. MOLA. *Molam* Montalbanius & Mediceus. & ita Servius ad Ecl. VIII. 82. *ipſam molam* vitioſe citat.

518. IN VESTE. *Et* Hugenianus. & in Epiſt. Philolog. Goldaſti XLVIII. vid. Guellium.

520. QUOD. *Quid* Leidenſis unus a manu prima. *non aequo foedere* dictum, ut apud Terent. Eun. I. I.

Utinam pars aequa amoris tibi eſſet mecum.

& Ovid. XV. Ep.

Quoniam non ignibus aequis
Ureris.

& alibi. de amore, qui non eſt mutuus, explicat etiam

73 deſunt iiſdem. 74 praeligatum Steph. Dan. Fabr. al. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Conſcia* ℣. 519. 76 deſunt iiſdem. 77 deſunt L. R. Voſ. 78 ſuper res male poſitas habeat pot. ſenſus autem hic eſt, aut ἀντέρωτα. invocabat Steph. al. & ita res malae habeant Dan. Fabr. utrum res malae L. Voſ. R. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. male vero λυσίρως in Dan. Fabr. legi cenſet Pignorius Symb. Quaeſt. V. qui λυσέρως corrigit. de qua voce vide Heinſ. Lect. Theocr. cap. IV. BURM. 80 deſunt iiſdem. 71 * deſunt iiſdem. 72 * deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Nox erat; & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſilvaeque & ſaeva quierant
Aequora: quum medio volvuntur ſidera lapſu,
Quum tacet omnis ager: pecudes, pictaeque volucres,
Quaeque lacus late liquidos, quaeque aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitae ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phoeniſſa, neque umquam
Solvitur in ſomnos, oculiſve aut pectore noctem
Adcipit. Ingeminant curae: rurſuſque reſurgens

Sae-

SERVII.

522. NOX ERAT. Protenditur iſta deſcriptio ad exaggerationem vigiliarum Didnnis.

523. SYLVAEQUE. Secundum eos, qui dicunt omnia, quae creſcunt, animalia eſſe.

524. AEQUORA. Elementa etiam animalia eſſe voluerunt: unde eſt in ſeptimo 34. *Aequora mulcebant cantu.* [73] * [MEDIO VOLVUNTUR SYDERA LAPSU. Noctem deſcribit per ſydera, hoc eſt, cum medium curſum tenent ſydera, quae orta ſunt.]

525. TACET AGER. Ea, quae in agris ſunt. [74] * [PICTAEQUE VOLUCRES. Uno verbo multos & varios colores avium demonſtravit: pictura enim ex multis coloribus conſtat.

529. AT NON INFELIX ANIMI. Antitheſis, ut III. Georg. 349. *At non qua Scythiae gentes:* Figuratius eſt *animi*, quam ſi *animo* diceret, ut XII. 19. O *praeſtans animi juvenis.*]

530. OCULISVE AUT PECTORE NOCTEM ACCIPIT. Quia poteſt aliud eſſe ſine alio; ut ſi quis dormiens mente turbetur.

531. RESURGENS SAEVIT AMOR. Gravior enim eſt, cum reſurgit: & eſt ſententia quaſi generalis: [75] * [ſicut in ſecundo de Aenea II. 316. *Furor iraque mentem Praecipitant.*]

VARIORUM.

etiam Salmaſ. Obſerv. ad Jus Att. pag. 640. BURM.

521. JUSTUMQUE. *Sanctumque* Parrhaſ..

522. PLACIDUM. *Placitum* alter Hamburgicus. HEINS. *Placidam quietem* alter Menagii & Serv. ad I. Aen. 388. *Et placidam carpebant membra quietem.* vide Aen. I. 691. BURM.

523. CORPORA. Id eſt animalia, ut exponit Pricaeus ad Apolog. Apuleji pag. 131. ſed cur non etiam homines poſſent intelligi? BURM.

Ibid. QUIERANT. *Quierunt* Mentelianus prior, alter Hamburgicus, & tertius Moretanus. HEINS.

526. DUMIS. *Dumos* Montalbanius. forte *dumo*, adſcripſerat Heinſius.

528. LENIBANT. Hic quoque in exemplaribus quibuſdam omiſſus. FABRIC. Abeſt hic verſus a Mediceo, Menteliano priore, primo Rottendorphio, & altero Voſſiano. omittit etiam Gudianus a manu prima, & alter Mentelianus, & ſecundus Rottendorphius, & Menagianus alter, & primus Moreti. & ſane conflatus hic verſus videtur ex illo libr. IX. 224.

Caetera per terras omnes animantia ſomno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.

HEINS. Deficit etiam in uno Leidenſi, & Regio, & a manu prima in Hugeniano.

Ibid. TENENT. *Tacent* Sprotianus.

529. PHOENISSA, NEQUE. *Phoenixa, vel* Dorvillian.

530. OCULISVE. *Oculiſque* Mentelii & Sprotii. *oculis* Venetus.

532. MA-

73 * deſunt iisdem. 74 * deſunt iisdem ad ℣. 530. 75 * deſunt iisdem & Dan. ſed non Baſil.

Saevit amor, magnoque irarum fluctuat aeſtu.
Sic adeo inſiſtit, ſecumque ita corde volutat:
En, quid ago? rurſusne procos irriſa priores
Experiar? Nomadumque petam connubia ſupplex,
Quos ego ſim toties jam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſis, atque ultima Teucrûm
Juſſa ſequar? quiane auxilio juvat ante levatos,
Aut bene apud memores veteris ſtat gratia facti?
Quis me autem (fac velle) ſinet; ratibuſve ſuperbis

In-

SERVII.

533. ADEO. Scilicet furuit: ut in hoc propoſito permaneret vitandae ſine dubio lucis. [76] * [INSISTIT SECUMQUE ITA CORDE VOLUTAT. Aut inſiſtit volutare: aut inſiſtit propoſito moriendi. Plautus tamen ita ait: *Hunc ſermonem inſtiti.*]

534. EN QUID AGAM? *En*, [77] * [*ecce*, & quaſi demonſtrantis particula eſt, per quam intelligimus eam multa cogitaſſe, & ſic prorupiſſe:] *Ecce, quid actura ſum?* Eſt autem comicum principium, nec incongrue amatrici datum. Sic Terentius Eun. I. I. I. *Quid igitur faciam?* nam haec conjunctio multa eam cogitaſſe ſignificat. RURSUS. Duo ſignificat, frequenter, [78] * item *iterum*; raro *viciſſim*, [79] * id eſt, mutuo; denuo, ut hoc loco. [80] * [Alii hoc loco *rurſus*, pro ſimiliter accipiunt, ut ſit: ergo ego ſimiliter rogabo eos, ſicut me illi antea rogaverunt.]

535. NUMIDUMQUE PETAM. Invidia a perſonis: *petam*, mulier, & regina, Numidas, id eſt, vagos.

536. MARITOS. Futuros ſcilicet. Eſt autem eloquutio: *dedignor illam rem.*

537. [81] [ILIACAS IGITUR CLASSES. Sic intulit, quaſi, ſi illud non fecerit, hoc neceſſario conſequatur. ULTIMA JUSSA. *Ultima*, deterrima, an ſuperba: &] aut intelligimus Aenean ei obtuliſſe navigandi facultatem: aut TEUCRUM JUSSA, non quae [82] ipſi juſſerant, ſed quae eis a Jove juſſa ſunt, ut ſup. 237. *Naviget, haec ſumma eſt.* [83] [Alii κελευσμα: unde jubere κελεύειν dicitur Graece.]

538. QUIANE. [84] Re vera: & eſt una pars orationis.

539. [85] [BENE. Pro qualitatis adverbio intelligendum eſt.] STAT. Permanet.

540. [86] [QUIS ME AUTEM, FAC VELLE, SINET? Ordo eſt: Fac me autem velle, quis ſinet? RATIBUSQUE SUPERBIS. Vel magnis & altis; vel in quibus ſuperbi navigaturi ſunt, hoc eſt, [87] qui me tanto contemptu deſerunt.

VARIORUM.

532. MAGNOQUE IRARUM. *Magno curarum* quartus Moretanus. aliter inf. ỳ. 564. HEINS. Sed *curarum* repetitum ex libr. VIII. 19.

533. VOLUTAT. *Voluptat* Dorvil. ita & VI. 157.

534. EN, QUID AGO. Ita Manuſcriptum. Donatus in Eunuchum legit, *Heu* pro *En*, quod non probo, & de hujus particulae uſu in Hecyram diximus. FABRIC. *Heu quid agam?* videtur Donatus agnoſcere ad Eunuchum Act. I. t. ad illa, *quid igitur faciam?* addito & Menandri loco εἶτα τί ποιῶ. ſed ſic a ſcriptis abire nobis religio eſt. vide annotata lib. X. 675. ubi receptam [illegible] pluribus aſſerui. *Agam* certe nuſquam compareret, niſi in Montalbanio, ſecundo Moreti & Veneto, ra-

76 * deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 77 * deſunt Steph. 78 * deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 79 * id eſt denuo L. id eſt mutuo, id eſt denuo R. Baſil. denuo deeſt Voſ. Steph. id eſt mutuo vel denuo Fabr. 80 * deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 81 deſunt iiſdem. 82 ipſius fuerunt Dan. 83 deſunt L. R. Steph. Fabr. alii celeuma, unde jubere celeuſis dicitur Graece Voſ. κέλευσμα etiam Dan. 84 Ironia eſt, & eſt, Barthius ad Statii X. Theb. 586. 85 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 86 deſunt iiſdem ad ỳ. 543. 87 quae m. t. c. deſeruit Dan.

Inviſam adcipiet? neſcis heu, perdita; necdum
Laomedonteae ſentis perjuria gentis?
Quid tum? ſola fuga nautas comitabor ovantis?
An Tyriis, omnique manu ſtipata meorum
Inferar? & quos Sidonia vix urbe revelli,

Rur-

SERVII.

541. IRRISAM. Alii INVISAM. Quae ſic contemni & relinqui mereor.

542. LAOMEDONTEAE. Nunc fraudulentae.]

543. NAUTAS. Non Trojanos: nam injurioſe dixit *nautas*, id eſt, aſſuetos laboribus. OVANTES. Laetantes: abuſive: nam proprie *ovatio*, eſt minor triumphus: qui enim ovationem meretur, & uno equo utitur, & a plebeis, vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de *ovibus* ſacrificat: unde & *ovatio* dicta: qui autem triumphat, albis equis utitur quatuor, & ſenatu praeeunte in Capitolio de tauris ſacrificat. [88] [Et bene duo diverſa poſuit, *fuga* & *ovantes*, ut gravius eſſet, cum his, qui ovarent, ire fugientem.

545. INSEQUAR. Alii [89] inferar, ut I. 439. *Infert ſe ſeptus nebula.*] VIX URBE REVELLI. Aut mox, id eſt, paulo ante, ut I. 34. *Vix e conſpectu Siculae telluris in altum Vela dabant laeti.* [90] Aut re vera *vix*, ut diximus ſupra I. 361. nam nulla ratione dimitterent patriam, niſi eos aut odium Pygmalionis coëgiſſet, aut timor, ut I. 361. *Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.*

VARIORUM.

recentioris notae exemplaribus, quod tamen Florentinam Juntarum Editionem, aliaſque nonnullas nullo jure occupavit. *irriſa* vero eleganter. ita Claud. Bel. Get. 181.

Gerit irrita Tempe
Theſſalus, & domitis irriſam cotibus Oeten.

Elegia in obitum Druſi 103.

Te queritur, caſuſque malos, irriſaque vota.

ut legendum puto. Juſtinus lib. XX. 2. *Quibus irriſis Philippus bella Scythica adgreditur.* ſic ſcripti codices. non *deriſus*. HEINS. *Quid ego* Oudartii. *En quid ago?* Macrob. IV. 6. & Rufinianus pag. 27. *heu*, ut in Wittiano, deſumtum ex ℣. 283. *agam* Junta, Ald. & alii.

535. NOMADUMQUE. Eadem hic diverſitas quae ſupr. 520. *ſequar connubia* Dorvill. vid. ſupr. 361.

536. SUM. *Sim* cum Mediceo aliiſque praeſtantioribus magno numero, tam noſtris, quam Pierianis. HEINS. Et ita noſtri & Servius ex optimis codicibus ad VIII. Ecl. 18. & II. Aen. 344. & ſupr. 399.

537. IGITUR. *Iterum* ſecundus Rottendorphius. *& ego claſſes* prior Hamburgicus.

538. AUXILIO. Heuman. Poecil. lib. IV. pag. 549. legit, *auxilium*, ut ſit auxilium juvat levatos, in qua emendatione ſe glorioſe effert, quia ſaepe occurrit, *bella*, *arbuſta juvant* &c. & qualia centum facile poſſent cumulari: ſed *levare auxilio*, eſt non minus obvia locutio. *juvat* autem ante levatos eſſe auxilio Trojanos. reſpicit enim ad lib. I. 571.

Auxilio tutos dimittam opibuſque juvabo.

ita & lib. II. 452. *Auxilioque levare viros.* & ita *juvare auxilio* X. 33. & Ovid. IX. Met. 780. *Auxilioque juva*, ubi & alii codices *leva*. ut ſaepe haec verba confuſa fuere. *auxilio ſublevare* idem I. Triſt. IV. 102. ſed piget plura adſcribere in re obvia. BURM.

539. ET BENE. *Aut bene* alter Mentelii, duo Rottendorphii, alter Menagianus, prior Moretanus. in Sprotiano *At*. HEINS. *Aut bene* Regius & Wittian. *ſit gratia* Menagii prior. forte *ſit*, adſcripſit Heinſius. *at bene* Dorvill.

540. SINET. *Sinat* alter Hamburgicus & a manu prima Excerpta noſtra.

541. IRRISAM. *Inviſam* Mediceus, Mentelianus, aliique complures ex noſtris & Pierianis, quod placet. praeceſſerat enim paullo ante, *rurſuſne procos irriſa priores Experiar?* ut *irriſa* hoc loco ferri non poſſit. *ratibuſque* tamen praeter Mediceum

[88] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *vix* ℣. 545. [89] *inferas* Dan. [90] forte, aut revera *vix*, aegre: ita explicuit etiam ad lib. II. 334.

Rurſus agam pelago, & ventis dare vela jubebo?
Quin morere, ut merita es: ferroque averte dolorem.
Tu lacrimis evicta meis, tu prima furentem
His, germana, malis oneras, atque objicis hoſti.
Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam

De-

SERVII.

547. QUIN MORERE. *Quin*, immo: & bene omnis ejus intentio tendit ad mortem: nam ſi procos rogare turpe eſt, ſolam ſequi impoſſibile & inhoneſtum; Tyrios trahere difficile, ſola mors ſupereſt. [91] [FERROQUE AVERTE DOLOREM. Hoc ſecundum eos dixit, qui, cum aliquid impulſu animi conſtituerint, voluntatis ſuae rationem addere conantur. Ergo & hic quaſi [92] rationem adprobat, quod furore paulo ante decreverat.]

548. TU LACHRYMIS EVICTA MEIS. Bene totum ei imputat; ſed cum excuſatione, quae Aeneae nuptias ſuaſit: [93] & *victa lachrymis*, ut ſupr. 30. *Sinum lachrymis implevit obortis. Anna refert.* TU PRIMA FURENTEM. [94] Urbanus hoc dividit, licet alii jungant: & vult hunc eſſe ſenſum: Tu perſuaſiſti ut nuberem, victa lacrymis meis: tu etiam nunc me his oneras malis: nam me olim occidiſſem, niſi te deſerere formidarem.

549. OBJICIS HOSTI. *Ob* naturaliter brevis eſt, ſicut & *re* & *ad*; ſed plerumque producuntur hac ratione, *Obicio*, *reicio*, *adicio*, *i* habent vocalem ſequentem, quae per declinationem poteſt in conſonantis formam tranſire, ut *objeci*, *rejeci*. Ergo [95] etiam ante quam tranſeat, interdum fungitur officio conſonantis, & praecedentem longam facit. [96] [HOSTI. Ad eventum referendum.

550. NON LICUIT. Quia aliud volebat, & aliud factum eſt, ſicut ſolent dicere quibus aliter conata ſuccedunt. THALAMI EXPERTEM. Non omnino; ſed poſt Sichaeum. SINE CRIMINE. Ut ſupra ꝟ. 19. *Potui ſubcumbere culpae.*]

VARIORUM.

diceum, priorem Mentelianum & Gudianum, plerique noſtri. HEINS. *Ratibuſque* Wall. & Regius. *ratibuſne* Parrhaſ. ut Paſſeratius conjecit, teſte Guellio. *ſuperbus* Ed. Venet. *invisam* etiam Regius, Parrhaſ. Francianus & Witt. vid. lib. II. 574. *immenſam.* ſed emendatum, *invisam* Hamb. *irriſam* Wall. BURM.

542. LAOMEDONTEAE. *Laomedontiadae* ſecundus Rottendorphius pro varia lectione. *Laumedonteae* Francianus & Parrhaſ. *gentis perj. ſentis* Dorvil. Inepte Latine dici dubitat, *ſentis perjuria*, pro noſcis, Harduinus. at ſentimus non tantum, quae noſcimus, ſed unde incommodum, malum, poenam, & alia experimur. ſic *ira dei ſentitur* Ovid. IX. Ep. 46. & centies alibi. vid. ad Petron. CXXXIX. & ipſe Plinius centies, *ſentire ſitim*, *ſitum*, *putredinem* &c. dixit. BURM.

543. COMITABOR. *Comitabar* tertius Rottendorphius. *comitata* prior Hamburgenſis. forte, *comitabere*, adſcripſerat orae Heinſius. videtur Ovidius imitatus lib. II. ex Pont. II. 83.

Quem pia vobiſcum proles comitavit euntem.

ubi Heinſ. *ovantem* malebat. IV. Met. 483.

Luctus comitantur euntem, Et pavor & terror.

Sabinus Epiſt. II. 33.

Usque redire velis non ut comitaret euntem
Te rogat.

ita ut haec locutio ſollemnis videatur. Noſter lib. VI. 476. *miſeratus euntem.* & 864. *comitatur euntem.* & paſſim vid. ad Nemeſ. Cyneg. 277. ſed praeſtat. *ovantes*, quia ſup. 418. *puppibus laeti impoſuere coronas. quid cum* etiam Dorvill. BURM.

545. INSEQUAR. Mediceus cum pleriſque noſtris & Pierii, *inferar.* quod placet impenſe. ut libro IX. 400.

An ſe medios moriturus in hoſtes Inferat.

& libr. X. 66.

Hoſtem ſe inferre Latino.

& poſtea 576.

Interea bijugis infert ſe Lucagus albis
In medios.

libr

91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 forte, *ratione*; ut apud Ovid. Remed. 10. *Et quod nunc ratio eſt, impetus ante fuit.* Suet. Aug. LXIX. *adulteria non libidine, ſed ratione commiſſa.* & ita ſaepe Cicero & alii. vid. & ad Calpurn. V. Ecl. 96. BURM. 93 ſed *victa* L. Voſ. R. Steph. al. 94 alii hoc dividunt &c. ſenſum. Urbanus hoc dividit. Tu &c. Dan. & Fabr. qui tamen haec ultima omiſit. 95 deeſt Dan. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ꝟ. 551.

Digitized by Google

Degere more ferae, talis nec tangere curas?
Non ſervata fides, cineri promiſſa Sichaeo.
Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus.
Aeneas celſa in puppi, jam certus eundi,
Carpebat ſomnos, rebus jam rite paratis.

Huic

SERVII.

551. MORE FERAE. Plinius in Naturali hiſtoria dicit: *Lyncas poſt amiſſos conjuges, aliis non jungi.* Multi *fere* adverbium volunt, ut ſit ſenſus: more ſcilicet; quoniam viduitatem ferre conſueverat. CRIMINE autem, bene, ut ſupra ỳ. 19. *Potui ſuccumbere culpae.*

552. SICHAEO. Pro [97] Sichaeio: [98] [vel *promiſſa Sichaeo*; non *ſervata ciner*.]

553. [99] [PECTORE QUESTUS. Id eſt, pectus queſtibus.]

554. CERTUS EUNDI. Indubitabiliter profecturus.

555. CARPEBAT SOMNOS. Hoc eſt, quod & paulo poſt culpat Mercurius, [1] [dicens: *Nate dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?*] Sed excuſatur his rebus: nam & *certus eundi* fuerat, & rite cuncta praeparaverat: aut certe prooeconomia eſt, ut poſſit videre Mercurium. [2] [RITE. Recte & ex ordine compoſitis: & diligenter virum ſtrenuum non ante facit requieſcere, quam rite omnia paraviſſet.]

VARIORUM.

lib. XI. 742.

Venulo adverſum ſe turbidus infert.

Inferor prior Hamburgicus. Probus tamen in Arte lib. I. lectionem vulgatam expreſſit. Servius refert pro diverſa lectione. HEINS. *Inferar* etiam Regius, Parrhaſ. Wittian. Wallian. & Francianus. vid. Miſcel. Obſerv. Vol. I. p. 173. BURM.

Ibid. SIDONIA VIX. *Vix Sidonia ab urbe* Parrhaſ. *revulſi* Wall.

546. ET VENTIS. *In ventis* Sprotii, *videbo* Montalbanius & Zulichemius.

547. AVERTE. *Abrumpe* pro diverſa lectione tertius Rottendorphii. HEINS. Sed vulgata legitur apud Scholiaſten Crucquianum ad Horat. lib. III. Od. 27.

549. OBJICIS. *Objicit* Regius.

550. EXPERTEM. *Expertam* Rottendorphius & Hamburgenſis ſecundi, & primus Rott. a manu prima & Wittian. vid. ad Lucan. V. 412. & Livii lib. XXIV. XXII. 2.

551. FERAE. Superſcriptum in priore Rottendorphio, *Lyncis*, & in margine Zulichemii. *nec tales* ſecundus Rottendorphii. *non tales* alter Mentelii. *fero* Waddel. Anim. Critic. p. 16. & *morem ferum* primo explicat, quod innupta poſt fata Sichaei, ſpretis omnibus procis, maneret. deinde vulgatam ſervat, ſed explicat, non manſi expers thalami, ut conſtitueram, ſed more ferarum priore amiſſo conjuge, alii me adplicui, ut ſolent ferae. ſed hoc videtur repugnare τοῖς, *expertem thalami*, quia ex ejus ſententia ferae non ſunt expertes thalami ſecundi. quare ſupplendum eſſet, ſed more ferae me iterum alteri ſociavi. quod quam durum ſit nemo non videt. Haereo an, *more meo*, meo arbitrio & jure, conſuetudine viduitatis, ut Servius explicare videtur. altera lectio *more fere*, ut eſt in Wall. & Wittian. poſſet explicari, ut fere, id eſt plerumque mos & conſuetudo eſt. ita *more* & *moribus* poni docuerunt Ach. Stat. ad Sueton. Gramm. cap. XIII. & Heinſ. ad Phaedr. I. 12. & Cortius ad Salluſt. XXXI. 25. ubi & *conſuetudine* ita poni oſtendit. *moribus fiunt multa injuſta*, Terent. Heaut. IV. 7. de vario uſu vocis *fere* vid. Heinſ. ad Ovid. XVIII. Epiſt. 59. & ita hic poſſet explicari pro plerumque, ſed non ſemper, ut ſe accuſans, ſimul purget exemplo aliarum, licet non frequenti, viduarum. nil melius exputare poſſum. ſed illud *fere* in MSſ. ubi diphthongi negliguntur, infirmat lectionis diverſitatem, & pro plerumque hic capere durius. BURM.

552. SER-

97 Sicheio L. Voſ. Fabr. al. Sichei R. 98 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.
1 deſunt L. R. Baſil. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Huic ſe forma Dei voltu redeuntis eodem
Obtulit in ſomnis, ruſuſque ita viſa monere eſt;
Omnia Mercurio ſimilis, vocemque, coloremque,
Et crinis flavos, & membra decora juventae:
Nate Dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?

Nec,

SERVII.

556. FORMA DEI. Bene non deus, ſed forma: raro enim numina, ſicut ſunt, poſſunt videri: unde & ſequitur: *Vultu redeuntis eodem:* nam licet REDEUNTIS dicat, id eſt, ejus, qui poſſit agnoſci; tamen non FACIEM dicit; ſed VULTUM, qui poteſt ſaepe mutari. EODEM. O, ſemper longum eſt: quia *eodem* ablativus eſt [3] ſemper; *eadem* autem & producit & corripit: nam & nominativus eſt, ut *eadem mulier fecit:* & ablativus, ut *eadem faciente muliere.*

557. VISA MONERE EST. Et bene *viſa:* [4] non enim re vera eſt.

558. OMNIA MERCURIO SIMILIS. Aliud enim eſt idem eſſe; aliud ſimile eſſe: ergo [5] nunc eſt certus Aeneas. [6] [Et a toto tranſit ad partes, ut omnia magna, pes etiam.] VOCEMQUE. Duo ὁμοιοτέλευτα: & eſt verſus hypermetrus. *Vocem* autem ideo: quia orationis eſt deus. Horatius I. Od. 10. *Mercuri facunde.* COLOREMQUE, ET CRINES FLAVOS. Ideo & peruſtus & flavus Mercurius introducitur: quia [7] ſatis vicinus eſt Soli praeter caeteras ſtellas.

559 ET MEMBRA DECORA JUVENTAE. Quia palaeſtrae deus eſt. Horatius ibidem: *Catus & decorae more palaeſtrae. Juventae* autem, aetatis, a juventa. [8] Sane figura eſt: *Similis membra, vocem, colorem.*

VARIORUM.

552. SERVATA FIDES. Serv. ſupr. ad ỿ. 50. legit, *non cineri ſervata fides*, ſed ad ỿ. 24. vulgatum ordinem ſervat. BURM.

Ibid. SICHAEO. *Sichaei* Mediceus & Sprotianus. etiam in primo Rottendorphii & Hamburgico priore, a manu prima. in Menteliano *Sichaeo* pro *Sichaeio* adſcriptum. recte: ſic *Lenaeum honorem* ſupra 207. habuimus. legendus autem hic quoque verſus per interrogationem. HEINS. *Sichei* Wall.

553. RUMPEBAT. Vid. II. Aen. 124. & *rumpebat* agnoſcit Nonius in *querelae.* vid. ad Val. Flac. I. 508. *Fundebat* prior Hamburgicus pro varia lectione. poſt hunc verſum in Vratiſlavienſi ſequebantur

Turaque magnorum longe dat juſſa deorum:
Huic ſe forma viri vultu &c.

BURM.

554. AENEAS CELSA. *Aeneas jam celſa in puppi, certus eundi* Wallian. Harduinus *certus eundi* eſſe Gallicismum ait, ut *ſûr & reſolu de s'en aller*, atqui ibi praepoſitio adhibetur. ergo Plinius Gallicismum commiſit ipſo Harduino confirmante, qui ex lib. XXXVI. 22. in indicem retulit, *certior ad ſtructuram.* & Valer. Flac. II. 57. *certus ad talia.* ſed in hac conſtructione diverſus oritur paullulum ſenſus. ſed incongruam iſtam & non Latinam orationem, judice Harduino, ipſe Plinius adhibet lib. II. I. *mundus omnium rerum certus, & ſimilis incerto.* & quis non cum genitivo junxit? BURM.

556. HUIC. *Hinc* Venetus.

557. MONERE EST. *Monere 'ſt* Gudianus. quem ſcribendi morem & in ſuis Pierius, & nos in veterrimis Lucretii Voſſianae Bibliothecae exemplaribus frequentem invenimus. HEINS. *Juſſa* Francianus. vid. Pier. ſup. 242. *eſt* deeſt Dorvill. & alteri Hamb.

558. MERCURIO. *Mercurii* tertius Mentelii a manu prima *vocemque colorem* Wittian. Wallian. & alter Hamb.

559. JUVENTAE. *Juventa* Mediceus & Leidenſ. etiam primus & ſecundus Rottendorphii a manu prima. HEINS.

560. SUB CASU. *Caſu ſub* alter Hamburg. *potis eſt ſub caſu* Oudartii. *ducere ſomnos* Nonius in *ducere* exponit *pati ſomnos.* & Interpretes Francici & Belgae ceperunt, pro dormire ſimpliciter, quaſi in hoc curarum aeſtu dormire non de-

3 deeſt Dan. 4 quia non revera Dan. 5 non eſt L. Voſ. R. & Maſv. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 7 *ſatis* hic exponit valde Ger. Voſſ. ut ſaepe inclinantis Latinitatis auctores, & interpres vetus bibliorum, utuntur. 8 cum *juventus* ſit perſonarum. ut VIII. 151. *rebus ſpectata juventus.* Sane &c. Baſil. ſed tranſlata ex lib. I. 590.

Nec, quae te circum ſtent deinde pericula, cernis?
Demens! nec zephyros audis ſpirare ſecundos?
Illa dolos, dirumque nefas in pectore verſat,
Certa mori, varioque irarum fluctuat aeſtu.
Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare poteſtas?
Jam mare turbari trabibus, ſaevaſque videbis

Con-

SERVII.

561. [9] [CIRCUMSTANT. Pro circumſtatura ſint.

562. DEMENS. Improbat ejus viſum, qui nec videat, nec audiat.] ZEPHYROS. Pro, quocumque vento. De Africa [10] enim Zephyro navigare non poterat.

563. NEFAS IN PECTORE VERSAT. [11] [Hoc ideo poſuit,] ne Aeneas non timeret amatricem: nam ideo addidit *certa mori.* Item: *Varium & mutabile ſemper Foemina.* [12] [Et eſt dubitatio quos dolos, vel quod nefas; an ſibi nefas, quia ſua manu peritura erat: an ſorori dolos, quibus eam fallebat: utrumque in Aeneam, ut poſtea ait 600. *Non potui abreptum divellere corpus*, & caetera: nam omnia, ſicut dictum eſt, ſequens verſus confirmat: *Certa mori*, ut ſibi mortem excogitet, in Aeneam iras moliatur. Et *Certa* mori, figurate: Certo ut moriatur.

564. CERTA MORI. Hoc fidem fecit poſſe fieri, quod metuendum praedicabat.]

565. PRAECEPS. Feſtinus. [13] [PRAECIPITARE. Pro, praecipitandi.

566. TRABIBUS. Vel navibus, vel remis, ut III. 191. *Vaſtumque cava trabe currimus aequor.*]

VARIORUM.

deceret. atqui curis & paratu omnium rerum fatigatum decebat ſomno refici, ut itineri, claſſi ſolvendae & navigationi regendae integris viribus poſſet attendere. ſed non decebat, longos & ſecuros ſomnos ducere, & per totam noctem ad auroram uſque ducem dormire, aut ex Homeri ſententia παννύχιον εὕδειν. & ita *ducere* ſomnum eſt, ut *ducere noctem*, *diem*, *bellum* &c. de quibus vid. ad III. Georg 379. ſic Silius VII. 213. *ducis cura aegreſcente dolorem.* & XI. 405. *ſomnos educere*, & mox 411. *vigiles ducere noctes. ducere horas* VI. 538. ita & *trahere ſomnos*, de quo vide Brouckh. ad Propert. I. XIV. 9. BURM.

561. CIRCUM STENT TE. *Nec quae te circumſtent* Mediceus & caeteri noſtri, exceptis ſecundo Rottendorphio, uno Hamburgenſi, Venetoque ac priore Menagiano, qui, *te circumſtant.* Rottendorphii ſecundus, *Nec te quae circum ſtent.* HEINS. *Nec quae te circum ſtent* Regius, Francianus. ſed vulgata defenditur imitatione Silii. lib. IV. 170.

—— *Nec quae tibi fraudes*
Tendantur, quae circum ſtent diſcrimina cernis.

te deeſt Wittiano, & Edd. Venet. & Mediol. BURM.

Ibid. CERNIS. *Cernas* Leidenſis a manu prima.

563. DOLOS. *Deos* tertius Mentelii a manu prima. *in pectora* alter Menagii. *ſub pectore*, quod Pierius in ſuis invenit, poſſet firmari imitatione Silii VIII. 178.

Molitur, dirumque nefas ſub corde volutat.

vide ad Valer. Flacc. VI. 603. & alibi. BURM.

564. VARIOQUE IRARUM FLUCTUAT AESTU. *Varioſque irarum concitat aeſtus* Gudianus ſecundus, tertiuſque Rottendorphii, prior Hamburgenſis, alter Menagianus, Leidenſis, etiam primus Rottendorphii, pro diverſa lectione. qui a manu ſecunda, *varioſque irarum fluctuat aeſtus.* quod & in primo Moretano legebatur, & altero Menteliano, cum praeceſſiſſet modo 532. *magno irarum fluctuat aeſtu.* & libr. VIII. 19. habeamus, *magno curarum fluctuat aeſtu.* lib. X. 680. *animo nunc huc nunc fluctuat illuc.* libro denique XII. 527. *fluctuat ira intus.* omnino ſatius opinor fore, ſi alterum

9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Zephyros* ℣. 562. ubi iidem exponunt *ventos.* de Africa &c. 10 non Zephyro, ſed Auſtro navigare (navigari Fabr.) ſolet Dan. Fabr. de Afr. enim Zephyris n. n. p. Steph. Baſl. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. mox, ne non timeret am bene addidit L. Voſ. R. Steph. & Baſ. ſed ibi *addit.* 12 deſunt iidem ad ℣. 563. 13 deeſt iidem ad ℣. 567.

Digitized by Google

Conlucere faces, jam fervere litora flammis;
Si te his adtigerit terris Aurora morantem.
Eja age, rumpe moras. Varium & mutabile ſemper
Femina. Sic fatus nocti ſe inmiſcuit atrae.
Tum vero Aeneas, ſubitis exterritus umbris,
Conripit e ſomno corpus, ſociosque fatigat:
Praecipites vigilate, viri, & conſidite tranſtris:

Sol-

SERVII.

567. COLLUCERE FACES. Propter, inf. 594. *Ferte citi flammas:* [14] [vel funes. FERVERE. A verbo, *fervo*, *fervis*, *fervit*.]

569. EJA AGE. Hoc loco per αὔξησιν orationem implevit: nam eandem rem ſecundo dixit, cum *eja*, ſaepe *age* ſignificet. VARIUM ET MUTABILE SEMPER. Haec, ſicut ſupra dictum eſt, objectio eſt; ſed amat.

570. NOCTI SE IMMISCUIT ATRAE. Hoc ad viſum ſomniantis referendum eſt, id eſt, in noctem ſe miſcuit: & *noctem* pro tenebris poſuit, per quod apparet eum in claro lumine fuiſſe, cum loqueretur.]

571. UMBRIS. Ut ſupra 556. *Forma dei:* [15] [vel *umbris*, terroribus.]

572. CORRIPIT. [16] Omen futurae tempeſtatis: [17] [cum rumpit ſomnum, deorum donum.]

573. PRAECIPITES. Ut ſupra Mercurius: [18] [*Non fugis hinc praeceps?* Sane nonnulli ita diſtinguunt: *Sociosque fatigat praecipites*, ut adlocutio hinc videatur incipere: *Vigilate viri & conſidite tranſtris*: & eſt uſitata figura, *fatigat*, & *praecipites facit*. FATIGAT. Cum clamore increpat, ut VII. 582. *Undique collecti coëunt Martemque fatigant*. VIRI. Habet haec commemoratio multum adhortationis, ut alibi II. 373. *Feſtinate viri*. TRANSTRIS. Pro in tranſtris. CITI. Celeres.

VARIORUM.

rum hic loci admittimus: amare enim Maronem orationis variare flores, jam diximus ad Eclog. v. 37. HEINS. *Variosque ir. concitat aeſtus* etiam Francianus & Pugetianus. & *ſuſcitat* Menagii alter. ſed vulgata firmatur ex lib. XII. 486. *vario nequicquam fluctuat aeſtu*. BURM.

565. NON. *Num* Parrhaſ. alter Hamburgicus, & Wallian.

Ibid. FUGIS HINC PRAECEPS. Quia Servius expoſuit *feſtinus*, Harduinus, hinc gloſſam pro ipſis Poëtae verbis adripiens, *praeceps* & *praecipitare* inepte prorſus, & metri cauſſa poſitum pro feſtinus & feſtinare dicit. atqui *praeceps* plus notat quam *feſtinus*; nam ex ipſo habitu & geſtu fugientium & ruentium deſumtus uſus hujus vocis. ut enim feſtinantes prono quaſi corpore & capite in primis extenſo currere ſolent, hinc praecipitem fugere, cadere, impellere & ſimilia dici ſolent, ut oſtendi ad Phaedr. v. Fab. 7. ubi vidimus illa *in caput*, & *capite protrudere*, & ſimilia idem fere notare. vide etiam ad lib. I. Aen. 116. ſi dixiſſet, *ruit hinc praeceps*, ut illa verba etiam commutantur, potuiſſet Harduinus Plinii ſui auctoritate retrahi a praecipiti ſententia: nam ille de Haliaeëto lib. x. 3. *viſo piſce, ruit in eum praeceps*, an ibi *feſtinus* ſuffeceret? ſed in Georgicis, vero Virgilii foetu lib. IV. 457. *dum te fugeret per flumina praeceps*, legitur. oportet memorem eſſe criticum, & tam atrocem verborum jugulatorem. BURM.

567. FERVERE LITORA. *Litora fervere* Dorvill.

569. EJA. *Heia* Mentelii & plures alii.

Ibid. ET. *Ac mutabile* Wallian.

570. FATUS. *Fatis* Gudian. a m. pr. mox, *ſubitus* Menagii alter.

Ibid. INMISCUIT. *Miſcuit* Leidenſis. *noctique imm.* Wallian.

572 E SOMNO. *A ſomno* primus Moreti & Montalbanii. *e ſomnis* Leidenſis. vid. ad Ovid. x, Ep. 9. *e ſtratis* dixit ſupr. III. 176. BURM.

Ibid. CORPUS, SOCIOSQUE. *Socios, corpusque fa-*

14 deſunt iiſdem, uſque ad ℣. 571. ſed Voſſ. habet vel funus. nihil praeterea. 15 deſunt iiſdem. 16 omen eſt L. Voſ. R. 17 deſunt L. Vol. R. Steph. Dan. 18 deſunt iiſdem & al. ad ℣. 576.

Solvite vela citi. Deus, aethere miſſus ab alto,
Feſtinare fugam, tortoſque incidere funis,
Ecce iterum ſtimulat. Sequimur te, ſancte Deorum,
Quiſquis es, imperioque iterum paremus ovantes.
Adſis o, placiduſque juves, & ſidera coelo
Dextra feras. Dixit: vaginaque eripit enſem

Ful-

SERVII.

575. FESTINATE FUGAM. Antique ut VI. 176. *Tum juſſa Sibyllae, Haud mora, feſtinant.* INCIDERE FUNES. Hoc ad rem feſtinantis pertinet, id eſt, non ſolvere; ſed incidere.]

576. ECCE ITERUM STIMULAT. Fantaſia eſt ad ſociorum terrorem. Sic in ſexto 46. *Deus, ecce deus.* [19] [An *iterum*, qui prius advenerat, cum ait ſupr. 265. *Tu nunc Carthaginis altae.* SANCTE DEORUM. Emphaſis; quaſi adhuc praeſens deus urgeat navigare: &] aut [20] diſtinguendum *ſancte:* aut [21] [*ſancte deorum*] ſecundum Ennium dixit: *Reſpondit Juno Saturnia ſancta dearum.*

577. QUISQUIS ES. Atqui ſupra dixit: *Omnia Mercurio ſimilis.* Sed ſciendum eſt, ſecundum Tullium in libris De deorum natura, [22] tres eſſe Mercurios: ſuperum, terrenum, & inferum. Ergo *quiſquis es*, aut quicumque de tribus. [23] [Quamvis alii nec unius poteſtatis, nec unius nominis, nec unius vultus volunt eſſe Mercurium: aut quia deorum vera nomina nemo novit:] aut certe ad Jovem ſpectat, id eſt, quiſquis es, qui praecipis: ut in nono 22. *Quiſquis in arma vocas:* cum Irin vidiſſet, id eſt, quicumque Irin miſiſti. Plane illud occurrit, quod ait: *Deus aethere miſſus ab alto:* ubi & Jovem complectitur, & ſupernum Mercurium. Sed poteſt & hoc loco, ut diximus, quaſi fantaſiam facere propter ſocios, & *quiſquis es* ideo dicere: quia, licet viderit, non tamen re vera novit eſſe Mercurium: unde ait ſupra: Et *formam*, & *vultum*, & *viſa monere eſt.* [24] [Vel *quiſquis es*, ſecundum Pontificum morem, qui ſic precantur: *Jupiter omnipotens, vel quo alio nomine appellari volueris.* Nonnulli tamen quatuor Mercurios tradunt, unum Coeli & Diei filium, amatorem Proſerpinae; alterum Liberi patris & Proſerpinae filium; tertium Jovis & Majae; quartum Cyllenii filium, cujus mater non [25] proditur, a quo Argus clam occiſus eſt, qui hoc metu in Aegyptum profugit, & ibi inveniſſe primum diſciplinam litterarum [26] & numerum dicitur: qui lingua Aegyptiorum [27] Thoth appellatur, de cujus nomine etiam menſis dictus eſt.] ITERUM PAREMUS. Quia jam ſemel [28] paruerat, praeparatione navigiorum.

578. ET SYDERA COELO DEXTRA FERAS. [29] [*Dextra*, proſpera: & *ſydera*, hoc eſt,] ventos, qui ex ortu ſyderum, [30] aut mites & proſperi, aut turbulenti & adverſi ſunt; ſicut in Georgicis I. 204. *Praeterea tam ſunt Arcturi ſydera nobis.* Nec enim *ſydera* [31] dixit re vera, cum Arcturus una ſit ſtella. Ergo *dextra ſydera* dixit ventos, vel tempora.

VARIORUM.

fatigat Wallian. *Fatigat* Salmaſius ad Vopiſci Carinum cap. XVI. explicat increpat. ut & Nonius in *fatigare*, ſed in *excitare*, *increpare* vel *hortari* exponit. omnia non male. ſed potius urget, ad opus ſtimulat, maturare jubet, ſaepe repetendo imperia. ut ita Valer. Flac. II. 138. *famulas fatigare velleribus* explicuimus. BURM.

573. PRAECIPITES VIGILATE. *Praevigilate viri, moneo* ſecundus Rottendorphius. an, *evigilate.* BURM.

Ibid. ET CONSIDITE. Τὸ *&* abeſt ab altero Hamburgico. HEINS.

574. Mis-

19 deſunt iiſdem. 20 diſtingue iidem. 21 deſunt iiſdem. 22 atqui Cicer. III. de Nat. 22. quinque Mercurios enumerat. 23 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 24 deſunt iiſdem. 25 proditura quo arcu clam occiſa eſt * quo metu Dan. & Fabr. qui habet, qui hoc metu. Lectio, quam Maſvicius dedit, adſcribitur Munckero, a Cl. Ryckio. 26 & numerorum Fabr. 27 deeſt Dan. Fabr. 28 paraverant Dan. Fabr. pro paruerant. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. proſperum Dan. 30 aut proſperi aut adverſi ſunt L. Steph. al. aut proſperi aut diverſi ſunt Voſ. R. ſic in Georg. L. Voſ. R. Dan. Fabr. 31 dicit L. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Fulmineum, ſtrictoque ferit retinacula ferro.
Idem omnis ſimul ardor habet; rapiuntque, ruuntque:
Litora deſeruere: latet ſub claſſibus aequor.
Adnixi torquent ſpumas, & caerula verrunt.
Et jam prima novo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:

Re-

SERVII.

580. [31] [FULMINEUM. Quidam fulgentem accipiunt. STRICTOQUE. Videtur [33] abundare *ſtricto*, cum dixerit: *vaginaque eripit enſem.*

581. IDEM. Pro eo, quod eſt unus, ut x. 112. *Rex Jupiter omnibus idem.* RAPIUNTQUE. Num anchoras? RUUNTQUE. Ipſi ruunt, id eſt, cum impetu feſtinant.

582. LITTORA DESERUERE. Mira deſcriptio feſtinationis.

583. TORQUENT SPUMAS. Ita enim remus agitur, ut fluctus torqueatur.]

584. PRIMA AURORA. Deſignatio temporis eſt, non diei deſcriptio: unde infert: *Ut primum albeſcere lucem Vidit.* Sic in duodecimo 76. *Quum primum craſtina coelo Puniceis invecta rotis Aurora rubebit.* Et bene hanc primum inducit vidiſſe crepuſculum: quae quaſi amatrix tota vigilaverat noctc. Sic in Bucolicis de amatore VIII. 17. *Naſcere, praeque diem veniens age Lucifer almum.* NOVO LUMINE. [34] [Aut recenti, aut] ſecundum Epicureos, qui ſtulte Solem de atomis dicunt conſtare, & cum die naſci, cum die perire.

585. [35] [TITHONI CUBILE. Eſt verſus Homeri in Iliade Λ. 1. Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο ὤρνυτο.] [36] *Thitonus*, frater Laomedontis fuit: hunc Aurora adamatum in coelum levavit, quem longinquitas vitae in cicadam convertit. Horatius II. Od. XVI. 30. *Longa Tithonum minuit ſenectus*, [37] [quia, ut eſt apud Ciceronem, ſola vox remanet; & [38] eſt natura loquacior.

VARIORUM.

574. MISSUS. *Juſſus* Oudartii pro varia lectione.

575. FESTINARE FUGAM. Lib. I. 137. dixit *maturate fugam.* ut ſcilicet venti recedentes non majorem tempeſtatem cieant, quam venientes, ſi turbato & confuſo ordine redirent in carcerem Aeolium. hic vero *feſtinare* utitur, quia *praecipites* praeceſſit, ſine ordine. Servius antique dictum obſervat. Statius II. Theb. 478. dixit *feſtinat vias.* ubi vide Barthii notas. *feſtinato itinere Adrianopolin venit* ait Lactant. de Mortib. Perſec. cap. XLV. ubi vide notas Bauldrii. nota vero differentia inter *maturare* & *feſtinare*, & *properare.* vid. ad I. Georg. 261. Servius ad III. 640. habet, *feſtinate*, & *incidite. Feſtinare jubet* Venet. *tortos incidere* Montalb. & a m. pr. Zulich. BURM.

576. STIMULAT. *Inſtimulat* primus tertiuſque Moretani, Gudianus, ſecundus Rottendorphii, & Venetus. quod numeroſius vulgata ſcriptura videtur. quomodo apud Naſonem lib. VI. Faſtor. 507.

—— Latias Saturnia Bacchas
Inſtimulat fictis inſidioſa uotis.

HEINS. *Inſtimulat* Wittian. ſed *ſtimulat* legitur apud Lutatium ad Statii X. Theb. 210.

577. IMPERIOQUE ITERUM. *Imperioque tuo* Parrhaſ.

578. ADSIS, O. *Adſis en* Venetus. *aſſit* Menagii alter. *ſidera coeli* Dorvill.

579. DIXIT. *Inquit* Parrhaſ.

Ibid.

32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 584. 33 ab una re *ſtricto.* Dan. Fabr. Commel. & Emmen. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 35 deſunt iisdem. 36 Tithonius Dan. Fabr. Thitonus Voſſ. male vero Servius eum fratrem Laomedontis dicit, cujus fuit filius. vid. Scholiaſten ad Homeri locum & Il. Γ. 151. Muncker. ad Hygin. Fab. CCLXX. & Dreſem. ad Joſeph. Iſcan. lib. VI. 378. frater Priami, ſed ex alia matre Schol. Lycoph. ℣. 18. aliquid turbatum videtur in Scholiis ad Pindari II. Olymp. 148. ubi τῦ Λαομέδοντος καὶ Ἡμέρας. quum tamen poſtea, ex Ἡμέρας, conjuge ſcilicet, duos filios Memnona & Hemationa tuliſſe addit. quod & Schol. Lycophronis firmat. quae non congruunt. ne autem hic librarii lapſus videri poſſit, faciet, quod in Servii notis ad I. Georg. 447. III. 48. itidem Frater Laomedontis dicatur. BURM. 37 deſunt L. Voſ. . . Steph. al. ad *Albeſcere.* ſed *ſpeculis* &c. habent Dan. & Fabr. 38 hoc de Senectute Cicero cap. XVI. dicit.

Digitized by Google

Regina e ſpeculis, ut primum albeſcere lucem
Vidit, & aequatis claſſem procedere velis,
Litoraque, & vacuos ſenſit ſine remige portus;
Terque quaterque manu pectus percuſſa decorum,
Flaventiſque abſciſſa comas, Pro Juppiter! ibit
Hic, ait: & noſtris inluſerit advena regnis?
Non arma expedient, totaque ex urbe ſequentur,

Diri-

SERVII.

586. SPECULIS. Quas utique in ſua regia habuit.] ALBESCERE LUCEM. Hypallage: luce enim albeſcunt omnia, non lux albeſcit.

587. AEQUATIS VELIS. Feliciter plenis, ſine motu aliquo, [39] [ut v. Aeneid. 844. *Aequatae ſpireant aurae.* Et hoc ad dolorem pertinet reginae.

588. VACUOS SENSIT SINE REMIGE PORTUS. Poteſt ὕστερον πρότερον eſſe, ut prius ſentire debuerit.

589. PECTUS PERCUSSA. Pectus percuſſum habens.]

590. PROH JUPPITER. Aut iraſcentis exclamatio eſt, ut in Terentio Adel. II. I. 42. *Proh ſupreme Juppiter.* Aut certe teſtatur Jovem, quem [40] in Aeneae invocavit adventu, ut I. 731. *Juppiter, hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.*

591. IBIT ET INLUSERIT. Ibit & inludet; tempus pro tempore: & ſic dixit, ut II. 64. *Certantque inludere capto.*

592. NON ARMA EXPEDIENT? Furentis haec verba ſunt, ut ipſa paulo poſt: *Quae mentem inſania mutat?* Nam haec a ſana mente non procedunt, ut imperet abſentibus, *Ite, ferte tela:* cum ſola ſit. [41] [TOTAQUE EX URBE SEQUENTUR. Magna emphaſis, quod ait *tota.*]

VARIORUM.

Ibid. ERIPIT. *Liberat* prior Hamburgicus. vid. ad Ovid. VI. Met. 551. Neſcio qui culpare *fulmineum* enſem poſſit Harduinus, qui *fulminantem* debuiſſe dicere notat: nec tamen alii *fulmineum* dicere abhorruerunt. vid. ad Val. Flac. I. 100. & 119. ſed hos omnes ſpurios cenſet noſter, eo enim adigunt eum inſaniae, & abjiciendi omnes veteris aevi ſcriptores, inverecundia BURM.

582. LITORA. *Litore* Mentelianus prior. *ſub clauſibus* Regius.

584. SPARGEBAT. *Spargebant* Sprotianus. expreſſit ex Homer. Iliad. Θ 1.

586. PRIMUM. *Primam lucem* Mentelianus. eleganter. ut & Gudianus a manu prima. HEINS. *Et ſpeculis* ſecundus Rottendorphius, *cum primum* Wallian. ſecundus Moreti, Regius, Leidenſis, Hugenianus, Zulichemius, tertius Mentelii, & a manu ſecunda prior Hamburgenſis & Ed. Venet. *tum primum* Venetus.

587. PROCEDERE. *Producere* ſecundus Moreti. eadem varietas Ecl. III. 94.

590. ABSCISSA. *Abſciſa* multi codicum praeſtantiorum, quos inter Gudianus & uterque Mentelianus. vide II. Georg. 23. HEINS. Ita & tertius Mentelianus, duo Leidenſes, & Zulichemius. *flaventis abſciſa* Regius. *Jupiter inquit* Montalbanius. *flaventeſque comas abſciſſa* Wall. ſed tunc deberet ſequi, *o Jupiter.* de illa varietate *abſciſa*, & *abſciſſa*, vid. infr. v. 685. BURM.

591. HIC, AIT. *Hinc ait* Menag. & Hamb. prior.

Ibid. ILLUSERIT. Non recte notat Servius tempus pro tempore poni; eſt enim idem tempus futurum, ſed eſt variatio modorum, indicativi & ſubjunctivi, ut I. Georg. 157. *Falce premes umbram, votiſque vocaveris imbrem.* neque exemplum ex lib. II. 64. quadrat, ibi enim eſt variatio numeri, de quo vidimus ad II. Aen. 32. & ad Lucan. III. 694. pro *regnis*, *terris* Leidenſis unus. mox, *nunc arma* Montalbanius. *nonne* Zulichemius.

39 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 590. 40 deeſt praepoſitio Steph. in Voſſiano etiam omnia omiſſa, praeter verſum, *Jupiter hoſpitibus* &c. quod accidit quia *Jupiter* bis hic poſitum erat in textu, & deinde in notis Servii, ut ſaepe factum a librariis. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Diripientque rates alii navalibus? Ite,
Ferte citi flammas, date vela, inpellite remos.
Quid loquor? aut ubi ſum? Quae mentem inſania mutat?
Infelix Dido! nunc te facta inpia tangunt?
Tum decuit, quum ſceptra dabas. En dextra fideſque!
Quem ſecum patrios ajunt portare Penatis:
Quem ſubiiſſe humeris confectum aetate parentem!

Non

SERVII.

593. NAVALIBUS. De navalibus, ubi ſtant naves.

595. AUT UBI SUM. Numquid in coetu ſum? [42] [QUAE MENTEM INSANIA. Bene ei ex parte furentis datur oratio, *date vela*: ex parte retinentis mentem.]

596. QUUM SCEPTRA. [43] [Ut I. 572. *Vultis & his mecum pariter conſidere regnis*: &] ſupr. 214. *Ac dominum Aenean in regna recepit*.

597. FIDESQUE. Subaudi EN, etiam in ſequentibus: aut certe, hic eſt, quem dicunt portare deos. Sane *en* nominativo melius jungitur, ut I. 461. *En Priamus*.

598. [44] [QUEM SECUM PATRIOS. Quidam in utroque verſu [45] pro *quem* legunt *qui*; ut ſit vetus figura per eclipſin: ubi ſunt, qui ajunt patrios penates portaſſe, & parentem humeris ſubiiſſe. Sane hic *ſubiiſſe* juxta praeſentem verſum accuſativo junxit, cum alibi antique dativo uſus ſit, ut VIII. 125. *Subeant luco*: & IX. 371. *Muroque ſubibant*.

599. CONFECTUM. Ut e contrario II. 638. *integer aevi*.

VARIORUM.

mius. *expediam* Ed. Venet. BURM.

593. DIRIPIENTQUE RATES ALII NAVALIBUS. Ita ſcripti: opinor tamen *deripientque* eſſe a Maronis manu. ut lib. I. 211. *Tergora deripiunt coſtis*. *diripiantque* Donatus de Schematibus, quod & in altero Voſſiano occurrebat. Mediceus, *diripientque rates? alii navalibus ite*. HEINS. *Diripiantque* Wittian. qui diſtinguit poſt *rates*.

594. DATE VELA. *Date tela* Mediceus, caeterique noſtri, priore Menagiano excepto: ſed nil muto. vulgatum a Cariſio agnoſcitur lib. IV. Inſt. Gramm. etiam a Donato, ubi agit de Schematibus. Alterum a Beda de tropis S. Scripturae pag. 346. & a Diomede lib. II. & a Priſciano lib. XIII. duobus locis. praeterea in Gudiano pro diverſa lectione, *Ferte citi ferrum*. HEINS. *Date vela* non dici Latine, niſi addas *ventis* Harduinus notat. ſed tunc agitur de jam navigantibus. hic vero promi tantum ex horreis & armamentariis imperat Dido. *impendite remos* Leidenſis unus. *ferre* etiam Montalbanius. BURM.

595. LOQUOR. *Loquar* Leidenſis unus. *ubi ſunt* Zulichemius, non invenuſte: quum neminem accurrere ſentiret, videt ſe inſanire, & imperare abſentibus, qui non ad dicta ejus jam aderant. pro *mutat*, Sprotianus, Wallian. & Bigotianus, *verſat*, etiam non male. BURM.

596. NUM TE. *Nunc te* Mediceus, caeterique omnes, cum Pierianis, quod utique praeſtat; ut ei *tum* ſubſequens reſpondeat. *Facta impia* quoque in tribus Rottendorphianis, duobus Hamburgicis, Gudiano, Menteliano priori ac Leidenſi. in caeteris, *fata*. ſed *facta* Probus agnoſcit, qui & *num te*. Priſcianus lib. VIII. *nunc te fata impia tangunt. Tunc decuit*. Clidonius *nam te fata impia*. lib. II. Art. Gramm. mox *tunc decuit* in Gudiano, Menteliano priore, & duobus aut tribus aliis. HEINS. *Jam te fata* Reg. & Parrh. *tunc licuit* Parrh.

598. QUEM SECUM. Debet ſuppleri, *en dextra fideſque* ejus, *quem* &c. & *qui*, ut quoſdam legere ait Servius, huic loco non convenit, & eclipſis illa longe petita eſt, quum alia ſit frequens. vid. Cl. Drakenb. ad Liv. IV. XXX. 9. & quae notavimus ad Phaedr. III. Fab. 2. *portaſſe* Mediceus & Dorvill. *ſecum ajunt patrios* Regius. *patrias* alter Hamb. BURM.

599. SUB-

42 deſunt iisdem. 43 deſunt iisdem. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 602. 45 *per quem*, legunt, ut ſit &c. Dan. & ejus ſequaces Comm. & Emmeſ. ſine ſenſu.

Non potui abreptum divellere corpus, & undis
Spargere? non ſocios, non ipſum abſumere ferro
Aſcanium, patriiſque epulandum ponere menſis?
Verum anceps pugnae fuerat fortuna. Fuiſſet.
Quem metui moritura? Faces in caſtra tuliſſem,
Impleſſemque foros flammis, natumque patremque
Cum genere exſtinxem, memet ſuper ipſa dediſſem.

Sol,

SERVII.

600. NON POTUI ABREPTUM. Hoc eſt, [46] non mihi ſubvenire poteram in meo regno?]

602. IPSUM ASCANIUM. Aut qui eſt cauſa navigationis, ut ſupr. 355. *Quem regno Heſperiae fraudo* [47] [*& fatalibus arvis:*] aut ad patris dolorem, ut II. 558. *Qui nati coram me cernere lethum Feciſti.* EPULANDUM [48] APPONERE. Quod fecit Progne, occiſo [49] Ity filio, propter ſtuprum ſororis.

604. IN CASTRA TULISSEM. Claſſes [50] [dixit caſtra,] ut III. 519. *Nos caſtra movemus:* nam ſequitur: *Impleſſemque foros flammis.*

605. FOROS. Tabulata navium: ab eo, quod inceſſus ferant: & eſt generis maſculini, numeri tantum pluralis. [51]

606. CUM GENERE EXTINXEM. [52] [Utrum omne genus, an] morte Aeneae & Aſcanii? [53] [quoniam illis extinctis interitura gens omnis eſſet:] & eſt Syncope, [54] [*extinxem*, pro extinxiſſem.] MEMET SUPER IPSA DEDISSEM. Satis amatorie. [55] [Sane *ſeſe* cum dicimus ultima ſyllaba producitur, Virgilius XII. 390. *Seſeque in bella remittant*; at vero cum proferimus, *memet* & *tute*, ultimae breves ſunt: Lucretius, I. 103. utrumque ſimul: *Tutemet a nobis jam quovis tempore vatum.* Quas particulas volunt nonnulli ſignificare quiddam; ut ſit *memet*, *me ipſum*; *tute*, *tu ipſe*; alii autem, quod magis ſequendum eſt, excrementa comici leporis exiſtimant: nam Terentius Heaut. II. III. 133. dicit: *Tutemet mirabere*, id eſt, tu.]

VARIORUM.

599. SUBIISSE. *Subiſſe* Reg. & Parrhaſ.

600. ABREPTUM. *Avulſum* legitur apud Donatum in Terent. Andr. IV. III. 3. ſed male. aliter ſcripti cum Scholiaſtis Horatiano III. Od. 28. & Statiano ad I. Achil. 39. HEINS. *Arreptum* duo Moretani & Zulichemius. *areptum* Montalbanius & Mediol. Ed. Nanſ. *devellere* Mentelii primus, & alter Menagii. *corpus divellere* Menagii prior. *abruptum* in Indice eſt Erythraei. BURM.

602. EPULANDUM APPONERE. *Epulandum ponere* ſcripti omnes: niſi quod in altero Hamburgico *imponere*, ac ſoli Mediceus, prior Menagii & Moreti ſecundus ſtant pro recepta ſcriptura. *ponere* pro apponere. hinc *poſitus Bacchus*, ſimiliaque, de quibus egi ad Naſonis Artem Amatoriam I. 231. HEINS. *Patriſque* Dorvil. Ed. Junt. & Lutatius ad Stat. V. Theb. 120. *ponere* fere omnes. *opponere* Puget. & Leidenſis unus, qui pro var. lect. *apponere*. ſed *ponere* praeter Heinſio inſpectos codices Regius, Wall. Dorv. Wittian. & Edd. Venet. & Mediol. quod praetuli. vid. II. Georg. 521. de Ity capit Servius, ſed Barth. ad d. l. Statii, nullum certae fabulae hic indicium dari cenſet. BURM.

603. PUGNAE. *Fuerat pugnae* Menagii prior.

604. MORITURA. Eraſa erat vox in Menteliano pr.

Ibid. CASTRA. Heinſius in ora codicis corrigebat *in tranſtra*. ſed recte Servius explicat claſſem. vid. ad Ovid. VI. Epiſt. 52 & VII. Metam. 99. vid. & infr. lib. V. 669. BURM.

605. FOROS. *Foras* Wallian. ſuperſcripto *fores*, vel *foros*.

606. Ex-

46 non mihi ſubveniam, cur non poterat io ſuo regno Dan. & hoc ſenſu carens dederunt nobis Commel. & Emmen. ſed Fabricius recte exhibuit. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 48 PONERE. iidem praeter Baſil. 49 Ityae Steph. ſed Itye Baſil. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 51 ut hi *fori*, *fororum* Baſil. errat vero Servius cum aliis Grammaticis, qui *foros* tantum plurali numero dictos tradunt. nam & Suetonius Aug. LXXI. *forum aleatorium* dixit, a *foros*. Senec. Conſ. ad Polyb. XXXVI. *teſſeris ac foro*. Gell. XVI. 19. *ſtans in ſummae puppis foro*. vid. ad Valer. Flac. III. 463. BURM. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 53 deſunt iiſdem. 54 deſunt iiſdem. 55 deſunt iiſdem.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
Tuque harum interpres curarum, & conſcia Juno,
Nocturniſque Hecate triviis ululata per urbis,
Et Dirae ultrices, & DI morientis Eliſſae,
Adcipite haec, meritumque malis advertite numen,
Et noſtras audite preces. Si tangere portus

In-

SERVII.

607. SOL. Jam utitur imprecationibus, hoc eſt, devotionibus: unde & *devotor* & *devotrix* dicitur, [56] [qui imprecatur.] Non autem *Terrarum flammis*, ſed *Opera terrarum*. Et bene invocat *Solem*, [57] cui ſupra ℣. 58. per numen Liberi ſacrificat.

608. INTERPRES CURARUM. Aut quas patior, [58] [id eſt, mearum curarum:] aut generaliter, curarum conjugalium interpres, hoc eſt, media, & conciliatrix. Cicero Act. I. in Verr. 12. *Quique* [59] *interpretes corrumpendi judicii ſolent eſſe.* [60] [Alii *interpres*, teſtis, judex, arbitra, accipiunt. Sane *Interpres* quid ſit ſecundum veteres, ipſe expoſuit, dicendo *conſcia*: veteres enim *interpretem*, conſcium & auctorem dicebant: Plautus in Milite IV. I. 5. *Quae mihi conditio nova & luculentior offertur per te interpretem.* Item in Curculione III. 64. *Quod te praeſente hic egit teque interprete.* CONSCIA JUNO.] Siluit rem turpem: ſic ſupra ℣. 166. *Et pronuba Juno.*

609. NOCTURNIS. Non triviis [61] nocturnis, ſed per nocturnum tempus. [62] [Sacra enim Hecatae in triviis frequentantur per noctem. Ideo autem Hecaten invocat, quaſi quae ianii matrimonium fecerit, ut ſperneret matrem.] ULULATA PER URBES. Proſerpinam, raptam a Dite patre, cum Ceres cum incenſis faculis per orbem terrarum requireret, per trivia eam vel quadrivia vocabat clamoribus; [63] [unde permanſit in ejus ſacris, ut certis diebus per compita a matronis exerceatur ululatus: ſicut in Iſidis ſacris, ubi eſt imitatio inventi Oſyridis, quem dilaniatum a Typhone ejus fratre uxor Iſis per totum orbem requiiſſe narratur.] Juvenalis VI. 534. *Plangentis populi currit deriſor Anubis.* Hecaten autem cauſa invocat ultionis: unde etiam Furias vocat; ſed uſurpative modo *Diras* dixit. Nam *Dirae* in coelo, [64] [ut XII. 845. *Dicuntur geminae peſtes cognomine Dirae*;] *Furiae* in terris; *Eumenides* apud Inferos: unde & tres eſſe dicuntur; [65] [ſed haec nomina confundunt poëtae. [66] [*Ululata* autem, pro ululatu quaeſita: & eſt participium ſine verbo, ut *regnata*.] *Ultrix* vero, Tiſiphone: nam Graece [67] τίσις dicitur ultio, [68] [φόνος, funus & mors]

610. DII MORIENTIS ELISAE. Aut manes dicit: unde eſt III. 646. *Vos o mihi manes Eſte boni: quoniam ſuperis averſa voluntas.* Aut certe [69] ἀναιρετικοὺς dicit, id eſt, Martem & Saturnum, qui intercidunt vitae rationem, ſi radiis ſuis ortum geniturae pulſaverint. Horatius II. Od. XVII. 22. *Te Jovis impio Tutela Saturno refulgens Eripuit, volucreſque fati Tardavit alas.* Et bene *tardavit*: quia neceſſitas fati [70] impediri poteſt, non penitus eludi. Sic Virgilius VIII. 398. *Nec fata vetabant Stare, decemque alios* [71] *Priamum ſupereſſe per annos.* [72] [Quidam hoc, quod dicit, *Dii morientis Eliſae*, ſecundum eos tradunt, qui dicunt habere nos ſingulos deos noſtros, ut XII. 539. *Nec dii texere Cupencum, Aenea veniente, ſui.*]

611. [73] [ACCIPITE HAEC. Audite.] MERITUMQUE MALIS ADVERTITE NUMEN. Quod mali merentur.

612. AUDITE PRECES. Imprecationes dicit: nam non ſunt preces, ut paulo poſt: *Imprecor arma armis.*

613. IN-

56 deſunt iisdem. ſed Baſil. *devotrix* quae imprecari dicitur. 57 cum Dan. ut Fabr. Baſil. 58 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 59 *interpretes corrumpendi judicii.* in Cicerone hodie legitur, male Dan. & Fabr. & Maſvic. *in corrumpendis judiciis.* 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Fabr. deſunt a *Veteres enim.* 61 deeſt iisdem. 62 deſunt iisdem. 63 deſunt Fab. uſque ad *Juvenalis.* corrupte Dan. a Tiſiphone ejus fratre. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 65 in R. deſunt reliqua ad ℣. 601. 66 deſunt Voſ. L. Steph. al. 67 *Tiſia* L. Voſ. 68 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 69 anacreſticos L. R. anereticos Voſ. anaeroticos Baſil. anaereticos dicit amatoria, id eſt Dan. Fabr. vide Bapt. Pii Adnotat. poſter. cap. XLIX. 70 impediri R. 71 *primum ſ. p. annum* R. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt,
Et ſic fata Jovis poſcunt; hic terminus haeret:
At bello audacis populi vexatus & armis,
Finibus extorris, conplexu avolſus Iuli,
Auxilium inploret, videatque indigna ſuorum
Funera: nec, quum ſe ſub leges pacis iniquae

Tra-

SERVII.

613. [74] [INFANDUM CAPUT. Etiam in imprecatione nomen ejus deteſtatur. ADNARE. [75] [Verbum familiare naufragio,] ut in primo I. 538. *Huc pauci veſtris àdnavimus oris*. Id eſt, per tempeſtatem [76] devenimus. [77] Et bono colore futura praedicit, [78] [quemadmodum Homerus, qui morituros divinantes frequenter inducit.]

614. FATA JOVIS. [79] [*Fata*, dicta: id eſt, Jovis voluntas. Hic ergo] participium eſt [80] [a fando,] non nomen. TERMINUS HAERET. Si hoc eſt immutabile.

615. AUDACIS POPULI. Id eſt, Rutulorum, [81] ſicut ſemper inducuntur. Alibi VII. 409. *Audacis* [82] *Rutuli ad muros*. [83] [Et quidam volunt *audacem* apud Virgilium dici fortem, quem fortuna non ſequitur, ut X. 110. *Audax quos rumpere Pallas*. Et alibi IX. 126. *At non audaci ceſſit fiducia Turno*. VEXATUS. Hoc loco graviter vaſtatus.]

616. FINIBUS EXTORRIS. Extra ſuas terras remotus: [84] [ſicut extra ſolum, *exſul*;] & ſignificat quando Evandri & Tarchontis petivit auxilium. [85] [COMPLEXU AVULSUS IULI. Quia ſcit quam ſit charus patri Aſcanius. AUXILIUM IMPLORET. Sicut dictum eſt, ab Evandro & Tuſcis.

617. INDIGNA SUORUM FUNERA. Aut indignorum, aut crudelia & magna. ſicut veteres dicebant.] SUORUM. Pallantis dicit & caeterorum [86] ſociorum.

618. PACIS INIQUAE. Ut ſupra lib. I. 10. diximus, propter perditam linguam, habitum, nomen: quae ſolet victor imponere; ſicut [87] [in XII 823.] poſtulat Juno.

VARIORUM.

606. EXSTINXEM. *Exſtinctum* primus Moreti, qui non eſt audiendus. HEINS. *Exſtinguam* Lutatius ad Stat. V. Theb. 128. ubi de hoc loco videndus Barthius. *exſtinxiſſem* Francianus. quod eſt interpretis. vide Commentatorem Crucquianum Horatii I. Sat. IX. 73. *& memet* quaedam Edd. apud Serv. ſupr. ad ỳ. 508. BURM.

607. LUSTRAS. Hic & ſupr. ỳ. 6. ubi Servius varie explicat, caperem, pro *illuſtras*: & hinc vidimus ad Gratii Cyneg. 221. *luſtrare* & *illuſtrare*, a librariis eſſe confuſa. vid. & Daviſ. ad Cicer. I. de Nat. Deor. 31. & ſaepe hoc ſenſu utitur Claudianus. ut VI. Conſ. Honor. 412. de ſole, *radiis tamen omnia luſtrat*. & II. Rapt. Proſ. 48. *Luſtrarunt humeros Phoebus & aſtra tuos*. Epith. Honor. 238. *jucundior aër Attonitam luſtrare domum*. BURM.

608. ET CONSCIA. *Et* deeſt priori Hamburgico.

609. PER URBIS. *Per umbras* Leidenſis unus, pro varia lectione.

611. ADVERTITE. *Avertite* primus tertiuſque Rottendorphii, ſecundus & quartus Moretanus, Montalbanius, Venetuſque. ut ſit ſenſus, avertite a fontibus noxiiſque meritum numen. ſed & ſenſus in vulgata ſcriptura eſt commodus. *advertite huc numen*, quod mali improbique meruerunt. HEINS. Vid. ad Nemeſ. I. Ecl. 41. *Accipite haec: animumque malis excludite tantis* Ed. Venet. *avertite* Wittian. Regius & alii: & Edd. Ald. Junt. & aliae.

613. CAPUT. *Corpus* Menagii prior, ex gloſſa. *& terris* Parrhaſ.

614. ET SI. *Et ſic* eſt legere apud Nonium in *Fatum*, & apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 12. nec aliter ſcripti codices: niſi quod in priore Ham-

74 deſunt iisdem. 75 deſunt iisdem. 76 venimus iidem. 77 & ſic ei futura praedicit, quemadmodum Dan. Fabr. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 79 deſunt iisdem. 80 deſunt iisdem & Dan. ſed habet Baſil. 81 quos ſemper inducit, ut audaces. Baſil. cui ſeq. deſunt ad ỳ. 616. 82 *populi* L. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 84 deſunt iisdem. 85 deſunt iisdem ad *ſuorum* ỳ. 617. 86 deeſt iisdem. 87 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.
Haec precor: hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.
Tum vos, o Tyrii, ſtirpem & genus omne futurum
Exercete odiis: cinerique haec mittite noſtro
Munera. Nullus amor populis, nec foedera ſunto.

Ex-

SERVII.

619. [88] [Regno aut optata luce fruatur. Tribus tantum annis regnavit: in tertio anno ſubmerſus in fluvio Numico: Juvenalis xi. 63. *Alter aquis, alter flammis ad ſidera miſſus:* deſignans Aeneam ſubmerſum; Herculem combuſtum].

620. Sed cadat ante diem. Cato dicit, juxta Laurolavinium, cum Aeneae ſocii praedas agerent, praelium commiſſum, in quo Latinus occiſus eſt, fugit Turnus: & Mezentii auxilio comparato [89] [renovavit praelium, qui] quidem victus eſt ab Aenea; [90] Aeneas autem in ipſo praelio non comparuit. Aſcanius [91] vero poſtea Mezentium interemit. Alii dicunt: quod Aeneas victor, cum ſacrificaret ſuper Numicum fluvium, [92] lapſus eſt, & ejus nec cadaver [93] inventum eſt: unde dicit: Mediaque inhumatus arena. Poſtea dictus eſt inter deos receptus, [94] [quem *Jovem indigetem* dixere.] [95] [Quidam eum, cum adverſum Aborigines pugnaret, exanimem dicunt repertum.] Ante diem autem, ante fati neceſſitatem; & bene, quod paſſura eſt, optat Aeneae, ut ipſe 392. *Sed miſera ante diem.* [96] [Epicurei dicebant omnia fieri diſpoſitione fatorum: unde loquitur x. 467. *Stat ſua cuique dies.* Media. Ignota.

621. Haec precor. Id eſt, ſicut dictum eſt, imprecor.] Cum sanguine fundo. Quaſi imprecationes ipſas ſuo conſecraret cruore.

622. Tum vos, o Tyrii. Non ſunt mandata, ſed imprecationes, ut diſſentiant omnibus rebus, ſicut & factum eſt: nam ſi mandata ſunt, quomodo *genus futurum?*

623. Exercete odiis. Id eſt, fatigate.

624. [97] [Populis. Aut populorum, aut populis, ut Afris quoque.] Nec foedera sunto. [98] Quia rupta ſunt tertio: *Sunto* autem, id eſt, ſint. & fit propter metrum, addita *o* tertiae perſonae numeri pluralis, indicativi modi, ut [99] *amanto, ament; docento, doceant; legunto, legant; nutriunto, nutriant.* [1] Urbanus dicit verbo [2] cum Juris uſum propter odia haereditaria.

VARIORUM.

Hamburgenſi, *ſi* pro diverſa lectione eſt adſcriptum, uti & Venetus in contextu exhibebat. HEINS. *Et ſi fata petunt Jovis. hic & prior* Rottendorphius pro varia lectione: *& ſi* Dorvil. a m. ſec. Edd. Venet. & Mediol. ita *ſi* & *ſic* variant iii. Georg. 391. & apud Stat. iii. Silv. ii. 96. ubi vid. Marklandum. Heinſius in ora codicis conjecerat, *Id ſi fata.* BURM.

615. At bello. *Et* Mediceus a m. pr. & ita Genevenſes ediderunt. at non ex P. Danielis exemplari. *bella* & *arma* differre vidimus ad lib. i. 545. BURM.

616. Extorris. *Externis* Hugenianus.

Ibid. Complexu avulsus. Sic & Nonii Marcelli Editiones, in *extorris.* cujus tamen in ſcriptis exemplaribus, *conſpectu avulſus*, monente Mercero. Macrobius lib. v. cap. 12. vulgatum eſt ſecutus, cum quo faciunt codices noſtri. *Avolſus* in Mediceo & Gudiano. HEINS. *Complexuque* tertius Rottendorphius & Leidenſis unus.

617. Videatque. *Videat* Mentel. pr. mox, *leges ſub pacis* Hamburg. pr.

622. Tyrii. Non refutandi cauſa, ſed ridendi inſaniam Harduini mentio hic facienda, qui per Tyrios Turcas, & per Romanos Papam intelli-

gi

88 deſunt iiſdem & Dan. 89 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 90 qui tamen Aeneas in L. Voſ. R. Steph. & Baſil. ſed *Aeneas* non habet. 91 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 92 deeſt R. 93 apparuit, inde Dan. Fabr. 94 deſunt L. R. Voſ. Steph. 95 deſunt iiſdem & Dan. & Baſil. 96 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. ad *cum* ℣. 621. 97 deſunt iiſdem. 98 *ſunto* pro *ſunt*, & *ſint.* quia r. ſ. t. *ſunto* autem id eſt ſint Dan. 99 *amanto, docento, legunto, nutriunto* L. Voſ. R. Steph. & Baſil. qui addit *audiunto.* 1 alii dicunt Dan. Fabr. 2 eam Fabr. Baſil.

Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor,
Qui face Dardanios ferroque ſequare colonos,
Nunc, olim, quocumque dabunt ſe tempore vires.
Litora litoribus contraria, fluctibus undas
Inprecor, arma armis: pugnent ipſique nepoteſque.
Haec ait, & partis animum verſabat in omnis;
Inviſam quaerens quam primum abrumpere lucem.

Tum

SERVII.

625. EXORIARE. Exoriatur: & oſtendit Annibalem. EX OSSIBUS. Secundum Anaxagoram, qui Homoeomeriam dicit, id eſt, omnium membrorum ſimilitudinem eſſe in rebus creandis: id eſt, *ex oſſibus*, [3] ex ſanguine, ex medullis: nam omnia pro parte ſui tranſeunt in procreationem. Lucretius I. 830. [4] *Nunc ad Anaxagorae veniamus Homoeomeriam.* [5] [Sane Punici ex oſſibus dicunt oriri poſteros, quos nos ex ſanguine. An, quia poſt longum tempus naſcetur Annibal, ideo *ex oſſibus* poſuit?

626. FACE DARDANIOS. Incendiis urbium Italarum. FERROQUE. Exercituum caedibus. SEQUARE. [6] Pro, ſequere.

627. NUNC OLIM. Modo *olim* futuri temporis: & quidam ſeparant pronunciantes; ut ſit modo *olim*, poſtea: quaſi dicat, vel nunc, vel olim. QUOCUMQUE DABUNT SE TEMPORE VIRES. Quia, quotieſcumque voluerint, Poeni bella [7] renovarunt, ideo ait: *Pugnent ipſique nepoteſque.*

628. LITTORIBUS CONTRARIA. Aut quia in foedere cautum fuit; ut neque Romani ad littora Carthaginenſium accederent; neque Carthaginenſes ad littora Romanorum: aut poteſt propter bella navalia accipi, inter Romanos & Afros geſta.] FLUCTIBUS UNDAS IMPRECOR. Propter illud, quod in [8] foederibus ſancitum erat: ut Corſica eſſet media inter Romanos & Carthaginenſes.

629. PUGNENT IPSIQUE NEPOTES Poteſt & ad civile bellum referti.

VARIORUM.

gi voluit, inter quos nulla umquam foedera ſunt inita. ſed an Papa ipſe umquam exercitum miſit contra Turcas, & ipſe & nepotes ejus perpetua cum Turcarum nepotibus bella geſſerunt? miſeret me hominis, quem, dum viveret, oportuiſſet includi cuſtodiae fatuorum, non a ſociis Jeſu in honore haberi. BURM.

Ibid. ET GENUS. *Et* deeſt Zulichemio a manu prima.

625. EX OSSIBUS. Quomodo *ex oſſibus* rogat Harduin. quum *cineri* praeceſſerit? ſed an neſcit oſſa & cineres mixtos, & promiſcue ſaepe ſola oſſa, & ſolos cineres memorari? his immorari non vacat. BURM.

626. SEQUARE. *Sequere* alter Hamburgicus.

627. QUOCUMQUE. *Quaecumque* Parrhaſ.

629. IMPRECOR. *Jam precor* primus Moreti & unus Leidenſis. *arma viris* prior Hamburgicus.

Ibid. PUGNENT IPSIQUE NEPOTES. Nihil adfert ad illuſtrationem loci hujus Pierius. in Mediceo tamen & utroque Menteliano & caeteris poene omnibus, *pugnent ipſique nepoteſque:* niſi quod Hamburgenſis ſecundus & tertius, primus & ſecundus Rottendorphianus, ſecundus & tertius Moreti, duo Voſſiani & Leidenſis ſtant pro vulgata lectione. Moretanus quartus, *ipſi pugnentque nepotes.* ſed Gudianus & tertius Rottendorphius, a manu prima, *pugnent ipſique nepoteſque.* quomodo praeter recenſitos jam codices, Menagianus uterque, Moretanus primus, Montalbanius, Sprotianus, Venetus & Schefferius: eleganter: quamquam Cariſius lib. IV. Inſt. Gramm. & Beda de tropis S. Scripturae p. 346. vulgatam lectionem agnoſcant. uti & Donatus ubi agit de Schematibus. Alteri tamen ſcripturae accedo. nam Grammatici, dum alter ex altero locos veterum ſcriptorum deſcribebant,

3 ſanguine & medullis Dan. id eſt ſang. & med. Fabr. 4 in Lucretio hodie legitur, *Nunc & Anaxagorae ſcrutemur* ὁμοιομερίην. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Fluctibus* ℣. 628. 6 proſequere Dan. Fabr. 7 renovar * Dan. renovare Fabr. 8 foederibus cautum eſt L. Voſ. R. foed. ſimiliter ſancitum erat Fabr. ſimiliter cautum erat Dan. ſ. ſancitum eſt Steph. Baſii.

Tum breviter Barcen nutricem adfata Sichaei:
Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat:
Annam, cara mihi nutrix, huc ſiſte ſororem:
Dic corpus properet fluviali ſpargere lympha,
Et pecudes ſecum & monſtrata piacula ducat:
Sic veniat. Tuque ipſa pia tege tempora vitta.
Sacra Jovi Stygio, quae rite incepta paravi,

Per-

SERVII.

632. BREVITER. Feſtinatione mortis: ſimul nectit cauſſam morarum, & ipſi, & ſorori. [9] [BARCEN. Hoc cognomen familiae Annibalis fuit.

633. PATRIA ANTIQUA. Hoc eſt Tyros, quae ante ejus patria fuit.] HUC SISTE. [10] Huc adduc, [11] ut VIII. 85. *Et cum grege ſiſtet ad aram.* Hinc & [12] *ſiſtatur* dicimus, id eſt, adducatur: nam *ſtare* aliud eſt. Nec aliter poſſumus dicere, quam [13] *ſta hic; ſiſte huc.* Fallit autem [14] plerumque verbi ſimilitudo: quia dicimus *ſto*, & *ſiſto*; cum diverſa ſignificent.

635. SPARGERE LYMPHA. Sacrificantes diis inferis aſpergebantur aqua, ut VI. 230. *Spargens rore levi, & ramo felicis olivae:* ſuperis, abluebantur, ut II. 719. *Donec me flumine vivo Abluero.* Modo autem inferis ſacrificat, ut: *Sacra Jovi Stygio.*

636. [15] [MONSTRATA. Vel quae ipſa monſtravi; vel quae ſacerdos.] PIACULA. Purgationes; alias ſacrilegia, [16] [aut ſacrificia.]

637. SIC VENIAT. [17] [Quemadmodum praeceptum eſt;] ne [18] praetermitteret aut [19] praecederet. TEGE. Corona; ut & ipſa tardaret.

638. [20] [SACRA. *Sacrum* eſt, quod ad deos pertinet; *profanum*, quod ad homines.] [JOVI STYGIO. Hoc eſt, Plutoni. Et ſciendum, Stoicos dicere unum eſſe deum, [21] cui nomina variantur pro actibus & officiis: unde etiam duplicis ſexus numina eſſe dicuntur: [22] [ut, cum in actu ſunt, mares ſint; foeminae, cum [23] patiendi habent naturam: unde eſt I. Georg. 326. *Conjugis in gremium laetae deſcendit.* Ab actibus autem vocantur,] ut Jupiter, [24] juvans pater; Mercurius, quod mercibus praeeſt; Liber, a libertate. Sic ergo & modo *Jovem Stygium* dicit, inferis ſacrificatura, ut alibi VI. 138. *Junoni infernae dictus ſacer.* Hinc eſt Jovis oratio: *Caelicolae, mea membra, dei, quos noſtra poteſtas Officiis diviſa facit.* QUAE RITE INCEPTA PARAVI. Ordo eſt: Sacra, quae paravi, animus eſt rite perficere.

VARIORUM.

bant, in errorem, quem primus ex horum numero admiſerat, caeteri facile conſpirabant. ſic lib. II. 262. cum docuerim nihil verius eſſe ſcriptura, quae in membranis propemodum omnibus occurrit, *Acamaſque Thoaſque*, tamen apud complures veterum ſcriptorum *Athamaſque* invenitur. Lib. I. 2. Grammatici non pauci agnoſcunt, *Lavinaque venit litora*, cum tamen *Lavinia litora*, mihi elegantius videatur. quod Mediceus omnium veterrimus exhibebat. Cariſius, Diomedes, Donatus, atque Beda cum aliis proferunt in medium veteris Poëtae hunc verſum:

Typhin aurigam celeres fecere carinae.

qui tamen mendoſus eſt & claudicat, ni reſtituatur hoc modo:

Typhin ut aurigam celeris fecere carinae.

de Argonautis eſt ſermo. & forte verſus ejus ad Varronem Atacinum eſt referendus. HEINS. Livius XXVI. 23. *Comprehenſi ipſi familiaeque eorum. ipſique nepoteſque* Regius. Heuman. Tom. IV. Poecil. lib. IV. pag. 542. ultima verſus hujus, *pugnent ipſique nepotes*, ut turpem laciniam reſcidit.

ita

9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *hunc* ℣. 634. 10 huc ad hic Voſ. R. 11 ut, *cum e grege ſ. a. a.* R. 12 *& ſiſtatur* L. 13 *ſta illic* Dan. Fabr. 14 pleroſque Voſ. Steph. Dan. Fabr. fallit enim Baſil. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 16 deſunt iisdem. 17 deſunt iisdem. 18 praemitteret iisdem. 19 praediceret Voſ. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 21 cujus, dederunt Commel. & Emm. quos duces ſequi ſolebat diligens ille Maſvicius. 22 deſunt Voſſ. 23 patiendi Steph. Dan. 24 jubans R.

Perficere eſt animus, finemque inponere curis;
Dardaniique rogum capitis permittere flammae.
Sic ait. Illa gradum ſtudio celerabat anilem.
At trepida, & coeptis inmanibus effera Dido,
Sanguineam volvens aciem, maculiſque trementis
Interfuſa genas, & pallida morte futura,

In-

SERVII.

639. [25] [PERFICERE EST ANIMUS. Mire: quamdiu enim Aeneas praeſens erat, non omnino deſperans, trahebat exitium] CURIS. [26] Utrum amoribus, an rei ſuſceptae?

640. DARDANIIQUE ROGUM CAPITIS In quo ejus imago fuerat: [27] [& bene ſuum rogum, illius dicit, ne ſuſpicionem faciat. PERMITTERE FLAMMAE. Incendere.]

641. STUDIO CELERABAT ANILI. Aut pro aetatis poſſibilitate: aut pro induſtria, qua utuntur aniculae: [28] [aut voluntate obſequendi. Alii CELEBRABAT legunt: quia antiqui hoc verbum in velocitate ponebant. Actius: *Celeri gradu greſſum adcelebraſſe decet*.]

642. AT TREPIDA. Feſtina: nam moritura nihil timebat. [29] [Ideo autem *feſtina*, id eſt, occaſione vix data.] COEPTIS IMMANIBUS EFFERA. [30] [Nimis fera,] furiata ſaevis cogitationibus.

643. [31] [SANGUINEAM ACIEM. More ſuo oſtendit eam furentem vultu, geſtu, voce.

644. MACULISQUE TREMENTES INTERFUSA GENAS. Hoc eſt, trementes genas interfuſas habens maculis.] PALLIDA MORTE FUTURA. Aut pallidior, quam ſolent [32] homines eſſe poſt mortem, aut *pallida*, omine mortis futurae. [33]

VARIORUM.

ita ſolet, ſine ulla ſcriptorum auctoritate. BURM.

632. BARCEN. *Barcem* duo Moretani & prior Hamburgicus. *Bachem* Zulichemius. *Braccen* Sprotianus. *Bercen* Parrhaſ. *Barchen* Wittian. & Wall. qui & *cum breviter*. *hinc Barcen breviter* ſecundus Hamburgicus. *Sichei eſt* ſecundus Rottendorphius, & Excerpta noſtra. ſequens verſus ſuſpectus Britanno Erudito in Miſcell. Obſervat. Vol. I. p. 13. ſed vindicavit egregie Belga doctiſſimus. BURM.

635. SPARGERE. *Mergere* alter Menagii. *aſpergere* Venetus.

636. DUCAT. *Ducet* Mentelii primus. *monſtrata* non a Didone, ſed ex ritibus, conſuetudine & lege ſacrorum, quaſi divinitus juſſa adhiberi. vid. Barth. ad Stat. VI. Theb. 122. & ſupr. 498. vel ut Medici monſtrare dicuntur remedia, ſic haec piacula conſiderat, ut ỳ. 479. viam, quae ſolvat amantem, vel reddat Aeneam. vid. Gronov. ad Senec. IV. de Benef. 28. BURM.

637. TUQUE. *Tuaque* ſecundus Rottendorphius a manu prima. *tege corpora* Sprotianus.

638. PARAVI. *Parabam* vetus codex Macrobii Thuaneae Bibliothecae lib. III. Saturn. cap. 3. HEINS.

640. DARDANIIQUE. *Dardanidique* Wall. pro *Dardanidaeque*. deinde *flammis*, Mediceus. *praemittere* Venetus.

641. ANILI. *Anilem* alter Mentelianus, primus Rottendorphius & alii quinque, etiam Mentelianus prior & Gudianus. HEINS. *Celebrabat* Mediceus a manu prima, Wall. & Wittian. a m. pr. quae ſollemnis permutatio. ut & lib. V. 609. & ita in Indice Erythraei legitur. vid. ad Val. Flac. IV. 80. *anili* habet Donatus ad Terent. Eunuch. V. III. 4. & puto rectius, quia ut Terent. Eun. V. III. 4. *multum movebat*, ſed *parum promovebat*. quod ſtudium anile egregie oſtendit, licet parum referre arbitrer. *anili* etiam Dorvill. & Wittian. & fere omnes cum editionibus plurimis. *dixerat. illa gradum ſ. c. anilem* Parrhaſ. *anilem* etiam Regius. Ovid. XIII. Met. 533. *paſſu proceſſit anili*. BURM.

642. AT

25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 26 amoribus iidem. & nihil praeterea. 27 deſunt iisdem. 28 deſunt iisdem. 29 deſunt iisdem. 30 deſunt iisdem. 31 deſunt iisdem. ad *Pallida* ỳ. 644. 32 omnes Voſ. Dan. Fabr. 33 addunt, aut pallida, conſcientia mortis futurae Dan. Fab.

Digitized by Google

Interiora domus inrumpit limina, & altos
Conſcendit furibunda rogos, enſemque recludit
Dardanium, non hos quaeſitum munus in uſus.
Hic, poſtquam Iliacas veſtis notumque cubile
Conſpexit, paullum lacrimis & mente morata,

In-

SERVII.

646. FURIBUNDA. Furenti ſimilis. [34][Sane quidam volunt, Virgilium ubique Didonis, tamquam Flaminicae, facere mentionem: apud veteres autem Flaminicam ſcalas plus tribus gradibus, niſi Graecas, ſcandere non licebat; ne ulla pars pedum ejus crurumve ſubter conſpiceretur: eoque nec pluribus gradibus, ſed tribus, ut aſcenſu [35] duplicis niſus non paterentur extolli veſtem, aut nudari crura: nam ideo & *Graecae ſcalae* dicuntur: quia ita fabricantur, ut omni ex parte compagine tabularum clauſae ſint, ne aſpectum ad corporis aliquam partem admittant. Et ſciendum, ſi [36] quid in ceremoniis non fuerit obſervatum, piaculum admitti. Hic autem piaculum admittitur; quod ipſa Dido ait: *Sacra Jovi Stygio quae rite incepta paravi:* nam & ſupra ait 493. *Magicas invitam accingier artes.* Hoc vero loco plenius eam Flaminicae ritum exceſſiſſe declarat, ubi de gradibus loquitur dicens: *Interiora domus*, &c. neque enim poteſt eſſe altum, quod tribus tantum gradibus conſcenditur: unde apparet plures gradus tribus fuiſſe: quod plenius de Anna ſubjunxit inf. 685. *Sic effata gradus evaſerat altos.*]

647. NON HOS QUAESITUM MUNUS IN USUS. Quem Aeneas non ad hunc uſum reliquerat: &, ut ſupra 496. diximus, ſecundum Homerum vertitur munus in perniciem. Tale eſt in Bucolicis IX. Ecl. 6. *Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus boedos.*

648. [37] [CUBILE. *Cubandi* locum dixit.]

649. ET MENTE. Conſilio.

VARIORUM.

642. AT TREPIDA. *Et* Montalbanus. *trepida coeptis* primus Moreti, *at rapidi coeptis* Excerpta noſtra.

643. VOLVENS. *Involvens* alter Voſſianus. HEINS.

645. INRUMPIT. *Perrumpit* Sprotianus. *irrupit* Montalbanius & alter Rottendorphius. *prorumpit* Parrhaſ. *abrumpit* Wall. ſed vulgata eſt apud Donatum ad Terent. Andr. I. I. 106. BURM.

646. FURIBUNDA. *Moribunda* Venetus. *thoros* Parrhaſ.

Ibid. RECLUDIT. *Recluſit* exſtat apud Donatum in Terentii Adelp. Act. II. Sc. I. & ſic Gudianus a manu prima. HEINS. *Recluſit* Dorvil. Gudian. a m. pr. *reſtringit* unus Heinſii. obſervavit Cl. Dorvillius id genus αὐτοχειρίας apud Carthaginienſes fuiſſe frequens ex exemplo Hamilcaris apud Herodot. VII. 167. BURM.

647. QUAESITUM. Sane ſi quis propius attenderit, videbit huic voci locum nullum hic eſſe. ſcripſerat Virgilius:

Dardanium, non hoſce relictum munus in uſus.

quae probat Servius, *quem Aeneas non ad hunc uſum reliquerat.* Deinde non poteſt eſſe *quaeſitum*, quandoquidem ab imprudenti Aenea relictum eſt, inquit, ſed non in hos uſus. FABER. Fruſtra hic tricatur Faber, qui maluit Virgilio elumbem verſum dare, quam acquieſcere vulgatae lectioni, & ab omnibus codicibus confirmatae. & ut *relictum* tueretur, intrudit comicum illud *hoſce*, metuens ſcilicet primae ſyllabae *re*, quam tamen potuiſſet producere, ut ſaepe a viris doctis in talibus compoſitis eſt obſervatum. ſed ſi jam *relictum*, ut ſupr. ℣. 507. velimus fingere ab Aenea, non minus, & pro munere datum, & ita *quaeſitum* Didoni poſſumus exponere. nec opus hic eſt commento Ruaei, qui quaſi Aeneas enſem muneri ab alio ſibi datum, reliquiſſet Carthagine abiens, capit. *Quaeſitum* ergo fuit Didoni, cui hoc muneri dederat Aeneas. & ita cepit Ovidius Epiſt. VII. fin.

Praebuit Aeneas & cauſſam mortis & enſem,
Ipſa ſua Dido concidit uſa manu.

&

34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 647. 35 duplices Dan. Fabr. 36 quid ceremoniis Dan. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Incubuitque toro, dixitque noviſſima verba:
Dulces exuviae, dum fata Deuſque ſinebant,
Adcipite hanc animam, meque his exſolvite curis.
Vixi, &, quem dederat curſum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Ur-

SERVII.

651. DEUSQUE SINEBANT. Aut Jupiter, qui Aeneam abſcedere compulit: aut amor: aut neceſſitas fati.

653. VIXI. Excuſat vitae abruptionem: quia dicit Plato, magna poena adfici animas eorum, qui vitam ante tempus reliquerunt. ET QUEM DEDERAT CURSUM FORTUNA, PEREGI. Non natura, nec fatum. Tribus enim humana vita continetur: *Natura*, cui ultra centum & viginti ſolſtitiales annos conceſſum non eſt: *Fato*, cui nonaginta anni, hoc eſt, tres [38] Saturni curſus, exitium creant; niſi forte aliarum ſtellarum benignitas etiam tertium ejus ſuperet curſum: *Fortuna*, id eſt, caſu, qui ad omnia pertinet, quae extrinſecus ſunt; ut ad ruinam, [39] incendia, naufragia, venena. Bene ergo dixit, *fortuna*. Sic Cicero in Philippicis I. 4. *Multa mihi imminere videbantur praeter naturam, praeterque fatum:* id eſt, gladii Antonii, ex caſu.

654. [40] [MAGNA. Cogitatione eorum, qui me non viderunt; ſed factis cognoverunt.] SUB TERRAS IBIT IMAGO. [41] Bene imaginem dixit. Valde enim quaeritur apud Philoſophos, quid illud ſit, quod Inferos petat: nam tribus conſtamus: *Anima*, quae ſuperna eſt, & originem ſuam petit: *Corpore*, quod [42] in terra deficit: *Umbra*, quam Lucretius ſic [43] definivit, *ſpoliatus lumine aër*. Ergo *umbra*, ſi ex corpore creatur, ſine dubio perit cum eo: nec eſt quicquam reliquum de homine, quod Inferos petat. Sed [44] definierunt eſſe quoddam ſimulachrum, quod ad noſtri corporis effigiem fictum, Inferos [45] petat: & eſt ſpecies corporea, quae non poteſt tangi, ſicut ventus. Hinc in ſexto 391. *Corpora viva nefas Stygia vectare carina.* Hanc autem rem etiam Homerus requirit, ſimulachro Herculis apud Inferos viſo. Et ſciendum, ſimulachra haec eſſe etiam eorum, qui per apotheoſin dii facti ſunt: unde aut viſi eſſe apud Inferos: aut illuc deſcendiſſe dicuntur. Horatius de Libero II. od. XIX. 29. *Te vidit inſons Cerberus aureo* [46] *curru decorum.* Sciendum tamen abuti poëtas, & confuſe vel ſimulachrum, vel umbram dicere.

VARIORUM.

& ita Tacitus in alia re de Mor. Germ. 28. *munera non ad delicias quaeſita.* immo etſi oblitum velimus fingere Aeneam reliquiſſe enſem, non minus *quaeſitum* potuit dicere Maro. quod confirmat imitatio Silii lib. VIII. 150.

Enſem Dardanii quaeſitum in pignus amoris.

ubi vide Cl. Drakenb. & idem lib. VII. 53. *donum* vocat. *Quaerere* vero eſt *adquirere*, ſibi accipere, ut ſaepe viri docti nos docuerunt. vide Gruter. ad Senec. Epiſt. I. Heinſ. ad Ovid. II. Art. 674. & Brouckh. ad Propert. III. XVI. 5. cui immerito obtrectat Cortius ad Salluſt. Jugurt. cap. V. hinc forte colorem duxit Manilius V. 547. de Andromeda,

Induiturque ſinus non haec in vota paratos.

ubi non opus eſt *ad* legere. BURM.

649. PAULUM. *Parum* Zulichemius ex gloſſa. ita enim in Regio ſuperſcriptum erat. *mente remota* Sprotianus. *paullum* an *paulum* ſcribendum, omnes diſquirunt Orthographiae ſcriptores, quibus adde Zinzerl. Promulſ. IV. Victor. ad Cicer. XIII. ad Famill. 12. Faërn. ad Orat. in Piſon. cap. XXV. & alios plures BURM.

651. SINEBANT. *Sinebat* in Mediceo, duobus Menagianis & Veneto. etiam in altero Menteliano a manu prima. HEINS. *Si fata* alter Hamburgi-

38 deeſt R. 39 deeſt L. Voſ. R. mox in Cicerone legitur *impendere*, pro *imminere*. 40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 41 bene ergo imaginem dixit Voſ. R. Steph. bene nunc i. d. L. bene imaginem dixit fortunae Dan. 42 in terram Steph. 43 definivit, *ſupra ſpoliatus lumine* L. Voſ. R. Steph. al. ſed *ſupra* deeſt Voſ. ſed Baſil. *luminis*. Lucretius vero lib. IV. 369. *nam nihil eſſe poteſt aliud, niſi lumine caſſus Aer.* ſed ℣. 379. *ſpoliatur lumine terra*, quae confudiſſe videtur hic Servius. BURM. 44 deprehenderunt L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. 45 petit L. Voſ. R. Fabr. Dan. 46 curru Dan. & ita in Horatio hodie legitur.

Digitized by Google

Urbem praeclaram ſtatui: mea moenia vidi:
Ulta virum, poenas inimico a fratre recepi:
Felix, heu nimium felix, ſi litora tantum
Numquam Dardaniae tetigiſſent noſtra carinae!

Di·

SERVII.

655. URBEM PRAECLARAM STATUI. Non eſt contrarium illi loco 88. *Pendent opera interrupta*, [47] [quia illud ex perſona poëtae ſupra dictum eſt:] nam licet paululum aliquid ſupereſſet, quantum ad ipſam pertinet, fecerat, ut ſup. 75. *Urbemque paratam*. Item paulo poſt 683. *Urbemque tuam*: & revera civitati quid ſupereſt? factis muris, [48] templo, portu, theatro, [49] [foro, ſenatu, quibus adjunguntur etiam privatae aedes: ut I. 425. *Pars optare locum tecto, & concludere ſulco*.] MEA MOENIA VIDI. A me facta: & pertinet ad effectum, ut III. 498. *Quam veſtrae fecere manus*.

656. ULTA VIRUM. Puniendo ejus interfectorem: nam ideo addidit: *Poenas inimico a fratre recepi*. Et re vera [50] nulla avaro major eſt poena, quam amittere pecuniam, propter quam commiſerat ſcelus. Bene autem *recepi*, quaſi debitas: [51] [vel quod partem maximam civium ſollicitavi.] Ergo hoc dicit: Feci illud, [52] [& illud:] felix nimium fuiſſem, ſi tantum Aeneas Carthaginem non [53] veniſſet. Alii haec quaſi per interrogationem volunt accipi: ut nihil dicat eſſe perfectum: nunquid urbem ſtatui? nunquid ulta ſum virum? nunquid a fratre poenas recepi? Sed tamen felix fuiſſem, ſi vel hoc tantum contingeret, ut Carthaginem non veniret Aeneas. [54] Et hanc varietatem gignit hic ſermo TANTUM, [55] [quem alii, *tantummodo* interpretantur:] nam ad utrumque admittitur. Tamen melior eſt ſenſus ſuperior, quem nonnulli ſic exponunt propter ſupr. 88. *Pendent opera interrupta*: ut ordo ſit: urbem praeclaram, & mea moenia ſtatui vidi: hoc eſt vidi dum ſtatuerentur: [56] [*ſtatui* enim infinitivus a poſitivo *ſtatuor*.]

657. [57] [FELIX HEU NIMIUM FELIX, SI LITORA NUNQUAM DARDANIAE TETIGISSENT NOSTRA CARINAE. A Catullo accepit, qui dicit Carm. LXIV. 171. *Jupiter omnipotens, utinam nec tempore primo Gnoſſia Cecropiae tetigiſſent litora puppes*.]

VARIORUM.

burgicus. *ſinebat* Ed. Venet. vid. IV. Georg. 8. XII. Aen. 176. *Scalae ſubituſque adparuit ignis*. vid. ad Ovid. II. Art. 81. Stat. XI. Th. 22. *Hoſtiles turmae ferrumve timetur*, ubi alii *timentur*; & ita ſaepe apud Lucanum & alios. BURM.

652. EXSOLVITE. *Abſolvite* ſec. Rottend. Francian. & Leidenſ. unus. & ita Servius ſupr. ad ỳ. 2. *meque exſolvite* Zulich. *meque his exſolvite poenis* Ed. Venet. vid. ad Lucan. VII. 262. ubi eadem varietas. BURM.

654. MEI. *Mea* tert. Rottend. *mei imaginem* idem eſſe quod *me* contendit Stanlejus ad Aeſchyl. ſeptem contra Thebas ỳ. 494. vid. notas D. Heinſii ad Silii lib. X. 289. BURM.

656. INIMICO A FRATRE. *Inimico fratre* uterque Mentelianus, primus Rottendorphius, Montalbanius & alter Menagianus. deinde hunc verſum proxime praecedenti praeponunt prior Mentelianus, Sprotianus & alter Menagianus. HEINS. *A* deeſt etiam Leidenſi uni. *e fratre* Hugenian. ſed vulgata eſt apud Donat. ad Terent. Phorm. I. IV. 13. inſolentior locutio videtur, *poenas ab aliquo recipere*, cujus exempla ignoro, niſi quis velit pro *capere* poſſe ſumi. praeterea poenas de avaro capere, hic de pecunia avaro erepta explicare, an procedat dubito. quia vero ſaepe *recipere* pro liberare a periculo, morte &c. apud Noſtrum occurrit, ut ſocii *recepti* lib. I. 583. VII. 244. & alibi, cogitabam, an non ſcripſerit Maro, *Poenos inimico a fratre recepi*, id eſt Tyrios, quibus aut odium crudele Tyranni, aut metus acer erat lib. I. 361. ſervavi, liberavi a periculo, quod illis a fratre imminebat, mecum illos in Africam, ubi *Poeni* dicti ſunt,

47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 48 templo poſito & theatro L. Voſ. R. Steph. 49 deſunt iiſdem & al. 50 nulla avari L. Voſ. R. Steph. nulli avaro Dan. Fabr. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. feci iſtud & illud Baſ. illud. nimirum fuiſſe R. felix nimirum Voſ. Steph. al. 53 veniret L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. mox O. Voſſius volebat. ſi vel hoc tantum contigiſſet, ut C. n. veniſſet Aeneas. 54 ſed & hanc Dan. Fabr. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 57 deſunt iiſdem.

Dixit: &; os inpreſſa toro, Moriemur inultae,
Sed moriamur, ait. Sic, ſic juvat ire ſub umbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & noſtrae ſecum ferat omina mortis.
Dixerat. Atque illam media inter talia ferro
Conlabſam adſpiciunt comites, enſemque cruore
Spumantem, ſparſasque manus. It clamor ad alta
Atria:

SERVII.

659. Os IMPRESSA TORO. Applicito ore ad lectulum, [58] [vel *os*, faciem:] aut quaſi amatrix, ut ſup. 82. *Stratiſque relictis Incubat.* Aut certe quaſi peritura inſenſibili rei dat ſenſum: & ſic ad lectulum loquitur, ut ad haſtam Turnus XII. 97. *Te Turni nunc dextra gerit.* Mezentius ad equum X. 861. *Rhoebe, diu, res ſiqua diu mortalibus ulla eſt, Viximus.*]

660. SIC? SIC. Quaſi interrogatio & reſponſio. [59] Et placet ſic inultam perire, [vel hoc genere mortis:] & hoc eam ſe loco intelligimus percuſſiſſe. Unde alii dicunt verba eſſe ſe ferientis. [60] [Alii ita diſtinguunt: *Sed moriamur ait:* & ſic poſt adjiciunt: *Sic juvat ire ſub umbras:* ut dubitaverit an inulta deberet mori: deinde ultionis difficultatem circumſpiciens dixerit: *Sic juvat ire ſub umbras.*]

661. HAURIAT HUNC OCULIS IGNEM. Aut videat omina tempeſtatis futurae: [61] [quia navigantibus malum omen eſt, ſi rogalis flamma videatur,] aut certe ſatisfaciat ſuae crudelitati. [62] [AB ALTO. A mari.

662. DARDANUS. Pro Dardanius. Plautus Amph. prol. 98. *Natus Argis* [63] *ex Argo patre:* vel quod ipſe Aeneas ante Dardanus dictus eſt. ET NOSTRAE SECUM FERAT OMINA MORTIS. Ut Aeneas quoque per vim maturius obeat: & bene infauſta omina imprecatur ei, qui ad novi regni auſpicia properat.]

663. INTER TALIA. Per talia, ut VII. 30. *Hunc inter fluvio Tyberinus amoeno.*

664. [64] [CONLAPSAM ASPICIUNT. Non induxit occidentem ſe, ſed oſtendit occiſam: & hoc Tragico fecit exemplo, apud quos non videtur quemadmodum fit caedes, ſed facta narratur.]

665. SPARSASQUE MANUS. Aut perfuſas ſanguine: aut morte reſolutas.

VARIORUM.

ſunt, avehens. & hoc obſcure videtur etiam Servii altera explicatio, *vel quod partem maximam civium ſollicitavi*, id eſt contra Fratrem incitavi, & ut eum desererent, & mecum abirent, mihi conciliavi & junxi. videant doctiores. BURM.

657. FELIX, HEU NIMIUM. Vindicat hanc lectionem manifeſta imitatio Statii III. Silv. III. 25.

Felix, heu nimium felix, plorataque nato
Umbra venit.

& tamen, *felix en nimium* Heinſium ibi legere notat vir doctus in Miſcell. Obſerv. Critic. Tom. II. pag. 228. neſcio ubi, ſed in ora Heinſius libri ſui notaverat, *Felix ter, nimium felix*, ut Horat. I. Od. 13. *Felices ter & amplius.* ſed induxerat, & deinde iterum repoſuerat. Gevartius edidit, *Felix & nimium.* idem Markl. ad II. Silv. III. 24. vix ferre potuit in Lucan. lib. VIII. 139. *Heu nimium felix*, ut ibi notavimus. BURM.

659. OS INPRESSA TORO. Servii multiplex explicatio fere vana eſt. ſed morituros ſolitos toros, humum &c. morſu invadere, explicat Barthius ad illa Stat. V. Theb. 252. *Hic impreſſa toris ora, &c.* BURM.

660. MORIAMUR. *Moriemur* Leidenſis unus, alter

58 deſunt iisdem. 59 & placet ſ. i. perire? placet & hoc eam &c. L. Voſ. R. Steph. & placet ſ. i. mori: & hoc l. in t. eam ſe Baſil. mox, eſſe verba furentis Fabr. Baſ. verba eſſe ferientis Voſ. R. Steph. Dan. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 61 deſunt L. R. Baſ. 62 deſunt iisdem ad ℣. 663. 63 *ex Argis patre* Fabr. Schol. Horat. ad IV. Od. 6. *Dardanus* explicat *Dardanius*. & ita Servius ad lib. XI. 287. & Nonius in *Argus*, qui & *natus Argus* habet. BURM. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Atria: concuſſam bacchatur fama per urbem.
Lamentis, gemituque, & femineo ululatu
Tecta fremunt: reſonat magnis plangoribus aether:
Non aliter, quam ſi inmiſſis ruat hoſtibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros; flammaeque furentes
Culmina perque hominum volvantur perque Deorum.
Audiit exanimis, trepidoque exterrita curſu,

Un-

SERVII.

667. Foemineo ululatu. Proprio foeminarum. Horatius Epod. x. 17. *Et illa non virilis ejulatio.*

670. Antiqua Tyros. Vel nobilem dicit: vel illud oſtendit, quia Carthago ante *Byrſa*, poſt *Tyros* dicta eſt, poſt *Carthago* a [65] Carthada oppido: unde fuit Dido inter Tyron & Berithon.

672. Audiit exanimis. Exterrita: nam, ut diximus I. Aen. 484. [66] *exanimatus* mortuus eſt.

VARIORUM.

alter Menagii, ſecundus Rottendorphius & Venetus. *ſi ſic* Gudianus a manu prima. *per umbras* Parrhaſ. Fabric. ad lib. II. Aen. 391. legit, *ſic? ſic juvat i. ſ. u.* ex Servio. ſed ego *ſic, ſic* explico, pro *vel ſic, vel ſic quoque.* id eſt, etſi non ulta meas injurias, tamen vel inultam juvat mori. vis eſt in repetitione. & ita Heinſius apud Ovid. XII. Met. 285. ex codicibus, *ſic, ſic precor.* & Valer. Flac. IV. 8.

Sic Juno ducem fovet omnia curis
Aeſonium, ſic arma, viros ſocioſque miniſtrat,

BURM.

661. Hauriat hunc oculis ignem. *Ignem oculis* alter Hamb. efficax & elegans locutio, de aviditate ſpectandi. & ut utuntur de auditu, ſic & de viſu, ut notavi ad Valer. Flac. I. 262. & imitatur, ut ſolet, Maronem Silius XI. 283.

Faciemque ſuperbi
Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.

utrumque jungit Pacatus Paneg. cap. XXIX. BURM.

662. Omina. *Omnia* Oudartii, Sprotianus & tertius Mentelii, cujus primus & alter Hamburgicus a manu etiam prima. & Ed. Ald. poſter, pro *noſtrae* Leidenſis unus, *miſerae.*

663. Media. *Medio* Dorvil. a m. ſec. Taubmannus dicit alios legere, *mediam*, quod in noſtris non vidi. *media inter ilia* Edit. Venet. quaſi locum vulneris indicet.

664. Aspiciunt. *Accipiunt* alter Menagii. & Wittian. *cruorem* Dorvil.

665. Ad alta. *Et alta* alter Menagii.

668. Plangoribus. *Clangoribus* priores Menagianus & Montalbanius. ſic & lib. V. 228. codices nonnulli, & lib. VI. 561. in optimo exemplari, *quis tantus clangor ad auras.* tres alii, *clamoribus.* in altero Voſſiano, *magnis reſonat plangoribus.* HEINS. Vid. ad lib. II. 487. & III. 226. *clamoribus* Wall. & Wittian.

669. Immissis. *Immiſſis* etiam Rufinianus de figuris pag. 28. *miſſis* Ed. Mediol.

670. Tyros. *Tyrus* primus tertiuſque Rottendorphius, Hamburgicus uterque, uterque Voſſianus, duo Menagiani, Mentelianus prior, Sprotianus, Montalbanius, Venetus, & Moretanus quartus. etiam Gudianus a manu ſecunda. & ſane Latinas enuntiationes amat Maro. ſic *Delus* hoc lib. ỳ. 144. habuimus. & VII. Aeneid. 208. *Threiciam Samum:* & lib. I. Aeneid. 415. *Paphum.* HEINS. *Tyrus* Parrhaſ. Wallian. & Wittian.

Ibid. Furentes. *Ruentes* Zulichemius.

671. Culmina. Hoc loco uſus, ut intricatiſſimum Valerii Flacci II. 174. per hypallagen duriſſimam illuſtret, Zinzerlingus, & adduxit etiam Carrion. ſed vide quae ibi diximus. hunc vero planum & facillimum imitatur Silius libr. XVII. 507.

Volucres ſpargit per culmina flammas.

ut recte viri docti, pro *per nubila*, reſcripſerunt ex libris ſcriptis. & ita idem, licet ibi non de tectis ur-

65 *cartha*, vel *carta*, iidem. vid. ad I. Aen. 147. max Beryton L. R. Byrithon. Voſ. Berithum Baſ. Brithon Commel.
66 *exanimus* Fabr. Baſil.

Unguibus ora ſoror foedans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat:
Hoc illud, germana, fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes araeque parabant?
Quid primum deſerta querar? comitemne ſororem
Spreviſti moriens? Eadem me ad fata vocaſſes:
Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tuliſſet.
His etiam ſtruxi manibus, patrioſque vocavi

Voce

SERVII.

673. ORA SOROR FOEDANS. [67] Cruentans, ut II. 502. *Sanguine foedantem.*

674. NOMINE CLAMAT. Aut Didonem vocat: ut ſupra 333. & I. 344. diximus, Poenorum lingua viraginem: nam Eliſa dicta eſt; ſed virago eſt [68] vocata, cum ſe in ignem praecipitavit: aut *nomine clamat*, nominat: ſicut & Homerus dicit Iliad. A. 361. ἔκ τ᾽ ὀνόμαζεν, [69] nominabat: aut certe vero nomine, ut ſolent dolentes, ut IX. 481. *Hunc ego te, Euryale, aſpicio.* Item IV. Georg. 321. *Mater Cyrene, mater.* Hinc & ibi ait verſ. 356. *Et te crudelem nomine dicit.* Et multi quaerunt, quomodo procedat hoc, cum ejus nomen nuſquam ſequatur; ſed tractum eſt a Jure, ubi dicitur nihil intereſſe, utrum quis unum filium habens, dicat: *Fili, heres eſto*: an, [70] [*Titi, heres eſto.*] Ergo dicendo: *Hoc illud germana fuit?* quaſi nomen dixit. Sane ſciendum, bene eum perturbatae integrum non dediſſe ſermonem.

675. [71] [HOC ILLUD GERMANA FUIT. Allocutio per conqueſtionem.]

676. HOC ROGUS ISTE MIHI. Alludit ad hiſtoriam.

677. QUID PRIMUM DESERTA QUERAR? [72] Conqueritur, cur relicta ſit, nec ad par exitium convocata. COMITEMNE SORORЕM SPREVISTI? Deeſt: Illudne, quod ſpreviſti comitem ſororem? & ſemiplene loquitur [73] [quod afflictis convenit.]

679. [74] [TULISSET. Abſtuliſſet.]

680. STRUXI MANIBUS. Quaſi ſceleris contaminata, & quaſi ipſa interitum ſororis adjuverit.] *Struxi manibus*, ſubaudis, rogos. PATRIOS DEOS. Saturnum & Junonem.

VARIORUM.

urbium, ſed de arbore agatur, lib. V. 514.

Torquet Vulcanus anhelos
Cum fervore globos flammarum, & culmina torret.

ubi etiam alii libri, *lumina, robora. culmina* vero de arboribus dici oſtendimus ad Ovid. I. Met. 681. vid. & de hac voce infr. lib. VIII. 456. hic vero aedes civium & templa indicantur. BURM.

Ibid. VOLVANTUR. *Volitantur* Excerpta noſtra. *volvuntur* alter Hamburgicus & Leidenſis.

672. CURSU. *Curſu.* Donatus ita diſtinguit, ut a rumore dolentis perturbataeque affectum diſcriminet. FABRIC. *Caſu* Excerpta noſtra. *audit* etiam Francianus. ut ſupr. 220.

673. UNGUIBUS ORA. *Ora* hic pro genis, quia in Leg. XII. Tab. erat: *mulieres genas ne radunto.* explicat Marcil. ad Leg. XII. Tab. p. 263. ſed memoriae vitio citat, *ſoror lacerans.*

Ibid. ET PECTORA. *Ac pectora* Hamb. alter.

675. ME FRAUDE. *Quod fraude* Bigotian.

676. IGNES. *Ignis* Excerpta noſtra. *igneſque* Leidenſis unus. *haec ignes* Parrhaſ.

677. DESERTA. *Germana* Menagianus prior. *quod primum* Hugenianus. *comitemque* a manu prima Gudianus. *comitemve* Menagii prior.

678. ME AD FATA. *Eadem me fata vocaſſent*

alter

67 cruentans, *ſanguine foedans* L. R. Steph. cruentans ſanguine Baſil. 68 appellata Steph. al. 69 deeſt L. R. Steph. al. ſed ſexies nominabat Voſ. Dan. Fabr. vide ineptias, quaſi ἓξ in Graecis fuiſſet, ſed tunc *ſex* non *ſexies*, vel ἑξάκις fuiſſet dicendum. BURM. 70 Tite Steph. Dan. deſunt. R. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 conqueſtio idem. 73 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *ſtruxi* ℣. 680.

Voce Deos, ſic te ut poſita crudelis abeſſem?
Exſtinxſti me teque, ſoror, populumque, patreſque
Sidonios, urbemque tuam. Date volnera lymphis,
Abluam, &, extremus ſi quis ſuper halitus errat,
Ore legam. Sic fata gradus evaſerat altos,
Semianimemque ſinu germanam amplexa fovebat
Cum gemitu, atque atros ſiccabat veſte cruores.

Illa,

SERVII.

681. POSITA. Exanimata. Statius VIII. 651. *Poſituſque beata Morte pater.* [75] [CRUDELIS. Illum crudelem dicit, quod ſit dubium tu an ego.

682. EXTINXSTI TE MEQUE, SOROR. Varro ait, non Didonem, ſed Annam, amore Aeneae impulſam, ſe ſupra rogum interemiſſe. POPULUMQUE PATRESQUE URBEMQUE TUAM. *Patres*, id eſt, Senatum. *Urbem tuam*, quam extruxiſti: & quidam hoc loco volunt tres partes politiae comprehenſas; populi, optimatium, regiae poteſtatis: [76] [Cato enim ait de tribus iſtis partibus ordinatam fuiſſe Carthaginem.]

683. DATE VULNERA LYMPHIS. Date lymphas, ut vulnera abluam, hoc eſt,] aut date aquam: aut *date*, id eſt, permittite. Lavare autem cadavera [77] ſatis proximis concedebatur. Unde queritur mater Euryali: IX. 487. *Nec vulnera lavi Veſte tegens.* [78] [Sane in ſacris pura veſtis appellatur, quae neque funeſta ſit, neque maculam habeat ex homine mortuo. Id hoc loco comprehenſum accipi poteſt, cum Dido inducitur habuiſſe crinem ſacratum, quo videlicet abſciſſo poſſit ſine cruciatu mori: prius tamen voluit ablui cruorem, cum ait: *Date vulnera lymphis, Abluam.* Plenius tamen infra ait: *Semianimemque ſinu germanam*, uſque, *veſte cruorem:* ut tanquam in veſte pura legitimo ſumptu [79] morti data haberetur: quodque ſacratum crinem habuerit, vitae fuerit immorata: nam ſubjecit apte ex perſona Iridis: *Hunc ego diti Sacrum juſſa fero, teque iſto corpore ſolvo.*]

685. ORE LEGAM. Muliebriter, tanquam poſſit animam ſororis excipere, & in ſe transferre.] Sic Cicero in Verrinis v. 45. *Ut extremum filiorum ſpiritum ore excipere liceret.* GRADUS EVASERAT ALTOS. Id eſt, adſcenderat; [80] rogi ſcilicet, qui pro qualitate fortunarum fiebat: unde in ſexto 178. *Coeloque educere certant.* [Aut quia lecti antiquorum alti erant, & gradibus adſcendebantur, quibus ſuperatis Anna amplectitur ſororem.

686. AMPLEXA FOVEBAT. Bene non fovit, ſed *fovebat*; ut id diu factum oſtenderet.

687. CRUORES. Exprimebat, vel abluebat, ut X. 834. *Vulnera ſiccabat lymphis.* An ſuam veſtem vulnere Didonis infectam.] [81] Uſurpavit: nam nec *ſanguines* dicimus numero plurali, nec *cruores*. SICCABAT autem, exprimebat.

VARIORUM.

alter Hamburgicus. *ad facta* Mentelius prior a manu prima.

679. FERRO. *Ferret* Oudartii. *atque hora*, ſine *eadem* Wittianus.

Ibid. HORA. *Ora* Gudianus, & Editio Juntina.

680. STRUXI. *Manibus ſtruxi* Parrhaſ.

681. POSITA. *Poſitam* Mediceus manu prima.

Ibid. ABESSEM. *Abiſſem* Wall.

682. EXSTINXSTI. Diomedes Grammaticus lib. II. agnoſcit, *exſtinxti me teque ſoror*, addita interpretatione pro *exſtinxiſti*, ubi de Syncope agit. Probus

75 deſunt iiſdem ad aut ✝. 683. ubi aut aquam, aut *date* habent. 76 deſunt Fabr. 77 deeſt Baſil. Ger. Voſſius aut pro procreatis, aut *ſatis* pro valde, ut ✝. 559. vel legebat *ſolis*. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *ſic Cicero* ✝. 685. ſed Fabr. ad *Id hoc*. 79 morte data haberetur *, quod quae Dan. 80 aut rogis. & mox, fiebant Dan. fiebant etiam L. Voſ. Baſil. deinde ab, *aut quia*, deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *uſurpavit* ✝. 687. errat vero hic Cerda, qui rogum in ſublimi aedium parte ſtructum vult fuiſſe. certe tunc & ipſae aedes incendio flagraſſe debuiſſent. vid. ſupr. ad ✝. 495. recte exponit Servius de rogo. BURM. 81 deeſt Dan. uſurpatum Steph. uſurpatum contra artem Baſil. ſed *cruores* dixerunt & Horatius & ſaepe Valer. Flac. vid. lib. IV. 330. BURM.

Illa, gravis oculos conata adtollere, rurſus
Deficit. Infixum ſtridit ſub pectore volnus.
Ter ſeſe adtollens cubitoque adnixa levavit:
Ter revoluta toro eſt, oculiſque errantibus alto

Quae-

SERVII.

689. SUB PECTORE. [82] Per tranſitum dicit vulneris locum.

691. [83] TER REVOLUTA TORO EST. Aut ſaepius: aut Promanteuſis eſt, [praeſagium,] propter bella Carthaginis: [nam tria cum Romanis fuere bella Punica.] [84] [ERRANTIBUS. Vicinitate mortis.]

VARIORUM.

bus etiam in Arte Gramm. *exſtinxti* pro *exſtinxiſti* producit ex Marone. hunc locum haud dubie reſpexit. cui & illud alterum ſubjungit, *vixet cui vitam. Exſtinxem* pro *exſtinxiſſem* ſupra h. l. 606. habuimus. certe in prioribus Menteliano & Hamburgico *exſtixi* legitur, addito interpretamento pro *exſtinxiſti*. ſed & in tertio Rottendorphii pro diverſa lectione annotatur, vel *exſtinxiſti*. in primo Moretano, *Exſtinxi me teque ſoror. Exſtinxti* etiam Pierius agnoſcit, & exhibet Florentina Juntarum Editio. HEINS. *Exſtinxi me teque* Dorvil. Pugetianus. ego cum Diomede facerem. ſolent enim ſe priori Veteres loco memorare. ut ſupr. 360. vid. ad Lucan. IX. 985. *exſtinxi te meque* Regius, Parrhaſ. Wallian. *exſtincti te meque* Wittian.

683. DATE. *Data* Menagianus prior.

684. ERRAT. *Erret* Sprotianus, ſecunduſque & tertius Moretanus, Voſſianus alter. alter Mentelianus, *eſſet*. HEINS. *Eſſet* etiam Leidenſis unus, Regius & Parrhaſ. *exſtat* Wall.

686. SEMIANIMEMQUE. *Semianimemque ſuam* Ed. Venet. *germana* Wallian.

687. CRUORES. *Furores* Menagii primus.

688. RURSUS. *Rurſum* Dorvil.

689. STRIDET. *Stridit* Mediceus & meliores octo, ἀρχαϊκῶς. ut & alibi non uno loco. lib. VIII. 420. *ſtriduntque cavernis Stricturae Chalybum*. & II. 418. *ſtridunt ſilvae*, eam enim lectionem Probus in Catholico eo loco videtur probare. ſic optimis in exemplaribus apud Juvenalem Sat. X. 61. *Jam ſtridunt ignes*. lib. XII. Aen. 691. *ſtriduntque haſtilibus aurae*. IV. Georg. 262. *ut mare ſollicitum ſtridit*. & ſub finem ejuſdem libri, *ſtridere apes utero, & ruptis effervere coſtis*. Apud Pacuvium Duloreſte, *quid ſtridunt fores?* plura Priſcianus congeſſit lib. X. *tergere* tertiae conjugationis reſtituimus Noſtro lib. VII. Aeneid. 626. ſic *fervere* & *fervit* tertiae conjugationis (de quo verbo uberius Nonius.) *fulgit* & *fulgere*, *lavit* & *lavere* pro *lavare* ter quaterve uſitatum Maroni. *ſonit* & *ſonere* pro *ſonare* idem Nonius obſervat. Diomedes libro primo, *irridere* & *olere* tertiae conjugationi ex antiquis ſcriptoribus obſervat, & Priſcianus lib. VIII. ſub finem. tum Voſſius de Analog. lib. III. cap. 35. HEINS. *Stridens* primus Rottendorphius. *ſtridit* Francianus & Regius a m. pr. & ita Servius ad IX. 579. *infixum ſub pectore* conjungit Guellius. vid. Heinſ. ad Ovid. IX. Metam. 171. de verbo *ſtridit*. BURM.

690. INNIXA. *Adnixa* ſcripti noſtri, exceptis primo Rottendorphii & altero Hamburgico; *annixa* alter Menagianus. idque rectius: *innititur* enim cubito, etiam qui jacet, *adnititur* qui tentat exſurgere. Hegeſippus libr. I. de Herode: *Paulliſper ſeſe attollens cubitoque annixus*. Silius Ital. XVII. 139.

Invadunt vanamque fugam, atque attollere ſeſſo
Adnitentem artus.

de Syphace ſermo eſt, qui in terram jacebat provolutus. quare nec aſſentior Nonio, qui Aeneid. III. 208. pro *adnixi torquent ſpumas*, agnoſcit *obnixi*. cum lib. I. 144. habeamus

Cymothoë ſimul & Triton adnixus acuto
Detrudunt naves ſcopulo.

& lib. V. 226.

Quem petit & ſummis adnixus viribus urget.

lib. IX. 229.

Stant

[82] nunc per L. Voſ. Steph. al. nam per R. dictus V. locus Dan. Fabr. [83] promante uſus eſt R. Voſ. pro oeconomia uſus eſt L. praeſagium deeſt L. Voſ. R. Steph. al. deinde *nam tria* deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 692. [84] Dan. hic turbat, qui habet, vicinitate mortis, propter tria bella Punica. praeſagium propter bella Carthaginis.

Quaeſivit coelo lucem, ingemuitque reperta.
Tum Juno omnipotens, longum miſerata dolorem,
Difficiliſque obitus, Irim demiſit Olympo,
Quae luctantem animam nexoſque reſolveret artus.
Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat,

Sed

SERVII.

692. INGEMUITQUE REPERTAM. Atqui dixit 631. *Inviſam quaerens quam primum abrumpere lucem*; ſed oſtendit morientes ſua improbare deſideria, ut in ſexto 436. *Quam vellent aethere in alto Nunc & pauperiem & duros perferre labores.*

693. TUM JUNO OMNIPOTENS. Aut pronuba, aut inferna. [85] [Statius II. Silv. I. 147. *Jam complexa manu crinem tenet infera Juno.*]

694. DIFFICILESQUE OBITUS. Quia ſupererat vita ei, quae caſu, non aut fato, aut natura, moriebatur, ut: *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat:* id eſt, naturali. IRIM DEMISIT OLYMPO. Ut & ſupra III. 46. diximus, trahit hoc de Alceſti Euripidis, qui inducit Mercurium ei comam ſecantem: quia fato peribat mariti. [86] [Alii dicunt, Euripidem Orcum in ſcenam inducere, gladium ferentem, quo crinem Alceſti abſcindat. Euripidem hoc a Poenia, antiquo tragico, mutuatum.] Sane ſciendum, hoc ideo nunc fieri: quia certis conſecrationibus ſolebant homines facere, ut muniti eſſent adverſus fortunae impetus; nec poterant mori, [87] niſi exauctorati illa conſecratione: unde circa Didonem iſta ſervantur.

696. [88] [NAM QUIA NEC FATO. Cum dicat Virgilius X. 467. *Stat ſua cuique dies*, quomodo hoc dicit: *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed miſera ante diem?* Nam ſi fato vivimus, quid agunt merita? ſi penſamur meritis, quae vis fati? quomodo hic & fatum admittit & meritum? Deinde, cum dixerit. *Stat ſua cuique dies*, quomodo dicit *ante diem?* Harum rerum ratio ſic redditur: Sunt & *fata*, quae dicuntur *denunciativa*; ſunt alia, quae *conditionalia* vocantur. *Denunciativa* ſunt, quae omnimodo eventura deferunt, ut verbi gratia: Pompejus ter triumphaturus eſt. Hoc illi fata dederunt, ut, ubicumque terrarum fuerit, ter triumphet: non poteſt aliter evenire, & ideo fatum, quod hoc denunciat, *denunciativum* vocatur: *Conditionale* vero hujuſmodi eſt: Pompejus, ſi poſt Pharſalicum bellum Aegypti litus attigerit, ferro peribit: hic non omnimodo neceſſe erat, ut videret Aegyptum; ſed, ſi caſus illum ad aliam regionem forte duxiſſet, evaſiſſet. Sic & apud Homerum Achilles refert, matrem deam ſibi dixiſſe, ut, ſi bello Trojano ſe ſubtraheret, & reducem patriae daret, alta ſenecta viveret, ſed inglorius: ſi vero apud Trojam pugnando perſeveraret, adeptus magnam gloriam primaevus obcumberet. Vides igitur conditionem fati ſub duplici eventus exſpectatione pendere. Achilli enim dies ſtatuta erat, qua domum repetens ſenex periret; ſed quia bellum non reliquit, obiit quidem ante diem fato ſtatutum; ſed nec tum ſine fato: quia de gemina fati auctoritate veniebat utraque conditio. Sic & Didoni decretum fuerat, ut urbem praeclaram ſtatueret, ulciſceretur virum, poenas de parricidio fratris exigeret. Perveniſſet autem ad ſeram mortem ſine ulla felicitatis offenſa, ſi Trojana claſſis ad litus Africae non veniſſet, quia portum Carthaginis ingreſſa, nec continuaretur ulterius reginae nota felicitas, nec expectaretur ad mortem dies illa ſera, quae fuerat conſtituta. Haec ſciens Maro, inducit ipſam Didonem in extremis ſuis iſta dicentem: *Urbem praeclaram ſtatui, mea moenia vidi, Ulta virum, poenas inimico a fratre recepi, Foelix, heu nimium foelix, ſi litora tantum, Numquam Dardaniae tetigiſſent noſtra carinae!* Sic & Vulcanus, reſpondens Veneri, armari filium poſtulanti, conditionale fatum adſerit fuiſſe Trojanis, ut, ſi Aeneas coeleſtibus armis fuiſſet armatus, annos X. ultra quam ſtetit Troja duraret, nec Priamus ante idem tempus periret: quo praeſidio praetermiſſo praeparandae Trojanae incolumitatis extincta conditio eſt: & hoc eſt, quod ait VIII. 396.

Si-

85 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. nec unde Maſvicius habeat, ſcio. Forte Cl. Ryckius Statii locum adſcripſerat. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. pro *Mercurium*. G. Voſſius legebat *mortem*, & mox pro *Poenia*, *Panyaſi*, quem de Alceſti egiſſe patet ex initio Scholiaſtis Euripidis in Alceſti, ſed tragoedias ſcripſiſſe a nemine memoratum reperi. 87 & abſoluti illa Fabr. al. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad v. 697.

Sed miſera ante diem, ſubitoque adcenſa furore,
Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioque caput damnaverat Orco:
Ergo Iris croceis per coelum roſcida pennis,

Mille

SERVII.

Similis ſi cura fuiſſet: & quod dicit, *Fas nobis*, &c. Hoc eſt, per fata licuiſſet: Si enim nefas eſt obviare fatis, fas eſt omne quod permittente fatorum lege praeſtatur. Ergo ſenſus hic eſt: Cura quae tibi nunc eſt, ſi ſtante Troja fuiſſet, armari filium tuum mihi per fata licuiſſet; propter rationem ſcilicet conditionalis fati & vitam Priami, & regna Trojae tam Juppiter, quam fata ſervaſſent, cum hoc decreti conditio contineret. Ergo *ſtat ſua cuique dies*, aut denunciativo fato; & mutationem omnino non recipit: aut conditionali: &, ſi eventum alterum caſus adtulerit, non inſpecta die acceleratur interitus: quod ergo dixit: *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat*, nolo illum putes univerſa confundere: Illi enim dicuntur non fato perire, ſed merito, qui maxima in deos, & non ignoſcenda committunt, ut Salmoneus; ut contemptor divum Mezentius; ut Tityus; ut Ixion: quos ſi fato dixeris oppetiſſe, [89] pugnaveris: nam qui excedunt delinquendi modum, ipſi ſibi poenam ſanciunt; quam ſi fatis imputandam putaveris, excuſas peremptorum reatum. Hoc eſt ergo quod dicit: *Nam quia nec fato*, id eſt, denunciativo, *merita nec morte*, id eſt, nullo immani crimine commiſſo; ſed *miſera ante diem*, hoc eſt, uno de conditionalibus fatis ſtatuto: Si Trojanae claſſis non contigiſſet adventus.]

697. SED MISERA ANTE DIEM. Non eſt contrarium, quod dicit in decimo 467. *Stat ſua cuique dies:* nam, ut ſaepe diximus, ſecundum ſectas loquitur: & hoc ſecundum alios, [90] [Epicureos ſcilicet;] illud ſecundum alios, [91] [Stoicos nimirum,] dictum eſt. Quanquam grammaticae [92] reſponſioni poſſit ſufficere x. Eclog. 69. *Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.* [93] [FURORE. Quia pudica in amorem devenerat.]

698. FLAVUM CRINEM. Matronis [94] nunquam flava coma dabatur; ſed nigra: unde Juvenalis VI. 120. *Sed nigro flavum crinem abſcondente galero.* Huic ergo datur, quaſi turpi: [95] [aut *flavum:* quia in Catone legitur de matronarum crinibus: *Flavo cinere unctitabant, ut rutilae eſſent.*]

699. CAPUT DAMNAVERAT. [96] Necdum eam morti deſtinaverat, [97] [poteſt accipi, *Stygioque caput damnaverat orco:* ut Didonem voto liberaret, quod ſemper omnes optant, ut ſine cruciatu moriantur: nam ſubjunxit: *Hunc ego Diti Sacrum juſſa fero, teque iſto corpore ſolvo:* id eſt, libero: vel, illud ab orco nondum liberaverat, cum illa, devotum crinem adhuc retinens, inter reos eſſet. Ergo cujuſcumque debiti, id eſt, reatus, damnatio finem facit. DAMNARE autem, eſt damno adficere, id eſt, debito liberare. Ideo, & cum vota ſuſcipimus, rei voti dicimur, donec conſequamur beneficium, & donec condemnemur, id eſt, promiſſa ſolvamus, ut V. Ecl. 80. *Damnabis tu quoque votis.* Et bene Poëta non ait, illam damnaverat; ſed caput ipſum, unde crinis fuerat auferendus.]

700. IRIS ROSCIDA. Quia [98] cum nubibus fit pluvialibus, quae rore non carent. ADVERSO SOLE. [99] Bene naturalem rem expreſſit: Iris enim niſi e regione Solis non fit, [1] cui varios colores illa dat res: quia aqua tenuis, aër lucidus, & nubes caligantes [2] inradiante iſto varios creant colores.

VARIORUM.

Stant longis adnixi haſtis.

& 744.

Intorquet ſummis adnixus viribus haſtam.

rurſus lib. XII. 92.

Ingenti adnixa columnae Haſta

Ad-

89 purgaveris Dan. 90 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. al. ſcilicet, ut inferius in x. dictum eſt Baſ. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 92 reſponſionis poſſum Dan. reſponſiones poſſunt Comm. Emm. 93 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 94 nuſquam R. in Steph. hic nihil legitur, niſi *abſcondente galero:* priora omiſerunt librarii. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 96 nondum Dan. Fabr. cum Voſ. R. Steph. nec etiam morti deſt. Baſil. lege *morti*. 97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 700. 98 cum nubilibus ſit pluvialibus, quae, Dan. cum nubibus non eſt, quae L. Voſ. R. cum nubibus eſt, quae Steph. 99 ſane Dan. 1 cui ille varios colores dat Dan. Fabr. 2 irradiatae varios Steph. al. irradiata L. Voſ. R.

Mille trahens varios adverſo Sole colores,
Devolat, & ſupra caput adſtitit: Hunc ego Diti
Sacrum juſſa fero, teque iſto corpore ſolvo.
Sic ait, & dextra crinem ſecat. Omnis & una
Dilabſus calor, atque in ventos vita receſſit.

SERVII.

703. [3] [SACRUM JUSSA FERO. Euripides Alceſtin Diti ſacratum habuiſſe crinem dicit, quod Poëta tranſtulit ad Didonem. CORPORE SOLVO. Id eſt, animam tuam:] quia ait ſupra: *Nexoſque reſolveret artus.*

704. OMNIS ET UNA. Uno impetu effuſa eſt vita, id eſt, anima. DILAPSUS CALOR. Secundum eos, qui dicunt animam calorem eſſe, qua recedente corpus friget, ut VI. 219. *Corpuſque lavant frigentis & ungunt.*

705. IN VENTOS VITA RECESSIT. Id eſt, anima, ut in quarto Georgicorum 224. *Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.* Et dicendo *in ventos*, aut eos ſequitur, qui animam aërem dicunt; hoc eſt, in materiam ſuam [4] redire: aut certe eos, qui dicunt animam perire cum corpore: ut intelligamus, evanuit, in ventos receſſit, ut in nono 312. *Sed aurae omnia diſcerpunt,* [5] [*& nubibus irrita donant:* id eſt, evaneſcunt.]

VARIORUM.

Adniſam dicere maluit Tacitus III. Annal. 61. *Latonam partu gravidam, & oleae, quae tum etiam maneat, adniſam edidiſſe ea nomina.* ubi fallitur vir ſummus Voſſius lib. III. de Analogia 31. qui *adniſam* pro pariente capit. *Incumbens* palmae dixit Ovidius in hac narratione. HEINS. *Cubituque* Hugenianus, Wall. Wittian. tertius Mentelius, & primus Moreti, cum Excerptis noſtris & Regius, qui & *adnixa.*

691. TORO EST. Deeſt Gudiano *τὸ eſt. oculis err.* Ed. Venet.

692. QUAESIVIT. *Quaerebat* alter Hamburgicus.

Ibid. REPERTA. Donatus legiſſe videtur, *repertam.* Eadem diverſitas apud Ciceronem in Catone Majore cap. 2. *Senectutem ut adipiſcantur omnes optant, eandem accuſant adeptam.* & in Manuſcriptis duobus: alii enim legunt, *adepti.* FABRIC. *Repertam* etiam Regius. quartus Moreti, Pugetianus, & Mediceus a manu prima. & in Zulichemio craſa erat litera *m.* etiam duo Leidenſes & editio Genevenſis. vid. Ecl. v. 27. BURM.

693. DOLOREM. *Laborem* Ovidii Montalbani codex, & alter Hamburgicus. etiam tertius Rottendorphius pro diverſa lectione. HEINS. Etiam Wall. & Zulichemius, qui & *difficilemque obitum. demiſit* plures, *ab alto* ſecundus Rottendorphius, Wall. & tres Leidenſes. vid. ſupr. 356. *dimittit* Francianus. *remittit* Parrhaſian. vid. ſupr. 268. BURM.

695. ANIMAM. *Animum* tertius Rottendorphius. *abſolveret* Leidenſis. *reſolverat* Sprotianus, & Wall. *diſſolveret* Francianus.

696. NEC FATO. Vide Salmaſ. de Ann. Climact. pag. 753. & H. Steph. diſſert. de Criticis pag. 17. & ſeqq.

698. NONDUM. *Necdum illi flavum* Gudianus. *necdum* etiam in Sprotiano, altero Menagiano ac Veneto & Parrhaſiano. HEINS. Sed Nonius in *damnare, nondum* exhibet.

700. PENNIS. *Pinnis* Gudianus & Mediceus. *ad roſcida* Bigotianus. *roſida* Francianus.

701. ADVERSO SOLE. *Adverſa luce* Excerpta noſtra, Ed. Venet. & primus Rottendorphius, & alter Hamburgicus, qui a manu ſecunda habebat, *percuſſo ſole. averſo ſole* Bigotianus. *adverſo ſole* Lutatius ad Stat. IX. Theb. 81. ſed ille verſum ex lib. v. 89. citare videtur. variare ita ſaepe codices videbis in notis Marklandi ad Statii III. Silv. III. 55. BURM.

702. DEVOLAT. *Advolat* Bigotianus. *atque ſuper* alter Hamburgicus. vid. ad I. Aen. 295. & mox v. 10. *Huic ego* Sprotianus. *hinc* Leidenſis & Francianus. *Hunc ego orco* Excerpta noſtra, alia manu. BURM.

705. CALOR. *Color* Sprotianus. *delapſus* Francianus, & Wall. ſed nihil muta. nam ita producit Lutatius ad Statii II. Theb. I. BURM.

P. VIR-

3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 4 rediit L. Voſ. R. Steph, redit Baſil. 5 deſunt L. Voſ. R. ſed *diſcerpunt*, id eſt evaneſcunt Steph. Baſ. contra, id eſt, ev. deſunt Dan. Fabr.

Digitized by Google



L. F. D. B. *inv.* I. Folkema *sculp.*

P. VIRGILII MARONIS *Aeneidos.*

LIBER QUINTUS.

INTEREA medium Aeneas jam claſſe tenebat

Cer-

SERVII.

1. INTEREA. Dum fletur, aut ſepelitur Dido: & hoc ſermone librum, ut ſolet, ſuperioribus junxit: cujus pars major ex Homero ſumpta eſt: nam omnia, quae hic commemorat, exhibentur circa tumulum Patrocli; niſi quod illic cutule exercetur, hic navale certamen. Sane intelligendum, non potuiſſe fieri, ut una nec plena die Aeneas ad Siciliam perveniret: unde accipiendum eſt, ſicut ſupra legimus, quod circa [1] primum ortum lucis navigavit, ut IV. 586. *Regina e ſpeculis ut primum albeſcere*

1 Deeſt Dan. Fabr.

Digitized by Google

Certus iter, fluctuſque atros aquilone ſecabat,
Moenia reſpiciens, quae jam infelicis Eliſſae
Conlucent flammis. Quae tantum adcenderit ignem
Cauſſa latet: duri magno ſed amore dolores
Pol-

SERVII.

beſcere lucem Vidit, & aequatis claſſem procedere velis. Ergo tota die, dum ſe Dido interimit, dum fletur, paululum provectus eſt, leniter ſpirantibus ventis: & flammas rogi circa veſperam vidit: quo tempore & per naturam ignem videre potuit: & per priſtinum morem, quo per diem cadavera non incendebantur. Deinde tota navigans nocte & alterius diei parte ad Siciliam venit. MEDIUM. Aut *medium* eſt, quicquid a principio recedit, & necdum finem ſortitur: aut *medium*, ſic altum, ut medium putares, ut III. 664. *Graditurque per aequor Jam medium:* nam vere *medium* ſequenti indicat loco: *Ut pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla Occurrit tellus.* [2] [Sane ſpeciem pro genere poſuit: nam *mare* ſignificat maria. TENEBAT. Nautico uſus eſt verbo, ut IV. 46. *Iliacas vento tenuiſſe carinas,* Et III. 686. *Ni teneant curſus.*]

2. CERTUS. Aut indubitabiliter pergens, [3] [id eſt, itineris ſui certus]: aut *certus Aeneas*, id eſt, ſollers, ſtrenuus, [4] velox, ut I. 576. *Equidem per littora certos Dimittam.* ATROS AQUILONE. Quos nuper flans Aquilo atros effecerat, ut IV. 310. *Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.* Nam [5] [ex Africa venientibus Auſter ſecundus eſt, Aquilo adverſus; ergo hoc dicit, quod fluctus, qui atri eſſe conſueverunt Aquilonis flatu, qui ante flaverat, ſecundo flatu, ſecarit Aeneas, ſurgente Zephyro, ut Mercurius IV. 562. *Nec Zephyros audis ſpirare ſecundos.* Sed] novimus tempeſtatis hanc eſſe naturam, ut reliquias venti teneat, etiam in alterius flatu, [6] [ſicut Lucanus III. 549. *Ut quotiens aeſtus, Zephyris* [7] *Euriſque repugnat, Huc abeunt fluctus, illuc mare.*] *Atros* autem, ſecundum Plinium dicit, qui ait in Naturali hiſtoria, non eſſe maris certum colorem; ſed pro qualitate ventorum mutari: & aut flavum eſſe, aut [8] luculentum, aut atrum.

4. COLLUCENT FLAMMIS. Lucent undique: in honorem enim regum cum facibus procedebatur a populo: unde ait de Pallante XI. 143. *Lucet via longo Ordine flammarum, & late diſcriminat agros.* Poſtea etiam funebres lectulos proferre coeperunt: unde eſt etiam in ſexto ỷ. 874. *Vel quae Tyberine videbis Funera,* [9] [*cum tumulum praeterlabere:*] cum de Marcello aedili diceret, filio ſororis Auguſti, in cujus honorem hoc factum eſt. QUAE TANTUM. In quantitate eſt admiratio. Sane ſciendum, Varronem dicere, Aenean ab Anna amatum: & licet (ut ſupra IV. 682. diximus) plurimum tempus interſit, lectum tamen eſt.

5. CAUSA LATET: DURI MAGNO SED AMORE DOLORES POLLUTO. [10] [*Duri dolores,* ὑπέρθεσις] eſt; ſed expoſitio talis eſt: Ignorabant [11] quidem cauſam Trojani; conjecturis tamen propius accedebant: nam duri dolores magno amore polluto, id eſt, laeſo: & notus foeminarum furor ducebat Trojanos per triſte augurium; ſcilicet, ut crederent Didonem ſe interemiſſe. Multi dicunt, DUCUNT, dilacerant; ut ad ſupra dictas duas cauſas tertia accedat. [12] Percellebant, inquit, animos Trojanorum, quod notus erat foeminae furor: quod ignem rogi videbant, id eſt, omen navigantibus triſte, ut PERTRISTE, valde triſte ſit; Sed ſi ſic intellexerimus, tertio dicto congruit tantum, non etiam ſuperioribus: nec enim Trojani navigantes jam poterant aut de amore, aut de furore Didonis eſſe ſolliciti.

VARIORUM.

1. MEDIUM AENEAS. *Aeneas medium* Dorvill.

2. CERTUS ITER. *Laetus iter* alter Voſſianus. HEINS. Conjungunt *medium iter*, quidam: ſed an non *medium* abſolute pro medium mare, & per Grae-

2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 deſunt iiſdem. 4 deeſt iiſdem. 5 deſunt iiſdem & Lipſienſi, qui, *ſecundos:* nam novimus. 6 deſunt iiſdem. 7 *Furiiſque* vitioſe Dan. & Fabr. & Maſv. 8 Lutulentum L. Dan. ſed perperam: nam *luculentus* eſt a luce, qui ſplendet & opponitur atro colori. ubi Plinius hoc dicat, non reperi: ſed *tranſlucidum mare imitari* genus Zmaragdorum libr. XII. cap. 5. ait. BURM. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. in ſequentibus pro *Varronem*, G. Voſſius conjiciebat Naſonem, qui lib. III. Faſtorum 605. & ſeq. de ea agit. 10 deſunt iiſdem, ſed ὑπέρθεσις eſt in Voſ. & Steph. 11 deeſt L. R. Voſ. Steph. al. & Lipſienſi, qui nec *Trojani* habet. 12 percellebat Steph. al.

Digitized by Google

Polluto, notumque, furens quid femina poſſit,
Triſte per augurium Teucrorum pectora ducunt.
Ut pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla
Occurrit tellus; maria undique, & undique coelum,
Olli caeruleus ſupra caput adſtitit imber,

No-

SERVII.

7. [13] [TRISTE PER AUGURIUM. Quidam *augurium*, pro [14] conjectura accipiunt; ſed in quarto libro 453. relatum eſt, duplici modo diras fieri; aut in ſignis, aut quocumque modo, aut quacumque parte. Sed de ſignis diram fieri, in tertio 246. de Harpyiis, & in quarto de Didone ſignificatum eſt: nunc quocumque modo diram fieri ſic oſtenditur: cum facit Aenean, ex Africa navigantem, flammam e rogo Didonis adtendere: dixit enim, *Quae tantum accenderit ignem Cauſa latet*, uſque, *pectora ducunt*. Cum enim dat ubique Aeneae auguriorum peritiam, oſtendit ſciſſe eum etiam haec [15] ſigna inter diras referri: quod verum fuiſſe declarat ſecuta tempeſtas. TEUCRORUM PECTORA DUCUNT. Sicut dictum eſt IV. 384. & 661. propter viſas flammas rogales, quae malum navigantibus omen efficiunt: & Trojani auguriorum periti ſunt: nam neque ad Italiam veniunt, & mox naves incendio [16] amittuntur.]

8. RATES. Pro navibus, abuſive poſuit.

9. [17] [OCCURRIT TELLUS. Jocunde occurrit: e contrario III. 72. *Terraeque urbeſque recedunt*. MARIA UNDIQUE ET UNDIQUE COELUM. Ecce vere nunc eſt medium mare. [Homeri eſt Odyſſ. M. 403. Οὐδέ τις ἄλλη Φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα.]

10. OLLI. Aut tunc: aut illi. SUPRA CAPUT. [18] [Periculoſus,] inevitabilis, mortifer: nec enim ſimpliciter dictum eſt; cum omnis imber ſupra caput ſit.

VARIORUM.

Graeciſmum *certus iter*, pro certus itineris, ut Servius exponit? & ita apud Ovid. Epiſt. VI. 43. *hoc tamen ipſum Debueram ſcripto certior eſſe tuo.* non enim poteſt dici medium jam iter tenere, ſed *medium mare tenere* dicitur, qui ex portu ſolvens vela dat, licet in conſpectu terra etiam ſit. vid. & Serv. ad III. 270. & X. 674. mox vero *pelagus tenent* ỹ. 8. ablata ex oculis terra. ſic & III. 192. *altum tenere*. BURM.

4. ACCENDERIT. *Incenderit* Leidenſis. *accenderat* alius itidem Leidenſis.

5. SED AMORE. *Sub amore* Wall. & Zulichemius, deleta priore ſcriptura. ita pro *ſed* etiam eſt *ſub* lib. III. 571. in Pierianis. & ſaepe apud Lucanum. ut lib. V. 226. X. 307. etiam infr. 153. *diri* etiam Montalbanius. *doloris* Mediceus. *duri* recte. vid. ad Cicer. I. de Finib. 13. vulgatam agnoſcit Schol. Juvenal. Sat. X. 329. mox, *poſſet* Moreti ſecundus. BURM.

8. JAM. Deeſt primo Moreti.

9. COELUM UNDIQUE, ET UNDIQUE PONTUS. *Maria undique & undique coelum* potiores ſcripti. alia lectio, quae in editionibus nonnullis eſt, ex ſuperioribus libris conflata. HEINS. *Maria undique, undique coelum* Zulichemius. vulgatam tamen lectionem agnoſcit Quinctilianus lib. XII. de Inſtit. Orat. in Prooemio. alia lectio deſumpta ex lib. III. 193. quam etiam Fabius potuit reſpicere. *undique coelum* etiam agnoſcit Hieronymus Epiſt. I. ad Rufinum. BURM.

10. OLLI CAERULEUS. *Illi* nonnulli. *exſtitit* Venetus & Montalban. praeterire decretum erat multa manifeſta delirantis Harduini documenta, quae vel tyro poſſet refutare: ſed hic ſe neſcire ait, quo modo *caeruleus* poteſt dici imber, & ſimul noctem ferre. ſed an ignoravit caeruleum colorem pro nigro, vel certe nigro proximo, ſubnigro dici, & inde tenebras oriri? videat I. Georg. 453. ubi, *color caeruleus pluviam denuntiat*. ubi eſt ſubniger, ut eſt in aëre ante pluviam, ut hic tempeſtatis praenuntius eſt imber. ejuſdem generis eſt *inhorruit*, quod ſoloecum pronuntiat. BURM.

11. IN-

13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỹ. 8. 14 injectura Dan. 15 pegna Dan. Fabr. qui poſt *referri* aſteriſcum ponunt. 16 amittunt Dan. Fabr. 17 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Homeri etiam verba Danielis. 18 deeſt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Noctem hiememque ferens: & inhorruit unda tenebris.
Ipſe gubernator puppi Palinurus ab alta:
Heu! quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?
Quidve, pater Neptune, paras? Sic deinde locutus
Conligere arma jubet, validiſque incumbere remis;
Obliquatque ſinus in ventum, ac talia fatur:
Magnanime Aenea, non, ſi mihi Juppiter auctor
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere coelo.

Mu-

SERVII.

11. [19] [NOCTEM. Tenebras. HYEMEM. Tempeſtatem: Graeci enim *χειμῶνα*, & non ſolum anni tempus, ſed & tempeſtatem ſignificant.] INHORRUIT UNDA TENEBRIS. Hoc eſt, & noctis, & nubium.

12. IPSE GUBERNATOR. [20] [Ἐμφατικῶς, hoc eſt,] qui debuit eſſe ſolatio. PUPPI AB ALTA. Subaudis, haec ait.

13. QUIA NAM. Id eſt, cur: & eſt interrogantis adverbium, quo uſus eſt bis, & hic, & in decimo 6. *Coelicolae magni, quianam ſententia vobis Verſa retro?* [21] NIMBI. Pro, nubes.]

15. COLLIGERE ARMA JUBET. Vela contrahere, non penitus deponere: nam dicit: *Obliquatque ſinus in ventum.*

16. [22] [OBLIQUATQUE SINUS IN VENTUM. Contra eam partem, qua venti flabant: & eleganter per totum, gubernatorem oſtendit ante omnia tentare, quam ad confeſſionem deſcendat.

17. MAGNANIME AENEA. Fortiſſime: & eſt epitheton ſumptum ex tempore, hoc eſt, qui non conſternaris: ſic in quarto, ubi nuptias facturus eſt, ait ℣. 141. *Ipſe ante alios pulcherrimus omnes.*] JUPPITER AUCTOR. Aut noſtrae navigationis: aut ſecundum uſum loquutus eſt: nec, ſi hujus rei auctorem ſe Juppiter faciat. Et multi quaerunt, quomodo auctor Juppiter? cum Apollini dicat VI. 59. *Tot maria intravi duce te.* Sed legimus III. 251. *Quae Phoebo Pater omnipotens:* [23] & ſpecialiter navigationis ex Africa auctor eſt Juppiter.

18. HOC COELO. Hoc aëre: *In hoc coelo, qui dicitur aër:* [23] * ſicut Lucretius IV. 133. poſuit.

VARIORUM.

11. INHORRUIT. *Horruit* Mentelianus prior.

13. QUIANAM. *Quidnam* Venetus, Leidenſis unus, & Excerpta noſtra. *aequora nimbi* alter Hamburgicus. inf. VI. 561. *qui tantus clangor.* poſſet firmare Pontani ſententiam & I. Aen. 606.

Qui tanti talem genuere parentes.

& ita Phaedr. IV. 19.

Quod tantum eſt praemium?

Lucan. VII. 847.

Theſſalia, infelix quae tanto crimine tellus
Laeſiſti ſuperos.

& ita Noſter ſaepe. ut *quid tantum?* II. Georg. 481. IV. Aen. 98. *quo nunc certamine tanto?* ut vulgo legitur. vid. ad Lucan. I. 660. *& quinam* praefert hic Steph. in Schediaſm. p. 63. ſed vid. Erythraeum. BURM.

15. COLLIGERE ARMA. Haec non de velis, ut Servius, ſed de remis interpretatur Caſtalio Decad. VI. Obſervat. cap. 4. ſed vid. Ruaeum & Cerdam.

16. SINUS. Pro vela improprie, obſcurum & audacius dictum ait Harduinus. ignoraſſe videtur quid ſint *ſinus* velorum, non ipſa vela, quae & alas & pedes habebant, ſed ea pars, quae ſinuatur, vento eam ſinuante: nam ventus facit in velis ſinum. ingratus labor eſſet multa in hanc rem cumulare loca veterum, quos omnes rejicit ut ſpurios. ſed ſint ſinus ipſa vela, ut centies ſinus etiam pro tota veſte poni ſolet, ut probavimus ad Petron. cap. CXXII. ut pars pro toto. BURM.

17. MAGNANIME. De hoc Epitheto vide Barth. ad Stat. IX. Theb. I. qui ad hunc Virgilii lo-

19 deſunt iiſdem. 20 deſunt iiſdem. 21 deſunt iiſdem. 22 deſunt iiſdem ad *Juppiter* ℣. 17. 23 ſed nunc ſpecialiter navigantibus ex Dan. 23 * *ſic* Lipſ.

Digitized by Google

Mutati tranſverſa fremunt, & veſpere ab atro
Conſurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus. Superat quoniam Fortuna, ſequamur:
Quoque vocat, vertamus iter. Nec litora longe
Fida reor fraterna Erycis, portuſque Sicanos:
Si modo rite memor ſervata remetior aſtra.

Tum

SERVII.

19. MUTATI TRANSVERSA FREMUNT. Id eſt, hinc atque hinc, [24] [quod eſt ex tranſverſo; Varro de ora maritima: *Nihil enim venti, ut docti dixerunt, niſi aër multus, fluens tranſverſus.*] Eſt autem adverbium factum de nomine, ut IX. 124. *Cunctatur & amnis Rauca ſonans.* Item III. Georg. 499. *Et pede terram crebra ferit.* Nomen & adverbium plerumque in ſe tranſeunt, ut VII. 399. *Torvumque repente clamat:* id eſt, torve. Item [25] adverbium in nomen, ut III. Georg. 325. *Dum mane novum:* [26] & accepta declinatione factum eſt nomen. Sic Perſius V. 68. *Jam cras heſternum,* [27] *heu conſumpſimus, ecce aliud cras.* Sed nomen, cum adverbium eſſe coeperit, fit indeclinabile: adverbium, cum nomen eſſe coeperit, declinatur: unde [28] ait Plautus Moſtell. III. II. 80. [29] *A mane uſque ad veſperum.* A *mani*, autem propter tetraptoton [30] non dixit. Cum enim in alienum jus tranſeunt hae partes, non ſuis, ſed earum, ad quas tranſierint, utuntur poteſtatibus, duntaxat, in declinatione: nam temporum rationem [31] ſuam reſervant, ut hoc loco *tranſverſa*, cum adverbium ſit, A tamen brevis eſt: quia venit ex nomine, licet duae conſonantes ſequantur; cum ſciamus A terminata adverbia longa eſſe, ut paulo poſt: *Et fruſtra cerno te tendere contra.* ET VESPERE AB ATRO. Id eſt, [32] [ab occidente nubibus confuſo, hoc eſt,] quo tendimus: nec enim ſine ratione poſt generalitatem addidit ſpeciem. [33] [Quidam autem ideo *atro* dicunt: quia ubi dies occidens, atra omnia facit, id eſt, noctem.]

20. IN NUBEM COGITUR AER. Nubes enim aëris denſitas facit, ut I. Georg. 419. [34] *Denſat, erant quae rara modo, & quae denſa relaxat* [35] [Contrario I. Aen. 587. *Scindit ſe nubes, & in aethera purgat apertum.*]

21. [35] [NEC NOS OBNITI CONTRA. Καὶ αὐτῷ: ſufficiebat enim aut obniti, aut contra niti.] TENDERE, Pro contendere: Aphaereſis eſt. [37] [TANTUM. Aut quantum adverſa tempeſtas valet: aut *tantum*, pro in tantum, ut II. 776. *Quid tantum inſano juvat indulgere labori.*

22. SUFFICIMUS. Hic ſimpliciter; alibi ſubminiſtrare ſignificat, ut II. 424. *Sufficit humorem, gravidas cum vomere fruges.*] SEQUAMUR. Fortunam ſcilicet.

23. [38] [QUOQUE VOCAT VERTAMUS ITER. Videtur bis idem dixiſſe.] NEC LITTORA LONGE. [39] A facili: [40] [& deeſt, *eſſe.*]

24. FIDA. Propter Aceſtis affinitatem. FRATERNA ERYCIS. Propter Erycem, Butae & Veneris filium, ſecundum alios, Neptuni & Veneris, [41] [regem Siciliae, unum, ſicut dicitur, de numero Argonautarum.] SICANOS. Corripuit SI, alibi producit, ut III. 692. *Sicanio praetenta ſinu.*

25. RITE MEMOR SERVATA REMETIOR ASTRA. Si remetior aſtra, caelo paulo ante ſervata: ſcilicet ante tempeſtatem. Colligit autem vicinitatem ex ratione curſus, qui a peritis, horis colligitur, quas indicant [42] aſtra.

VARIORUM.

locum Scholion profert ex vetuſtiſſimo exemplari, *contemtor omnium periculorum.* ita & vocavit lib.

24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ſed Lipſ. deſunt a *Varro.* 25 deeſt iiſdem. 26 deeſt iiſdem. 27 deeſt iiſdem & Edd. Perſii. 28 deeſt Steph. 29 *a mani* L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. & ita Edd. Plauti multae. vid. Pincier. Parerg. IV. 36. 30 deeſt Dan. 31 ſummum Dan. Fabr. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 33 deſunt iiſdem. 34 *denſet* iidem. 35 deſunt iiſdem. 36 deſunt iiſdem. 37 deſunt iiſdem, ad *ſequamur* ℣. 22. 38 deſunt iiſdem. 39 ſuadet a facili Baſil. 40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 41 deſunt iiſdem. 42 ſidera iidem.

Digitized by Google

Tum pius Aeneas: Equidem ſic poſcere ventos
Jamdudum, & fruſtra cerno te tendere contra.
Flecte viam velis. An ſit mihi gratior ulla,
Quove magis feſſas optem demittere navis,
Quam quae Dardanium tellus mihi ſervat Aceſten,

Et

SERVII.

27. JAMDUDUM. Non tantum heroicum eſt, quod [43] dat Aeneae gubernandi ſcientiam; ſed etiam ad prooeconomiam pertinet: dicturus enim eſt inf. 868. *Et ipſe ratem nocturnis rexit in undis.* [44] [FRUSTRA CERNO TE TENDERE CONTRA. Ad illud reſpondit: *Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus.*]

28. FLECTE VIAM VELIS. Ex re mira nata declamatio: in terra enim a via deflectimus nos: in mari ipſam flectimus viam. [45] [Non ergo velorum viam, ſed per vela ipſius curſus viam dixit. *Flecte* autem, ſignificat muta, ut, Pacuvius: *Quae meum venenis flexit ſocium pectora.* Et hic ad illud reſpondit: *Quoque vocat vertamus iter.*]

29. FESSAS NAVES. Pro, nos feſſos. [46] [Vel *feſſas*, quaſſas, nec ad plenum refectas. DIMITTERE. Pro immittere.]

30. DARDANIUM ACESTEN. Ut & ſupra I. 550. diximus, Hippotes filiam ſuam [47] Segeſtam, ne ad cetos religaretur, ſuperpoſuit naviculae, & miſit, quo fors tuliſſet. Qua delata ad Siciliam, [48] Crimiſus fluvius concubuit cum ea converſus in canem: unde Aceſtes natus eſt: [49] [vel, ut quibuſdam videtur, Egeſtus: unde ſupra I. 550. *Trojano a ſanguine clarus Aceſtes.* Hujus rei ut eſſet [50] indicium, nummum effigie canis percuſſum Siculi habuerunt. Alii dicunt Laomedontem, regem Trojanorum, cum graviter cives ſui ab eo ceto, id eſt, bellua marina, infeſtarentur, propterea quod mercedem Neptuno ob fabricatos muros negaſſet, ad templum Jovis Ammonis ſcitatum miſiſſe de mali remedio vel fine: cui cum eſſet reſponſum, ut filiam ſuam [51] Heſionam belluae offerret, & hoc a civibus facere cogeretur, fore reſpondit, ſi ante eorum filias belluae objeciſſet: quo facto, cum plures puellae a ceto abſumptae eſſent, plerique parentes filias in longinqua miſerunt, ex quibus una Troja, [52] nomine Segeſta, delata in Siciliam eſt, & a Crimiſo, ſicut dictum eſt, compreſſa, edidit Aceſten. Alii dicunt Laomedontem, cum, ſicut narratum eſt, propter filiam ſuam ſeditionem a civibus pertuliſſet, unum de Trojanis, auctorem ſeditionis occidiſſe, filiaſque ejus mercatoribus exponendas dediſſe: a quibus illae in Sicilia prope Crimiſum amnem relictae ſunt, quarum ille [53] unam in canem converſus compreſſit. Quidam dicunt [54] Segeſtam reverſam in matrimonium a [55] Capye ductam, ex quibus Anchiſen natum.] SERVAT. Hic tenet, ut VII. 52. *Et tantas ſervabat filia ſedes:* [56] [vel certe *ſervat*, habet.

VARIORUM.

lib. I. Aen. 260. & IX. 204. & alibi. & hinc *magnae animae prodigus* Paullus Horat. I. Od. 12. BURM.

18. SPONDEAT, HOC. In primo Moretano erat, *ſpondeat ſub haec.* vitioſe certe. *conjungere* Francianus. *hoc poſſim Italiam contingere vento* Parrhaſ. Dorvill

19. TRANSVERSA. Servium hic adverbium ſtatuentem refutat Barth. ad Stat. I, 348. ubi imitatus Maronem dixit, *venti tranſverſa frementes confligunt.* & *tranſverſum*, opponi *recto* docet multis. BURM.

Ibid. AB ATRO. *Ab alto* ſcriptum eſt in vetuſto codice C. Colotii. URSIN. *Ab alto* alter

Voſ-

43 dant Dan. Fabr. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 45 deſunt iisdem. 46 deſunt iisdem. 47 Egeſtam L. Voſ. R. Steph. Dan. Aegiſtam Baſil. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 76. & Cluver. Sicil. Ant. lib. II. 2. 48 Criniſus L. Voſ. R. Steph. Dan. Crimniſus Fabr. Baſil. eadem varietas etiam in ſeq. Cluverius d. l. poſt varias memoratas lectiones praefert, *criminis quae delata* etiam Dan. 49 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Servat*, Salmaſ. *Egeſtus.* 50 indicium effigiem ... percuſſum Dan. ſed Fabr. ſine lacuna, percuſſam. G. Voſſius, indicium in nummo eff. c. percuſſam. 51 Jeſionam Dan. 52 nomine Sylvae Aegeſta * delata Dan. 53 una in cane converſa compreſſa * Dan. 54 Aegeſtam Dan. 55 capue Dan. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ✝. 32.

Digitized by Google

Et patris Anchiſae gremio conplectitur oſſa?
Haec ubi dicta, petunt portus, & vela ſecundi
Intendunt zephyri. Fertur cita gurgite claſſis:
Et tandem laeti notae advertuntur arenae.
At procul excelſo miratus vertice montis
Adventum ſociaſque rates, occurrit Aceſtes,

Hor-

SERVII.

31. GREMIO COMPLECTITUR OSSA. Quaſi de matre dixit: & quaeritur, cur hoc Palinurus, cum ad Siciliam ſuaderet *divertere*, non dixerit; niſi forte quod luctus Aenean noluerit admonere, propter quod ante III. 707. Aeneas cauſa mortis paternae Siciliam *oram inlaetabilem* dixerit.]

32. SECUNDI ZEPHYRI. [57] [Quomodo, ſi tempeſtas eſt; ſed] jam *ſecundi*, poſt converſionem navigii.

34. ET TANDEM. [58] Vacans particula eſt *tandem*; ut I. 331. *Et quo ſub coelo tandem:* [59] [nam cur *tandem*?] cum dicat: *Fertur cita gurgite claſſis:* [60] [aut *tandem*, ideo, quia navigantibus etiam cita navigatio tarda videtur; aut tandem periculis liberati. LAETI. Qui in tempore tempeſtate caruiſſent. NOTAE HARENAE. Ad notam harenam: & utrum *notae*, dulci? an, quia jam ibi fuerant? ut I. 34. *Vix e conſpectu Siculae telluris in altum.*

35. EXCELSO. Utrum ἄνωθεν, an *ex celſo*, pro excelſo?] MIRATUS. Is, qui mirabatur: aut certe miratus occurrit. [61] [Et bene temperato uſus eſt verbo, ne videretur, aut quaſi inhoſpitalis dolere, aut exſultare, voti neſcius Trojanorum.]

VARIORUM.

Voſſianus & Rottendorphius ſecundus. HEINS. & ita a manu ſecunda Mediceus.

20. AER. *Aether* Sprotii. male. vid. Barth. ad Claud. Bell. Get. 378. Cicer. II. de N. Deor. 39. *aër in nubes cogitur.* adde quae diximus ad Valer. Flac. III. 92. BURM.

21. OBNITI. *Obnixi* Dorvil.

22. QUONIAM. *Quo jam* primus Rottendorphius. *quoniam ſuperat* Venetus.

23. QUOQUE VOCAT. *Quaque* Parrhaſ. & ita paſſim variatur, ut & in *quocumque* & *quacumque* vocat. vid. ad Lucan. IX. 884. *vacat* Mediceus. *vertamur iter* Parrhaſ. *non litora* Venetus. BURM.

24. FRATERNA. Heinſius conjecerat *fraterni*. duo ſcilicet epitheta offendebant, quod & Harduinus carpſit.

26. TUM PIUS. *Cum pius* in primo Moretano. HEINS. *Te poſcere* Wall. ex ſequenti verſu repetita voce.

27. CERNO. *Credo* primus Moretanus. *te cerno* prior Hamburgenſis & Wittian.

28. MIHI. *Tibi* Bigotianus. *carior* alter Hamburgicus.

29. QUOVE. Ita in ſcriptis omnibus. *Quoque* tamen apud Priſcianum lib. VII. legitur. qui *navis* ſcribendum eſſe ibidem loci monet, ut & infra ℣. 247. *muneraque in navis*, confirmant codices vetuſti. *Aceſten* etiam vetuſtiores. HEINS. *Quave* Oudartii. *magis optem* Leidenſis unus. *demittere* Bigotianus, Hugenianus, tertius Mentelii, primus Moretanus, prior Hamburgicus, ſecundus Rottendorphius & Francianus. & ita legendum; mare enim altius terra creditur a Poëtis. *dimittere* naves eſt a ſe ablegare & alio mittere. & hinc *prona maria* vicina litori explicat Servius inf. ℣. 212. ut & *decurrit*, id eſt ex alto ad litus. BURM.

30. ACESTEN. *Aceſtem* Dorvil. *Achæſtem* Witt. & Wall.

32. ET VELA. Heinſius malebat, *ut vela*.

35. EXCELSO. *E celſo* Wall. *excelſo miratur* Zulich. vide ad Lucan. III. 88. & V. 16. *miratur* etiam Francianus. in Servii nota Ger. Voſſius malebat, *ex celſo*, pro *e celſo*. BURM.

37. IN-

[57] deſunt iiſdem. poſt converſionem navis L. Voſ. R. Lipſ. Steph. quia ſcilicet *navigium* pro nave poni non probabatur: quod hoc ſeculo navigationem ſignificabat. vid. ad Georg. II. 107. *navis* deeſt Baſil. BURM. [58] vacat p. *tandem* Baſil. [59] deſunt L. Voſ. R. Steph. [60] deſunt iiſdem & al. ad *Miratus* ℣. 35. [61] deſunt iiſdem.

Horridus in jaculis & pelle Libyſtidis urſae:
Troïa Criniſo conceptum flumine mater
Quem genuit. Veterum non inmemor ille parentum
Gratatur reduces, & gaza laetus agreſti
Excipit, ac feſſos opibus ſolatur amicis.
Poſtera quum primo ſtellas Oriente fugarat
Clara dies; ſocios in coetum litore ab omni
Advocat Aeneas, tumulique ex aggere fatur:

Dar-

SERVII.

37. HORRIDUS. Terribilis. IN JACULIS. In haſtis, Ennius: *Leveſque ſequuntur in haſtis.* LIBYSTIDIS URSAE. Aut re vera *urſae*; aut ferae Africanae, [62] [id eſt, leonis, aut pardi.

39. NON IMMEMOR. Litotes figura.

40. GRATATUR. Quidam *gratatur*, non gratulatur; ſed laetatur accipiunt; ut, quod ad Trojanorum votum [63] pertinet, doluerit Siciliam reverſos; quod ad ſuum animum, gaudeat. Pacuvius in Hermiona hoc verbum poſuit: *Ibo, atque dicam, frequentes ut eant gratatum hoſpiti.* Accius Pelopidis: *Nec tibi me in hac re gratari decet.* Quidam tamen reprehendunt, quod penitus non dederit verba Aceſti gratulanti. REDUCES. Salvos; alibi I. 397. *Ut reduces illi ludunt.*] GAZA AGRESTI. Opibus ruſticanis: [64] nam *gaza*, omnis fructus eſt.

42. STELLAS FUGARAT. Poëtice dixit: nam ſi *ſtellae* ab ſtando dictae ſunt, non fugantur: ſemper enim fixae ſunt praeter planetas, qui propterea ἀπὸ τῆς πλάνης, ab errore dicti ſunt. [65] [Et eſt indicativus modus pro conjunctivo, cum fugaſſet tempeſtates.

43. CLARA DIES. Ad comparationem.

44. ADVOCAT AENEAS. *Advocata* enim proprie concio dicitur.]

VARIORUM.

37. IN JACULIS. *Et jaculis* alter Hamburgicus. *in maculis* prior. qui & *Libyſticis*. *Libyſtinis* Dorvill. Urſos in Africa fuiſſe multis hic oſtendit Cerda: Voſſius vero Lipſii ſententiam contra Salmaſium in Exercit. Pliq. pag. 220. defendit ad Melam lib. II. cap. 5. hic etiam Harduino non placet, *in jaculis*, quod tamen pueri norunt centies dici pro armatus jaculis, gerens jacula. *Libyſtis* fictam vocem, ut metrum impleret, damnat: ſed quae memorare, eſt refutare. BURM.

38. CRINISO. *Crinoſo* Venetus. Wall. *Criniſſo* Parrhaſ. Dorvil. vid. ad Claud. II. Rapt. Proſerp. 57. & Serv. ad I. Aen. 550. ubi *Crimiſum* vocari dicit. *Troica* Dorvil. BURM.

39. VETERUM. Ita omnes ſcripti & olim editi. ſed in Nic. Heinſ. editione eſt *verum*, quod adſcribo librariorum lapſui, qui tamen prorogatus in ſequentes editiones. BURM.

41. AMICIS. *Amicos* alter Menagianus & Dorvill. & ita Cerda & Regius a ſec. m. *& feſſos* Parrhaſ.

44. ADVOCAT. *Avocat* Venetus. ſed *advocare in coetum* eſt quod alii paſſim *advocare concionem.* ut Servius. vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. 305. & notas ad Phaedr. I. Fab. 14. & ita paſſim Livius, Salluſtius, Suetonius, & quis non? *Cumulique* alter

Me-

62 deſunt iidem ad *Gaza* ỳ. 40. 63 pertinet iverit * ad Siciliam reverſus &c. Dan. pertinuerit; & hinc omiſſa mediis, Pacuvius &c. Fabr. pertinet doluerit * ad Siciliam reverſos &c. Commel. quem ejecto aſteriſco ſecuti Emmenеſ. & Malvicius. forte, pertinet doluerit Siciliam reverſos, (ſc. Trojanos) quod ad ſuum animum, (ſc. pertinet) gaudeat. BURM. 64 forte, *nam eorum omnis Gaza, fructus eſt.* in fructibus conſtare omnes agreſtium divitias dicit. & falſum eſt, Gazam proprie notare omnes fructus. vid. ad I. Aen. 119. ubi Servius, ut quaedam exemplaria habent, vel quicumque interpolavit locum, ex hoc ſolo loco probare conatur, omne, quod poſſidemus, *Gazam* dici, quum de theſauris & divitiis regum, & illuſtrium virorum dici ſoleat. vid. ad Suet. Tiber. XLIX. his carent agreſtes, ſed eorum Gaza & Theſauri ſunt fructus, quos labore ſibi parant. BURM. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Dardanidae magni, genus alto a ſanguine Divom:
Annuus exactis conpletur menſibus orbis,
Ex quo reliquias divinique oſſa parentis
Condidimus terra, maeſtaſque ſacravimus aras.
Jamque dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſic DI voluiſtis) habebo.
Hunc ego Gaetulis agerem ſi Syrtibus exſul,

Ar-

SERVII.

45. DARDANIDAE MAGNI. Frequenter, ut diximus, ad opus ſuum Virgilius aliqua ex hiſtoria derivat: nam ſic omnia inducit, quaſi [66] divini honores ſolvantur Anchiſae, [67] quos conſtat Julio Caeſari tribuiſſe Auguſtum. Et bene dicit: *Genus alto a ſanguine divum:* nam per tacitam oeconomiam oſtendit, debere Anchiſen generis ſui honorem mereri: unde eſt IX. 642. *Dis genite & geniture deos.* A SANGUINE DIVUM. *Divum*, & *Deorum*, indifferenter plerumque ponit Poëta: quanquam ſit diſcretio, ut *deos* perpetuos dicamus; *divos* ex hominibus factos, quaſi qui diem obierint: unde *divos* etiam imperatores vocamus. [68] [Juvenalis VI. 115. *Reſpice rivales divorum.*] Sed Varro & Attejus contra ſentiunt, dicentes *divos* perpetuos: *deos*, qui propter ſui conſecrationem timentur, ut ſunt dii manes, quod tangit in duodecimo 139. dicens: *Diva Deam, ſtagnis quae fluminibuſque ſonoris Praeſidet.*

46. ANNUUS ORBIS. Quia menſes in ſeſe recurruunt, & annum faciunt: unde & *annulus*, quaſi *annuus*, dictus. Sic alibi II. Georg. 402. *Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus*, [69] [ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, a renovando.]

47. DIVINI. Aut laus eſt, ut III. Ecl. 37. *Divini opus Alcimedontis.* Aut re vera [70] *divini*, [71] [id eſt, vaticinantis: nam ait VII. 122. [72] [*Genitor mihi talia* (*namque*] *Nunc repeto*) *Anchiſes fatorum arcana reliquit.* [73] [Multa enim antiqua lectio, Anchiſen futurorum ſcientem concelebrat: aut *Divini*, id eſt, Dei, quia apud Romanos defunctorum parentes Dei a filiis vocabantur.]

48. MOESTAS ARAS. [74] [Aut ipſi moeſti:] aut medium ſe praebet: nam & hominem fuiſſe [75] novit; & vult eum ex conſecratione numen effectum: nam *moeſtas aras*, ad hominem pertinet; id eſt, diis manibus conſecratas. Et quod paulo poſt dicit 93. *Altaria* [76] *linquit*, aliquid vult eſſe divinitatis, poſt apotheoſin, [77] [poſteaquam deus confirmatus eſt:] unde eſt inf. 84. Et *adytis:* quae templorum ſunt: & 93. *Succeſſit tumulo:* quod eſt hominis.

49. NISI FALLOR. Non quaſi neſcius dixit; ſed propter anni confuſionem, quae erat apud majores: Nam ante Caeſarem, qui nobis anni rationem compoſuit, quam hodieque ſervamus, [77] * intercalabantur dies, ut etiam in Verrinis II. 52. legimus, ſcilicet Lunae non congruente ratione. Annum [78] autem primo Eudoxus; poſt Hipparchus; deinde Ptolemaeus; ad ultimum Caeſar deprehendit. ACERBUM. Propter perditum patrem.

50. HONORATUM. Quia deus effectus eſt. SIC DII VOLUISTIS. Ut in tertio 3. *Sic viſum ſuperis.* Semper enim de diis ſalva veneratione conqueritur. [79] [Sane ſubaudiendum extrinſecus.]

51. GAETULIS AGEREM SI SYRTIBUS. Si in Getulis Syrtibus agerem, id eſt, eſſem. Et bene aut deſertos, aut hoſtiles commemorat locos [80] [Sane multis modis hoc loco ludos fieri debere dicit, a neceſſitate: *Hunc ego Getulis*, &c. ab opportunitate: *Nunc ultro ad cineres ipſius:* ut & praemiis invitet: *Bina boum vobis Troja* &c. deinde genera certaminum: *Quive pedum curſu valet*, &c. & orationem auſpicato concludit, dicendo:

Ore

66 divino R. 67 quod Dan. Fabr. 68 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 69 deſunt iisdem. a renovando dicitur Baſil. 70 divi Dan. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 deſunt iisdem. 74 deſunt iisdem. 75 noluit Dan. 76 *liquit* Baſil. deeſt L. R. *aliquid* deeſt Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 77 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 77 * intercalabantur decem dies Lipſ. 78 ut primo R. imperite vero Caeſarem poſt Ptolemaeum ponit. vide ad III. Ecl. 41. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 80 deſunt iisdem.

Argolicove mari deprenſus, & urbe Mycenae;
Annua vota tamen ſollemniſque ordine pompas

Ex-

SERVII.

Ore favete omnes, & cingite tempora ramis. EXSUL. Extra ſolum ſuum.]

52. ARGOLICOVE MARI. [81] Ionio & Adriatico. DEPRENSUS. Occupatus: & proprie navigantium eſt, ut IV. Georg. 421. *Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis.* URBE MYCENAE. Graece dixit: unde ſingularem numerum poſuit. [82] *Mycene* autem, ſicut *Thebe*. Juvenalis XV. 6. *Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.* Ut ſit *Mycene*, *Mycenes*; ut *Agave*, *Agaves*. Poteſt & exinde [83] videri Latinam feciſſe [84] declinationem; ut ſit *haec Mycena*, *hujus Mycenae*, [85] [ut *Fidena*:] & eſt Periphraſis, *Urbe Mycenae*, id eſt, *Mycenis*, ut I. 248. *Urbem Patavi.*

53. ANNUA VOTA TAMEN SOLENNESQUE. Haec quaſi numini. [86] [Et *vota*, nove funebre ſacrificium dixit, id eſt, ludos funebres; cum vota rerum ſecundarum ſint.]

VARIORUM.

Menagianus. *ab aggere* Wittian. BURM.

45. DARDANIDAE. Atqui omnes ſocii non deſcendebant ex Dardano, inquit Harduinus, nec ex ſanguine Divûm. ſed omnes Trojani Dardanidae & hic & alibi a Poëta poſſunt aequo jure vocari, ut *Hectorei ſocii* lib. V. 190. ubi vide. & infr. 634. *Hectoreos amnes.* & a principe ſaepe tota gens nominatur: Aeneas vero, & alii inter proceres Trojanos ex ſanguine Divûm erant: nec etiam omnes Trojanos advocatos fingere neceſſe eſt, ſed proceres, quos ad certamina vocat, non plebem. & Poëtae ſaepe epitheta dant a viris illuſtribus, vel regibus antiquis ejuſdem gentis, licet ex illis non deſcendant. Sic paſſim a Romulo, licet illius poſteri non legantur, *Romulei* & *Romulidae* Romani dicuntur, & *Romuli* & *Remi nepotes.* & *Romulei foetus.* vid. Barth. ad Claud. Conſ. Olybr. 96. & ad Bell. Gild. 332. ſic *Micipſas* vocat Afros Juven. V. 89. notante Scholiaſte. & ita *Dardanidae* dicti a majoribus. ut Serv. ad X. 545. qui & idem de *Cecropidis* obſervat ad lib. VI. 21. ita & *Laomedontia pubes* Trojani dicuntur lib. VII. 105. & Aeneas *Laomedontius heros* lib. VIII. 18. & omnes Trojanos a Jove genus trahere dicit Ilioneus lib. VII. 219. quod recte Servius reſpectu Aeneae, eorum principis, dictum notat. BURM.

Ibid. A SANGUINE. *Ab ſanguine* Leidenſis & ſecundus Rottendorphii. vide lib. I. 19. & IV. Aeneid. 230. *ex ſanguine* Moretanus primus. HEINS. *A* deeſt Excerptis noſtris, Dorvill. Montalbanio, ſecundo Menagiano & Wall. a m. pr. qui &, *ſanguine ductum*, pro varia lectione. *ex ſanguine* Francian. BURM.

46. ANNUUS. Hic ſpurium Virgilium deprehendere ſibi viſus Harduinus, quia apud Ethnicos, Graecos Romanosve nulla exempla annui feſti exſtant. ſed apud Chriſtianos, (Papiſtas ſcilicet idololatras,) in feſtis ſanctorum. ſed an Ovidii Faſtos, aut ipſa Kalendaria Romana numquam inſpexit? ubi ſingulis diebus ſua feſta, anno recurrente, celebrata potuiſſet invenire? ubi Jani, Aeſculapii, Carmentis, Juturnae, Annae Perennae, Florae & neſcio quorum, eodem fere honore, quo nunc tot falſi ſanctis annuis ſacrificiis & ritibus culti fuere. ut hinc potius Romanenſes ſuperſtitionis ſuae ritus repetiiſſe verum videatur, qui & Bacchanalia ſua & inſanientes choros & pompas inde arceſſiverunt. BURM.

48. TERRA. *Terrae* Sprotii, Dorvill. Wittian. vid. ad Ovid. XIV. Met. 176. & ad Lucan. I. 607.

49. NI FALLOR. *Niſi fallor* in vetuſtioribus. HEINS. Et ita Edd. priſcae & Wittian.

51. HUNC EGO. Conjungenda *hunc ego ſi agerem exſul* &c. aliter non video unde τὸ *hunc* pendeat, ſi *agerem* abſolute ponatur, ut Servius explicat. ideo tollenda diſtinctio poſt *ego.* video in Fabri Theſauro, in *agere*, citari hunc locum, & legi, *nunc ego*, & certe millies in initio verſuum *hunc* & *nunc*, *haec* & *nec* eſſe permutata, vidimus ad I. Aen. 670. & alibi. ſed quum omnes codices *hunc* habeant, & mox *nunc* ſequatur, nihil movere melius. *ageret* etiam Hugenianus. quod ſi *nunc* reciperetur, etiam non abſurdum faceret ſenſum. ſed *agere diem* dictum, ut II. Georg. 338. *ver agere* & alia. Quod etiam *Gaetulas Syrtes* culpet Harduinus fruſtra eſt. vid. Serv. inf. ad 192. *exſul* an

ſcri-

81 Jonio iidem. 82 *Mycenae* a. ſ. *Thebae* Steph. Dan. Fabr. 83 deeſt L. R. Dan. Fabr. al. 84 declinationem. numerum poſuit pro numero. *Mycenae* autem, *Mycena* &c. Dan. & Fabr. qui habet, numerum ergo poſ. pr. num. 85 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 86 deſunt iisdem. Lipſienſi deeſt etiam prima vox *Haec*.

Digitized by Google

Exſequerer; ſtrueremque ſuis altaria donis.
Nunc ultro ad cineres ipſius & oſſa parentis,

Haud

SERVII.

54. SUIS DONIS. Congruis; [87] [aut certe debitis:] ſunt enim tantum ſuperorum; *munera*, inferorum, ut in Bucolicis III. Ecl. 62. *Phoebo ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri, & ſuave rubens hyacinthus.* [88] [Ponit autem altaria, quae ſuperorum deorum ſunt: & hoc ideo: quia Anchiſes jam deus eſt.] NUNC ULTRO. Argumentum a minore ad majus. *Ultro* autem, aut *ultra*, id eſt, inſuper, hoc eſt, amplius, numina praeſtiterunt: aut *ultro*, id eſt, ſponte ſua, [89] [non optantibus,] vel volentibus nobis: vult enim ob hoc tempeſtatem ortam, non ut ab Italia depellerent; [90] ſed ut ſacra renovarentur Anchiſae.

VARIORUM.

ſcribendum ſit. vid. Noriſ. ad Cenot. Piſana Diſſ. IV. cap. I. §. 2. & Voſſ. Etymol. in *Exſul.* BURM.

52. ARGOLICOVE MARI DEPRENSUS. *Argolicoque* Francian. *depreſſus* Leidenſis unus, ut ſollemniter variare ſolent codices. Catroeus non bene convenire credit, *mari & urbe Mycenae deprenſus*, eo ſenſu, quo Servius explicat *deprenſus* ex IV. Georg. 421. & quem verum ejus verbi uſum eſſe vidimus ad Phaedr. V. 4. Vertit vero ac ſi in mari Ionio, & urbe Mycenae eſſet deprenſus ab claſſe Graecorum, & in ſervitutem abductus. Sed an ſervo & captivo facultas foret vota & ſollemnes pompas exſequi, & donis ſuis altaria ſtruere? Vondelius, qui Servium ſaepe ſequi ſolet, ſed non intelligere, deprenſum videns *occupatum* explicitum, Belgice reddidit *verlet*, negotiis occupatum, implicitum, detentum. ſed *occupatus* ſaepe eſt ſubito deprenſus, oppreſſus, ut apud Caeſarem III. Bell. Civ. 109. *occupari vulnere.* apud Ovid. III. Met. 48. *Phoenicas occupat*, & ita centies apud alios. Quare ſenſum hunc eſſe arbitror, etſi tempeſtate aliqua deprenſus in mari Aegaeo, (hoc enim idem quod Argolicum, quod ignorare ſe Catroeus ait, quum ſinus Argolicus ſit pars maris Aegaei, & Argivi regni litora alluat. cujus caput Mycenae erant) cogerer ad litus hoſtile adpellere, tamen annua vota &c. exſequerer in ſtatione illa inimica & infeſta. multo ergo magis, adpulſa claſſe per adverſos ventos ad Trojani Aceſtae regnum, & delatus in portus amicos celebrare conſtitui haec ſacra. *Urbem* vero Mycenae non opus eſt de metropoli Argivi regni capere, ſed de gente, regione, & incolis Mycenaei regni. & ita poſſe explicari patet ex Servio ad VIII. Aen. 36. ubi *Trojanam urbem*, jam exciſam, pro reliquis ex ea incolis poni docet. & ita *Ilion* in Italiam portabat Aeneas I. Aen. 68. immo *urbs* ipſa Roma pro Populo Romano ponitur; vid. ſupr. I. Georg. 25. & ad Rutil. Iter 1301. & commentarios ad Valer. Max. praefationem & alibi ſaepe. eodem modo *Romanae arces*, pro toto imperio Romano II. Georg. 172. IV. Aen. 234. & alibi. ſic etiam plurali numero dixit lib. III. 282. *Juvat evaſiſſe tot urbes Argolicas*, id eſt regiones hoſtiles, & *Gaetulae urbes* pro gentibus IV. 40. ſed deſumendum eſt. BURM.

Ibid. MYCENAE. *Mycenae* Mediceus, Mentelianus uterque, Gudianus, aliique complures: nonnulli recentioris notae, *Mycene*. *Mycena* Menagianus prior & Montalbanius cum Leidenſi, quod & a manu prima comparebat in primo & tertio Rottendorphio, altero Hamburgico & Moreti tertio. quod etiam agnoſcit Priſcianus libr. V. qui tamen *Mycenam* & *Mycenas*, ut *Theben* & *Thebas* dici contendit. conſentiunt & nonnulli codices ex Pierianis. Ipſe cum Vaticano malit *Mycenis*. quamquam & *Mycene* in quibuſdam exaratum monet occurrere, non male: nam ſingulari numero enuntiaſſe crediderim Maronem Homeri exemplo, apud quem occurrit, Εὐρυάγυια Μυκήνη. ſic *Thebe* & *Thebae*, *Athenae* & *Athene*, *Therapnae* & *Therapne*, *Aphidnae* & *Aphidna*, atque his ſimilia apud Graecos. Quin apud Silium quoque habes lib. I. 26. *Hic Juno ante Argos (ſic credidit alta vetuſtas) Ante Agamemnoniam gratiſſima tecta Mycenen, Optavit profugis aeternam condere gentem.* Ita & illic ſcripti codices, non *condere ſedem*, quomodo & Noſter lib. I. 33. *Romanam condere gentem* dixit. Statius lib. IV. Theb. 57. *Seu Thracum vertere domos, ſeu tecta Mycenes, Cadmeumve Larem.* non *Mycenis*, quod nunc illic cir-

87 deſunt iisdem. niſi quod in R. legitur, ſunt enim tantum munera ſuperborum, ſunt inferorum: vitioſe & confuſe. 88 Paris autem altari Dan. deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 89 deſunt L. R. Baſil. aut volentibus, Voſ. Steph. ſua, non volentibus Lipſ. 90 ſed quo L. Voſ. R. Steph. al. depellerentur, etiam Lipſ.

Digitized by Google

Haud equidem ſine mente, reor, ſine numine divum
Adſumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & laetum cuncti celebremus honorem:
Poſcamus ventos: atque haec me ſacra quot annis
Urbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troja generatus Aceſtes

Dat.

SERVII.

56. [91] [SINE NUMINE DIVUM. Sine voluntate, & ſine auctoritate.

57. INTRAMUS. Pro, intravimus.]

58. LAETUM CELEBREMUS HONOREM. [92] [Quomodo *laetum honorem?* aut pro, nos laeti: aut *honorem*] dixit non exſequias: nam & ventos quaſi a numine vult petere. [93] [Et eum deum ubique memorat, cum in ſubſequentibus etiam vino libarit, quod mortuis non licebat.]

59. POSCAMUS VENTOS. Utrum tum, id eſt, deinde petamus ventos: & utrum a diis, an ab Anchiſe, quem deum per templa commemorat.]

60. POSITA. Conſtituta, ut VIII. 53. *Et poſuere in montibus urbem, Pallantis proavi de nomine Pallanteum.* Dicit autem: Petamus etiam hoc, ut velit nos [94] [in urbe conſtituta ſingulis quibuſque annis] ſibi ſacra perſolvere: [95] [& bene *ſacra*, tanquam de deo: & *urbe poſita*, hoc eſt, non quaſi exſules & vagi.]

VARIORUM.

circumfertur perperam, ut etiam Gronovio noſtro videbatur. Idem Valerio Flacco eadem correctione ſubvenit: apud quem lib. V. 646. reponebat *Anne ego clara Mycenes Culmina, virgineas praederſi Cecropis arces.* ſed apud Maronem numeroſius omnino ſonat *urbe Mycenâ*, vel *Mycenae.* nam *τὸ Mycenae* Servius omnino amplectitur, quod & vetuſtiores noſtri exprimunt; quomodo alibi habes, *Urbem Patavi.* ſolere autem Maronem nominibus propriis Graecis addere terminationem Latinam, jam vidimus lib. III. Aeneid. 376. infra hoc libro 718. *Urbem Aceſtam* habes in optimis exemplaribus, quod *τὸ urbe Mycena* confirmat. Perſius Sat. V. 17. *Hinc trabe quae dicas, menſaſque relinque Mycenes.* Sic & ibi fortaſſe corrigendum, cum in ſcriptis exemplaribus tam mihi, quam magno Caſaubono inſpectis ſit *Mycenis*, etiam bene. nam vulgatum *Mycenas* omnino eſt ablegandum. Voſſius *Mycena* pro *Mycenaea* interpretatur de Analog. lib. I. cap. 43. HEINS. *Micene* Wittian. & Wallian. *Mycena* Parrhaſ. & Ed. Venet. ita *Thebe* & *Thebae.* vid. ad Ovid. XII. Met. 109.

53. SOLLEMNESQUE. *Sollemnes ordine* Montalbanius, & alter Menagii. *ſollemneſque ex ordine* Venetus. vid. Serv. ad IX. Aen. 626. mox *ſtruerenrve* in editis quibusdam. BURM.

54. ALTARIA DONIS. Vid. ad Lucan. III. 404.

57. DELATI. *Dilati* Sprotianus.

58. CUNCTI LAETUM CELEBREMUS. *Et laetum cuncti*, ex noſtris membranis HEINS. adſcripſerat orae, forte, *laetum cunctis.* ſed *laetum*, non quia ſacra ſunt funebria, ſed quia in amici Aceſtae regione liceat otio & commode celebrare. vid. infr. ℣. 100. BURM.

59. POSCAMUS VENTOS. Waddel. Animad. Critic. p. 21. Aeneam, quum conſtituiſſet hic aliquot dies conſiſtere & ludos celebrare, intempeſtive *ventos* poſcere, ait, quum a navigando abſiſtere per menſem fere conſtituerat. quare *poſcamus veniam* legit, id eſt facultatem tempus cum amicis terendi. ſed quum tempeſtate eſſet rejectus in Siciliam, recte per ſacrificia ſecundos deinde ventos poſcit, etſi poſt aliquam moram, incidente annuo hoc die exſequiarum Anchiſae, ſit navigaturus. & contra libros talia tentare periculoſum puto. BURM.

Ibid. ATQUE HAEC ME SACRA. *Haec mea ſacra* legitur apud Lactantium libr. I. de Falſa religione, ut & in membranis quibuſdam. ſed vetuſtiores recte, *me ſacra.* HEINS. *Mea* Ed. Juntina. *me* deeſt Wallian.

60. UR-

91 deſunt iisdem ad ℣. 58. 92 deſunt iisdem. non dicit, iidem & Lipſ. 93 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 60. 94 deſunt Dan. Fabr. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Dat numero capita in navis. Adhibete Penatis,
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.
Praeterea, ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiiſque retexerit orbem,
Prima citae Teucris ponam certamina claſſis.
Quique pedum curſu valet, & qui viribus audax,

Aut

SERVII.

62. IN NAVES. Per naves: *in* enim multa ſignificat, ut diximus ſupra.

63. [95] [QUOS COLIT HOSPES ACESTES. Non ait Siculos; ſed quos Aceſtes incolit.]

64. SI NONA DIEM MORTALIBUS ALMUM. [97] [Aut pro confirmativa poſita eſt, ut I. Georg. 7. *Veſtro ſi munere tellus:* ut ſit *ſi*, pro *cum*, id eſt, cum venerit: aut *ſi*, pro dubitativa eſt; ut accipiamus *almum*, ſerenum, id eſt, ſi dederit diem ſerenum, & talem, qualis ludis aptus eſt. Ergo] non de die, qui certus eſt, dubitat; ſed de ſerenitate: unde paulo poſt 104. *Serena jam luce.* Et ſciendum, quia apud majores [98] ubicunque quis fuiſſet extinctus, ad domum ſuam referebatur, [99] [unde eſt illud in VI. 153. *Sedibus hunc refer ante ſuis, & conde ſepulchro:*] & illic ſeptem erat diebus; octavo incendebatur; nono ſepeliebatur: unde Horatius Epod. XVII. 48. *Novemdiales diſſipare pulveres.* Unde etiam ludi, qui in honorem mortuorum celebrabantur, *Novemdiales* dicuntur. Sciendum, quia etiam domi ſuae ſepeliebantur: unde orta eſt conſuetudo, ut dii penates colantur in domibus. [1] [Nonnulli tamen *ſi*, pro quando accipiunt.]

66. PRIMA. Re vera *prima:* nam cetera non eo, quo dicit, editurus eſt ordine. [2] [Ergo ἀνακόλουθον.]

67. [3] [QUIQUE PEDUM. Id eſt, hinc, vel inde.] VIRIBUS AUDAX. Hoc ad omnia pertinet. [4] [Et poteſt non ſubdiſtingui: quamvis quidam luctationem accipiant, quod non reddidit.]

VARIORUM.

60. URBE VELIT. Apud Nonium in *dicare* circumfertur *velim.* in editionibus nonnullis, *velint.* ſed aliter ſcripti cum Lactantio, qui *velit* conſtanter: nam ad Anchiſen haec referri liquido apparet. HEINS. In Oudartii adſcripta gloſſa ad *τὸ velit, pater. velit* Regius & Parrhaſ. *velit* vero indicat favorem, ut ita *volens* deus. vid. Serv. ad III. Aen. 457. BURM.

62. IN NAVES. Ita & infr. 247. vid. ad Sueton. Caeſ. LIV. ubi tamen nunc malim ſervare, *per Italiam divenderet*, quia in ſingulari numero, & de regione aptius puto *per.* ſi de diverſis partibus Italiae aut incolis ageretur, rectius diceret in *Italos*, vel ſi plures eſſent Italiae, ut Galliae, in *Gallias divenderet.* BURM.

Ibid. ADHIBETE. *Adhibere* ſecundus Moreti. mox, *quos colet* ſecundus Rottendorphius. Horat. IV. Od. V. *alteris te menſis adhibet deum.* mox, *& pateras epulis* Parrhaſ. vulgata eſt apud Aruſianum. BURM.

64. SI NONA. Expoſitiones Servii ac Donati, quaſi *ſi* hic conditionem haberet, ſi *ſerenus dies* futurus eſſet, ridet & refellit Caſtalio Decur. X. Obſerv. 9. ſed idem notare, quod ſimulac, quum primum dies ille adfulſerit: & recte, ut puto. nam differre ultra nonum diem religio, de qua ipſe Servius agit, non permittebat. dubitare vero num ſerenus eſſet futurus, pietas & fiducia Aeneae vetabat, qui ſibi malo omine Deos eo die non faventes fore indicaſſet. & *ſi* ſaepe temporis eſſe notam apparet ex iis, quae Lambinus ad illa Horatii I. Ep. VII. 10. *Quod ſi bruma nives Albanis illinet agris*, notavit. & hoc ipſo Virgilii loco adducto Gronovius ad Senec. Medeam ℣. 161. & Mu-

96 deſunt iisdem. 97 deſunt iisdem. 98 ubi quis L. R. Steph. Dan. Fabr. ubi quis ubicumque Baſil. ſed veram lectionem ſervavit nobis Voſſianus codex, in quo eſt *ubi ubi quis.* notus vero eſt uſus geminatae hujus particulae apud Terentium, Ciceronem & alios, & quem Livio lib. II. 2. adſeruerunt Gronovius & Drakenborchius. BURM 99 deſunt Baſil. ſed ultima, ab *& conde* deſunt tantum L. Voſ. R. Steph. Commentator Cruquianus ad Horatii locum laudatum, pro *ſeptem diebus* habet triduum, quo jaceret cadaver, quem vide. mox, *ſciendum quod*, volebat G. Voſſius, ſed ex uſu aevi *quia* idem valet, ut pro *quod* multes occurrit apud Veterem N. Teſtamenti interpretem. BURM 1 deſunt iisdem. 2 deſunt iisdem. 3 deſunt iisdem. 4 deſunt iisdem.

Aut jaculo incedit melior, levibuſque ſagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere caeſtu:
Cuncti adſint, meritaeque exſpectent praemia palmae.
Ore favete omnes, & tempora cingite ramis.
Sic fatus, velat materna tempora myrto.

Hoc

SERVII.

68. AUT JACULO INCEDIT MELIOR, LEVIBUSQUE SAGITTIS. Id eſt, jactu velocium ſagittarum, ut vacet *ve*. Sic iſta junxit in nono: [5] *Inſignis jaculo & longe fallente ſagitta*, id eſt, jaculo longe fallentis ſagittae: nam non exhibuit jaculatores. [6] [Aut notandum, quod jaculatores promiſit, nec exhibuit. MELIOR. Comparativum pro abſoluto; ſed in uſu jam, ut pro abſolutis accipiantur.]

69. CRUDO CAESTU. Aut crudeli, aut duro: [7] [ut ſit ſimpliciter dictum, quod ex corio duro ſit.] *Caeſtus* autem per diphthongon, pugilum arma ſignificat: habet etiam pluralem numerum, & eſt quartae formae: nam *ceſtus*, *ceſti*, numeri tantum ſingularis, ſine diphthongo, baltheum Veneris ſignificat.

70. PRAEMIA PALMAE. Id eſt, virtutis: a praecedenti, id quod ſequitur.

71. ORE FAVETE. Apto ſermone uſus eſt, & ſacrificio & ludis: nam in ſacris taciturnitas [8] [neceſſaria eſt, quod etiam praeco, magiſtratu ſacrificante, dicebat: *favete linguis: favete vocibus:* hoc eſt, bona omina habete; aut tacete.] In ludis [9] quoque neceſſarius favor eſt, [10] [quem propter plauſum futuris ſpectatoribus [11] dat.] *Favet* autem *ore* quis [12] etiam per taciturnitatem. Horatius poſuit III. Od. 1. *Favete linguis, carmina non prius Audita muſarum ſacerdos.* CINGITE TEMPORA RAMIS. Ex Romano more: nam feſtis ludis omnis aetas coronata ſpectabat, quod oſtendit per Aeneam, Aceſten, Aſcanium, per quos omnem demonſtrat aetatem.

72. MATERNA MYRTO. Vel quaſi filius; vel quaſi Veneris ſacrificaturus marito. [13] [Et quia dixerit *ramis* ſuperius, ipſe reddidit cum dicit *myrto*. Unde autem *myrtus* Veneri dicata eſt? Fabula talis eſt: [14] Myrrha, Cinyrae filia, cum adamaſſet patrem, & [15] ejus ſe ſtupro, nocturnis horis captata ebrietate paterna, ſubjeciſſet, gravidaque eadem eſſet facta, prodito inceſto, cum patrem inſequentem ſe ſtricto gladio fugeret, in arborem verſa eſt: quae, cum infantem, quem intra uterum habuerat, etiam in cortice retineret, percuſſa, ut quidam volunt, a patris gladio, ut quidam, ab apro, parvulum edidit, quem educatum Nymphae Adonem appellaverunt. Hunc Venus vehementiſſime dilexit: & cum ira Martis ab apro eſſet occiſus, ſanguinem ejus vertit in florem, qui nunquam vento decuti dicitur. Arborem quoque myrtum, ex qua puer natus fuerat, tutelae ſuae adſcripſit: quamvis alii dicant, ideo myrtum Veneri dicatam: quia, cum e mari exiſſet, ne nuda conſpiceretur, [16] latuit in myrto: vel quia fragilis eſt arbor ipſa, ut amor inconſtans: vel quia jucundi odoris, ut II. Ecl. 55. *Sic poſitae quoniam ſuaves miſcetis odores.*]

73. Hoc

5 Veteres codices L. Voſ. R. Edd. Steph. Dan. Fabr. & al. recentiores hic dant, *inſidiis jaculo*, quod quum ſenſum vix aptum faciat, mirum eſt nullum editorum, quos vidi, tantum operae impendiſſe in Servio recenſendo, ut loca a Servio laudata reſpicerent, & ita ab ineptia locutionis eum abſolverent. nam vidiſſent in lib. IX. Aen. 572. legi: *Hic jaculo bonus, hic longe fallente ſagitta.* & lib. X. 754. *Inſignis jaculo & longe fallente ſagitta*, & hic facile lapſum librariorum & editorum correxiſſent; eo facilius etiam ſi antiquas Servii editiones conſuluiſſent; in quarum duabus Venetis ego *Inſignis jaculo* legi, nec dubito in pluribus ita editum. BURM. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 7 deſunt iisdem. 8 deſunt iisdem, & Dan. & Fabr. & mox, bona omnia habet. Eadem fere, quae hic, leguntur apud Acronem ad Horat. III. Od. 1. & hinc forte eo tranſlata, quia Acron citat Horatii locum, quaſi ad alium Poëtam Commentarium ſcriberet: Cruquianus etiam Serviana adducit. BURM. 9 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 10 deſunt iisdem. 11 dicit Dan. Fabr. 12 deeſt Dan. Fabr. 13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 73. 14 Mira Dan. 15 ejus ſe. . . tu * pro nocturnis Dan. ejus ſe concubitu pro noct. Fabr. ejus ſe ſtupro Commel. recte ex veſtigiis Cod. Dan. & ita Ger. Voſſius emendaverat. ita infra VI. 601. in Servii nota de Ixione, *quum de ejus ſtupro ſe jactaret*. Heinſius hic volebat, *ejus ſe toro n. h. c. e. p. ſubjeciſſet*. BURM. 16 conlatuit Dan. qui & vitioſe, ne nudus videretur.

Hoc Helymus facit, hoc aevi maturus Aceſtes,
Hoc puer Aſcanius: ſequitur quos cetera pubes.
Ille e concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterva.
Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho

Fun-

SERVII.

73. Hoc HELYMUS FACIT. Princeps Trojanorum, qui dicitur [17] tres in Sicilia condidiſſe civitates [18] [Aſcam, Entellam, Egeſtam. Alii dicunt, eum poſt incenſum Ilium cum Aceſte in Siciliam veniſſe, eique participem fuiſſe. Alii Anchiſae nothum filium tradunt [19] fuiſſe Helymum regem, in Sicilia genitum, & Erycis fratrem fuiſſe dicunt.] AEVI MATURUS. Honeſtius, [20] quam ſi *aevo maturo* diceret: [21] [vel certe, *aevi maturi*.

74. SEQUITUR. Imitatur, ut III. 54. *Victriciaque arma ſequutus*.]

77. RITE. Secundum ritum ſacrificii, quod exigebat, ut libaret de [22] mero Baccho, id eſt, puro. CARCHESIA autem, genus poculorum eſt. [23] [Dicitur autem & ſummitas mali, per quam funes trajiciunt.]

VARIORUM.

Muretus ad Catulli Carm. XIV. ex hoc & aliis Virgilii locis. vid. infr. 798. idem de Graeco εὖ notat Beza ad Euang. Johan. XIV. 3. levis res, ſed quae, judice Gronovio, ſaepe caliginem offundit oculis interpretum. jam vero novem dies luxiſſe mortuos domi, & decima ſepeliviſſe & epulas populo dediſſe patet jam ex Homero Iliad. Ω. 664. vid. Kirchman. de Funer. IV. 1. de novendialibus & denicalibus ſacris. *almam* Parrhaſ. BURM.

66. PRIMA. Schol. Statii VI. Theb. 296. *Prima citae claſſis ponam certamina Teucris*. ſed Horatii ad Epod. IX. ſervat vulgatum ordinem.

67. VIRIBUS. De lucta quoſdam capere addit Servius. videtur imitatus Juſtinus lib. XXXVII. 2. de Mithridate. *Inter aequales aut equo, aut curſu, aut viribus contendebat*. & praecedenti capite dixerat, *aſſuetus feras curſu, aut fugere, aut perſequi, cum quibuſdam etiam viribus congredi*. Livius VII. 33. *velocitatis viriumque inter ſe aequales certamina ineant*. & XXXVII. 22. *certamina omnis generis artium, virium ac pernicitatis viſuntur*. & ita ſaepe alii. ſed quia luctae certamen non exhibetur, poteſt in genere intelligi de robore corporis ad tria ſequentia certamina neceſſario, jaculo, ſagittis, & caeſtu: quamvis nec jaculatores exhibentur. an interrupta ſubito illo incendio certamina, quae propoſuerat Aeneas, dicemus? ſed nec Trojae ludi hic etiam ulla mentio, qui tamen editus; ſed quia puerorum erat ludus, majoris quaſi appendicem fuiſſe dicendum, aut ſubito demum Aeneae in mentem veniſſe, poſt commiſſos alios ludos, quum adhuc tempus ſupereſſet, nec dimiſſi eſſent ſpectatores. quod colligi poſſet ex ỷ. 145. BURM.

68. LEVIBUSVE. *Levibuſque* plerique codices. ſed *levibuſve* Wall. Dorvill. Edd: primae. *excedit* Wall. *insendit* Dorvil. a m. ſec. notanda lectio. *incendit* Gudianus. BURM.

70. MERITAEQUE. *Multaeque* Bigotianus. *adſunt* & *exſpectant* alter Hamburgicus. *exſpectant* etiam Mentelii prior, Zulichemius & Gudianus, qui & *meritique* a manu prima. Scholiaſtes Statii lib. I. Theb. 336. *emeritaeque*, quod verſus ratio reſpuit. Donatus *ſpectet* videtur legiſſe. vid. ad VI. 687. BURM.

71. TEMPORA CINGITE. *Cingite tempora* Dorvill.

72. VELAT. *Cingit* ſecundus Moreti. *materno* Parrhaſ.

73. HELYMUS. *Elimus*, *Helimus*, *Helenus*, *Elinus*, *Holimus* in ſcriptis.

Ibid. AEVI MATURUS. Pacat. Paneg. cap. VIII. *ad illa veniam, quae aevi maturus egiſti*. & ita Noſter IX. 246. *animi maturus*, ut codices dant. non

17 deeſt Dan. 18 deſunt L. R. Baſil. ſed Voſ. Steph. deſunt ab, *Alii*. Segeſtam quidam. vid. Cluver. lib. II. Sicil. Ant. cap. 2. p. 262. & p. 35. pro *Aſcam* legit, *Erycem*. Ger. Voſſius vero malit legere, *Anchiſen nothum* f. deinde Cluver. alii Eryci f. f. d. BURM. 19 dicunt * *habuiſſe* Dan. qui in fine notae poſt dicunt aſteriſcum habet. 20 ut ſupra diximus, quam L. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỷ. 77. 22 mero aut Baccho Dan. de more Baccho, vel puro R. 23 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Fundit humi, duo lacte novo, duo ſanguine ſacro:
Purpureoſque jacit flores, ac talia fatur:
Salve, ſancte parens, iterum: ſalvete recepti
Nequidquam cineres, animaeque, umbraeque paternae.
Non licuit finis Italos, fataliaque arva,

Nec

SERVII.

78. HUMI. Terrae. LACTE NOVO. Aut ſtatim mulcto: aut poſt foetum, quod *coloſtrum* dicitur, neutro genere. [24] [Umbrae autem ſanguine & lacte ſatiantur: unde foeminae, quae mortuos proſequuntur, ubera tundunt, ut lac exprimant: cuncti autem ſe lacerant, ut ſanguinem effundant.] SANGUINE SACRO. Victimarum, ut diximus ſupra III. 67. Et notandum, quia partim quaſi mortuo pari numero ſacrificat; partim impari, quaſi deo, ut infr. 96. *Caedit quinas de more bidentes.* [25] [Par namque numerus, diviſibilis; per quod mortalitas ſignificatur; impar autem dividi non poteſt; per quod immortalitas oſtenditur:] nam legimus VIII. Ecl. 75. *Numero deus impare gaudet.*

79. PURPUREOSQUE JACIT FLORES. Ad ſanguinis imitationem, in quo eſt ſedes animae. Sic in ſexto 885. *Purpureos ſpargam flores.* Item VI. 221. *Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota:* ſcilicet, [26] [ut ſupra II. 532. diximus,] ut ſedis ſuae cognoſcat imitationem.

80. SALVE, SANCTE PARENS. *Salve*, & *Vale*, ſecundum Varronem, in Logiſtoricis, ſynonyma ſunt: unde bis & in ſalutatione utimur, & in exſecrationibus, ut Terent. And. IV. II. 14. *Valeant, qui inter nos* [27] *diſcidium volunt:* unde etiam haec mortuis dicimus; non quo eis optemus ſalutem, in quibus nulla eſſe poteſt; ſed ut ſignificemus nos ſic digredi, ut oſtendamus, eos nunquam in noſtram communionem eſſe venturos. [28] [Et hoc verbum *Salve*, apud auctores bonos ter enunciatum invenitur, *Salve, Salve, reſalve ter.*] ITERUM. [28] * [Pro ſecundo.] Hic diſtinguendum: nam quo tempore ſepeliit eum, dixit ſine dubio *ſalve & vale.*

81. RECEPTI NEQUICQUAM CINERES. *Cineres*, pro ipſo patre poſuit: ac ſi diceret: ſalve pater, [29] de Trojae periculis liberate. *Nequicquam* autem, ſine cauſa; propter quod ſequitur: *Non licuit fines Italos fataliaque arva.* Alii ad hiſtoriam [30] ſupra II. 166. dicta referunt, diſtinctione mutata, ut dicant: Recepti iterum cineres, ſemel ex Troja; ſemel a Diomede; qui dicitur oſſa ejus eruta cum Palladio reddidiſſe [31] Aeneae. NEQUICQUAM autem, ſecundum Epicureos, qui dicunt omnia perire cum corpore. ANIMAEQUE, UMBRAEQUE PATERNAE. Vocativus pluralis eſt: nam Plato, & Ariſtoteles, & omnes periti, dicunt in homine quatuor eſſe animas: [32] unam *vitalem*, ut in vermibus, qui tantum moventur, aliam *ſenſualem*, ut in mutis animalibus, in quibus eſt ſenſus & timoris & gaudii; tertiam *intellectualem*, [33] ut in hominibus, qui & recte cogitare, & [34] recte judicare poſſunt; [35] eſſe etiam quartam, infra omnes, quae φυσικὴ vocatur, *naturalis*, ut eſt in herbis & in arboribus, quae etiam motu [36] carentes, vitam tamen habent: nam & naſcuntur, & creſcunt, & pereunt: [37] unde eſt IV. Georg. 330. *Atque interfice meſſes.* His rebus colligitur, hominem harum omnium animarum eſſe participem, unde & Salluſtius ait Catil. I. *Alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune eſt.* De *umbris* autem facilis eſt probatio: nam ſi quatuor ſunt animae, ſequitur, ut tot ſint umbrae; ut ſi quis inter duas ſtet lucernas, geminam umbram creat. Hoc autem

de

24 deſunt iisdem. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. & Dan. 26 deſunt L. Dan. ut ſupra dixit Voſ. 27 *diſcidium* L. Voſ. R. & ita Faërnus ex codicibus edidit. vid. & infr. ad lib. XI. 97. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 28 * deſunt iisdem. 29 de Troja liberare, ſine cauſſa iidem. de Troja periculis l. Dan. 30 ſupra dictam Steph. Dan. Fabr. 31 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 32 in Dan. & Fabr. haec ordine alio leguntur: & mox, alteram ſenſualem Dan. 33 deeſt Dan. 34 deeſt Dan. Fabr. al. 35 eſt etiam quarta intra Baſil. inter omnes R. quae Phyſice vocatur. ut eſt L. R. Steph. q. Phyſice dicitur Baſ. quae Phyſicae vocantur Voſ. quae Phyſice vocatur *naturalitas* Dan. Fabr. *naturalis* deeſt Lipſ. 36 carent Dan. Fabr. 37 inde Dan. Fabr.

Digitized by Google

Nec tecum Auſonium, quicumque eſt, quaerere Thybrim.
Dixerat haec: adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,
Amplexus placide tumulum, labſuſque per aras:

Cae-

SERVII.

de animis etiam Lucretius aſſerit; ſed non tantum veritati ſtudet, [38] quantum ſectae Epicureae. Alii, iſta fugientes, dicunt *animae*, & *umbrae*, genitivum eſſe ſingularem; ut ſit, *cineres umbrae & animae paternae*, quod non valde probandum eſt: nec enim umbra, [39] aut anima cineres [40] habent.

83. QUICUMQUE EST. [41] [Aut qui adhuc eum nuſquam vidit: aut] taedio longae navigationis hoc dicit.

84. [42] [ADYTIS AB IMIS. Ecce, ſicut dictum ſupr. 48. eſt, [43] ubique tanquam de deo loquitur: templorum enim & deorum *adyta* dicimus.] LUBRICUS ANGUIS. Labilis; alias locum dicit, ut inf. 335. *Per lubrica ſurgens*. [44] [Alii hoc ſecundum Platonem dictum volunt, qui ait, animas per ſeptem circulos ad corpora penetrare.]

85. SEPTEM INGENS GYROS. Loci genium per magnitudinem vult probare: nullus enim locus ſine genio, qui per anguem plerumque oſtenditur. Perſius I. Sat. 113. *Pinge duos angues: pueri (ſacer eſt locus)* [45] [*extra Mejite*.] Sane hunc locum de Homero ſumpſit, qui inducit Graecos apud Aulidem omen futuri decennalis belli ex ſerpente collegiſſe, qui etiam matrem conſumpſit novem pullis comeſis Iliad. B. 308. [46] Ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα, δράκων, ἐπὶ νῶτα δαφοινός.] Ita ergo nunc etiam Aeneae omen ſui erroris oſtenditur ſeptem gyris: nam ſeptimus ei annus eſt finis erroris: & eſt optimum figmentum. Annus enim ſecundum Aegyptios indicabatur ante inventas literas [47] picto dracone, caudam ſuam mordente: quia in ſe recurrit. GYROS. Nomen legimus: verbum exinde non invenimus. [48]

86. AMPLEXUS PLACIDE. [49] [Hoc eſt molliter] quiete repens; [50] [nec dixit corripuit, ſed *amplexus* eſt.]

VARIORUM.

non tamen contra libros apud Ovid. VIII. Met. 617. mutarem cum Heinſio, *animo maturus & aevo*, in *animi* & *aevi*. BURM.

75. CONCILIO. *Conſilio* Sprotianus, prior Hamburgicus & Wallian.

76. MEDIUS. *Secum comitante* Wittian. male. forte conſtructio, *medius caterva*, offendit librarium. vid. ad lib. II. 508. & ad Claud. I. in Rufin. 41. BURM.

77. MERO. *Meri* alter Hamburgicus. ſed tunc & *Bacchi* legendum videretur, quod ſequentibus non convenit, neque Baccho hic ſacra facit, ſed diis manibus. male Catroeus deceptus vitioſa Danielis Editione in Servii notis Baccho in dativo caſu capit, in honorem Bacchi. meliora ex Cerda potuiſſet diſcere. *merus Bacchus* eſt vinum merum. & ita apud Catull. Epig. XXVII. *merus Thyonianus*, pro Baccho explicatur ab Achil. Statio. vulgata eſt apud Nonium in *Fundere*, & *Carcheſia* BURM.

78. FUNDIT HUMI. *Fudit* apud Aruſianum Meſſium legas, quomodo & Moretanus primus. ſed aliter apud Nonium in *Fundere*. HEINS.

79. AC TALIA. *Et talia* Wittian.

80. SANCTE PARENS. *Magne* Parrhaſ. *ſancte pater* alter Hamb. *parens: iterum ſalvete* Leidenſis unus. & Zulich. *ſancta* Ed. N. Heinſ. vitioſe. *receptae* Leidenſ. alius.

81. PATERNAE. *Penates* Menagian.

82. FATALIAQUE. *Carcheſiaque* Wall. a m. pr. ſuperſcr. *fataliaque*.

83. QUI-

38 quam L. Voſ. R. Dan. Fabr. quod rectum puto. alterum a Librariis ortum, qui poſt *tantum* ſemper debere ſequi *quantum* putabant. ſed vide quae notavi ad Quinctil. praefat. ad Tryphonem. & ad Lucan. IX. 766. alio modo praecedente comparativo poſt *tanto* ſequi, *quam* docuit Cl. Drakenb. ad Liv. II. XX. 8. BURM. 39 & Baſil. 40 habet Dan. Fabr. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 deſunt iidem. 43 ubi tanquam Dan. Fabr 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 45 deſunt L. Voſ. R. *Meſite* dederant negligentiſſimi Danielis librarii, id tamen Commelinus ſecutus eſt. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. in Homero vero legitur νῶτα δαφοινός, corrupte alii δι φοινὸς quos & Maſvic. ſecutus eſt. vid. Ovidium XII. Metam. in principio. in Steph. Ed. errore credo Typographorum, legitur novem *puellis* pro pullis BURM. 47 picta Fabr. 48 addit Baſil. ἱερόγλυφα γράμματα vocantur. 49 deſunt L. Voſ. R. Steph. qui, repens quiete. ſed Baſil. tantum, quiete. 50 deſunt iidem.

Caeruleae cui terga notae, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios adverſo ſole colores.
Obſtupuit viſu Aeneas. Ille agmine longo
Tandem inter pateras, & levia pocula ſerpens,
Libavitque dapes, rurſuſque innoxius imo

Suc-

SERVII.

87. CAERULEAE CUI TEROA NOTAE, MACULOSUS ET AURO SQUAMAM INCENDEBAT FULGOR. [51] *Caeruleae notae*, & [52] *auro fulgor*, hoc eſt, auri fulgore variatus. INCENDEBAT. Id eſt, illuſtrabat.

90. AOMINE LONGO TANDEM. Poſt illos gyros tandem longo repere coepit *agmine*, id eſt, impetu, [53] tractu. SERPENS. Participium eſt, non nomen; ac ſi diceret, *repens*.

92. LIBAVITQUE DAPES. Leviter guſtavit epulas ſuperpoſitas, quae *ſilicernium* vocantur, quaſi [54] *ſiliceniun*, ſuper ſilicem poſitae: [55] [quae, peractis ſacris, ſenibus dabantur; ut ſe cito morituros cognoſcerent.]

VARIORUM.

83. QUICUMQUE EST. *Eſt* deeſt Menagii priori & Veneto. Heinſius in ora, *quicumque is*, de quo vide ad Ovid. v. Metam. 217.

84. HAEC. *Hoc* Wittian.

87. TERGA. *Per terga* explicat Cerda. ſed notae & maculoſus fulgor incendebant terga. *cui* pro *cujus*, quod obvium.

88. SQUAMAM. *Squamea* Sprotii.

Ibid. CEU NUBIBUS ARCUS MILLE TRAHIT. *Jacit* habet vetus liber A. Colotii. URSIN. In uno Hamburgenſis Eccleſiae *nubibus arcus*. deinde, *mille jacis* Mediceus & tertius Moretanus, cum ſecundo Rottendorſio & Leidenſi. Gudianus quoque a manu prima, & pro diverſa lectione Sprotianus. quod impenſe placuit, quamquam obnitente Grammaticorum veterum auctoritate. Novi illud lib. IV. 701. de Iride:

Mille trahens varios adverſo ſole colores.

ſed quid prohibet interdum variare loquendo modos? quod ſollemne admodum Virgilio, jam ad Eclog. v. 37. compluribus exemplis demonſtravimus. Scholiaſtes Statii Theb. x. 81. vulgatum agnoſcit, non bene. non diſſimili locutione *lucem jactare* Noſter lib. VII. Aen. 526. dixit,

Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus, aeraque fulgent
Sole laceſſita, & lucem ſub nubila jactant.

eleganter itaque, *jacere colores*, de Iride hic habemus apud Noſtrum: ſic apud Lucretium II. 845. *odorem jacere de corpore*. & jactare *odorem* de lauru apud Noſtrum in Georgicis II. 132. apud Prudentium in Hamart. *jacere illecebras pigmentatis crinibus*, de odore unguenti. Neque aliter duodecim Scholaſtici aetate ſua videntur hunc Maronis locum legiſſe, qui Thematis loco eum ſibi propoſuerant Iridi deſcribendae, in Catalectis Pithoeanis pag. 161. Appoſite illic Vomanus,

Imbriferas nubes radiis ubi contigerit ſol,
Luce ſub adverſa varios jacit unda colores.

& Julianus,

Mirifico nubes ambit Thaumantius arcu,
Quas cum ex adverſo tetigit rota fulgida ſolis,
Tum jacit inſignes per nubila denſa colores.

Et Palladius.

Nubila cum Phoebus perfudit lumine claro
Tum fit, ut humor aquae ſuffulgeat, atque colores,
Sub varia ſpecie jaciat mirabilis arcus.

Atque huc trahendus alter locus in iiſdem Catalectis Carmine de menſibus, ubi in Februario pag. 174.

Nubila quem pluvio jactu circumvenit Iris.

pluvio cinctu immerito illic homines eruditi reponunt. nam *jactus pluvius* eſt arcus pluvius, qui colores varios jacit. Appoſite etiam Plinius lib. XXXVII. cap. 9. de Iride Gemma: *Vocatur ex argumento*

51 ordo eſt, cui terga caeruleae notae & maculoſus, id eſt variatus, auro fulgor ſquamma incendebat, id eſt illuſtrabat L. 52 *fulgor aura* variat R. auro maculoſus fulgor, id eſt pro auri fulgor Dan. Fabr. notae & fulgor auro v. incendebat L. Voſ. Steph. al. 53 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 54 *licenium* Voſ. *ſiliciniam* R. pro vocantur, eſt in Steph. dicuntur. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Succeſſit tumulo, & depaſta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori inſtaurat honores,
Incertus, Geniumne loci, famulumne parentis
Eſſe putet: caedit quinas de more bidentis,
Totque ſues, totidem nigrantis terga juvencos:
Vinaque fundebat pateris, animamque vocabat

An-

SERVII.

93. DEPASTA ALTARIA. [56] [*Altaria*, ſpecies ararum. *Depaſta* autem,] non a ſe: nam ſupra ait: *Libavitque dapes*. Sed hoc dicit: [57] tam diu permanſit, quamdiu cuncta aris ſuperpoſita [58] flamma conſumeret.

95. GENIUMNE LOCI. Quia (ut diximus ſup. 85.) nullus locus ſine genio eſt. FAMULUMNE PARENTIS. Fuit enim haec majorum conſuetudo, ſicut hodieque apud Indos eſt, ut, quotiens reges moriebantur, cum his dilecti equi vel ſervi, & una de uxoribus charior, [59] [circa rogum occiſi] incenderentur: inter quas de hoc ipſo erat magna contentio. Poſſumus autem *famulum*, ſervum ſepultum cum Anchiſa accipere: [60] aut per Apotheoſin deum oſtendit effectum, unde ei *famulum* dat, quaſi miniſtrum. Singula enim numina habent inferiores poteſtates [61] miniſtras, ut Venus Adonim; Diana [62] Virbium: aut certe ſecundum Pythagoram dicit, qui primus deprehendit, de medulla hominis, quae eſt in ſpina, anguem creari; quod etiam Ovidius in quintodecimo [63] Metamorphoſewn 389. dicit, loquente Pythagora.

97. NIGRANTES TERGA. Nigra terga habentes.

VARIORUM.

gumento Iris. nam ſubjecto percuſſa ſole ſpecies & colores arcus coeleſtis in proximos parietes ejaculatur. Jactum luminis. non diſſimiliter dixit A. Gellius lib. XII. cap. 6. *Cur fulgente caelo a luminis jactu non ſua ſponte & caput & oculos declinet?* Macrobius lib. I. Saturn. cap. 17. *Plato ſolem* Ἀπόλλωνα *cognominatum* ſcribit, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας, *id eſt, a jactu radiorum.* mox ibidem de ſole, *jacta radiorum nonnumquam peſtiferum virus immitti.* & denuo, *ſagittarum autem nomine non niſi radiorum jactus oſtenditur.* denique, *Radios in terram ſuperne jaci barba demiſſa ſignificat.* Prudentius Paſſione Hippolyti,

Occurrunt caeſis immiſſa foramina tectis,
Quae jaciant claros antra ſuper radios.

Noſter in Culice de ſole,

Dum jacit oceanum flammas in utrumque rapaces.

Jacula radiantia ſolis Fulgentius in Aſtron. & radii ſolis *projecti* apud Plinium. quod Graecis unico verbo dicitur ἀκτινοβολεῖν (hinc ἀκτινοβόλος & ἀκτινοβολία apud eoſdem.) hinc ictus ſolis, de quo ad Naſonem v. Metam. 389. pari modo Statius de Iride x. Theb. 114. *Zonis lucentibus icta Evigilat domus.* vides radios lucentes Iridi adſignari, ut minime mira videri debeat locutio de *jactu pluvio Iridis*, quam ex Catalectis modo proferebam. *Jacere glebam* pro protendere Feſtus Avienus deſcriptione Orbis:

Hic Campanus ager glebam jacit.

Idem ora maritima:

Hic inter undas multum ceſpitem jacit,
Eumque late gens Hibernorum colit.

Jacere ſalutem Noſter in Georgicis IV. 294.

Omnis in hac certam regio jacit arte ſalutem.

Solinus: *mons Athos e Macedonia in forum oppidi Marinae umbram jacit.* Graecanica locutione. Stephanus Byzantius de eodem monte. Βάλλει δὲ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους ἐπὶ σταδίους τριακοσίους. Solinus cap. XXXIII. *Invenit & Iridem in mari rubro, quae radiis icta ſolis, rutilo aëris repercuſſu coeleſtis arcus ex ſeſe jacit ſpeciem.* Tacitus v. Hiſtor. 7. *Uberes campos, magniſque olim urbibus habitatos, fulminum jactu arſiſſe.* Solinus cap. XXXVII. *ſolis gemma per-*

can-

[56] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [57] tam diu manſit donec cuncta L. tamdiu cuncta aris ſupra poſita f. c. R. & V. cujus codicis hinc iterum varietates Heinſius notavit. [58] ſacer ignis abſumeret Dan. Fabr. [59] deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. [60] quem per Dan. [61] quaſi miniſtras Dan. Fabr. quaſi miniſtraſſe V. [62] Virvium V. [63] Metamorphoſeos Steph. Baſil. in XII. Met. Lipſ.

Anchiſae magni, maniſque Acheronte remiſſos.
Nec non & ſocii, quae cuique eſt copia, laeti
Dona ferunt: onerantque aras, mactantque juvencos.
Ordine aëna locant alii, fuſique per herbam
Subjiciunt veribus prunas, & viſcera torrent.
Exſpectata dies aderat, nonamque ſerena
Auroram Phaëthontis equi jam luce vehebant:
Famaque finitimos & clari nomen Aceſtae

Ex-

SERVII.

99. MANESQUE ACHERONTE REMISSOS. Aut venientes de Acheronte ad hanc parentationem: aut certe *remiſſos Acheronte*, qui jam in Acheronte non eſſent poſt Apotheoſin [60] * factam [61] * [*Remiſſos*, ut remitterentur, poſt divinitatis confirmationem.]

100. [62] * [QUAE CUIQUE EST COPIA. Pro ſua quiſque facultate.

101. LAETI DONA FERUNT. Alacres, libenter & ipſi conferunt parentationem.

102. FUSI. Id eſt, ſtrati.]

105. PHAETHONTIS. Solis [63] * ἀπὸ τῦ φαίνειν, vel potius, ἀπὸ τῦ φάεος καὶ αἴθω [64] [Sane de Phaëthonte fabulam in decimo 189. plenius invenies.

106. [64] * FAMAQUE FINITIMOS. Utrum per ſe potius audienda; an & ipſa ad Aceſten referenda; an ſubtiliter ad Aeneam fama; nomen ad Aceſten?

VARIORUM.

candida eſt ad ſpeciem fulgidi ſideris, *rutiloſque ex ſe jacit radios.* Feſtus in *manare*, *jacere ſplendorem*, de ſole. Claudianus de Phoebo in Phoenice 51.

Haec fatus propere, flavis e crinibus unum
Concuſſa cervice jacit.

vid. Giſan. Ind. Lucr. in *tela diei.*
Cicer. Arat.

Contra haedi exiguum jaciunt mortalibus ignem.

& de Sirio:

Totus ab ore micans jacitur mortalibus ignis.

jactare radios idem in Arat. *jacere* & *jactare* umbram Plinius lib. II. cap. 11. bis terve. & cap. LXXIII. ter. HEINS. *Trahens* Dorvil. & mox, *ſtupuit viſus* idem.

91. SERPENS. *Repens* Parrhaſ. ex Gloſſa. *lenia* Sprotianus & Dorvil.

93. LIQUIT. *Linquit* Mediceus cum priore Hamburgico & altero Menteliano. HEINS. *Succedit* & *linquit* prior Hamburgenſis. *ſucceſſit* & *linquit* alter Menagii & Bigotianus. *ſeceſſit* Excerpta noſtra.

95. INCERTUS. *Incertos* Gudianus a manu prima. *geniumve* Dorvil. & alii quatuor. *famulumve* totidem. *famuloſne* Oudartii. de Famulis Deorum vid. ad Valer. Flac. IV. 520. BURM.

96. CAEDIT. Serv. ad IV. Aen. 200. *mactat*. *binas* Mediceus. mox, *totidemque* Montalban. & prior Hamburg.

98. VINAQUE. Hic verſus & tres ſequentes deerant Dorvilliano.

99. MANISQUE. *Manes* alter Hamburgicus. *Anchiſae magnae* Mediceus.

100. QUAE CUIQUE EST. *Eſt* deeſt ſecundo Rottendorphio. *quaecumque eſt* Gudianus a manu prima. & ita Hugenianus.

101. ONERANTQUE. *Onerant aras* Gudianus, alter Mentelius, duo Menagiani, primus & ſecundus Rottendorphii, Hamburgicus alter, cum Montalbanio, Leidenſi & Schefferiano, quod Maronem magis ſapit. HEINS. Et Regius. *araſque onerant* Wall. *auras* Sprotianus.

103. VERUBUS. *Veribus* plerique ſcripti. *primas* Francianus. *prunas verubus* Parrhaſ. *verubus* Ed. Venet. vid. ad I. Aen. 242. & II. Georg. 396.

Ban-

60 * deeſt Dan. 61 * deſunt L. R. Baſil. ſed. V. & Voſ. habent, poſt div. conf. factam, id eſt poſt divin. &c. Steph. 62 * deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 105. 63 * ἀπὸ τῦ φαίνειν, καὶ αἴθω Steph. Baſil. ἀπὸ τῦ φαίνειν tantum L. Voſ. R. V. Dan. 64 deſunt iisdem ad ℣. 109. 64 * deſunt L. Voſ. R. Steph. al. praeterea.

Excierat. Laeto conplerant litora coetu,
Viſuri Aeneadas: pars & certare parati.
Munera principio ante oculos, circoque locantur
In medio: ſacri tripodes, virideſque coronae,
Et palmae, pretium victoribus, armaque, & oſtro
Perfuſae veſtes, argenti aurique talenta:
Et tuba conmiſſos medio canit aggere ludos.

Pri-

SERVII.

107. EXCIERAT. Evocaverat, invitaverat. LAETO COETU. Pro, ipſi laeti.

108. VISURI AENEADAS. Poteſt & abſolute accipi *viſuri Aeneadas*: poteſt & per ſyllepſin ſubaudiri, *certantes*. CERTARE PARATI. Hoc eſt parati ad certandum.]

109. [65] [CIRCO. Hoc eſt, in ſpatioſo ludorum loco.] LOCANTUR. Ponuntur.

110. SACRI TRIPODES. Sic pulchri, ut ſacros putares: vel quales ſacrari ſolent: nec enim ſacrilegus erat, ut [66] ſacra donaret: & ſic dictum eſt, ut III. 466. *Dodoneoſque lebetas*: quales ſunt [67] in Dodona.

111. ET PALMAE PRETIUM VICTORIBUS. Zeugma utriuſque lateris: nam *victoribus pretium*, & ad ſupra dicta, & ad dicenda pertinet.

112. ARGENTI AURIQUE TALENTA. [68] *Talenti*, ſecundum varias gentes, varium pondus eſt; ſed apud Romanos talentum eſt ſexaginta librae, ſicut Plautus oſtendit in [69] Moſtellaria, qui ait, *duo talenta* eſſe *centum* [70] *viginti libras*. [71] [*Talentum* vero *Aegyptium*, pondo octoginta. Varro tradit *talentum* pro bilance; ſicut Homerus Iliad. Θ. 69. *Χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα*. *Talentum* autem minarum LX. Mina, drachmarum C. Drachma, obolorum VI. Obolus aera continet VI. Aes, minuta VI.] Legimus etiam *talentum* eſſe paululum quiddam: nam Homerus in ludis funebribus Patrocli, ultima praemia dicit duo talenta. Quod nos cogit aliquid minimum intelligere: nam ſi primus victor bovem accipit, conſequens [72] non eſt, ut dicamus, ultimum [73] tam magnum accepiſſe praemium: unde apparet *talentum* etiam minimum quiddam ſignificare.

113. ET TUBA COMMISSOS. Romano more: ſicut hodieque videmus omnibus ludis funebribus, ut ſunt divorum: nam ſi ſacri ſint, [74] id eſt, feſti, luſtrantur faculis. Ante [75] etiam ab hymnis incipiebant.

VARIORUM.

Bangius Obſerv. Philol. Tom. I. pag. 97. videtur *verubus* praeferre. BURM.

107. EXCIERAT. *Excierant* Ald.

Ibid. CONPLERANT. *Complerunt* duo Menagiani, & alter Hamburgicus. *complebant* primus Moreti & Venetus, nec aliter in optimo Mediceo. HEINS. *Lato* ſecundus Rottendorphius a manu prima. *Laetoque implerant litora curſu* Sprotii. in *viſuri*, repetit *certantes* cum Servio Arntz. ad Plin. Paneg. 78. *pars* autem ſemel tantum ponitur, etſi bis intelligi debeat, pars viſuri, pars parati certare. vide Gronov. ad Liv. XLIV. 6. & idem recte apud Valer. Max. II. V. 3. obſervavit doctiſſimus Torrenius. *Aeneades* Wall. a m. pr. BURM.

110. IN MEDIO. Hinc Terent. Phorm. Prolog.

pal-

65 deſunt Dan. *hoc eſt, in*, deſunt L. Voſ. R. Steph. al. in Lipſ. & deerat *Locantur*, ponuntur. ſed priorem notam habebat, poſtrema deerat. mox, vel quales ſacrari ſolent. 66 ſacro V. 67 deeſt L. 68 Talentum Steph. al. mox eſt LXX. librae Lipſ. 69 Muſtelaria L. Voſ. R. V. Moſtellaria Steph. Dan. eſt in Act. III. I. 502. vide Gronov. de Pecun. Vet. III. 3. 70 quadraginta L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. Dan. al. *Viginti* repoſitum eſt ex nota Servii ad lib. IX. 265. 71 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. Homerus etiam Il. X. 209. ad quae Macedonius in Epigrammate ſuo lib. II. Anthol. cap. 40. pag. 240. reſpicit, ubi Poetis non turpe eſſe, aurum & argentum accipere pro carminibus, oſtendit. BURM. 72 non tam magnum V. 73 tamen agnum R. 74 id eſt feſtivi L. id eſt votivi Baſil. illuſtrantur idem & Steph. 75 etiam hymnis incipiebant Baſil. adjecit Dan. *commiſſos canit* * ... *.

Prima pares ineunt gravibus certamina remis
Quatuor, ex omni delectae claſſe, carinae.
Velocem Mneſtheus agit acri remige priſtin,
Mox Italus Mneſtheus, genus a quo nomine MemmI,
Ingentemque Gyas ingenti mole Chimaeram,

Ur-

SERVII.

114. PRIMA CERTAMINA. Punico bello primo [76] naumachiam ad exercitium inſtituere [77] Romani: poſtquam probarunt exteras gentes etiam navali certamine plurimum poſſe: ad quam rem in hoc certamine [78] alludit poëta. PARES. Aut pariter, aut diverſis comparabiles rebus, ut ſequentia indicant inf. 153. *Melior remis, ſed* [79] *pondere pinus* [80] [*Tarda tenet.* Aut *pares* ordine remorum, quamvis [81] Gyae tantummodo triremem dicit:] aut *pares*, ita, ut ante certamen videbantur. GRAVIBUS REMIS. Fortibus, ut XII. 458. *Ferit enſe gravem Tymbraeus Oſyrin*: nam graves inferunt tarditatem.

116. REMIGE. Erit nominativus [82] *remex.* Serenus: *Semiremex* [83] *Herculis.* PRISTIN. Vel a tutela depicta: vel ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, [84] id eſt, a ſecandis fluctibus.

117. MOX ITALUS. Subaudis futurus. Ipſe enim familiam Memmiorum conſtituit. Et bene laudat familias nobilium: nam a Sergeſto Sergia familia fuit: a Cloantho [85] Cluentia: a Gya [86] Gygania, cujus nunc facit mentionem. Nobiles autem familias a Trojanis fuiſſe Juvenalis oſtendit, ut I. Sat. 99. *Jubet a praecone vocari Ipſos Trojugenas.* A QUO NOMINE. Scilicet Mneſthei: & Mneſtheus ſic eſt [87] ut Tydeus Tydei: nam diphthongus Graeca eſt. [88] [MEMMI. Pro Memmiorum, genitivus ſingularis pro plurali: vel a quo nomine genus Italorum eſt, *Memmii*: ut non ſit genitivus ſingularis, ſed nominativus pluralis.]

118. INGENTI MOLE. Motu, ut III. 656. *Magna ſe mole moventem.* [89] [CHIMAERAM. Fabula, ex qua hoc nomen tranſlatum eſt, talis eſt: Bellerofontes, admiſſa per ignorantiam caede, profugit ad Proetum, Argivorum regem: a quo cum eſſet ſuſceptus hoſpitio, a Stheneboea uxore ejus adamatus de ſtupro interpellatus eſt: qui cum frequentius hoc ſe indicaturum Proeto minaretur, praeoccupatus a Stheneboea ipſe apud Proetum accuſatus eſt, tanquam reginae caſtitatem adpetiſſet: quem cum Proetus ad [90] Iobatem, Lyciae regem, ſocerum ſuum, cum litteris ſignatis, quibus praecipiebat ut puniretur, miſiſſet, Iobates Bellerofontem adverſus Tympios, ſive Solimos, gentem ferociſſimam [91] miſit, quos cum ille ſuperaſſet, revertens [92] in inſidias, quas ſibi Iobates ſtruxerat, incidit: quibus [93] etiam proſtratis, noviſſime miſſus adverſus Chimaeram, triplex monſtrum; ſiquidem prima pars leo erat, poſterior draco, in medio caput caprae, quod ignes efflabat. Hanc ille vectus Pegaſo equo, qui volabat, occidit. Miratus hanc conſtantiam Iobates filiam ſuam ei cum parte regni in matrimonium dedit.]

VARIORUM.

palma in medio omnibus ſita. vid. ad Lucan. VII. 348.

111. PALMAE, PRETIUM. *Pretium palmae* Parrhaſ. Harduinus *pretium* inſulſe pro *praemio* dici jactat. quum centies ita occurrat, ut viri docti oſtenderunt. vid. ad Ovid. VI. Epiſt. 146.

112. TALENTA. *Talentum* Mediceus & Gudianus,

76 Naumachia V. 77 Romani coeperunt L. Voſ. Steph. al. ad exercitum Dan. etiam. 78 plurimum al. L. V. R. Voſ. Steph. al. Poëtam R. 79 *pondera* V. 80 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. ſed in Baſil. deſunt ad *gravibus* 81 Grex Dan. *rex* Fabr. mox, ut pares V. 82 *remix* R. Dan. Fabr. 83 *Hercule* L. Voſ. R. Steph. 84 id eſt undas incidere, a ſecatione fluctuum Dan. 85 Cloentia L. Cloenthia Dan. 86 vel *cujus* ad Gyan debet referri, vel legendum, *cujus non f. m.* ut erat in Lipſ. & V. qui & *Gegania*, ut ſcribendum. vid. Glandorp. Onomaſt. in gente *Gegania* p. 380. 87 ut diphthongus, reliquis omiſſis V. ut *Tydeus*; nam Lipſ. L. Voſ. R. Steph. Dan. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. in Daniele erat in medio mutilus locus, hoc modo, genus Ital.... Memmi * a quo nomine genus Memmii * genitivus ſingularis, nominativus pluralis. ex Fabricio ſupplevit Maſvicius. Ger. Voſſ. legebat, a quo nomine genus Italicum Memmii, genitivus ſingularis &c. 89 deſunt L. Voſ. R. V. Steph al. 90 Juvatem Dan. & ita in ſeqq. 91 nimis Dan. 92 deeſt praepoſitio Dan. vid. ad IV. Aen. 424. 93 deeſt Dan.

Urbis opus: triplici pubes quam Dardana verſu
Inpellunt, terno conſurgunt ordine remi.
Sergeſtuſque, domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magna; Scyllaque Cloanthus

Cae-

SERVII.

119. URBIS OPUS. [94] Ita magna, ut urbem putares. TRIPLICI VERSU. Omnes enim Triremes fuerunt. *Verſu* autem, aut ordine, ut IV. Georg. 144. *Ille etiam ſeras in verſum diſtulit ulmos.* Aut verſu, tractu, a verrendo, ut VIII. 674. *Aequora verrebant caudis, aeſtumque ſecabant.* Sane unus eſt ſenſus: [95] [& eſt Graecum, nam illi ςίχον dicunt.]

120. PUBES IMPELLUNT. Figura eſt, ut I. 212. *Pars in fruſta ſecant.* Et ſciendum, inter Barbariſmum & [96] Lexin, hoc eſt, Latinam & perfectam [97] elocutionem, Metaplaſmum eſſe, qui in uno ſermone fit ratione vitioſus. Item inter Soloeciſmum & Schema, id eſt, perfectam ſermonum connexionem, figura eſt, quae fit [98] contextu ſermonum, ratione vitioſa. Ergo Metaplaſmus & Figura media ſunt, & diſcernuntur peritia & imperitia. Fiunt autem ad ornatum.

121. DOMUS SERGIA. Familia, ut III. 85. *Da propriam Thymbraee domum.* Et inde eſt Sergius Catilina. [99] [TENET. Ultra tenet, vel ſervat.]

122. CENTAURO MAGNA. Foeminini eſt generis, ſi de navi dicas, ut [1] Terentius [Eun. prol. 32.] *In Eunuchum ſuam;* [2] cum comoediam diceret. Juvenalis contra ſenſit, dicens I. Sat. 6. *Et in tergo necdum finitus Oreſtes.* Sed ſciendum, genera plerumque confundi, [3] aut metrica ratione, aut hiatus cauſa. Sic Horatius II. Od. 16. *Nec cupido ſordidus aufert:* cum [4] ſignificantes cupiditatem foeminino genere dicamus. Ipſe etiam Virgilius ait III. Georg 539. *Timidi damae, cervique fugaces:* [5] cum ipſe ſecundum fidem dixerit VIII. Ecl. 28. *Cum canibus timidae venient ad pocula damae.* [6] [Et Horatius I. Od. 2. *Et ſuperjecto pavidae natarunt aequore damae.*]

VARIORUM.

dianis, quod impenſe placet, ut ambiguitas omnis vitetur: id & alii nonnulli codices confirmant, quos inter Sprotianus & Montalbanius: non enim plura erant talenta, ſed auri unum, unum itidem argenti. infr. ỿ. 248. *Argenti magnum dat ferre talentum.* deinde *ut tuba* Rottendorphius ſecundus. HEINS.

114. PRIMA PARES. *Primaque pars* Montalbanius. *paris* Gudianus a m. pr.

116. PISTRIN. *Priſtim* Nonius agnoſcit, & lib. X. 211. *in priſtim deſinit alvus.* recte. nam Maroni ſollemnis enuntiatio Latina in nominibus Graecis. *Priſtim* etiam Mentelianus uterque, cum aliis compluribus. *priſtin* Mediceus, Gudianus & alii. ſic & infra ỿ. 154. *priſtis.* HEINS. *Priſtim* Francianus. *piſtrin* Regius, Parrhaſ. & Dorvil. *Piſtrim* Edd. pr. & Mediol. de hac voce jam ſatiſque ſuperque a viris doctis actum.

117. MEMMI. *Memi* Mentelii prior. *Memmii* Leidenſis. *Memmum* Zulichemius, unde Heinſius legebat, *Memmium.* pro *Memmiorum. a quo ſanguine* Parrhaſ. *Meneſteus* etiam Dorvil.

118. GYAS. *Gias* Gudianus & Dorvil.

119. TRIPLICI VERSU. Non de ordine remorum, ſed de triplici actu, ἐλασίᾳ, explicat Salmaſ. Obſerv. ad Jus Att. p. 687. & 782. & a *verro,* non *verto,* deducit. ſequens verſus agit de *ordine remorum.* vid. ad Silii lib. VII. 657. & ita tunc deberent *verſa freta,* mox ỿ. 141. ſumi a *verro;* ſed *verti* mare a remigantibus centies dicitur aeque, ac *verri.* quare arbitrium eſto lectori: vid. ad I. Aen. 59. Servius ibi tamen a *verto* maluit deduci, quia ſequitur, *totumque dehiſcit Aequor.* vid. & ad III. 668. ſi Salmaſium ſequimur, cadet calumnia Harduini: & de his inter Schefferum & Meibomium commutata ſcripta legi poſſunt. BURM.

Ibid. QUAM. *Quem* Menagii prior. *impellit* etiam Leidenſis, primus Moreti & a manu ſecunda primus Rottendorphius. *quam pubes* Venetus

im-

94 tam Dan. Fabr. al. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 96 lexinde R. 97 locutionem V. L. R. 98 contextus V. L. R. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 1 deeſt L. V. R. Steph. Dan. al. 2 deeſt V. 3. aut metri, aut Dan. 4 ſignificanter V. 5 item, *c. c. timidi v. a. p. d.* & Horatius ſecundum fidem dixerit. *Et* Voſ. Steph. al. 6 deſunt R. Baſ. at Horatius Dan. dixerit, *Et ſ. p. n. aequore damae, aeroque ſequenti cum* &c. L. omiſſis mediis.

Caerulea: genus unde tibi, Romane Cluenti.
 Eſt procul in pelago ſaxum ſpumantia contra
Litora, quod tumidis ſubmerſum tunditur olim
Fluctibus, hiberni condunt ubi ſidera cori:
Tranquillo ſilet, inmotaque adtollitur unda
Campus, & apricis ſtatio gratiſſima mergis.
Hîc viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Conſtituit, ſignum nautis, pater: unde reverti
Scirent, & longos ubi circumflectere curſus.

Tum

SERVII.

123. CAERULEA. Aut nigra, aut [7] alta carina: omne enim altum, nigrum eſt. VI. 238. *Scrupea tuta lacu nigro, nemorumque tenebris.* CLUENTI. Ad ipſum [8] Apoſtrophe eſt.

124. EST PROCUL. [9] Modo haud nimis longe, ut & ſupra III. 13. diximus. Sic in Bucolicis de nimia vicinitate [10] ait VI. Ecl. 16. *Serta procul tantum capiti* [11] *delapſa jacebant.* [12] Interdum & ſatis longe ſignificat.

125. OLIM. Tunc fere, cum cori nubibus abſcondunt & obruunt ſydera.

127. TRANQUILLO. Melius ſeptimus [13] caſus eſt, quam dativus.

128. CAMPUS. Saxi latitudo. APRICIS. Sole gaudentibus. Sane *apricus* & locus dicitur ſole calens; quod eſt opaco & abdito contrarium: & [13] * *apricos* homines dicimus, locis apricis gaudentes. Virgilius IX. Ecl. 49. *Duceret apricis in collibus uva colorem* Perſius V. Sat. 78. *Noſtra ut Floralia poſſint Aprici meminiſſe ſenes. Apricum* autem quaſi [14] ἄνευ φρίκης, ſine frigore: [15] [inde & Aphrica, quod eſt calidior.] MERGIS. [16] Eſacus Priami filius fuit: hic ſe praecipitavit [17] de muro, nec periit: & cum hoc ſaepius faceret, deorum miſeratione in avem [18] converſus eſt: [19] quae ad imitationem [20] praecipitandi quaſi idem facit, [21] [ſaepe mergendo.]

129. [22] [FRONDENTI EX ILICE. Haec enim arbor in tutela Jovis eſt: & *frondenti*, pro *frondente*, dativus pro ablativo.]

131. CIRCUMFLECTERE. Bene uno ſermone & profectionem complexus eſt, & reverſionem.

VARIORUM.

impulit Serv. Fuldenſis ad I. Aen. 181. ſed alii Mſſ. *impellunt*. BURM.

122. MAGNA. *Magno* eſt apud Nonium. in *invehere*, ſed aliter ſcripti. HEINS. *Vehitur* alter Hamburgicus & Venetus. vulgata exſtat apud Donatum ad Terent. Eun. Prol. 32.

123. CLUENTI. *Chloanthi* ſecundus Moreti. *Choanti*, *Cloenti*, *Cloante*, *Cloonti* alii. *Cloanthi* Ed. Venet.

124. EST PROCUL. *Et procul* Venetus. *aſt* Wallian.

125. TUNDITUR. *Tonditur* Zulichemius, Dorvill. & Wittian. *conditur* Venetus. ſed id verbum ſequitur. *condunt ubi nubila Cori* Bigotianus.

131. UBI. *Ibi* alter Hamburgicus.

132. TUM

7 altae carinae V. 8 Apoſtropha L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 9 modo nimis longe Dan. modo deeſt L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. modo non n. Fabr. aut non nimis Baſil. 10 ut V. 11 *dilapſa* V. R. 12 & dicitur a *porro*, id eſt longe ab oculo, ex Graeco & Latino compoſitum Baſ. ſeq. vero *interdum* &c. transfert ad ſeq. notam poſt *ſidera*, ubi, *abjiciunt ſidera* Lipſ. 13 deeſt V. L. Voſ. Steph. Dan. caſus quam d. R. 13 * & apricos ſenes dicimus Lipſ. 14 aperrices R. ἄνευ ψύχους Steph. al. 15 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 16 Eſerius L. Eſerus Voſ. R. Eleris V. 17 e muro L. Voſ. R. Steph. a muro Baſ. deeſt praepoſitio V. 18 verſus L. Voſ. R. Dan. Fabr. 19 quae imitatione V. ad im. idem facit Baſil. 20 deeſt L. Voſ. R. V. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Tum loca ſorte legunt, ipſique in puppibus auro
Ductores longe effulgent oſtroque decori.
Cetera populea velatur fronde juventus,
Nudatoſque humeros oleo perfuſa niteſcit,
Conſidunt tranſtris, intentaque brachia remis:
Intenti exſpectant ſignum, exſultantiaque haurit
Corda pavor pulſans, laudumque adrecta cupido.
Inde, ubi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes

(Haud

SERVII.

132. [23] [Legunt. Eligunt.]

133. Ductores. Domini navium, non gubernatores.

134. Populea velatur fronde juventus. Hebe, [24] Graece Ἥβη, eſt Juventas, [25] [filia Junonis,] uxor Herculis. Nunc ergo aut propter hoc juventus utitur populeis coronis: aut [26] ad imitationem virtutis. *Populus* enim Herculi conſecrata eſt, ut VII. Ecl. 61. *Populus Alcidae gratiſſima.* [27] [Aut *populea:* quia ludi funebres ſunt, & haec arbor ab Hercule ab Inferis allata eſt, cum canem Cerberum extraheret: nam & ipſa arbor *Acheruſia* vocatur.]

135. Nudatos. Bene *nudatos:* quia [28] veſte tecti eſſe conſueverunt: nam *nudum* [29] eſt, quod nunquam tegi ſolet, ut facies. [30] [Oleo perfusa. Oleo perfuſos habens.]

136. Transtris. Et *tranſtra* dicuntur, & *juga*, ut in ſexto 411. *Inde alias animas, quae per juga longa ſedebant.* Intenta. [31] [Porrecta: & bene] eodem ſermone in diverſis uſus eſt [32] rebus: aliter enim brachia, aliter intendimus mentem.

137. Exultantiaque haurit Corda pavor pulsans. Hypallage, omni parte pulſans pavor corda haurit, id eſt, [33] ferit, & exultare facit, ut X. 314. *Latus haurit apertum.*

138. Laudumque. Ne eſſet turpe, quod ait *pavor.* Sane iſtae ſunt bellorum proluſiones: unde etiam ad tubam geruntur. Sed ſciendum majoris aetatis funera ad tubam ſolere [34] proferri. Perſius III. Sat. 103. *Hinc tuba candelae.* Minoris vero ad tibias, ut Statius de Archemoro [35] VI. Theb. 121. *Tibia enim teneros ſolitum deducere manes.*

139. Finibus omnes. Secundum naturam ante generali uſus eſt deſcriptione, venturus ad ſpecialitatem.

VARIORUM.

132. Tum loca. *Cum loca* primus Moretanus. HEINS.

133. Effulgent. *Fulgent* Leidenſis. quae Servius notat de differentia dominorum navium & gubernatorum, vera ſunt de navibus bellicis, quibus praeerat, ut dominus, Heros in fabulis, & poſterioribus temporibus dux aut ductor; ita in Aeneae navi Palinurus, in Iaſonis Tiphys, & hic Gyae Menoetes rector navis erat. & ita porro. in onerariis itidem dominus erat, qui navem poſſidebat & merces, qui aliquando una navigabat, aliquando gubernatori ſoli committebat. de quo vide ad Petron. cap. CI. & Lucan. V. 514. & ita in Gloſſis, *Dominus* Ἐξερκίτωρ eſt Ναύκληρος, qui & *magiſter.* vide notas Cl. Schultingii. & apud Livium XXIX. 25. & XLV. 42. aperte magiſtri a gubernatoribus diſtinguuntur. & in Actis Apoſt. XXVII. 11. Ναύκληρος & Κυβερνήτης. ſed ſaepe etiam gubernatores & magiſtri confunduntur. vid. ad Sil. IV. 719. immo Statius X. Theb. 180. dominum poſuit pro gubernatore. *Neque accedit domino tutela minori.* BURM.

136. Con-

23 deſunt iiſdem. 24 deeſt V. L. R. Hebe, id eſt, ἥβη, eſt juventus Baſil. Hebe, eſt juventus uxor Lipſ. 25 deſunt L. Voſ. R. V Steph. al. 26 imitatione Dan. Fabr. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 28 quia tecti eſſe conſuerunt L. Voſ. R. *veſte* etiam carent V. Lipſ. Steph. al. 29 eſt numquam tectum ut f. L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. al. 30 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 31 deſunt iiſdem. 32 verbis L. 33 ferit *ut Latus h. a.* & exultare facit. Baſil. 34 proferri L. Voſ. R. V. Steph. Fabr. al. perfert Dan. Comm. *efferri* unde habeat Maſv. neſcio. 35 in Statio hodie legitur. *Tibia, cui teneros ſuetum producere manes.* in L. Voſ. R. V. erat tantum, *teneros ſ. d. manes.*

(Haud mora) proſiluere ſuis: ferit aethera clamor
Nauticus: adductis ſpumant freta verſa lacertis.
Infindunt pariter ſulcos, totumque dehiſcit
Convolſum remis roſtriſque tridentibus aequor.
Non tam praecipites bijugo certamine campum

Con-

SERVII.

144. PRAECIPITES. Feſtinantes, ut IV. 573. *Praecipites vigilate:* [16] [& eſt hyperbole. Alias *praecipites*, temerarii & inconſulti. BIJUGO. Pro, bigarum: nove dixit. Sane] & hoc celeritatis eſt: plures enim ſe impediunt.

VARIORUM.

136. CONSIDUNT TRANSTRIS. *Conſidunt* omnes ſcripti praeter ſolum Hamburgenſem alterum, cui perperam obrepſit, *conſiſtunt*. praeterea tollenda diſtinctio poſt *brachia*. HEINS. Vide ad lib. III. 289. reliquam partem verſus, quia crucem fixit interpretibus, a quodam Bolhornio adjunctam, recidi pro imperio jubet Heumannus Poecil. T. III. lib. IV. pag. 542. certe nihil facilius tali medicina; quaſi licitum eſſet tam crudeliter contra omnes codices & veteres interpretes graſſari, in antiqui aevi monumenta. Vexarunt hunc locum Carrio libr. I. Emend. cap. 10. quem ſequitur Cerda, ſed refutat Caſtalio Decad. II. Obſerv. 7. qui videri poſſunt. ut olim Heinſius ediderat, *conſidunt tranſtris, intentaque brachia: remis intenti exſpectant ſignum*, poterat ſatis defendi, ſi *ſunt* ſubaudias; conſidunt, & brachia ſunt intenta. ſed tamen malim, *intenta remis brachia* jungere. ſtatim enim ac conſidere, admovent brachia remis, ut parati ſint ad ſignum datum. *intenta* autem notat primo loco admota, injecta, ut, *intenduntur manus Diis*, apud Senec. I. de Clement. 25. ubi neſcio an melius ſit, *intentantur*, quod ex uno codice malebat Gronovius. & licet ita legatur, cognati verbi eſt eadem vis, niſi quod majorem impetum notet, & fere in malam partem ſumatur. inf. h. l. 829. etiam occurrit, *intendi brachia velis*, quod de antennis explicant, quum nihil impediat, quin etiam capiatur de nautis, qui velis ſolvendis & deducendis manus admovent. in aliis Codd. & ibi legitur, *intendi brachia remis*. quare hic tria aſyndeta jungit, ut ſaepe, Maro. primo conſidunt tranſtris, deinde confeſtim intenta ſunt brachia remis, tandem eo in ſtatu intenti, id eſt oculis & mente in Aeneam fixis, exſpectant ſignum. *intextaque*, & emendatum *extentaque*, erat in Leid. uno. quod ultimum eſt ex interpretatione, ut ex Nonio & Servio patet, quorum ille *extenſa*, hic *porrecta* explicat. deinde in Excerptis noſtris erat, *attenti exſpectant*. & hoc gloſſatoris: nam *intenti ora tenebant* ſimiliter lib. II. I. & proprie dicitur de militibus, nautis &c. qui ad ſignum dandum intenti ſunt. vid. ad Suet. Caeſ. LXV. & Waſſ. ad Salluſt. Catil. XXVIII. nec offendat vox geminata. ſic ſupr. 118. *Ingentemque Gyas ingenti mole Chimaeram*. Ovid. III. Met. 60. *magnum magno conamine*. & ſaepe alii. *exſpectent* Menagii alter. Harduinus *intenta* brachia ſoloecum audaciſſimum vocat, quum quid ſoloecum ſit ignorare jam viderimus. quin *intenta* niſu & conatu quaſi turgentia, ut Plinius ipſe *intendere cutem*, *oculos* &c. dixit. BURM.

137. EXSULTANTIAQUE HAURIT. Serv. hic & ad III. Georg. 105. *haurit* explicat *ferit*. ſed plus notat, & ad profundos cordis receſſus & anhelitus pertinet. vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 854. Nonius explicat *defatigat*. BURM.

138. ARRECTA. *Erecta* Hugenianus. ut ſolent haec verba confundi. vid. Cl. Drak. ad Liv. VIII. XXXVII. §. 2. & ad Sil. VII. 686. ſupra IV. 280. *arrepta* Leidenſis unus, Menagii primus, alter Hamburgicus, ſecundus Rottendorphius, Oudartii & Francianus. BURM.

139. INDE. *Unde* primus Moretanus.

141. ADDUCTIS. *Abductis* Leidenſis, Venetus & Francianus. *adjunctis* Oudartii. vid. ad Ovid. VIII. Met. 28. de *verſis fretis* diximus modo ad ℣. 119. BURM.

142. DEHISCIT. *Dehiſcunt* Venetus. *infundunt*

etiam

36 deſunt L. Voſ. R. Steph. in Baſ¹. *viri* alias, *praecipites*, temerarii, & inconſulti. deinde *&* *hoc* &c. ſed in Dan. deerant, *ali. s* &c.

Conripuere, ruuntque effuſi carcere currus:
Nec ſic inmiſſis aurigae undantia lora
Concuſſere jugis, pronique in verbera pendent.
Tum plauſu fremituque virûm, ſtudiiſque faventum
Conſonat omne nemus: vocemque incluſa volutant
Litora: pulſati colles clamore reſultant.

Ef-

SERVII.

145. CARCERE. Uſurpavit: nam *carcer*, eſt numero tantum ſingulari, cuſtodia noxiorum; *carceres* [37] vero, numero tantum plurali, oſtia [38] [& repagula,] quibus equi arcentur: unde & *carceres*, quaſi *arceres*, ſecundum Varronem.

147. JUGIS. [39] Pro equis jugalibus. UNDANTIA. Large effuſa.

149. CONSONAT. Ideo *conſonat*, propter echo: [40] noſtrae enim vocis eſt aemula: unde & [41] RESULTANT, ait.

VARIORUM.

etiam Mediceus, Menagii prior, ſecundus Hamburgicus, Dorvill. Wall. & Wittian. *ſulcos pariter* prior Hamb.

143. ROSTRISQUE STRIDENTIBUS. *Roſtris ſtridentibus* apud Priſcianum legitur libr. I. de ordine literarum, qui error multos codices etiam veterrimos inſedit, tam hoc loco, quam lib. VIII. 690. ſed nihil certius eſt, quam Maronem, *roſtriſque tridentibus* nobis reliquiſſe. quomodo manifeſte Rottendorphius ſecundus. in Sprotiano pro diverſa lectione, *roſtriſque rudentibus*. quod & Pierius invenerat in nonnullis ſuorum. Unde ſuborta mihi aliquando ſuſpicio, pro *rudentem proram* lib. III. 561. Maronem reliquiſſe, *tridentem proram*, ut ad roſtrum prorae adfixum referatur. *Roſtriſque ſtridentibus* plurimi veterum, veram ſcripturam proxime. apud Valer. Flac. lib. I. 688. de roſtro,

Infinditque ſolum, & ſpumas vomit aere tridenti.

hinc & *triſidum roſtrum* Silius lib. VI. 358. Arnobius contra Gentes lib. III. *Stygii Jovis frater, Olympii germanus, tridenti armatus ferro.* Priſcianus monet apud alios, *tridentem haſtam*, & *telum tridens* legi. Catoni de R. R. cap. X. *raſtri quadridentes*. HEINS. Vid. & Schotti II. Obſ. 2. *roſtris ſtridentibus* Parrh. a m. pr. alter Menagianus Venetus, & Ed. Venet. vide ad Val. Flac. I. 688. in Palatinis membranis etiam, *roſtriſque tridentibus* reperiſſe Meliſſum teſtatur Gruterus. & Harduinus reprehendit: quia, ſi tridentia fuerint roſtra, illorum uſus non fuit, ut mare convulſum dehiſceret, aut ſaltem hoc imae parti roſtri debere adſcribi, non ſuperiori, quae extra aquam exſtabat. ſed in praefatione ad Lucanum hanc calumniam diſcuſſimus. BURM.

145. CARCERE. *A carcere* Bigotianus. ſed deeſt praepoſitio lib. III Georg. 104. & Macrob. V. Saturn. II. mox, *non ſic* Edd. priſcae.

147. JUGIS. Heinſius in ora codicis conjecerat, *jubis*. ſed *juga* pro equis poni obvium. vid. ad Phaedr. IV. 6. & *equi inmitti* centies dicuntur. ut XII. Aen. 333. *proni in* Francian. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 283. haec aliis exemplis illuſtravit. ſed quod viri docti apud Stat. V. Sil. II. 115. pro *tendentem curſus*, ex editione una aut altera, *pendentem curſus*, vel *in curſus*, praeferant, non probo: nam loca quae adducunt, de auriga agunt, qui *pendet in verbera*, non in curſus. hic de juvene ſe exercente equo agitur, qui agitabat & incitabat equum, calce, vultu, dextra, minis. *nudo* non mutem, id eſt ſine calcaribus, ut videntur in his exercitationibus fuiſſe tirones. *in verbere* Wallian. BURM.

148. TUM PLAUSU. *Cum plauſu* denuo Moretanus primus. HEINS. *Gemituque* Hugenianus. *plauſus* alter Mentelianus.

149. INCLUSA. Eraſa erat vox in Excerptis noſtris, & ad marginem ſcriptum, *per ampla*, deſumptum ex lib. I. Aen. 725. *incluſa*, ſc. collibus in Theatri modum. Harduinus audaciſſimam eſſe

[37] vero tantum pluraliter L. Voſ. R. Baſil. tantum pluraliter Steph. [38] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. al. [39] jugalibus: *undantia* autem l. e. L. R. V. Lipſ. Baſil. aliis omiſſis. [40] nam ἠχῶ Graece reſono. Echo vero noſtrae &c. Baſil. & Fab. qui, Echo enim. [41] *reſiſtant* V.

Digitized by Google

Effugit ante alios, primiſque elabitur undis
Turbam inter fremitumque Gyas: quem deinde Cloanthus
Conſequitur, melior remis: ſed pondere pinus
Tarda tenet. Poſt hos aequo diſcrimine Priſtis,
Centauruſque locum tendunt ſuperare priorem.
Et nunc Priſtis habet, nunc victam praeterit ingens
Centaurus: nunc una ambae junctiſque feruntur
Frontibus, & longa ſulcant vada ſalſa carina.
Jamque propinquabant ſcopulo, metamque tenebant,
Quum princeps medioque Gyas in gurgite victor
Rectorem navis conpellat voce Menoeten:
Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige greſſum.

Litus

SERVII.

151. ELABITUR. Praecurrit celeriter, ut XI. 588. *Labere nympha polo.*

152. TURBAM INTER. [42] [Tumultum, hoc eſt,] in ipſo principio.

154. DISCRIMINE. [43] Vel interſtitio, vel certamine, vel curſu. Et bene variat, nunc naves, nunc ductores commemorans.

155. PRIOREM. Inter ſe, hoc eſt, tertium.

159. METAMQUE TENEBANT. Nauticum verbum.

160. PRINCEPS. Modò ordinis eſt.

162. QUO TANTUM MIHI. Vacat *mihi*, ut ſolet plerumque.

VARIORUM.

eſſe caſuum commutationem ait, pro incluſam vocem volutant litora ſed hoc ineptiſſimum foret: nam vox non includitur per totum aëra diſperſa, ſed in valle repercuſſa a collibus volutatur, & ſaepe repetitur, ut in alia re dicit Lucanus IX. 927. *carmina volvere lingua Murmure continuo.* litora autem poni non de loco proprio, quod mare adluit, ſed & de agris proximis litori, apparet ex lib. IV. 212. & aliis locis. BURM.

151. ALIOS. *Alias* alter Menagii. *illabitur* Wall.

Ibid. PRIMUSQUE. *Primiſque* Mediceus, & reliqui noſtri cum Pierianis, exceptis primo Moretano, aliiſque duobus aut tribus minoris rei. recte. ſic & alibi Maro. HEINS. Ita Ed. Mediol. *primuſque* Dorvill. *elabitur undas* Gudianus a manu prima.

152. FREMITUMQUE. *Strepitumque* Dorvil. *gemitumque* Zulich.

153. CONSEQUITUR. *Inſequitur* Parrhaſ.

154. TARDA TENET. Poſt *τὸ tarda* diſtinguit primus Moretanus, ut ſit, *tenet poſt hos aequo diſcrimine Priſtris. ſub pondere* etiam Scholiaſtes Statii lib. VI. Theb. 437. HEINS. Vid. ſupr. ℣. 5. *tardo diſcrimine* Menagianus prior.

156. ABIT. *Habet* etiam potiores noſtri cum Pierianis. ſupple, *priorem locum*, quod praeceſſerat. nec aliter Scholiaſtes Statii Theb. VI. 508. *Abit* tamen Venetus, uti primus & ſecundus Moreti, Schefferius, & ſecundus tertiuſque Rottendorphii, etiam primus a manu ſecunda. HEINS. *Abit* Francianus a manu prima, *abet* a ſecunda. idem etiam, *vinctam. piſtris* ſemper Regius, Parrhaſ. & Ed. Venet. *habet metam, nunc praeterit* Wall. ſed nondum eo pervenerant: ſed habent alternis locum priorem. BURM.

158. LONGAE CARINAE. *Longa carina* plures & meliores. *longo carinae* Montalbanius, Dorvil. & Editio Juntina. Erythr. in indice, in *ſulcant* profert, *ſulcent maria alta carina.* confunditur locus hic

42 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 43 interſtitio, & bene, iidem: niſi quod Baſil. & ſine.

Litus ama, & laevas ſtringat ſine palmula cautes;
Altum alii teneant. Dixit. Sed caeca Menoetes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.
Quo diverſus abis? iterum: pete ſaxa, Menoete,
Cum clamore Gyas revocabat: & ecce Cloanthum
Reſpicit inſtantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter navemque Gyae ſcopuloſque ſonantis
Radit iter laevum interior, ſubitoque priorem
Praeterit, & metis tenet aequora tuta relictis.
Tum vero exarſit juveni dolor oſſibus ingens;
Nec lacrimis caruere genae. Segnemque Menoetem,

Obli-

SERVII.

163. LITTUS AMA. *Littus*, eſt omne quod aqua alluitur: unde & ſaxum *littus* vocavit. STRINGAT. Radat: ac ſi diceret: [44] hoc volo, quod times. PALMULA. Extrema pars remi, in modum palmae protenta.

166. ITERUM. Hoc verbum & a poëta poteſt dici, ut: *Iterum revocabat:* & a Gya, ut: *Quo abis iterum:* non, *iterum pete.*

169. INTER NAVEMQUE. QUE vacat.

172. EXARSIT JUVENI. Cauſa pendet ex cauſa. Horatius III. Od. 14. *Non ego hoc ferrem calidus juventa, Conſule Planco.*

173. NEC LACHRYMIS CARUERE GENAE. Nimis iraſcentum eſt. Cicero de Verre IV. 18. *Cum iraſceretur, lacrimas* [45] *interdum vix tenere.*

VARIORUM.

hic cum alio lib. X. 197. BURM.

159. METAMQUE. *Metaſque* ſecundus Rottendorphius. ſed ỳ. 129. *metam* unam eſſe conſtitutam docet. mox tamen iterum ỳ. 171. *metis. propinquabat* Mediceus a manu prima. BURM.

162. TANTUM MIHI DEXTER. *Dexter mihi tantus abis?* Venetus.

Ibid. DIRIGE CURSUM. *Greſſum* Mediceus a manu prima, quod Pierii quoque vetuſtiores agnoſcunt, & ex noſtris Montalbanius, tertius Moreti, Voſſianus prior, Schefferius: etiam pro diverſa lectione tertius Rottendorphii. Pierius tamen putat *greſſum* navibus non poſſe dari: non meminerat vir doctiſſimus horum, quae ea de re diſputat A. Gellius lib. X. cap. 26. Audi Nonium, qui locus foede eſt mutilatus, ſed ex Gellio utcumque in integrum reſtitui poteſt, quem ſolers compilavit. *Transgreſſus a pedum gradu proprie dicitur, ſed auctoritas vetuſtatis liberiorem loquendi uſum dedit, ut Salluſtius Hiſtoriarum libro primo, & de his qui navigaſſent, & de ipſis navibus eo verbo uti voluit, in quibus gradus non ſit deſertio.* In Veneto noſtro, *huc dirige curſu*, quod non diſpliceret, ſi vetuſtiorum membranarum niteretur auctoritate. vide quae annotamus lib. II. Aeneid. 207. HEINS. *Derige* Gudian. a m. pr. *greſſum* Wittian.

163. LAEVAS *Laeva* Mediceus, prior Hamburgenſis & Gudianus a manu prima, ut produxerit ſyllabam Virgilius ob *ſt* ſequens. & hoc probavit ſe ſociis Editionis Lucretii ad lib. I. 390. ſed omnis aeſtus componetur, ſi cum Hugeniano legas, *& ſtringat laevas.* nam quod cavillentur laevas cautes non dici, ubi non ſunt dextrae, nihil eſt. dixerat enim antea, *quo dexter abis:* nunc ergo ut ad laevam remiget, hortatur. *laevas* cautes dixit, pro cautes quae ſunt ad laevam, emiſſis jam navibus. *leves* Wall. BURM.

164. TENEANT. *Tendant* Dorvill.

Ibid

44 hunc voca quod times Voſ. huc voca quod R. huc voca quo V. 45 *vix interdum teneret* Dan. Fabr. *& lacrimas* Cicero.

Oblitus decoriſque ſui ſociûmque ſalutis,
In mare praecipitem puppi deturbat ab alta.
Ipſe gubernaclo rector ſubit, ipſe magiſter:
Hortaturque viros, clavumque ad litora torquet.
At gravis, ut fundo vix tandem redditus imo eſt
Jam ſenior, madidaque fluens in veſte, Menoetes,
Summa petit ſcopuli, ſiccaque in rupe reſedit.

Il-

SERVII.

174. DECORISQUE SUI. Inhoneſtum enim eſt iraſci, duci praeſertim. SOCIUMQUE SALUTIS. Poſſumus intelligere, *oblitus ſalutis ſuae ſocium*, id eſt, gubernatorem. Poſſumus & *ſocium* [46] *ſalutis oblitus*, pro ſociorum, praecipitato ſcilicet gubernatore.

176. IPSE GUBERNACLO. Ut oſtenderet, nihil eſſe, [47] quod etiam ipſe non poſſet implere: [48] [ut in VI. Aeneid. 813. *Cui deinde ſubibit.*]

177. HORTATURQUE VIROS. Aut ipſe dicit [49] Celeuſma: nam *hortatores* dicuntur: aut [50] [*hortatur* ideo,] quia conſternati fuerant, perdito gubernatore. CLAVUM. Fuſtem gubernaculi.

179. JAM SENIOR MADIDAQUE FLUENS IN VESTE MENOETES. Contra illud, quia occurrebat gubernatorem natandi peritum fuiſſe debere, addidit *ſenior*, & *veſte madida.* [51] [Et ideo *gravis*, madida.] [52] *Fluens* autem, *in veſte*, id eſt, cum veſtis fluebat: honeſte locutus eſt, ſic Juvenalis v. Sat. 79. *Et multo ſtillaret penula nimbo.*

VARIORUM.

Ibid. MENOETES. *Menoetis* Mediceus. *Menoetas* primus Rottendorphius a m. pr.

166. QUO DIVERSUS ABIS? ITERUM: PETE SAXA. Duplex hic diſtinctio praeter vulgatam, *quo diverſus abis iterum? pete ſaxa.* vel, *quo diverſus abis? iterum: pete ſaxa.* ut primum ſit per indignationem interrogantis, alterum admirantis, tertium imperantis. Rationem igitur habent diſtinctiones omnes. Lector judicet, utra ſit verior. FABRIC. Tribus modis haec vox accipitur. *abis iterum: iterum pete:* denique, *iterum revocabat:* prior conſtructio melior videtur. ut iterum abire dicatur, qui licet monitus a curſu non deflexerit. ut in illo Theocriti Idyll. IV. 48.

Εἰ μὰ ἄκρι τυτᾶιν, ἰδ᾽ αὖ πάλιν ᾧδε πολέμει.

DORVILLIUS.

167. ET ECCE. Cur & abradendum ſit non video, quod in omnibus exemplaribus habetur: non defuerunt tamen, qui abradendum cenſuerint, quaſi non ſoleat ea particula adverbio *ecce* praeponi. in Georg. I. 107. dixerit Maro, & *cum exuſtus ager morientibus aeſtuat herbis, Ecce ſupercilio clivoſi.* cum legatur etiam apud doctiſſimum Varronem, *Et ecce de improviſo ad nos accedit cana veritas, Atticae Philoſophiae alumna.* Valeant ergo qui in tantum incumbunt, ut bonos auctores lacerent, atque convellant ex arbitrio ſuo. MUSONIUS. Omiſſo &, *ecce Cloanthum* ex ſcriptis Giphanius, Indice Lucretiano p. 468. HEINS. Et ita Edit. Juntina. vid. ad lib. IX. 24. ſed centies in Mſſ. vidi illud &, ac *que* omiſſum a librariis. *renovabat* Montalbanius.

168. TERGO. *Terga* Menagianus prior. vide lib. XII. 748. *inſtantem a tergo* Gudianus, ſed a prima manu. HEINS. *Terga* Dorvil. a m. ſec.

170. SUBITUSQUE. *Subitoque* noſtri omnes, ut & Pierius de ſuis teſtatur. *ſubitus* tamen magis arridet. HEINS. Vid. Cort. ad Plin. IV. Ep. 15. *ſubito* Dorvil. & Wall. qui & *raſit.*

171. RELICTIS. Vid. ad lib. VIII. 216.

172. JUVENI. *Juvenis* alter Menagii.

173. MENOETEN. *Menoetem* Mediceus. *Non la-*

46 *ſalutis ſuae* V. R Voſ. L. Steph. Dan. al. *oblitus* deeſt Baſil. 47 quod etiam ipſe, qui non profuſus erat, poſſet implere Dan. Fabr. forte, quod non profeſſus erat. quod ipſe non p. L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. q. ipſe n. p. efficere Baſil. 48 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 49 Celeuma L. Voſ. R. V. Steph. Dan. al. 50 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 51 deſunt iisdem. 52 *fluens in veſte*, cui veſtis L. Voſ. Steph. & R. ſed *cum veſtis* habet: cui veſtes fluebant Baſil. *ſ. i. v. id eſt cui.* Dan. Fabr.

Digitized by Google

Illum & labentem Teucri, & riſere natantem:
Et ſalſos rident revomentem pectore fluctus.
Hîc laeta extremis ſpes eſt accenſa duobus,
Sergeſto Mneſtheoque, Gyan ſuperare morantem.
Sergeſtus capit ante locum, ſcopuloque propinquat:
Nec tota tamen ille prior praeeunte carina:
Parte prior: partem roſtro premit aemula Priſtis.
At media ſocios incedens nave per ipſos

Hor-

SERVII.

181. RISERE NATANTEM. Unde in ludis voluptas quaeritur.

182. REVOMENTEM. Saepius vomentem: [53] [vel quod diu hauſerat.]

184. [54] MORANTEM.] Imperitia gubernantis.]

187. AEMULA PRISTIS. Ejuſdem rei ſtudioſa: ut; *Illo aemulo atque imitatore ſtudiorum meorum:* Cicero in Caeſarianis pro Marc. I. Alias inimicum ſignificat.

VARIORUM.

lacrimis alter Hamburgicus.

174. OBLITUS DECORISQUE SUI. *Oblituſque ſui decoris* Bigotianus.

175. DETURBAT. *Detrudit* Oudartii & Menagii prior. *deturpat* Francian.

176. GUBERNACLO. *Gubernando* alter Hamburgicus. *gubernator* ſecundus Rottendorphius. *gubernaculo* nonnulli & Editio Juntina. *inde magiſter* alter Hamburgicus a manu ſecunda.

178. AT GRAVIS. *Aſt* quartus Moreti. *e fondo* Oudartii. *ut fundo vix t. reddit ab imo*, primus Moreti. *infando* alter Hamburgicus.

180. SICCAQUE. *Summaque* Bigotii & Zulichemius.

181. ET LABENTEM. *Et* deeſt Franciano.

182. REVOMENTEM. *Removentem* prior Hamburgicus, Oudartii & Editio Juntae. mox, *hinc laeta* Venetus. Voſſ. malebat, *riſere vomentem.*

184. MNESTHEOQUE. *Mneſthique* eleganter Mediceus & a manu prima Gudianus praeſtantiſſimus. nimirum *Mneſthei* ſcribendum, quod & Pieriani nonnulli & Mentelianus prior a manu prima agnoſcunt. Sic *Orphei*, ab Orpheo in caſu tertio, quod & in ſuis invenerat Pierius: & ſic unus Voſſii a manu prima. HEINS. *Mneſtheoque* Edd. Venet. & Mediol. *Sergeſteo* Dorvil.

185. SCOPULOQUE PROPINQUAT. *Scopuloſque* Menagianus prior, eleganter. quamquam id verbum rarius cum quarto caſu conjungi ſat memini. nec abludit ſecundus Moretanus, in quo *ſcopulumque*. cum dativo Silius lib. VIII. *urbique propinquans*, & lib. XI. & XII. *muris* vel *muro propinquare* & *propinquare portis*. Agnoſcit quidem Aruſianus Meſſius vulgatam in Marone hoc loco ſcripturam, addito tamen Salluſtii exemplo, unde liquet, nonnunquam & cum quarto caſu illud verbum conjungi. *Propinquant illi loco Virgil.* V. Aen. *Jamque propinquabant ſcopulo. Propinquant illum locum.* Salluſt. Hiſtor. IV. *Tum vero Bithynii propinquantes jam amnem Tartanium. Propinquum illa re.* Salluſt. Hiſtor. G. G. *Verris litora Italia propinqua firmavit.* ſic *reſonare* Noſter VII. II.

Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu.

HEINS. Sed paullo ante 159. *Jamque propinquabant ſcopulo*, ſine ulla varietate.

186. ILLE PRIOR. *Ille prius* Gudianus. *pereunte* primus Moreti & Zulichemius, qui addit interpretationem, id eſt *fracta. caterva* etiam Sprotianus.

187. PARTEM. *Partim* in Menteliano utroque, & Gudiano & quatuor aut quinque aliis, & nonnullis Pierianis. quomodo in Arateis, *parti miſcentur in una.* nec aliter Lucretius frequenter. Inveni id ipſum quoque in Scholiaſte Horatii Crucquiano lib. IV. Od. I. qui hunc Maronis locum producit. vide annotata lib. XI. 744. reddidit id ipſum quo-

[53] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. [54] deſunt Baſil.

Hortatur Mneſtheus: Nunc, nunc inſurgite remis,
Hectorei ſocii; Trojae quos ſorte ſuprema
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Gaetulis Syrtibus uſi,
Ionioque mari, Maleaeque ſequacibus undis.
Non jam prima peto Mneſtheus, neque vincere certo.
Quamquam ô! ſed ſuperent, quibus hoc, Neptune, dediſti.
Extremos pudeat rediiſſe. Hoc vincite, cives,
Et prohibete nefas. Olli certamine ſummo
Procumbunt: vaſtis tremit ictibus aerea puppis,

Sub-

SERVII.

189. INSURGITE. Contra Lucanus III. 543. *Atque in tranſtra cadunt* [55] [*& remis pectora pulſant.*]

190. HECTOREI. Aut fortiſſimi, [56] [qualis Hector fuit:] [57] aut re vera quondam Hectoris ſocii.

192. GAETULIS. Africanis: a parte totum: nam Gaetulia mediterranea eſt; Syrtes vero juxta Libyam ſunt. Sic de Syrtibus Horatius II. Od. 6. *Ubi Maura ſemper Aeſtuat unda.* Fuiſſe autem Trojanos in Syrtibus ille indicat [58] verſus I. III. *In brevia & Syrtes urget, miſerabile viſu.* IONIO MARI. Quando juxta Charybdin navigaverunt.

193. MALEAEQUE. *Malea*, promontorium eſt [59] Laconicae provinciae: [60] ubi undae ſunt *ſequaces*, id eſt, perſecutrices, ut II. Georg. 274. *Capreaeque ſequaces Inludunt.*

194. PRIMA. Quaſi quae ſoleo. MNESTHEUS. [Ille ſemper victor.

196. HOC VINCITE. Loco victoriae ſit, ultimos non redire.

197. NEFAS. Modo opprobrium: [61] [quod eſt viro forti, in quocumque certamine perdere.]

198. AEREA. Fortis, ut III. Georg. 173. *junctos temo trahat aereus orbes:* nam puppis aerea non eſt, ſed prora.

VARIORUM.

quoque Manilio bis terve Salmaſius de Annis Climactericis pag. 699. HEINS. *Partem* Ed. Mediol. Ald. & al. *partim* Dorvil.

188. INCEDENS NAVE. *Incendens* codices nonnulli, quos inter Moretanus tertius, etiam Mentelianus prior a manu prima. forte *intendens*, de quo ad Valer. Flaccum VII. 114. & Culicem 173. HEINS. Sed *incedens* recte, per tranſtra & foros diſcurrens.

189. INSURGITE. *Incumbite* Serv. ad VIII. 108. ſed hoc petitum ex X. 294. *inſurgere* proprium in hac re verbum. vide ſupr. III. 207.

190. HECTOREI SOCII. Rufinian. de figuris p. 29. *Hortor vos ſocii.* vide lib. I. 223.

Ibid. SORTE. *Forte* Menagii prior. *dilegi* Hugenianus.

191. ILLAS. *Veſtras* Parrhaſ. *promittite* Dorvill.

192. ANIMOS. *Animas* Zulichem. male. vid. ad lib. X. 357. *in Gaetulis & Syrtibus* Dorvillianus, contra metrum, & rationem. vid. ſupr. ✝. 51.

193. SEQUACIBUS. Quia unda tam cita eſt, ut videatur perſequi navigantes: Lutat. ad Stat. VII. Theb. 46.

194. NON TAM. *Non jam* ex ſcriptis. ut lib. IV. 431. *Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro.* vid ad Lucan. IX. 800.

195. SED SUPERENT. *Si ſuperant* alter Hamburgicus.

55 deſunt Dan. aliis deſunt, *pectora pulſant.* 56 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 57 aut quondam Hectoris, omiſſo *vero ſocii* Dan. 58 locus L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. al. 59 Laconiae Baſil. 60 unde ſunt Dan. 61 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan.

Subtrahiturque ſolum. Tum creber anhelitus artus
Aridaque ora quatit: ſudor fluit undique rivis.
Adtulit ipſe viris optatum caſus honorem.
Namque furens animi, dum proram ad ſaxa ſuburguet
Interior, ſpatioque ſubit Sergeſtus iniquo;
Infelix ſaxis in procurrentibus haeſit.
Concuſſae cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuere, inliſaque prora pependit.
Conſurgunt nautae, & magno clamore morantur:

Fer-

SERVII.

199. SUBTRAHITURQUE SOLUM. [62] Unicuique rei quod ſubjacet *ſolum* ei eſt: unde eſt ſolum navis, mare; & aer, avium: [63] [& ſtellarum, caelum: unde Ovidius I. Met. 73. *Aſtra tenent caeleſte ſolum*:] & eſt verbum, cujus perlucida ſignificatio [64] per naturam non invenitur.

200. RIVIS. [65] [Quaſi rivis,] more rivorum: ac ſi rivatim diceret.

202. FURENS ANIMI. [66] [Figurate dixit,] ut XII. 19. *Praeſtans animi juvenis.*

203. INTERIOR. Siniſterior. Cicero I. Verr. 20. *Quem omnia* [67] *intus canere dicebant.* Saluſtius fragm. incert. *Igitur introrſus* [68] *prima Aſiae Bithynia eſt.* INIQUO. Anguſto, ut XI. 531. *Et ſylvis inſedit iniquis.*

204 PROCURRENTIBUS [69] Prominentibus, [70] [& objectis,] & [71] velut obviam venientibus.

205 MURICE. Saxi acumen eminens per tranquillitatem. [72] [Alibi ſignificat piſcem, cujus ſucco purpura tingitur, ut: [73] *Saturata murice palla.*]

207. MORANTUR. Id eſt, retro agunt.

VARIORUM.

gicus. *ſed vincant* ſecundus Moreti. *quibus haec* Venetus. *extremas* etiam idem Hamburgicus. *quanquam utinam* Dorvil. *quanquam och* Wittian.

196. HOC VINCITE. *Ho* Leidenſis. Heinſius maluerat olim, *o vincite. & probibere* Francianus.

197. SUMMO. *Primo* Montalbanius a manu prima.

198. AEREA PUPPIS. *Claſſis* Bigotianus. *aurea puppis* Mediceus a manu prima. *aeratas claſſes* dixit lib. VIII. 675. & X. 223. *aeratas proras* ad Servii ſententiam. de nominibus in *es* & *is* exeuntibus vide & ad XI. Aen. 522. & ad Phaedr. I. Fab. 7. BURM.

200. ARIDA. Humore deſtituta, rauca crebris clamoribus. vid. ad Calpurn. Ecl. VI. 23. Vondelius de ſiti accipit.

Ibid. ORA. *Oſſa* Leidenſis unus. *ſudor ruit* Wallian. Hugenianus. male. Senec. Oedip. 922. *& gelidos fluit ſudor per artus*, ut legit Heinſius, pro *gelidus*. Ovid. IX. Met. 173.

Caeruleuſque fluit toto de corpore ſudor.

ubi & Heinſius *ruit* malebat, ſed ſine ſcriptorum auctoritate. vide & ad Samonic. cap. V. & hoc τὸ *rivis* exigit. ita & *flumen* de ſudore infra lib. IX. 813. ut & Statius VI. Theb. *fluvium ſudoris* dixit. vid. ad illa Petronii cap. XXIII. *Perfluebant per frontem ſudantis acaciae rivi.* & hinc ſuſpicabar apud Lucan. IX. 808. poſſe legi,

Utque ſolet pariter totis ſe effundere rivis
Corycii preſſura croci.

hic

[62] ei & cui ſub. Lipſ. eſt, cui ſubjacet L. Voſ. Steph. al. Jovi ſubjacet R. cum ſubjacet V. unicuique rei, quod ſubjacet. unde eſt Dan. [63] deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. [64] ſemper invenitur Voſ. Steph. & ita fuiſſe in V. ſuſpicor, nam *naturam* ei codici deeſſe Heinſius notaverat. ſed tamen inf. ad ℣. 233. *per naturam* vitioſam elocutionem dixit. BURM. [65] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. [66] deſunt L. Voſ. R. V. [67] *inter canere* Steph. [68] *primae* V. vid. infr. ad ℣. 373. [69] praeminentibus L. Voſ. R. V. Steph. [70] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. [71] & viam munientibus R. viam venientibus V. [72] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. quum alibi Baſil. [73] *ſaturato* Fabr. ſed legendum, *ſaturata*: eſt enim vel ex Ovidio lib. XI. Met. 166. vel ex Statio deſumptum. vid. Gevart. Lect. Papin. lib. I. cap. 19. BURM.

Ferrataſque trudes, & acuta cuſpide contos
Expediunt; fractoſque legunt in gurgite remos.
At laetus Mneſtheus, ſucceſſuque acrior ipſo,
Agmine remorum celeri, ventiſque vocatis,
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Qualis ſpeluncâ ſubito conmota columba,
Cui domus & dulces latebroſo in pumice nidi,
Fertur in arva volans, plauſumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aëre labſa quieto
Radit iter liquidum, celeris neque conmovet alas.
Sic Mneſtheus, ſic ipſa fugâ ſecat ultima Priſtis

Ae-

SERVII.

209. LEGUNT. [74] Alii, Praetereunt; ſed melius LEGUNT, id eſt [75] colligunt: nam ſequitur: *Et fractis diſcentem currere remis.*

212. PRONA. Vicina littoribus: unde *altum*, eſt longe poſitum.

213. COLUMBA. Ubique de his domeſticis *columbas* Virgilius dicit. Perſius vero ait III. Sat 16. *Teneroque columbo* [76] *Eſt ſimilis:* nam agreſtes, *palumbes* vocantur.

215. EXTERRITA PENNIS. [77] Pennarum concuſſione terrorem ſignificans inf. 505. *Timuitque exterrita pennis Ales.* Non enim timet pennis: ſed indicat timorem.

217. RADIT. [77] * Secat. LIQUIDUM. Purum aërem.

VARIORUM.

hic etiam Dorvillianus habebat, *ruit undique membris.* BURM.

201. OPTATUM. *Optatus* Wall.

202. FURENS ANIMI. *Animo* Gudianus a manu prima. *perurget* ſecundus Rottendorphius. *animis* al. vid. H. Steph. diſſ. de Critic. pag. 210. BURM.

204. PROCURRENTIBUS. *Procumbentibus* Leidenſis, quod mihi non diſplicet, quum *procurrere* ſaepius de promontoriis & locis in mare prominentibus occurrat, hic vero ſaxa paullatim declivia in mare exeuntia & aqua tecta fallunt navigantes: & ut *procumbere* dicitur homo parte corporis inclinata, ut docet Serv. ad VIII. 61. & quo ſenſu modo de remigibus 198. dixit *procumbunt*; ita ſaxa in inſula hac ſcopuloſa manifeſta & exſtantia in primo aequore, inclinata deinde & latentia *procumbere* eleganter dici poſſunt. verba vero haec duo paſſim a librariis commutata videbis ad Lucan. III. 616. & 713. Valer. Flac. III. 557. VII. 496. & apud Noſtrum lib. XI. 624. *procumbens gurgite pontus* Mſſ. ubi vulgo, *procurrens*. ita *projecta ſaxa* lib. III. 699. BURM.

205. IN MURICE. *In* deeſt Zulichemio. vid. ad Ovid. I. Metam. 332.

208. SUDES. *Trudes*, quod notat Pierius ex ſuis, ego inveni in Menteliano utroque & caeteris omnibus, ſi Mediceum excipias & Hamburgicum alterum, & a manu ſecunda Montalbanium. Exſtat ea vox apud Tacitum Annal. III. 46. *Paullum morae attulere ferrati, reſtantibus laminis adverſum pila & gladios. ſed miles correptis ſecuribus & dolabris, ut ſi murum perrumperet, caedere tegmina & corpora; quidam trudibus aut furcis inertem molem proſternere.* Invenit & in Plinii optimo codice Gronovius lib. XXXIV. cap. 18. *verſatum trudibus ferreis.* Iſidorus lib. XVIII. cap.

7. A-

74 vel praetereunt Dan. 75 collegunt Dan. 76 *et ſimilis* Steph. al. *eſt* Dan. Fabr. *adſimilis* L. *& ſimilis* Voſ. R. V., & ita in Perſio hodie legitur. 77 Pinnarum, & mox, *pinnis* Voſ. Dan. 77 * ſecat, tranſit Lipſ.

Aequora: ſic illam fert inpetus ipſe volantem.
Et primum in ſcopulo luctantem deſerit alto
Sergeſtum, brevibuſque vadis, fruſtraque vocantem
Auxilia, & fractis diſcentem currere remis.
Inde Gyan, ipſamque ingenti mole Chimaeram
Conſequitur. Cedit: quoniam ſpoliata magiſtro eſt.
Solus jamque ipſo ſupereſt in fine Cloanthus:
Quem petit, & ſummis adnixus viribus urguet.
Tum vero ingeminat clamor, cunctique ſequentem
Inſtigant ſtudiis, reſonatque fragoribus aether.

Hi

SERVII.

221. FRUSTRA. Quis enim [78] ei relicta victoria ſubveniret?

225. IPSO SUPEREST IN FINE. [79] [Prope terminum certaminis:] ut inf 324. *Spatia etſi plura ſuperſint, Tranſeat elapſus prior.*

VARIORUM.

7. *Amites interpretatur cum lunato ferro, ab eo quod trudunt & detrudunt.* Virgil. *Ferrataſque trudes.* HEINS. *Trudes* Wittian. & Francianus. qui & *conctos.* ſed ſi a *trudo*, prima longa erit.

210. AT. *Et* Mediceus a manu prima. *aut* alter Hamburgicus.

Ibid. IPSO. *Illo* Leidenſis.

214. PUMICE. *Gurgite* a manu ſecunda Zulicnemius. *in* deeſt alteri Hamburgico.

215. PLAUSUMQUE. *Pulſumque exterrita* Editio Commelini. Schol. Stat. II. 515. & Nonius in *exterritus*, *plauſum* & *tecto* habent. *tecto* Wallian. & Wittian. id eſt devolans tecto alas concutit: mox vix commovet.

Ibid. PENNIS. *Pinnis* Mediceus & Gudianus.

217. RADIT. Suſpectum verbum Barthio, quia ſemper infert vicinitatem loci alicujus, ut ſupr. 170. in aëre vero vacuo nihil occurrit. non tamen aliud ſuppoſuit ad Stat. II. Achil. 3. *nec commovet* Dorvil.

Ibid. NEQUE. *Nec* Dorvil.

219. IPSE VOLANTEM. *Volentem* Montalbanius. in Sprotiano, *ire volentem.* de eleganti uſu ejus vocis plura congeſſi ad Naſonem II. Metam. 128. curis ſecundis, & ad Silium libro XI. 445. infr. 712. *Hunc cape conſiliis ſocium & conjunge volentem.* & poſtea 750. *Tranſcribunt urbi matres populumque volentem.* libr. III. 457. *Ipſa canat vocemque volens atque ora reſolvat.* lib. X. 677. *Volens vos Turnus adoro.* lib. XII. 203. *Nec me vis ulla volentem Avertet.* Georg. II. 500. *Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura Sponte tulere ſua.* & II. 41. *Pelagoque volens dat vela patenti.* ex veteri codice, non *volans.* Claudianus VI. Conſul. Honor. 85. *Regat ille volentes Armenios.* & III. Conſul. 29.

Ille coruſcanti clipeo te ſaepe volentem
Suſtulit arridens.

apud Prudentium Cathemer. Praefat. 22. in optimis membranis. *Haec dum vita volens agit.* HEINS. Vid. ad II. Georg. 41.

220. ET PRIMUM. *Ac* tres Rottendorphii, primus Moreti, & alter Hamburgicus. HEINS. *Primum ſcopulo* Mediceus. *at* Dorvil.

221. FRUSTRAQUE. *Et fruſtra* Regius. Witt. tres Leidenſes, primus Moreti, & primus Rottendorphius, contra metrum. vid. Serv. ſupra ỳ. 19. *auxilium* Bigotianus. BURM.

222. CURRERE. *Incurrere* Gudianus a manu prima. HEINS.

224. CEDIT. *Cedunt* Sprotianus a manu ſecunda. *eſt* deeſt Wall.

225. IPSO SUPEREST. *Super ipſo eſt* Francianus. vid. Ruae. *namque* Dorvil.

226. PE-

[78] me r. v. ſubvenire V. [79] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. deinde, *ſuper ſe tranſeat* V.

Hi proprium decus, & partum indignantur honorem,
Ni teneant: vitamque volunt pro laude paciſci.
Hos ſucceſſus alit: poſſunt, quia poſſe videntur.
Et fors aequatis cepiſſent praemia roſtris:
Ni, palmas ponto tendens utraſque, Cloanthus
Fudiſſetque preces, Divoſque in vota vocaſſet:
DI, quibus imperium eſt pelagi, quorum aequora curro,
Vobis laetus ego hoc candentem in litore taurum
Conſtituam ante aras voti reus, extaque ſalſos

Por-

SERVII.

229. PROPRIUM DECUS. Quaſi jam partam victoriam & honorem ni teneant, indignantur.

231. SUCCESSUS. Foelicitas. POSSUNT, QUIA POSSE VIDENTUR. Sperabant victoriam opinione ſpectantium, ut: *Cunctique* [80] *ſequentes Inſtigant ſtudiis.*

232. [81] [ET FORS. Pro, fortaſſe.]

233. PALMAS UTRASQUE. Diximus ſupra, antiquum hoc eſſe. [82] Carminius tamen dicit (qui de Elocutionibus ſcripſit) per naturam vitioſam eſſe hanc elocutionem: & ſive *utramque palmam*, ſive *utraſque palmas* dixerimus, eſſe in aliquo uſurpationem.

235. IMPERIUM PELAGI. Id eſt, in pelago, ut VI. 264. *Dii quibus imperium eſt animarum*, [83] [id eſt, in animabus.

236. LAETUS. Victor: a praecedenti quod ſequitur.

237. ANTE ARAS. De quibus paulo poſt 561. *Pars ſpoliant aras.* VOTI REUS. Debitor: unde vota ſolventes, [84] dicimus abſolutos. [85] [Inde eſt v. Ecl. 80. *Damnabis tu quoque votis:* quaſi reos facies.]

VARIORUM.

226. PETIT. *Petat* alter Hamburgicus.

228. RESONAT CLAMORIBUS. *Reſonatque fragoribus* omnino legendum eſt, cum Pierianis, Mediceo, altero Menteliano, tribus Rottendorphiis, utroque Menagiano, Sprotiano & duobus Moreti. praeceſſerat, *ingeminat clamor*, ut ea vox hic inconcinne admodum repetatur. nonnulli codices contra metrum, *reſonatque clamoribus*. alter Voſſianus *reſonat clangoribus*. ut lib. IV. 668. in quibusdam exemplaribus. mox, *cunctiſque ſequentem inſtigant ſtudiis* alter Mentelianus. HEINS. *Reſonatque fragoribus* etiam Francianus. Wittian. & Wallian. *reſonatque clamoribus* Ed. Junt.

230. PACISCI. Hoc imitatur Statius I. Theb. 319. *Hoc aevum cupiat pro luce paciſci*, notante Lutatio.

231. ALIT. *Agit* prior Hamburgicus a manu ſecunda. *quia poſſunt* Sprotianus. *poſſunt quae poſſe* alter Hamburgicus. *videtur* Mediceus a m. pr.

233. PALMAS. *Ponto palmas* Montalbanius, & Dorvil. mox, *effunditque* ſecundus Rottendorfius.

235. IMPERIUM PELAGI. *Imperium eſt pelagi* Mediceus, prior Mentelianus, Gudianus, primus Rottendorphii, primus Moreti & alii quatuor. Idque Macrobius agnoſcit lib. III. Saturn. cap. 2. tres tamen Moreti, duo Rottendorphii, totidem Menagiani & alii complures, *imperium pelagi eſt*. HEINS. Et ita Wittian. Dorvil. Parrhaſ. & Francian. qui & *aequore*, ut & in Ed. Venet. *aequora curae* Medic.

236. LAETUS EGO CANDENTEM. Donatus ad Terentii Eun. IV. I. 8.

Vobis laetus ego huic candentem in litore taurum Conſtituam.

hoc

80 *ſequentem* Baſil. 81 deſunt L. Voſ. R. Steph. 82 Carpinius L. Voſ. R. Steph. Carpius Baſil. 83 deſunt L. Voſ. V. R. Steph. Dan. 84 *dicimus damnatos* Barth. ad Stat. VI. Theb. 198. legebat. vid. Caſtal. 311. Decur. Obſerv. 9. 85 deſunt Baſil. unde eſt Steph. inde *damnabis* V. quaſi reos, omiſſo τῷ *facies* Lipſ.

Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.
Dixit, eumque imis ſub fluctibus audiit omnis
Nereïdum Phorcique chorus, Panopeaque virgo;
Et pater ipſe manu magna Portunus euntem
Inpulit. Illa noto citius volucrique ſagitta
Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.
Tum ſatus Anchiſa, cunctis ex more vocatis,
Victorem magna praeconis voce Cloanthum

De-

SERVII.

238. PROJICIAM. Exta projiciuntur in fluctus: [86] [*Aris porriciuntur*, hoc eſt, porriguntur.] Niſi forte dicamus etiam fluctibus maris offerri. Quod ſi eſt, PORRICIAM legendum eſt, [87] [id eſt, porro jaciam.]

240. PHORCIQUE. Latine *hic Phorcus*, *hujus Phorci* dicimus: nam apud nos Graeci hujus nominis non eſt declinatio: [88] [ut Φόρκυς, Φόρκυος. Quod interdum Φόρκυν, Φόρκυος. Unde Lucanus IX. 626. [89] *Phorcynidos ora Meduſae*.] Eſt autem [90] [hic *Phorcus*] deus marinus. PANOPEAQUE VIRGO. Una de Nereidibus: quam ideo ſeparatim dixit, ut illas non virgines intelligamus.

241. PORTUNUS. Deus marinus, qui portubus praeeſt. Et bene IMPULIT eum ipſe jam vicinum portui. Nota eſt autem fabula: [91] [Indignata Juno, quod ex pellice ſua Semele natus Liber pater ab Ino matertera ejus eſſet nutritus, Athamanti, viro ejus, regi Thebanorum, ſive, ut quidam volunt, Orchomeniorum, furorem immiſit: qui,] [92] cum occiſo Learcho filio, [93] [dum eum feram credit,] Melicertam alterum filium cum [94] Ino uxore ſua perſequeretur, & ſe illi in mare praecipitaſſent, voluntate numinum in deos verſi ſunt: Melicerta in Portunum, qui Graece Palaemon dicitur: [95] [nam λιμὴν portus dicitur, unde Palaemon] Ino, in Matrem Matutam, quae Graece dicitur Leucothea.

243. PORTU SE CONDIDIT ALTO. Id eſt, uſque ad interiora pervenit.

244. EX MORE. Ludorum, ſcilicet per praeconem.

245. VICTOREM. *Primum*, [96] [Cloanthum,] ſubaudis: nam & illi duo victores [97] Sergeſti: unde paulo poſt [98] habes 493. *Quem modo navali Mneſtheus certamine victor Conſequitur.*

VARIORUM.

hoc deeſt ſecundo Rottendorfio & Wall. *laetus* proprie vox triumphantium. vid. ad Lucan. VI. 261. & Barth. ad Stat. X. Theb. 340. BURM.

237. VOTI. *Votis* Montalbanius.

238. PORRICIAM. *Porriciam* legendum eſſe operoſe & erudite docet Macrobius lib. II. Saturn. cap. 2. quamquam in ſcriptis omnibus *Projiciam*. Fabius Pictor, *Exta porriciunto*. Varro Rer. divin. lib. XI. *Proſiciem extorum vel in menſam porricere*, ex caſtigatione Salmaſii. At Servius τὸ *porricere* ad aras tantum pertinere contendit. *Exta projiciuntur in fluctus*, *aris porricuntur*, *hoc eſt porriguntur*, quare nihil mutem. Infra hoc libro ℣. 776. *Extaque ſalſos Porricit in fluctus*, ubi pari modo peccatur in ſcriptis. Varro lib. I. de R. R. 30. *Quod eſt dare duos ſulcos elata terra*, *dicitur porca*, *quod ea ſeges frumentum porricit. ſic quoque exta deis cum dabant*, *porricere dicebant*. Naevius, *ſimul atrocia porricerent exta miniſtratores*. Plaut. Pſeud. I. 3. *Exta teneam*, *ut porriciam*, *interea loci*. HEINS. *Prociam* Francianus. *poriciam* Parrh. v. Guell. H. Steph. Schediaſm. pag. 64. & Urſinum

86 deſunt Steph. al. *aris projiciuntur* Dan. Fab. *poriciuntur* R. Voſ. & mox *poriciam* iidem & V. 87 deſunt L. R. V. Lipſ. Baſil. 88 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. Dan. al. 89 *Phornaſides o. M.* Fabr. *Phornaſibes o. M.* protulit Baſil. quod verbum ultimum addidit librarius, qui forte meminerat apud Ovidium V. Met. 180. de Perſeo dici, *Gorgonis extulit ora*. ſed in Lucano, *Squalebant late Phorcynidos arva Meduſae*. legitur. BURM. 90 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. al. 91 deſunt iisdem. 92 Athamas poſt furorem a Junone immiſſum, cum &c. iidem & Lipſ. 93 deſunt iisdem. 94 deeſt iisdem. 95 deſunt iisdem. 96 deeſt iisdem. 97 ſunt Sergeſti iidem. 98 deeſt iisdem.

Declarat, viridique advelat tempora lauro:
Muneraque in navis ternos optare juvencos,
Vinaque, & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipſis praecipuos ductoribus addit honores:
Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit:
Intextuſque puer frondoſa regius Ida
Velocis jaculo cervos curſuque fatigat
Acer, anhelanti ſimilis: quem praepes ab Ida

Sub-

SERVII.

248. DAT FERRE. Graecum eſt, duo verba conjungere, ut paulo poſt 262. *Donat habere viro*; ſed hoc datur poëtis. MAGNUM TALENTUM. Ut diximus ſupr. 112. *Talentum*, eſt quiddam breve: ſed *magnum* dixit, comparatione alterius [99] [minoris: cum primum ſit unum, & maximum aliorum.]

250. CIRCUM. Id eſt, in parte extrema, [1] [quaſi fimbria,] ut diximus, ad IV. 138.

251. MAEANDRO DUPLICI. Flexuoſo: [2] [& hoc dicit:] Erat in chlamyde flexuoſa & in ſe remeabilis purpura, in modum Maeandri, fluminis Cariae provinciae, [3] [qui ſinuoſus eſt.] MELIBOEA. [4] Meliboeenſis. [5] [Alii putant Mileſia.] Eſt autem civitas Theſſaliae Meliboea.

252. REGIUS. [6] Trois regis Phrygiae filius.

253. FATIGAT. Laus picturae, quaſi gerat, [7] [& non gerere videatur.]

254. [8] [ACER. Id eſt, velox.] PRAEPES. Modo, volans.

VARIORUM.

ſinum qui ex Macrobio etiam docuit *porriciam* ſcribendum. *liquantia* alter Hamburgicus & primus Rottendorficus a m. ſec. BURM.

239. SUB. *In* Sprotianus.

240. CHORUS. Carrion ad Valer. Flac. III. 127. citat *manus*. an memoriae vitio? *Panopeïa virgo* Venetus, alter Hamburgicus & Bigotianus.

241. PORTUNUS. *Neptunus* Montalbanius, & pro diverſa lectione primus Moreti & Gudianus a manu prima. *Portumnus* Schol. Stat. I. Theb. 13. vide ad Ovid. VI. Faſt. 547. de *magna manu* vid. ad Albinov. in Druſum 224. *eundem* Ed. Venet. BURM.

244. EX MORE. *E more* ſecundus Rottendorphius. HEINS. *Satus Anchiſe* alter Menagii. *at ſatus* Bigotianus. *& cunctis* Wallian.

247. APTARE. *Optare* in Mediceo, altero Menteliano ac tertio Rottendorphio. nec aliter a manu prima ejuſdem, atque Gudiani, qui interpretamentum addit, *id eſt eligit*. optime. de quo plura jam diximus lib. I. Aen. 552. invenit quoque in ſuis Pierius, ut de noſtrae lectionis ſinceritate vix ſit ambigendum. HEINS. *Optare* duo Leidenſes, Mentelius prior, ſecundus Menagianus, alter Hamburgicus & quartus Moreti. Voſſius conjiciebat, *portare*. vid. Comm. ad Liv. IX. 31. *aptare* defendit Cerda, ut in Wall. & Edd. Mediol. & Ald. *ternoſque optare* Ed. Venet. *ternos aptare* Dorvill.

249. IPSIS PRAECIPUOS. *Praecipue* legitur in libro Colotiano. URSIN. *Praecipue* prior Hamburgicus & Mediceus. *auctoribus* Sprotianus. *victoribus* ſecundus Rottendorphius & Pugetianus. *uctoribus* eraſa prima litera *D*. Excerpta noſtra. BURM.

251. PURPURA. *Purpurea* Dorvill. vid. de hoc loco

99 deſunt iisdem. & Dan. 1 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. Lipſ. etiam deſunt, ut diximus. 2 deſunt Dan. & dicit Fabr. eflexuoſa & dicit, in ſe remeabilis &c. V. 3 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 4 pro Meliboenſis iidem. deſunt vero ad 252. Voſſ. quae exciderunt quia nota haec deſinit in *Meliboea*. ut modo in V. propter bis *flexuoſa* poſitum. 5 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 6 Troi L. Voſ. Troii V. Steph. Dan. Trojae R. 7 deſunt Voſ. R. V. Dan. quaſi gerat, non videatur L. Voſ. 8 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.
Longaevi palmas nequidquam ad ſidera tendunt
Cuſtodes: ſaevitque canum latratus in auras.
At qui deinde locum tenuit virtute ſecundum,
Levibus huic hamis conſertam auroque trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipſe
Victor apud rapidum Simoënta ſub Ilio alto,
Donat habere viro, decus & tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus Sagariſque ferebant

Mul-

SERVII.

255. SUBLIMEM. In altum.

256. PALMAS AD SYDERA TOLLUNT. Aut mirantes: aut increpantes deos.

258. VIRTUTE SECUNDUM. Quia [9] primus favore vicerat numinum: unde & praemia dantur congrua: [10] illi *chlamys*, deorum continens fabulam: [11] huic *lorica*, id eſt, virtutis inſigne.

259. HAMIS AUROQUE. Hamis aureis [12] [δίο δ' ἰνός.]

261. SIMOENTA. [13] [Accuſativus ſingularis:] venit autem a nominativo Graeco, [14] non in ις, ſed in εις, exeunte, [15] [ut Σιμόεις, Σιμόεντος.] SUB ILIO ALTO. O brevis fit ſequente vocali.

262. DECUS ET TUTAMEM. Quia triplex, & aurea.

263. PHEGEUS SAGARISQUE. Nominatim dicendo, addidit laudem.

VARIORUM.

loco Salmaſium ad Vopiſci Aurelianum cap. XLVI. & Voſſ. ad Melae lib. II. 3. qui de Phoenicia purpura capit. *Melibeïa currit* Hugenianus. *Meleboea* Montelii prior & Gudianus. BURM.

253. VELOCIS. *Veloci* Wittian. & pro *jaculo*, *jugulo* alter Hamburgicus, qui & *curſuſque*.

255. SUBLIMEM. *Sullimem* Wallian.

256. TENDUNT. *Tollunt* Sprotianus & alter Hamb. parum refert, quia haec verba fere ſemper commutata videmus a librariis. vid. ad Ovid. I. Met. 731. & II. 487. & alibi ſaepe. recte vero Servius mirantium geſtum eſſe notat. ut multis oſtendit Heinſius ad Petron. cap. XL. quibus adde Ovid. X. Met. 580. & quae adnotavimus ad III. Faſt. 372. & Quinctil. II. de Inſt. Orat. II. & ante nos omnes docuit Muret. ad Cicer. VII. Epiſt. ad Fam. 5. & ad Catull. Epigr. LIV. BURM.

257. IN AURAS. *Ad auras* Sprotianus & Parrhaſ. vulgatam exprimit Lutatius ad Stat. I. Theb. 550.

259. HUIC. *Hinc* Francianus. mox, *detraxerit* Gudianus.

261. SUB ILIO ALTO. *Alta* Sprotianus, alter Hamburgicus, & ſecundus Rottendorphius: non ineleganter, de quo ad Naſonis Epiſt. I. 48. quae dixi, videantur. pro vulgata tamen ſcriptura ſtat Cariſius & Servius de ultimis Syllabis, & Sergius in artem Donati. & Donatus ipſe in Terent. Prologum Phormionis, & Macrobius lib. V. Saturn. cap. 7. & Marcianus Capella lib. III. & vetuſtiora Maronis exempla. HEINS. *Sub Ilion alto* Montalbanius, Bigotianus, Zulichemius & Hugenianus. *Sub Ilion altum* Parrhaſ. *Ilion altom* Wall. *Simeonta* Dorvil. *Simounta* Parrhaſ.

262. DECUS ET TUTAMEN. Ex Apollonio lib. II. 1076.

Δάιματος ἀγλαΐην τε καὶ ἔρκος ἔμμεναι ἄλκαρ.

DORVILL.

263. VIX ILLAM. *Mox illam* Hamb. alter. *Flegeus* Parrhaſ. *Sagiriſque* Hamb. pr. *Sacariſque* Mediceus.

265. DE-

9 ille favore L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. al. 10 illic V. 11 illi Baſil. 12 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. al. 13 deſunt Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 14 in *eis*, ſed in *ein*. Voſ. R. V. non in *eis*, ſed in *es* L. 15 deſunt L. Voſ. R. V. Lipſ.

Multiplicem, connixi humeris. Indutus at olim
Demoleos curſu palantis Troas agebat.
Tertia dona facit geminos ex aere lebetas;
Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis.
Jamque adeo donati omnes, opibuſque ſuperbi,
Puniceis ibant evincti tempora taeniis:
Quum ſaevo e ſcopulo multa vix arte revolſus,
Amiſſis remis, atque ordine debilis uno,

In-

SERVII.

265. CURSU PALANTES TROAS AGEBAT. Ad Aeneae, qui eum vicit, pertinet laudem.

267. CYMBIAQUE. Pocula ſunt in modum cymbae navis. ASPERA SIGNIS. [16] Hoc eſt, *ἀνάγλυφα*.

268. OMNES. Qui [17] vicerant ſcilicet.

269. PUNICEIS TAENIIS. Vittis [18] roſeis: & ſignificat lemniſcatas coronas, quae ſunt de frondibus & diſcoloribus faſciis: &, ſicut Varro dicit, magni honoris ſunt. *Taeniis* autem, modo vittis; alias vittarum extremitates [19] dicit, ut VII. 352. [20] *Fit longae taenia vittae.*

270. ARTE. Id eſt, virtute: [21] [quod Graece ἀρετὴ dicitur.]

271. ATQUE ORDINE DEBILIS UNO. Sergeſtus ſcilicet. Et bene ex [22] mutatione conquiſivit ornatum: nam [23] irrideri & ſine honore eſſe, hominis eſt; remis carere, navis.

VARIORUM.

265. DEMOLEUS. *Demoleos* Gudianus, uterque Mentelianus, & primus Rottendorphii. HEINS. Et ita legitur apud Quinctilianum lib. VIII. 4. eſt & praeterea in Regio, duobus Leidenſibus, Bigotiano & tertio etiam Mentelii. & quia duae ſyllaba quae *u* habent, ſequuntur, praetuli. *pallentes* etiam Oudartii.

266. LEBETAS. *Lebetes* Wall. & Dorvil.

269. TAENIIS. *Ramis* Vratiſlav. ſed Hugenianus *remis*, & a m. ſec. *ramis* vel *tenis*, ut plures alii hoc habent. *tegnis* alter Hamb. *thenis* Parrhaſ. *theniis* Dorvil. Zulichemiano pro interpretatione ſuperſcriptum *galeis*. *evictis* Gudian. *& vincti* Hamb. pr.

270. REVULSUS. *Revulſam* Rottendorphianus tertius & Montalbanius, ut ad ratem referatur. HEINS. *e* deeſt alteri Menagiano, Hugeniano, Zulichemio & Franciano. *ex ſcopulo* Wittian.

271. AMISSIS. Hic verſus deſideratur in Parrhaſiano: adgnoſcit Donatus ad Terent. And. IV. 2. ubi & *inriſam*, & *agebat*. *ammiſſis* Dorvil. *habebat* Menag. prior, ſollemni etiam variatione; ſed *agere navem*, ut *agere currum* & *equos*, de quo ad Lucan. VII. 3. BURM.

273. SAEPE. Heinſius capiebat ablativo caſu a *ſepes*, quae vox in Mſſ. & *ſaepes* ſcribitur. *depreſſus* prior Hamburgicus, ſecundus Rottendorphius & Leidenſis, & Excerpta noſtra a manu prima, & duo Moretani, & Ed. Venet. *ab aggere* Serv. ad XII. Aen. 446. *viam* ibi etiam dedit Dan. de *aggere* vide ad Rutilii Iter. I. 39. & infr. ad lib. IX. 375. BURM.

274. AEREA. *Aenea* tertius Mentelius & Pariſ. & Serv. ad I. Aen. 295. *tranſit* Sprotianus. *transiit rota* Dorvil.

Ibid. ICTU SEMINECEM LIQUIT SAXO. *Ictu ſaxi* primus Moreti. HEINS. Vid. Vlit. ad Grat. Cyn. 165. *linquit* Sprotianus & primus Hamburg. *ſaxo liquit* Wall. Erythraeus videtur conſtruxiſſe, *ſaxo lacerum*, ut lib. III. 625. *frangeret ad ſaxum.* BURM.

276. TORTUS. *Tractus* Oudartii.

277. SIBILA COLLA. *Sibila collo* tertius Rottendorphii. HEINS. Ubi a manu prima *collom* fuiſſe

16 Anagrafa L. Voſ. R. Anaglypha V. alii Graecis literis. id eſt ſculpta, ἀνάγλυφα Steph. 17 vicerunt Dan. Fabr. 18 roſeis V. 19 dicunt V. 20 eſt *longa* & L. V. R. *fit longa taenia* Voſ. 21 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 22 mutatione ſenſuum Lipſ. Fabr. 23 rideri R.

Digitized by Google

Inriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat.
Qualis ſaepe viae deprenſus in aggere ſerpens,
Aerea quem obliquum rota tranſiit, aut gravis ictu
Seminecem liquit ſaxo laceruraque viator,
Nequidquam longos fugiens dat corpore tortus;
Parte ferox, ardenſque oculis, & ſibila colla
Arduus adtollens; pars volnere clauda retentat
Nexantem nodis, ſeque in ſua membra plicantem.

Tali

SERVII.

273. VIAE IN AGGERE. *Agger*, eſt [24] media viae eminentia, coaggeratis lapidibus [25] ſtrata: unde *viae* [26] *aggerem* dixit.

274. AEREA. Fortis, ut ſup. 198. *Aerea puppis*. GRAVIS. Fortis, ut ſup. 114. *Gravibus certamina remis*.

276. TORTUS. Hos tortus: id eſt, ſine cauſa tentat inceſſus.

278. CLAUDA. Ab homine tranſtulit. Cicero pro Milon. Cap. IX. *Mancam* [27] *ac debilem fore Praeturam ſuam*.

279. MEMBRA. Etiam hoc ab homine tranſtulit.

VARIORUM.

fuiſſe videtur, & emendatum *colla*.

278. CLAUDA. *Tarda* Venetus. *vulnera clauſa* Gudianus a manu prima. *retorquet* prior Hamburgicus. *retentare* eſt ſubinde fugam ſiſtere. vid. Cl. Drak. ad Liv. XV. 3.

279. NEXANTEM NODOS. *Nodis* noſtri omnes, quod & Priſcianus agnoſcit lib. IX. ubi ſubjungit illud ex Odyſſea Livii Andronici, *Nexebant multa inter ſeſe flexu nodorum dubio*. eadem & libr. X. apud illum repetuntur. Eutyches etiam Grammaticus in hoc loco *nexantem nodis* agnoſcit. Mediceus tamen a manu prima, ut & Gudianus & Mentelii prior, *nixantem nodis*. Pierius ex ſuis, *nexantem nodos*, vel *nexantem nodis*. ſolus meorum Venetus omnium recentiſſimus, *nexantem nodos*. Ego Codicibus & Priſciano hic ſubſcribo. *nexantem nodis* refer ad *ſe*, quod proxime ſubſequitur. vel poſitum arbitrare pro *nexantem in nodos*. ſic *ingeminant plauſu*, non *plauſum* lib. I. 747. ex ſcriptis, & lib. II. 207. *ſuperant undis*, pro *undas*; fide membranarum, ubi plura. *nexare ſe nodis* pro in nodos ſe nexare, vide lib. VI. 59. annotata. *Nexandi* verbo non ſemel Lucretius uſus eſt. *Nexandi* Livius Andronicus, ut jam vidimus apud Diodemedem libr. I. *necto nexui, vel nexi*. Virgilius, *palmas arborum innexuit armis*. Livius in Odyſſea, *nexabant mutua inter ſeſe*. Maecenas, *Nexiſti retia lecto:* ſic ſcribo, non *tecto*. de Vulcano videtur agere, qui Martem Veneremque deprehenſos in adulterio reti implicuerit. ſed in hoc Maronis loco *nexantem nodis*, ut genuinam amplector. HEINS. *Nodos* etiam liber meus. eadem varietas, quae hic in *nexantem* & *nixantem*, lib. IV. 217. videtur in codicibus fuiſſe in *ſubnixus:* nam ex Serviano *ſubligatus* ſuſpicari poſſumus *ſubnexus* etiam lectum fuiſſe: in primis quia ut diverſam lectionem adponit *ſubnixus*, quod probatur merito. quamvis alterum aeque dici poſſit. ut lib. VII. 669.

Haerebatque humeros innexus amictu.

quod autem *nixantem* Pierius credit auctoritate carere, lexica e Lucretio contrarium oſtendunt. quare non incommode, *nixantem*, vel *nictantem nodis* ſcriptum poſſet videri. quo de ultimo verbo videatur Bentlejus ad Catulli Comam Berenices in Callimacho p. 437. *nutantes pennas*, in *nictantes* mutans; ut contra Scaliger ad Cirin 218. *nictantia* ſidera, in *nutantia* reformanda ſuſpicabatur. DORVILLIUS. *Nectentem* Mediceus a m. ſec.

280. TAR-

24 mediae Steph. al. 25 ſtratae V. 26 *aggere* Steph. Dan. Fabr. al. 27 *ac ſi debilem* Voſ. *tuam* L. R. Voſ. *fore* deeſt Dan. *futuram* legitur apud Ciceronem.

Tali remigio navis ſe tarda movebat:
Vela facit tamen, & velis ſubit oſtia plenis.
Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat,
Servatam ob navem laetus, ſocioſque reductos.
Olli ſerva datur, operum haud ignara Minervae,
Creſſa genus Pholoë, geminique ſub ubere nati.
Hoc pius Aeneas miſſo certamine tendit
Gramineum in campum, quem collibus undique curvis

Cin-

SERVII.

281. VELA FACIT TAMEN. Ἀνακόλουθον: nam non praemiſit: Quanquam remigare non [28] poſſet. SUBIT OSTIA Portus: ut ſupra diximus I. 400. ideo, quia exitus fluminum frequenter portus efficiunt.

282. PROMISSO. Aut magno: aut ante promiſſo, [29] [κατὰ τὸ σιωπώμενον,] ut intelligamus in omnibus ludis illud eſſe ſervatum: inf. 305. *Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit*. Quod etiam in [30] *pyctali* ait certamine inf. 367. *Victori velatum auro vittiſque juvencum: Enſem atque inſignem galeam, ſolatia victo*. Aut certe promiſiſſe eum intelligamus, quando vidit navem periclitantem.

284. OPERUM HAUD IGNARA MINERVAE. Perita lanificii.

285. CRESSA GENUS. [31] [Hoc eſt, Cretenſis: & eſt] figura Graeca, ut VIII. 114. *Qui genus? unde* [32] *domo?* PHOLOE. Nomen proprium: erat autem [33] *lactans:* nam infantes *lactentes* dicimus.

287. GRAMINEUM. Graminoſum. Cicero de haſtis [34] bene, *etiam ne gramineas haſtas:* [35] [quia *gramineum* eſt ex gramine: *graminoſum*, gramine abundans.] COLLIBUS UNDIQUE CURVIS. Mutavit: non enim ſylva colles habet; ſed eſt in collibus ſylva. Debuit ergo dicere: Quem colles [36] cingebant ſylvis.

VARIORUM.

280. TARDA MOVEBAT. Gudianus *ſe tarda ferebat*. non male. vid. lib. III. 268. HEINS. *Ferebat* etiam Bigotianus. *ſic tarda* Francianus.

281. VELA FACIT. Hic Gallicismum deprehendit Harduinus, & Latine notare *texere velum*, non quod Galli, *il fait voile* notat. neſcio an recte calleat maternam linguam. nam iſtius magiſtri hanc phraſin de nauta, qui ſolvit e portu, & ſe mari committit, dici docent: hic de eo, qui redit a certamine debilis & remis amiſſis nunc oſtia ſubit ponitur. deinde hinc factum *veliſicari*, quod eſt *vela facere*. BURM.

Ibid. PLENIS SUBIT OSTIA VELIS. *Velis ſubit oſtia plenis* noſtri codices, exceptis Mediceo, priore Menagii, Veneto & Moretano quarto: nec aliter Pieriani codices. HEINS. Et ita Francianus. *oſtia portus* Pugetianus. *ſubit portum* dixit Plin. IX. Ep. 26.

282. PROMISSO. *Permiſſo* Hugenianus. vid. inf. 718. *promiſſo donat honore* Dorvil.

283. NAVEM. *Navim* primus Moreti.

Ibid. REDUCTOS. *Receptos* Sprotii. eadem varietas lib. I. 583.

284. HAUD. An ſcribendum *haut*, vid. Maleſp. ad Cicer. VII. ad Att. 13. quem compilavit Crenius Animad. Philoſ. T. IV. p. 205. ubi paucis obſer-

28 poſſit Dan. 29 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 30 *pictali* L. Voſ. R. Dan. al. ἐν τῷ πυκτικῷ Fabr. 31 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 32 *modo* V. 33 *lactens* n. i. *lactantes* L. *lactans* n. i. *lactantes* Voſ. R. V. & ita Maſvic. ſed perperam, vid. ad lib. I. Georg. 315. 34 *bene* non eſt Ciceronis, ſed Servii laudantis Ciceronem, ex IV. Verr. 56 qui *bene* dixit *gramineas* non *graminoſas*. Hottomannus dubitat, an haec verba ſint a Servio profecta, & ille *fraxineas* legere mavult. Cl. Graevius fatetur ſe ignorare, quae ſint illae haſtae *gramineae*. Turneb. ad Cicer. I. Agrar. cap. 2. *gramineas* interpretatur, quibus in gramine & campo ſe exercere ſolerent. ut Noſter lib. VI. 642. *gramineas palaeſtras* dixit. Mirabella de Syracuſarum ſitu Tab. I. n. 12. ex vero gramine, ut natura producit, credebat, quem refutat Bonannus in Syracuſis antiquis lib. I. cap. I. & in Manutii & aliorum ſententiam concedit, qui *fraxineas* legunt. ego fateor me ignorare. fictas vero aut ornatas, ut viderentur gramineae, capere prohibent ſequentia, in quibus *nihil manu factum* fuiſſe dicitur. ergo ex ipſa natura debuit productum aliquod ligni genus fuiſſe, quod ſpeciem graminis praebebat. videant eruditi. BURM. 35 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. al. 36 cingebat V. mox erat circus theatri, id eſt, ſ. ſ. Lipſ.

Digitized by Google

Cingebant ſilvae: mediaque in valle theatri
Circus erat, quo ſe multis cum millibus heros
Conſeſſu medium tulit, exſtructoque reſedit.
Hic, qui forte velint rapido contendere curſu,
Invitat pretiis animos, & praemia ponit.
Undique conveniunt Teucri, mixtique Sicani,
Niſus & Euryalus primi.

295 Eu-

SERVII.

288. MEDIAQUE IN VALLE THEATRI. Media in valle erat circus, id eſt, ſpatium ſpectaculi. Et *theatri* Graece dixit [37] [a circumſpectione. Omne ſpectaculum *theatrum* poſſumus dicere,] ἀπὸ τῆς θεωρίας: non enim eſt ſpeciale [38] nomen.

290. CONSESSU MEDIUM TULIT. Ordo eſt: Quo ſe Aeneas medium tulit, cum multis millibus, & extructo conſeſſu reſedit.

292. ANIMOS. Eorum ſubaudis.

293. MIXTIQUE SICANI. [39] Quod ait ſupr. 108. [40] *Pars & certare parati.*

VARIORUM.

ſervatum Victorini locum jactat, quem & Malaſpina & Barth. ad Stat. I. Theb. 445. (quem & vid. ad v. 632.) Dauſquejus & alii produxerunt. BURM.

185. CRESSA. Genus loquendi acceptum a Graecis. tale illud Herodoti, I. 6. Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν τὸ γένος. URSIN. *Threſſa* Scholiaſtes Horatii Cruquianus lib. III. Od. 9. ad illa, *me nunc Threſſa Chloë regit.* ſed vulgata ſcriptura agnoſcitur a Priſciano. HEINS. *Creſa* Leidenſis & Francianus. iterum Schol. Horatii ad I. Sat. v. *Creſſa.* & certe *Creſſae* nutrices ſaepe dabantur pueris. ita Plin. XXXV. 10. *pinxit & Creſſam nutricem, infantemque in manibus ejus.* ſed *Threſſa* defendi poſſet, quia Pholoës nomen a monte Pholoë habuiſſe videtur, qui Theſſaliae a quibuſdam, ab aliis Thraciae, (ut ſolebant hae regiones confundi) attribuitur. vid. ad Valer. Flac. I. 140. Aeneae vero majus commercium cum *Thracibus* fuit, quam Cretenſibus. vid. lib. I. 316. & mox ℣. 536. & 620. & potuit a Graecis abrepta ceſſiſſe Trojanis in praedam, ſi Theſſaliae adſcribas Pholoën. BURM.

Ibid. SUB UBERE. *Sub ubera* Gudianus. vide lib. IX. 718. HEINS. Vide Drakenb. ad Sil. Ital. III. 63. qui *ſub ubere* praefert. Stat. III. Theb. 683.

Parvumque ſub ubere caro
Theſſandrum portabat avo.

BURM.

287. COLLIBUS. Poteſt eſſe pro ſilvae *in collibus.*

290. MEDIUM. *In medium* primus Moretanus, & tertius Rottendorphius. *conceſſu* Juntina Editio. vitioſe, ut & *conſenſu* Montalbanius & Venetus, Francianus & Mediceus. vid. inf. 340. *conceſſum* Wall. BURM.

291. HIC. *Huc* primus Moretanus a manu ſecunda. nimirum *invitat*. HEINS. *Hac* Hugenianus a manu ſecunda. *velit* Ed. Venet.

292. PRETIIS, ET PRAEMIA. Id eſt praemia pretioſa, quibus invitabat. vid. inf. 390. ubi *pretium & dona. ponere* illuſtravimus ad Phaedr. I. 14. pro quo & *proponere* frequenter occurrere docuit Cl. Drakenb. ad Liv. XXI. 45. BURM.

293. CONVENIUNT. *Concurrunt* Leidenſis.

294. NISUS ET EURYALUS. Culpat hic Harduinus, quod Trojanis dederit Graeca nomina. Imperitus certe omnis Poëſeos ſe oſtendit, ut qui ignoraverit Poëtas nominibus propriis ornaſſe pro arbitrio heroas ſuos, & ſuae genti uſitata nomina impoſuiſſe alienis. ſed quid Homero ſuo faciet, qui tot nomina Graeca dederit Trojanis? *Priamus* an non Graecum nomen? & plurimis ex filiis Graeca nomina dedit, & ſaepe iisdem nominibus in diverſo Trojanorum & Graecorum exercitu appellat, ut Acamas, Alaſtor, Amphimachus, Bias & innumeri alii. Ergo & Homerus XI. ſeculo ab impoſtore proditus erit. ita Tryphiodorus & alii. & ita mox *Diores* &c.

296. PUE-

37 deſunt L. R. V. Baſil. dixit, etiam deeſt Lipſ. 38 deeſt L. Voſ. R. V. Steph. ſpeciale, ſed Theatri Baſil. 39 quia ait Dan. Fabr. hoc eſt quod L. 40 hoc *pars* ait & c. p. Baſil.

Euryalus forma inſignis, viridique juventa:
Niſus amore pio pueri. Quos deinde ſecutus
Regius egregia Priami de ſtirpe Diores.
Hunc Salius, ſimul & Patron: quorum alter Acarnan,
Alter ab Arcadio Tegeeae ſanguine gentis.
Tum duo Trinacrii juvenes, Helymus Panopeſque,
Adſueti ſilvis, comites ſenioris Aceſtae.
Multi praeterea, quos fama obſcura recondit.
Aeneas quibus in mediis ſic deinde locutus:

Ad-

SERVII.

295. [41] [FORMA INSIGNIS. Id eſt, decorus.] VIRIDIQUE JUVENTA. Aetates omnes Varro ſic dividit: [42] *Infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, juventam, ſenectam.* Hae tamen, [43] [ſicut etiam de temporibus ſupra III. 8. diximus, ſingulae] trifariam dividuntur, ut ſit [44] *prima, viridis, praeceps:* hinc eſt: *Et viridi juventa:* & VI. 304. *Cruda deo viridiſque ſenectus:* item Salluſtius fragm. incert. *Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingreſſus, matre ſua veneno interfecta.*

296. AMORE PIO PUERI. [45] [Caſto, non inſani:] aut genitivus eſt; & dicit eum ob hoc veniſſe, ne amicum relinqueret: [46] aut diſtinguendum per ſe, & eſt nominativus pluralis, ut PUERI, non referamus ad aetatem, ſed ad agonale ſtudium, in quo ſunt puerorum & virorum ſeparata certamina: [47] nam ἄνδρες ϗ παῖδες dicuntur, licet [48] non ſint unius aetatis.

298. ACARNAN. Epirota. Acarnania enim eſt pars Epiri.

299. TEGEAE DE SANGUINE GENTIS. Si derivativum fuerit, [49] *Tegeaeae, de* non ſequitur: ſi *Tegeae* legerimus, non ſtat verſus, niſi addita *de* ſyllaba. Derivativum autem ille indicat locus VIII. 459. *Tunc lateri atque humeris* [50] *Tegeaeum ſubligat enſem. Tegeum* autem, oppidum eſt Arcadiae, [51] [a *Tegeo*, Arcadiae filio.

300. HELYMUS. Ecce ubi ſubtiliter Helymum cum Aceſte ad Siciliam dicit veniſſe, cum ait: *comites ſenioris Aceſtae.*

301. ADSUETI SYLVIS. Id eſt, venatores.]

302. QUOS FAMA OBSCURA RECONDIT. [52] [Hoc dicendo,] per contrarium [53] illos omnes eſſe nobiles indicavit.

VARIORUM.

296. PUERI. *Mueri* alter Hamburgicus a manu prima. *quem* Gudianus a manu prima. *& quos* tertius Mentelii, & Regius.

298. SALIUS. *Alius* Mentelii prior a manu prima. *quorum unus* Dorvil.

Ibid. ACARNAN. *Acarna* Sprotianus & tertius Rottendorphius a manu prima. & ita Francianus. *Acharnia* Wittian.

299. AB ARCADIO TEGEAE DE SANGUINE GENTIS. Ita Mediceus & prior Mentelianus, tertiusque Rottendorphius ex noſtris, cum Vaticano Pierii. idem ex aliis profert, *Alter ab Arcadio Tegeaeae ſanguine gentis*, quam & genuinam ac ſinceram hoc loco ſcripturam eſſe habeo perſuaſum. eamque confirmant ex noſtris Mentelianus alter & quartus Moreti, niſi quod in iis, *Tegeae ſanguine.*

Men-

41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 Rykius deleverat *infantiam*, & in marg. ſcripſerat. vid. Cenſorin. de D. N. cap. XIV. 43 deſunt V. 44 prima, viridis, praeceps L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. prima, vel viridis, adulta, praeceps Fabr. prima viridis, adulta, praeceps Baſil. Maſvic. dedit prima vel adulta, & praeceps. vid. ad I. Georg. 41. & I. Aen. 430. unde hunc locum interpolarunt. BURM. 45 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 46 & aut V. 47 nam andres caepaedes V. alii ut & Dan. tranſponunt verba, & Graeca in fine, Παῖδες, ἄνδρες etiam &c. 48 confuſio ſit aetatum Baſil. 49 deeſt L. R. Voſ. V. Steph. Dan. al. 50 *Tegeum* L. R. Voſ. *Tegaeum* Dan. Baſil. deinde, & *Tegeum* opp. L. Voſ. Baſil. 51 deſunt L. R. Voſ. V. Steph. al. ad ℣. 302. 52 deſunt iiſdem praeter Dan. 53 illos ſuperiores omnes Baſil. ego malim, alios omnes.

Adcipite haec animis, laetaſque advertite mentis:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Gnoſia bina dabo levato lucida ferro
Spicula, caelatamque argento ferre bipennem.
Omnibus hic erit unus honos. Tres praemia primi
Adcipient, flavaque caput nectentur oliva.
Primus equum phaleris inſignem victor habeto:
Alter Amazoniam pharetram, plenamque ſagittis
Threïciis, lato quam circumplectitur auro

Bal-

SERVII.

306. GNOSIA. Cretenſia. [54] *Gnoſos* enim eſt civitas Cretae. Et bene, ſicut etiam in navibus, & generalia dat & ſpecialia. LEVATO. [55] Nitido, ut VII. 789. *At levem clipeum ſublatis cornibus Io.*

308. PRIMI. Aliorum [56] comparatione: nam unus eſt primus.

309. FLAVA. Viridi, ut ſupra IV. 261. *Iaſpide fulva.*

310. PHALERIS. Equorum ornamentis: ſermo Graecus eſt: [57] [quia φάλαρα dicuntur Graece.] HABETO. Habeat: tertia perſona eſt a futuro [58] imperativi, quae in hoc modo numeri ſingularis ſimilis eſt ſecundae.

311. AMAZONIAM. Quaſi Amazoniam, ut ſup. 110. *Sacri tripodes.*

VARIORUM.

Mentelianus prior, *ab Arcadia Tegeae ſanguine.* etiam ſecundus Rottendorphius, qui tamen *Arcadio* a manu prima. *Tegeae* pro *Tegeaeae* eſt ſollemnis error in vetuſtiſſimis Poëtarum exemplaribus. hinc factum illud *Tegeae de ſanguine.* poteſt etiam refingi, *ab Arcadia Tegeaeae e ſanguine gentis.* ſic lib. X. 425. *Arcadio telo dat pectus inermum.* & lib. XII. 272. *Arcadio conjux Tyrrhena Gylippo.* & lib. VIII. 573. *Arcadii, quaeſo, miſereſcite regis.* & IV. Georg. 283. *Arcadii memoranda inventa magiſtri.* Atque ita pro *Arcadicus* in Naſonis, Silii, Tragoediarum Senecae codicibus frequenter exaratum deprehendi, de quo nonnihil monitum ad Ovidii Faſt. V. 91. vulgatam lectionem ſi tuemur, *Tegeae gentis*, pro *Tegeaeae* poſitum erit, eodem modo quo a *Nemea*, *Nemeus* adjective. Stephanus Byzantius Νεμέα χώρα τῆς Ἤλιδος. τὸ Ἐθνικὸν Νέμειος ἐ Νεμεαῖος. Certe idem ex Sophocle obſervavit, Τεγεὰς ὡς Ἰλιάς. feminino genere. adi notas libro VIII. 295. HEINS. *Tegeae e ſanguine* Francianus. licet videatur olim fuiſſe *de*, ſed eraſa litera erat. *Tegeae de* Regius. vid. ad Ovid. IX. Epiſt. 95. ubi *Tegeeae* ſcribendum docuimus. vid. ad I. Georg. 18. *ab Archadia Tegeae de* Wall. Dorvil. Wittian.

300. HELYMUS. *Helimus* alter Hamburgicus. *Helimus* Montalbanius. *Helenus* Wall.

301. ACESTAE. *Aceſti* in priore Voſſiano. quomodo *Achati* Cariſius agnoſcit. pro *Achatae* lib. I. 120. ubi plura diximus. HEINS. *Acheſtes* Wall.

303. QUIBUS IN MEDIIS. Pro *medius*. vid. ſupr. II. Aen. 508. & Barth. ad Stat. IV. Theb. 683.

304. LAETASQUE. *Laetas* Wall.

306. LEVATO. *Limato* Sprotianus. *polito* Venetus, quae omnia interpretamenta ſunt. nam in Zulichemio ſupraſcripta vox inter verſus *limato*. *Leugato* primus Moreti pro *levigato* credo, ut eſt in codice Serviano Heinſii. *lunato* Vratiſlavienſis. vulgatum retinet Scholiaſtes Statii I. Theb. 519. ubi *levare* explicat, lucidum facere. Stat. IV. Silv. IV. 51.

Illi ſaxa ligant, trabeſque levant.

Harduinus etiam huic verbo controverſiam movet, & *levigato* debuiſſe dicere, ſed metro coactum

[54] *Gnoſus* Dan. *Gnoſos* civitas Baſil. [55] levigato V. [56] comparatio V. [57] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. [58] imperativus, q. i. h. m. & numero ſingulari V. numero ſingulari, etiam Lipſ.

Balteus, & tereti ſubnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.
Haec ubi dicta, locum capiunt, ſignoque repente
Conripiunt ſpatia audito, limenque relinquunt,
Effuſi nimbo ſimiles: ſimul ultima ſignant.
Primus abit, longeque ante omnia corpora Niſus

Emi-

SERVII.

313. BALTEUS. *Balteus* dicitur, non tantum quo cingimur; ſed [59] etiam a quo arma dependent.

314. CONTENTUS ABITO. Quaſi de parvo munere.

316. CORRIPIUNT SPATIA. Raptim eunt, ut VI. 424. *Corripit Aeneas aditum cuſtode ſepulto.* LIMENQUE RELINQUUNT. Aut regulam, aut ſignum de creta factum.

317. SIMUL ULTIMA SIGNANT. [60] Intuentur [61] [& notant] ultima ſpatia, [62] [id eſt, finem curſus,] aviditate vincendi: [63] [& deeſt, viſu,] [64] ut Cicero Catil. I. I. *Notat & deſignat oculis.* Aut *ſignant ultima*, [65] cumulorum ſcilicet ſummitatem: *ſignant* veſtigiis, ut alibi III. Georg. 196. *Vix. ſumma veſtigia ſignat arena.*

318. PRIMUS ABIT. Sicut & de navibus, poſt generalitatem tranſit ad ſpecialitatem: & bene, [66] cum tribus ſtatuta ſint praemia, quinque commemorat, [67] ſcilicet caſuris duobus.

VARIORUM.

ctum *levato* poſſuiſſe. vid. ad Samonic. cap. XI. BURM.

307. FERRE. *Fronde* Mediceus a manu prima.

308. HIC. *Is* Venetus. *accipiunt* alter Hamburgicus.

309. NECTENTUR. *Nectuntur* Rufinian. de Schem. Lex. p. 35. & Serv. ad IV. Aen. 261. *fulvaque* eſt apud Serv. ad lib. IV. 261.

310. EQUUM. *Equam* Mediceus a manu prima. HEINS.

312. THREICIIS. *Traicit* Francianus. *Thraiciis* Parrhaſ.

Ibid. CIRCUMAMPLECTITUR. *Circumplectitur* Mediceus optimus cum duobus Moretanis & Veneto. caeteri fere omnes cum Pierianis, *circum amplectitur.* placet alterum, quod & Scholiaſtes Juvenalis Mſ. Satyra IX. 112. agnoſcit. nam quemadmodum *aſpicio*, *conſpicio*, *circumſpicio* dicimus, ſic etiam *amplecti*, *complecti*, *circumplecti*, Statius Balneo Etruſci, I. Silv. V. 43.

Stupet ipſe beatus
Circumplexus opes, & parcus temperat ignis.

ubi perperam, ſi quid video, nunc circumfertur, *& parcius imperat ignis.* verbo *circumplectendi* utuntur Tullius aliique paſſim. Apulejus Met. VIII. *Cadaver, quod ipſe fecerat, avide circumplexus, omnia lugentium officia ſollerter effinxit*, quae illic optimorum codicum eſt ſcriptura. τὸ *amplexatus* quod nunc editiones occupavit, a Colvii codice minus ſincero promanavit. A. Gellius lib. X. cap. 3. *animum hercle meum imago quaedam & ſonus verborum & vocum, & ejulationum circumplectitur.* Idem libro XIII. cap. 4. *Pomoerium pro incrementis reipublicae aliquoties prolatum eſt, & multos editoſque colles circumplexum eſt.* Avienus deſcript. Orbis tamen,

Nam vel caeruleo loca circum amplectitur aeſtu.

mox idem,

Plurima praeterea gens circum amplectitur illic
Oram Arabum.

ſed deinde, *Ipſa dehinc tellus quae circumplectitur urbem.* ſic *circumfundi* lib. II. ℣. 373. de quo vide notas. & *circumtextum Acantho velamen.* HEINS. *Circum amplectitur* Dorvil Wall. Francianus & Ed. Venet. *qua* alter Menagii. Suet. Domit. VI. *Statuam aquila circumplexus pennis.* eodem modo *circum adſpicere* & *circum inſpicere* in ſcriptis occurrit. vid. ad Ovid. I. Triſt. I. 47. & Claudian. III.

59 etiam quo Voſ. etiam de quo dependent V. 60 intuentes & notantes Dan. Fabr. 61 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 62 deſunt iisdem. 63 deſunt iisdem. 64 ut *notas & deſignat oculis* Voſ. R. Lipſ. Steph. al. *ut notant & deſignant.* Aut. L. 65 culmorum R. a. m. pr. & ita edidit Commelin. & Emm. 66 quod t. ſ. ſunt V. quia t. ſ. ſunt L. Voſ. R. Lipſ. Baſil. 67 deeſt L. Voſ. R. V. Steph. al.

Emicat, & ventis & fulminis ocior alis.
Proxumus huic, longo ſed proxumus intervallo,
Inſequitur Salius: ſpatio poſt deinde relicto
Tertius Euryalus.
Euryalumque Helymus ſequitur: quo deinde ſub ipſo
Ecce volat, calcemque terit jam calce Diotes,

In-

SERVII.

319. Alis. Velocitate: quia tam ventos, quam fulmina alata fingunt poëtae, ut VIII. 430. *Et alitis auſtri.*

320. Proximus huic. Secundum hunc locum: *proximum* [68] autem dicimus etiam longe poſitum, nullo interveniente.

323. Quo deinde sub ipso. Sub ipſo, id eſt poſt ipſum, [69] [juxta ipſum.]

324. Calcem calce terit. *Calcem* dicimus, unde terram calcamus. Ergo non proprie dixit, *Calcem calce terit*, [70] plantam enim calce potuit terere: unde a parte totum accipiendum, id eſt, calce pedem terebat.

VARIORUM.

III. Stil. 65. BURM.

315. Capiunt. *Accipiunt* Leidenſis unus & Oudartii. vid. ad Ovid. I. Art. Amat. 234. mox, *ſpatio* Gudianus a m. pr.

317. Effusi. *Et fuſi* Mediceus. *nimbi* alter Hamb. *ſignant*, oculis *notant* exponit Catroeus ex Servio.

319. Fulminis. *Fluminis* Silius.

320. Longo. *Huic longe, ſed* Wall.

321. Deinde. *Inde* Sprotianus & alter Menagii.

323. Quo. *Qui* tertius Rottendorphius a manu ſecunda. *quod* Mediceus. *quem* Parrhaſ. *ſub ipſo*, ut Manil. II. 187.

Nec non Arcitenens, qui te, Capricorne, ſub ipſo
Praemittit.

ubi non opus eſt pro *nec non* legere, *quin etiam*, quod idem notat. ſed veroſimilius *promittit* legi Bentlejo adſentior. & ita poſſet ſervari vulgata apud Lucan. VIII. 779. *Aurorae promiſſa dies.* BURM.

324. Calcemque terit jam calce. Quomodo haec explicent Scaliger & alii ex Taubmanni notis videri poteſt. unde Catroeus ſuas copias inſtruens mire vertit, & explicat. non pone, ſed juxta Helymum cucurriſſe Diorem credit, & tam prope eum fuiſſe, ut non niſi brachii Helymi modo ſuperaretur. quod vix intelligo. praeterea tam prope aequali fronte fuiſſe, ut uno calceorum ſuorum tangeret unum Helymi. venuſte certe, curſores calceatos fuiſſe nobis narrat. mirum ſi non etiam, ut curſores illi apud Sueton. Veſpaſ. VIII. *calcearium* acceperint. rectius & ſanius Ruaeus, qui nihil de calceis memorat. ego mihi ita fingo cucurriſſe, ut prius poſt Helymum cucurrerit Diores, & ejus veſtigia preſſerit, & *prima plantis perſtrinxerit veſtigia* praecurrentis, & *inſeſtaſſe ſua per veſtigia preſſum*, ut in ſimili certamine Silius lib. XVI. 492. & 505. quod ut ſenſit Helymus, ut impediret Diorem, ne praeteriret, ſe aliquantulum in eam partem, qua currebat Diores, flexiſſe, & pedem ſuum ei oppoſuiſſe. (forte inde nata locutione, *pedem alicui opponere*, ut notavit Berſm. ad Ovid. IV. Triſt. IV. 2. ex ÿ. mox 335.) & ita, dum ſe inter ſe tangunt, Diorem ſtrinxiſſe calce ſua calcem Helymi, ut interior fieri, & ſine ullo impedimento praeterire poſſet: eodem modo, ut in curuli certamine priores ſaepe currum tranſverſum agebant, ne praeterirent ſequentes, unde & rotas ſaepe ab utraque parte radebant & ſtringebant, quod & ſupr. in navali certamine *radere iter* vocat. hinc etiam Diorem incubuiſſe humero Helymi, ſe flectentis, poteſt facile concipi, quum poene tangeret. haec melius oculis poſſent diſcerni, quam ex deſcriptione percipi. ſed ſic ſimul Harduino reſpondiſſe credimus, qui nec fieri potuiſſe putat, niſi *calcem* pro veſtigio calcis ponatur. pro *ecce* Diomedes habet, *ipſe volat*. ſed Nonius in *ecce* vulgatam ſervat. BURM.

325. Hu-

[68] deeſt iisdem, & ſublata diſtinctione, *locum proximum dicimus.* [69] deſunt iisdem. [70] Planta enim calcem non potuit Voſ. Steph. planta enim calcem potuit L. R. Baſil.

Incumbens humero: ſpatia & ſi plura ſuperſint,
Tranſeat elabſus prior ambiguumque relinquat.
Jamque fere ſpatio extremo, feſſique ſub ipſam
Finem adventabant; levi quum ſanguine Niſus
Labitur infelix: caeſis ut forte juvencis
Fuſus humum viridiſque ſuper madefecerat herbas.
Hîc juvenis jam victor ovans veſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo; ſed pronus in ipſo
Concidit inmundoque fimo ſacroque cruore.

Non

SERVII.

325. INCUMBENS HUMERO. [71] Aut Helymi humero: aut currentis eſt geſtus.

326. ELAPSUS PRIOR. [72] Ideo labitur, id eſt, celeriter currit, [73] ut prior fiat; [74] & ſatis licenter eſt dictum. AMBIGUUMQUE RELINQUAT. Minus firmum ad celeritatem.

327. SUB IPSUM FINEM. Finem bis ſubaudis, *ſub ipſam finem*, [75] feſſi adventabant ad finem.

329. LABITUR INFELIX. Quia parata victoria caruit. CAESIS UT FORTE JUVENCIS. Bene rem notam per tranſitum tetigit: Agonalis enim moris fuerat, poſt ſacrificia ad certamen venire.

330. FUSUS HUMUM VIRIDISQUE SUPER MADEFECERAT HERBAS. Ordo eſt, ſuperfuſus.

332. TITUBATA. Participium ſine verbi origine. [76] [Non enim dicitur *titubor*, *titubaris*: licet & quaedam neutra ſint, quae tria habent participia, praeſentis, praeteriti, & futuri: ut *placens*, *placitus*, & *placiturus*: & *prandeo* ſimiliter.]

333. IN IPSO CONCIDIT. Ablativum poſuit: [77] [non enim dixit: *In ipſum concidit fimum*:] quia non eſt mutatio: [78] [nam motum non ſignificat.]

VARIORUM.

325. HUMERO. *Humeris* prior & tertius Menteli, primus Rottendorphii, Menagianus uterque, Pariſ. Leidenſ. & Ald. reliqui, *humero* vid. Ruae.

326. AMBIGUUMQUE. *Ambiguumve* codices noſtri omnes. HEINS. *Relinquit* Zulichemius. v. H. Steph. Schediaſm. p. 51.

327. EXTREMO. *Exacto* Parrhaſ.

Ibid. SUB IPSAM. *Sub ipſum* Mediceus a manu ſecunda. quomodo & alii tres minoris rei. ſed perperam, uti dictum libr. III. 145. HEINS. *Sub ipſa fine* Rottendorphius. in Franciano *ipm*, dubia ſcriptura.

328. LEVI. *Leni* Bigotianus. *tum* primus Rottend.

329. CAESIS UT FORTE JUVENCIS, FUSUS HUMUM VIRIDESQUE SUPER MADEFECERAT HERBAS. Haec lectio & diſtinctio cum Servii eſt (ait enim eſſe ordinem, *fuſus ſuper humum*) tum mei codicis, & librorum Aldi. de iis loquor, quos Paulus, Aldi filius, neſcio an per ſe, an per alium emendarit. FABRIC. In quatuor recentioribus, *Fuſus humi*. vetuſtiores omnes, *humum*. HEINS. *Humi* Parrhaſ. & Wallian. ut ſupr. ỳ. 78. *fuſus humi viridis* Dorvil.

Ibid. UT FORTE. *Ut* pro *ubi* explicat Commentator Crucquianus Horatii III. Od. 4. & ita Cerda, quem vid. ſimilis uſus *τῷ ut* infr. ỳ. 383. BURM.

332. TENUIT. Videndus Brouckh. ad Propert. III. VII. 33. de dubia hujus locutionis ſignificatione vid ad Lucan. II. 248. BURM.

Ibid. TITUBATA Et hoc ſoloecum grave dicit Harduinus, pro *titubantia*, ſed ſatis hoc tuetur Servii nota, ut plurima participia ejuſdem notae, quorum verba indicativi modi non ſunt in uſu, ut *regnata*. IV. Georg. 489. &c. BURM.

333. SA-

71 aut flexo humero, aut Steph. 72 ut dum labitur Dan. dum labitur Fabr. ut dei labitur R. 73 deeſt R. V. 74 ſed ſatis Dan. Fabr. 75 aut feſſi Dan. 76 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 77 deſunt iiſdem. 78 deſunt hadem.

Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum:
Nam ſeſe obpoſuit Salio per lubrica ſurgens.
Ille autem ſpiſſa jacuit revolutus arena.
Emicat Euryalus, & munere victor amici
Prima tenet, plauſuque volat fremituque ſecundo.
Poſt Helymus ſubit, & nunc tertia palma Diores.
Hîc totum caveae conſeſſum ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus inplet;

Ere-

SERVII.

334. Oblitus amorum. [79] [Id eſt, Euryali. Et diviſit ſententiam Euryali.] *Amorum*, pro amoris: nec ſupradictis [80] congruit: ait enim ſupr. 296. *Amore pio pueri:* nunc *amorum*, qui pluraliter non niſi turpitudinem ſignificant.

336. Spissa harena. Tenui: quanto enim quid minutius, tanto [81] eſt denſius.

338. Prima tenet. Τὰ πρῶτα, [82] [ſc. loca.] Fremituque secundo. Bene *ſecundo* addidit: quia eſt & [83] iraſcentium.

340. Hic totum caveae. *Hic*, temporis adverbium eſt [84] modo. Caveae consessum. Per *caveam* autem plebem [85] ſignificat: nam *cavea*, conſeſſus eſt populi. Et ora prima patrum. Hoc eſt, quod Juvenalis ait II. Sat. 147. [86] *Omnibus ad podium ſpectantibus.*

VARIORUM.

333. Sacroque. *Craſſoque* Parrhaſ. male. traductum huc ex ỹ. 469. ita v. 78. *ſanguine ſacro.*

334. Amorum. *Amorum eſt* Wittian. neſcio an ſemper verum ſit, *amores* in plurali notare turpitudinem, nimirum infamem in pueros libidinem, quum *pium amorem* dixerit ỹ. 296. quum & de feminis, quas amamus, occurrat. ut Ovid. I. Met. 617. *crudele ſuos addicere amores*, de Io amata a Jove. & Dido de Sichaeo conjuge lib. IV. 28. *Ille meos amores abſtulit*. & lib. VI. 474. de eadem, *aequatque Sichaeus amorem*, ubi & *amores* Zulichem. rectius vero Servius ad I. Aen. 450. *amores* ad voluptatem pertinere notat. quam etiam ex legitimo amore poſſumus capere. non ergo hic de turpi inter Niſum & Euryalum commercio cogitandum, ſed de vehementiori amore, quem plurali numero expreſſit. BURM.

335. Opposuit. *Objecit* Parrhaſ. *& ſeſe* quidam codices apud Serv. ad II. Aen. 474.

336. Revolutus. *Reſupinus* in altero Voſſiano. HEINS. *Tenui jacuit* primus Rottendorphius a manu ſecunda. quod pro gloſſa eſt in Regio, & ita Servius. *reſolutus* Venetus. BURM.

337. Amici. *Amico* Mediceus a manu prima. quamquam Diomedes pro vulgata ſtat lectione. ſic lib. II. 255. *per amica ſilentia Lunae*. & 147. *dictis ita fatur amicis*. ut ſaepe. lib. VIII. 126. *ultro verbis compellat amicis*. & lib. III. 463. *ſic ore effatus amico*. & lib. V. 41. *feſſos opibus ſolatur amicis*. & 466. *dictis adfatur amicis*. HEINS. *Munera* alter Menagii.

339. Palma. Ruaeus explicat non victoriam, ſed victorem. ex I. Georg. 59. ſed ibi *palmas equarum*, non *equas* dicit, ut hic Diores *palma* vocatur. audacior certe figura; quam imitatur Silius lib. IV. 392. ubi de eo, qui vinci etiam debebat, dicit,

Ultima reſtabat fuſis jam palma duobus
Virbius.

ſed XVI. 504. eodem modo, ut Maro,

Et modo poſtremus, nunc ordine tertia palma.

ubi vide Barth. & Cl. Drakenb. Manil. I. 785.

Fabricius, Curiuſque patres, & tertia palma
Marcellus.

ubi

79 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 80 congrue L. Voſ. R. mox, quia pluraliter Steph. Fabr. al. *amore* nec ſupradictum congrue Lipſ. 81 deeſt Voſ. Steph. 82 deeſt L. R. Voſ. Steph. al. Τὰ πρῶτα priſca Dan. Fabr. & nihil aliud. pro quo Ger. Voſſ. conjiciebat, *principia*. 83 iraſcentum L. R. Voſ. V. iratorum Baſil. 84 deeſt L. Voſ. eſt modo deſunt Lipſ. 85 ſignificant. V. 86 *&* *omnibus* L. Voſ. R. Steph. Dan.

Ereptumque dolo reddi ſibi poſcit honorem.
Tutatur favor Euryalum, lacrimaeque decorae,
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
Adjuvat, & magna proclamat voce Diores,
Qui ſubiit palmae, fruſtraque ad praemia venit
Ultima, ſi primi Salio redduntur honores.
Tum pater Aeneas, Veſtra, inquit, munera vobis
Certa manent, pueri; & palmam movet ordine nemo:
Me liceat caſus miſerari inſontis amici.

Sic

SERVII.

343. LACHRYMAEQUE DECORAE. Ipſe etiam fletus habebat aliquid venuſtatis, ortus a gaudio, ut Terentius Adel. III. IV. 48. *Lachrymo gaudio.* Quod & congruit puero, propter victoriam inopinatam; aut certe ad miſerationem movendam contra eum, qui ſe adſerebat eſſe victorem.

344. VENIENS. Creſcens, ut I. Georg. 54. *Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvae.*[87] [*Venire* anni dicuntur in adoleſcentibus: ſicut in ſenibus, *recedere.* Horatius Art. Poët. 175. *Multa ferunt anni venientes commoda ſecum; Multa recedentes adimunt.*]

349. CERTA MANENT. Firma. PUERI. Ut diximus ſupra ℣. 296. quia[88] [ἄνδρες καὶ] παῖδες dicuntur.

350. ME LICEAT. Liceat me miſerari; nam non dicimus, *me liceat*; ſed, *mihi liceat.* CASUS. Alluſit, a cadendo.

VARIORUM.

ubi tamen alio paullum ſenſu, & ex Ruaei ſententia, tertius victor Marcellus, qui retulit palmam de rege necato, debet capi. ſed hic Diores vincitur a prioribus duobus. *& tunc* tertius Rottend. primus Moreti, Leidenſis, Bigotianus, Wittian. Franciſn. & Excerpta noſtra. *ſubiit & tertia* Parrhaſ. BURM.

340. CONSESSUM. *Conceſſum* Menagius & Hamburgicus priores. *conſenſum* Mediceus & Gudianus a manu prima. vide ſupra ℣. 290. & infr. 577. ita apud Cicer. I. Phil. 12 *recordare conſenſum illum Theatri.* ubi codices etiam, *conſeſſum.* vide Ferrarii notas. BURM.

343. LACRIMAEQUE DECORAE. Statius de Virgine ſponſa, ſolita ſua grandiloquentia, II. Theb. 234. *ora rigantur honeſtis Imbribus.* ubi credo lacrimae, vel lacrimulae ſuffeciſſent. BURM.

344. IN CORPORE VIRTUS ADJUVAT. Ita plerique codices diſtinguunt, quomodo & Nonius agnoſcit. apud Senecam Epiſt. LXVI. *Gratior eſt pulchro veniens e corpore virtus.* Mendoſe. nam Aruſianus Meſſius, *in illa re veniens, pro illi rei proveniens, vel in illa re, digne vel felicior naſcens.* Virgil. Aeneid. V. *Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.* apud Nonium quoque Marcellum, ablativus pro accuſativo, deinde ſubjungitur hoc exemplum. ſed *virtus gratior venit*, pro *gratior eſt*, de quo loquendi genere nos curis ſecundis ad Faſt. Naſonis libr. V. 648. HEINS. *Pectore* Bigotianus & Excerpta noſtra. *gratior & populo* Wittian. Harduinus hic iterum ineptit. BURM.

346. SUBIIT PALMAE. *Palmae ſubiit* Dorvil. *pugnae ſubiit* Parrh.

447. REDDANTUR. *Reddantur* Mediceus a manu ſecunda. cum Pierianis confirmant omnes vetuſtiores Rottendorphii, Voſſianus prior, prior Hamburgicus, & Montalbanius. in Gudiano a manu prima, *reddentur.* HEINS. *Reddantur* Ald.

348. TUM PATER. *Cum* prior Moretanus. HEINS. *Tum pius* Venetus.

349. MOVET. *Vovet* tertius Rottendorfius a manu prima *certa movent* Wall. *palmam* pro *palmas* dictum eſſe notat Trappius.

350. CASUM MISERERI. *Caſus miſerari* Mediceus,

87 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. ideo, quia ἄνδρες &c. Fabr. Baſil.

Digitized by Google

Sic fatus, tergum Gaetuli inmane leonis
Dat Salio, villis oneroſum atque unguibus aureis.
Hîc Niſus, Si tanta, inquit, ſunt praemia victis,
Et te labſorum miſeret; quae munera Niſo
Digna dabis? primam merui qui laude coronam;
Ni me, quae Salium, Fortuna inimica tuliſſet.
Et ſimul his dictis faciem oſtentabat, & udo
Turpia membra fimo. Riſit pater optumus olli,
Et clipeum efferri juſſit, Didymaonis artes,

Ne-

SERVII.

351. TERGUM. Mutavit more ſuo: nam *tergus* debuit dicere: [89] [cum *tergum* habeat carnis appellationem; *tergus* vero, ſit pellis, ut I. 211. *Tergora diripiunt coſtis*]

352. ONEROSUM. Plus eſt, quam ſi *oneratum* diceret: [90] ſicut *ſceleratum*, & *ſceleroſum*.

355. QUI LAUDE CORONAM. Virtute: a ſequenti quod praecedit, [91] [nam ex virtute praecedente ſequitur laus.]

356. FORTUNA. Bene dolum ſuum excuſat.

358. OPTIMUS OLLI. Aut ei adriſit: aut [92] illi juſſit efferri. Sane congrue arma dat juveni.

359. DIDYMAONIS ARTES. Laus ab artifice, ut III. Ecl. 37. *Divini opus Alcimedontis*.

VARIORUM.

ceus, Gudianus, alter Mentelii, Moreti primus, ſecundus tertiusque Rottendorphii, prior Voſſianus, & Montalbanius. ſed Mentelianus & Rottendorphii priores, uterque Menagianus, duo aut tres alii, *caſus miſereri*. mendoſe. lib. II. 93. habuimus,

Et caſum inſontis mecum indignatur amici.

ſed hoc loco *caſum* in nullo ex vetuſtioribus inveni hactenus codice. HEINS. *Caſum* Dorvil. Ed. Med. *caſus miſereri* Parrhaſ. *caſus miſerari* eſt dubium, an genitivus ſit. nam ita & conſtrui ſolere patet ex notis doctorum virorum ad Sil. Ital. IX. 381. & Munck. ad Hygin. Fab. XCVIII. *me* autem & *mihi licet* ſequente infinitivo dici, auctoribus Terentio, Cicerone, Ovidio & aliis vid. infr. ad Servium ℣. 738. ſupr. IV. Aen. 350. BURM.

351. GAETULI. *Getulique* Dorvil.

354. QUAE MUNERA NISO. *Praemia* hoc loco pro *munera* ſcriptum animadverti in libro Colotiano. URSIN. *Quae praemia* Mediceus, & Moreti ſecundus. non probo. HEINS. Repetitum ex praecedenti verſu, ut ſaepe.

355. MERUI. *Meruit* alter Hamburgicus & Zulichemianus a manu ſecunda. & ita Mſſ. apud Serv. ad I. Aen. 461. *qui meruit* Dorvil. ſaepe ita variatur in ſimilibus conſtructionibus perſona verbi, ut apud Tibul. III. IV. 49.

Quare ego quae dico, non fallax, accipe, vates,
Quodque deus vero Cynthius ore ferat.

ubi Broukh. *feram* malebat, ſed contra libros. vide Liv. VI. XVIII. 8. & VIII. XXXV. 6. ubi Cl. Drakenb. alibi ſe de eo acturum promittit. apud Martialem etiam lib. IX. 29.

Ille ego ſum &c. Qui ſpectatorem potui feciſſe Catonem.

ubi in aliis eſt, *potuit*. ſic Cicer. pro Ligar. II. quum praeceſſiſſet, *extimeſcit & reformidat*, addit, *vide quam non reformidem*. adde Lucan. VI. 232. BURM.

356. ET SALIUM. *Et* in nullis, niſi in tertio Menteliano & Regio occurrit, nec editi habent.

357. OSTENTABAT. *Oſtendebat* Sprotianus, Venetus, Oudartii alter, Hamburgicus, ſecundus Rottendorphius, Zulichemius, Leidenſis & Hugenianus. *monſtrabat* ſecundus Moreti.

359. EFFERRI. *Offerri* prior Hamburgicus & Wall.

89 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. & Dan. 90 ſicut eſt ſc. L. Voſ. R. ſicut & Steph. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 92 illi j. afferri Baſ.

Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.
Hoc juvenem egregium praeſtanti munere donat.
Poſt, ubi confecti curſus, & dona peregit:
Nunc, ſi cui virtus animuſque in pectore praeſens
Adſit, & evinctis adtollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnae proponit honorem:
Victori velatum auro vittiſque juvencum;
Enſem, atque inſignem galeam, ſolatia victo.
Nec mora; continuo vaſtis cum viribus effert
Ora Dares, magnoque virûm ſe murmure tollit:
Solus, qui Paridem ſolitus contendere contra:

Idem-

SERVII.

360. NEPTUNI SACRO DANAIS DE POSTE REFIXUM. *Danais*, a Danais: & intelligimus hoc ad Aeneam tranſiſſe per Helenum, [93] [ne videatur ex ſacrilegio quaeſitum.]

363. PRAESENS. Fortis: ac ſi diceret: ſi adſit quis plenus animi.

366. VELATUM. Id eſt, coronatum. AURO autem, quia ſolent habere laminas quaſdam, ut IX. 627. *Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum.*

369. VIRUM SE MURMURE TOLLIT. Cum ſuffragio plurimorum.

370. SOLUS QUI PARIDEM SOLITUS CONTENDERE CONTRA. [94] [Multi haec a Poëta volunt dici; melius tamen verba ſunt populi: unde &, *Virum ſe murmure tollit.*] [95] [Simile dixit Homerus Iliad. Ψ. 677. de Euryalo ad ſepulchrum Patrocli:

Ἐυρύαλος δ' αἰ οἶος ἀνίςατο ἰσόθεος φὼς,
Μηκιςῆος υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος,
Ὅς ποτὲ Θήβας ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
Ἐς τάφον, ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.]

PARIDEM. Venit ab eo, quod eſt *Paris*, *Paridis*, vel *Paridos*. Quod autem legimus X. 705. *Urbe Parin creat*, *paterna*, venit [96] ab eo, quod eſt Πάρις, τῦ Πάριδος, τῷ Πάριδι, τ̃ Πάριν. Et [97] volunt, ſi proprium ſit, in DOS exire genitivum; ſi appellativum, in OS. Sane hic *Paris*, ſecundum Troica Neronis, fortiſſimus fuit; adeo ut in Trojae agonali certamine ſuperaret omnes; ipſum etiam Hectorem: qui cum iratus in eum ſtringeret gladium, dixit, ſe eſſe germanum: quod allatis crepundiis probavit, qui habitu ruſtici adhuc latebat. Hos autem ludos transfert Virgilius ad Hectoris tumulum: qui ſunt facti, cum ludi funebres celebrarentur cadaveri Hectoris ab Achille occiſi.

VARIORUM.

Wall. *afferri* Genevenſis Edit. *ferri* Leidenſis. *Didamonis* Zulichemius cum gloſſa, *ſculptoris*. *Didamaonis* Mentelii prior. *Didiomonis* alter Hamburgicus. vid. ad Valer. Flac. III. 707.

Ibid. ARTES. *Arte* tertius Rottendorphii, alter Menagii & Bigotianus. *artem* Dorvillianus. ſic *dives artium* Horat. IV. Od. 8. eſt pro operibus artificioſis. vid. Broukh. ad Propert. II. VII. 39. BURM.

360. SACRO. *Sacra* Mentelii prior. hic verſus & ſequentes ad 493. deerant Walliano.

363. NUNC, SI CUI. Manuſcriptum, *huc*, *ſi*

cui

93 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 94 deſunt Baſil. ad *ſimiles*. ſed rejicit in finem notae. ſed ad *Paridem* deſunt V. multi hoc R. Steph. 95 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 96 ἀπὸ τῶ ω Πάρις L. Voſ. R. V. ἀπὸ τῦ Πάρις Steph. Baſil. mox, in *Troja agonali* Steph. al. 97 & volunt ſi proprium ſit in *dos* exire, ſi appellativum, in *os*. tamen τὰ βαρύτονα faciunt in *a* & *in*. ut χάρις, τῆς χάριτος, τὴν χάριτα καὶ χάριν. Quod autem & Πάριν. ſane hic &c. Baſil. ſecundum Troicam N. Lipſ.

Idemque ad tumulum, quo maxumus occubat Hector,
Victorem Buten inmani corpore, qui ſe
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulva moribundum extendit arena.
Talis prima Dares caput altum in proelia tollit,
Oſtenditque humeros latos, alternaque jactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Quaeritur huic alius: nec quiſquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibuſque inducere caeſtus.
Ergo alacris, cunctoſque putans excedere palma,

Ac-

SERVII.

373. Amyci de gente ferebat. *Amycus* fuit Neptuni filius & Nymphae Melies; qui a Polluce victus eſt pyctali certamine. *Bebrycia* autem, ipſa eſt Bithynia. Salluſtius fragm. incert. *Igitur introrſus prima* [98] *Aſiae Bithynia eſt, multis antea nominibus appellata. Ipſa enim eſt & major Phrygia.*

374. Moribundum. Morienti ſimilem.

375. Talis. Qualem multitudo loquebatur.

376. Ostendit. Melius dixiſſet [99] *oſtentat.*

380. Alacris. Cum *acer* ubique dicat, *alacer* tamen non dicit; licet inde naſcatur: vitat enim confuſionem: unde utrumque non vult dicere: nam *alacer* nuſquam, [99] * [& iterum] *acris* nuſquam dixit. Inde eſt, quod etiam Papinius ſupprimit genus, quia dubitatur.

VARIORUM.

cui virtus. FABRIC. *Animiſque* Sprotianus. diſtinguendum puto poſt *praeſens*, ut ſit nunc adſit & attollat, cui virtus &c. praeſens, ſcilicet eſt. *praeſens animus*, & *praeſentia animi* paſſim occurrunt. BURM.

364. Adtollas. Theocritus Idyll. XXII. 65.
Εἰς ἐνὶ χεῖρας ἄειρον, ἐναντίῳ ἀνδρὶ καταστάς.
DORVILL.

365. Proponit. *Praeponit* prior Hamburgicus, duo Moretani & Venetus.

368. Effert. *Affert* Hugenianus. *offert* Oudartii. *cum* erat eraſum in Dorvil.

370. Contendere. *Extendere* Montalbanius.

371. Occubat. *Accubat* Parrhaſ.

372. Buten. *Butem* Dorvil. & uterque Hamburgicus. *Butan* prior Menagii. *qui corpore ſeſe* alter Hamburgicus. Hunc Buten Erycis patrem facit Servius ſupr. ad ỿ. 24. ſed Eryx vetuſtior Bute videtur ex ỿ. 392. vid. Catal. Argonautarum in *Butes*. BURM.

373. Veniens. Harduinus oriundum explicat. ſed ex Bebrycia, quae erat gens Amyci, id eſt ſub regno Amyci, venerat Trojam.

374. Perculit. Ita omnes. & *perculit* eſt ictu proſtravit in terram. *pertulit* Menagii prior. & Dorvill.

375. Proelia. *Praemia* Vratiſlavienſis. ceterum haec illuſtrat Gevartius lib. II. Elector. cap. 12.

377. Protendens. *Praetendens* Zulichemius & Venetus. *portendens* Parrhaſ.

378. Huic. *Hinc* Venetus, Sprotianus, prior Menagii. *hic* Mediceus à manu prima. *agmine toto* primus Rottendorphius.

379. Manibusque. *Manibus* Montalbanius & ſecundus Hamburgicus. *manibuſve* Zulichemius. ſimile apud Theocritum Idyll. XXII. 81. notaverat Dorvillius.

Περὶ

98 *Aſiae* &c. illa verba, *multis antea nominibus* &c. cenſet Puſchius ad Fragmenta Salluſtii incerta non plena eſſe, & ex Iſidoro ſupplet, qui videri poteſt. forte etiam non ſunt Salluſtii, nam ſupra ỿ. 203. non citantur. niſi quis dicat ibi tantum adducta, propter τὸ *introrſum*. hic propter τὸ *Bebrycia*. de Melie Nympha vide quae diximus ad Valer. Flac. IV. 119. BURM.
99 *oſtentabat* Dan. 99 * deſunt Lipſ.

Aeneae ſtetit ante pedes: nec plura moratus,
Tum laeva taurum cornu tenet, atque ita fatur:
Nate dea, ſi nemo audet ſe credere pugnae,
Quae finis ſtandi? quo me decet uſque teneri?
Ducere dona jube. Cuncti ſimul ore fremebant
Dardanidae, reddique viro promiſſa jubebant.
Hic gravis Entellum dictis caſtigat Aceſtes,
Proxumus ut viridante toro conſederat herbae:
Entelle, heroum quondam fortiſſime fruſtra,

Tan

SERVII.

383. Si nemo audet. Ὄρθος βίαιος. Argumentatur enim ſe [1] omnes viciſſe, ex eo, quod ad certamen nullus accedit.

386. Reddi. Quaſi debita promiſſa: quia ait: *Victori velatum auro vittiſque juvencum.*

487. Hic. Tunc. Gravis. [2] Vel aetate, vel objurgatione. Castigat. [3] Increpat, objurgat.

388. Toro conſederat herbae. Verbum de verbo: nam *torus* a tortis dictus eſt herbis.

389. Fruſtra. Ordo eſt: [4] Tantane dona tam patiens ſines tolli fruſtra? Sane ſciendum, hunc ſecundum Hyginum, qui de Familiis Trojanis ſcripſit, unum Trojanorum fuiſſe, de quo Virgilius mutat [5] hiſtoriam.

VARIORUM.

Περὶ γυῖα μακροὺς ἕλιξεν ἱμάντας.

BURM.

380. Excedere pugna. *Palma*, non *pugna*, ex antiquis Grammaticis, probatior eſt lectio. FABRIC. *Cunctoſque putans excedere pugna*, apud Donatum in Terent. Eunuch. Act. II. Sc. 3. ſed Cariſius lib. I. & Priſcianus *palma* agnoſcunt, quod impenſe placet. idque ipſum cum Mediceus, tum Gudianus, primus tertiuſque Moretani, Leidenſis, Sprotianus, Rottendorphius tertius, agnoſcunt. at in priore Voſſiano, etiam Gudiano a manu prima, *excedere pugnae*, minus concinne. cum mox ſequatur, *ſi nemo audet ſe credere pugnae*. HEINS. *Pugna* Dorvill. Wittian. & alii cum editionibus antiquis. *pugne*, pro *pugnae* Francian. & Regius & Parrhaſ. *pugnam* Hugenian. & a m. pr. Leidenſis. ſed Hugen. a m. ſec. *palma*, quod unice verum. nec *excedere pugnam* explicare, pro non inire pugnam, opus eſt cum Heumanno ad Cicer. I. Catil. 4. quum hoc dici poſſet de jam incepta pugna, quam quis deſerit, ut acie, proelio excedere ſaepe occurrit. nec quid illa Ciceronis, *excluſi eos, quos tu mane ad me ſalutatum miſeras*, commune habeant, cum hac explicatione video, quum Cicero ex uſu vulgari dicat ſe eos excluſiſſe, quibus oppoſuit fores clauſas, ut apud Terent Eun. I. I. & II. ubi Phaedria excluſus a Thaide ait, *quia vero hae mihi patent ſemper fores*, per ironiam, pro occluſae ſunt. apud Stat. V. Silv. III. 138.

Inde frequens pugnae, nulloque ingloria ſacro
Vox tua.

Heinſius etiam conjiciebat, *frequens palmae*, quod & in mentem venit Marklando, qui & hunc Maronis locum advocat. ſed hoc in medio relinquimus. in Bigotiano erat, *alacer*. & in Rottend. tert. *cunctiſque*. in Menag. pr. *cunctoſque credens*. contra metrum, & ex gloſſa. BURM.

382. Tum. *Jam* prior Hamburgicus. eleganter feſtinationem alacris juvenis exprimit. *moratur* etiam Bigotianus & tertius Menteſii.

384. Quae finis. *Qui* Sprotianus, Leidenſis: & a ſecunda manu alter Hamburgicus. vid. ſupr. II. 554. *quis* Venetus, Bigotianus, Wittian. & a manu ſecunda prior Hamburgicus. *ſtanti* Menteſii prior. *ſtando* tertius ejuſdem a manu prima. deinde,

1 deeſt Dan. 2 autem aetate L. Voſ. R. Steph. al. 3 deeſt V. R. Voſ. Baſil. 4 donatam pietatem ſines V. 5 mutat Dan. Fabr. al. ſed male. nam centies notat Servius, mutatis nominibus reſpicere in fabulis ad veras Hiſtorias Poëtam.

Tantane tam patiens nullo certamine tolli
Dona ſines? ubi nunc nobis Deus ille, magiſter
Nequidquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem
Trinacriam, & ſpolia illa tuis pendentia tectis?
Ille ſub haec: Non laudis amor, nec gloria ceſſat
Pulſa metu; ſed enim gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet, frigentque effoetae in corpore vires.
Si mihi, quae quondam fuerat, quaque inprobus iſte
Exſultat fidens, ſi nunc foret illa juventas:

Haud

SERVII.

391. NOBIS DEUS ILLE MAGISTER. *Nobis* non vacat, [6] ut Cicero II. Cat. 5. *Qui mihi accubantes*; ſed pro noſter eſt poſitum, [7] vitandi homoeoteleuti cauſa: ne dicat: *Noſter deus ille magiſter.*

394. ILLE SUB HAEC. Aut ſtatim: aut poſt haec.

395. SED ENIM GELIDUS TARDANTE SENECTA SANGUIS HEBET. Aliud pendet ex alio: quare [8] *hebet?* quia gelidus eſt: quare *gelidus?* quia ſenex.

396. EFFOETAE. Exhauſtae: & eſt tranſlatio a mulieribus, quas frequens partus debiles [9] reddit.

397. IMPROBUS ISTE. [10] [Nimis avidus:] qui ſine certamine poſtulat praemium.

398. ILLA [11] JUVENTA. Aut magna, [12] aut quae quondam fuerat.

VARIORUM.

de, *uſque morari* Venetus. BURM.

385. FREMEBANT. *Ferebant* Zulichemius. mox *jubebat* Donat. in And. III. III. 1. ubi & de verbo *jubere*. vid. ad II. Aen. 3. III. 261. & XII. 584. BURM.

387. GRAVIS. Grandaevum explicat Nonius in *Gravis*. vid. ad Ovid. VII. Met. 299. malim tamen de animo capere, & auctoritate; ut paſſim graves *viri* dicuntur. poſſet & capi pro *graviter caſtigat*. ut ſaepe adjectivis pro adverbiis utuntur. v. Cl. Drak. ad Liv. II. XXXV. 3. BURM.

388. CONSEDERAT. *Conſiderat* tertius Rottendorphius, & Moretanus quartus, de quo ad Eclog. VII. 1. *proximus* a Pierii membranis eſt. HEINS. *Conſiderat* Dorvil.

389. FORTISSIME FRUSTRA. Haec conjungerem, id eſt qui ex antiqua virtute nihil gloriae nunc affers. vid. ad II. Aen. 348. BURM.

390. CERTAMINE. *Diſcrimine* Dorvill.

391. DONA SINES. *Sinis* in priore Menteliano & altero Menagiano. quod videtur elegantius. HEINS. *Sinis* etiam Hugenianus.

392. ERYX. *Herix* hic & mox iterum Parrhaſ.

393. ILLA. Deeſt Dorvil.

394. AMOR. *Laudis honor* Sprotianus, & Parrhaſ. *non gloria* Bigotianus & Parrh.

396. EFFOETAE. *Effoeto* Bigotianus. & Parrhaſ. *effractae* alter Hamburgicus a manu ſecunda. *effectae* Dorvil.

398. JUVENTA. *Juventas* cum Mediceo noſtro & Pierii nonnullis. confirmant ſecundi Rottendorphius & Moretanus. etiam Rottendorphii tertius, & Mentelianus, alter a manu prima, & a ſecunda Gudianus. diximus ad Claudianum, Epithal. Honor. 84. & ad Naſonem lib. IV. Metam. 17. Noſter lib. VIII. 160. ex optimis codicibus,

Tum mihi prima genas veſtibat flore juventas.

uti & Giphanius Ind. Lucret. in *veſtire*, & in *juventas*.

6 ut ibi, *qui* Baſ. ut *qui* L. Voſ. R. V. Steph. utitur hoc fere loco Ciceronis ut paradigmate aliquo, ubi *mihi*, *tibi*, *nobis*, *πλεονασμὸν* docet, ideoque ut notiſſimum potuit hic Ciceronis nomen omittere. non vacat, *qui* Lipſ. & mox, ne dicat N. D. i. m. deſunt eidem. 7 vitandi propter ſimilitudinem Dan. Fabr. vitandi homoioteleuton Voſ. R. V. Steph al. 8 hebetatur L. & mox, quia ſenis V, Fabr. al. 9 reddit, quaſi poſt foetum Baſil. 10 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. quia ſine certamine praemium V. 11 *juventas* V. Voſ. 12 deeſt Dan.

Haud equidem pretio inductus pulchroque juvenco
Veniſſem: nec dona moror. Sic deinde locutus,
In medium geminos inmani pondere caeſtus
Projecit; quibus acer Eryx in proelia ſuetus
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.
Obſtupuere animi. Tantorum ingentia ſeptem
Terga boum plumbo inſuto ferroque rigebant.

Ante

SERVII.

400. NEC DONA MOROR. [13] [Id eſt, non] exſpecto. Hic enim ſenſus tam ſuperioribus, quam ſequentibus congruit: [14] etenim ſupra ait, ſe non praemii cauſa dimicare, ſed gloriae: & paulo poſt bovem victor [15] interemit.

401. IMMANI PONDERE. Pro immanis ponderis, [16] [more ſuo,] ut III. 467. *Hamis auroque trilicem.*

402. QUIBUS. Quorum inſtructu.

403. FERRE MANUM. Contendere: nam utraque manus armatur. [17] [Et *manum*, pro *manus*.] INTENDERE BRACHIA TERGO. Ligare, ut IV. 500. *Intenditque locum ſertis.*

404. ANIMI TANTORUM. [18] [Hic diſtinguendum eſt:] hoc eſt, virorum fortium, [19] [quos aequum non erat magna mirari:] unde addidit: *Ante omnes ſtupet ipſe Dares:* [20] nam ſtultum eſt dicere *tantorum boum:* cum [21] diceret ſeptem.

VARIORUM.

ventas. & III. Georg. 63. ubi pari modo peccatur. agnoſcitur quidem illic *juventus* a Nonio, ut nunc circumfertur, ſed locum eſſe mendoſum & mutilum ſatis apparet. nam cum doceat, quid interſit inter *juventutem* & *juventatem* & *juventam*, *juventatis* non meminit. deinde ne exemplum quidem unicum *juventae* ſubdit. Priſcianus etiam perperam *juventus* illic loci exhibet, quod tamen in pleriſque Maronis codicibus vetuſtis hic loci comparet, nec aliter agnovit Nemeſianus in Cynegetico. *Dum ſuperant vires, dum laeto flore juventas.* Apud Solinum de Elephanto: *Candore dentium intelligitur juventas.* ita ſcripti. Apud Florum initio libri II. in optimis membranis: *Domita ſubactaque Italia Populus R. prope quingenteſimum annum agens cum bona fide adoleviſſet, ſi quod eſt robur, ſi qua juventas.* Idem lib. I. 8. *Hic jam ipſa juventas imperii, & quaſi robuſta quaedam maturitas*, ſic ſcribo, cum in aliis codicibus ſit *juventa*, in aliis *juventus*. amat locutiones Poëticas Florus impenſe. pari modo apud Silium, Maronis imitatorem aſſiduum, lib. XVII. ſub finem opinor ſcribi oportere: *Hic Hanno, clarique genus Phoeniſſa juventas.* in Nummis argenteis duobus diverſis M. Aurelii Anton. juvenis, legitur JUVENTAS. HEINS. *Juventa* Parrhaſ. Wittian. Dorvill. Edd. Venet. & Mediol. Ald. & aliae. vid. Crucq. ad Horat. I. Od. 3. & Torrent. itidem *juventae florem* dixit Valer. Flac. I. 101. ubi vide Weitzii notas.

399. PRETIO INDUCTUS. *Inductus pretiis, pulchrove* Montalbanius. *pulchrove* etiam primus Rottendorphius & Regius, Wittian. & ſex ſeptemve alii; & Ed. Venet. *non equidem* Parrhaſ.

400. MOROR. Servius *exſpecto* explicat. ſed nullo, ut credo, exemplo: quum *non*, vel *nil moror* paſſim pro non curo, non laboro de donis, poni ſoleat. quare forte legendum, *ſpecto* in Servio. non hic finis pugnae mihi propoſitus; ut donatus abeam. Similis, licet non plane par, uſus verbi *ſpectare* Eclog. III. 48. ubi vide. & ita poſſet capi apud Senec. Herc. Fur. 156.

Aut ſuſpenſus ſpectat preſſa Praemia dextra.

ubi pro exſpectat capiunt, Gronovius vero *ſperat* legit. *moror* Scholiaſtes Horat. ad I. Sat. IV. 13. *non recuſo* explicat. plane contra mentem Entelli. Servius ad lib. IV. 225. *exſpectare* etiam pro morari expoſuit. Sed alio ſenſu, *morari* ſimpliciter, & ali-

quan-

13 deſunt Steph. 14 & ſupra enim V. 15 interimit V. 16 deſunt V. 17 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. & Lipſ. qui poſt *ſertis*, addit, & in fronde. 18 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 19 deſunt iisdem. 20 ſtultum eſt autem ſentire *tantorum* Steph. al. 21 dixerit L. Voſ. R. V. Steph. al.

Digitized by Google

Ante omnis ſtupet ipſe Dares, longeque recuſat:
Magnanimuſque Anchiſiades & pondus, & ipſa
Huc illuc vinclorum inmenſa volumina verſat.
Tum ſenior talis referebat pectore voces:
Quid, ſi quis caeſtus ipſius & Herculis arma
Vidiſſet, triſtemque hoc ipſo in litore pugnam;

Haec

SERVII.

406. Longeque. Valde, ut I. 13. *Tyberinaque longe Oſtia.* [22] [Et Salluſtius Catil. LII. *Longe alia mihi mens eſt*, *Patres conſcripti.*]

408. Versat. Conſiderat. Salluſtius: [23] *Exercitum majorum more vertere*, hoc eſt, conſiderare.

409. Senior. Secundum Varronem, *juvenior*, & *ſenior*, comparativi ſunt per [24] imminutionem. Hinc eſt VI. 304. *Jam ſenior; ſed cruda deo viridiſque ſenectus.* Additum enim hoc eſt ad exprimendum, [25] quid ſit *ſenior*. Item Ovidius XII. Met. 464. *Inter juvenemque ſenemque.* Et re vera non convenit, [26] hunc ſatis ſenem accipi, qui & vincere poteſt, & uno ictu taurum [27] necare. Ergo *ſenior*, non ſatis ſenex: ſicut [28] *juvenior*, non ſatis juvenis, intra juvenem, ſicut *pauperior*, intra pauperem. Dicit autem hoc Varro in libris ad Ciceronem.

410. Caestus et arma. [29] *Ἐν δία δυοῖν, arma*, id eſt, *caeſtus.*

411. Tristemque hoc ipso in littore pugnam. Aut in quo magiſter occiſus eſt: aut in triſti littore, id eſt, infoecundo. Varro enim dicit, ſub [30] Eryce monte eſſe infoecundum campum fere in tribus jugeribus, in quo Eryx & Hercules [31] dimicarunt.

VARIORUM.

quando, additis *non* vel *nil*, poni ſolet. ut hic quoque Mſſ. & Edd. al. *nil dona moror.* poſſet & reddi, nil moror dona dari Dareti, dum dona ſint, non praemia certaminis nondum commiſſi. BURM.

403. Manum. *Manu* Parrhaſ.

404. Tantorum. Non bene interpretes. Servio ſuboluit quidem error, verum emendare non potuit, ſed miror a nemine adhuc eſſe ſublatum, cum legendum ſit, *Totorum horrentia*, &c. FABER. Servii explicatio *tantorum* pro tam fortium dura eſt. Quum neſciam ita poni, niſi quid addatur, ut *tantus vir*, aut nomen proprium, tantus ille vel ille. nec *totorum* poſſe locum habere credo. quis enim probet magis dici terga totorum boum, quam pedes, capita &c. totorum boum? quum terga faciant partem boum: niſi quis *terga* pro tota pelle capiat. ſed quales illinc caeſtus fierent, qui totorum ſeptem boum ingentibus pellibus inducerentur, quos nec Entellus tollere valeret? nec clypeis, qui pluribus tergis boum multiplicatis inducebantur, totorum boum pelles impendebantur, ſed terga tantum Quae quum incongrua videantur, valde arridet lectio alterius codicis Hamburgenſis & Edit. Venetae: *Obſtupuere animi Teucrorum. Ingentia ſeptem Terga boum* &c ut fuerint hi caeſtus ſeptemplices, ut clypei ſaepe occurrunt. parum abfuit, quin in textum reciperem. ſed reverentia codicum obſtitit, ut aliis, ſi poſſint, explicandos *totos*, vel *tantos*, illos boves reliquerim. BURM.

405. Plumbo insuto &c. Caeſtuum forma, in aedibus Petri Bembi, cum Patavii habitaret, cernebatur in fracto marmore. Fuerunt coria bubula, quibus plumbum ferrumve inſutum erat, articulis manus in volam flexae circumdata, ut ſuſtinere ferientium manus valerent, brachiis alligata. Germani veteres, manica quadam ferrea acuminata in bellis

22 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. 23 *exercitum vertere* L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. & nihil praeterea. hinc & inter fragmenta incerta hoc retulerunt Salluſtii editores, & quia in Jugurth. cap. 55. legitur, *ut ſeque & exercitum more majorum gereret*, hinc interpolatores Servii hoc retulerunt, & contra omnes Codices pro *gereret*, intruſerunt, *verteret.* quod probavit ſolus Putſchius, ſed alii primum fragmentum pro ſpurio habent, ut Gruterus. BURM. 24 diminutionem Steph. immutationem Lipſ. 25 quod Voſ. qui Dan. Fabr. 26 hinc R. 27 necaret V. 28 *junior* L. R. Voſ. V. Steph. Fabr. al. & ita hic Lipſ. & initio notae, *junior* & *ſenior.* 29 Endyadis Baſ. endiadim R. V. endiadym Voſ. 30 Eryco V. R. 31 dimicaverunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Haec germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.
Sanguine cernis adhuc fractoque infecta cerebro.
His magnum Alciden contra ſtetit: his ego ſuetus;
Dum melior vires ſanguis dabat, aemula necdum
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.
Sed, ſi noſtra Dares haec Troïus arma recuſat,
Idque pio ſedet Aeneae, probat auctor Aceſtes;
Aequemus pugnas. Erycis tibi terga remitto:
Solve metus, & tu Trojanos exue caeſtus.
Haec fatus, duplicem ex humeris rejecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertoſque
Exuit,

SERVII.

412. HAEC GERMANUS. Germanus eſt, ſecundum Varronem in libris de Gradibus: de eadem genitrice [32] manans, non (ut multi dicunt) de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat: ſecundum quem bene nunc Erycen Butae [33] [& Veneris] filium, Aeneae dicit fuiſſe germanum.

413. SANGUINE CERNIS ADHUC. Non Herculis, quippe victoris, ſed Erycis, [34] qui infecerat ſe tegendo.

415. AEMULA NECDUM. Adverſa virtuti. GEMINIS. Duobus.

418. AUCTOR ACESTES. Hujus certaminis ſcilicet.

419. AEQUEMUS PUGNAS. Id eſt, arma: a ſequenti quod praecedit. TIBI Pro te, [35] [ut VIII. Ecl. 30. *Tibi deſerit Heſperus Oetam.* EXUE. Projice, ſolve.

421. DUPLICEM AMICTUM. Id eſt, Abollam,] quae duplex eſt, ſicut chlamys. Horatius I. Epiſt. XVII. 25. *Contra quem duplici panno patientia velat.*

VARIORUM.

bellis uſi ſunt, quae aliquam caeſtuum retulit ſimilitudinem. FABRIC.

406 DARES. *Dareſque longe* Dorvill.

407. MAGNANIMUSQUE. *Magnanimus Anch.* Parrhaſ. *& ipſam* alter Menagianus, & Wittianus.

412. GERMANUS. Ita dici, licet ex diverſis matribus natos, docet Barth. ad Stat. VII. Theb. 78.

413. SPARSOQUE. *Fractoque* Leidenſis, Hamburgicus uterque, prior Menagianus, Montalbanius, uterque Voſſianus, Moreti ſecundus & quartus. & forte rectius. quia paullo poſt *ſparſa ſenectus* ſubſequitur. mox 480. habes, *effractoque illiſit in oſſa cerebro.* HEINS. Duo etiam Leidenſes & Bigotianus, *fractoque. deminuetur tibi cerebrum* dixit Terent. Adel. IV. II. 32. *fractoque inſperſa* Regius ut apud eumdem Terent. III. II. 19. *cerebro diſpergat viam.* Val. Flac. III. 166. *ſparſus cerebro ager.* BURM.

414 HIC. Omnino rectius *bis* in ſcriptis codicibus. ſic agnoſcit quoque Priſcianus lib. XVII. HEINS. *Alcidem* Dorvill.

415. AEMULA. Non male Servius, *adverſa virtuti:* ut ſit *aemulus* idem, quod invidus. ut lib. VIII. 508. *ſenectus invidet imperium.* in Hamb. pr. erat, *cana ſenectus*

417. RECUSAT. *Recuſet* Excerpta noſtra.

420. SOLVE METUS. Vid. ad lib. I. 463.

421. DUPLICEM. *Triplicem* Vratiſlavienſis. *rejecit* omnes noſtri praeter Wittian. qui *dejecit.* vid. ad Ovid. II. Metam. 582.

423. E-

32 germanus. ſec. &c. natus eſt Baſil. manaliter natus L. 33 deſunt L. R. V. Baſil. 34 quae L. R. Voſ. Steph. Dan. 35 deſunt R. deinde, Tabollam V. e. adhaeſit ex ultima τῷ eſt.

Exuit, atque ingens media conſiſtit arena.
Tum ſatus Anchiſa caeſtus pater extulit aequos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Conſtitit in digitos extemplo adrectus uterque,
Brachiaque ad ſuperas interritus extulit auras.
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu:
Immiſcentque manus manibus, pugnamque laceſſunt.
Ille pedum melior motu, fretuſque juventa:
Hic membris & mole valens; ſed tarda trementi
Genua labant: vaſtos quatit aeger anhelitus artus.

Mul-

SERVII.

426. CONSTITIT. Hic diſtinguendum propter vitium, ut ſit *arrectus in digitos.* Eſt autem hic totus locus de Apollonio tranſlatus: [36] [partimque de Homero: ſic enim iſte Iliad. ψ. 686. Ἄψ δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἅμ' ἄμφω, Σὺν ῥ' ἔπεσον, σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν, Apollonius autem II. 68. Αὐτίκ' ἀνασχόμενοι ῥεθέων προπάροιθε βαρείας Χεῖρας ἐπ' ἀλλήλοισι μένος φέρον ἀντιόωντες.]

429. PUGNAMQUE LACESSUNT. Provocant potius, quam gerunt; [37] [vel certe irritant.]

431. MEMBRIS ET MOLE. [38] Hoc eſt, mole membrorum, ut I. 61. *Molemque & montes.* [Sed utrum, in pedum, an in manuum digitos?]

432. GENUA LABANT. Proceleuſmaticus eſt, quem (ut ſupra II. 16. diximus) ſic ſemper ponit, ut cogi poſſit in dactylum, ut: *Genua labant:* & XI. 890. *Arietat in portas.*

VARIORUM.

423. EXUIT. *Extulit* apud Macrobium lib. VI. Saturn. cap. I. ſed Nonius Marcellus vulgatum profert, in *Exui.* cui accedo, ut & ſcriptis codicibus. *Extulit* denuo repetitum occurrit verſu proxime ſubſequenti. HEINS. *Magna arma lacertoſque* Sprotianus. *magnoſque lacertos artus,* Dorvil. Wittian.

Ibid. INGENS MEDIA. *Media ingens* Dorvil.

424. TUM. *Cum* in primo Moretano, ut ſupra non ſemel. HEINS.

425. INNEXUIT. *Nexuit* Sprotianus. *intexuit* Mediceus a manu prima.

427. INTERRITUS. *Exterritus* Hugenianus. *Brachia ad* Francianus. hic verſus in Regio legebatur ante praecedentem.

428. ABDUXERE. *Adduxere* prior Menagianus, Venetus & Moreti ſecundus. *Redduxere* Marcus Victorinus lib. I. Art. Gramm. quem audi. *Eadem lege metri etiam conſonantes geminantur, ut Relliquias Danaum, & Rettulit Argolico fulgentia poma Tyranno, & Redduxere retro longe capita ardua ab ictu.* ſic Vetus Poëta apud Scholiaſten Perſii ad Sat. I. 100.

Aut quoties umbra redduxi brachia mota.

HEINS. *Longo* Dorvil. de verbo *reducere* vid. Heinſ. ad Ovid. VI. Met. 107. & XII. 132.

429. LACESSUNT. *Laceſcunt* Francianus.

430. ILLE PEDUM MELIOR MOTU. Nam pedibus hic magnus uſus. Theocr. Idyll. XXII. 66. Πυγμάχος ἢ ὁ ποσὶ θοός. Idyll. XXIV. 109.

Ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες
Ἀλλήλους σφάλλοντι παλαίσμασι.

Pollux III. 150. λὰξ ἐνάλλεσθαι. videatur Salmaſ. Plin. Exerc. p. 205. & Bentleji diſſert. de Phalaride pag. 267. & 268. DORVILL. *Pedum curſu* Sprotianus. *motu melior* Rottend. tertius. ſic paſſim *movere pedem* occurrit. & Ovid. X. Met. 455. *altera motu caecumiter explorat.* deinde, *is membris* Venetus.

432. QUA-

36 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. 37 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 38 Endyadis, id eſt mole m. Baſil. ultima, *ſed utrum* &c. deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. ſed utrumque Dan. Baſil. pro *utrumne* credo.

Multa viri nequidquam inter ſe volnera jactant,
Multa cavo lateri ingeminant, & pectore vaſtos
Dant ſonitus, erratque auris & tempora circum
Crebra manus: duro crepitant ſub volnere malae.
Stat gravis Entellus, niſuque inmotus eodem,
Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.
Ille, velut celſam oppugnat qui molibus urbem,
Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis,
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
Arte locum; & variis adſultibus inritus urguet.
Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & alte
Extulit: ille ictum venientem a vertice velox
Praevidit, celerique elabſus corpore ceſſit.

En-

SERVII.

433. NEQUICQUAM. Non profutura victoriae. [39] VULNERA JACTANT. Ictus.

438. TELA. Ictus. [40] [EXIT. Vitat, declinat: [41] unde de Venulo XI. 750. *Et vim viribus exit.* [42] Et hoc verbo bis uſus eſt tantum.]

439. QUI MOLIBUS URBEM. Amphibolon eſt; aut celſam molibus: aut quae molibus [43] oppugnatur.

400. SEDET CIRCUM CASTELLA. Tmeſis eſt, hoc eſt, [44] circumſedet.

443. OSTENDIT DEXTRAM. [45] Aut fiducia virtutis eſt, oſtendere quod minaris: aut certe [46] provectus aetatis oſtenditur, [47] quae cum ex improviſo ferire non ſinit.

444. VELOX. Velociter: nomen pro adverbio.

VARIORUM.

432. QUATIT AEGER ANHELITUS ARTUS. Ex Scholio, quod Petrus Daniel ex vetuſtis membranis ſuis Servio ſuo aſſeruit lib. IX. 814. quodque nos ad Eclog. v. 37. produximus, apparet non defuiſſe criticos olim, atque in his Probum, qui hic loci *acer anhelitus* legendum eſſe contenderent. HEINS.

434. PECTORE. *Pectora* alter Hamburgicus. non male, ut mox, *manus* & *malae*, quibus actionem dat Poëta, ut ſaepe. *pectore vaſto* Ed. P. Daniel.

435. SONITUS. *Gemitus* ſecundus Rottendorphius.

Ibid. ERRATQUE. *Errantque crebra manus*, non inconcinne, Venetus. HEINS. *Durae* Zulichem. a m. ſec.

437. NISUQUE. *Nixuque* Venetus.

438. EXIT. Manilius lib. v. 163.

Ille cito motu rigidos eludere ceſtus
Nunc exire levis miſſos.

NANSIUS. *Exit* pro vitat poni obſervavit Macrobius lib. v. cap. 6. HEINS. Pro *evaſit* explicat Lutatius ad Stat. IV. Theb. 601. vid. ad Grat. Cyne. 197. & comment. ad Cicer. I. Catil. 6. BURM.

439. URBEM. *Arcem* Sprotianus.

441. NUNC

39 *volnera*. tela, ictus diſcerpunt, jactant L. diſcerpunt jactantia ictus V. 40 deſunt Fabr. ad ℣. 439. 41 ut de Tarchone L. Voſ. R. V. de Tarchonte Steph. Dan. ſed recte Malvicius, neſcio a quo monitus, correxit. unde de Tarchonte Lipſ. ſupra ſcripto, *Venulo*. 42 hoc verbo R. V. & bis tantum hoc uſus Baſil. & hoc verbo uſus eſt tantum L. 43 oppugnantur Voſ. Dan. oppugnabatur Baſil. 44 circumſedit L. circumſidet Fabr. al. 45 artificioſa virtutis V. Heinſius, artificioſae volebat: quod minatur Lipſ. Steph. al. 46 proventus Dan. profectus V. 47 qui L. Voſ. Dan. Fabr. al.

Entellus vires in ventum effudit; & ultro
Ipſe gravis, graviterque ad terram pondere vaſto
Concidit: ut quondam cava concidit aut Erymantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Conſurgunt ſtudiis Teucri & Trinacria pubes:
It clamor coelo, primuſque adcurrit Aceſtes,
Aequaevumque ab humo miſerans adtollit amicum.
At non tardatus caſu neque territus heros,
Acrior ad pugnam redit, ac vim ſuſcitat ira.
Tum pudor incendit vires, & conſcia virtus:
Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto;
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.

Nec

SERVII.

446. ULTRO. E contrario: ille enim cadere debuerat.

447. GRAVIS GRAVITERQUE. Figura a ſimilitudine.

448. CAVA PINUS. [48] [Id eſt, exeſa vetuſtate: & dicendo *cava pinus*,] bene reſpexit ad aetatem. ERYMANTHO. Mons Arcadiae *Erymanthus*.

449. IDA IN MAGNA. Modo non Cretae; ſed Phrygiae, propter [49] pinus.

450. CONSURGUNT STUDIIS. [50] In ſtudia.

456. PRAECIPITEMQUE DAREN. Celerem, ut IV. 573. *Praecipites vigilate viri.*

457. NUNC ILLE SINISTRA. *Ille* vacat: [51] nam metri cauſa additum eſt: de ipſo enim [52] dicit, ut: *Creber utraque manu pulſat, verſatque Dareta.*

VARIORUM.

441. NUNC ILLOS. *Nunc alios* prior Hamburgenſis.

442. ADSULTIBUS. *Aſſaltibus* tertius Rottendorfius.

445. ELAPSUS. *Lapſus* Dorvill.

449. RADICIBUS. *Radicitus* Pieriani, quod & in noſtris occurrit, ut Leidenſi, tribus Moreti, ſecundo tertioque Rottendorphiis, altero Menagiano & Montalbanio; nec aliter a manu ſecunda Gudianus & Mentelianus prior, neque aliter Priſcianus libro XV. *Radicitus* a radicibus. Virgil. V. Aen. *radicitus eruta pinus*. Avienus Fab. XVI.

Montibus e ſummis radicitus eruta pinus
Decidit, inſani turbine victa noti.

Columella lib. II. 2. *Nemoroſi fruticetique tractus cura eſt exſtirpandis radicitus arboribus.* Idem cap. 18. *Omnes arbores, quae interveniunt, radicitus exſtirpabimus*, ubi tamen veterrimum exemplar, quo uſi ſumus, *quae interveniunt radicibus, exſtirpabimus*, quod verius opinor. Idem lib. VI. 3. *ſentes per caniculae ortum reciſi plerumque radicitus intereunt.* libr. XI. cap. 3. *veprem radicitus effodere*, & poſtea, *non erit decerpendus, ſed radicitus vellendus.* apud Catullum Epithal. Thetidis, *Pinus radicitus exſtirpata.* HEINS. Vid. ad Phaedr. III. 10. ex Silii imitatione VI. 196. *radicibus* poſſe defendi credit Cl. Drakenb. *radicitus* Ed. Mediol. BURM.

Ibid. PINUS. *Quercus* a prima manu Oudartii. ſed *pinifera Ida* Statius III. Silv. IV. 12. vid. Heinſ. ad Sabini Epiſt. III. 41. BURM.

450. STUDIIS. *Teucri ſtudiis, Trinacria* Excerpta noſtra ſine *&*.

451. PRIMUSQUE. *Primus accurrit* in Mediceo: quod praetulerim. multi praeterea, *occurrit.* HEINS.

48 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 49 pinos Dan. 50 in ſtudiis Baſil. 51 additum propter metrum Steph. al. 52 dicitur ut L. Voſ. R. Steph. dicitur *creber* Baſil.

Nec mora, nec requies. Quam multa grandine nimbi
Culminibus crepitant; ſic denſis ictibus heros
Creber utraque manu pulſat verſatque Dareta.
Tum pater Aeneas procedere longius iras,
Et ſaevire animis Entellum haud paſſus acerbis;
Sed finem inpoſuit pugnae, feſſumque Dareta
Eripuit, mulcens dictis: ac talia fatur:
Infelix, quae tanta animum dementia cepit?
Non vires alias, converſaque numina ſentis?
Cede deo. Dixitque, & proelia voce diremit.
Aſt illum fidi aequales, genua aegra trahentem,

Ja-

SERVII.

458. QUAM MULTA GRANDINE [53] NIMBI. Hypallage: nam debuit dicere: Quam multo nimbo grando praecipitatur.

460. VERSATQUE DARETA. *Dares*, *Daretis*; unde eſt *Dareta*: & *Dares*, *Daris*; unde eſt *Daren*; ſicut *Chremes*, & *Chremis*, & *Chremetis*, [54] [*Chremen*, & *Chremetem*.]

465. INFOELIX. Conſolatio eſt: unde non dicit *imbellis*; ut [55] fortunae videatur eſſe, quod victus eſt.

467. DIXITQUE. Vacat QUE metri cauſa: & maluit [56] periſſologiam facere, quam uti communi ſyllaba, quae frequens vitioſa eſt: unde [57] Terentianus: *Nec tanta in metris venia conceditur uti*. Graeci enim his utuntur frequenter.

468. FIDI AEQUALES. Homerus Iliad. Ψ. 695. Φίλοι δ' ἀμφίσταν ἑταῖροι Οἵ μιν ἄγον δι' ἀγῶνος ἐφελκομένοισι πόδεσσιν, Αἷμα παχὺ πτύοντα, κάρη βάλλονθ' ἑτέρωσε.

VARIORUM.

HEINS. *Occurrit* Francianus. *primus concurrit* Wittian.

453. AT. *Et* duo Hamburgenſes.

454. ET VIM. *Ac vim*, cum ſcriptis omnibus, bis apud Nonium Marcellum occurrit. HEINS. Ovid. Halieut. 55. *viribus addidit iram.*

455. INCENDIT. *Intendit* Hugenianus. *conſcia virtus* a Scholiaſte Statii I. 644. explicatur, *conſcientia virtutis*. vid. & infr. libr. XII. 668. BURM.

457. NUNC ILLE. Pro *ille* liber Colotianus haber, *deinde*. URSIN. Mediceus & Sprotianus, *nunc deinde*. HEINS. *Nunc atque* Bigotianus. *geminans* etiam Vratiſlavienſis: quod ex Terent. Adelp. II. II. 29. *geminabit, niſi caves*, poſſet defendi. ſed Donatus ad Adelph. III. II. 8. *ingeminans* exhibet. *ingeminans dextra* Dorvill. BURM.

458. NIMBI. *Nimbus crepitat* tertius Rottendorphius. *Nimbi crepitent* Sprotii. *trepidant* prior Hamburgicus. male. vid. I. Georg. 449. BURM.

460. UTRAQUE MANU. Vid. ad Calpurn. III. Ecl. 75. & plura ad Petron. cap. XIV. ſecundis curis dicemus.

461. TUM. *Cum* Moretanus primus. HEINS. *Producere* al. Guell.

463. INPOSUIT. *Imponit* Zulichemius.

464. ERIPUIT. *Corripuit miſcens* Sprotianus.

465. ANIMUM. *Animi* Parrhaſ.

466. NON. *Nunc* Oudartii. *num* quartus Moreti.

[53] NIMBUS. R. V. L. [54] deſunt L. Voſ. V. R. Steph. Dan. [55] fortuna V. [56] operiſſologiam V. [57] Horatius hic exhibent Mſſ. codices, & editiones Steph. Dan. Fabr. ſed, quod hic notandum in primis, in Horatio haec non leguntur. & mirum, neminem correxiſſe ex veteribus editionibus & Baſil. quae habent, unde *Terentianus*, *Nec* &c. & eſt ex Terentiano ſumtus verſus: ſed apud eum ℣. 911. pag. 49. Ed. Briſſaei, legitur, *Nec tanta in pedibus venia conceditur uti*. veniam hic habet V. vid. & Serv. ad I. Aen. 18 & mira eſt Maſvicii negligentia, qui in indice Auctorum a Servio laudatorum in Teentiano hunc verſum ipſi adtribuit, unde illum indice ab alio confecto uſum probabile videtur. BURM.

Jactantemque utroque caput, craſſumque cruorem
Ore ejectantem, mixtoſque in ſanguine dentis,
Ducunt ad navis; galeamque enſemque vocati
Adcipiunt: palmam Entello taurumque relinquunt.
Hic victor, ſuperans animis, tauroque ſuperbus:
Nate dea, voſque haec, inquit, cognoſcite, Teucri;
Et mihi quae fuerint juvenali in corpore vires:
Et qua ſervetis revocatum a morte Dareta.
Dixit, & adverſi contra ſtetit ora juvenci,
Qui donum adſtabat pugnae: duroſque reducta
Libravit dextra media inter cornua caeſtus
Arduus, effractoque inliſit in oſſa cerebro.

Ster-

SERVII.

469. UTROQUE. In utramque partem: [58] [& adverbium eſt.]

472. VOCATI ACCIPIUNT. Bene eorum oſtendit pudorem: vel quia erant occupati circa amicum, *vocati* dixit.

474. COGNOSCITE, TEUCRI. Habet rationem perſonarum: quia virtutem ejus noverant Siculi.

480. EFFRACTOQUE INLISIT IN OSSA CEREBRO. Hypallage: fregit oſſa, & [59] inliſit in cerebrum.

VARIORUM.

ti. Heum. ad Cicer. pro Milone cap. XXI. explicat *alias*, non ſuas, ſed divinitus immiſſas, & Martem, qui antea tibi favere videbatur, ad Entellum converſum. ſed *alias*, eſt, majores tuis, aut quales ante lapſum credebas Entello eſſe: & fortunam certamine nunc mutatam, ex quo ſurrexit Entellus a lapſu, & ita vires adjuvit, quaſi Antaeus alius, qui a terra tacta fortior ſurgebat. Ger. Voſſ. notavit & legi, *commiſſaque numina*, idque placuiſſe ex Veter. Codicibus Carrioni ad Valer. Flac. VIII. 396. ſed ineptum judicat. certe codices noſtri nihil variant. ſed alibi ita erraſſe librarios, videre eſt apud Lucan. IV. 743. V. 574. VIII. 250. BURM.

468. AST. *At* Dorvill.

469. UTROQUE. *Utraque* Parrhaſ.

470. ORE EJECTANTEM. Apud Macrobium lib. IV. cap. I. occurrit, *quaſſantemque utroque caput, c. cr. Ore ejectantem.* idque ultimum Voſſius probat Gramm. lib. I. 22. & lib. II. 19. quomodo & tres Rottendorphii, Moreti primus & ſecundus, cum altero Mentelio & Sprotiano. deinde, *mixtoque in ſanguine dentes*, non *mixtoſque*, Mediceus a manu prima. quod adridet. *Ejectantem* ſane malo, quam *rejectantem.* ſed & *quaſſantemque caput* placet: ingratum enim ſonat *jactantem, ejectantem.* Forte ſcripſerit Maro, *nutantemque utroque caput*, quomodo locutum Silium recordor. HEINS. *Quaſſanti capite* incedit, dixit alio in caſu Plautus Aſin. II. III. 23. de quo vid. Serv. ad I. Georg. 74. *rejactantem* Hugenianus, Oudarti, & ſecundus Hamburgicus. *ejectantem* Wittian. & Francianus. quod probat Barth. ad Stat. IX. Theb. 101. & inſanire dicit, qui non admittunt hanc lectionem. *reluctantem* Parrhaſ. BURM.

471. GALEAMQUE. *Galeam*, *enſemque* Francianus. *ad navem* Dorvill.

473. HIC VICTOR. *Sic victor* primus Moreti. *tauriſque ſuperbis* Hugenianus. mox, *vos quoque haec* Parrhaſ. *haec vos inquit* Dorvill.

475. JUVENILI. *Juvenali* ex ſcriptis antiquioribus & Cariſio, uti jam monuimus libr. II. 501. HEINS.

58 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 59 illiſit cerebrum Dan.

Sternitur, exanimiſque tremens procumbit humi bos.
Ille ſuper talis effundit pectore voces:
Hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis
Perſolvo: hîc victor caeſtus artemque repono.
Protenus Aeneas celeri certare ſagitta
Invitat, qui forte velint; & praemia ponit:
Ingentique manu malum de nave Sereſti

Eri-

SERVII.

481. HUMI BOS. [60] [Cui, cum de uno loquatur, hic *bovem*, alibi *juvencum*, alibi *taurum* appellat, ſed videtur pro tempore ea diverſitate uſus, ideoque *juvencum* ait. Eſt autem hic] peſſimus verſus in [61] monoſyllabam deſinens.

483. MELIOREM. Aptiorem: nam animalem hoſtiam dat.

484. CAESTUS ARTEMQUE [62] REPONO. Et arma ſe dicit deponere, & arti renuntiare: id eſt, *κατάλυσιν* [63] 485.

VARIORUM.

HEINS. *Fuerant* primus Moreti & Hugenianus. *fuerunt* Dorvill. *juvenili corpore* Wittian.

476. DARETA. *Daretam* Gudianus. mox idem, *averſi*. ſed *adverſa* Montalbanius.

478. ADSTABAT PUGNAE. *Pugnae adſtabat* Parrhaſ.

480. ILLISIT IN OSSA. *Illiſit oſſa cerebro* ex ſcriptis Giphanius Indic. Lucret. p. 468. HEINS. *In ora* Parrhaſ. & Hugenianus a manu ſecunda. v. Eryth. in *revocabat*.

482. EFFUDIT. *Effundit* noſtri, exceptis duobus Moretanis, ſecundo Rottendorphio, & altero Hamburgico. HEINS.

484. REPONO. *Reponit* in plurimis veterum, mendoſe, ſi quid video, quod tamen Servius liquido agnoſcit. HEINS. *repono* etiam conſecrationem, ut Graecis *ἀνάθημα*, ſignificat, ut vidimus ad Valer. Flac. II. 286. & ad Calp. Flac. Declam. XV. & etiam ita cepit Guellius. ſed quod eodem ſenſu illa Juvenalis Sat. I. 1.

Semper ego auditor tantum, numquamne reponam?

dicta putet, credo falli virum doctum. ſed de quo hic agendi locus non eſt. ceterum apud Manil. II. 649.

Quaeque illic ſumunt iras, hic aſtra reponunt.

Bentlejus *hic reponunt σολοικίζειν* ait, & *huc* emendat. non meminerat hujus loci, credo, Virgiliani. & ipſa ratio hoc ſuadet. *hic*, id eſt in hoc loco, in quo victor &c. ſtabat. *huc* notaret ex alio loco in hunc tranſlatos caeſtus: *repono caeſtus* vero eſt, quaſi *ἀνάθημα* pono: *artem* vero *repono*, eſt deſino exercere, ut infr. 619. *veſtem reponit*, ut duplex vis verbi indicetur, quae in unum ſenſum incidit. BURM.

486. ET PRAEMIA PONIT. In optimo Gudiano *praemia dicit*. eleganter omnino, ſive interpretaris, *praemia dicit*, *proponit*, aut *conſtituit*, ut Nonius exponit: hinc *dies dictus* & *conſtitutus* pro iiſdem ſumuntur apud ſcriptores antiquos. *dicitur* quod ſine ſtipulatione conſtituitur. ſic *legem dicere* paſſim habes in vetuſtis ſcriptoribus, & nos ad Epiſt. Medeae Naſonianae XII. 39. ubertim. nec aliter capiendum illud noſtri in Georg. III. 125. de tauro; *& pecori dixere maritum*, id eſt conſtituere vel deſtinavere, decrevere. Aen. II. 678. *Cui pater & conjux quondam tibi dicta relinquor?* ſic Grammatici interpretantur. ſed male. Ovid. Epiſt. I. 83.

Tua ſim, tua dicar oportet
Penelope.

dicere foedus apud Statium Theb. II. 394.

Si

60 deſunt L. Voſ. R. Steph. & Lipſ. uſque ad *eſt autem hic.* 61 in monoſyllabum L. Voſ. R. V. Baſil. in monoſyllaba Dan. 62 *reponit* Dan. Fabr. & al. deinde ut arma depoſuit, ut arti praenuntiavit V. & arma depoſuit, & arti renuntiavit L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. Fabr. reliqua, id eſt &c. deſunt Baſil. 63 PROTINUS certamen ſagittandi proponit, quem locum ex Homero tranſtulit. ille enim ſic ait Il. Ψ. 850. Αὐτὰρ ὁ τοξευτῆσι τίθει ἰόεντα σίδηρον &c. Baſil.

Erigit; & volucrem trajecto in fune columbam,
Quo tendant ferrum, malo ſuſpendit ab alto.
Convenere viri: dejectamque aerea ſortem
Accepit galea: & primus clamore ſecundo
Hyrtacidae ante omnis exit locus Hippocoontis:
Quem modo navali Mneſtheus certamine victor

Con-

SERVII.

487. INGENTIQUE MANU. Magna multitudine. [64] [Ille vero inquit Il. Ψ. 852. Ἱστὸν δ' ἔστησε νηὸς κυανοπρῴροιο Τηλῦ ἐπὶ ψαμάθοις, ἐκ δ' ἦ τρήρωνα πέλειαν.] MALUM. *Malus* [65] arbor navis, generis eſt maſculini. Horatius I. Od. 14. *Nec malus celeri ſaucius Africo.* Et dictus eſt *malus*, vel quia [66] habet inſtar mali in ſummitate: vel quia quaſi quibuſdam malis ligneis cingitur, quorum volubilitate vela facilius elevantur.

488. TRAJECTO. Extento: unde [67] tranſenna dicitur funis. Salluſtius [68] fragm. incert. [*Tranſenna demiſſum* [69] *victoriae ſimulachrum, cum* [70] *machinato ſtrepitu tonitruum coronam capiti imponebat.* [71]

489. QUO. In quam: nam ponit adverbia pro pronominibus, ut I. 6. *Genus unde Latinum.*

490. [72] [DEJECTAMQUE AEREA SORTEM. Sicut Homerus Iliad. Ψ. 861. Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρει πάλλον ἑλόντες.]

491. CLAMORE SECUNDO. [73] Sicut ſupra ait 369. *Magnoque virum ſe murmure tollit.*

493. QUEM MODO. Id eſt, nuper: nam [74] ut diximus, victor fuit duorum. Urbanus vero dicit *modo*, propemodum, pene: nam ſecundus fuit. Alii VICTOR, voti compos volunt, ut III. Georg. 114. [75] *Rapidiſque rotis inſiſtere victor.* Optaverat enim, ne extremus rediret, ut ſup. 196. *Hoc vincito cives.*

VARIORUM.

Si tibi plena fides, dicti ſi cura maneret
Foederis. id eſt, pacti foederis. Idem III. Silv. I. 82.

Stabat dicta ſacri (lege *ſacris*) *tenuis caſa, nomine templi.*

Val. Flacc. VI. 125.

Magnanimis mos dictus avis.

ita ibi codices, quorum unus pervetuſtus. & quomodo Horatius ſumſiſſe videtur lib. IV. Od. 8. *pretium dicere muneri.* ſive *dicere* pro promittere capiendum. quomodo *dotem dicere*, de quo nos ad Naſonem Faſtis libr. VI. 594. Etſi Juriſconſulti veteres inter dotem *dictam* & *promiſſam* diſtinguant, inter quos Ulpianus in Fragmentis, *dotem dicere* interpretantur, certis verbis, nulla praecedente interrogatione, promittere. Noſter lib. XI. Aeneid. 353. *dicere dona:* ita enim in caſtigatiſſimis veterrimiſque ſcriptum offendas.

Unum etiam donis iſtis, quae plurima mitti
Dardanides, dicique jubes, unum, optime regum,
Adjicias.

ſic *nummos dicere* Pomponio in Piſtoribus. *nummos certos dicas. dico quinquaginta millia. Dicere pecuniam* Ciceroni II. de officiis. contrarium, *dicere multam* & *dicere poenam.* quod apud Juriſconſultos veteres frequenter occurrit. eo ſenſu Salluſtius in Hiſtoriis, *Cajus Curio profectus in Dardaniam, quibus potuit pecunias dictas coëgit. repudium dicere* habes apud Tacitum libro Ann. III. 27. apud Plaut. Moſtel. Sc. ult. 7. *Jubeo te ſalvere, & ſalvos cum adveneris Theuropides Peregre, gaudeo. hic apud nos hodie caenae te dic & age:* ſic puto ſcribendum, cum in MS. ſit, *hic apud nos hodie caenes ſic*, vulgo: vale *caenes te rogo:* ſequentia ad Theuropidem referenda. apud Noſtrum *dicere praedae ſortem* pro indicere Aeneid. IX. 268. quomodo illic ſcri-

64 deſunt L. V. Voſ. R. 65 arbor & navis Dan. & navis Baſil. 66 habes malos Fabr. Baſil. 67 *Teranna* V. vid. Macrob. II. 9. ubi plenior Salluſtii locus. *Tranſenna* dicitur extenſus funis Lipſ. 68 deſunt L. 69 *victoris* Dan. Fabr. vide Cuper. Apoth. Homeri pag. 170. 70 *machinato ſtrepitu Tranſenna corona in caput imponebatur.* L. Voſ. V. R. (ſed ilic *ponebatur*) Steph. Dan. *Tranſenna corona capiti imponebatur* Lipſ. vide Brodaei Miſcel. IV. 19. 71 addunt, ſic Homerus Il. Ψ 854. *Λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδός* Fabr. al. 72. deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 73 ut ſupra dixit L. Voſſ. R. Steph. al. *ſupra magnoque* &c. 74 ut ſupra diximus iidem. 75 *rapidiſque* V. L. Voſ. R.

Conſequitur, viridi Mneſtheus evinctus oliva.
Tertius Eurytion, tuus, o clariſſime, frater,
Pandare: qui quondam juſſus confundere foedus,
In medios telum torſiſti primus Achivos.
Extremus, galeaque ima ſubſidit Aceſtes;
Auſus & ipſe manu juvenum tentare laborem.
Tum validis flexos incurvant viribus arcus
Pro ſe quiſque viri, & depromunt tela pharetris.

Pri-

SERVII.

496. CLARISSIME FRATER PANDARE. Notiſſime: qui fuit Lycaonis filius: *Pandarus* autem, [76] [qui] ſecundum Homerum, Minervae perſuaſione, ſingulare Menelai & Paridis certamen, cum in eo eſſet, ut Paris vinceretur, [77] jactu teli diremit, quo Menelaum vulneravit. JUSSUS. A Minerva.

498. SUBSEDIT ACESTES. Hoc eſt, remanſit: nec enim proferebatur ſors, quae remanſerat ſola: aut certe, [78] *ſubſedit*, [79] delituit: unde & *ſubſeſſores* dicuntur, qui occiſuri aliquem deliteſcunt. De quo verbo plenius [80] dicturi ſumus illo verſu XI. 268. *Devicta Aſia ſubſedit adulter.*

500. FLEXOS INCURVANT. Mutatione uſus eſt [81] verborum: nam *curvos inflectunt* debuit dicere.

501. PRO SE QUISQUE VIRI. Pro qualitate roboris ſui.

VARIORUM.

ſcripti nonnulli,

Si vero capere Italiam ſceptriſque potiri,
Contigerit victori & praedae dicere ſortem.

victoris enim eſt legem ſortiendi dicere. Ad Eclogam v. 37. jam operoſe ſatis monuimus frequenter ſollemniterque a Marone variari loquendi modos. *ponere praemia* paullo ante habuimus ỳ. 291.

Invitat pretiis animos & praemia ponit.

ſic ſupra ỳ. 350.

Me liceat caſum miſerari inſontis amici.

at lib. II. 93. habuimus,

Et caſum inſontis mecum indignabar amici.

infra h. l. 700.

At pater Aeneas caſu concuſſus acerbo.

libr. VI. 475.

Nec minus Aeneas caſu concuſſus iniquo.

ubi vide adnotata. lib. IX. 191.

Quid dubitem & quae nunc animo ſententia ſurgit?

at lib. V. 748.

Edocet & quae nunc animo ſententia conſtet.

ſub finem libri hujus 832. *Ferunt ſua flamina claſſem.* & mox. 852. *Ferunt ipſa aequora claſſem.* lib. IV. 440. *Fata obſtant.* lib. VI. 438. *Fas obſtat.* ex antiquis membranis. lib. Georg. IV. 479. *Tardaque palus inamabilis unda.* lib. VI. Aen. 438. *Triſtique palus inamabilis unda.* lib. IV. 643. *Sanguineam volvens aciem.* & lib. VII. 399. *Sanguineam torquens aciem.* lib. III. Aen. 517. *Stans celſa in puppi.* lib. VIII. 680. *Stans prima in puppi.* lib. I. Aen. 414. *Molirive moram, aut veniendi poſcere cauſſas.* lib. VI. 488. *Et conferre gradum & veniendi diſcere cauſſas.* Turbant utroque loco codices. ſed neutro quid mutandum. lib. XI. 468. *Sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus.* at lib. VI. 807. *Virtute extendere vires.* ut quidem veterrimae illic membranae. lib. III. 257. *Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas.* lib. VII. 125. *Acciſis coget dapibus conſumere menſas.* HEINS.

488. TRAJECTO IN. *Trajectum in* Hugenianus. *in* deeſt Sprotiano.

489. TENDANT. *Tendunt* alter Menagii. *ferrum tendant* Parrhaſ.

492. HIPPOCOONTIS. *Hippocoonti* Voſſianus prior, Schefferius & Sprotianus. ſed *Hippocoontis* a Cariſio agnoſcitur lib. I. ubi agit de Analogia. HEINS.

76 deeſt L. Voſ. R. V. Steph. mox Homerum, certamen M. Perſ. ſ. M. & Paridis Lipſ. 77 jacto telo L. iidem & Lipſ. 78 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 79 detulit Dan. unde e. ſ. vocantur Lipſ. 80 dicitur illo Dan. Fab. 81 deeſt L. Voſ. Steph. Dan.

Digitized by Google

Primaque per coelum nervo ſtridente ſagitta
Hyrtacidae juvenis volucris diverberat auras:
Et venit, adverſique infigitur arbore mali.
Intremuit malus, timuitque exterrita pennis
Ales, & ingenti ſonuerunt omnia plauſu.
Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu,
Alta petens: pariterque oculos telumque tetendit.

Aſt

SERVII.

503. DIVERBERAT AURAS. Scindit.

504. ARBORE MALI. Sic dixit, ut VIII. 231. *Luſtrat Aventini montem.*

505. EXTERRITA [82] PENNIS. Timorem ſuum pinnis ſignificans: ſingula enim animalia habent ſigna, quibus indicant ſuum timorem: unde ipſe de lupo XI. 812. *Caudamque remulcens, Subjecit pavitantem utero.* Item de Caco VIII. 223. *Turbatumque oculis.* Hominum enim timorem primi indicant oculi.

506. [83] OMNIA PLAUSU. Alii pinnarum dicunt; ſed melius eſt, ſpectantium favore: illud enim eſt incredibile.

507. ADDUCTO ARCU TELUM TETENDIT. Hypallage eſt: nam adducitur telum, & arcus intenditur.

VARIORUM.

HEINS. *Hippocoantis* alter Menagii. *Ipſocoontis* Regius. *Hirtacidae juvenis* Bigotianus. *exiit* Parrhaſ.

493. QUEM MODO. *Poſtmodo* Parrhaſ.

Ibid. VICTOR. Atqui Cloanthus retulit primam palmam ſup. 245. Cerda explicat, illum votis conciliaſſe ſibi Deos, eiſque auxiliantibus fuiſſe victorem, ſed Mneſthea ſua virtute. Trappius cum aliis fuiſſe ſecundum Mneſthea & victorem duorum aliorum, & Virgilium hoc mutaturum fuiſſe, ſi vixiſſet diutius. ego ideo *victorem* puto dici, quia ſolus ex illis, qui navali certamine contenderant, nunc ſagitta etiam certare paratus erat, ubi tertiam palmam accepit, & Hippocoontem etiam vicit: nec credo ita argutandum eſſe in his certaminibus, ubi nemo non donatus abibat. BURM.

495. CLARISSIME. *Cariſſime* Montalbanius.

496. CONFUNDERE. Vid. XII. 290. vir doctus in Obſerv. Miſcel. Critic. Vol. I. p. 16. tentabat, *ſuaſus confundere*, ſed mox poenitet emendationis, & defendit vulgatam contra alium, Vol. II. p. 375. *juſſus quondam* Parrhaſ. BURM.

498. SUBSIDIT. *Subcidit* Menagius prior, pro *ſubſidit*. *conſedit* Excerpta noſtra. *galea atque ima.* Parrh. *ſuccedit* Wallian.

500. VALIDIS FLEXOS. Bis occurrit hic verſus apud Priſcianum, qui uno loco, *tum ſummis flexos* agnoſcit, uti & Alcuinus in Grammatica, qui Priſcianum ſecutus videtur, non conſulto Maronis loco. *cum validis* in primo Moretano. HEINS. In Priſciano etiam pag. 1187. deeſt *&* poſt *viri*.

503. DIVERBERAT. *Deverberat* Mentelius primus & Sprotianus, & Zulichemius. *volucreſque deverberat* Venetus. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 265. *alas* Ed. Juntina.

504. ADVERSIQUE INFIGITUR ARBORE MALI. *Adverſaeque mali* apud Probum legitur ſub finem libr. I. Art. Gramm. duobus locis: ſed *malus*, cum de arbore mali navis ſumitur, maſculini eſt generis. mox ſequitur, *malo pendebat ab alto:* & praeceſſerat, *malo ſuſpendit ab alto.* niſi & illis in locis *alta* reponimus. *malos* dixere Lucretius & Cicero, etiam infr. 828. *Jubet ocius omnes attolli malos.* Certe Scholiaſtes Horatii lib. I. Od. 14. illo loco, *Et malus celeri ſaucius Africo, malum arborem in navi dixit, cui in ſummitate velum annectitur, & eſt maſculini generis.* HEINS. *Ut venit* Bigotianus. *infugitur* Francianus. *infringitur* Dorvil. quod non ſpernendum puto. de quo verbo vide ad Petron. cap. XXII. & Ovid. V. Met. 83. Heinſii notas. mox, *infremuit malus* Bigotianus. *malos* tert. Rottend. *pinnis* Gudian. Medic.

&

82 *Pinnis* & mox iterum L. Voſ. R. V. ſecundo loco Dan. & ita variant etiam ỹ. 506. ut ſemper fere. 83 melius ſpectantem L. Voſ. R. V. *eſt* omiſit etiam Dan.

Aſt ipſam miſerandus avem contingere ferro
Non valuit: nodos & vincula linea rupit,
Quîs innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa notos atque atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus jam dudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit,
Jam vacuo laetam coelo ſpeculatus; & alis
Plaudentem nigra figit ſub nube columbam.
Decidit exanimis, vitamque reliquit in aſtris

Ae-

SERVII.

509. AST IPSAM MISERANDUS AVEM. [84] [Sic Homerus Iliad. ψ. 865. Ὄρνιθος μὲν ἅμαρτε, μέγηρε γὰρ οἱ τόγ' Ἀπόλλων.] MISERANDUS. Qui, perfecta re difficiliore, victoria caruit.

510. [85] [NODOS ET VINCULA RUPIT. Homerus vero ait Iliad. ψ. 868. Ἀντικρὺ δ' ἀπὸ μήρινθον τάμε πικρὸς ὀϊστός.]

511. INNEXA PEDEM. [86] Innexum pedem habens.

512. [87] [ILLA NOTOS, ATQUE ATRA VOLANS IN NUBILA FUGIT. Homerus ait Iliad ψ. 879. Αὐτὰρ ἡ ὄρνις Ἀυχέν' ἀπεκρέμασεν, σὺν δὲ πτερὰ πυκνὰ λίασθεν.]

513. TUM. Deinde: & eſt adverbium ordinis: nam *tunc* temporis eſt. ARCU CONTENTA PARATO TELA TENENS. Contento arcu tela tenens parata.

514. IN VOTA VOCAVIT. Nam apud Lycios colitur [88] Pandarus, quaſi heros.

515. [89] [JAM VACUO LAETAM COELO. Sic Homerus Iliad. ψ. 874. Ὕψι δ' ὑπαὶ νεφέων εἶδε τρήρωνα πέλειαν.]

516. NIGRA NUBE. Id eſt, alta.

517. [90] [DECIDIT EXANIMIS. Homerus Iliad. ψ. 880. Ὠκὺς δ' ἐκ μελέων θυμὸς πτάτο.] VITAMQUE [91] RELIQUIT IN ASTRIS. Unde ſumpſerat vitam, ut in VI. 728. *Hinc hominum pecudumque genus, vitaeque volantum.* Sane [92] [ex hoc] ſciendum, hunc totum locum ab Homero eſſe ſumptum: unde inanis eſt vituperatio Aeneae, quod ſuſpenderit avem maternam: nam & res eſt tranſlata ſimpliciter: & quamcumque ſuſpendiſſet avem, in hanc incideret [93] vituperationem. Nulla enim avis caret conſecratione: quia ſingulae aves numinibus ſunt conſecratae. Quanquam Urbanus [94] dicat matrem citius potuiſſe placari.

VARIORUM.

& duo alii. BURM.

508. PARITERQUE. *Pariter* quartus Moreti. vid. mox ψ. 521. *tendere* autem hic duplicem vim habet, aliter enim tendimus oculos, id eſt contendimus, acriter intuemur. (vid. Lamb. ad Lucret. I. 67.) aliter, tela, quum adducimus arcum, & ad ſcopum collineamus. mox, *avim* Excerpta noſtra. inf. mox *aurim* 547. BURM.

510. RUPIT. *Rumpit* Zulichemius & alter Menagii. *linea vincula* Sprotianus, Venetus & prior Hamburgenſis. Priſcian. lib. X. p. 904. *Qui primus nodos &c.*

511. MA-

84 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 85 deſunt iiſdem. 86 in nexu Dan. 87 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 88 deeſt iiſdem & Lipſ. quia Pandarus apud &c. Baſil. Ruaeus hic errare Servium credit, nec Pandarum in Lycia cultum: ſed quia Apollo Lycius dicitur, & ibi colitur, Lycium dici Pandarum, quem Diolea urbe Myſiae fuiſſe oriundum ex Homero probat. ſed ſi Strabonem conſuluiſſet, lib. XIV. p. 665. vidiſſet Lycios, Myſos & Trojanos a Poëtis confundi, & Pandarum hunc cultum in Pinara urbe Lyciae, & a quibusdam hunc a Pandaro Trojano diſtingui, quia cognomines fuerunt. immo hunc quoque a quibusdam Lycium dici. & ipſe Scholiaſtes Homeri Zeleam dicit eſſe ad Idam Lyciae, qui mons Myſiae vel Phrygiae ab aliis dici ſolet. vide Strabon. XII. p. 565. & XIII. p. 596. & alibi. vid. & Serv. ad I. Aen. 107. BURM. 89 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 90 deſunt iiſdem. 91 RELINQUIT. V. 92 deſunt L. Voſ. V. Steph. Dan. Fabr. al. 93 vituperatio Baſil. 94 dicit Dan. Fabr.

Digitized by Google

Aetheriis, fixamque refert delabſa ſagittam.
Amiſſa ſolus palma ſuperabat Aceſtes:
Qui tamen aërias telum contendit in auras,
Oſtentans artemque pater, arcumque ſonantem.
Hîc oculis ſubitum objicitur magnoque futurum
Augurio monſtrum. Docuit poſt exitus ingens:
Seraque terrifici cecinerunt omina vates.
Namque volans liquidis in nubibus arſit arundo,

Si-

SERVII.

521. ARTEM PARITER, ARCUMQUE SONANTEM. [95] Culpat hic Virgilium Virgiliomaſtix: artem enim in vacuo aëre oſtendere non [96] poterat: quamquam dicant periti, poſſe ex ipſo ſagittariorum geſtu artis peritiam [97] indicari.

522. OBJICITUR. Superius IV. 549. de his particulis ſecundum Jubam artigraphum tractavimus. Sed dicunt alii iſtas monoſyllabarum ratione vel produci vel corripi. Sane ſciendum, naturae eſſe, ut breves ſint: euphoniae vel Jubae ratione, in compoſitione [98] producuntur, ſi tamen I [99] ſequatur: quae licet non ſit conſonans, poteſt tamen in declinatione pro [1] conſonante haberi, [2] [ut *objicis*, *objecit*; *ſubjicit*, *ſubjecis*.]

523. AUGURIO MONSTRUM. *Augurium* dictum quaſi *avigerium*, [3] [id eſt,] quod aves gerunt. Et bene de ſagitta dixit *augurium*, [4] quia habet pinnas: quanquam [5] omnia ad unum congeſſerit locum, *monſtrum*, *augurium*, *auſpicium*, *oraculum*.

524. SERA. Gravia. Salluſtius in incert. Frag. *Serum enim bellum in anguſtiis futurum*. Id eſt, grave. Et quod improbant vates, Aeneas amplectitur, deceptus augurii ſimilitudine, quod apud Trojam probaverat pater, ut II. 694. *Stella facem ducens*.

525. LIQUIDIS IN NUBIBUS. *Nubes* pro aëre poſuit: *nubes* enim *liquidae* eſſe non poſſunt.

VARIORUM.

511. MALO. *Nodo* Parth.

512. NOTOS. Repeti debere ex ſequenti membro *in notos* vult Servius ad I. Georg. 273. vid. inf. VI. 692. VII. 543. & ad Ovid. I. Art. 333. *alta volans* tert. Rottend. *atraque volans* Venetus. BURM.

513. CONTENTA. Male Servius: nam non tantum arcus contentus, ſed & tela & ſagittae, & haſtae &c. *contendi* dicuntur. lib. X. Aen. 521. *contendere haſtam* dixit. vid. ad Valer. Flac. III. 136. & Barth. ad Claud. II. in Eutrop. 168. & mox Heinſium. BURM.

515. JAM. *Tam* Francian. & pro *coelo*, *telo* Menagii prior.

516. NIGRA FIGIT. *Figit nigra* Gudianus. HEINS. *Fixit* Sprotianus & Francianus. *nigram* Parrhaſ.

517. ASTRIS. Id eſt in aëre. vide Barth. ad Stat. V. Theb. 24. *Aſtra* locum notant, ubi ſunt, quando *aſtra* conſpici poſſunt, Serv. ad III. Aen. 567. ubi vid. notas. ad *ſidera tollit palmas* Sinon lib. II. 153. ubi etiam pleno die res agitur. BURM.

518. AETHERIIS. *Aëriis* multi. *relinquit* alter Menagii & Hugenianus. *finivit* Wall. addito etiam *relinquit*. *fixamque tenet* Parrhaſ.

520. AETHERIAS. *Aërias* Mediceus, uterque Mentelii aliique plurimi, ex quibus nonnulli paullo ante, *in aſtris Aethereis*, non *aëriis*, hos inter Gudianus a manu prima, primus & ſecundus Rottendorphii, prior Voſſianus, Leidenſis & alii quinque.

95 ſeme'que culpat hoc R. Dan. Fabr. culpat in hoc Virgilium maſtix L. culpat hoc Virgilio maceſtix Voſ. culpat in hoc Virgilium. Virgiliomaſtix Steph. Baſil. in vita Donati eſt Aeneidomaſtix liber Carbilii Pictoris Ger. Voſſ. legebat, *ſimul. Quare culpat* &c. 96 poterant V. Steph. poteris Baſil. 97 comprobari Dan. Fabr. 98 producantur V. L. 99 ſequetur Baſil. 1 conſonanti Dan. Fabr. 2 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 4 quae L. Voſ. V. Steph. Dan. Fabr. al. 5 omina Fabr.

Digitized by Google

Signavitque viam flammis, tenuiſque receſſit
Conſumta in ventos: coelo ceu ſaepe refixa
Tranſcurrunt, crinemque volantia ſidera ducunt.
Adtonitis haeſere animis, Superoſque precati
Trinacrii Teucrique viri: nec maxumus omen

Ab-

SERVII.

527. CEU SAEPE REFIXA. [6] Poëtice dixit ſecundum publicam opinionem: nam ut Lucretius dicit: *Ventus altiora petens, aetherenm ignem ſecum torquet, qui* [7] *tractus imitatur ſtellas cadentes.*

529. ATTONITIS ANIMIS. [8] Intentis, ſtupefactis per tonitrua, quae [9] ſemper cohaerent coeleſtibus ignibus.

530. NEC MAXUMUS OMEN ABNUIT AENEAS. Amplexus eſt, & probavit: [10] non, ſecundum augurum diſciplinam, dixit ad ſe non pertinere: [11] nam noſtri arbitrii eſt, viſa [12] omina vel improbare, vel recipere.

VARIORUM.

que. quod ſi admittimus, mox *aurae aëriae* praeſtabunt *auris aetheriis.* & ſane Leidenſes duo, Rottend. Montalbanius, Gudianus & Schefferius, ut modo *aſtra aetheria* exhibebant, ita nunc *auras aërias:* utrumque recte: nam ut aſtra proprie ſpectant ad aethera, ſic ad aërem aurae: deinde *auras aërias* etiam Nonius, ut & *telum contendit*, non *contorſit.* nec aliter Mediceus a manu prima, & confirmant alter Mentelianus, primus Rottend. & Leidenſis & ſex alii. ſic lib. x. Aen. 521.

Inde Mago procul infenſam contenderat haſtam.

ita illic ſcripti. paullo ante, *arcu contenta parato Tela tenens.* HEINS. *Aetherias t. contorſit* Ed. Ven. Ald. *aërias t. contorſit* Mediol. ſimilis varietas lib. xi. 561. *contortum haſtile.*

521. ARTEM PARITER ARCUMQUE SONANTEM. Sic Giphan. Ind. Lucret. p. 462 & 466. cum ſcriptis & Aſpro. *artemque pater* Mediceus & Mentelianus uterque, tres Rottendorphii, Gudianus, duo Hamburgici, duo Menagiani, prior Voſſianus, tres Moretani & Montalbanius, ut & Pieriani meliores. nec aliter Marius Victorinus libello de metris. nam Diomedes libr. II. vulgatam lectionem videtur exhibere, ſed perperam. Aeneas ad eumdem Aceſtem paulo poſt, *ſume pater.* lib. VII. 274. de Latino,

Haec effatus equos numero pater eligit omni.

in Bucolicis IX 66.

Deſine plura, puer, & quod nunc inſtat agamus.

HEINS. *Oſtendens pariter artemque arcumque* Ed. Venet. *Oſt. artem pariter arcumque* Witt. & Ed. Mediol. *artem paterque* Bigotianus & Francian. *artemque patris* Sprotian. a m. pr. *oſtendens* etiam Hugenian.

522. HIC OCULIS SUBITO. Mallm, *ſubitum*, quia ſequitur, *magnoque futurum Augurio.* atque in codice ex meis uno exaratum poſtea offendi, quo ante annos fere D. ſcripto me donavit Ovidius Montalbanus, apud Bononienſes Philoſophiae Profeſſor. nec aliter tertius Rottendorphii, & Schefferianus. lib. VIII. 81.

Ecce autem ſubitum, atque oculis mirabile monſtrum.

IV. Georg. 554.

Hic vero ſubitum ac dictu mirabile monſtrum.

HEINS. *Subitum* Hamb. pr. a m. ſec. *hinc ſubito* Venetus & Wallian. *ſubito ob. magno futurum* Dorvill.

523. INGENS. Vid. Barth. ad Stat. I. Theb. 454. ubi docet omnia quae monſtris ſunt proxima, *ingentia* a Marone & aliis Poëtis dici. BURM.

524. SERA. Hic gravia, & ad XII. 864. triſtia interpretatur Servius. quem ſequitur Bulaeus ad Val. Flac. II. 294. ſed vide Brouckh. ad Prop. III. XI. 66. qui ſero intellecta, & vera inventa explicat nec multum abit Cerda. alii aliter, ut ex commentariis apparet. ſed vera eſt Broukhuſii ſententia. BURM.

Ibid.

6 minime poëtice, ſed ad vulgi opinionem, dicere cenſe: Steph. de Criticis Diſſert. pag. 178. Lucretii vero reſpicit verſus, ex lib. II. 206. BURM. 7 deeſt Steph. Baſil. *fractus* Dan. & ejus ſequaces, undique. 8 deeſt L. Voſ. R. V. Steph. 9 deeſt V. Dan. 10 nam L. Voſ. V. Steph. Dan. 11 nam nunc arbitris Dan. 12 omnia R. Steph.

Abnuit Aeneas; ſed laetum amplexus Aceſten
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur:
Sume, pater: nam te voluit rex magnus Olympi
Talibus auſpiciis exſortem ducere honores.
Ipſius Anchiſae longaevi hoc munus habebis,
Cratera inpreſſum ſignis: quem Thracius olim

An-

SERVII.

533. SUME PATER. [13] Percipe: [14] [nam verbum eſt [14] Juriſconſultorum, quo utuntur, quotiens legatum non ab haerede datur; ſed eſt in accipientis arbitrio, [15] [id eſt, vindicationis, vel optionis.]

534. EXSORTEM. Ἄκληρον, ſine ſorte.

535. ANCHISAE MUNUS. Quod [16] Ciſſeus, rex Thraciae (ſecundum Virgilium pater Hecubae, ut x. 705. *Ciſſeis regina Parin creat*) Anchiſae aliquando donaverat.

536. IMPRESSUM SIGNIS. Impreſſa ſigna [17] habentem, id eſt, emblemata.

VARIORUM.

Ibid. OMINA. *Carmina* Menagii prior, Montalbanius & Venetus. *omnia* nonnulli. *fatidici cecinerunt* Parrhaſ.

526. SIGNAVITQUE VIAM FLAMMIS. *Lamnis* in Mediceo a manu prima. apud Senec. Troad. 356.

Et ſtella longa ſemitam flamma trahens.

apud Statium Theb. XI. 4.

Signavit muros ultricis ſemita flammae.

limites ſtellarum habes Aeneid. II. 697. de quibus illic. HEINS.

528. TRANSCURRUNT. *Concurrunt* alter Hamburgicus. Senec. I. Quaeſt. Nat. 2. *crinemque volantia ſidera ducunt*, etiam non nominato Marone citat, & pluribus ad haec reſpicit. in Wittian. in margine erat ſcriptum, alii, *cineremque v. ſ. ducunt*. quod nuſquam reperi. BURM.

532. CUMULAT MAGNIS. *Magnis cumulat* Wittian.

533. SUMME PATER. Ignorantiae mendum in omnibus excuſes, cum ſententia poſtulet, *ſume*, id eſt accipe. FABRIC. *Summe* etiam Venetus, Zulichem. Wall. Francian. Parrh. Excerpta noſtra & Ed. Aldi. ſed *ſume* unice verum, quod verbum JCtorum eſſe dicit Servius, ubi legatum non ab herede datur, ſed eſt in accipientis arbitrio. ut in legato optionis, in quo JCtus in l. XX. de optione legata, ita ſcriptum fuiſſe dicit, *veſtimenta quae voles, culinaria ſumito, ſibique habeto*, & deinde bis illo verbo utitur. ubi Gothofr. notat eſſe legatum vindicationis, in quo Ulpian. Tit. XXIV. §. 3. haec verba ſollemnia eſſe dicit, *Do, lego, capio, ſumito, ſive habeto.* ubi forte legendum, *ſibi habeto*, ut I. §. 5. in legato ſinendi modo. videnda ibi Cl. Schultingii nota, ubi hic quoque Virgilii locus adducitur. ut & ab Oiſelio ad Caji Inſt. II. v. ubi *praeſumere* ab Aniano vocatur, quod convenit τῷ *praecipere*, quod Servio ex Mſſ. reſtituendum eſſe putamus. ſic in LXXXV. §. I. de Legat. III. *Sempronius ſumito praedia ea omnia, quae ſunt uſque ad praedium, quod vocatur Gaas, finibus Galatiae.* unde ſollemne hoc verbum fuiſſe apparet, & forte ſaepius lectum olim fuit, ſed a pandectarum compilatoribus forte mutatum, poſt has legatorum differentias ſublatas, ut notat Cl. Schultingius. *non te voluit* Rottend. ſec. BURM.

534. HONOREM. *Honores* Montalbanius, quomodo & Gudianus a manu ſecunda. & Hamburgenſis alter a manu prima. & ita Pierius in ſuis invenit, quod mihi viſum concinnius & ſonorius. HEINS. Et Mediceus a manu prima. & Scholiaſtes Horatianus in Art Poët. 305. *honore* Gudianus a m. pr. *auſpicibus* etiam Wall.

535. Hoc. Deeſt Excerptis noſtris.

536. CRATERA. *Crateram* Mediceus & Bigotia-

13 praecipe L. R. ita legendum ex ỳ. 544. ubi Aceſtes ſumſiſſe praecipua a Servio dicitur. 14 deſunt L. ad ỳ. 534. non ab haerede certamen datur R. datum Voſ. ſed eſt acc. arbitrio V. R. ſed ex accipientis Baſil. 15 deſunt Voſ. R. V. Steph. al. mox Ἀκλήρους Lipſ. 16 Chiſſeus Voſ. *Cyſſeus* & mox *Cyſſeis* Steph. *Ciſſeus regina* Voſ. Dan. Fabr. 17 habens Dan. Fabr.

Anchiſae genitori in magno munere Ciſſeus
Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris.
Sic fatus cingit viridanti tempora lauro:
Et primum ante omnes victorem adpellat Aceſten.
Nec bonus Eurytion praelato invidit honori;
Quamvis ſolus avem coelo dejecit ab alto.
Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit:
Extremus, volucri qui fixit arundine malum.
At pater Aeneas, nondum certamine miſſo,
Cuſtodem ad ſeſe comitemque inpubis Iuli

Epy-

SERVII.

539. [17] [VIRIDANTI. Species participii ſine verbi origine, temporis praeſentis.]

540. PRIMUM ANTE OMNES. Unum vacat. [18] [APPELLAT. Vel dicit, vel ſalutat. Saluſtius: Jugurt. cap. CVI. *adveniens Volux Quaeſtorem appellat.*]

541. PRAELATO INVIDIT HONORI. Id eſt, praelatum honorem.

543. PROXIMUS. [19] Poſt Eurytionem. DONIS. Ad dona.

544. EXTREMUS. Oſtendit hos ſua munera percepiſſe; Aceſten vero ſumpſiſſe praecipua.

545. NONDUM CERTAMINE MISSO. De peractis loquitur rebus: unde debuit dicere VOCAVIT, & FATUS EST. Ergo aut tempus eſt pro tempore; aut ſic [20] referi, ut videatur non de praeterito loqui, ſed actum [21] praeſentis temporis ponere & referre.

546. CUSTODEM AD SESE. Secundum Tullium, qui dicit *ad militiam euntibus dari ſolitos eſſe* [22] *cuſtodes, a quibus primo anno regantur:* unde ait de Pallante VIII. 515. *Sub te tolerare magiſtro Militiam & grave Martis opus.* IMPUBIS IULI. Ab eo, quod eſt *hic pubis:* nam quod ait Salluſtius Jugurt. XXVI. *Puberes omnes interfici jubet:* venit ab eo, quod eſt *puber:* & ſunt iſta communis generis, ſi referantur ad ſingulos: multitudo autem ſi dicatur, generis tantum foeminini eſt, ut [23] *haec pubes.*

VARIORUM.

tianus. vid. Lambin. & alios ad Horat. III. Od. 18. & Giſan. Indic. Lucret. in *comites Heliconiadum.* ſed tunc *impreſſam* legendum, ſed Virgilius eo genere non uſus eſt. *quam* etiam Hugenianus a m. pr. BURM.

537. CISSEUS. *Ciſeus* Francianus.

538. FERRE. *Eſſe* Parrhaſ. ex ỳ. 572. infr. ſed Horat. IV. 8. *neque tu peſſima munerum ferres.* & ita *ferre praemia* & ſimilia paſſim. BURM.

539. CINGIT. *Cinxit* alter Hamburgicus. *velat* Parrhaſ. *tempora myrto.* Wall.

540. ET

* 17 deſunt Lipſ. 18 deſunt Lipſ. ad ỳ. 543. nullo ex loco negligentia editorum Servii manifeſtius apparet, quam ex hoc, ubi ex nomine proprio fecerunt adjectivum *velox*, & Jugurthae adſcribunt, quod Salluſtius de alio narrat. ſcribendum enim eſt, ex Salluſt. Jugurt. cap. CVI. *Volux* (filius Bocchi) *adveniens Quaeſtorem appellat.* verba vero tranſpoſuerunt, ut referri *velox* ad utrumque poſſet, *adveniens*, & *appellat*, de qao videntur dubitaſſe: ſed neutri eleganter applicatur. hinc patet, quanti referat loca laudata a Servio indagare & expendere: hoc vero non a Servio, ſed ab interpolatoribus profectum apparet, quia haec nota deeſt Mſſ. L. Voſ. R. & Edd. Steph. Dan. Baſil. & aliis priſcis: nunc legitur Salluſtius; *Jugurtha adveniens velox Quaeſtorem appellat.* ceterum *Volunx* quidam in exercitu Hannibalis fingitur fuiſſe a Silio V. 261. ubi vide Cl. Drakenb. quod idem nomen varie ſcriptum puto, BURM. 19 ponit Eurythionem. Baſil. vitioſe, niſi *pone* ſcripſerit. 20 refertur Voſ. L. R. Steph. al. 21 praeteriti temporis Voſ. V. L. R. Dan. Fabr. 22 *cuſtodes, quibus* V. L. Voſ. R. Steph al. & ita relatum eſt inter fragmenta incerta Ciceronis ab Editoribus. 23 *haec pubis* Dan. Fabr.

Epytiden vocat, & fidam ſic fatur ad aurem:
Vade age, & Aſcanio, ſi jam puerile paratum
Agmen habet ſecum, curſuſque inſtruxit equorum,
Ducat avo turmas, & ſeſe oſtendat in armis,
Dic, ait. Ipſe omnem longo decedere circo
Infuſum populum, & campos jubet eſſe patentis.
Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
Frenatis lucent in equis: quos omnis euntes
Trinacriae mirata fremit Trojaeque juventus.

Omni-

SERVII.

547. FATUR AD AUREM. Sequitur &, *Dic ait:* unde, ſicut & in tertio 480. diximus, unum vacet neceſſe eſt.

552. CAMPOS JUBET ESSE PATENTES. Diſceſſu populi jubet fieri campos patentes.

553. INCEDUNT PUERI. Aut poëtica licentia [24] confudit aetates, ut [25] [modo pueros] modo juvenes dicat: nam ait: *Una acies juvenum:* aut certe ſecundum [26] quoſdam ſequenti diſtinctione mutata, [27] magiſtros, pueros dicit; ſequentes vero, maturioris aetatis.

554. QUOS OMNIS EUNTES. Quos euntes omnis turba fremit, id eſt, cum favore proſequitur.

VARIORUM.

540. ET PRIMUM. *At primum* Leidenſis unus.

542. DEJECIT. Quia alii explicant pro *dejeciſſet*, Tan. Faber ad Lucretium libro I. 986. *dejexet* hic obtrudit Virgilio. abeant hinc procul antiquarii cum foetore ſuo; non potuit ſcilicet pati, ut indicativus jungeretur τῷ *quamvis*. ſed vid. ad Ecl. III. 84. & millies alibi. *demiſit* Ed. Venet. quae varietas in ſimili re eſt apud Sil. Ital. II. 96. ubi vid. Cl. Drakenb. BURM.

546. COMITEMQUE INPUBIS. *Comitem impubentis* Venet. de qua voce dubitat Maittaire, an ſit recipienda. ſed producere debuiſſet exemplum, unde uſos Veteres ea forma hoc verbo probaſſet. *comitem impubis* Wall. *cuſtodemque ad ſe, comitemque* Wittian. BURM.

547. EPITIDEN. *Epytidem* noſtri. In Pierianis tamen quibuſdam, *Aepytiden*. ſed fruſtra. adeantur, quae notamus lib. II. Aen. 330. occurrit id nomen infra quoque ỳ. 579. apud Cariſium quoque lib. I. mendoſe profertur. caeterum Virgilius hanc perſonam ab Homero ſuo eſt mutuatus, apud quem Iliad. P. 322. Periphas Epytides Anchiſae praeco familiaris Aeneae.

Ἀλλ' αὐτὸς Ἀπόλλων,
Αἰνείαν ὄτρυνε, δέμας Περίφαντι ἐοικὼς
Κήρυκι Ἠπυτίδῃ, ὅς οἱ παρὰ πατρὶ γέροντι,
Κηρύσσων γήρασκε, φίλα φρεσὶ μήδεα εἰδώς.

In Catalectis Pithoei pag. 158. ex veſtigiis veterum codicum quoque lege, *Epytidae Theutras, Doryli Clonus, Oebalus Idae*. Epytidas gener Hieronis, qui Syracuſas diu defendit, contra Marcellum: ejus Livius meminit frequenter. Polybio eſt Ἐπικύδης. vide Gronov. ad Livii lib. XXIV. cap. 6. Apud Theocriti Schol. I. 125. tamen Αἴπυτος. HEINS. *Ephitidem* Wittian.

Ibid. AD AUREM. *In aurem* Sprotianus cum primo Moretano, & Rottendorphio ſecundo. non invenuſte etiam Moretanus tertius pro diverſa lectione, & alter Hamburgenſis a ſecunda manu. Qui loquendi modus comicis admodum familiaris. Briſeis apud Ovidium III. Ep. 23.

Ipſe

[24] confundit L. Voſ. V. Steph. al. [25] deſunt V. qui &, dicant. [26] quorquam V. [27] magiſtri & deinde, ſequenti V.

Omnibus in morem tonſâ coma preſſa coronâ.
Cornea bina ferunt praefixo haſtilia ferro:
Pars levis humero pharetras: it pectore ſummo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
Tris equitum numero turmae, ternique vagantur

Du-

SERVII.

556. TONSA COMA. Tonſa, compoſita: [28] [nam proprie *comae*, ſunt non caeſi capilli.] PRESSA CORONA. Id eſt, galea: & ſermone Homeri uſus eſt: nam galeam [29] *στεφάνην* dixit Iliad. H. 12. Et re vera *corona* non poteſt [30] intelligi, cum ſequatur 673. *Galeam ante pedes projecit inanem.* Sed alii dicunt, potuiſſe eos galeas habere coronatas, [vel ornatas:] Baebius tamen Macer [31] dixit: a Caeſare Auguſto pueris, qui luſerunt [32] Trojam, donatas eſſe galeas, & bina haſtilia: ad quod Virgilium [33] conſtat adludere.

558. IT PECTORE SUMMO. Sic legendum eſt, ne ſit ſoloeciſmus: & rei inanimali dedit motum, dicendo *It. Summum* autem *pectus* ait, pectoris & colli confinium.

560. TRES EQUITUM NUMERO TURMAE. Rem Romanae militiae ſuo [34] inſerit carmini; nam conſtat, primo tres partes fuiſſe populi Romani: unam [35] *Tatienſium*, a Tito Tatio, duce Sabinorum, jam amico poſt foedera; alteram *Ramnetum*, a Romulo; tertiam *Lucerum*, quorum ſecundum Livium I. 13. & nomen & cauſa in occulto ſunt. Varro tamen dicit, Romulum dimicantem contra [36] Titum Tatium, a Lucumonibus, id eſt, Tuſcis auxilia poſtulaſſe: unde [37] quidam venit cum exercitu: cui, recepto jam Tatio, pars Urbis eſt data: unde in Urbe Tuſcus dictus eſt vicus. Horatius II. Sat. II. 32. *At Tuſci turba impia* [38] *vici.* Ergo a Lucumone Luceres dicti ſunt. Sic autem in tres partes diviſum fuiſſe populum [39] Romanum conſtat; adeo ut etiam, qui praeerant ſingulis partibus, tribuni dicerentur: unde etiam ſumptus, quos dabant populi, tributa [40] nominarunt. TERNI. [41] Tres: & ſic ait more ſuo.

VARIORUM.

Ipſe Menoetiades tunc quum tradebar, in aurem,
Quid fles? hic parvo tempore, dixit, eris.

deinde, *ad aurim* Gudianus a manu prima. HEINS. Ita *avim* ℣. 508. *in aurem* puto diverſo ſenſu plerumque accipi, quum ſecretum aliquid auri inſuſurramus alicui, alii ne audiant, caventes: hic vero *ad fidam aurem*, eſt ad fidum hominem, quem dicto pariturum certus erat. vid. ad Ovid. Epiſt. III. 23. BURM.

549. CURSUSQUE. *Curſumque* Venetus.

550. OSTENDAT. *Oſtentet* Serv. ad XI. 42.

551. DIC, AIT. Τῷ παρέλκοντι, repetit verbum ſynonymon, Virgilianum autem hoc eſt. Ita & lib. XI. 41. *Lachrymis ita fatur obortis, Tene, inquit, miſerande puer.* ſimilia exempla lib. IV. & lib. VI. Terentius in Andr. IV. IV. 23. *Cedo, cui puerum haec appoſuiſti? dic mihi.* FABRIC. Vid. Serv. ad VI. 480. & ad Ovid. VI. Met. 280. *Sic ait* alter Menagii & Sprotian. a. m. ſec. & Ed. Junt. & Ald. *ſic* Francian. ſed *s* erat a m. ſec. *diſcedere coetu* Walſ. & Menag. pr. tert. Rottend. & Zulichem. a m. pr. *deſcendere* Gudian. a m. pr. *deducere* Parrhaſ. *in ſe omnem* Menag. pr. *largo* Oudart. *longe* Zulich. & Menag. alter. BURM.

552. ET CAMPOS. *Et* abeſt a Franciano.

553. PUERI. *Pueri pariter ante* Parrhaſ. *parentes* intelliguntur vel, qui Troja venerant, vel jungenda & *equis parentum*, in quibus pueri equitabant. ita ad marginem Zulichemii. BURM.

555. TRINACRIAE MIRATA. *Trinacria emirata* Montalbanius. quae ſi vera lectio ſit, non ut novum ab Horatio fictum verbum abjeciſſet temere Cl. Bentlejus ad lib. I. Od. V. vide & ad Lactant.

28 Baſil. ponit poſt *ſtefanen*, & habet, non tonſi capilli. 29 Stefanen L. Voſ. Stephanam R. mox deſunt, vel ornatas Lipſ. 30 deeſt L. Voſ. R. eſſe Steph. al. 31 dicit Steph. Dan. Fabr. al. 32 deeſt L. luſerant L. Voſ. R. Steph. 33 conſtet, volebat Heinſius. 34 intulit Dan. Fabr. 35 Titienſium V. videndae ſunt notae Broukhuſii ad Propert. IV. II. 50. mox de Luceribus Livium citans Servius, non ipſa ejus verba, ſed ſenſum expreſſit: nam apud eum lib. I. cap. 13. legitur *Lucerum nominis & originis cauſſa incerta eſt.* BURM. 36 deeſt V. 37 quidem V. 38 *vicis* Dan. Fabr. 39 deeſt L. R. V. Populum R. erat in Voſ. Romanorum Dan. 40 dominarunt V. L. denominarunt. 41 more ſuo, hoc eſt tres L. V. Voſ. R. Steph. al.

Ductores: pueri bis ſeni quemque ſecuti
Agmine partito fulgent, paribuſque magiſtris.
Una acies juvenum, ducit quam parvus ovantem
Nomen avi referens Priamus; tua clara, Polite,
Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis
Por-

SERVII.

561. DUCTORES PUERI. Hic quidam diſtinguunt, ut diximus ſupra.

562. PARIBUSQUE MAGISTRIS. [42] [Vel &] ex hoc adludit: nam hodieque *equitum* dicuntur *magiſtri*.

564. POLITE, PROGENIES. Illum dicit, quem ſupra a Pyrrho introduxit occiſum; de quo Cato in Originibus dicit, quod ad Italiam venerit, & ſegregatus ab Aenea condiderit oppidum *Politorium*, a ſuo nomine.

565. QUEM THRACIUS ALBIS. Cum tres [43] dixerit duces, duorum equos commemorat; ſed aut praetermiſit, [44] quod ut conſequeretur, neceſſe erat: nec enim unus pedes eſſe poterat: aut illo [45] reddidit loco, ut: *Cetera pubes ſenioris Aceſtae Fertur equis*. Quamquam multi diſtinctione mutata tres equos commemorant, ut ſit [46] primus, EQUUS BICOLOR MACULIS ALBIS: & de alio dicatur: VESTIGIA PRIMI ALBA PEDIS, id eſt, primorum pedum veſtigia erant alba: & FRONTEM ALBAM oſtentabat alter.

VARIORUM.

ctant. Argument. Metamorph. Ovidii lib. v. fab. 10. Papias, *demirando*, *emirando*. potuit hic tamen *e* litera repetita eſſe ex *Trinacriae* ultima. BURM.

557. FERUNT. *Gerunt* prior Hamburgicus, & Wallian.

Ibid. PRAEFIXO HASTILIA FERRO. *Praefixa* omnes noſtri conſtanter cum Pierianis, niſi quod Hamburgicus prior a m. pr. *praefixo*, quomodo in vulgaris vetuſtioribus; quod mihi probatur. HEINS. *Praefixo* etiam Hugenianus, ſed MSſ. & Edd. antiquae Venet. & Med. *praefixa*. utraque lectio habet, quo ſe tueatur. Ovid. VII. Met. 112. *Praefixaque cornua ferro*. & ita Val. Flac. I. 837. *Galeis praefixa rotiſque Cus domus*. & IV. 739. *Bebryciis praefixa tropaeis Tecta*. contra Noſter lib. VII. ỳ. ult. *praefixa cuſpide myrtus*. Eadem varietas lib. XII. 489. BURM.

558. PARS LEVIS. *Parſque leves* duo Moretani, Sprotianus, Dorvil. Wall. & Zulichemius a manu ſecunda, cum Excerptis noſtris. quod forte pueris non male conveniat. ut ita *leves* Amoribus dat Ovid. x. Met. 518. & contra Alcidae dedit *gravem pharetram* IX. 113. Hylae *habilem pharetram*, id eſt aetati iſti convenientem dat Val. Flac. III. 607. ſed ſequor plures codices, & *levem* hic politam poſſumus capere, ut ſupra 306. *levato ſpicula ferro*. ubi vide. *humeris* Sprotianus & Dorvill. BURM.

559. PER COLLUM IT CIRCULUS AURI. Valde variant hic codices. in Rottendorphiano & nonnullis aliis, *& pectore ſummo Flexilis it torti per collem circulus auri*. ſed a m. ſec emendatum; *obtorti per collum it circulus auri*. ſed verius, quod in Mediceo, Gudiano aliiſque, & nos exprimendum curavimus. HEINS. *In pectore ſommo* Turrian. *& in pect.* Dorvil. *it pectore ſummo fl. o. per c. v. auri* plurimi. *& per collum* Wallian. & tres alii. *obtorti it per collum* Sprotianus. *per collum it* Regius. & a m. ſec. Franc. & Ed. Venet. nobis placet, *it pectore ſummo fl. o. per collum circulus auri*. variationes natae, quia *it* cum *&* ſaepe commutantur. vid. inf. IX. 179. & ad Valer. Flac. II. III. & Barth. ad Stat. v. Theb. 71. BURM.

560. NUMERO *Turmae numero* Menagii prior. mox, *agmina* prior Rottend. a m. ſec. *tres* Dorvill. mox, *trinique* Wittian.

563. UNA. *Vana* alter Menagianus.

564. AVI. *Qui* Francianus.

Ibid. POLITE. *Polites* prior Hamburgicus, & tertius Rottendorphius cum Mediceo & Wall.

565. AUCTURA. *Actura* Wallian. Parrhaſ. Menagii

42 deſunt L. Voſ. V. & hoc alludit Steph. Dan. Fabr. al. quorum Steph. 44 qui iſt Steph. al. 45 redditur Dan. oſtentabat alter Lipſ. reliquis omiſſis.

43 dixerint R. eorum equis V. dixerit, duces duorum e- 46 ſit plena Dan. plenus Lipſ. & mox, veſtigia, & frontem

Portat equus bicolor maculis; veſtigia primi
Alba pedis, frontemque oſtentans arduus album.
Alter Atys, genus unde Atii duxere Latini:
Parvus Atys, pueroque puer dilectus Iulo.
Extremus, formaque ante omnis pulcher Iulus,
Sidonio eſt invectus equo: quem candida Dido
Eſſe ſui dederat monumentum & pignus amoris.
Cetera Trinacriis pubes ſenioris Aceſtae
Fertur equis.

Ex-

SERVII.

568. GENUS UNDE ATYI DUXERE LATINI. Propter [47] Atiam dicit, matrem Auguſti: de qua Antonius ait: [48] *Aricina mater:* vult enim ejus etiam maternum eſſe genus antiquiſſimum.

570. EXTREMUS. Quantum ad numerum ſpectat.

573. CAETERA TRINACRIIS. Caetera pubes equis Aceſtae fertur.

VARIORUM.

nagii prior, Sprotianus & alter Mentelii.

566. PRIMI. *Primis Alba pedes* Mediceus a manu prima. *veſtigia* pro pedibus. vid. ad Ovid. VIII. Met. 570. Cerda dextrum pedem intelligit, alii *pedis* pro *pedum*, & Harduinus hoc maluiſſe videtur, qui hanc mutationem perabſurdam dicit. ſed Trappius, *veſtigia p. A. p.* ponit in parentheſi: non male, ut in pedibus non fuiſſe bicolorem maculis quis credat, ſed bicolorem toto corpore praeterquam pedibus & fronte. poſſet & conſtrui, oſtentans veſtigia alba, & frontem albam. & hoc hodie in equo egregio probari ſolet. BURM.

568. ATYS. In pleriſque ſcriptis *Atis*, atque *Atis* exaratum exſtat, & recte: niſi quod *Atys* minime mutandum, ſive *Atus:* nam ita in Gudiano codice. ex *Atia* nimirum gente Caeſaris Auguſti mater, cui hic, ut in omnibus, blanditur noſter. quare & ſubjungit, *pueroque puer dilectus Iulo*. Vinetus ad Auſon. Profeſſ. XXIV. ubi Atilius Glabrio dicitur *Dardana progenies*; ſuſpicatur Atilios voluiſſe ſe ortos ex hoc Ati, ſive Aty. Pierius *Atti* caſtigat pro *Atii*, ſed fruſtra. eſt vetus numiſma, quod primus in lucem protraxit Carolus Patinus, inſtaurandae antiquitati natus, in ſupplemento ad Familias Fulvii Urſini Romanas, ATIUS BALBUS PR. occurrit id nomen frequenter in Inſcriptionum veterum volumine, quod Gruterus publici fecit juris. quale eſt illud pag DCCCXLV. M. ATIUS FELIX. M. ATIO FAUSTO FRATRI. in iiſdem, *Atius Abaſcantus*, *Atius Cerealis*, & ſimilia. *Atiae* quoque nomen ſexus ſequioris ibidem paſſim offendas. *Latinos* autem vocat Atios, non Romanos, quod Aricia eſſent oriundi, ut ex Suetonio conſtat. Appoſite Vellejus Paterc. II. 59. de C. Octavio Octaviani Caeſaris patre: *Hic praetor inter nobiliſſimos viros creatus primo loco, cui & dignatio gentis Juliae Atiam conciliaſſet uxorem.* Apud Graecos Hiſtoricos male id nomen nonnumquam exaratum occurrit. in Excerptis Nicolai Damaſceni Valeſianis p. 474. vetuſtus codex, Ἀποθανόντος δ' αὐτῷ τοῦ πατρός, παρὰ τῇ μητρὶ ἐτρέφετο Ἀττίᾳ, καὶ τῷ ταύτης ἀνδρὶ Φιλίππῳ Λευκίῳ. cum ſcribendum ſit Ἀτίᾳ. uti & mox ἐπιμεμέλητο ἡ μήτηρ Ἀττία. pari modo paſſim apud illum iſtic peccatur. Obtrudunt nobis antiquarii nummos argenteos, *Atiae* matris Divi Auguſti exprimentes nomen, ſed eos eſſe ſpurios & adulterinos,

vel

47 Atyam L. Abiam V. Attiam Steph. Actiam Fabr. Baſil. 48 *Ataracina* L. *Ataricina* V. R. *Actia Latini mater* Steph. Baſil. ſed recte *Aricina* legitur. & Cl. Rychius notavit haec ex Epiſtolis Antonii ad Auguſtum, quae frequentiſſime citantur a Suetonio, petita, ex quibus & Sueton. Aug. cap. IV. narrat Antonium ei objeciſſe, *proavum maternum, qui Ariciae modo unguentariam tabernam, modo piſtrinum exercuerit.* ubi vide Caſaubon. & varietates codicum in nomine *Atiae*. mox, genus antiquum Lipſ. BURM.

Excipiunt plauſu pavidos, gaudentque tuentes
Dardanidae; veterumque adgnoſcunt ora parentum.
Poſtquam omnem laeti conſeſſum oculoſque ſuorum
Luſtravere in equis; ſignum clamore paratis
Epytides longe dedit, inſonuitque flagello.
Olli diſcurrêre pares, atque agmina terni
Diductis ſolvêre choris, rurſuſque vocati
Convertêre vias, infeſtaque tela tulere.

In-

SERVII.

575. Pavidos. Gloriae cupiditate ſollicitos, ut III. Georg. 106. *Corda pavor pulſans.*

579. Flagello. Virga, quae ſonat [49] in morem flagelli.

581. Choris. Aciebus. Vocati. Ictu virgae.

VARIORUM.

vel inde manifeſtum fit, quod Actia mendoſe in iis nuncupatur Femina haec illuſtris. Apud Maronem tamen *Atys* minime ſollicitandum, ut dicebam modo. eſt enim *Atys* nomen Phrygium ſive Lydum: quomodo & dictus Croeſi filius, ab Adraſto inter venandum occiſus. Ἄτυν vocat Herodotus lib. I. & Diodorus Siculus in Excerptis Valeſianis. ſed & alterius Atyis antiquiſſimi Lydorum regis mentio apud Hiſtoricos fit, qui Manis regis filius, pater Lydi & Tyrrheni fuit. vide eumdem Herodotum lib. I. cap. 7. & 94. Apud Feſtum quoque lege, *Italia, ab Italo rege, eadem ab Atye Lydo appellata.* aliter Scaliger pag. 75. Atys etiam apud Livium nomen Regi Albano, Albae filio, Capyos patri. hinc Atia gens, ex qua & Arius Navius, augur celeberrimus: nam codices nonnulli id per ſimplex *t* ſcribunt, non *Attius.* v. Salmaſ. in Solin. pag. 1137. & 1138. & *Atys* lib. VIII. Statii Theb. 554. HEINS. Marmor in Hortis Borgeſianis, honori Caracallae dicatum, quod Jac. Sponius in Itinerario *t.* I. p. 346 publicavit C. Atio: Sabino et Cornelio Anulino Cos. Obſervavit idem Sponius Atium *Sabinum* in Faſtis perperam *C. Aquilium Sabinum* vocari. vid. Noriſ. Epiſt. Conſ. p. 469. & ad Liv. I. 3. notas: *Attis* & *Ati* Francian. *Aci* Dorvil. *Atti* Ruaeus. *Atyi* Regius. *Atius* Varus Cicer. pro Ligario, I. ubi vide notas. BURM.

569. Dilectus. *Delectus* primus Rottendorphius & Mediceus. *puero multum dilectus* Bigotianus.

570. Formaque. *Formam*, eleganti Graeciſmo Mediceus a manu prima videantur, quae annotamus ad lib. I. 70. HEINS. *Forma ante omnes eſt* Menagii prior. *ante omnes formaque* Excerpta noſtra. *formam*, ſi pluribus Codicibus niteretur, non rejicerem: nam tales Graeciſmos ſaepe a librariis fuiſſe mutatos, docet Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XI. 41. & XII. 227. ſic *atra lacertos* Lucan. II. 37. & ſaepe ille & alii. BURM.

571. Sidonio est. *Sidonioque invectus* tertius Moretanus, & Venetus. HEINS. Et ita Parrhaſ. *Sidoneo* primus Rottendorfius.

573. Trinacriis. *Trinacrii* Menagianus prior & primus Rottendorphius. quomodo veterrimus vaticanus Pierii, cujus plerique cum noſtris reliquis, *Trinacriae.* HEINS. Et ita Wall. Dorvil. & Regius & Ed. Venet. Ruaeus conſtruit, caetera pubes (ſc. Trojana) fertur equis Trinacriis Aceſtae. quem ſequitur Catroeus. ſed praeter nomine ſuo memoratos, cetera, tam Trojana, quae equis carebet, quam Trinacria, fertur equis Siculis ab Aceſta datis. BURM.

575. Tuentes. *Ruentes* Ed. D. Heinſ. quod vitio librariorum contigit, & hinc Maſvicius ut vulgatam lectionem habuit, quia & Emmeneſſius expreſſerat. ſed hoc verbum ad pueros deberet referri. atqui illi non ruebant, ſed incedebant placide, ante certamen. vid. ℣. 553. BURM.

576. Ora. *Corda* alter Menagii, Hugenianus & Zulichemius. *veterum* Dorvil.

577. O-

[49] in more V. R.

Inde alios ineunt curſus, alioſque recurſus
Adverſis ſpatiis, alterniſque orbibus orbes
Impediunt, pugnaeque cient ſimulacra ſub armis:
Et nunc terga fugâ nudant; nunc ſpicula vertunt
Infenſi: facta pariter nunc pace feruntur.
Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum caecis iter, ancipitemque

Mil-

SERVII.

586. ET NUNC TERGA NUDANT. Tria, quae in bellis geruntur, cuncta commemorat; fugam, pugnam, pacem.

588. LABYRINTHUS. Locus apud Cretam, factus a Daedalo perplexis parietibus; ubi Minotaurus incluſus eſt, [10] [ex Paſiphaë & Tauro genitus.]

589. PARIETIBUS TEXTUM COECIS ITER. Hypallage eſt, coecum iter intextis parietibus. ANCIPITEM DOLUM. Perplexum errorem [10] * [eundi & redeundi.]

VARIORUM.

577. OMNEM. *Omnes* alter Menagii. *conceſſum* prior. *conſenſum* Zulichemius. vid ſup. 340. *oculique* alter Hamburgicus a manu prima.

578. PARATIS. *Parentis* Mediceus a m. pr.

580. TERNI. *Ternis* malit ex membranis Pierius, quomodo & ex noſtris primus Moretanus & Sprotianus, & ſecundus Rottendorphii, etiam alter Mentelius a ſecunda manu. & tum ſcribendum eſt, *Agmina ternis Diducti ſolvere choris*. ſed in Mediceo, *deductis*, etiam in Sprotiano & ſecundo Mentelio a manu prima. *deducere choros*, quomodo *ducere choros*. HEINS. *Ternis diductis* Parrhaſ. a m. pr. *terni deductis* Ed. Venet.

582. TULERE. *Dedere* Wittian. a m. pr. Heinſ. ad Sil. IX. 519. numquam ſe legiſſe *ferrum jugulo ferre* ait. ſed Cl. Drakenb. vindicavit hanc elocutionem exemplis aliis, quibus hic locus addi poteſt. ut & Ovidii V. Faſt. 542. ubi etiam vide notas noſtras. BURM.

583. INEUNT. *Curſus ineunt* Venetus a m. pr. *alioſque reverſus* Wallian. a m. pr.

584. ADVERSIS SPATIIS. *Averſis* Zulichem. *Adverſi ſpatiis* Excerpta noſtra. Obſcurior ſenſus, nec ſatis explicatus ab interpretibus, aut neglectus. Adverſi ſpatiis poſſit exponi, ubi ſibi, intervallo medio relicto, oppoſiti, per ea ſpatia, (ut I. Georg. 514.) ſibi obviam currerent, deinde recurrentes, & alternis gyris impedientes inter ſe gyros, ſaepe adverſi, ſaepe averſi, ſaepe in orbem glomerati viderentur. ſi *adverſis ſpatiis* placet legi, ipſa illa ſpatia, ſive intervalla, debent intelligi ſibi fuiſſe oppoſita, per quae pueri diſcurrebant, ut ita *adverſus fornix* lib. VI. 631. & *adverſum limen* ibidem 636. vid. ad Valer. Flac. I. 493. ſed prior lectio magis placet. deinde *alternos* Dorvill. *alterniſque* Hamb. pr. & duo Moretani. quod Heinſio placuit. parum intereſſe puto. *ſub armis* eſſe armatos docui ad Ovid. VIII. 313. & Cl. Drakenb. ad Liv. IX 37. quo loco etiam legitur, *inſtructa primo ſuo ſtare loco, relicto hoſtibus ad inſtruendum contra ſpatio, deinde poſtquam detrectare hoſtem pugnam ſenſere, ad vallum ſubeunt*. quod firmare poſſet *adverſi ſpatiis*, id eſt relicto ſpatio contra conſtitiſſe, & iniiſſe curſus. BURM.

586. VERTUNT. *Verſant* in Gudiano pro diverſa lectione. in primo Rottendorphio pro diſcrepanti ſcriptura itidem annotatum, *ſpicula verrunt*. pro *terga fugae nudant*, Mediceus, Gudianus, primus Moretanus, duo Rottendorphii, Sprotianus, Montalbanius, alter Hamburgenſis, *fuga nudant*, quod praetulerim. Henricus tamen Altiſſiodorenſis in vita S. Germani:

Terga fugae nudant, ſeſeque ad ſingula victos,
Dum contra nequeunt, demiſſa fronte fatentur.

HEINS. *Fugae* etiam Wittian. Regius & Parrhaſ. imitatus Silius lib. XVII. 445.

Quos ubi nudantes conſpexit Hamilcare cretus
Terga fugae.

ubi vide notas Heinſii & Drakenb. BURM.

587. PACE. Id eſt quiete, ceſſatione, quam in-
ter-

[10] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. [10] * deſunt Lipſ.

Mille viis habuiſſe dolum, qua ſigna ſequendi
Falleret indeprenſus & inremeabilis error.
Haud alio Teucrûm nati veſtigia curſu
Inpediunt, texuntque fugas & proelia ludo,
Delphinum ſimiles: qui per maria humida nando
Carpathium Libycumque ſecant, luduntque per undas.
Hunc morem, hos curſus, atque haec certamina primus
Aſca-

SERVII.

591. FALLERET. Frangeret, deciperet. Eſt autem verſus Catulli, Carm. LXIV. 113. [51] [ſic inquientis: *Errabunda regens tenui veſtigia filo; Ne Labyrintheis e flexibus egredientem Tecti fruſtraretur inobſervabilis error.*]

593. IMPEDIUNT. Implicant, intexunt: quod eſt a veſtibus tractum.

594. DELPHINUM. Aut venit ab eo, quod eſt *Delphin*, *delphinis*, *a delphine*: aut *delphinum*, pro, *delphinorum* poſuit, [52] [a *delphinus*, *delphini*.] MARIA HUMIDA. Homerus Il. A. 483. Ὑγρὰ κέλευθα.

595. CARPATHIUM. Mare eſt inter Aegyptum & Rhodum, ab inſula Carpatho illic poſita [53] dictum. Nec [54] mirandum, duas eum poſuiſſe comparationes, cum & in ſecundo hoc fecerit, ut II. 304 *In ſegetem veluti cum flamma furentibus auſtris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens.* Et in Georgicis IV. 261. tres [55] ponat comparationes *Frigidus ut quondam ſylvis immurmurat Auſter.* Et: *Ut mare ſollicitum* [56] *ſtridit refluentibus undis.* Et: [57] *Aeſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis.*

VARIORUM.

terponunt ut inducias, proelio huic ludicro: ut ſaepe ita utitur Lucanus. vid. ad ejus lib. IV. 473. BURM.

Ibid. FERUNTUR. *Fruuntur* Wall. Editio Ald. & Juntina, & pro diverſa lectione Zulichemius, & primus Rottendorphius. *pariter facta* Parrhaſ.

588. CRETA. *Cretae altae* Serv. ad III. Aen. 414. ſed non puto a Servii manu. *Crete* fuerat in Walliano, ſed correctum, *Creta*.

589 PARIETIBUS. *Abietibus*, Membranae Macrobii Thuaneae Bibliothecae, lib. V. Saturn. 14. ſed fruſtra. HEINS. *Textus* Venetus. *textis* Parrh. parietes *caecos*, eſſe ſine feneſtris docuit Cujacius I. Obſ. 30. BURM.

590. DOLUM. *Domum* Oudartii, Sprotianus & alter Hamburgicus. *quo ſigna* Bigotianus. *mille dolis h. viam, quae ſ. ſ.* Parrhaſ.

591. FALLERET. *Frangeret* in Pierii nonnullis; quod Voſſianus prior, Gudianus, ſecundus tertiusque Rottendorphii, alter Hamburgenſis, Menagianus prior, atque Montalbanius ex noſtris agnoſcunt. in Mentelio Gloſſematis loco adſcriptum eſt, *frangeret*. Servius, *Falleret*, *frangeret*, *deciperet. Eſt autem verſus Catulli.* ſed manu exarati codices Servii, quos complures conſului, *Frangeret*, *deciperet*, *falleret*. ut Servius quoque *frangeret* hoc loco videatur agnoviſſe. *Frangere ſigna ſequendi*, turbare & confundere. ceterum Catulli locus, quem deſignat Servius, Maroni in animo fuiſſe, a ſupinis librariis omiſſus eſt. hunc autem ſubinnui opinor:

Ne Labyrintheis e flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſervabilis error.

HEINS. *Frangeret* etiam Regius, Francianus, Dorvil. Wall. & alii. ſed in Servio nihil vidi mutatum.

592. HAUD ALITER. *Haud alio* Mediceus & pr. Moretanus. HEINS. *Nati Teucrum* Gudian. Latinum hoc negat Harduinus, licet lib. II. Aen. 527. *Nati Priami* occurrant, ubi idem carpit, & eſſe viros doctos addit, qui Poëtis, non aliis, permittunt *natum* pro filio dicere. certe Virgilius in Georgicis, quae agnoſcit Harduinus ut verum Virgilii foetum, bis terve utitur, ut II. 523. III. 128. ego ad Quinctiliani praefat. libri I. dubitavi. nunc vero etiam in proſa uſos fuiſſe video Senecam I. Controv. II. *Patrem natus ſic aliquis adloquitur.* Valer.

[51] deſunt iisdem. [52] deſunt iisdem. [53] deeſt iisdem & Baſil. [54] mirum Dan. [55] poſuit Dan. ponit Baſil. [56] *ſtridet* L. Baſil. [57] *aeſtuat inclusis* Steph. Dan. Fabr.

Digitized by Google

Aſcanius, Longam muris quum cingeret Albam,
Retulit, & priſcos docuit celebrare Latinos.
Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troïa pubes,
Albani docuere ſuos: hinc maxuma porro
Adcepit Roma, & patrium ſervavit honorem:
Trojaque nunc, pueri, Trojanum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus ſancto certamina patri.
Hic primum Fortuna fidem mutata novavit.

Dum

SERVII.

497. PRIMUS ASCANIUS. Generis ordinem docet: ut [58] [in primo] diximus.

598. RETTULIT. Innovavit, quod [59] ante jam fecerat. PRISCOS LATINOS. [60] Qui tenuerant loca, ubi Alba eſt condita.

600. PORRO. Poſt longum intervallum: & eſt adverbium temporis. [61] [Eſt autem Graecum πόῤῥω.]

602. [TROJAQUE NUNC, PUERI, TROJANUM DICITUR AGMEN. Ut ait Suetonius Tranquillus: *Luſus ipſe, quem vulgo Pyrrhicham* [62] *appellant, Troja vocatur*: cujus originem expreſſit in libro de Puerorum luſibus.]

603. HAC CELEBRATA TENUS. [63] Tmeſis eſt: hoc eſt, *hactenus*. Et hic ſermo, quantum ad artem [64] ſpectat, duas continet partes orationis: ut HAC pronomen ſit, TENUS praepoſitio; ſicut &: *pube tenus*: &: *crurum tenus*; ſed jam uſus obtinuit, ut pro una parte habeatur: ergo [65] adverbium eſt (omnis enim pars orationis cum deſierit eſſe quod eſt, in adverbium migrat) & eſt temporis: nam hucuſque ſignificat.

604. HIC PRIMUM. Sequitur enim Palinuri mors, vel Miſeni.

VARIORUM.

ler. Max. V. VIII. 7. *Mater natae uberibus alitur.* & Comici, quorum ſermo magis ad quotidianum uſum accedit, Plautus & Terentius ſaepe utuntur. ſic in Andr. I. 173. *unicam natam ſuam.* ſic Phaedrus animalia induens humana perſona, I. fab. 24. II. 4. III. 75. alia loca etiam Lexica dabunt. odi nimis ſuperſtitioſos. BURM.

595. LUDUNTQUE PER UNDAS. Abeſt hoc hemiſtichium a Mediceo, Leidenſi, utroque Mentelio & Rottendorphio ſecundo, & a pr. m. Gudiano. & puto eſſe tollendum. HEINS. Deeſt & Regio. *luditque* Dorvil.

596. HUNC MOREM CURSUS. Manuſcriptum, *hunc morem, hos curſus*. talis repetitio lib. VIII. 185. *Non haec ſollemnia nobis, Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram.* FABRIC. *Hunc morem, hos curſus*, Mediceus, cum ſecundo tertioque Moretano: caeteri noſtri omnes, ut Pieriani, *hunc morem curſus*. HEINS. Ita & Regius, Voſſ. Parrhaſ. Wall. Francian. Dorvil. Wittian. & alii. ſed repetitio pronominis elegantior. vide Heinſ. ad Claud. II. in Rufin. 401. & Drakenb. ad Sil. Ital. II. 25. BURM.

597. CINGERET. *Conderet* Gudianus pro varia lectione.

598. RETTULIT. *Retulit* Gudianus.

599. IPSE. *Ille* Wall. *ſecum cum Troïa* prior Hamburg.

600. HINC. *Hunc* Oudartii a manu ſecunda.

602. DICITUR. *Dicimus* Dorvil. *ducitur* Leidenſis. *pueri & Troj.* Ed. Venet.

603. SANCTO. *Sacro* Bigotianus.

604. HIC PRIMUM. *Hinc primum* Voſſianus prior,

58 deſunt V. 59 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 60 ita dicti loca, ubi Dan. 61 deſunt Mſ. & Dan, & Steph. & in V. L. R. deerant etiam reliqua ad ℣. 603. in Voſſ. hic turbatum quid erat, & interjecta poſt *intervallum* pars notae ad ℣. 610. *ad ipſum &c ad nulli viſa*. Cl. Ryckius etiam notavit, errare hic Servium, quia Suetonius in Caeſ. cap. XXXIX. apertiſſime diſtinguit Pyrrhicham & Trojam. & jubet videri Salmaſ. Exer. Plin. pag. 119. de puerorum ludo. 62 *appellavit* Steph. Dan. 63 Temeſis eſt *hactenus* L. Voſ. R. V. Tmeſis eſt *hactenus* Lipſ. Steph. al. 64 expectat Voſ. R. V. 65 adverbium, & omnis pars Steph. adverbium eſt & omnis Voſ. & R. ſed hic omittit ὡ.

Dum variis tumulo referunt ſollemnia ludis,
Irim de coelo miſit Saturnia Juno
Iliacam ad claſſem, ventoſque adſpirat eunti
Multa movens, nec dum antiquum ſaturata dolorem.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli viſa, cito decurrit tramite virgo.
Conſpicit ingentem concurſum, & litora luſtrat,
Deſertoſque videt portus, claſſemque relictam.

At

SERVII.

606. IRIM DE COELO MISIT SATURNIA JUNO. Ex magna parte ſervatur, ut Mercurius ad concordiam, Iris ad diſcordiam mittatur: unde & *Iris* dicta eſt quaſi [66] ἔρις. Falſum eſt autem, quod dicitur miniſtra eſſe tantum dearum; cum & a Jove plerumque mittatur, ut IX. 803. *Aëriam coelo* [67] *nam Juppiter Irim Demittit, germanae haud mollia juſſa ferentem.* [68] Et bene Irim mittit, quae fit de nubibus, quarum dea eſt Juno.

607. VENTOSQUE ADSPIRAT EUNTI. Ut de Mercurio IV. 203. *Voca Zephyros.*

609. PER MILLE COLORIBUS ARCUM. Aut ſubaudis *factum:* aut Antiptoſis eſt, mille colorum, hoc eſt, [69] multorum colorum.

610. NULLI VISA. Ad ipſum retulit numen: nam [70] arcus ſemper videtur: quem non Irim, ſed viam Iridis dixit. Alii nulli viſa, celeritatis eſſe [71] volunt. Notandum ſane, etiam de Iride, [72] arcu, genere maſculino dicere Virgilium: [73] Catullus, & alii, genere foeminino ponunt, referentes ad originem, ſicut *haec Cattus*, & *haec Gallus* legimus: [74] [imitatione Graecorum, qui ὁ καὶ ἡ κύων, ὁ καὶ ἡ ἀλεκτρυών, dicunt.]

611. CONSPICIT INGENTEM. Quia ait ſupra 293. *Undique conveniunt Teucri miſtique Sicani.* [75] [CONCURSUM autem, circa ludicra.]

612. DESERTOSQUE VIDET PORTUS. A viris ſcilicet.

VARIORUM.

prior, Gudianus, prior Mentelianus, primus & tertius Rottendorphii, & Menagianus alter. HEINS. Et ita duo Moreti, Wallianus, & Zulichem.

607. ADSPIRAT. *Inſpirat* prior Hamburgicus a manu ſecunda, & Sprotianus. mox, *monens* Montalb. & editio Juntae.

608. EXSATURATA. *Saturata* omnes noſtri & Pierii, qui tamen alterum malit. non ego: videntur enim verſum reddere paullo duriorem, duae concurrentes eliſiones: quamquam non ignoro, *exſaturare* alibi quoque apud Maronem occurrere, ut lib. VII. 298. & hoc ipſo libro 781. *exſaturabile pectus.* facit pro nobis Aruſianus Meſſius, quem audi: *ſatur illius* Terentius Adelph. I. I. *poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur. ſaturatus illam.* Virgil. Aeneid. V. *necdum antiquum ſaturata dolorem.* HEINS. Et ita Francianus, Wittian. & Wallian.

609. CELERANS. *Celebrans* Mediceus & Zulichemius, ſed puncto polito ſub *b.* vid. lib. IV. 641.

610. CITO. *Orto* Sprotianus.

611. CONCURSUM. *Conſeſſum* a manu prima Mediceus, nec aliter Moretanus ſecundus. HEINS. *Ingentem curſum* Francianus & Sprotianus. *occurſum* Wall.

612. CLASSEMQUE. *Claſſimque* Sprotianus, de quo Aeneid. III. 5. HEINS.

613. At

66 *erin* V. L. *epio* Voſ. R. 67 *jam* V. L. Voſ. R. *demiſtis* etiam L. *quum J. I. demittit* Baſil. *Irin* L. Voſ. R. 68 hic interponunt ſeq. notam *ventoſque* L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 69 multicolorum L. Voſ. R. V. Dan. Fabr. forte legendum hic eſt, *multicolorem*, ſcilicet arcum, nam inter plurima adjectiva a *color* deducta, *multicolor* apud Apulejum & Plinium occurrere docet Heinſ. ad Ovid. XI. Met. 610. Macrobius tamen lib. VI. 6. *mille coloribus* etiam, pro *mille colorum* dictum notavit. BURM. 70 ortus V. 71 volunt, ut oculi conſequi non poſſint prae fuga celeri Fabr. & Baſil. licet haec Ed. verba tranſpoſita habeat. alii, c. e. volunt, *nulli viſa.* 72 arcum Voſ. Steph. al. deeſt L. de arcu R. 73 non reperi apud Catullum, an *Catulus* legendum? nam in Baſil. mox, ſicut *haec Catulus:* ſicut haec *Attis* Lipſ. BURM. 74 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 75 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al.

At procul in ſola ſecretae Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant, cunctaeque profundum
Pontum adſpectabant flentes. Heu tot vada feſſis,
Et tantum ſupereſſe maris! Vox omnibus una.
Urbem orant: taedet pelagi perferre laborem.
Ergo inter medias ſeſe haud ignara nocendi
Conjicit, & faciemque Deae veſtemque reponit.
Fit Beroë, Tmarii conjux longaeva Dorycli;

Cui

SERVII.

613. IN SOLA. Deſerta. Terentius Andr. II. IV. 3. *Venit* [75] * *meditatus alicunde e ſolo loco.* ACTA. Mutato *η* in *a*, ſuperiori accentum damus: ut Ἑλένη Helena, [76] Κίρκη Circa. Ergo quoniam & ἀκτὴ Graecum eſt, cum *acta* facit, penultima debet habere accentum; ſed propter differentiam commutatur, ne non ſecreta, & amoena littorum, ſed *acta* ſignificet [77] participialiter.

615. ASPECTABANT FLENTES HEU. Multi FLENTES HEU, diſtinguunt, ut ſit miſerabiliter flentes: & a perſona dicatur Poëtae. Alii HEU a mulieribus dictum accipiunt.

619. FACIEMQUE DEAE, VESTEMQUE REPONIT. Duo diverſa uno ſermone concluſit.

620. [78] ISMARII DORYCLI. Thracii: [79] *Iſmarus* enim mons eſt [80] Thraciae. Et bene ſuadentis commendatur auctoritas.

VARIORUM.

613. AT PROCUL. *Et procul* alter Hamburgicus. Bigotianus & Hugenianus. *Haud procul* Sprotianus. *Trojades* nonnulli. *ſecreta T. actae* Mediceus. Lutat. ad Stat. II. Theb. 737. vitioſe *Troadas*. Trappius ſe hoc verbum *acta* alibi non legiſſe ſcribit, atqui Lexica docere potuiſſent apud Ciceronem & Nepotem occurrere: vide Cl. Graev. ad Cicer. IX. ad famil. Ep. 6. Muret. I. var. lect. 3. BURM.

615. PONTUM ADSPECTABANT. *Spectabant* in Mediceo. *Exſpectabant* Voſſianus prior & Venetus. hoc eſt ſecunda navigationi tempora, & pacatum mare, ſic lib. IV. 430.

Exſpectet facilemque fugam, ventoſque faventes.

Exſpectare Nonius interpretatur, *obſervare.* HEINS.

617. PELAGI PERFERRE LABOREM. *Pelagi convexa tueri* Venetus. quod ex lib. IV. 451. interpolatum.

619. CONJICIT ET. *Conjecit faciemque* Sprotianus & Bigotianus. *& faciem Deae* Francianus. *vultumque reponit* Dorvil.

620. FIT BEROE. *Fit decor & varii* Wall. a m. pr. ſed correctum.

Ibid. ISMARII. In Mediceo a manu prima, *Mari.* non *Iſmarii*; etiam in Menteliano priore. in aliis octo, quos inter duo Voſſiani & primus Rottendorphius, *Marii*, quod in ſuis praeſtantiſſimis inveniri teſtatur Pierius, unde ille *enarii* vel *inaris*. Ego vero curis ſecundis ad Claudiani Bell. Getic. 18. ſcribendum monui, *Tmarii Dorycli*, a Tmaro monte Dodones. Apud Heſychium, Ζεὺς Τμάριος ἐν Δωδώνῃ; & *Jupiter Tmarius* Claudiano, ut illic reſtitui. Atque ita ſcriptum poſtea offendi, in codice recentioris notae, quo me donavit vir amoeniſſimi ingenii Aegidius Menagius, addita hac interpretatione, *Tmarii Thracii*, *Tmarus enim mons in Thracia.* Alludit & Sprotianus, in quo Gloſſa, *Thracii. Marus enim eſt mons Thraciae*, & ſic tres vetuſti codices commentariorum Servii apud me hoc loco. *Tmarii* etiam tres Moreti, niſi quod in uno *Thmarii* a manu ſecunda, a prima *Marii*, quomodo & alii magno numero. quartus ejuſdem Moreti, *Fit Maris Beroë. Tmarii* etiam diſertim opti-

75 * *meditatus ex ſolo loco* Lipſ. 76 *Chle Chia* L. *Chir Chirea* R. V. 77 participaliter Dan. Fabr. participialiter acta ſignificat Lipſ. 78 MARII Dorvil. pro Thracii, Illyrii Dan. Thrachii V. R. 79 Tmarus L. Voſ. R. V. vid. ad Eccl. VIII. 44. 80 Traciae L. Voſ. R. Trachiae V. Epiri Dan.

Cui genus, & quondam nomen, natique fuiſſent:
Ac ſic Dardanidûm mediam ſe matribus infert:
O miſerae, quas non manus, inquit, Achaïca bello
Traxerit ad letum patriae ſub moenibus! o gens
Infelix, cui te exitio Fortuna reſervat?
Septima poſt Trojae excidium jam vertitur aeſtas,
Quum freta, quum terras omnis, tot inhoſpita ſaxa

Si-

SERVII.

622. Ac sic DARDANIDUM MEDIAM SE MATRIBUS INFERT. *Sic*, aut mutato habitu: aut iſta dictura.

623. O MISERAE. Magna utitur arte perſuadendi, ut non ex abrupto, quod perſuadere vult, dicat; ſed circumſtantiis [81] illuc deſcendat.

625. EXITIO. Non regno.

626. SEPTIMA POST TROJAE EXCIDIUM JAM VERTITUR AESTAS. Atqui & Dido dixit I. 755. *Nam te jam ſeptima portat Omnibus errantem terris & fluctibus aeſtas.* De qua re quidam hoc dicunt: quod Aeneas apud Carthaginem paucis diebus fuerit: nam ait I. 535. *Cum ſubito adſurgens fluctu nimboſus Orion:* qui oritur (ut Salluſtius in fragm. incertis [82] dixit) *juxta* [83] *Solis aeſtivi pulſum.* Item ait IV. 52. *Dum pelago deſaevit hyems, & aquoſus Orion:* ut *hyemem* pro tempeſtate poſuerit. Secundum quod Carthagine paucis [84] fuerit diebus. Sed illud occurrit IV. 193. *Nunc hyemem inter ſe luxu quam longa fovere.* Et hoc quidam ſic [85] purgant, ut dicant potuiſſe fieri, ut intra anni metas, & ad Africam venerit, & inde navigaverit. Sed iſtis occurrit quod in primo ait, *Septima aeſtas:* unde apparet hanc octavam fuiſſe, quod & ab Anchiſae [86] morte indicat annus impletus. Ergo conſtat, quaeſtionem hanc unam eſſe de inſolubilibus: quas non dubium eſt emendaturum [87] fuiſſe Virgilium.

627. CUM TERRAS OMNES. Quia peragraverat [88] multa.

VARIORUM.

optimus Gudianus, alter Mentelius & tertius Rottendorphius. Leidenſis *Tarii.* libro IX. 685. in vetertimis codicibus pari modo eſt legere, *Et praeceps animi Marus*, pro *Tmarus.* & in Eclog. VIII. 44. illo verſu, quem jam caſtigavimus, Mediceus exaratum exhibet, *Aut Maros aut Rhodope*, pro *Tmaros.* ubi *Iſmaros* repoſuere homines inſciti, quemadmodum & hoc loco *Iſmarii* inculcarunt pro *Tmarii.* Apud Callimachum habes hymno Cereris ℣. 52. Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν. Stephanus Byzantius Τόμαρος ὄρος Δωδώνης, ὃ τινες Τόμουρον. οἱ δὲ Τμάρος, ὃ τὸ ἐθνικὸν Τμάριος. Hinc Τόμουροι Myſtae ſive ſacerdotes Jovis Dodonaei dicebantur. Homerus Odyſſea Π. 403. ut quidem illic loci agnoſcit Strabo lib. VII. pag. 328. nam Διὸς μεγάλοιο θέμιστες in Homero circumfertur.

Εἰ μέν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο Τόμουροι
Αὐτός τε κτενέω, τούς τ' ἄλλους πάντας ἀνώξω.

Τόμουρος enim, ut ex Stephano jam vidimus, & Τόμαρος, & Ταμαρος hic mons dicebatur, & contracte Τμάρος. quomodo Τόμωλος & Τμῶλος. Hinc originem trahit Solini error, ut cap. VII. Polyhiſtoris, *Tomarum* montem, ſive *Tamarum*, (nam codices ſcripti *Taburum* exhibent,) a Tmaro diverſum crederet: niſi legis, *Dodone Tamaro celſa eſt*, vel *Timaro.* Τάμαρος etiam Straboni eſt libro VII. & Theopompo. in Solini certe codicibus vetuſtis, *Dodone ut Maro celſa.* ſollemne fuit librariis olim, quoties inter ſcribendum inciderent in vocem a duabus conſonantibus incipientem, omittere alterutram, quamvis priorem frequentius. ſic *Molus* pro *Tmolo.* hinc apud Vitruvium libr. VIII. cap. 3. male legitur *Lydiam Moliton*, pro *Tmoliten*, de vite. *Sithia* pro *Pſithia.* II. Georg. 93. in antiquiſſimis membranis. *Portus Myrmenſis* pro *Smyrnenſi*, apud Claudianum ante caſtigationem noſtram legebatur in Epigrammate XXXV. *Maragdi* pro *Smaragdi*, *Myllax*, pro *Smylax*; de quo ad Naſonem IV. Met. 283. diximus apud Valer. Flacc. lib. VI. 50. pro *viridem Maracen*, ſcripti codices,

My-

81 ad illud veniat Dan. Fabr. 82 dicit L. Voſ. R. V. Steph. al. 83 *ſolis* L. R. 84 fuit L. Voſ. R. V. Steph. al. 85 putant Dan. 86 mortem V. R. 87 eſſe Dan. 88 multo R. multas Fabr.

Sideraque emenſae ferimur, dum per mare magnum
Italiam ſequimur fugientem, & volvimur undis.
Hic Erycis fines fraterni, atque hoſpes Aceſtes.
Quid prohibet muros jacere, & dare civibus urbem?
O patria, & rapti nequidquam ex hoſte Penates,
Nullane jam Trojae dicentur moenia? nuſquam

He-

SERVII.

628. SIDERAQUE EMENSAE FERIMUR. Aut tempeſtates ait, [89] [quae ortu vel occaſu ſiderum ſaepe naſcuntur:] aut provincias, quae ſideribus ſubjacent, ut in Bucolicis x. Ecl. 68. *Aethiopum verſemus oves ſub ſidere Cancri*. PER MARE MAGNUM. Procelloſum. Lucretius II. I. *Suave* [90] *mari magno*.

629. ITALIAM SEQUIMUR FUGIENTEM. Ut VI. 61. *Jam tandem Italiae fugientis prendimus oras*. Et revera [91] nullus ſequitur, niſi quod fugit. VOLVIMUR. Non [92] dixit navigamus: [93] [quaſi inutilis ſit & deſperata navigatio, ſicut in Terentio Eun. V. III. 4. *Moves; at nihil promoves*.]

630. HIC ERYCIS FINES. Argumentum a facili. [94] [Et eſt neceſſaria antitheſis, ut opportunitate meliorum praeſentium animi a futuris incertis avertantur.

631. MUROS JACERE. Pro fundamenta jacere: nam *muri*, *duci* dicuntur.]

632. NEQUICQUAM. Qui non proderant, cum eſſent fatorum comites.

VARIORUM.

Myracen, lege *Tmyracen*, quae Ptolemaeo & Stephano Byzantio eſt *Tamyrace*. HEINS. *Et Marii* Hamb. ſec. *Marii* Regius, Hamb. ſec. Dorvil. Parrhaſ. & Ed. Venet. *Tynarii* Rottend. ſec. *Thomarii* Voſſian. *Iſmarii* Wittian.

621. GENUS ET NOMEN. Nobilitatem indicat. quare male,

Quoi etiam quondam nati, nomenque fuiſſent,

Ed. Venet. habet. Harduinus *genus* abſolute pro nobilitate poni Latinum eſſe negat, oblitus loci in Georgicis II. ỿ. 240. ubi *genus* & *nomen* etiam junguntur, & centies hoc reperire eſt, ut ad Ovidii locum ibi laudatum Heinſius oſtendit. apud Ciceronem paſſim etiam, cujus brevitatis ſtudio loca modo notabo. II. Verr. 21. 49. IV. 36. 37. in Piſon. 38. pro Ligario. 7. III. Philip. 4. X. 6. Sueton. Veſp. IV. & ita *genus & proavi* Ovid. XII. Met. 140. an haec omnia ſpuria? BURM.

622. DARDANIDUM. *Dardanium* Wall.

Ibid. INFERT. *Offert* alter Hamburgicus. vid. lib. I. 439. & III. 346. & 389. & ſaepe alibi: eadem varietas lib. XI. 742. BURM.

623. ACHAICA. *Achaïa* in Montalbanio, priore Hamburgico & altero Menagiano. vide Aeneid. II. 462. HEINS. *Traxerat* Sprotianus.

626. EXCIDIUM. *Exitium* Wittian. & Gudianus a manu prima.

Ibid. VERTITUR *Volvitur* Menagii prior. ſed vulgata eſt apud Macrob. IV. 3.

628. FERIMUR. Perperam *ferimus* in nonnullis. dictum Aen. III. 268. HEINS. *Ferimus* poſſet etiam pro *patimur* capi: nam in Menagiano pr. optimae notae codice erat, *tulimus*. vid. ad Valer. Flac. V. 197. & ita, *paſſus terraque marique* Noſter lib. X. 162. ſed malo nihil mutare. in Voſſiano vero, omiſſa voce *terras*, erat:

Cum freta, cum omnis, tot inhoſpita ſaxis &c.

jam terras Rottend. tertius. Inepte reprehendit *ſidera* Harduinus, quum centies diverſas regiones ſub ſideribus ſuis jacentes Poëtae ſtatuant. vide Lucan. VI. 816. VIII. 337. & paſſim. BURM.

629. VOLVIMUR. *Volvimus* Dorvill.

630. ERYCIS. *Hic fraterni Erycis fines* Parrhaſ.

631. QUID PROHIBET. *Quis* Wittian. & plures, & Edd. Mediol. Junt. & aliae, ſed meliores *quid*. vid. Heinſ. ad Ovid. X. Ep. 88. *qui*, & emendatum *quis*, Mediceus. BURM.

Ibid. MUROS JACERE. Sic Solinus cap. XXV.

ja-

89 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 90 *mare magnum* Dan. 91 deeſt Baſil. 92 deeſt V. L. R. non *navigavimus* Lipſ. 93 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 94 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. ad ỿ. 632. & Lipſ. qui nec priora Arg. 1. 2. habet.

Hectoreos amnis, Xanthum & Simoënta videbo?
Quin agite, & mecum infauſtas exurite puppes.
Nam mihi Caſſandrae per ſomnum vatis imago
Ardentis dare viſa faces. Hîc quaerite Trojam:
Hîc domus eſt, inquit, vobis: jam tempus agi res:
Nec tantis mora prodigiis. En quatuor arae

Ne-

SERVII.

634. [95] [HECTOREOS AMNES. Quemadmodum vidit ſibi patriae recordatione finxiſſe: aut, non continget mihi videre flumina.]

635. INFAUSTAS. Mali ominis.

636. NAM MIHI CASSANDRAE. Non, cui credere non [96] debuerant; ſed cui cum ſua pernicie non crediderant.

638. JAM TEMPUS AGI RES. Id eſt, Trojam fieri.

639. MORA PRODIGIIS. Ecce, *prodigium* de bono: & argumentatur ad incendium navium, aras ardere Neptuni: quas ideo quattuor dicit: quia ſinguli duces [97] [navium, qui certaverant,] ſingulas poſuerant: nam contrarium eſt VIII. Ecl. 75. *Numero deus impare gaudet.* [98] [Alii tamen dicunt a Cloantho eſſe poſitas, [99] qui promiſerat ſe daturum.]

VARIORUM.

jaciunt moenia, quod Salmaſ. Exerc. p. 219. ſibi nondum lectum ait, quem vide. & culpat etiam Harduinus. ſed & Propert. II. XXIV. 62.

Jactaque Lavinis moenia litoribus.

nec diſſimile eſt apud Senecam Epiſt. XVIII. *jacere vallum*, ubi recte arguit Gruterus, qui *palum* legunt. *muro jacere* Mediceus. BURM.

632. ET RAPTI. O *rapti* longe elegantius legitur apud Macrobium, lib. VI. Saturn. cap. 6. HEINS. *Et* deeſt Hugeniano & nonnullis aliis. *o patrii* Montalbanius & alter Menagii.

633. DICENTUR. *Ducentur* alter Hamburgicus. quod parum abeſt, quin praeferam. nam *ducere* & *educere* paſſim Noſter & alii de exſtruendis operibus uti ſolent. Horat. IV. Od. 6. *potiore ductos Alite muros.* Noſter lib. I. 417. *pars ducere muros.* ubi Servius idem notat, quod hic quidam editi exhibent. vide & ad lib. VI. 630. Pierium & alios, ubi *educere*, ut & alibi, reperitur. Statius IV. Theb. 150. *ductas ſudoribus arces.* & hinc poſſet apud Horat. III. Od. 3. defendi lectio quorumdam codicum:

Ter ſi reſurgat murus aheneus
Ductore Phoebo.

ubi vulgo *auctore* legitur. Noſter libr. XII. 674.

Turrim compactis trabibus, quam eduxerat ipſe.

ubi duo codices, *quam duxerat.* BURM.

634. AMNIS. *Manes* Sprotianus a manu ſecunda. *Xanthum Simoënta* Montalban.

635. ET MECUM. *Infauſtas & mecum* tertius Rottendorphius.

636. CASSANDRAE. Κάσσανδρος & Κασσάνδρα a venuſtate dicta videntur. tale enim Κάσσιν quiddam veteribus notavit. unde & Κασσύεσθαι interpretantur Καλλύνεσθαι. NANSIUS. *Per ſomnum Caſſandrae* Lutatius ad Stat. IV. Theb. 135. *noctis imago* Montalbanus.

638. NUNC TEMPUS AGI RES. Bona lectio, quamvis alii aliter. FABRIC. *Jam tempus* ſcripti noſtri omnes, & Pieriani, uno ejus excepto. *agi* quoque in iiſdem noſtris, ut mirer Pierium ex ſuis *agit* malle. Scholiaſtes Statii lib. V. Theb. 140. *jam tempus agit rem.* HEINS. Vid. ad illum Statii locum Barthium. *agi* etiam Regius, Voſſ. Leidenſis, Wittian. & omnes fere: & ita citat Philarg. ad II. Georg. 57. & ſic locutos veteres evincent notae Gronovii & Drakenb. ad Liv. III. 4. & VI. 18. & hinc lectio Florentini codicis apud Senec. Herc. Oet. 1335. *tempus hoc vobis datur penſare merita*, poſſet praeferri vulgatae, quod dictum pro ad penſanda merita. ut hac forma etiam

dicit

[95] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. Baſil. [96] debebant, ſed cum ſua &c. Dan. debeant Fabr. Baſil. debebant Lipſ. [97] deſunt L. Voſ. V. R. Steph. [98] deſunt L. R. V. [99] quia promiſerat ſupra Voſ. qui pr. ſupra Dan. quas pr. ſupra Steph.

Digitized by Google

Neptuno. Deus ipſe faces animumque miniſtrat.
Haec memorans, prima infenſum vi corripit ignem,
Sublataque procul dextra connixa coruſcat,
Et jacit. Adrectae mentes, ſtupefactaque corda
Iliadum. Hîc una e multis, quae maxuma natu,
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix:
Non Beroë vobis, non haec Rhoeteïa, matres,
Eſt Dorycli conjux. Divini ſigna decoris,
Ardentiſque notate oculos; qui ſpiritus illi,
Qui voltus, vociſve ſonus, vel greſſus eunti.
Ipſa egomet dudum Beroën digreſſa reliqui
Aegram, indignantem, tali quod ſola careret

Mu-

SERVII.

640. DEUS IPSE. [1] [Maris, vel] cujus ſunt naves.

641. INFENSUM IGNEM. Id eſt, ipſa infenſa.

645. TOT. Aut multorum: aut ſupra dictorum, ut II. 503. *Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum.*

646. NON BEROE VOBIS. Non eſt diſſuaſio, ut quidam putant; ſed magis hortatur perſuadendo, numinis auctoritate. RHOETEIA. A [2] Rhoeteo promontorio.

647. DIVINI SIGNA DECORIS. Omnia colligit, quibus numina cognoſcuntur, ut I. 327. *Namque haud tibi vultus Mortalis: nec vox hominem ſonat: o dea certe.*

648. SPIRITUS. [3] Odor, ut I. 403. *Divinum vertice odorem Spiravere.*

649. [4] VEL GRESSUS EUNTIS. Ut I. 405. *Et vera inceſſu patuit dea.*

VARIORUM.

dicit Livius XXV. 8. *tempus agendae rei.* Quidam codices diſtinguunt ita: *Hic domus eſt, inquit, vobis jam tempus agi res.* Dorvillianus, *inquit, ubi tempus agi res.* & a m. ſec. *agit. nobis* etiam Zulichem. Leidenſis unus & Venetus. BURM.

640. IPSE FACES. *Ipſe facer* Parrhaſ. *flammamque miniſtrat* Venetus a m. ſec.

641. INFENSUM. *Infeſtum* Sprotianus & a manu prima alter Hamburgicus, Zulichemius & ſecundus Moreti, cum Excerptis noſtris *vi* abeſt a Franciano. *incenſum* Wall. & Wittian. *ſubito infenſum* Dorvil.

642. CONNIXA. *Subnixa* prior Hamburgicus. *connexa* alter a manu ſecunda. vide Non. in *ſublatum.*

643. ARRECTAE. *Abrectae* Venetus. *arreptae* Dorvil. a m pr.

646. VOBIS. *Nobis* prior Hamburgicus, Bigotianus & Parrhaſ. Wallian. & Wittian. *nobis, nobis Rhoeteïa* ſecundus Rottendorphius & Venetus. *Rhoeteïa mater* Sprotianus & Leidenſis. *nobis* a prima manu. & *Retheia* Francianus. mox, *Derydi* Wall.

648. QUI SPIRITUS. *Quis ſp. i. Quis vultus,* duo Moretani, tres Leidenſes, Zulichemius, & alii nonnulli, cum editione Juntina. *qui ſpiritus,* & *quis vultus* quinque codices, quae varietas jam aliquoties obſervata eſt. *voltus*, etiam nonnulli. recte vero jungi vultum & vocem, unde praecipue aliquis dignoſcitur, vidimus ad Val. Flac. VII. 32. & 155. & ſupr. ad lib. I. 327. BURM.

649. VOCISVE. *Vociſque* Mediceus, Gudianus &

[1] deſunt L. R. V. Voſ. Baſil. maris, cujus Steph. [2] a Rhoeto Voſ. Steph. [3] vel odor V. vel a odora R. [4] Et greſſus Dan.

Munere, nec meritos Anchiſae inferret honores.
Haec effata.
At matres, primo ancipites, oculiſque malignis
Ambiguae, ſpectare ratis, miſerum inter amorem
Praeſentis terrae, fatiſque vocantia regna:
Quum dea ſe paribus per coelum ſuſtulit alis,
Ingentemque fuga ſecuit ſub nubibus arcum.
Tum vero adtonitae monſtris, actaeque furore
Conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem:
Pars ſpoliant aras, frondem, ac virgulta, faceſque
Conjiciunt. Furit inmiſſis Volcanus habenis
Tranſtra per & remos, & pictas abiete puppis.

Nun-

SERVII.

654. PRIMO ANCIPITES. Antequam numen agnoſcerent. OCULISQUE MALIGNIS. [5] Pio, ipſae malignae.

655. MISERUM INTER AMOREM PRAESENTIS TERRAE. Aut magnum, ut Terentius Heaut. I. II. 16. *Eam miſere amat*: aut miſerum, quo fiebant miſeriores, cum eis regna negarentur.

663. PUPPES ABIETE PICTAS. [6] [Vel, in abiete pictas: & ſubaudi *in*:] ſive abiete, hoc eſt, quae erant de abiete.

VARIORUM.

& duo aut tres alii minoris rei. in caeteris, *vociſve eunti* etiam iidem. at major pars ſcriptorum, *euntis*. non placet. HEINS. *Euntis* Regius, Wall. Witt. Parrh. & Ed. Venet. & ita Servius ad IV. Aen. 50.

650. DIGRESSA. *Degreſſa* Sprotianus, Zulichemius & Leidenſus.

652. MUNERE. De ludo capit Heuman. ad Cicer. pro Milon. XXXV. Quum a ludis remotae fuiſſent mulieres, & ſolae in litore lacrimis & ſolo fletu parentarent Anchiſae, nec meritas inferias ferrent ſacris quibuſdam. ut *inferre honores* notare notum eſt, & *munus* pervulgatiſſimum de ſacris dici. noſtra Excerpta, *ferret honores*, ſed nihil potius mutatum: nam inde *inferiae* dictae. vid. lib. III. 66. & Heinſ. ad Ovid. VI. Met. 569. contra pugnat Voſſius ad Catullum pag. 331. qui ab *inferis* deducit. BURM.

653. HAEC EFFATA *Eſt effata* Pugetianus. *haec eſt fata* Dorvil.

655. AMBIGUAE. *Ambiguas* Wallian. *ambigue* Wittian.

656. VOCANTIA. *Vacantia* Zulichemius a manu ſecunda. *factiſque* alter Hamburg. *tum Dea* Ed, Venet.

657. CUM DEA. *Tum* Leidenſis & Ed. Venet.

658. ARCUM. Catroeus *arquum*.

659. MONSTRIS. *Monſtriſque* Parrhaſ.

660. FOCIS. *Locis* alter Hamburgicus.

661. FRONDEM. *Frondeſque* Hamburgenſis prior.

662. IMMISSIS. *Invifis* ſecundus Moreti. *& furit immiſſis* Dorvil.

663. PICTAS ABIETE PUPPES. *Puppes* ex abiete factae, & hae pictae, quia Dei tutelaris imaginem exhibebant. Ovid. I. Triſt. IV. 8.

Et pictos verberat unda deos.

Horat. I. Od. 14.

Nil pictis timidus navita puppibus Fidit.

male

[5] deeſt L. Voſ. R. V. Steph. al. Steph. Dan.

[6] deſunt L. in abiete pictas, ſine (ſive) abiete V. R. in ab. p. ſane abiete Voſ.

Nuntius Anchiſae ad tumulum, cuneoſque theatri,
Incenſas perfert navis Eumelus: & ipſi
Reſpiciunt atram in nimbo volitare favillam.
Primus & Aſcanius, curſus ut laetus equeſtris
Ducebat; ſic acer equo turbata petivit
Caſtra: nec exanimes poſſunt retinere magiſtri.
Quis furor iſte novus? quo nunc, quo tenditis, inquit,
Heu miſerae cives? non hoſtem, inimicaque caſtra
Argivûm, veſtras ſpes uritis. En, ego veſter
Aſcanius: galeam ante pedes projecit inanem;
Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat.
Adcelerat ſimul Aeneas, ſimul agmina Teucrûm.
Aſt illae diverſa metu per litora paſſim
Diffugiunt; ſilvaſque, & ſicubi concava furtim
Saxa, petunt. Piget incepti, luciſque, ſuoſque

Mu-

SERVII.

665. EUMELUS. Latinus accentus eſt, tranſlato nomine in Latinum: [7] [nam Graece dicitur Εὔμηλος: & diligens interpretatur.]

669. CASTRA. Ut III. 519. *Nos caſtra movemus:* [8] [id eſt, claſſem.] MAGISTRI. Cuſtodes. Terentius Phorm. I. II. 21. *Me filiis relinquunt quaſi magiſtrum.*

670. QUIS FUROR ISTE NOVUS? Quaſi ad furentes loquitur: unde ne tunc quidem agnitus eſt, cum dixiſſet: *En, ego veſter* [9] *Aſcanius.* Novus autem, eſt aut magnus, aut inopinatus. QUO TENDITIS? Id eſt, quid habetis intentionis?

672. VESTRAS SPES URITIS. Navibus enim ad regna tendebant.

673. INANEM. Concavam, [10] vacuam, ſine capite. LUDO. Per ludum.

VARIORUM.

male igitur Meibomius de Fabrica Triremium pag. 121. legit, *factas abiete puppes.* vide ad Petronii cap. CV. Interpretes, & patrem meum ad Silium XIV. 543. Gregorius Nazianzenus in carminibus,

Νῆα δὲ ποντοπόρειαν ἰσάνετα, ἢ παραγήμοις
Κάλλεσιν, ἢ πρύμνης ἄνθεσι λαμπομένην.

Sueton. cap. XXXVII. narrat Caligulam fabricaſſe Liburnicas, *gemmatis puppibus.* HEINS. Ita ſupr. 609. *mille coloribus arcus.* ut conſtruatur, *puppes abiete.* ita IV. 131. *lato venabula ferro*, & ſimilia paſſim. vid. inf. ỳ. 817. BURM.

664. TUMULUM. *Cumulum* alter Hamburgicus.

666. IN NIMBO. *In nubem* Bigotianus a manu ſecunda.

671. HEU. O Venetus. *miſeri* Wallian. mox, *ſpes veſtras* Rottend. ſec.

673. INANEM. Ita Horatius I. Od. 19. larvam vocat *vacuum verticem.*

674. INDUTUS. *Inductus* Zulichemius & Montalbanius. *ciebant* Macrob. VI. 3. *gerebat* Wittian.

675. ACCELERAT. *Accelerant* in Montalbanio, etiam in Gudiano a manu prima. HEINS.

Ac-

7 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. nomine Latino V. 8 deſunt L. R. V. Baſil. 9 *Aſcanius galeam projecit inanem* L. Voſ. R. V. Baſil. 10 deeſt L. Voſ. R. V. Steph. al.

Mutatae adgnoſcunt, excuſſaque pectore Juno eſt.
Sed non idcirco flammae atque incendia vires
Indomitas poſuere: udo ſub robore vivit
Stuppa vomens tardum fumum, lentuſque carinas
Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis:
Nec vires heroum infuſaque flumina proſunt.
Tum pius Aeneas humeris abſcindere veſtem,
Auxilioque vocare Deos, & tendere palmas:
Juppiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad unum
Trojanos, ſi quid pietas antiqua labores
Reſpicit humanos; da flammam evadere claſſi
Nunc, Pater, & tenuis Teucrûm res eripe leto.
Vel tu, quod ſupereſt, infeſto fulmine morti,

Si

SERVII.

679. EXCUSSAQUE PECTORE JUNO EST. Furoris cauſa, non furor: idcirco, quia furor deſierat.

681. UDO SUB ROBORE. Vicino aquis.

682. STIPPA. Secundum antiquam orthographiam: nam [11] *ſtippa* dicta eſt, a *ſtipando:* [12] [abuſive etiam linum dicimus.] TARDUM. Denſum, craſſum: [13] [nam ignem ſolet fumus praeire: unde [14] *tardum* ad denſitatem retulit.]

683. CORPORE. Navium, ut I. 70. *Et disjice corpora ponto.* DESCENDIT PESTIS. [15] Incendium: more ſuo. Et declamavit per contrarium: nam ignis ſuperiora ſemper petit.

684. FLUMINA PROSUNT. Id eſt, vis aquae.

685. TUM PIUS AENEAS HUMERIS ABSCINDERE VESTEM. Notant quidam, quod damnum quatuor navium [16] [vir fortis & rex] impatienter doleat; ſed magis illud conſiderandum eſt, quod ait ſupra Aſcanius: *Veſtras ſpes uritis:* ut non damnum doleat, ſed ſpem navigationis ereptam.

687. JUPPITER OMNIPOTENS. Figuratis agit coloribus: nec enim re vera [17] hoc agit, ut pereat; ſed oblique, ut reſtinguatur incendium. Bene autem SI ubique interponit: hic enim eſt optimus [18] ductus, qui agentis voluntatem latenter oſtendit. EXOSUS. Antiqui & *odi* dicebant, & *oſus ſum:* hinc eſt *exoſus*, quo utimur: licet jam *oſus ſum*, non dicamus: [19] [*odi* autem, & praeſens eſt & praeteritum.] AD UNUM. Nullo excepto.

688. SI QUID PIETAS ANTIQUA LABORES RESPICIT HUMANOS. Aut, ſi tibi chara pietas praeſtat aliquid humanis laboribus: aut, ſi quid meremur propter [20] pietatis cultum (ut 526. *Parce pio generi*) hoc ipſum [21] remunerare. Aut [22] certe, quod eſt melius, ſi vel reſpicit res humanas Pietas, quae de terris olim receſſit.

690. RES ERIPE LETHO. [23] Superflua Acyrologia eſt, [24] [id eſt, inproprietas ſermonis; non enim lethum dicitur, niſi de viventibus animalibus.]

691. QUOD SUPEREST. Quod congrue ſequitur.

694. Si-

11 *ſtipa* R. L. *ſtyppa* V. *ſtupa* Fabr. Baſil. 12 deſunt L. R. V. 13 deſunt iisdem. 14 *tardum* addidit Baſil. 15 incenſum V. R. 16 deſunt V. R. L. Voſ. Steph. & Baſil. ſed illa, quod Aeneas damnum &c. 17 vult perire, ſed ait oblique Voſ. & Dan. niſi quod *agit* oblique. in Baſil. erat, pereat, ſed ut reſtinguatur inc.; omiſſis reliquis. figuratis ait c. n. e. hoc ait, ut pereat Lipſ. reliquis miſſis. 18 dictus L. R. V. 19 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. & Lipſ. qui etiam, licet etiam *oſus* ſ. n. d. 20 pietatem cultam Dan. ita Terent. Hecyr. III. IV. 33. *tamen ut pietatem colam.* 21 remunera Fabr. Baſil. 22 deeſt Dan. 23 deeſt L. Voſ. R. V. Steph. 24 deſunt iisdem & Dan.

Si mereor, demitte, tuaque hic obrue dextra.
Vix haec ediderat, quum effuſis imbribus atra
Tempeſtas ſine more furit, tonitruque tremiſcunt
Ardua terrarum, & campi: ruit aethere toto
Turbidus imber aqua, denſiſque nigerrimus auſtris:
Inplenturque ſuper puppes; ſemiuſta madeſcunt
Robora. Reſtinctus donec vapor omnis, & omnes,
Quatuor amiſſis, ſervatae a peſte carinae.

700 At

SERVII.

694. Sine more. Sine exemplo. Tonitruque tremiscunt. Ablativus hic incertum [25] eſt unde veniat: utrum a neutro indeclinabili *hoc tonitru*, ut *hoc cornu*: nam inde eſt Lucan. vi. 692. *Fractaeque tonitrua nubes.* ut *cornua*; [26] an a maſculino, ſecundum quartam declinationem: [27] hinc enim Statius i. Theb. 258. *Tonitrus agis, & mea fulmina torques.*

695 Ardua terrarum. Periphraſis montium, [28] [per circuitionem, ut ii. Georg. 320. *Candida venit avis longis invisa colubris.*] Aethere toto. Pro aëre poſuit; [29] [cum *aër* inferior ſit; *aether*, id eſt, ignis, ſit ſuperior.]

697. Madescunt Robora. Aut humectantur: aut reſolvuntur in cinerem: quod naturale eſt poſt incendium.

VARIORUM.

Accidit ſimul Francianus. pro *accedit* credo *Adcelerat ſ. Ae. ſ. agmine* Mediceus.

677. Diffugiunt. *Defugiunt* Sprotianus. *concava ſurgunt* Wittian.

678. Piget. *Pudet* Sprotianus.

679. Mutatae. *Agnoſcunt mutatae* Sprotianus. deinde *eſt* deeſt Montalbano, priori Hamburgico, & Regio.

680. Flammae. *Flammam* Gudianus a manu prima. HEINS. Et ita Mediceus a manu prima.

682. Stupa. *Stuppa* Mediceus aliique vetuſtiores, tam hoc loco quam alibi. ſic apud Joſephum, citante Suida, Πληρώσαντες δὲ σοίω στύππης. *ſtuppa* etiam hoc Maronis loco codices Macrobii lib. vi. Satur. cap. 6. idem Macrobius, *duro ſub robore*, ut quidem nunc circumfertur. at codex Bibliothecae Thuaneae vetuſtus, *udo*. HEINS. *Stuppa movens* Hugenianus. *ſub cortice* Parrhaſ. *ſub pectore* prior Hamburgicus. mox, *lentaſque carinas* Francianus, & Zulichemius a manu ſecunda. *lentuſque carinis* prior Hamburgenſis.

685. Pius. *Pater* Sprotianus.

Ibid. Abscindere. *Exſcindere* Mediceus *abſcidere* in Menagiano priore & priore Voſſiano. ſic apud Curtium lib. iii. cap. ii. Mediceus codex, *laceratis crinibus abſciſaque veſte.* vide nos ad Paterc. ii. 66. & Claudian. i. in Eutr. 280. & annotata Georg. ii. 23. vetuſti Naſonis codices iv. Faſt. 448. cum Mediceo faciunt, in quibus, *ipſa ſuos exſciderat que ſinus*, ut illic obſervamus. HEINS. *Humeriſque* prior Hamburgicus. *abſcidere* Francianus. vid. lib. iv. 590. ita apud Lucanum variatur multis locis. vid. ad lib. iii. 33. 617. iv. 503. vi. 473. & alibi. & eodem modo in *exſcindere* & *excidere* ſupr. lib. iv. 425. ubi vide. BURM.

689. Classi. *Claſſes* Zulichemius. *claſſis* alter Mentelii & Regius. *claſſem* Wallian. a m. ſec. vid. ad lib. vi. 67.

690. Nunc, Pater. *Jam pater* Parrhaſ. *Teucrum tenues* Wallian. *tenuis nunc res Teucrum* Venetus. *leto*, quia debebant verti in nymphas, quae mori non debebant. immerito ergo & hoc carpunt Virgiliomaſtiges. BURM.

692. De-

[25] eſt, utrum a neutro ind. veniat *hoc* &c. L. Voſ. R. V. Steph. al. incertus eſt utrum a n. i. veniat Lipſ. vide Lutat. ad d. l. Statii. in Lucani loco male *nubes*, pro *nubis* legitur. [26] nam maſculina ſec. V. R. [27] hinc enim eſt *Tonitrus* L. R. V. Lipſ. Baſil. hinc Statius Steph. [28] deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. [29] deſunt iiſdem. & ſaepe hoc alibi notatum, unde huc intruſerunt male ſeduli.

At pater Aeneas, caſu concuſſus acerbo,
Nunc huc ingentis, nunc illuc pectore curas
Mutabat, verſans; Siculisne reſideret arvis,
Oblitus fatorum, Italaſne capeſſeret oras.
Tum ſenior Nautes, unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaque inſignem reddidit arte,
Haec reſponſa dabat, vel quae portenderet ira
Magna Deûm, vel quae fatorum poſceret ordo.
Iſque his Aenean ſolatus vocibus infit:

Na-

SERVII.

703. FATORUM. Oraculorum.

704. TUM SENIOR NAUTES. Bene daturum conſilium & ab aetate, & a prudentia, & a religione commendat. Quod autem [30] dicit, *Pallas quem docuit:* propter illud, quod ſupra ỷ. 407. diximus, fingitur: quia ipſe Romam Palladium detulit: unde [31] Nautiorum familia Minervae ſacra retinebat: quod etiam Varro docet in libris, quos de Familiis Trojanis ſcripſit. UNUM. Praecipuum. TRITONIA PALLAS. Pro uno proprio, duo [32] antonomaſiva poſuit.

705. ARTE. Id eſt, virtute, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς.

706. RESPONSA DABAT. Laus conſilii; [33] [cum conſilium divinis comparat reſponſis.] VEL QUAE PORTENDERET. Quae praeſignificabat.

707. MAGNA IRA DEUM. Id eſt, Juno, ut alibi VII. 432. *Coeleſtum vis magna jubet.*

708. SOLATUS VOCIBUS INFIT. Id eſt, ſolatur & infit: nam *ſolans* debuit [34] dicere: ſicut ſequens ejus indicat conſolatio.

VARIORUM.

692. DEMITTE. *Dimitte* Mediceus aliique noſtri, exceptis Menagiano priore, tertio Rottendorphio, altero Hamburgenſi, & quarto Moretano. adi animadverſiones noſtras Aeneidos II. 85. HEINS. *Dimitte* Wall. Dorvil. male, ut ſaepe notavimus. etiam ad II. Aen. 85. *ſi merui* ſecundus Rottendorphius. altera pars verſus, *tuaque b. o. d.* deerat ſecundo Hamburgico a manu prima. *tua meque obrue* Vratiſlav. BURM.

694. TREMISCUNT. *Tremeſcunt* fere omnes ſcripti & Ed. Venet. *fremeſcunt* Hugenianus. vid. III. 648.

695. ARDUA TERRARUM, ET CAMPI. Hic verſus & duo ſequentes deerant alteri Menteliano. alii diſtinguunt poſt *terrarum*; & legunt, *& campis ruit.* ut Mediceus, Montalban. Rottend. tert. & Wallian. *& campo* Hugenian. ſed *campi* hic opponuntur arduis, id eſt montibus, ut apud Lucan. VI. 38. *Franguntur montes, planumque per ardua Caeſar Ducit opus.* vid. ad eumdem VI. 618. deinde, *ruit ae. t. T. imber aquis* Hamburg. alter. in Regio erat, *aquam*, quod Maſvicius exhibuit. quaſi *ruit* active deberet capi, de quo vide ad VIII. 63. Heinſium. ſed ego cum omnibus ſcriptis, *aqua*, retineo, qua turbidus erat imber. ut lib. XII. 686. *turbidus imber Proluit.* in Wittiano diſtinctio erat poſt *terrarum*, *& campi ruit* &c. & mox, *imber, aqua denſ. n. Auſtris.* BURM.

697. INPLENTURQUE. *Impleturque* Wallian. *implevitque* Menag. pr. & Wittian.

Ibid. SEMUSTA. *Semiuſta* Montalb. Leidenſis unus & Ed. Venet. vid. ſupr. III. 578. *& ſemiuſta* Dorvill.

700. AT. *Et* Mediceus & Regius.

702. MUTABAT. *Motabat* Sprotianus & Rottend. pr. vid. ad Ecl. V. 5. & III. Aen. 581. *jactans* tertius Rottend. *Siculis reſideret in arvis.* Ed. Venet.

703. CAPESSERET. *Poſceret* Venetus. *capeſcerat*

30 dixit Steph. Fabr. al. 31 Nauticorum L. Voſ. 32 Antonomaſia Baſ. Antonomaſtica Fabr. poſuit deeſt L. Voſ. R. V. Lipſ. Dan. 33 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 34 ponere Baſil.

Nate Dea, quo fata trahunt retrahuntque, ſequamur;
Quidquid erit: ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.
Eſt tibi Dardanius divinae ſtirpis Aceſtes:
Hunc cape conſiliis ſocium, & conjunge volentem:
Huic trade, amiſſis ſuperant qui navibus, & quos
Pertaeſum magni incepti rerumque tuarum eſt:
Longaevoſque ſenes, ac feſſas aequore matres,
Et quidquid tecum invalidum metuenſque pericli eſt,
Delige: & his habeant terris, ſine, moenia feſſi:

Ur-

SERVII.

710. QUIDQUID ERIT. Ut [35] II. 77. *Fuerit quodcumque, fatebor.* FERENDO EST. Dum fertur: modus gerundi eſt a paſſivo.

711. EST TIBI. Jam hoc conſilium eſt, [36] [id eſt, habes.] DIVINAE STIRPIS. Propter Dardanum ab [37] Crimiſo fluvio.

712. VOLENTEM. Voliturum: nam velle [38] habet; non jam vult.

713. SUPERANT. Superſunt, ſuperfluunt. Dicit autem non tantum debiles; ſed etiam [39] valentes juvenes: unde ſequitur: *Longaevoſque ſenes:* nec enim adderet *que*, niſi ſupra *juvenes* dixiſſet: [40] unde ſequitur expreſſius: *Et quidquid tecum invalidum metuenſque pericli eſt.*

714. PERTAESUM MAGNI INCEPTI. [41] [Compoſitum pro ſimplici, hoc eſt, pro *taeſum*, quod uſus non obtinet,] ut IV. 18. *Si non pertaeſum thalami tedaeque fuiſſet.*

VARIORUM.

rat Rottend. pr. Sprotianus. & Wittianus. *Italiſne* Regius. *Italaſve* Sprot.

704. TUM. *Cum* primus Moretanus, & ſaepe alias. HEINS. Et ita mox, in Servii nota ỳ. 728. Mſſ. & Wallian.

Ibid. SENIOR NAUTES. Diverſa in aliis, ſed mala lectio. Ab hoc Naute, Aeneae ſocio, Nautiorum familia, e qua Sp. Nautius, cum Menenio Agrippa, popularem tumultum ſedavit in Aventina ſeceſſione, ut eſt apud Dionyſium. in difficili caſu, ac deliberatione gravi, nunc ad Romanam Hiſtoriam alludit eruditiſſimus Poëta noſter. FABRIC. *Nautis* Gudianus.

706. HAEC. *Hic* quartus Moreti. *pertenderet* Sprotianus. *praetenderet* alter Hamburgicus.

708. ISQUE HIS. *Hiſque is* Bigotii. *jamque his* prior Hamburgicus. totus vero verſus deeſt Hugeniano a manu prima. *Hiſque Aeneas* Wall. deinde *inquit* Menagius & Hamburgenſis priores. Dorvill. *inſit* obſoletam vocem dicit Harduinus, qua tamen ſaepe utitur Virgilius, ſed in *inquit* a librariis mutata paſſim fuit. BURM.

710. FERENDO EST. *Ferenda eſt* Wallian. *eſt* non reperitur in Rottend. pr. & altero Hamburg.

712. CONSILIIS. *Conſilii* Regius, Menteliani tres, & optimus quiſque magno numero. & Ed. Venet. vid. ad Ovid. XIV. Met. 678. *Conſiliis comitem* Oudartii. lib. IX. 199. *Mene igitur ſocium ſummis adjungere rebus, Niſe, fugis?* Claud. I. Eut. 150. *ſociumque ſibi ſprevere ſuperbi*, ubi plura dicemus. vid. Arntz. ad Aurel. Vict. Vir. Illuſt. cap. XLII. BURM.

714. RERUMQUE TUARUM EST. Verbum ſubſtantivum apud Aruſianum Meſſium omittitur. quomodo alter Voſſianus, & prior Hamburgicus & Sprotianus, & Schefferianus ex noſtris. ſic mox, *metuenſque pericli* in priore Menteliano. & paullo ante, *ſuperanda omnis fortuna ferendo*, in duobus.

35 *fuerint quaecumque* Dan. 36 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 37 a Crimniſo Fab. al. a Criniſo L. Voſ. praeter Danum a crimio R. 38 habebit Baſil. ultima, non j. v. deſunt Lipſ. 39 nolentes L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. Dan. al. 40 item expreſſius L. Voſ. Lipſ. V. Steph. al. & preſſius R. deinde, *invalidum eſt m. pericli* V. *eſt metuenſque pericli eſt* L. Voſ. R. 41 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan.

Digitized by Google

Urbem adpellabunt permiſſo nomine Aceſtam.
Talibus incenſus dictis ſenioris amici,
Tum vero in curas animum diducitur omnis:
Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat.
Viſa dehinc coelo facies delabſa parentis
Anchiſae ſubito talis effundere voces:
Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
Care magis; nate, Iliacis exercite fatis:

Im-

SERVII.

718. PERMISSO NOMINE. Ab Aceſte ſcilicet. Dicta autem Aceſta, [42] deinde Segeſta.

720. TUM VERO. Nam & [43] ante ea cogitaverat, ut *Pectore curas Mutabat verſans.* [44] ANIMUM DIDUCITUR. Graeca figura, ut: *Mentem laeſus.*

721. ET NOX ATRA POLUM. Quaſi major cauſa cogitationis, ut I. 662. *Et ſub noctem cura recurſat*, [45] [unde Graece nox dicitur εὐφρόνη, quia ſubtilius homo ſapiat, quam interdiu.] BIGIS. Proprie [46] [modo *bigis*, melius plurali utimur quam ſingulari; ideo, *Rorifera gelidum tenuaverat aëra biga*, abuſive dixit Statius I. Theb. 338. *Bigae* autem a *binis jugis* dictae. Praecipue autem Luna dicitur habere *bigas*, quae nocti praeeſt: cui duplex proprietas, creſcendi & decreſcendi.]

722. CAELO FACIES DELAPSA PARENTIS. Aut ſecundum quod ſupra IV. 654. diximus: quia animae caelum tenent; ſimulacra vero apud Inferos ſunt: aut ad errorem pertinet ſomnii; nam & viſa ait: aut certe intelligamus, a Jove miſſam poteſtatem aliquam, quae ſe in Anchiſae converteret vultum, [47] [ut religioſus videretur:] nam & ipſe dicit: *Imperio Jovis huc venio:* & infert: *Elyſiumque colo.*

725. CHARE MAGIS. Pro, charior. Bene autem addidit: *Dum vita manebat:* [48] nulla enim eſt vita poſt mortem.

VARIORUM.

bus. HEINS. *Et magni* Dorvil.

716. PERICLI EST. *Eſt* ignorat Francianus. *invalidi* etiam Parrhaſ. *quidquid invalidum eſt tecum* Wall.

717. DELIGE. *Dilige* Dorvil. Gudianus, uterque, & a manu ſecunda Sprotianus. & ita tres Moretani. *delege* Wallian. *delige, & his terris habeant* ſecundus Rottendorfii. *&* deeſt Veneto. vid. ad Ovid. XIV. Met. 678. *feſſis* prior Hamburgicus. BURM.

718. ACESTAM. *Aceſtam* potiores ſcripti, ut ſupr. h. lib. 52. *urbe Mycena*. *Aceſtem* tamen in priore Menagiano & altero Hamburgico. perperam. diximus Aeneidos III. 376. Silius Italicus lib. XIV. 220. ubi urbes Siculas recenſet, Segeſtam etiam Aceſtam nuncupat. *Trojanaque venit Aceſta.* caeterum *promiſſo nomine* etiam pauci ex recentioribus. tertius Rottendorphius, *praemiſſo nomine*. HEINS. *Adpellabant* Gudianus a manu prima, & Wallian. *permiſſo* multi.

719. INCENSUS. *Accenſus* Bigotianus & Sprotianus. *incenſis* Menagianus. *ſenioris Aceſte* Parrh.

720. ANIMUS. *Animum* figuratum & Poëticum dicendi genus, quod auctoritate non caret. qua nulla utemur, aperto veritatis contenti teſtimonio. FABRIC. *Animo* vetuſtiores cum Mediceo ceteri. *deducitur* etiam plerique, exceptis Montalbanio, Gudiano & ſecundo Rottendorphio.

42 deeſt iiſdem. 43 ante cogitaverat L. Voſ. R. V. Steph. al. 44 deducitur Lipſ. hinc in Voſſiano codice tranſpoſitae notae Servii ad lib. VI. 107. *dicis enim.* & ſequentia etiam alia manu videbantur ſcripta. ſed in calce codicis poſtea reperi, quae hic deſiderantur. 45 deſunt iiſdem & Dan. 46 deſunt L. V. R. & Steph. qui *modo* etiam habet. ut & Voſ. Proprie modo ut ferat, *tenuaverat aëra bigis* abuſus eſt. Daniel, cui reliqua etiam deſunt. Maſvic. edidit ex Fabr. & Baſil. ſed Commel. proprie modo, non ut Statius *tenuaverat* &c. Heinſius volebat, non ut fecerat ſc. Statius. cujus locum adduxit integrum Servius ad II. Aen. 272. ſ. proprie modo, nam Statius &c. abuſus eſt. BURM. 47 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 48 ut oſtendat fuiſſe vita chariorem Dan. agnoſco manum Chriſtiani, cui ſententia illa impia videbatur, ex Epicuri Schola deprompta, & ideo corrigebat. vid. ad II. Aen. 34. & IV. 705. & alibi. BURM.

Imperio Jovis huc venio: qui claſſibus ignem
Depulit, & coelo tandem miſeratus ab alto eſt.
Conſiliis pare, quae nunc pulcherrima Nautes
Dat ſenior: lectos juvenes, fortiſſima corda,
Defer in Italiam. Gens dura atque aſpera cultu
Debellanda tibi Latio eſt. Ditis tamen ante
Infernas adcede domos, & Averna per alta

Con-

SERVII.

726. IMPERIO JOVIS. Ab auctoritate, ut IV. 268. *Ipſe Deum tibi me claro demittit* [49] *Olympo Regnator.*

728. NAUTES DAT SENIOR. Ut ſolet, hic [50] denuo iiſdem uſus eſt ſermonibus: nam ait 704. [51] *Tum ſenior Nautes.*

730. ATQUE ASPERA CULTU. Quod in nono latius exſequitur ỳ. 604. *Natos ad flumina primum Deferimus*, [52] [uſque ỳ. 604. *At patiens operum.*]

731. DEBELLANDA TIBI. [53] [Bello perdomanda: &] bene victoriam, non bella [54] ſola praedicit, in quibus eſſe poterat terror.

732. AVERNA PER ALTA. Ut *Gargarus*, *Gargara*; & *Tartarus*, *Tartara*; [55] [*Maenalus*, *Maenala*, pluraliter; ita *Avernus*, *Averna.*]

VARIORUM.

phio. ſed eleganti Graeciſmo tres Moretani, alter Mentelius, ſecundus tertiuſque Rottendorphii, alter Menagii & prior Hamburgicus, *animum diducitur*, niſi quod in pleriſque horum perperam, *deducitur*. ſolus ſecundus Rottendorphius hic eſt ſanus. in altero Hamburgico etiam non male, *animum deducitur omnem*, pro diverſa lectione legebatur. poſſet & *animos:* nam in priore Hamburg. pro diverſa lectione erat, *animo*. Paſſim ex vetuſtis membranis ejuſmodi Graeciſmi Poëtis antiquis, Naſoni, Silio, Valerio Flacco, Claudiano reſtituimus. apud Petronium quoque de bello civili corrigo,

Jampridem nullo perfundimur ora cruore.

Ne dubitare poſſis de hac Maroniani loci reſtitutione, invenio nunc illum a Probo quoque confirmatum, lib. I. Art. Gramm. ubi de praepoſitionibus agit. *Di praepoſitio ſemper longa eſt ut*, *Tum vero in curas animum diducitur omnes.* HEINS. *Animum deducitur* Francianus, Dorvill. Wittian. *animum diducitur* Wall. *animo diducitur* Ed. Venet. *deducitur omnis animum per* Parrhaſ. ordine turbato.

721. SUBVECTA. *Advecta* alter Hamburgicus a manu prima. ſed imitatur Statius I. Theb. 337. *Titanis late mundo ſubvecta ſilenti*, ubi vide Barth.

722. COELO FACIES. *Facies coelo* Parrhaſ. & ſecundus Rottendorf.

723. SUBITO. *Anchiſae & ſubito* Parrhaſ.

726. HUC. *Hic* Mentelii prior. *veni* primus Rottendorphius. mox, *tandem coelo* prior Hamburgicus.

728. NAUTES. *Vates* in Montalbanio. nam *Nautae* nomen paullo ante praeceſſerat. HEINS. *nantes* alter Hamburg. *nunc quae* idem codex. *Laetos juvenes* Venetus, Oudartii & Gudianus a manu prima. & prior Hamburgicus a ſecunda. *ſenior lectis juvenum* Wall *pulcherrima* dixit, Terentiano more. ut Eun. II. III. 84.

Dixti pulchre; numquam vidi melius conſilium
dari.

& III. I. 26.

Pulchre me hercule dictum & ſapienter.

ubi Donatus *pulchre* idem eſſe quod *ſapienter* notat. BURM.

730. DEFER. *Difer* Francianus. *horrida cultu* Parrhaſ. *Latio* ſine verbo ſubſtantivi Venetus. *tamen antea Ditis* alter Hamburgicus. *Dictis tamen* Dorvill. *accende* Medic.

733. CON-

49 *ab alto* Steph. & ita videtur in Regio fuiſſe. nam ibi legitur *tibi me c. d. a. a. regnator* vero utrique deeſt. 50 deeſt Steph. Dan. Fabr. al. hic denuo uſus eſt prioribus L. R. hic denuo iiſdem V. hic iiſdem Voſ. Lipſ. *bis* a Malvicio eſt intruſum pro *denuo*. 51 *tum* Dan. *Tunc* L. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 52 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 53 deſunt iiſdem. 54 deeſt Dan. 55 deſunt Voſ. L. R. V. Steph. al. mox propter felicitatem Lipſ.

Congreſſus pete, nate, meos. Non me inpia namque
Tartara habent, triſtes umbrae; ſed amoena piorum
Concilia, Elyſiumque colo. Huc caſta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te ſanguine ducet.
Tum genus omne tuum, &, quae dentur moenia, diſces.
Jamque vale. Torquet medios nox humida curſus:

Et

SERVII.

733. NON ME IMPIA NAMQUE. Propter facilitatem.

734. AMOENA. *Amoena* ſunt *loca* ſolius voluptatis plena; quaſi [56] *amunia*; unde nullus fructus exſolvitur; unde [57] etiam nihil praeſtantes, *immunes* vocamus.

735. PIORUM CONCILIA, ELYSIUMQUE COLO. *Elyſium* eſt, ubi piorum animae habitant poſt corporis animaeque diſcretionem: unde & interitus dicitur res inter animam & corpus veniens. Ergo *Elyſium*, ἀπὸ τῆς λύσεως, [58] [a ſolutione (nam ſic definitur *mors*, ψυχῆς ἐκ σώματος λύσις,] quod ſecundum poëtas in medio Inferorum eſt, ſuis felicitatibus plenum, ut VI. 641. *Solemque ſuum, ſua ſydera norunt:* ſecundum Philoſophos, *Elyſium eſt*, inſulae Fortunatae: quas [59] [μακάρων νήσους vocant, quaſque] ait Salluſtius fragm. incert. *inclytas eſſe Homeri carminibus:* quarum deſcriptionem Pius commentator dicit eſſe ſublatam: ſecundum Theologos, circa lunarem circulum, ubi jam aër purior eſt: unde ait ipſe Virgilius VI. 887. *Aëris in campis.* Item Lucanus IX. 6. [60] [*Quaque patet terras inter lunaeque meatus, Semidei manes habitant, quos ignea virtus Innocuos vita, patientes aetheris imi Fecit, & aeternos animam collegit in ortus.*] *Non illuc auro poſiti, nec thure ſepulti Perveniunt.* [61] [CASTA SIBYLLA. *Caſta* dicitur propter fabulam, quae eſt apud Ovidium XIV. Met. 130. quia noluit Apollini conſentire]

737. TUM GENUS OMNE TUUM, ET QUAE DENTUR MOENIA, DISCES. Hae ſunt cauſae, propter quas Aeneas deſcendit ad Inferos: generis agnitio, & civitatis nomen: quod ei nullus [62] * ante praedixerat; ſed ſolus indicat pater: latet enim, ut ſupra diximus lib. I. 277. verum urbis nomen: unde ei pater quaſi pro myſterio [62] [& adfectione] ait VI. 782. *Illa inclyta Roma.* [63] [Et nomen quidem *Romae* a Poëta dictum eſt.]

738. TORQUET MEDIOS NOX HUMIDA CURSUS, ET ME SAEVUS EQUIS ORIENS AFFLAVIT ANHELIS. Dies eſt plenus, qui habet horas viginti quatuor: nam & nox pars diei eſt. Dicimus autem diem a parte meliore: unde [64] & in uſu eſt, ut ſine commemoratione noctis, numerum dicamus dierum. Hic autem dies ſecundum Aegyptios inchoat ab occaſu Solis: ſecundum Perſas ab ortu Solis: [65] ſecundum Umbros, Etruſcos, & Athenienſes a ſexta hora diei: ſecundum Romanos a media nocte: & hos nunc ſecutus ait: MEDIOS CURSUS NOX HUMIDA TORQUET, &c. Haec autem plene [66] exſequuntur, & Cicero in Auguralibus, & Aulus Gellius in libris Noctium [67] Atticarum III. 2. Hoc etiam illa res Juris indicat, quod, cum [68] tribuno plebis abnoctare ab Urbe non liceret, licebat tamen exire poſt noctem mediam, & ante mediam reverti.

VARIORUM.

733. CONGRESSUS. *Complexus* primus tertiusque Rottendorphius. Leidenſis & tres alii. duo, *am-*

56 amunico R. 57 deeſt L. V. R. Voſ. Steph. al. 58 ab abſolutione Dan. deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. ſed Baſ. tantum deeſt a *ſolutione* ἀπὸ τῆς. λύσεως V. 59 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. mox Prius comm. V. Porfirius Lipſ. 60 deſunt iisdem. Dan. in Lucano varie hic locus legitur. vid. Oudendorpii & meas notas. 61 deſunt iisdem. 61 * unquam Lipſ. 62 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. 63 deſunt iisdem. addit, vel potius odioſe repetit, Daniel; *nam verum urbis nomen, ut dictum eſt, latet.* mox Lipſ. dies enim plenus. 64 & uſus eſt L. Voſ. Lipſ. Steph. Fabr. al. & uſu eſt R. 65 ſecundum Rulticos R. V. ſec. Umbros ruſticos L. quod non admodum diſplicet, & neſcio unde Maſvicius perverit *Umbros*, quo carent Voſ. R. V. Lipſ. & alii, & Edd. priores. 66 exſequitur Steph. 67 antiquorum V. nocturum Atticorum R. notandum hic *Aulum Gellium* pleno nomine expreſſo dici. mox, illa lex juris Lipſ. 68 Tribunum R. V. L. Dan. Fabr. al. vid. ſupr. ad ℣. 350.

Et me ſaevus equis Oriens adflavit anhelis.
Dixerat: & tenuis fugit, ceu fumus, in auras.
Aeneas, Quo deinde ruis? quo proripis? inquit,
Quem fugis? aut quis te noſtris conplexibus arcet?
Haec memorans cinerem & ſopitos ſuſcitat ignis;
Pergameumque Larem, & canae penetralia Veſtae,
Farre pio, & plena ſupplex veneratur acerra.
Extemplo ſocios primumque arceſſit Aceſten,

Et

SERVII.

739. SAEVUS ORIENS. [69] Solem dicit, cujus lux eſt umbris inimica: unde [70] Lucanus: *Et medio ferit axe diem*. Eſt autem phyſicum: nam pereunt umbrae Solis adventu.

741. AENEAS, QUO DEINDE RUIS? Ordo eſt: *Aeneas deinde: quo ruis?*

742. QUEM FUGIS? Quaſi ignorans rationem, qua fugeret.

744. [71] [CANAE. Aut antiquae; aut propter ignis favillas.]

745. FARRE PIO. Vel quia exinde ſacrificabant: vel quia mos fuit apud majores, ut divinum ignem farre ſervarent: qui ſi duraſſet in alterum diem, eum aptum [72] agendis rebus ſignificabant. [73] [*Far* autem, frumenti certa ſpecies eſt, ſicut adoreum. Horatius III. Od. 13. *Non ſumptuoſa blandior hoſtia, Mollibit averſos Penateis Farre pio & ſaliente mica*. Et Tibullus III. IV. 10. *Farre pio placant & ſaliente ſale*. ACERRA. Id eſt, arca thuralis: id, quod continet, pro eo, quod continetur.]

746. PRIMUM. Principem.

VARIORUM.

amplexus. HEINS. *Compleſſus* Francianus interpolatis literis, & Parrhaſ. *complexus* Dorvill. Ed. Venet.

734. TRISTESQUE. *Triſtes umbrae* Mediceus & Mentelianus uterque cum Gudiano, Voſſianis duobus, Menagianis totidem ac Hamburgicis, primo Rottendorphio, Montalbanio, Leidenſi & Schefferiano: per appoſitionem: & ita in Pierianis. primus Moretanus & alii quatuor, *triſteſve umbrae*: ſed *triſtes* perplacet. vid. annotata libr. VI. 154. HEINS. *Triſteſve* Ed. Mediol. *amoena colorum* prior Hamburgicus a m. ſec.

735. HUC. *Te caſta* Commentator Crucquianus Horatii ad lib. III. 8. ſed Codd. omnes hiatum hic agnoſcunt.

736. NIGRARUM. *Nigrantum* in editione Florentina Juntarum exhibetur, quod placeret, ſi veterum Membranarum auctoritate niteretur. noſtrae equidem omnes in contraria eunt: etiam Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. III. Od. 8. ſic lib. VI. 243. *nigrantes terga juvencos*. & lib. IX. 87: *nigranti picea*. lib. IV. 120. *nigrantem nimbum*. libr. VIII. 353. *nigrantem Aegida*. HEINS. *Nigrorum* Leidenſis unus. vid. ad Val. Flac. I. 13. *pecudum cum* Venetus.

738. CURSUS. *Currus* Serv. ad I. Aen. 108.

740. TENUIS. Ambiguum utrum fumus tenuis, an tenues auras. ut etiam IV. Georg. 499. *tenues* Wittian.

742. QUEM FUGIS. *Quo fugis?* Parrh. alii, *quid fugis*. ſed vid. ad II. Eclog. 60. ſic variant codices lib. X. 369. *quo*, vel *quos fugitis*. deinde, *quiſnam mihi te comp. arcet* Parrhaſ. *complexibus aufert* Bigotianus. *te a noſtris* Mentel. pr. Sprotianus a m. ſec. & Ed. Venet. Macrob. lib. V. 7. duos verſus addit ex lib. II. 792. BURM.

743. Cr-

69 ſol cujus lux L. V. R. Voſ. Steph. al., 70 non reperi haec apud Lucanum, quare corrupta eſſe credam. in L. V. Voſ. R. legitur, *& medio ferit enſe diem*. in Lipſ. *feriente die*. ſed nec haec in Lucano exſtare novi. forte illa olim Lucani ex lib. VI. 744. *& ſubito feriere die*, adduxit, quae a librariis corrupta fuere, qui ex *feriere* fecerunt, *ferit enſe*. ex *ſubito*, *medio*, quae vox ſenſum ſatis aptum illo loco facit, licet in nullo codice repererim. ſed ad lib. VIII. Aen. 246. recte adducitur. ubi vide, & Barth. ad Stat. XI. 120. BURM. 71 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. ſed legebantur in nota ſeq. poſt *ſignificabant*. 72 agendis V. ſignificabatur Baſil. 73 deſunt L. V. R. Steph. al. ad ✱. 746.

Digitized by Google

Et Jovis imperium, & cari praecepta parentis
Edocet, & quae nunc animo ſententia conſtet.
Haud mora conſiliis, nec juſſa recuſat Aceſtes.
Transſcribunt urbi matres, populumque volentem
Deponunt, animos nil magnae laudis egentes.
Ipſi tranſtra novant, flammiſque ambeſa reponunt
Robora navigiis: aptant remoſque rudentiſque,
Exigui numero, ſed bello vivida virtus.

In-

SERVII.

749. HAUD MORA. Hoc eſt, quod ait ſupr. XI. *Et conjunge volentem.* NEC JUSSA. Voluntatem, ut ſupra II. 3. *Infandum regina jubes renovare dolorem.* Aut certe quae Juppiter juſſerat.

750. TRANSCRIBUNT URBI MATRES. Romani moris verbum eſt: *Tranſcripti* enim in colonias deducebantur. URBI. Ad urbem.

751. DEPONUNT, ANIMOS NIL MAGNAE LAUDIS EGENTES. Quaſi de navibus: aut Aeneas deponit eos, qui nulla gloriae cupiditate [74] tangebantur: aut hi, qui erant *tranſcripti*, id eſt, matres & [75] volentium multitudo deponunt animos, id eſt, ſubmittunt inertiae.

753. ROBORA NAVIGIIS. Melius [76] hic diſtinguitur.

754. EXIGUI NUMERO; SED BELLO VIVIDA VIRTUS: [77] Tranſiit ad rem a numero.

VARIORUM.

743. CINEREM. *Cineres* Francianus, Zulichemius & Hugenianus. *excitat* Venetus. *ſopitos ignes* hic lente emicantes Ruaeus capit.

745. FARRE PIO. Vid. Brouk. ad Tibul. III. IV. 10. *ſupplex plena* Wall.

746. ACCERSIT. *Arceſſit* ex vetuſtioribus. HEINS. *acceſſit* D. Heinſii Editio.

747. CARI. *Clari* Bigotianus.

748. CONSTET. *Surgat* primus Moretanus, ut lib. IX. 191.

Quid dubitem, & quae nunc animo ſententia ſurgat.

ſed male. ut monuimus hoc libro ad ỹ. 486. HEINS.

749. HAUD. *Nec, m. c. n. jura* Wall.

751. NIL MAGNAE LAUDIS EGENTES. *Nec magnae* Dorvil. *agentes* Parrhaſ. quod probare Heumannus potuit, ſed an eleganter dicatur dubito: nam ſuppleri deberet, nil dignum magnae laudis agentes: ſed vulgata ſapit Virgilii ſtilum, & idem notat, quod minus bellicoſos, nec ex virtute militari laudem & gloriam referre volentes. & idem eſt, quod dicit lib. XI. 27. *virtutis egentes. Laus* enim pro ipſa virtute poni ſolet, vid. Serv. ad I. Aen. 461. V. 355. X. 371. & alibi, ut ſaepe oſtendimus. vid. ad Phaedr. IV. I. quare recte Servius explicat non gloriae cupiditate tactos. *Gloriam* enim de militibus bellicoſis & ſtrenuis proprie dici docuimus ad Valer. Flac. I. 77. de verbo *egere* vidimus ad Lucan. IX. 704. ſic apud Lucret. II. 52.

Quin dubitas, quin omne ſit hoc rationis egeſtas.

quem corruperunt editores nuperi legentes, *omnis ſit hoc rationis poteſtas*, nec metro nec ſenſu litantes: ſic & idem V. 1210. *rationis egentes:* & *rationis egentem* IV. 505. BURM.

753. ROBORA NAVIGIIS. Praeſtat utique diſtinguamus, *flammiſque ambeſa reponunt Robora: navigiis aptant remoſque rudenteſque:* nam *reponere* eſt inſtaurare. ſic *templorum repoſtor* apud Naſonem II. Faſt. 63. praeterea *flammis ambeſa* in altero Voſſiano. HEINS. ita diſtinguunt Zuſichemius, Leidenſis & ſecundus Rottend. Wittianus *flammis ambeſa* Wall. *Flammiſque ambuſta* Rottend. tert. ex gloſſemate ſine dubio. *robora remigiis* Sprotianus. *rudentes* Francian. & Dorvill. BURM.

754. NUMERO. *Numeri* prior Moreti a manu prima.

756. SOR-

[74] tanguntur L. R. V. Lipſ. Baſil. [75] nolentium L. [76] ſic L. V. R. Voſ. Steph. Fabr. al. [77] tranſit L. Steph. Fabr. al.

Interea Aeneas urbem deſignat aratro,
Sortituſque domos: hoc Ilium, & haec loca Trojam
Eſſe jubet. Gaudet regno Trojanus Aceſtes,
Indicitque forum, & patribus dat jura vocatis.
Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliae, tumuloque ſacerdos,
Ac lucus late ſacer additur Anchiſaeo.
Jamque dies epulata novem gens omnis, & aris
Factus honos; placidi ſtraverunt aequora venti:

Cre-

SERVII.

755. URBEM DESIGNAT ARATRO. Quem Cato in [78] Originibus dicit morem fuiſſe: Conditores enim civitatis, taurum [79] in dextram, vaccam [80] intrinſecus jungebant: & [81] incincti ritu [82] Sabino, id eſt, togae parte [83] caput velati, parte ſuccincti, tenebant [84] ſtivam [85] incurvam; ut glebae omnes intrinſecus caderent: & ita ſulco ducto loca murorum deſignabant, aratrum ſuſpendentes circa loca portarum: unde & *territorium* dictum eſt, quaſi [86] terribovium, tritum bobus & aratro.

757. REGNO TROJANUS ACESTES. [87] Suo nomine enim fuerat civitas appellata.

758. INDICITQUE FORUM. Id eſt, tempus & [88] locum deſignat agendorum negotiorum, qui *conventus* vocatur. *Indicit* autem, verbum Juris eſt: & per hoc potentem vult ſignificare civitatem. ET PATRIBUS DAT JURA VOCATIS. Dat condendi Juris poteſtatem his, quos appellaverat Patres: aut certe vocatis Patribus jura diſtribuit. Hi autem, ut Salluſtius Catil. VI. dicit, *Vel ab aetate, vel curae ſimilitudine Patres appellati ſunt. Senatores* autem alii, a ſenecta aetate, [89] [ut Graeci γερουσίας dicunt, ἀπὸ τοῦ γήρως:] alii a ſinendo dictos accipiunt: ipſi enim agendi facultatem dabant [90] [per ſenatuſconſultum.]

759. [91] [ERYCINO IN VERTICE. *Eryx*, mons Siciliae ſupra Drepanum, ubi fuit templum Veneris Erycinae.]

760. IDALIAE. Cypriae. SACERDOS. Alii ad tumulum; [92] [alii verſo ordine ad templum] referunt: ut lucus tantum tumulo detur Anchiſae: ut in Bucolicis v. Ecl. 40. *Inducite fontibus umbras, Paſtores.* Nemora enim aptabant ſepulchris; [93] [ut in amoenitate animae forent poſt vitam.]

VARIORUM.

756. SORTITUSQUE. *Sortiturque* Dorvill. & alii.

Ibid. TROJAE. *Trojam* concinnius in Mediceo, Gudiano altero, Montalbanio ſecundo tertioque Rottendorphii, altero Hamburgico, Leidenſi primo, ſecundo ac quarto Moretanis, Schefferiano. caeteri plerique *Troja*. Montalbanius *Troica*. ſed *Trojam* etiam Pieriani plerique. HEINS. *Hic Ilio & Francianus. domos Ilion* Dorvil. Parrhaſ. qui & *Trojae*. ut & Wall. *Troja* Regius. *Trojam* Wittian. Ruaeus hic, quia Ilium nullum fuit in Sicilia, pro arce capit, vel ipſa urbe Segeſta; ſed ego de Ilio urbe ad imaginem Ilii veteris capio, & *haec loca Trojam*, id eſt loca circa urbem, vocatam,

78 in originalibus Voſ. L. R. Lipſ. Steph. Dan. mox, condituri enim civitates Voſ. Steph. 79 in dextra Dan. Fab. 80 in ſiniſtra Dan. Fabr. 81 cincti Dan. 82 Savino V. ravino R gavino Voſ. 83 capitis Dan. Voſſ. ad Vellej. Paterc. II. 3. legit, *ritu Gabino, id eſt partem capitis velati, partem ſuccincti*. idem in ora codicis, in *Gabino, id eſt toga parte c.* v. vid. & Ferrar. de Re veſtiar. p. 45. part. I. lib. I. cap. 14. qui *capita*, vel *capite* velati. BURM. 84 ſtibam V. R. 85 obliquam Dan. & Voſſius. incurvam & obliquam Fabr. 86 terriborium V. L. R. Voſ. tritorium Dan. Fabr. 87 ſub nomine enim ejus f. e. a. Dan. alii *ſuo* corrupte, & *ejus* omittunt. ſuo nomine: ſub nomine enim ejus Voſ. Steph. 88 loca L. locum diſtinguendorum n. definit Dan. 89 deſunt Voſ. L. R. V. Steph. 90 deſunt L. R. V. 91 deſunt Voſ. L. R. V. Steph. al. 92 deſunt Fabr. mox, ut in Bucolicis, deſunt Lipſ. 93 deſunt Voſ. L. V. R. Steph. Dan.

Creber & adſpirans rurſus vocat Auſter in altum.
Exoritur procurva ingens per litora fletus:
Conplexi inter ſe noctemque diemque morantur.
Ipſae jam matres, ipſi, quibus aſpera quondam
Viſa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire volunt, omnemque fugae perferre laborem.
Quos bonus Aeneas dictis ſolatur amicis,
Et conſanguineo lacrimans commendat Aceſtae.
Tris Eryci vitulos, & Tempeſtatibus agnam,

Cae-

SERVII.

768. VISA MARIS FACIES. Ut inf. 848. *Mene ſalis placidi vultum.* Vult autem iſtos [94] aſpectum quoque maris horrere.

769. FUGAE. Profectionis.

772. ERYCI ET TEMPESTATIBUS. Bene junxit: [95] procellae enim aut de fluminibus, aut de montibus fiunt, quas ὀρεστιαίας dicunt.

VARIORUM.

catam, ut in antiqua Troja haec diſtincta fuiſſe docet Servius ad III. Aen. 3. *loca* vero dici partes regionis docet Serv. infr. VI. 670. vid. & lib. I. 459. & 530. & ibi notas. BURM.

759. ERYCINO. *Erycina* Menagii prior. & mox pro *Idaliae*, *Iliadae* Parrhaſ. *Erycino in litore ſedes F. V. Idaliae* Commentator Crucq. ad Horat. I. Od. 2. male. erat enim templum in monte. vid. Torrent. ad Sueton. Claud. XXV. *vicino in* Wall. *Fundantur* Dorvil. BURM.

760. TUMULOQUE SACERDOS, *Ac LUCUS &c. Ad Romanum morem alludit. & ad templum Iuleum, quod & flaminem habuit, & lucum. *Anchiſeo* autem, pro *Anchiſeio.* ſupra IV. 552.

Non ſervata fides cineri promiſſa Sichaeo.

pro *Sichaeio.* Ovidius XI. Metam. 22.

Maenades Orphei titulum rapuere ſepulchri.

pro *Orpheii.* FABRIC.

761. ET LUCUS. *Ac lucus*, cum ſcriptis. HEINS. *At lucus* Menag. & Hamb. ſecundi & Wall. *late lucus ſacer* Parrhaſ.

763. HONOR. Vid. ad I. Aen. 335. & Erh. ad Petron. CXXXIII.

Ibid. STRAVERUNT. *Tenuerunt* Vratiſlav.

766. COMPLEXI. *Complexique* Francianus.

767. IPSAE JAM MATRES, IPSI. Apud Nonium in *fuga*, τὸ *ipſae* repetitur bis. *ipſae quibus* &c. non invenuſte, ſi quid video. HEINS. *Ipſae* etiam Bigotianus & ſecundus Moreti, Francianus & Wittian.

768. NUMEN. Idem Nonius in membranis vetuſtis fere omnibus *&c. non tolerabile nomen.* etiam bene. qui ne nomen quidem maris perferre poterant ac tolerare. ſcripta Maronis exemplaria apud me nihil mutant, niſi quod in utroque Hamburgico pro diverſa lectione adſcriptum, vel *lumen.* At Mediceus longe optimus a manu prima, *nomen.* HEINS. *Non tolerabile coelum* Parrhaſ. *nomen* ediderat jam olim N. Heinſ. *numen* agnoſcit Ed. Venet. & Servius ad VI. 560. BURM.

769. OMNEMQUE. *Omneſque* Venet. *proferre* Sprotianus. *fugae* hic pro navigatione poſitum contendit Salmaſ. de Ann. Climact. pag. 832. ſed ut millies, eſt exilium vagum, extra patriam.

770. SOLATUR. *Affatus* tertius Rottendorphius a manu ſecunda. mox, *lacrimis* Menagii prior. *Aceſti* ſecundus Rottendorphii.

771. CONSANGUINEO. Ex eadem gente explicat Ruaeus, interpretibus vernaculis perperam vertentibus, cognatum, quia non conſtat Aceſtem fuiſſe conjunctum ſanguinis vinculo Aeneae. vid. ſupr. ℣. 30. & 36. & ſup. 711. *divinae ſtirpis* dicitur. nuſquam ejus con-

94 aſpectu R. Lipſ. aſpectu q. m. horrore V. 95 procellae e. a. d. f. a. m. d. quas. Lipſ. adducit, in fine notae, vulgo *geripenas* appellant Dan. vulgo per pinnas Fabr.

Caedere deinde jubet, ſolvique ex ordine funem.
Ipſe, caput tonſae foliis evinctus olivae,
Stans procul in prora pateram tenet, extaque ſalſos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.
Proſequitur ſurgens a puppi ventus euntis.
Certatim ſocii feriunt mare, & aequora verrunt.
At Venus interea Neptunum exercita curis
Adloquitur, taliſque effundit pectore queſtus:
Junonis gravis ira, nec exſaturabile pectus,
Cogunt me, Neptune, preces deſcendere in omnis:

Quam

SERVII.

773. SOLVIQUE EX ORDINE FUNES. Ordo eſt: Jubet caedere ex ordine, id eſt, rite peragi ſacrificium: [96] & ſic ſolvi funem, ut in ſeptimo VII. 139. *Phrygiamque ex ordine matrem Invocat.* Id eſt, rite. [97] [*Funem* autem, quo naves ad terram ligantur.]

774. TONSAE OLIVAE. Comptae, minutis frondibus.

775. PROCUL IN PRORA. In parte extrema.

780. EFFUNDIT PECTORE QUESTUS. Hoc eſt, cum dolore, ut ait VI. 55. *Funditque preces rex pectore ab imo.*

782. PRECES DESCENDERE AD OMNES. Si quid invidiae eſt in humillimis precibus, imputandum [98] eſt per omnia Junoni: nam *omnes* [99] dicendo etiam humiles ſignificat: unde ait etiam *deſcendere.*

VARIORUM.

conſanguineus, niſi quod Trojanus fuerit. & ita paſſim *ſanguis Romanus*, *Trojanus*, pro gente ponitur. ut *ſanguis Punicus* Valer. Max. I. I. Ext. 2. ubi v. Vorſt. & Turneb. ad Cicer. II. Agrar. I. BURM.

772. AGNAM. *Agnos* Mediceus. HEINS.

773. CAEDERE. *Caedi* Parrhaſ. vid. ad lib. III. 61. quod librarius putabat melius convenire τῷ *ſolvi.* ſed vid. ad I. Georg. 130. BURM.

Ibid. SOLVIQUE EX ORDINE FUNEM. Mediceus, cum reliquis omnibus, quotquot ego & Pierius evolvimus, *funem*, non *funes.* HEINS. *Solvitque* Bigotian. *ex ordine* vero eſt, quod χορῷ. ἐπιχορῷ, vel ἐν χορῷ dicunt Graeci. vide Obſerv. Miſcel. Crit. Vol. VI. T. II. pag. 410. unde apparebit inepte hic Emmeneſſium, ex Sauberto, agere de ligatis vel non ligatis victimis, quaſi funem, quo ligatae plurimae hoſtiae ibant ad aras, juſſiſſet caedi. quum hoſtiis jam caeſis, funem, quo naves ligatae erant ad terram, juſſerit caedi. vid. lib. III. 639. (ubi a *litore funem*, ut hic erat *ex litore* in Wall.) & 667. BURM.

774. TONSAE. *Tonſat* Francianus. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 703.

775. STANS PROCUL. Mentelianus uterque, Leidenſes tres, & Sprotianus a m. ſec. *ſtans celſa in puppi.* HEINS. Et ita Zulichem. Regius, Bigotian. Mentel. tert. Dorvil. & Ed. Venet. & Mediol. quarum illa etiam *pateras*, haec *pateram* habet: ſed repetitum ex aliis locis, ut III. 527 & VIII. 680. X. 261. *ſtans procul in proram* Sprotian. a m. pr. BURM.

776. PORRICIT. Perperam codices ſcripti, *projicit.* diximus ſupra h. l. 238. HEINS. *Preicit* Francian. Parrhaſ. & Dorvil. *vina liquantia* Hamburg. alter. *jam vina* Wallian.

777. PROSEQUITUR. Hunc verſum ſequenti ſubjiciunt Mentelianus prior & Gudianus. *aequora vertunt* ſecundus Rottendorphius. *aequore* Excerpta noſtra.

780. EFFUNDIT. *Effudit* Venetus, Leidenſis & primus Moreti. *pectore voces* Zulichemius.

781. ET

96 & ſolvi funes. ſic in Steph. & ſic ſ. funem. ſic in Voſ. Lipſ. L. V. R. Fabr. Baſil. 97 deſunt Voſ. L. V. R. Steph. al. vel . . . . quo n. a. t. l. Dan. 98 non eſt Dan. Fabr. eſt in nomina R. V. 99 deeſt R. L. V.

Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla;
Nec Jovis imperio, fatiſve infracta quieſcit.
Non media de gente Phrygum exediſſe nefandis
Urbem odiis ſatis eſt, nec poenam traxe per omnem
Reliquias: Trojae cineres atque oſſa peremtae
Inſequitur. Cauſſas tanti ſciat illa furoris.
Ipſe mihi nuper Libycis tu teſtis in undis,
Quam molem ſubito excierit. Maria omnia coelo
Miſcuit, Aeoliis nequidquam freta procellis,

In

SERVII.

783. QUAM NEC LONGA DIES. Id eſt, [1] longum tempus: de quo, licet melius foeminino genere dicamus, tamen & maſculino dicimus: [2] nam de certo die, maſculino tantum utendum eſt: [3] [ut *hic natalis meus dies eſt*. PIETAS NEC MITIGAT. Aut Trojanorum, [4] quia pii ſunt: aut certe propter illud III. 547. *Junoni Argivae juſſos adolemus honores*: quaſi quae nec ſacrificiis placaretur.

784. INFRACTA. Valde fracta, ut XII. 1. *Turnus ut* [5] *infractos adverſo Marte Latinos*.

785. MEDIA DE GENTE. Id eſt, totius gentis potentem. EXEDISSE. Muliebriter [6] dictum: nam inde eſt, quod ſequitur: *Cineres atque oſſa peremptae*. [7] Sane *edo* habet & rectam, ſed antiquam, declinationem, ut *edo*, *edis*, *edit*: & [8] anomalam, ut *edo*, *es*, *eſt*: quarum ſecunda & tertia [9] perſonae longae ſunt, propter, *Sum*, *es*, *eſt*. Edit autem in praeterito producit [10] [E, *Edi*, *ediſti*,] *edit*, ut *legit*.

788. CAUSAS TANTI SCIAT ILLA FURORIS. Bene ſupprimit: contra [11] ipſam enim ſunt, quae Juno in decimo exſequitur 92. *Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter*.

790. QUAM MOLEM. Ut I. 134. *Tantas audetis tollere moles*.

791. NEQUIDQUAM. [12] [Aut ſine cauſa,] id eſt, nulla [13] exiſtente ratione: aut *nequidquam*, quantum ad ejus pertinet mentem: unam enim [14] navem vertit ex omnibus: [15] [unde ait Juno VII. 309: *Quae potui infelix? quae memet in omnia verti Vincor ab Aenea*.]

VARIORUM.

781. ET INEXSATURABILE. *Nec exſaturabile* Mediceus, caeterique omnes, vel, *neque exſaturabile*, uno Montalbanio excepto, qui vulgatam ſcripturam agnoſcit. apud Columellam. lib. VII. cap. 20. ex vetuſtis membranis, *Nam pecus inexſatiabile ſues, dum dulcedinem pabuli conſectantur, ſupra modum aeſtate ſplenis incremento laborant*. quem locum vulgo mendoſum aliter tentavit Fulvius Urſinus infelici conatu. HEINS. *Nec inſaturabile* Venetus.

784. FATISVE. *Fatiſque* Mediceus & Sprotianus. HEINS. *Fatiſque invicta* prior Mentelianus: pro varia lectione. *fatiſque* Wall. & Dorvill. qui &, *nec media*. ut & Dorvillian. & Wittian. *media gens* eſt vulgus, plebs, quae Aeneae & ſociis hic opponitur. ita *mediam plebem* dixit Ovid. V. Met. 207. XI. 283. & *medium vulgus* VII. 432. vid. & inf. IX. 343. & *medium* poni pro mediocri docuit Cl. Graevius ad Cicer. I. de Off. 3. ita *μέσος πολίτης* Thucydidi eſt mediocris, ex plebe civis, VI. 54. BURM.

785. EXEDISSE. *Excidiſſe* primus Rottendorphius,

1 deeſt iisdem & Voſ. Steph. & al. ſed Lipſ. deeſt, tempus. 2 jam V. 3 deſunt Voſ. L. V. R. Steph. al. 4 qui Steph. Dan. Fabr. al. 5 *adfractos* R. 6 deeſt V. L. R. 7 ſinecdo V. & rectam declinationem & obliquam. Rectam ſed &c. Fabr. 8 anomalum V. 9 perſona V. Steph. longae ſunt propter differentiam, *ſum es*, *eſt* Lipſ. 10 deſunt V. L. Voſ. producit E. ut *legit* Steph. Fabr. al. 11 contra ipſa V. R. & ita Voſ. & Steph. ſed *contra* non habent. in undecimo Lipſ. 12 deſunt R. 13 exſtante Voſ. L. Steph. Dan. Fabr. al. 14 deeſt L. R. V. evertit Fabr. 15 deſunt Voſ. L. R. V. Steph. al.

In regnis hoc auſa tuis.
Per ſcelus ecce etiam Trojanis matribus actis
Exuſſit foede puppis; & claſſe ſubegit
Amiſſa ſocios ignotae linquere terrae.
Quod ſupereſt; oro, liceat dare tuta per undas
Vela tibi: liceat Laurentem adtingere Thybrim:
Si conceſſa peto, ſi dant ea moenia Parcae.
Tum Saturnius haec domitor maris edidit alti:

Fas

SERVII.

792. IN REGNIS HOC AUSA TUIS. Ut I. 138. *Non illi imperium pelagi, ſaevumque tridentem.* ACTIS. Furore compulſis, ut VII. 405. *Reginam Alecto ſtimulis agit undique Bacchi.*

795. IGNOTAE. Ignobili, ut IV. Georg. 242. *Nam ſaepe favos ignotus adedit Stellio.* Et dixit [16] ignotam, Italiae comparatione: nam ignota non [17] erat, ad quam bis Trojani venerant.

797. VELA TIBI. Id eſt, per regnum tuum.

798. SI CONCESSA PETO. Siquidem: nam modo [18] SI confirmantis eſt: agit autem a poſſibili.

VARIORUM.

phius, & primus Moreti a manu ſecunda, & Parrhaſ.

786. POENAM TRAXISSE. Vetus lectio & diſtinctio: *nec poenam traxe per omnem Relliquias: Trojae cineres atque oſſa peremptae Inſequitur. traxe* pro traxiſſe, ut XI. 118. *vixet* pro vixiſſet. ſenſus eſt: Trojanos ſuperſtites calamitatibus omnibus vexavit, jam Trojae everſae cineres, & peremptorum quoque oſſa, inſequitur. FABRIC. *Per omnes relliquias* Gudianus & Menagianus prior. HEINS. *Eſt, & nec poenam traxiſſe* plurimi & Ed. Venet. quae poſt *eſt* interrogationis notam habet. *nec p. exiiſſe* Sprotianus. *rexiſſe* Puget. *eſt, poenam traxiſſe* Francian. & Dorvil. & Ed. Mediol. *ſatis, nec p. traxiſſe* Parrhaſ. *Tranſiſſe* alter Hamb. & Venetus. *traſſe* Ed. Ald. *traxſe* Wittian. ſed *traxe* rectum. vid. Erythr. Ind. in *vixet*. & talis notae contractiones obviae apud Plautum, ut Mercat. I. I. 53. II. II. 61. & apud Lucretium, ubi vide Commentatores ad v. 1158. & ejus Ind. in *abſtraxe, conſumpſe* &c. & in ſoluta oratione talia occurrere docebunt notae ad Liv. II. III. 4. & ita *decreſſet* Cicer. VII. ad Att. I. ubi vid. notas. BURM.

787. PEREMTAE. *Perempta* Hugenianus & Zulichemius. *parentum* quartus Moreti.

788. SCIAT. *Ciet* Zulichem. pro diverſa lectione. *ſit an* Hugenianus. vid. ad Lucan. IX. 280. *furores* Mediceus a manu prima. mox, *teſtis Libyeis tu nuper* Venetus.

790. EXCIERIT *Excierint ſubito* Venetus.

792. HOC. *Haec* Sprotianus, Dorvill. & Excerpta noſtra. *hoc cauſa* alter Menagianus. forte fuerat ſcriptum, *hoce' auſa*. vid. ad II. Aen. 664.

793. PROH SCELUS. *Per ſcelus* vetuſtiores noſtri & Pieriani cum Mediceo. de quo dictum a nobis ad Epiſtolam Ariadnes Naſonianae x. 6. HEINS. *Proh* Wittian. & Wall. Tibul. II. IV. 21.

At mihi per caedem & facinus ſunt dona paranda.

BURM.

794. EXUSSIT. *Excuſſit* alter Menagianus, & Gudianus a manu prima, Bigotianus & Zulichemius & Leidenſis. *foede naves* Sprotianus. *peregit* alter Menagii.

795. IGNOTAE. *Ignota linquere terra* Mediceus idem, prior Mentelii, & a manu prima Gudianus. HEINS. *Amiſſa hos ſocios* Sprotianus a manu ſecunda.

797. TIBI. *Sibi* alter Hamburgicus. *tingere*, eraſa prima ſyllaba, Dorvil. *Laurentum* Wallian.

798. DANT EA. *Dent haec* Venetus. *dent mihi* Hugenianus & Zulichemius. *numina* Bigotianus. vulgata exſtat apud Donatum ad Terent. Hecyr. III. III. 29. ſic & ſupr. ℣ 737. & *data moenia* III. 501. vid. ad lib.

16 deeſt V. Voſ. 17 erant Voſ. R. Steph. Dan. 18 ſicut R. ait autem Lipſ.

Digitized by Google

Fas omne eſt, Cytherea, meis te fidere regnis,
Unde genus ducis: merui quoque. Saepe furores
Conpreſſi & rabiem tantam coelique mariſque.
Nec minor in terris (Xanthum Simoëntaque teſtor)
Aeneae mihi cura tui. Quum Troïa Achilles
Exanimata ſequens inpingeret agmina muris,
Millia multa daret leto, gemerentque repleti
Amnes, nec reperire viam atque evolvere poſſet

In

SERVII.

800. FAS OMNE EST. [19] Fas eſt, hoc eſt, poſſibile eſt, MEIS REGNIS FIDERE: [20] nam *fido*, [21] dativum tantum regit.

801. UNDE GENUS DUCIS. Ut diximus ſupra lib. III. 14. Quia feliciter eſt navigaturus Aeneas, [22] [Venerem dicit e mari procreatam:] & ut fert fabula: Coelus pater fuit Saturni: cui [23] cum iratus filius falce virilia [24] amputaſſet, lapſa in mare ſunt: de quorum cruore & maris ſpuma nata dicitur Venus: unde & Ἀφροδίτη dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, [25] [id eſt, ſpuma.] Sed hoc habet ratio: Omnes vires uſu venerio debilitantur, qui ſine corporis damno non [26] geritur: unde fingitur Venus nata per damnum: de mari autem ideo, quia dicunt Phyſici ſudorem ſalſum eſſe; quem ſemper elicit coitus: unde etiam Myrtus ei conſecrata eſt, quae littoribus gaudet, ut ait II. Georg. 112. *Littora myrtetis laetiſſima.* [27] [Ideo autem diximus Coelus pater, ut [28] deus ſignificaretur: nullus enim deus generis neutri eſt. Nam *Coelum* [29] genere neutro elementum ſignificat: unde & Οὐρανὸς Saturni pater quoque dicitur. MERUI QUOQUE. [30] [Etiam praeſtiti, ut] IV. 334. *Nec te regina negabo Promeritam.* Alii dicunt militavi, ut [Lucan. X. 40.] *Aere merent parvo.*

802. RABIEM TANTAM COELIQUE MARISQUE. Ut in primo legimus.

803. IN TERRIS. Etiam in terris: nam augmentum eſt.

806. [31] [GEMERENTQUE REPLETI AMNES. Homerus Iliad. Φ. 9. Ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ, βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα. Ὄχθαι δ' ἀμφὶ περὶ μεγάλ' ἴαχον, οἱ δ' ἀλαλητῷ Ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας. Et paullo poſt: Ὡς ὑπ' Ἀχιλλῆος Ξάνθου βαθυδινήεντος Πλῆτο ῥόος κελάδων.]

VARIORUM.

lib. I. 382. *moenia fata* Wallian. a manu prima. BURM.

799. TUM. Iterum in primo Moretano, *cum.* HEINS. *Hoc* Wittian. *addidit* Venetus. *edidit atque* alter Hamburgenſis

800. CYTHEREA. *Citata* Francianus.

801. MERUI. *Metui* Hortenſium legere notavit Stephanus in Schediaſm. pag. 71. & refutat.

Ibid. SAEPE. Catroeus ſemel tantum placaſſe mare in libro primo legi obſervat. ſed quum plures tempeſtates, ut initio hujus libri & alibi, Aeneam ſenſiſſe narret, illas ope Neptuni κατὰ σιωπώμενον, quae frequens Maroni figura eſt, evaſiſſe intelligere debemus, certe Neptunum hoc jactare Veneri non abſurdum. nec Poëta ſingula narrare debet; ſed ſufficit, ſi data occaſione talia accidiſſe innuat. BURM.

803. MINOR. *Minus* Sorotianus. *Simoëntaque* Wallian.

804. TROIA. *Troica* Oudartii & Ed. Venet. *Trojae* Zulichemius. *cura tuae* Dorvil. vid. ad lib. I. Aen. 231.

805. IM-

19 Fas te eſt Voſ. L. R. V. Steph. Dan. al. 20 deeſt Dan. Fabr. 21 falſum eſt, licet aliis locis hoc etiam tradat Servius. ſed ipſe ad lib. XI. 351. *fugae fidere*, dicit figurate eſſe dictum, pro *fuga.* & viri docti multa exempla de hoc verbo & ejus compoſitis, quibus ablativus additur, produxere: vide & quae nos ad Sueton. Caeſ. cap. III. & Ovid. X. Met. 69. & XIII. 240. & alibi, ſcripſimus. BURM. 22 deſunt V. L. R. a mari Voſ. 23 deeſt V. L. R. Voſ. Lipſ. 24 amputavit, ſe lapſa V. amputavit; ſed lapſa L. R. Voſ. Lipſ. 25 deſunt V. L. R. Baſil. 26 agitur Dan. 27 deſunt V. L. R. ſed Voſ. Steph. Dan. al. habent. uſque *unde &.* 28 deum ſignificaremus Steph. Fabr. al. 29 generis neutri Steph. Fabr. al. 30 deſunt V. ultima *alii* &c. ex lib. IV. 82. huc tranſlata. 31 deſunt Voſ. L. V. R. Steph.

In mare ſe Xanthus: Pelidae tunc ego forti
Congreſſum Aenean, nec Dîs nec viribus aequis,
Nube cava rapui: cuperem quum vertere ab imo
Structa meis manibus perjurae moenia Trojae.
Nunc quoque mens eadem perſtat mihi: pelle timorem.
Tutus, quos optas, portus accedet Averni.
Unus erit tantum, amiſſum quem gurgite quaeret:

U-

SERVII.

808. IN SE XANTHUM. Omnia haec Homeri ſunt. [32] [PELIDAE TUNC EGO FORTI CONGRESSUM &c. Hic locus ex Homero Iliad. Υ. 320. ſumptus eſt: Ἶξε δ' ὅθ' Αἰνείας, ἠδ' ὁ κλυτὸς ἦεν Ἀχιλλεύς, Αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ. ὁ δὲ μελίην εὔχαλκον Ἀσπίδος ἐξέρυσεν μεγαλήτορος Αἰνείαο. Καὶ τὴν μὲν προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἔθηκεν, Αἰνείαν δ' ἔσσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας. Πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων, πολλὰς δὲ καὶ ἵππων, Αἰνείας ὑπεράλτο θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας.]

809. NEC DIIS, NEC VIRIBUS AEQUIS. [33] [Id eſt, diis iniquis:] hoc eſt, adverſis: Litotes figura. Aut *non aequis*, non aequali favore: plures enim Graecis favebant. De matribus autem, [34] [id eſt, Thetide & Venere,] intelligere non poſſumus: quia Thetide melior Venus eſt, & ei praeſenti [35] derogare nollet.

810. CUPEREM CUM VERTERE AB IMO. Quod proprium ejus eſt, ut II. 610. *Magnoque emota* [36] *tridente Fundamenta quatit.* Hinc [37] &, ut ſupra diximus, ἐνοσίχθων dictus eſt, [38] [eo quod terram quatiat:] fecit autem augmentum, cum ſe praeſtitiſſe dixit iratum.

813. PORTUS ACCEDET. Hic diſtinguendum, ne ſit contrarium Veneris petitioni, quae ait: *Liceat Laurentem attingere Tybrim.*

814. AMISSUM QUEM GURGITE QUAERES. Miſenum dicit, de quo [39] legimus VI. 174. [40] [*Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat unda.*]

VARIORUM.

805. IMPINGERET. Ita Donatus ad Terent. Hecyr. III. III. 4. *muro* Ed. Venet. vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 991. & Barth. ad Stat. VII. Theb. 28. ubi Virgilii eſt imitatio. BURM.

807. ATQUE EVOLVERE POSSET. *Revolvere* Rottend. pr. & Dorvill. *poſſit* idem, & duo Moreti. Mentel. pr. & Menag. ſec. *paſſim* Venet. Auguſtinus de Grammatica pag. 2015. Ed. Putſch. *viam qua evolvere poſſet.* quae lectio ſi recipiatur, *reperire* non poteſt a *poſſet* regi, niſi bis *poſſet* capiamus, quod frequens Maroni. vid. II. Aen. 124. III. 188. 250. V. 327. & alibi. eſſet igitur, *nec poſſet reperire viam, qua evolvere poſſet.* de verbo *evolvere* agimus ad Lucan. II. 409. deinde, *in mare jam Xanthus* Montalb. BURM.

809. NEC DIS NEC VIRIBUS AEQUIS. Imitatus Auſon Epitaph. Troili,

Hectore proſtrato, nec Dîs nec viribus aequis,
Congreſſus perii Troilus Aeacidae.

& in Periocha Iliad. XX. *Tum Aeneam Dîs & viribus iniquis cum Achille congreſſum, eripuit.* alibi, *animis & viribus aequis.* vid. infr. ad X. 357. BURM.

810. ERIPUI. Mediceus & uterque Mentelianus, *rapui*, & ita ceteri omnes. mox, *cuperem cum evertere* Gudianus. HEINS. *Eripui* Edd. Ald. Junt. & aliae. *cuperem convertere* Francianus, & Schol. Horat. ad III. Od. 9. *cum evertere* Wall. *ab uno* Menag. pr.

811. PERJURAE. *Periturae* Mediceus & Dorvil. vid. ad Ovid. XI. Met. 215.

812. PERSTAT. *Praeſtat* Menagii pr. Venetus, & Leidenſis unus. vid. ad Lucan. IV. 30. & ad Lucret. III. 62. ubi eadem varietas, ut ſaepe alibi. BURM.

Ibid.

32 deſunt iidem. 33 hoc eſt adverſis: Litotes figura, id eſt diis iniquis, aut &c. L. R. deſunt Baſ. prima. 34 deſunt L. V. R. Baſil. 35 denegare R. 36 *tridenti* L. R. V. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 37 & ſupra R. ut ſupra dicitur V. *&* deeſt etiam L. & Baſil. ut & ſupr. Voſ. Lipſ. 38 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. deinde, & fecit aug. iidem & Fabr. & al. praeter Dan. 39 in ſexto legimus L. 40 deſunt L. V. R.

Unum pro multis dabitur caput.
His ubi laeta Deae permulſit pectora dictis,
Jungit equos auro genitor, ſpumantiaque addit
Frena feris, manibuſque omnis effundit habenas.
Caeruleo per ſumma levis volat aequora curru.
Subſidunt undae, tumidumque ſub axe tonanti

Ster-

SERVII.

815. Unum pro multis dabitur caput. Hic Palinurum ſignificat: [41] [nam falſum erit, ſi unum voluerimus accipere: [42] [duos enim conſtat periiſſe, Miſenum & Palinurum.]

816. Laeta permulsit. [43] [Aut permulſit] & laeta fecit, ut IV. 22. *Animumque labantem Impulit:* aut certe perpetuum eſt epitheton Veneris, [44] [quam Homerus vocat φιλομμειδέα.]

817. Spumantia fraena. Spumas [45] vomentia.

818. Feris. Equis, ut II. 51. *Inque feri* [46] *curvam compagibus alvum Contorſit.*

VARIORUM.

Ibid. Timores. *Timorem* Mediceus, primus Moretanus & Venetus noſter. HEINS. Et Francianus & Ed. Venet.

813. Tutus. *Tutos* ſecundus Rottendorphius. *tutus equos* Dorvill. *accedit* Rottend. pr. a manu prima.

814. Tantum. *Tamen* in Veneto. opinor a Maronis manu eſſe,

Unus erit, tanto amiſſum quem gurgite quaeres.

HEINS. *Quaeres* omnes fere, praeter Menagianum alterum & Venetum, qui *quaeret tamen a. q. g. quaeres* Dorvil. Ed. Venet. *quaeres* Mediolanenſis Ald.

817. Curru genitor. *Auro genitor* ſcripti omnes cum Pierianis conſtanter, niſi quod τὸ *curru* in priore Hamburgico pro diverſa lectione eſt adſcriptum, & in Veneto recentiſſimo legebatur, *jungit equos genitor curru*, perperam. & ſane *curru* paulo poſt ſequitur. Apud Bedam de Tropis S. Scripturae p. 329. citatur, *jungit equos auri genitor*, mendoſe, ut opinor, pro *auro*. Codices nonnulli interpretantur τὸ *auro*, *frenis aureis*. ut Claudianus Phoenice de Parthorum rege, *Auro frenat equum*, id eſt freno aureo. ſed male: nam pro curru aureo ponitur, neque aliter Graeci. ſic apud Athenaeum lib. XI. χρυσέῳ οἴνον ἔχων, de aureo poculo. quomodo & Poëtae frequenter tam Graeci quam Latini. apud hos *bibere*, *potare in auro*, obvium. ſic noſter Aeneid. VII. 245.

Hoc pater Anchiſes auro libabat.

& de equis, ibid. 279.

Tecti auro, fulvum mandunt ſub dentibus aurum.

quorum alterum de ſtratis, alterum de frenis intelligo. *Ventilare digitis aeſtivum aurum* Juvenalis I. 28. pro aeſtivis annulis aureis: pari modo & *oſtrum* pro purpureis veſtibus aut tapetibus oſtro fucatis ponitur. *Ebur* pro re quacumque eburnea. *Trabs* & *pinus* & *alnus* pro nave ex trabibus, pinu, aut alno confecta. idem & in *aere* & in *ferro* obtinet, quorum hoc pro gladio aut cultro, illud pro galea vel clypeo paſſim occurrit. Statius Theb. I. 149. *nec cura mero committere gemmas, Atque aurum violare cibis.* hoc eſt gemmata pocula & patinas ſive lances aureas. & poſtea 147. *vivo palleſcit in auro.* Gorgon in aurea patera expreſſa. Theb. V. 292. *Ditibus indulgent epulis, vacuantque profundo Aurum immane mero.* & mox 228. *Aſpiciens floremque genae, & quas fixerat auro Ipſa comas.* ſic ſcribe cum pervetuſtis duobus exemplaribus. vulgati, *finxerat.* acum auream intelligit, ut apud Martial. XIV. 11. *Figat acus tortas ſuſtineatque comas.* plura ad Naſonem I. Amor. XIV. 18. ſed & acu comae ornabantur, ut fortaſſe nihil ſit mutandum. Valer. Flac. lib. II. 167. *Tereti crinem ſubnectitur auro.* VI. 710. *Sanguine vultus Et gravidae maduere genae, quas flore Sabaeo Nutrierat, liquidoque parens ſignaverat auro.* perpetuum auro

Epi-

41 deſunt ad, ut *animumque* R. ℣. 816. 42 deſunt L. Voſ. Steph duo enim Dan. 43 deſunt Steph. Dan. laetam fecit Lipſ. Fabr. aut deeſt Voſ. 44 deſunt Voſ. L. R. V. Steph. Dan. 45 moventia R. V. Voſ. Fabr. quam vitioſam vocem dedit & Maſvicius: frena enim non movent ſpumas, ſed ex ore exeuntes ſpumas vomunt. 46 *cavam* Voſ. Steph.

Sternitur aequor aquis: fugiunt vaſto aethere nimbi.
Tum variae comitum facies; inmania cete,
Et ſenior Glauci chorus, Inouſque Palaemon,
Tritoneſque citi, Phorcique exercitus omnis.

825 Lae-

SERVII.

822. Variae comitum facies. Aut beluas dicit marinas ſecundum [47] naturam: aut poëtice deos marinos. Immania cete, [48] [Graeca declinatio] τὸ κῆτος, κήτη, ut, βέλη: nam Latine ſic [49] declinari non poteſt: nullum enim apud nos animal generis neutri eſt; niſi forte *hic cetus*, *hujus ceti* dicamus, quod nuſquam lectum eſt: nam dicuntur *canes marini*.

823. Et senior Glauci chorus. [50] Ut ſupra [1. Georg. 436.] diximus, *Glaucus*, Anthedonius piſcator fuit: qui, cum captos piſces ſupra herbam abjeciſſet, & mox recepiſſe vidiſſet quam amiſerant [51] animam, intellecta herbarum [52] potentia, [53] [decerptam herbam guſtavit, ſeque praecipitavit in maria, &] in deum [54] marinum mutatus eſt: cujus [55] etiam *chorum* ideo *ſenem* dicit: quia [56] hic ipſe ſenex fuerat. Aut [57] [certe *ſeniorem* dicit] propter ſpumarum colorem: ſicut pene omnes dii finguntur eſſe [58] marini. Inousque Palaemon. Melicerta, [59] Inus filius. Et notandum patronymicum a matre, in auctore idoneo.

824. Phorcique exercitus omnis. Dii, qui ſub Phorco agunt. Hic autem *Phorcus* dicitur [59] * Thooſae nymphae & Neptuni filius. Ut autem Varro dicit, rex fuit Corſicae & Sardiniae: qui cum ab Atlante rege navali certamine cum magna exercitus parte fuiſſet [60] [victus &] obrutus, finxerunt ſocii ejus, eum in deum marinum eſſe converſum.

VARIORUM.

Epitheton *liquidum*. Pius tamen interpretatur, de infectura auro perſimili, & *ſignaverat*, tinxerat. Idem lib. viii. 79. *Ille haud Aeolio diſcedere feſſus ab auro*, id eſt vellere aureo. & lib. i. 148. *In mediis vacuo condit caput Hippaſus auro.* ſic locus ille ſcribendus, & per *vacuum aurum*, non intelligit tapetas, ut Bapt. Pius, ſed craterem aureum. mox ỷ. 338. *Non leviore Pholum manus haec compeſcuit auro.* & ỷ. 660. *Aeſoniamque capit pateram, quum munere gaudens Liquerat hoſpitio, pharetraſque rependerat auro.* & eodem libro ỷ. 290. *unda trahit, levique manus labuntur ab auro*, id eſt ab aureo vellere. Statius viii. Theb. 502. *Multoque latus praefulgurat auro*, id eſt clypeo. idem Achill. ii. 190. *Ut vero acceſſit propius, luxque aemula vultum Reddidit, & ſimili tandem ſe vidit in auro*, id eſt clypeo, quod ex praecedentibus eſt manifeſtum. ſic ſcribe ex Mſſ. non *ſimilem*. Noſter Aen. iii. 517. *Armatumque auro circumſpicit Orionem.* ſic aurum pro Solis radiis, unde forte legendus ſic locus Val. Flac. ii. 58. *Certuſque ad talia Titan Integer in fluctus necopino decidit auro.* tale quid latere videtur. ſcripti, *auro*, &, *in uno decidit Euro*. vide illic notas noſtras. *ſol auricomus* hinc eidem lib. iv. 92. male Carrion repoſuit *auricomis Horis*, etſi ita quoque Vaticanus. Idem de Sirio lib. v. 369. *Saevo cum nox accenditur auro, Luciferas crinita faces.* ſic de aliis ex auro factis Martialis lib. x.

Argentum atque aurum non ſimplex Delphica portat.

id eſt vaſa argentea & aurea. Petronius xxii. *cecidit menſa cum argento.* & ibidem, *dum inter argentum avide rixantur*, ubi vaſa argentea intelliguntur: ita aurum & argentum factum ſolent dicere. Manilius lib. v. 533.

Excoquet argenti glebas, venamque latentem
Eruet, & ſilicem rivo ſaliente liquabit:
Et facti mercator erit per utrumque metalli,
Alterum & alterius ſemper mutabit in uſus.

verſus duos poſteriores Salmaſius de Uſuris cap. xvi. de νομισματοκαπήλοις interpretatur. *per utrumque*

47 naturas V. L. R. Baſil. 48 deſunt Voſ. L. V. Baſil. quomodo declinatur *cete* τὰ *cete*, ut *belos*, *bele* R. κῆτ[illegible] τὰ *cete* V. ut βέλος, βέλη V. Steph. Dan. Fabr. al. 49 declinare V. 50 dicamus *Glaucus* piſcator V. R. ut jam dictum modo, *Glaucus* piſc. L. Chorus. Glaucus piſcator fuit Lipſ. 51 vitam Lipſ. V. L. Voſ. Steph. Fabr. al. 52 potentia ſuarum V. L. R. Lipſ. potentia, eſu earum Baſil. 53 deſunt V. L. R. Baſil. 54 deeſt L. V. Baſ. Commutatus Voſ. Steph. Dan. 55 cujus ideorum ideo V. R. cujus hic chorum Voſ. Ger. Voſ. *Chorum ſenilem* malebat. 56 etiam ipſe V. R. L. Voſ. & ipſe Baſil. 57 deſunt Dan. dixit Steph. Fabr. 58 maris Dan. 59 Inous Steph. Dan. 59 * Theoſae Lipſ. 60 deeſt L. R. V. Voſ. Steph. Dan.

Laeva tenent Thetis, & Melite, Panopeaque virgo,
Neſaee, Spioque, Thaliaque Cymodoceque.
Hîc patris Aeneae ſuſpenſam blanda viciſſim
Gaudia pertentant mentem: jubet ocius omnis
Adtolli malos, intendi brachia velis.

Una

SERVII.

825. LAEVA TENENT THETIS. Satis prudenter ſexum debiliorem ſiniſtrae adplicat parti.

826. NESAEE. Media diphthongus eſt.

827. VICISSIM. Quia reliquerat quidem ſocios; ſed feliciter petebat Italiam.

828. PERTENTANT. Sollicitant.

829. ATTOLLI [61] MALOS. Id eſt, vela per malorum volubilitatem levari: nam, cum navigarent, [62] non dubium, quod olim erexerant arbores.

VARIORUM.

que capit pro *utroque*, ut Manilius velit, aureum argenteo, argenteum aere permutaſſe. Scaligerum quoque reprehendit, qui de auro & argento mixto interpretatur. denique *flati* metalli reſcribendum monet. omnia male, ſi quid video. *factum argentum* Manilius argento infecto opponit, quomodo & Virgilius. Facti vero argenti duas facit ſpecies, nempe aut in nummos procudi, aut aliam quam in rem, ut ſupellectilem, ſigna & id genus alia. alterumque in uſus alterius ab hiſce argentariis permutari deſignat. videtur autem Manilius hiſce duobus verſibus poſterioribus, vocabulum Graecum Ἀργυραμοιβοὺς exprimere voluiſſe, quod variae eſt ſignificationis. nam aut pro Collybiſtis ponitur, aut pro Collectariis aut trapezitis. Suidas Ἀργυραμοιβὸς ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργυρίου ἀλλασσόμενος, ὁ Τραπεζίτης. ὁ ἀργυροπράτης, κολλεκτάριος. aliter explicat Gronovius lib. I. de Pecun. Veter. 7. quem vide. putabam aliquando hic poſſe legi, *jungit equos auri*; *Aurit* enim eſt capiſtrum, unde *auriga*. Horat. I. Epiſt. XV. 13. *ſed equi frenati eſt auris in ore.* vide Meurſ. Exerc. Critic. part. II. pag. 128. HEINS. *Auro* recte quidem explicat Heinſius, quod centenis locis poſſet oſtendi. ſed tamen *jungere auro* vellem probaſſet recte dici, nec in tanta copia exemplorum, ullum video ſimile. quid ſi ſcripſerit, *fingit equos auro*, id eſt ornat. ut Stat. V. Theb. 229. *quas finxerat auro Ipſa comas.* *auro* etiam legiſſe Servium ad XII. 737. credo, ubi *ferrum*, id eſt materiam pro opere poſitam explicat, & illuſtrat hoc loco, in quo ſi *curru* legeretur, contraria eſſet ſententia. nam *currus* opus eſt, materia vero *aurum*. Catroeus hîc Pierium deſcribens, dicit nullos codices habere *curru*. ſed ille nullos conſuluit, praeter viris doctis jam memoratos. & *curru* etiam eſt in Wittiano. ſi *auro* legendum, ut puto, conſtruerem *equos auro*, ut ita, *lato venabula ferro. abiete puppes*, ut ſupra vidimus ṽ. 663. & ſimilia obvia. BURM.

818. FERIS. *Loris* Excerpta noſtra. *perfundit* Parrhaſ.

Ibid. MANIBUSQUE. *Manibus* Regius.

819. CURRU. *Curſu* Hugenianus. *caeruleum* Mediceus.

820. TUMIDUMQUE. *Tumulumque* Menagii prior. *tumidum* Francian. *ſonanti* Sprotianus, prior Hamburgicus, Oudartii & Parrhaſ. quod ex conjectura volebat Cerda, & probat Catroeus. *axem* vel currus, vel coeli Ruaeus capit. *tonantis* Hugenianus. BURM.

821. AQUIS. *Equis* Sprotian. & Medic. qui & a m. ſec. *fugiuntque ex aethere nimbi.*

823. GLAUCI. *Glaucique* alter Hamburg.

825. LAEVA TENENT. *Tenet* Mediceus & prior Mentelianus, & tres Rottendorphii. & Moreti omnes, priorque Hamburgicus, Venetus, Voſſianus alter cum Leidenſi & Schefferio. Gudianus a ſecunda manu. praeſtat tamen alterum. HEINS *Tenet* Parrhaſ.

Ibid. PANOPEAQUE. *Panopeia* Parrhaſ. & Venet. *Niſeeque* pr. Moreti. *Niſſeaeque* Medic. *Niſie* Zulichem. *Niſeo* Parrhaſ. *Niſeque* Ald. & Macrob. V. 17. *Niſeae* Dorvil. *Niſae Eſpioque Cymodoceque* Regius. pro *Spioque*, *Tholoque* Excerp. noſtr. *Eſpioque* Zulichem. *Niſeis Clioque Th. Chimoeque*, Wallian. *Niſeeque Spioque* Wittian. vid. & IV. Georg. 338.

828. PER-

[61] MALUS. V. R. [62] jam non V. Steph. Fabr. al. navigaret, jam non Voſſ. navigaret n. d. a. c. erexerat Lipſ.

Una omnes fecere pedem; pariterque ſiniſtros,
Nunc dextros ſolvêre ſinus: una ardua torquent
Cornua, detorquentque. Ferunt ſua flamina claſſem.
Princeps ante omnis denſum Palinurus agebat
Agmen: ad hunc alii curſum contendere juſſi.
Jamque fere mediam coeli nox humida metam
Contigerat: placida laxarant membra quiete
Sub remis fuſi per dura ſedilia nautae;
Quum levis aetheriis delabſus Somnus ab aſtris
Aëra dimovit tenebroſum, & diſpulit umbras,

Te,

SERVII.

830. FECERE PEDEM. [63] Id eſt, Podium, hoc eſt, funem, quo tenditur velum: [64] [quod Graeci πόδα vocant, ut eſt apud Pindarum & Ariſtophanem.] SINISTROS, NUNC DEXTROS. Pro aurae mutabilitate.

832. CORNUA. Antemnarum [65] extremitates. [66] FLAMINA. Proſpera, a puppi venientia.

833. PRINCEPS ANTE OMNES. [67] Unum vacat, [68] [ut II. 40. *Primus ibi ante omnes:* quae figura ἐκ παραλλήλου dicitur, cum unum ad alterius expoſitionem venit.]

835. MEDIAM COELI METAM. Perite loquutus eſt: nam medium meta eſt ἀναβιβάζοντος, [69] [id eſt, adſcendentis] circuli: qui medius eſt inter ortum & occaſum [70] ſiderum: [71] [a medio enim coelo & finitur ortus, & occaſus incipit ſyderum.] Alter eſt Horizontis, qui ſegregat aſpectum hujus coeli ab [72] alio, inviſibili nobis.

837. SUB REMIS FUSI PER DURA SEDILIA NAUTAE. Id eſt, requierant paululum, ſic remos tenentes.

838. LEVIS. Vel adventu, vel diſceſſu: nam [73] levis in utroque eſt.

839. DISPULIT UMBRAS. Nam ſemper deos ambit nimbus.

VARIORUM.

828. PERTENTANT. *Praetentant* alter Hamburgicus. *ſuſpenſum* Schol. Horat. III. Od. 3. Servius ad I. Aen. 502. hic leviter tentant explicat. ſed refutat Barth. ad Stat. V. Theb. 446. BURM.

829. INTENDI BRACHIA. *Intendi in brachia* Mediceus a manu prima. quod non eſt de nihilo. nam τὸ *in* ſaepe redundat apud Maronem. ut X. 455. *meditari in proelia, audere in proelia.* lib. II. 347. & ſimilia. *inferri in hoſtem.* IV. 545. *invadere in oculos.* ut Lucretius lib. VI. 659. *Arripit acer Saepe dolor dentes, oculoſque invadit in ipſos.* & ſic Cicero frequenter. *intrare & locum.* HEINS. *Attolli malos, extendi* Dorvil. *brachia remis* Oudart. Ruaeus hypallagen poſſe ſtatui putat, brachiis, id eſt antennis, intendi vela. ut *vela intenta theatris* Lucret. IV. 74. vel *brachia* interpretatur manus, quas admovent explicandis velis. ſed vid. ad lib. IV. 506. BURM.

830. FECERE PEDEM. Vid. Mart. De Roa, Singul. VI. 10. & notas ad Ovid. III. Faſt. 565. Meurſ. ad Lycophr. 1015. & alios.

832: FERUNT IPSA AEQUORA. In libro Colotii legitur, *ſua flamina claſſem.* URSIN. *Flumina* Menagiani ambo. *ſua flamina* Wittian.

834. CONTENDERE. *Deducere* Hugenianus & Zulichemius. *curſu cont.* Oudart. & Ed. pr. *adhuc* prior Hamburgicus a manu ſecunda.

836. LAXABANT. *Laxarant* Mediceus, Gudianus, primus Moretanus, Voſſianus uterque, & quin-

63 *Podiam* funem, quo t. velum R. Voſ. L. V. *Podium*, id eſt Steph. al. *Podiam* Dan. *Podium* legendum docet Salmaſ. Exerc. Plin. p. 400. 64 deſunt Voſ. L. R. V. Steph. Dan. ſed Baſil. ab *at eſt* &c. 65 extremitatem V. R. L. Lipſ. Baſil. 66 FLUMINA V. 67 unum verbum Dan. 68 deſunt R. L. V. Voſ. Steph. Dan. 69 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. Dan. 70 deeſt Voſ. R. V. L. Steph. Dan. al. 71 deſunt L. R. V. 72 alia R. V. L. 73 levias R. V.

Digitized by Google

Te, Palinure, petens, tibi ſomnia triſtia portans
Inſonti; puppique Deus conſedit in alta,
Phorbanti ſimilis; funditque has ore loquelas:
Iaſide Palinure, ferunt ipſa aequora claſſem;
Aequatae ſpirant aurae: datur hora quieti.
Pone caput, feſſoſque oculos furare labori.
Ipſe ego paulliſper pro te tua munera inibo.
Cui vix adtollens Palinurus lumina fatur:
Mene ſalis placidi voltum fluctuſque quietos
Ignorare jubes? mene huic confidere monſtro?
Aenean credam quid enim fallacibus auſtris,

Et

SERVII.

840. TE PALINURE PETENS. Factioſe aggrediens, adpetens. [74] [Et ſciendum, in majus celebrari Palinuri mortem, more poëtico, quem dormientem in undas [75] cecidiſſe, ſatis conſtat.] SOMNIA. Soporem. Bene autem diſcernit iſta Virgilius, [76] ut *Somnum* ipſum deum dicat; *Somnium*, quod dormimus; *Inſomnium*, quod videmus in ſomniis, [77] ut VI. 897. *Sed falſa ad coelum mittunt inſomnia manes.*

843. IASIDE. Fili [78] Iaſi. IPSA AEQUORA CLASSEM. Id eſt, & aeſtu & aura noſtris utimur.

844. AEQUATAE SPIRANT AURAE. Proſperae, ut V. 587. *Aequatis claſſem procedere velis.*

845. PONE CAPUT. Bene particulatim ad id venit, quod aperte dictum refutaretur. LABORI. Ex intuendis ſyderibus. PAULISPER. Hoc eſt, paululum, dum tu quieſcis.

847. VIX ATTOLLENS LUMINA. Aut a ſyderibus removens: aut certe numinis praeſentia [79] praegravatus: quod eſt melius: nam & ſequens ejus oratio turbata eſt: quod & ſemiplenae indicant elocutiones.

848. VULTUM. Mutabilitatem, quae fit pro qualitate ventorum.

849. JUBES. Vis, ut II. 3. *Infandum regina jubes renovare dolorem.* MENE HUIC CONFIDERE MONSTRO? Subaudis, vis, [80] jubes.

850. AENEAM CREDAM QUID ENIM. Per contrarium [81] dicit: Cur Aeneam [82] committam coelo, & auris fallacibus, qui ſum totiens ſerenitatis fraude deceptus? QUID ENIM. Quid ni? cur non?

VARIORUM.

quinque aut ſex alii, quod praeſtat. HEINS. Et ita Regius & Parrhaſ. *laxabat* Dorvil. *laſſarant* Ed. Venet. *rex laxat* Zulichem. *placidae quieti* Bigotianus *placidi l. m. quieti* alter Hamb. a manu ſec.

837. FUSI. *Feſſi* Dorvill. & pro *dura*, *dira*, Venetus. male. ita, *inter dura ſaxa jacet taurus.* III. Georg. 230.

838. DELAPSUS. *Dilapſus* tres quatuorve cum Franciano. *demiſſus* Wallian.

839. DIMOVIT. *Demovit* Zulichem. ut ſolent haec verba variari. vid. ad Horat. I. Od. I. ſed *dimovent* hic, ut lib. III. 589. retineo. *dimiſit* Sprotianus. *diſpulit auras* prior Hamburgicus pro varia lectione. culpat hoc Harduinus, quaſi Poëta inter aſtra ſomno locum daret. ſed ſciebat, credo, alatum fingi

fo-

74 deſunt R. L. V. 75 conſtat miſſum Voſ. Steph. Dan. 76 hic in L. erat folium unum & alterum exſciſſum, & deerant notae Servii uſque ad VI. 79. 77 ſed ut *falſa* Voſ. ut *falſa* Fabr. al. ut *falſa apud* Steph. 78 Jaſii Fabr. al. 79 pergravatus Lipſ. mox mutabilitate pro q. v. idem. 80 deeſt Voſ. V. Steph. Fabr. al. 81 deeſt Voſ. V. Steph. al. 82 non committam Voſ. V. Lipſ. Steph.

Et coeli toties deceptus fraude ſereni?
Talia dicta dabat, clavumque adfixus & haerens
Nuſquam amittebat, oculoſque ſub aſtra tenebat.
Ecce Deus ramum Lethaeo rore madentem,
Vique ſoporatum Stygiâ ſuper utraque quaſſat
Tempora; cunctantique natantia lumina ſolvit.
Vix primos inopina quies laxaverat artus
Et ſuper incumbens, quum puppis parte revolſa,

Cum-

SERVII.

851. FRAUDE SERENI. Serenitatis, ut II. 427. *Et ſervantiſſimus aequi.* [83] [Alii legunt, *deceptus fraude coeli ſereni.*]

855. VIQUE SOPORATUM STYGIA. Morte plenum. SUPER UTRAQUE TEMPORA. Per utrumque tempus.

856. CUNCTANTI. Quaſi reluctanti. NATANTIA. Errantia, ſomni vicinitate.

858. CUM PUPPIS PARTE. Prooeconomia, ut triduo natare [84] potuerit: [85] [nam niſi cui [86] adhaereret natans per mare, effugere non potuiſſet pelagus.]

VARIORUM.

ſomnum, qui non ipſe aſtrum dicitur, ſed volaſſe per aëra ex ſede ſua ad navem Palinuri, & ita volatu ſuo ſecuit, & dimovit aëra tenebroſum. ab aſtris vero labi viſus, quia alte volans fingitur delapſus in navim. *aſtra* vero dici coelum, locum aſtrorum, vid. ad II. Aen. 153. & ſupr. h. l. 517. BURM.

840. TRISTIA SOMNIA. *Somnia triſtia* codices vetuſti, exceptis Mediceo, tertiis Rottend. & Moretano. HEINS.

842. FUDITQUE. *Fundit* noſtri ad unum omnes, excepto altero Hamburgico. HEINS. *Querelas* Bigotianus. *funditque loquellas* Francianus. *fuditque* Parrhaſ. *voce querelas* Dorvil.

843. FERUNT IPSA AEQUORA CLASSEM. *Ferunt ſua flamina* Mediceus paullo ante id ipſum hemiſtichium occurrebat. HEINS. *Puppem* Venetus.

845. LABORI. *Sopori* Zulichemius pro diverſa lectione.

848. VULTUM. *Vultus* alter Hamburg. & Excerpta noſtra.

849. JUBES. *Velis* Zulichemius pro diverſa lectione.

850. AENEAM CREDAM &c. Plane mihi perſuadeo, & ex diſſenſione veterum affirmare poſſum, hunc locum unum eſſe ex obſcuriſſimis. vulgatae lectionis, cujus & Servius meminit, ut ejus antiquum teſtatur exemplar, hic eſt ordo. *Quid enim credam*, id eſt, cur committam, *Aeneam auſtris fallacibus*, ventis incertis & mobilibus, *& toties*, etiam toties, *deceptus*, quia nec ars nec diligentia mea valuit, *fraude coeli ſereni*, non enim naturali ratione ortae tempeſtates, ſed Junonis invidia erant concitatae. Donatus autem aliter legit; aliter item legit Servius. & ab utroque diſſentit Helenius Acro, qui ita citat, *mene huic concredere monſtro Aeneam toties deceptus fraude ſereni*. Donati autem & Servii non appono, quia ex ipſorum commentariis notae lectiones ſunt. FABRIC. *Auris* Mediceus, Mentelianus uterque, Menagianus uterque, ſecundus tertiuſque Rott. & alii duo treſve recentiores. HEINS. *Auris* Regius. *Fallacibus auſtris, & coelo, t. d. f. ſereni*, Giphanius ex ſuis libris in Epiſtola ad G. Canterum edita a Gabbema pag. 645. & ita virum doctiſſimum, forte Giſanium ſignificans, legere notavit Guellius. & ita *ſerenum* eſſet poſitum pro ſerenitate, ut ſaepe apud Noſtrum, Val. Fl. & alios. vide ad Valer. Fl. I. 332. ubi multa in rem notata videbis. videtur autem Maro hic imitari Lucretium, qui lib. II. 557.

Inſidi maris inſidias, vireſque doloſque
Ut vitare velint, neve ullo tempore credant

Sub-

83 deſunt V. Baſil. *Et coeli toties d. f. ſereni* Fabr. 84 potuerat V. 85 deſunt Voſ. V. R. Steph. 86 adhaeret Baſil.

Cumque gubernaclo liquidas projecit in undas
Praecipitem, ac ſocios nequidquam ſaepe vocantem.
Ipſe volans tenuis ſe ſuſtulit ales ad auras.
Currit iter tutum non ſecius aequore claſſis,
Promiſſiſque patris Neptuni interrita fertur.
Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat;
Difficilis quondam, multorumque oſſibus albos.
Tum rauca adſiduo longe ſale ſaxa ſonabant:

Quum

SERVII.

862. Currit iter. Ut Cicero [87] pro Muraen. xii. *Ite viam, redite viam.* Tutum. Praeſidio Neptuni.

864. Sirenum. Sirenes ſecundum fabulam [88] tres, parte virgines fuerunt, parte volucres, [89] Acheloi fluminis & Calliopes Muſae filiae. Harum una voce, altera tibiis, alia lyra canebat: & primo juxta Pelorum; poſt in [90] Capreis inſula habitaverunt: quae [91] illectos ſuo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretrices fuerunt, quae tranſeuntes quoniam [92] deducebant ad egeſtatem, his fictae ſunt inferre naufragia. Has Ulyſſes contemnendo deduxit ad mortem. *Sirenum* autem, genitivus eſt, veniens ab hac *Sirene.*

866. Tum rauca. Ac ſi diceret: ante hac delectabili voce reſonabant, tunc fluctibus ſolis: & bene imitatus eſt maris ſtridorem: Sale saxa sonabant.

VARIORUM.

Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.
& lib. v. 1002.
Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.
Auris Regius. ſed hoc ex ſolito librariorum more. vid. ad Ovid. i. Met. 107. BURM.

Ibid. Natantia. *Lactantia* Dorvil.

851 Deceptus. *Deceptum* Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. i. Od. 5. *coelo ſereno* Gudianus a m. pr. HEINS.

852. Clavumque. *Clavoque* Medic. HEINS. *Adnixus* Wall. prior Hamburgicus. *clavumque ac ſidera inhaerens* Zulichemius pro varia lectione. *clavum affixus* Francianus defendit. etiam *clavumque* Heinſius ad Claudian. i. in Rufin. 35. *clavo* poſſet defendi ex Manil. v. 41. *clavo immobilis haerens.* ſed malo cum *amittebat* conſtruere *clavum. talia dictabat* etiam Mentelianus prior. *numquam* prior Hamburgicus a m. ſec. *admittebat* alter. BURM.

855. Quassat. *Quaſſant* Mediceus a manu prima.

856. Solvit. Quid eſt *ſolvere lumina?* gloſſa Walliani codicis, id eſt *reddit*: ſed nec hoc intelligo. an *condit*, vel *claudit?* non me expedio. *cunctanti* mallet Trappius capere pro *nutanti.* forte *luctanti.* BURM.

859. Gubernaclo. *Gubernaculo* Wittian.

860. Saepe vocantem. *Voce vocantem* ſcriptum eſt in veteri libro A. Colotii. URSIN. *Voce vocantem* Mediceus, & ſecundus Moretanus. HEINS. Ita Ovid. x. Ep. 104. *Summa Theſea voce voco.* vid. ad Ovid. x. Metam. 3. BURM.

861. In auras. *Ad auras* Mediceus, tres priores Moretani, alter Mentelianus, primus Rottendorphius, & alii quatuor. etiam Mentelianus prior a prima manu. HEINS. Et Francianus & Pugetianus.

862. Non secius. *Setius* in Mediceo aliiſque vetuſtioribus per *t.* quomodo in Naſonis quoque an-

87 pro Muraena Baſil. 88 deeſt Steph. Dan. partem virgines Lipſ. quod defendi poſſet, & tum mox etiam *partem* legendum. ſic Terent. Prol. Adelph. 23. *Hi partem aperient ſi in agendo partem oſtendent*, ubi Bentlejus contra omnes codices *partim* reſtituit. ſed ſi jam hoc recipiendum, non ſemper pro adverbio, ſed & in acculativo caſu capiendum. nam *partim* ita veteres uſos docebunt notae Gronovii & Drakenb. ad Liv. xxiii. 11. & xxvi. 46. vid. & Gronov. iii. Obſerv. 2. de uſu hujus vocis *partim.* BURM. 89 a caelo ſt. V. R. 90 Caphereis inſulis R. V. Steph. Dan. ſed inſulis deeſt V. Caphereis Lipſ. 91 intellectus. V. R. 92 eos ducebant Dan. quos ducebant Voſ. Steph. quo deducebantur ad R.

Digitized by Google

Quum pater amiſſo fluitantem errare magiſtro
Senſit, & ipſe ratem nocturnis rexit in undis
Multa gemens, caſuque animum concuſſus amici.
O nimium coelo & pelago confiſe ſereno,
Nudus in ignota, Palinure, jacebis arena.

SERVII.

867. CUM PATER AMISSO FLUITANTEM ERRARE MAGISTRO SENSIT. Naturale enim eſt ut fluctuet navis ſine gubernatore.

868. NOCTURNIS REXIT IN UNDIS. Dat ei hoc & in decimo, ut 218. *Ipſe ſedens clavumque regit, veliſque miniſtrat.*

869. MULTA GEMENS. Nomen pro adverbio: [93] [hoc eſt, multum & ſatis gemens.] CASU AMICI. Propter ruinam: alluſit ad nomen.

870. PELAGO CONFISE. Hoc eſt, quod ſupra Palinurus excuſat.

871. NUDUS. Inſepultus, mortuus, [94] [ut I. Ecl. 61. *Et freta deſtituent nudos in littore piſces.*] IGNOTA. Peregrina, ante non viſa: nam in ſexto dicturus eſt 358. *Paulatim adnabam terrae,* [95] *jamque arva tenebam.* Sciendum ſane, Tuccam & Varum hunc finem quinti eſſe voluiſſe: nam a Virgilio duo verſus ſequentes huic juncti fuerunt: unde in nonnullis antiquis codicibus ſexti initium eſt; *Obvertunt pelago proras: tum dente tenaci.*

VARIORUM.

antiquiſſimis exemplaribus eam vocem exaratam frequenter offendi. de quo ad ipſum Naſonem II. Met. 889. vide & libr. IX. Aeneid. 441. HEINS. *Non ſegnius* Parrhaſ. Montalb. pr. Hamb. Dorvil. Wittian. Wallian. & Venetus. *non ſerius* Bigot.

Ibid. AEQUORE. In altero Hamburgico, *aequora*, ut ſit appoſitio. *currit claſſis aequora, tutum iter. currere aequora* apud Noſtrum non ſemel occurrit. plura congeſſimus ad Prudentium, περὶ στεφ. Hym. XII. 52. in addendis. HEINS. *Aequore navis* Sprotianus. *aequora* Wittian.

864. SCOPULOS. *Scopulis* fuit a m. pr. in Dorvil. Zulich. a m. ſec. & Ed. Genev. vid. ad III. 292. *avecta* Sprotianus, Wall. *adducta* Venetus.

866. SONABANT. *Tonabant* Zulichemius a manu prima. ſed *ſonabant* requiritur, ut ſibilans litera repetita exhibeat maris ſtridorem. vide Commentatorem Crucquianum ad Horat. II. Od. 14. & II. Sat. VIII. 78. ita ſupr. 169. *ſcopuloſque ſonantes.* & II. 551. *ſonantia ſaxa.* ubi eadem varietas. & VII. 567. ubi *torrens dat ſonitum ſaxis.* BURM.

867 FLUITANTEM. *Fluctantem* Dorvil.

868. NOCTURNIS. *Nocturnus* Venetus.

869. CONCUSSUS. *Confuſus* Hugenian. pro varia lectione. *commotus* Vratiſlav.

870. SERENO. Vid. Markl. ad Stat. III. Silv. II. 10. & in addendis. ubi quum antea *pontum ſerenum* nuſquam dici notaſſet, deinde hoc loco confirmat. ſed ſaepe duobus nominibus unum adjectivum additur, pro duobus, ut hic poſſet ſuppleri coelo ſereno & pelago tranquillo, placido &c. quod in verbis obvium & vulgare.

871. IN IGNOTA. *In ignara arenae* prior Eccleſiae Hamburgenſis. adi annotata Eclog. VI. 40. HEINS.

93 deſunt Voſ. R. V. Steph. al. 94 deſunt R. V. *ut freta* Baſil. inſepultus Lipſ. & nihil praeterea cui & mox, *ante non viſa*, deſunt. 95 *jam tuta* V. R. Voſ.

AC1 1464919

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XXXi